BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
166
H
28
NAPOLI

112
G.
27

TRACTATVS
De Officio & Iuriſdictione
DATARII,
ET
DE STYLO DATARIÆ,
Auctore
THEODORO AMYDENIO
in Romana Curia Cauſarum & Regio Aduocato,
IN DVOS LIBROS DISTINCTVS,
Ad Sanctiſsimum Dominum Noſtrum
INNOCENTIVM PP. X.



VENETIIS. M. DC. LIIII
Apud Turrinum.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

SANCTISSIMO
Domino Noſtro
INNOCENTIO X.
PONTIFICI MAXIMO F.

THEODORVS AMEYDEN F.

BEATISSIME PATER: Volumen de Stylo Datariæ, ſeptimum iam preſſus in annum, fatali deſtinatione in hanc vſq; diem dilata, hoc feliciſſimo Principatu prodit in lucem, tuis nempe ſub auſpicijs, qui de eo oretenus dum adhuc Cardinalatus dignitate fulgeres, non ſemel ſermonem habueras. ita eſt Pater Sancte potuit iamdudum prodijſſe, & non prodijt, te nempe expectans Principem, vt videlicet ſuum agnoſceret Dominum. Mutua rerum humanarum inter ſe connexio, hominumque conſuetudo, ſiue inter Principem, & ſubditos ſit, in eo verſatur potiſſimum, quod amicitiam, ſiue beneuolentiam quiſque muneribus oblatis teſtari certet, nihil enim aptius ad declarandum animi affectum mortales ducunt, beneficio & munere. Deum ipſum omnium Datorem metimur munificentia, adeovt ſi dona deſuper in nos deficere poſſent, deficeret ſimul in nobis omnipotentiæ confeſſio, ſiue agnitio. Abunde hoc probant Iacobi Patriarchæ in Sacra pagina Deum alloquentis præciſa verba. *Si dederis mihi panem ad manducandum eris mihi in Deum.* & Rex Propheta aperte fatetur *custodiſſe ſe Dei præcepta, propter retributionem.* Hinc omnem munificum ad ſuum referimus exemplum, & Diuinitatis aliquid ſibi communicatum, exiſtimamus, ac liberalitatem præ cæteris virtutibus attollimus, & admiramur. Trahit enim adeo amorem ad ſe omnium liberalitas, vt in extremis terris conſtitutos, de quibus liberalitatis fama ſit, tametſi de commodis eius nihil ſperemus, tamen beneuolentia, laudibuſque proſequamur, & liberalitatis ſplendor etiam

hoſtes commendat. Plurimos autem cuiuſque modi hominum genere donis afficere, quamquam Supremi Principis ſit, Dei ſimulacrum in terris referentis, tamen qui pro facultatibus ſuis, & quam poteſt, non minus ſæpe, quam libenter dat, liberalitatis meritis clarus eſt, & ſuis laudibus exornandus, vt damnandus maxime, qui munificus eſſe poteſt, & torpens negligit. Munera tua in nos Pater Sancte magna ſunt, qui tumentibus, immò frementibus noſtratis Belli reliquijs in ipſo Pontificatus initio tuto nos otio frui iubes, bellique faces à laribus noſtris ſingulari, hoc eſt Paſtorali amore longe cispellis, militem omnem vacare, litium horrendum inſonans ſilere iubes, ac Rempublicam omnem pacis ſtudio gaudere præcipis, & maiora Orbi Chriſtiano toti ſperamus. Non nos Inpræceps agit extincta libertas, nec fides in obſequium ſeruile ſubmiſſa, liberi ſumus, & ex animi noſtri ſententia, de ijs quæ lubent, diſſerimus. Qui hoc beneficium negat, eodem vitio, nec Deum gratus adorabit, qui ſolis radijs Orbem illuſtrat, qui imbribus ſolum irrigat, qui paſcua hibernis æſtiua ſubſtituit, qui mortalibus æque, ac iumentis alimenta præbet, non poteſt Princeps ſemper, & in omnes munificus eſſe; renuunt anguſtæ res præſentis ſæculi in Principe erga notos omnes munificentiam, etiamſi maximè cupiat. Ego Pater Sancte, quamuis antiquiſſimus Clariſſimæ familiæ tuæ cliens vt, qui auctoritate Camilli Pamphilij recoll. mem. Patris tui, hunc Romanum aerem libo communi beneficio, mè tibi ſemper deuinctum magis, quam particulari; etiamſi munificentia tua in mè maxima fuerit, fatebor, & nè ingrati animi vitium contraham, in hunc diem ſeruatum eſt præſens munuſculum, tibi multis titulis debitum, vt Patrono, vt Principi, vt Pontifici, vt denique, cuius prudentia in priuatis colloquijs operi non paruam acceſſionem adiunxit: munus ipſum eximium ſatis, ſed non pro dignitate à me comptum, & vel eo nomine conſpicuum, quia tuum magis, quam meum eſt, non quidem eo ſignificatu, quo Princeps rerum omnium dominium, ſubditus vſum, & adminiſtrationem habet, ſed quod hoc vno, nihil magis tuum eſſe poteſt. Offero tibi Pater Sancte Datarium, qui nullius alterius, quam Pontificis eſt. Quod ipſum licet in omnibus, qui ſupremo hoc magiſtratu funguntur, verum ſit, in Hieronymo Bertuccio maxime, qui tibi Principi antiquo & ſingulari affectu addictus, videtur, quodammodo felicitati tuæ qua fide, qua litterarum ſcientia quà integritate cumulum addere, & mæreri, vt amplioribus à beneficentiſſimo Principe honoribus viciſſim cumuletur. Vetus mihi cum viro eximio, (vt Sanctitati tuæ notum eſt) intercedit neceſſitudo, quæ vel eo nomine prælum citius poſtulat: Si munus Pater Sancte, ea frontis hilaritate, quà mea, & meipſum ſoles, receperis, labor, quem Scripturæ impendi, gratias tibi dicet immortales. Vale Pater Sancte Orbis Chriſtiani deſiderio, bonis omnibus, & mihi.

Illuſtriſs.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. PP.

S. ROTÆ ROMANÆ AVDITORIBVS.

SCRIPSI Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Patres librum de munere Datarij, & Dataria Stylo, in quo plura tradidi cauſas in Saero veſtro Tribunali patrocinantibus) ſaltem vt ego ſuſpicor) nec iniucunda, nec inutilia: quæ quia ex vobis (curſu plurium annorum, quo me benigne auditis, & exauditis) tanquam e perenni legalis ſcientiæ fonte hauſi, aſſiduè gratitudinis ratio poſcere videtur, vt ea poſt Pontificem, vobis tanquam veſtra reſtituam. Potuiſſent in fertilius ſolum dimiſſa fructuum reddere vberiorem, nihilominus æqui bonique conſulat veſtra humanitas, neceſſe eſt; vt probet, ſi non opus ipſum, ſaltem Studium, & laborem. Quod ſi obtinuero, Patres ampliſſimi nullius alterius, aut opto aſſenſum, aut metuo iudicium. Quis enim tam amicus ſibi, tam audax, immo tam vecors, vt quod vos probatis audeat infringere? vitam potiùs ſibi eripi quis patiatur, quam hereditatem, domum, ſeu agrum quem poſſidet: veſtra auctoritas ea omnia tanta facilitate de vno ad alium transfert, vt qui ijs veſtra ſententia deſtituitur, non in vindictam proruat, ſed iure ſecum actum exiſtimet. Quia viderem antiquos, & quidem oculatiſſimos illos, Aſtream aſtris inſeruiſſe, ſuſpicabar aliquando fateor, & hærebam animo dubius, an omnis iuſtitia terras deſeruiſſet? Cum vniuerſa Europæ Iudicia hac de cauſa ſumma diligentia luſtraſſem, nullum reperi in Orbe Tribunal, in quo Iuſtitia lædatur minus, quam in hoc decemuirali veſtro. Licet enim mortales in opinione verſentur, & iuſtitia ſibi ſemper conſtans ſit, veſtra opinio rationem ponderibus librata, certam ſtatuit ſententiam, in quam nec error irrepere, nec affectus poteſt irrumpere. Non eò inficias (nec poſſum quidem) ſancita veſtra quandoque penitus examinari, corrigi, & reuocari, ſed à vobis ipſis & plerumque non veſtra ſed patrocinantium cauſà, vtpote quia geſtorum ſeriem non rite expoſuerint, vel rem, & cauſam difficiliori, quam ipſa ſit diſcurſu, & prolixiori verborum inuolucro inuoluerint. Poteſt accidere quod in arduo Iuris dubio Patres ſententiam ſimul amplexam mutent, ſed vel eo nomine iuſtiores ſunt, quod ſemel placita mordicus non tueantur, & validioribus à cauſarum Patronis perſuaſi rationibus, ſiue argumentis ab antea ſancitis recedant, ſcientes probe in ſupremo Iudice infeliciſſimum eſſe, non obediri, miſerrimum non ſuaderi. Hinc, & non alia de cauſa rogatis ſententijs reſolutionem antequam terminetur in iudicium Scripto exhibent, vt illi vel facti error, vel Iuris poſſit opponi controuerſia, quam ſi releuantem duxerint, ei annuunt, & nouo ſcripto, priori reſpondent, vt ſuccumbens conqueri non poſſit, damnatum ſe indefenſum fuiſſe; faceſſant igitur quærulorum vulgo, & ſi Deo placet e ſuggeſtu, tumido gutture diuturnitatem litium Rotalium, plenis buccis damnantium inſcitæ voces: Quid agitis Iudices? cur cauſas compendio non terminatis? Quare Iudicia prolatatis in ſæcula? nonne dilationes veſtræ diuitum opes exhauriunt, honeſtiſſimas familias ſubuertunt, & pauperes æternum præmunt? At accedant ſcituli, & operi manum admoueant, videbunt quam facilius ſit extra iactum poſitis argutarier, quam in ſaltu conſtitutis apte diſſerere. Marcus inſtituto Fratre Sempronio, illique ſubſtitutis Caio, Titio & Meuio eius filus vulgariter, & pupillariter & per fideicommiſſum prælegauit Caio habitationem domus ſuæ, pacto adiecto, quod noctu, diuque eam habitet, & caſu quo noluerit, vel non potuerit habitare, eodem pacto prælegatum transfert in Titium, & illo etiam uolente, vel non volente in Meuium. Caius agnouit legatum & habitauit dum vixit, quæritur, an num poſt eius mortem ſuccedant in dicto legato eius Filij, vel potius Titius ſecundo loco vocatus, ſeu denique hæres fideicommiſſarius? Quid quæſito reſpondebis ineptule, niſi caſus propoſiti deciſionem pendere ex coniecturata mente teſtatoris? At difficile ſatis in mortuorum animos inquirere, cur igitur tarditatem, ſeu verius maturitatem, quam ipſius rei ratio, nou Sacrum Tribunal poſtulat incuſatis? Sed nimium honoris tribuo inſulſe decaculis; ſi grauiori eos Stylo perſtrinxero veſtra in Orbem Chriſtianum auctoritas PP. AA. facit, vt Iudiciorum veſtrorum ſinceritas non poſſit nulla detractantium calumnia obnubilari. Quis enim niſi ſupreme impudens audebit laceſſere Iudicum Collegium; nedum Eminentiſs. S. R. E. Cardinalium Ordinis, ſed & Summorum Pontificum ſeminarium! Pergite Patres, vt capiſtis, manent vos terrena ſimul, & cæleſtia præmia, nullo temporis curſu oblitteranda, quæ vt vberius conſequamini, diù, & feliciter valete.

ILLVSTRISSIMO

& Reuerendiſſimo Domino

HIERONYMO BERTVCCIO

SS· D· N· INNOCENTII X·

Datario.

THEODORVS AMEYDEN F.

NON ex Officio fecero, Præſul digniſſime, ſi inuitum, & inſcium te Pontifici dicauero, S. Rotæ Iudicibus obtulero demum ſi placet venum expoſuero: certiorem huius rei te reddi oportuit, ne per Vrbem obambulans, in ſimulacrum tuum incidas, illudque non pro meritis expolitum à me conqueraris. Noui me, nec Policletem, nec Phidiam, neque Appellem eſſe, à quibus ſolis, cælari, fingi, & pingi, mereris: ſed condonandum aliquid amici genio in affectum, ſiue bene, ſiue male (cuius aliorum ſit iudicium) prorumpenti: ſatius erit librum imperfectum, quam omnino non ſcripſiſſe. Pictor tabulam coloribus maculans, nec certam figuram deſignans rogatus à ſpectatore, quid pingeret? hoc ipſum reſpondit: quod referent colores. Non ego pictor, tam malus ſum, vt imaginem animo conceptam caſui permittam, licet deficiant plura virtutum tuarum lineamenta; nihilominus, qui hæc inſpexerit ex ijs ſatiſuperque agnoſcet effigiem tuam; quæ deſunt ſupplebit venturus dies.

Duo præcipue impulerunt me ad ſcribendum hunc de Datario Commentarium. Primum quod congeſtis, quæ coram prædeceſſoribus tuis in hoc munere Datarij egi cauſis poſteritati vtilem fore crederem. Alterum quod te non principi, cui notus ſatis: ſed Orbi toto digneque te ſummo munere præeſſe oſtenderem. Ex his alterum, ſi conſequor felices iam curæ ſatis, & labores. Non ego ſum opum auidus; ſed honorum, qui collocentur in amicos. Hanc cum lacte imbibi voluntatem, vt amicorum potius ſim, quam meus; quos, vt prædicem, vt conſpicuos reddam, vt ad honores debitos præconijs perducam nullo parco labori (abſit verbo inuidia) omnem ſubeo curam. De te Præſul Illuſtriſsime non eſt, quod multum ſim ſollicitus, cum merita tua tanta ſint, vt præcone non indigeant: Eaque (quod feliciſsimum tibi accedit) Principi, & quidem gratiſsimo nota. Vel ego prorſum falſus ſum, & penitus diuinatione deſtituor, vel propediem oportebit alteram tibi diuerſis coloribus delineare effigiem. Vanum Chalcantem eſſe me non permittet optimi principis erga te beneuolentia, & tua erga eum fides. Macte virtute eſto vir eximie non deerunt inſulæ concurrentibus gratitudine Principis, & meritis tuis: tantum viue, & vale, Curiæ toti, quæ gratiarum, te æquum agnoſcit diſtributorem, & apud Principem merentium interceſſorem.

ELEN.

ELENCHVS CAPITVM OPERIS.

Cap. 1. DE Etymo, & denominatione Datarij. pag. 1
Cap. 2. De Origine, & Antiquitate muneris Datarij. ibid.
Cap. 3. De Dignitate Datarij, & Officij præheminentia. 4
Cap. 4. De qualitatibus requiſitis in Datario. 5
Cap. 5. De Datarij Miniſtris, ac Datariæ Officialibus. 7
Quæſt. 1. An executores litterarũ Apoſtolicarum, dati in litteris poſſint mutari à ſignatura Iuſtitiæ. 11
Quæſt. 2. Quãdiu duret auctoritas executoris ad inducendum, & inductum defendendum. 12
Quæſt. 3. An, & quãdo dicatur executor merus, vel mixtus, ad effectum, vt teneatur nec nè aſſumere partes Iudicis, & ab eius Decreto detur, vel non appellatio ſuſpenſiua. 14
Quæſt. 4. An, & quando Executor litterarum Apoſtolicarum poſſit ſubdelegare. 23
Quæſt. 5. Quomodo Executor teneatur ſe informare de idoneitate ſibi comiſſa. 24
Quæſt. 6. An Executor poſſit facere omnia ea quæ ad faciliorem cauſæ expeditionem conducunt. An verò ſolum ea, ſine quibus cauſa expediri non poteſt. 26
Quæſt. 7. An profeſſio fidei de qua per Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. & Conſtit. Pij. incip. Iniunctum poſſit fieri per Procuratorem. 27
Cap. 6. De Data. 30
Quæſt. 8. An attendatur data primæ, ſeu potius ſecundæ gratiæ. 38
Cap. 7. De noua prouiſione. ibid.
Cap. 8. De Reformatione. 45
Cap. 9. [illegible] 46
Cap. 10. De Reform. & correct. Bullarũ. 48
Quæſt. 9. An Bullæ diſcordantes à mãdatis, remittendæ ſint ad corrigendum. 50
Quæſt. 10. Datarius an poſſit corrigere ſupplicationes regiſtratas. 52
Cap. 11. De prorogationibus. 57
Cap. 12. De Reſtitutionibus. 59
Cap. 13. De Suſpenſionum Relaxation. 65
Cap. 14. De gratia Perinde, & etiam Valere. 73
Quæſt. 7. An quemadmodum ob gratiã reualidatoriam debetur compoſitio ſuper mala perceptione fructuum, ita etiam debeatur ſuper indebita perceptione terminorum penſionis. 75
Cap. 15. De confirmatione. 79
§. 1. De confirmatione Indultorum, priuilegiorum, & exemptionum. 80
Quæſt. 8. An priuilegium habens derogatoriarum derogatorias, & in vim pacti cauſa verè oneroſa, & quod de toto tenore, &c. aliaſque omnes clauſulas, quæ ad firmitatem cõducunt, & excogitari poſſunt comprehendantur ſub Conſtit. Vrbani VIII. reuocatoria priuilegior. Cam. Apoſtol. quomodolibet concernentium. 89
§. 2. De Confirmatione legitimationis. 92
Quæſt. 9. An Princeps procedendò de plenitudine poteſtatis, poſſit legitimare ſpuriũ in præiudiciũ vocatorũ, & quando hoc cenſeatur voluiſſe. 95
Quæſt. 10. An cõſtitutio Pij V. contra illegitimos obſtet quominus ſint capaces Emphiteuſis Eccleſiaſticæ tranſitoriæ extraneos. 96
§. 3. De Confirmatione ſtatutorum. 98
§. 4. De Confirmatione vnionum. 103
§. 5. De Confirmatione diſſolutionis vnionis. 107
Quæſt. 11. An, & quæ Hoſpitalia poſſint viſitari ab Ordinarijs. 108
§. 6. De Confirmatione Electionũ. 114
Quæſt. 16. An, & quando electus, vel præſentatus ante confirmationẽ, vel inſtitutionem reſpectiue, ingerens ſe in adminiſtratione per ſe, vel alium, cadat ipſo facto a iure per electionẽ, ſeu præſentationem, ſibi quæſito, & quid poſt propoſitionem in Conſiſtorio. 134
§. 7. De Confirmatione Erectionũ. 135
Quæſt. 17. An tranſiens ad ſecundam Religionem deſerat ſecum omnia, quæ tulit ad primam. 143
Quæſt. 18. An translatus profeſſus de vno Monaſterio ad alterum teneatur etiam in ſecundo profiteri. 145
§. 8. De Confirmatione concordiæ, & contractuum. 151
§. 9. De Confirmatione ſententiarum, & Iudicialium. 154
§. 10. De

§.10. De Confirmatione alienationũ, ſi in euidentem. 160
§.11. De permutationis Confirmatione, ſi in euidentem. 174
§.12. De Confirmatione locationis rei Eccleſiæ. 177
§.13. De Confirmatione conceſſionis rei Eccleſiæ in Emphiteuſim. 183
Quæſt.19. Emphiteuſis conceſſa ad tertiam generationem à qua perſona incipiat. 187
Quæſt.20. An, & quando ſit debita Emphiteuſis renouatio. 191
Quæſt.21. An aperta Emphiteuſi per lineam finitam dominus directus propria auctoritate poſſit ingredi, & capere illius poſſeſſionem. 192
Quæſt.15. An, & quando in venditione Emphiteuſis Eccleſiæ, domino directo ſit debita quinquageſima, ſiue laudemium. 196
Quæſt.23. An, & quando ob non ſoluti canonem inducatur rei Emphiteoticæ caducitas. 197
§.14. De Confirmatione feudi. 210
§.15. De Confirm. Iuris patronatus. 222
Quæſt.24. An Ius patronatus mixtum cenſeri debeat Laicale, vel Eccleſiaſticum. 247
Quęſt.25. An ſub derogatione Iuſpatronatus cenſeatur derogatum qualitatibus. 249
Cap.16. De ampliatione, ſeu extenſione gratiæ. 273
Quæſt.17. An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum illegitimo, & an diſpenſatus ad ordines cenſeatur diſpenſatus ad penſionem. 274
§.1. De Diſpenſ. ſuper defectu ætatis. 276
§.2. De Diſpenſatione pro corpore vitiatis. 283
§.3. De Diſpenſatione ſuper pluralitate beneficiorum. 285
Quæſt.18. An Collatio tertij facta habenti duo ſit nulla, vel potius vacent duo priora. 286
§.4. De diſpenſat. de non Reſidendo. 290
§.5. De Diſpenſatione pro eo qui artem medicinæ, ſiue Chirurgiæ exercuit, ſiue in criminalibus iudicauit. 293
§.6. De Diſpenſat. propter infamiã. 294
§.7. De Diſpenſatione de non promouendo. 297
§.8. De Diſpenſatione ad beneficia, in Eccleſia in qua Pater. 299
§.9. De diſpenſatione cũ Neophitis. 301
Cap.17. De Retentione. 305
Cap.18. De mãdato expediẽdo gratis. 311
§.1. De Compoſitione. 313
§.2. De Taxa Bullarum. 315
§.3. De Annata. 336
§.4. De Quindennio. 353
Quæſt.19. Vtrum Papa committat Simoniam. 362
Quæſt.20. Vtrum prouiſi à Cardinalibus ordinarijs teneantur petere nouam prouiſionem, ac ſoluere annatam, & taxas. 366
Cap.19. De commutatione Iudicis. 369
Cap.20. Quod Iudices procedant ad executionem litterarum, non obſtante obitu prædeceſſoris. 373
Cap.21. De gratia & forma rationi congruit. 374
Cap.22. De dimiſſione ex decreto. 377
Cap.23. De gratia ſi neutri. 382
Cap.24. De ſubrogatione. 387
§.1. De ſubrogatione in locum Collitigantis. 389
§.2. De ſubrogatione gratioſa pro tertio non collitigante. 402
Quæſt.21. Quæ lis requiratur ad effectum ſubrogationis. 406
Queſt.31. An, & quando gratioſè ſubrogatus apprehendendo poſſeſſionem attentet. 409
§.3. De ſubrogatione rerum. 417
Cap.25. De retroceſſione. 418
Cap.26. De Regreſſu. 421
Cap.27. De Caſſatione penſionis. 447
Cap.28. De breui capiendæ poſſeſſionis nomine Cameræ. 450
Cap.29. De gratia alternatiua. 445
Quæſt.32. An indulta de conferendo, comprehendant beneficia duplici reſeruatione reſeruata. 469
Quæſt.33. Quomodo probanda ſit reſeruatio ad effectum Regulæ 8. 473
Quæſt.34. An ſimultanea competat Capitulis de iure, vel ex indulto, ſiue conſuetudine. 474
Cap.30. Proſecutio materię de Data. 477
Cap.31. De Antidata. 482
Cap.32. De ſupplicatione. 488
Cap.33. De gratia. 502
Cap.34. Romana Reſeruationis. 514
Cap.35. Additio ad Cap.18. de Taxa. 522
Cap.36. De Regiſtro 525
Cap.37. De Sumptu ex Regiſtro. 532
Cap.38. De Stylo. 539

DE

DE OFFICIO,

Et Iuriſdictione Datarij,

ET DATARIÆ STYLO:

LIBER PRIMVS:

SVMMARIVM.

Datarius à datando, non à dando dicitur, num.1. contrarium num.7.
Papa concedit gratias non Datarius, num.2.
Soli Datario creditur circa conceſſionem gratiarum, n. 3.
Datarius eſt organum mentis, & vocis Papæ, num 4.
Datum idem quod conceſſum, num.5.
Per manus Datarij trāſeunt omnia ea, quæ ſunt gratię, n.6.
Datarius in conferendis beneficijs eſt Papæ Vicarius, ſiue ſubſtitutus, num.8.
Datarius mandat per conceſſum conferri beneficia ſimplicia non excedentia valorem ducat.x. auri de Cam.n.9.

De Etymo, & Denominatione Datarij. Cap. I.

1 VOlunt plerumque omnes poſt *Rebuff* ad for-
mam ſimplicis Signaturæ verbo Datum, Da-
tarium non à dando, ſed à datando dictum eſſe eo
1 quod non ipſe, ſed Papa concedat gratias *Cotta de-
ciſ. 16. Flamin. Paris de reſig. benef. lib.9. quæſt 25. n.*
3 11. Nihilominus munus Datarij non eſt ſolummo-
4 do datam gratijs apponere, ſed conceſſas a Ponti-
fice partibus exhibere, & teſtari de gratia conceſ-
ſa, in quo ſoli Datario creditur: quia ſolus eſt or-
ganum mentis, & vocis Papæ, *Gonzalez ad reg.8.
Cancell. Gloſ.63.n.60.* Et ſic verbum datum ſignificat
5 conceſſum *§. de argumentis in Auth. de Nuptijs.* Om-
nia enim quæ ſunt gratiæ, cōcernunt munus, & of-
6 ficium Datarij, per cuius manus omnia tranſeunt,
& vt inquit *Gonzalez vbi ſup. n.57.* ſinè quo factum
eſt nihil, quia gratiæ Papæ tranſeunt per manus
Datarij, tanquam per canalem gratiarum facit
*Lancellot. de attentatis 2. par. cap.4. limit.19. num. fin.
& limit.29. num.3.*
Vnde licet verum ſit, Papam ipſum, non autem
Datarium eſſe gratiarum datorem, nihilominus
cum ſit omnium gratiarum quodam modo media-
tor, denominatio officij non à datando ſolum, ſed
7 à dando etiam deſumptum videtur præſertim cum
Datarij munus ſit ſuggerere Pontifici, qui in Curia
digniores ſint & magis mereantur de beneficijs va-
8 cantibus prouideri, vt infrà oſtendemus, adeò vt in
munere dandi, ſiuè conferendi, videatur quodam
modo Pontificis Vicarius. Immo propria auctori-
tate, nulla communicatione facta cum Pontifice,
ex eiuſdem Pontificis permiſſione mandat confer-
ri per ſupplicationes ſignatas per conceſſum Curia-
9 libus ſibi notis beneficia ſimplicia, quorum an-
nuus redditus valorem ducatorum decem auri de
Camera non excedit; quod non datare ſed dare
eſt. Et demum quod Datarius non à datando, hoc
eſt à ſubſcribendo ſolum dicatur, illud argumenti
eſt, quod Cardinalis Sacratus Datarius Greg. XV.
non databat, ſed eius loco ſubdatarius, & Illuſtriſſi-
mus meus Vicarius, qui hodie hoc magiſtratu fun-
gitur habet indultum particulare à Sanctiſſimo, vt
munus, ſiuè onus datandi poſſit delegare cuicum-
que miniſtro Datariæ.

SVMMARIVM.

1 *Munus Datarij antiquiſſimum.*
2 *Datandi munus demandabatur antiquitus diuerſis.*
3 Sarnen. in proemio reg. Cancell. *refellitur.*
4 *Clauſula ſcriptum, & clauſula datum plerumque idem importabant.*
5 *Cancellarius non veniebat nomine ſcriniarij, Bibliothecarij, ſiuè Notarij.*
6 *Erectio officij Datarij incerta.*
7 *Innocentius Octauus Datariam extruxit per amplam, & magnificam.*
8 *Cancellarius, & non Vicecancellarius nuncupandus eſt, qui ſummo illo magiſtratu fungitur.*
9 *Archidiaconi S. R. E. officium, illiuſque ſuppreſſio.*
10 *Erectio officij ſummatoris.*

De origine, & antiquitate muneris Datarj. Cap. II.

MVnus ipſum Datarij quicquid ſit de officio ſiuè nomine antiquiſſimum eſt nec certam

quiui reperire originem , licet probabile ſit , quod
eo ipſo ac Summi Pontifices conſueuere publica
ſuper gratijs à ſe conceſſis conficere diploma-
ta fuiſſe ſimul deputatum quendam , qui gra-
tias huiuſmodi publicas faceret per Verbum Da-
tum, licet Datarij nominē adhuc non inſigniretur.
*Nicolaus Perottus Archiepiſcopus Sipontinus Cornu-
copiæ ſua commentariorum linguæ latinæ in verbo Da-
tarius. pag. 304. editionis Aldi ſenioris.* Datarius (in-
quit) nouum quidem ſed non inelegans nomen ſi-
gnificat autem eum, qui in poſtulationibus ac litte-
ris , manu Pontificis Maximi ſubſcriptis diem , &
locum notat quibus datæ ſunt litteræ . Idem colli-
gitur ex Epitaphio Sarcophago in templo B. Mariæ
de populo, inſcripto. videlicet Io. Ortege Gomieli
Epiſ. Potent. ab Alex. VI. ob fidem, integritatem, ac
iuriſprudentiã, ſupplicibus libellis ſubnotandis Da-
tatium vocant Præfecto, &c. totius Hiſpaniæ Spem
maxime fefellit, &c. Ex qua inſcriptione colligitur
datarius plerique ad maiora promoueri; vocabu-
lum vero ipſum recens eſſe , vt denotant verba illa
Datarium dicunt. Et hæc Prouincia non ſemper ei-
dem perſonæ, aut dignitati, ſed modo vni, modo al-
teri demandabatur, vt ex pluribus vetuſtiſſimis
Pontificum Romanorum diplomatibus videre li-
cet , quorum vetuſtius , quod ad manus meas per-
uenerit eſt priuilegium quoddam Pelagij II. de an-
no 579. conceſſum Abbati monaſterij ad organum
Veronæ , cuius ſubſcriptione legitur ſcriptum per
manus Laurentij Presbyteri S. R. E. Bibliothecarij
menſe Martii indict. 3. Bene valete, nec non alterum
Ioannis deciminoni conceſſum eidem Abbati , cui
ſubſcriptum legitur ſcriptum per manus Ioannis
Cardinalis, & Cancellarij , Vice Petri Diaconi in
menſe Septemb. & indict. octaua, & paulo inferius.
Datum per manus Dodonis Epiſcopi, & Biblio-
thecarij S.R.E. in menſe & indict. ſupradictis. In ſa-
cratiſſima Sede B. Petri Apoſtoli anno I. anno Deo
propitio Pontif. Domini Ioannis Summi Pontifi-
cis Deciminoni PP. qui annus incidit in annum
Domini 1024.
Et huc referri debent, non ad Vicecancellarium
antiquæ Bullæ relatæ per Sarnen. in proemio ad re-
gulas Cancell. tit. de Cancellaria. & Vicecancella-
rio, quarum prior eſt Stephani Secundi de an. 755.
quæ ſequentem refert ſubſcriptionem ſcriptum per
manus Benedicti Scriniarij S. R. E. in menſe Iulio
Indict. v. in Sacratiſſima Sede B. Petri Apoſtoli 3.
anno Pontificatus.
Qui annus tertius Pontificatus incidit in annum
Domini 755. non autem in annum 752. vt inquit
Sarnen. quia de eo anno vt legimus apud Platinam
fuit ad Pontificatum aſſumptus & data dicit Ponti-
ficatus anno 3.
Altera Bulla relata per Sarnen. eſt Paſchalis Pri-
mi , quæ incidit in annum 827. Videlicet ſcriptum
per manus Theodorij Scriniarij S.R.E. &c.
Ex quibus infert Sarnen. munus conſcribenda-
rum litterarum Apoſtolicarum antiquitus ſpectaſ-
ſe ad Vicecancellarium , eumque modo Scrinia-
3 tium modo bibliothecarium fuiſſe nuncupatum ,
ſed hallucinatur maximè, quia officia illa erant di-
ſtincta, & Pontifex munus hoc aliquandò tribuebat
Cancellario aliquando Bibliothecario , aliquandò
Scriniario aliquandò etiam S. R. E. Subdiacono ,
vt patebit ex ſequentibus exemplis. 3
Paſchalis II. concedit priuilegium Abbati S. Pe-
tri ad Truentum, quod ſequentem habet ſubſcrip-
tionem. Datum Beneuenti per manus Ioannis
S. R. E. Cardinalis , & Bibliothecarij 12. Kal. Maij
indict. x. Incarnationis Dominicæ anno milleſimo
centeſimo, Pontific. autem D. Paſqualis II. anno 18.
Adrianus IV. de anno 1158. concedit priuile-
gium Abbatiſſæ Monaſterij Rumoricen. Tullen.
Diæc. cum ſequenti ſubſcriptione.
Datum, lat. per manum Rolandi S. R. E. presb.
Card. & Cancellarij 3. non. Iunij indict. 5. Incarna-
tionis Dominicæ anno M.C.L.VII. Pontificatus ve-
rò Domini Adriani PP. Quarti anno tertio .
Idem Adrianus concedit priuilegium Rectori
Congregationis Parochorum Ciuitatis Placentiæ
ſubſcriptum ab eodem Rolando Cancellario .
Alexander Tertius de anno 1177. concedit pri-
uilegium Abbati Monaſterij S. Mariæ ad Organum
Veronæ ſequenti ſubſcriptione.
Datum Venetijs in Riuo alto per manum Gra-
tiani S.R.E. Subdiaconi, & Not. V. idus Iulij indict.
decima , Incarnationis Dominicæ M. C. L. XXVII.
Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ Tertij
anno decimo octauo ,
Anaſtaſius Quartus de anno 1153. conceſſit Ab-
bati Monaſterij S. Mariæ de Flumana indultũ tranſ-
ferendi Monaſterium ſitum extra muros Ciuitatis
Fotoliuij intra moenia Vrbis cum ſubſcriptione.
Datum Latetani per manum Rolandi S. R. E.
Presb. Card. & Cancellarij Kal. Decembris Indict.
vndecima Incarnationis Dominicæ M. C. L. I I I.
Pontificatus vero Domini Anaſtaſii Papæ Quarti
anno primo . Poſſem huius generis afferre ſexcenta
alia exempla, ſed allata ſufficiunt ad comprobatio-
nem aſſumptæ concluſionis & præterea ex ijs colli-
gimus plura : primo quod clauſula, ſcriptum , &
clauſula, Datum, idem ſignificabant, quando Bullæ
4 vltrà clauſulam, ſcriptum, non continebant aliam
clauſulam, Datum; quia clauſulæ, ſcriptum, adijcie-
batur tempus quod eſt proprium datæ, licet in vni-
ca illa Bulla Ioannis Deciminoni legatur clauſula
Datum, per diuerſam perſonam appoſita: Secundo
quod Scriniarij Bibliothecarii , Subdiaconi, & No-
tarii non fungebantur munere Cancellarii, vel cer-
tè idem Cancellarius dictis diuerſis nominibus nõ
nuncupabatur: ſed tam Cancellarius, quam omnes
prædicti fungebantur munere Datarii, quod liquet
vel ex eo , quod Ioanni Decimonono ſubſcribens
eſt Cancellarius, Paſchali Secundo Bibliothecarius,
& Adriano Tertio rurſus Cancellarius ; ſignum eui-
dens, quod munus ſubſcribendi, ſiue datandi litteras
Apoſtolicas non erat proprium Cancellarij , nec al-
teri dignitati annexum , ſed adminiſtrabatur pro-
miſcuè à quocumque cui, illud Pontifex iniunxiſſet
etiam a non Cardinalibus , vt apud Alexandrum
Tertium Gratianus Subdiaconus , qui Cardinalis
non erat , hoc muneris exercuit .
Sub quo Pontifice primo officium Datarij cæp-
tum ſit, hactenus non repperi ſcriptum : ante tem-
pora tamen Bonifacij Octaui illud extitiſſe pro cõ-
perto habetur , eo quod è regione Palatii Latera-
nenſis in Hortis Marchionis Iuſtiniani viſitur Xy-
ſtus

ſtus quidam peruetuſtus ; quem dicunt fuiſſe partem Datariæ vſque de tempore Honorii Tertii : quod ipſum pro vera traditione receptum eſt, & non abhorret à vero, cum tuoc Pontifices apud Lateranum agerent.

Innocentius Octauus deindè, Datariam extruxit in Vaticano ingens ſanè, & magnificum ædificium nedum Datario, eiuſque officialibus miniſtris, ſed negociantibus per commodum quod Paulus V. dum noua Principis Apoſtolorum Petri Baſilica exſurgeret penitus excidit, & Datariam ad interius Vaticanum tranſtulit. Tertio ex prædictis colligimus, Caucellarios vocari, non Vicecancellarios antiquitus omnes illos, qui magna hac dignitate fungebantur, quem errorem licet de pietate *Rom. li.* 1. *cap.* 4. *& fer. dier. cap.* 20. alibi explicauerim, tamen non abs re fuerit ea hic repetere. Cancellarii dignitas erat Cardinalitia, hoc eſt quod non conferebatur extra Collegium Cardin. immò *Lucas de Penna* refert, quod indulto Benedicti VIII. dignitas hæc annexa : titulo S. Rufinæ, quemadmodum hodie erat S. Laurentii, & Damaſi: quãuis ego hunc titulũ S. Rufinæ huic dignitati annexum apud alium non viderim, ſed hoc patum ad rem, cum ſufficiat ſcire, neminem Cancellatium fuiſſe, qui non & Cardinalis eſſet vſque ad tempora Gregorij Octaui, qui dignitatem hanc in Cardinalatu obtinuerat, & Pontifex denunciatus omnium primus eam contulit non Cardinali, nempe Canonico cuidam Lateranenſi. Hic ob reuerentiam Prædeceſſorum, non vt illi Cãcellarium, ſed Cancellarii vices agentem ſe dicebat, quæ dictio, cum prolixior eſſet, paulatim coaluit in Vicecancellatium, & ità ſeruatum per alios in officio ſucceſſores per centum, & vltrà annos. Donec Bonifacius Octauns magiſtratum poſtliminio reſtituit ſacro Card. Collegio, illumque contulit Ricardo Petronio Senenſi Sexti decretalium compilatori, iam pridem à ſe creato Cardinali S. Euſtachij. Ricardus antiquioris inſtituti, (licet legum peritus) vel ignarus, vel immemor per inſcitiam Vicecancellarij, à non Cardinalibus inuectum nomen retinuit, quamuis Cardinalis eſſet quo eximius magiſtratus, etiam hodie craſſo errore diminuitur. De hac reſtitutione dignitatis facta Collegio teſtatur, *Granat. ad Veſtrium lib.* 1. *cap.* 4. vbi dicit, munus hoc exercuiſſe viros priuatos ante Bonifacium, ſed neſciuit quod ante Greg. VIII. eſſet penes Cardinales.

Error Ricardi plurimos Doctores in alios impulit, nam cum ipſi huius facti notitiam non haberent, & cauſam denominationis Vicecancellarii inueſtigarent attulerunt ad id prorſus ridicula. *Card. Zabarell.* alioqui vir doctiſſimus in Clement. ne Romani de elect. puerile refert commentum, inquit enim, quod antiquis temporibus fuit ortum certamen inter Pontificem, & Cancellarium, qui ſe Pontifici exequare conabatur, & ob id Papam conſtituiſſe, vt in poſterum, non Cancellarius, ſed Vicecancellarius nuncuparetur; Verum apparet figmenti vanitas.: vel ex eo, quod huius facti nulla apud antiquiores extet memoria qui rem notatu digniſſimam, poſteris non inuidiſſent. Adde quod incredibile eſt Cardinalium vnum voluiſſe contra Pontificem inſurgere, & quatenus hoc verum, mutatio, nominis non fuiſſet pœna condigna ſceleri: legimus apud Platinam Cardinalem S.R.E. Archidiaconum ſummæ fuiſſe auctoritatis, ac priuilegiis, & indultis Pontificum officium huiuſmodi adeo excreuiſſe, vt aliquandò obſtaret Pontificum conatibus, non quidem potentia, & auctoritate propria ſed in vim priuilegiorum à Pontificibus dignitati conceſſorum, quapropter Papæ Archidiaconum exauctorarunt, & officium ſuppreſſerunt, ac exindè aliqui volunt, officium Cancellarii exortum fuiſſe; cuius præſides ſimiliter cum temporis curſu magnam ſibi auctoritatem arrogarent; Placuit Ioanni XXII. *vt Sarnen. in proemio regularum teſtatur*, eidem præſcribere regulas, iuxta quarum tenorem litteras apoſtolicas expedire teneretur. Verum hic etiam offendiculum; nam cum Pontifices aliquandò de ſuprema poteſtate litteras expediendas remitterent Cancellario, quarum gratia regularum limites excederet: Cancellarius recuſabat expeditionem eo quod legibus ſibi præſcriptis eſſet contraria quapropter adinuentum fuit officium ſummiſtæ, qui ſummariè, reiectis Cancellariæ regulis, litteras iuxta mentem Pontificis expediret. De qua re plura dicemus, Deo dante, in Commentario de iuriſdictione Vicecancellarii, Nunc redeamus eò vnde digreſſi ſumus.

Hoſtien. in c. quanto de translat. quem ſequuntur *Galielmus de Benedictis in c. Rainutius in verbo Vxorem n.* 205. *de teſtibus, & Caſſaneus in Catalogo Gloriæ mundi in* 7. *par. conſid.* 7 *& Sarnen. in d. proemio, & Aut. Granat. ad Veſtr. d. cap.* 4. Ideo exiſtimant Vicecancellarium appellari, quia ſolus Pontifex in Eccleſia Dei Cancellarius eſt. Et ſicut Moſes in Regno, & Synagoga Iudęorum pro Deo verus Cancellarius fuit, ſic in Eccleſia Dei ſolus Papa, cuius, & Dei vnum, & idem dicitur eſſe Tribunal. Sed pace tantorum virorum hæc ratio omninò inepta eſt, quis enim Moſen vnquam vocauit Dei Cancellarium? Si Papa Dei Cancellarius eſt: quis tandem erit Cancellarius Papæ, quem ſolum hic quęrimus? Cancellarii munus eſt cancellare reſcripta Pontificum in ea parte, vbi iuxta regulas ſibi præſcriptas non ſunt eius menti conſentanea non autem ſe ingerere abſolutionibus peccatorum, & omnem tollunt difficultatem præ inſerta diplomata, quibus Cancellarius, non Vicecancellarius nuncupatus, eique demandabatur munus datandi licet non ſemper vt oſtendimus, quamuis crederem, particulari deputatione ad Cancellarium ſpectaſſe, vt denotat Bulla Ioannis Deciminoni ſupra allata, in qua legitur ſcriptum per manus Ioannis Card. & Cancellarii Vice Petri Diaconi: ad quem nempè ſpectabat munus ſcribendi, & quia datans diuerſus eſſe debebat à ſcribente. Data fuit appoſita per manus Dodonis Epiſcopi.

SVMMARIVM.

1 *Datarius repræſentat perſonam ipſius Principis.*
2 *Quicquid gerit Papa circa gratias per Datarium gerit, & Princeps tenetur de eius facto, & n.* 11.
3 *Datario non poteſt opponi falſitas.*
4 *Omnia Tribunalia Vrbis deferunt Datario.*
5 *Cardinaliũ atteſtationi an & quãdo adhibeatur fides.*
6 *Datarij munus reliquis ſublimius eſt, & excelſius reliquis.*

7 *Munus Datarij expirat morte Pontificis.*
8 *Datarius tenetur gratias non regiſtratas reſeruare futuro Pontifici in obitu Papæ.*
9 *Datarij officium coincidit cum Præfecto, ſiue Comite ſacrarum largitionum,* Cuiacius *reijcitur, & obiter interpratatur* textus in l. qui ex queſturæ Cod. de quæſtor. mag. offic. lib. 12.
10 *Datarius, mortuo Pontifice, vilibus officijs fungi non debet.*

De dignitate Datarij & officij præeminentia. Cap. III.

DAtarij magiſtratum ſummæ eſſe dignitatis
liquet ex traditis in præcedenti capitulo,
cum nullus excelſior eo videatur eſſe, per quem,
tanquam omnis conceſſionis executorem, tranſeũt
1 omnes gratiæ Pontificiæ, & ideo dicitur repræſen-
tare perſonam ipſius Principis, *Pariſ. de reſig. lib. 11.*
quæſt. 13. n. 118. & quæſt. 13. n. 113. li. 21. Rot. in Fir-
mana Iuriſpatronatus 9. Maij 1631. coram Ghislerio,
& in ead. cauſa 24. Ian. 1633. coram Dunozetto. Et cũ
omnia, quæ Papa agit, medio ipſius agat, geſta per
eum tenent, ac ſi geſta eſſent per ipſum Principem,
2 qui propterea, vt acquirit facto Datarij, ita etiam
eiuſdem facto tenetur *Put. deciſ. 434. lib. 2. num. 1.*
3 Hinc Datario falſitas opponi non poteſt, nec teſtes
deſuper poſſunt admitti, *Verall. deciſ. 32. lib. 1.* ſed
aſſertio eius eſt inconcuſſæ fidei, adeò vt omnia Vr-
bis Tribunalia immò ipſæ Sacræ Congregationes
Illuſtriſs. Card. illius dicto, vti legi deferant. Exem-
5 plum apud Illuſtriſs. Interpretes S. Conc. Trident.
ſeſſ. 24. cap. 18. Verbo adueniente vacatione, &c. vbi
reſcripſerunt. Datarius teſtatur, Papam prouidere
de beneficiis vacantibus in menſibus non reſerua-
tis, Sede Epiſcopali vacante, licet de his nulla ha-
beatur reſeruatio, vel in corpore iuris, vel in extra-
uag. regulis; hæc Cong. hodiè tamen reſſeruatur per
regulam 2. Cancell. Teſtatur enim Datarius in ſuis
decretis de Viuæ vocis oraculo Papæ, quæ vnica eſt
ratio cur Cardinali aſſerenti, fuiſſe ſibi aliquid à
Pontifice commiſſum, credatur, *Maſcard. de probat.*
lib. 1. concluſ. 140. nu. 14. Gabriel eod. ti. concl. 3. n. 15.
nam niſi Cardinalis huiuſmodi aſſertione vtatur:
eius dicto, fides adhibenda non eſſet indiſtinctè, niſi
concurrentibus, quę traduntur per *Maſcar. & Gabr.*
locis allegatis; vt bene fuit diſtinctum per Rotã in
cauſa Lauretana Iuriſdictionis 5. Martii 1618. co-
ram Card. Sacrato, Cardinales autem non vtuntur
viuæ vocis oraculo, niſi in iis negociis, ad quę ſpe-
6 cialiter per Papam fuerunt deputati nempe Card.
Vicarius de re ad huiuſmodi officium ſpectante,
ſiue Cardinales Religionum Protectores, de rebus
Regularium, quemadmodum etiam reliqui Curiæ
ſupremi magiſtratus Vrbis Gubernator Theſaura-
rius, & Auditor Cameræ. Datarius verò vtitur, vel
vti poteſt indiſtinctè in omnibus edictis, ſiuè decre-
tis quamcumque tandem materiam tangentibus:
quia cenſetur habere mandatum generale ad om-
nia, & ſpeciale ad ſingula, adeò vt nunquam poſſit
obiici Datario, nullitas actus, ſub prætextu, quod
requireret mandatum ſpeciale in quacumque tan-
dem materia.

Proinde Datarii munus excelſius ſublimiuſque
eſt cunctis omnibus, vt inquit *Gonzalez. Gloſ. 63. nu.*
7 61. Et ideò Summi Pontifices, morte Papę, officium
Datarii expirare voluerunt, vt tanta auctoritas
tranſeat ad ſucceſſorem, quod Pius IV. vltra con-
ſuetudinem inueteratam expreſſa cõſtitutione ca-
uere voluit in bullar. Vet. conſt. 81. in nouo cõſt. 63.
Datarij verò miniſterium, per eiuſdem Pontificis obi-
tum, omnino expiret, ita vt non ſolum datas per eum
antea notatas, extendendi poteſtatem minime habeat,
ſed quaſcumque ſupplicationes gratiarum, & iuſtitiæ
penes eum, & eius miniſtros adhuc exiſtentes, etiam ſi
datatæ fuerint Collegio Card. ſtatim ſub ſigillo clauſas
præſentare teneatur futuro Pontifici reſeruandas. Quod
8 *ſi contra præmiſſa quicquam, ad cuiuſuis etiam Cardi-*
nalis inſtantiam attentare præſumpſerit, irritum, &
inane exiſtat, & nihilominus falſi crimen incurrat, il-
lius rationem futuro Pontifici redditurus.
9 Datarii officium coincidere videtur cum illo,
quod antiquis Imperatoribus erat Præfecti, ſiue
Comitis ſacrarum largitionum, de quo eſt *titulus*
35. lib. 1. Codicis, quemadmodum Eleemoſinarii
munus, Comiti largitionum rei priuatæ: de vtroque
eſt *titulus 6. lib. 12. Codicis*, & reſcriptum Diuorum
Imperatorum Gratiani Valentiniani, & Theodoſii
ad Reſtitutum Præfectum Vrbi, quod hic libet ap-
ponere; vt videatur quantum honoris huic muneri
ſemper tributum fuerit. *Qui ex quæſturæ honore, aut*
officiali magiſterio, aut comitiua vtriuſque ærarij noſtri
antea iſto ſplendore viguerunt; acclamatione excipiantur
ſolita, nec prætereantur vt incogniti; vbi *Cuiacius* no-
tat, quod, licet hæ dignitates vno titulo hic com-
prehendantur, non tamen ſunt inter ſe pares vt
probat *textus in leg. 2. vt dig. ord. ſeruetur eod. lib. 12.*
10 Notabam hic incidenter, quod *Cuiacius* verbó
officiali ſubſtituit efficaci, cum tamen magis con-
uenire videatur textui verbum officiali, quia loqui-
tur de officialibus Principis, præſertim quia ratio
per *Cuiacium* allata non videtur hoc concludere,
inquit enim efficaci legendum eſſe, ad differentiam
exqueſturæ honorariæ, quam publice ab officiis, &
Præconibus acclamatione, & ſalutatione excipi
oportet, perindè atque exmagiſterium efficax,
ideſt re ipſa adminiſtratum & excomitiuam ſacra-
rum, priuatarumque largitionum. At nullus exquę-
ſtor dici poteſt, qui non fuerit antea quæſtor, vt no-
tat *Gloſ. in leg. 1. §. ideoque Verbo Exquæſtor de Nouo*
Codice faciendo, & ſic ſecundum hanc rationem,
verbum efficaci, non conſtituit differentiam inter
exquæſtorem, & excomitem, ſi ita legendum ſit.
Quamobrem ſi coniectura agendum eſſet, exiſti-
marem, delendam eſſe particulam ex & legendum
qui queſturæ honore, &c. & verbo officiali, ſiue vt
placet *Cuiacio* efficaci, ſubſtituendum effectuali, vi-
delicet honore, & acclamatione excipiendos eſſe
eos, qui actu huiuſmodi magiſtratibus funguntur,
nulla enim ratio, cur Auguſti acclamatione excipi
velint eos, qui magiſtratibus functi ſunt, & non po-
tius eos, qui de præſenti iis funguntur. Probatur hęc
lectura ex eo quod textus non dicit exmagiſteriũ,
& excomitiua, vt ſubſtituere cogitur *Cuiacius*, ſed
magiſterio, & Comitiua, & nihilominus ſi particu-
lam ex: repetere voluiſſet, feciſſet hoc vtique vt *d. §.*
ideoque vbi exqueſtor, legitur & prætor, & excon-
ſul, ſignum euidens in noſtro textu: particulam ex;
mendoſe irrepſiſſe, & ideo legendum eſſe. Qui que-
ſturæ,

ſturæ honore, aut effectuali magiſterio, aut comitiua ſacrarum largitionum, &c. & hoc abunde probari videtur ex lectura tituli, qui habet de Queſtoribus, Magiſtris, & Comitibus, non autem de Exqueſtoribus, Exmàgiſtris, & Excomitibus. Vnde vt textus reſpondeat titulo, ſumenda eſt noſtra lectio, ſed fortaſſis fuſius iſta, quàm oportuit. Duo notanda non omittam, primum Comitem ſacrarum largitionum obligare facto ſuo Principem, vt notat idem *Cuiacius in l. ſuper creandis de iure fiſci lib.* 10. & ſupra firmaui de Datario. Alterum Comitem ſacrarum largitionum functo officio, vilibus officijs ob dignitatis præeminentiam, ſe in poſterum immiſcere non poſſe, vt habetur *in leg. 2. C. de Palatinis ſacrarum largitionum cod. lib.* 12. quod nec Datario licere debet.

SVMMARIVM.

1 *Datarius præ alijs magiſtratibus Pontifici fidus eſſe debet.*
2 *In Datario debent concurrere virtutes eximiæ.*
3 *Datarius debet Principi eſſe familiaris, & n. 11. infr.*
4 *In Datario requiritur peritia iuris, praxis beneficialis, & rerum cognitio.*
5 *Datarius debet habere notitiam Curialium.*
6 *Datarius debet eſſe indefeſſus in laboribus, & ætate valida.*
7 *Datarius debet eſſe facilis in audientijs concedendis.*
8 *Paulinus Clementis Octaui Datarius commendatur.*
9 *Datarij munus ſua natura odioſum.*
10 *Datarij officio rite functi, merentur ad maiores, vt honores promoueantur.*
11 *Franciſcus Contarellus, Lucius Saxus, Franciſcus Sacratus, & Iacobus Caualerius noſtris temporibus ex Datarijs creati S.R.E. Cardinales.*

De qualitatibus requiſitis in Datario. Cap. IV.

1 PRo dignitate officii, & munere rite obeundo plures, & quidem eximiæ in Datario concurrere debent virtutes. Principio animi probitas, ſinè qua non poterit Principi auctor eſſe, vt iuxta ſacrorum Canonum, & Conciliorum decreta, beneficia dignioribus conferantur, nam improbus ſi fuerit, promouebit ſui ſimiles, at qui probus eſt, & proderit bonis, & Principis rem aget, eique fidus exiſtet optimum enim quemque fideliſſimum puto, inquit *Plinius in Paneg.* fides vero maxime in tegendo Principis ſecreta conſiſtit; quapropter Datarium,
2 cui multa, & ſecretiora committuntur negocia, maxime ſecretum eſſe decet, & niſi fuerit, ſeuerè puniendus, *Rebuff. in praxi de ſig. grat. titul. de parua Data n. 4. fol. mihi* 84. Vt autem maior ſit Principis cum Datario fiducia non videtur ad huiuſmodi officium aſſumendus quiſquam ad magnatum preces, ſed eligendus à Pontifice is cuius virtutem notam habeat; & quocum vetus illi interceſſit ne-
3 ceſſitudo, vt Princeps miniſtrum, & miniſter noſcat Principem, alioqui, nulla poterit inter eos eſſe familiaritas, quæ ſummè in hoc officio cum Principe eſt neceſſaria, adeò vt viderimus aliquandò Datarium ad petitionem aliorum, non ad nutum Pontificis ad hunc magiſtratum aſſumptum, breui eo cecidiſſe.

4 Deinde requiritur in Datario peritia iuris, quia exempli cauſa, incident caſus vt concurrant impetrantes plures ad vnum, & idem beneficium, quod tamen vni erit debitum, & hoc iudicare non poterit, niſi fuerit ſacrórum canonum gnarus, & non ſolum erit iuriſperitus, ſed habebit peritiam, & praxim beneficiorum, ac ſtyli Datariæ: quibus ſi deſtitutus fuerit maximum habebit negocium, quia velit nolit, erunt ſibi omnia ea addiſcenda: & vidi ego aliquos viros doctiſſimos ad hoc muneris aſſumptos, tamen quia ignorabant penitus praxim beneficiariam, hærere ſtupidos, veluti enthuſiaſmo laborantes, difficile enim ſatis hæc ipſa, niſi prius accepta, prouectiore ætate aſſequi, vel faſtidioſum ſatis ab aliis continuè exquirere. Addo peritiæ iuris & praxi, beneficiorum peritiam, rerum prudentiã, inquam, Datario apprimè neceſſariam. Non enim ſolum decet Datarium fidum, ſecretum, ſed etiam arcanum eſſe, videlicet ea prudentia præditum, vt ne dum ſecreta Principis; apertè (quod ſummæ eſſet ſocordiæ) non propalet, ſed neque leue indicium faciat eorum, quæ Principi placuerunt, vel placita non ſunt; Verum eſſe accommodatum ad tantam, tot poſtulantium voluntatum, ſermonum, ac morum varietatem. Quod ſi poſtulatio fiat a Summis Principibus, ſiuè Regum Oratoribus, eaque fuerit iuri abſona, & irrationalis, & nihilominus magna flagitatione poſcatur, poterit negandi cauſam Datarius, non in Pontificis voluntatem, ſed in petitionis iniuſtitiam reijcere.

5 Hac peritia coniunctam habebit plenam totius Curiæ, & Curialium notitiam, vt digniores non ſolum ex proba voluntate, ſed ex perſonarum cognitione in largitionum concurſu præferre poſſit. Nihil enim Pontifici, eiuſque Datario periculoſius, quam ne collatio beneficiorum fiat indignis. Satis hoc ipſum comprobat viſum illud, quo, Summo Pontifici in confeſſione B. Petri celebranti reuelatum fuit remiſſa ei eſſe peccata ſua præter peccatum impoſitionis manuum, videlicet Eccleſiaſticorum beneficiorum non condignam collationem: quapropter vidi, aliquando Datarios conſueuiſſe vltrò offerre beneficia, etiam non petentibus, quos dignos, & probè meritos agnoſcerent non ſolum ijs, qui nulla alia cauſa Vrbem colunt, quam vt beneficium recipiant, ſed etiam ipſis cauſarum patronis honorarii aliquid tranſmittere, vt ei alacriores ſtudiis incumbant, & laborum maximorum, nè dum à priuatis ſtipem, ſed à Principe recipiant donarium. Reipublicæ enim intereſt, inſignes ſcientia viros, & de re legali bene meritos fauoribus proſequi, nam ſi eorum decem, vel ad ſummum quindecim vno tempore deficerent, male ageretur cum Curia.

6 Vlterius oportet Datarium in negociis gerundis eſſe indefeſſum, qui occupationibus non deteratur, qui rerum aſſiduitatem non faſtidiat, vigilantiam non extimeſcat; qui laboribus non obruatur, ſed parem ſe negociis (licet multis) ſemper oſtendat, ad quem effectum ætas etiam conſideranda eſt, quę difficillimè huic muneri reperietur apta: nam cum prudentiam requiro, ſenem requiro. *Saluſt. in Catil.* cuius corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum eſt. Cum indefeſſum volo, iuuenem volo,

cuius poplites non vereantur gradus aſcendere ſæpius,& remeate.Et cum cani indices ætatis aliquãdo,non autem prudeutiæ ſint,vt Menander. Et non ętate ſemper, verũ ingenio adipiſcatur ſapientia vt Plautus in Trinummo, exiſtimo, Datarium eligeudum non quidem adoleſcentem ſed ætatę validum potius qnam ſenem . Præter euim multos,& continuos labores nihil magis Datario neceſſarium eſt, quam facilem ſe præbere omnibus audientiam poſtulantibus, quod præſtate non poterit, ſi corporis viribus,& ętatis vitio velociore ingenio deſtitui tur, ſi enim tardus fuerit,vnum,aut alterum ſollicitatorem, ſiuè negociatorem non plures expediet, reliqnis ſinè audientia dimiſſis,quod ipſum etiam cauſat negociorum tarditatem ; at ingenium velociùs illicò aſſequitur, pętentis, ſiuè referentis mentem; & longas ambages prolixe perorantis intercidit,
7 vt alios, & alios audire poſſit; iu quo ab aliqubus Datariis peccatum fuiſſe, notarunt multi ex Curialibus,cum viderent vnius, ſeu alterius Principis, ſiuè magnatis miniſtrum ad interius cubiculum quotidie deduci,reliquos omues inauditos dimitti.Hac in parte multum commendandus ille Illuſtriſs. D. Datarius quem quotidiè omnes ſollicitatores negociorum geſtores,& Curiales,& ſæpius vno mane conuenire poſſunt, in quo commendari,audio memoriam Paulini Clementis Octaui quondam Datarii,quem in daudis andientiis referunt fuiſſe aſſiduum,& narrant ſolitum eum fuiſſe pnblicè parieti uixum omnes auſcultare vſque ad vuum, breuique reſponſo dimittere, Cum manè quodam inter cæteros aſtaret Algarbius quidam oris deformitate inſignis,hunc intuens Paulinus,& tu, inquit, qnid?
8 Cardinalis,reſpondit, N.qui me tibi commendauit iuſſit, vt te accederem, & me viſo mei recorderis, Dices Cardinali, intulit Paulinns, me vidiſſe te ad ſatietatem, & quidem rem pulchram vidiſſe.

Aduertendum hic eſt non tanta velocitate in expedieudis audientiis vtendum, vt mens exponentis negocium non ritè percipiatur:nam ſi negocio non rectè percepto dimiſſus fuerit, altera die redeat neceſſe eſt, & quod compendio expeditum rebatur,dilationem incommodam recipiet,ob non præſtitam,in auſcultando ſufficientem patientiam; quapropter reſecanda ſuperflua tantum, non reiicienda ad cognitionem negocii neceſſaria.

Hunc talem Datarium tot qualitatibus pręditum Princeps,quomodò repetiet?ſanè vt ſuprà attigi non ſtudiis priuatis,nec ex commendatione, aut præcibus paucorum, ſed aut ipſe notum ſibi deliget,vel vt in ſimili inquit *Lipſius Ciuil. Doctr.lib.3.c.4.in fine*, tanget ad lapidem illum Lydium communis famæ, quæ nunquam, aut mentitur raro.

Sanè Princeps talem Datarium habeat, qui ampliores honores mereri poſſit; quos ſi aſſequi minime ſperauerit, non porerit Principi ſuo fidus, nec Curiæ,aut negocijs indefeſſus eſſe. Quod ipſum licèt in omnibus magiſtratibus vſu veuiat iu Datario
9 maximè,cuius officium odioſum, & difficile,vel ex eo ſolo,quod decem ad vnius beneficij concurrent vacationem,& non poteſt conferri niſi vni,qui ſolus Datario gratus, eum prædicat probum,gnarum,ac ęquum diſtributorem,reliqui omnes damnant,tanquam priuatis paſſionibus addictum, famæ eius detrahunt & conuicijs proſcindunt. Et hanc vnam cauſam exiſtimo cur Datarij in muneris principio amabiles, temporis curſu, reddant ſe difficiles, & parum gratos; quià vident peti ſe,non proprio,ſed muueris vitio. Et hac de cauſa merentur maximè,
10 vt re bene geſta,ad maiores prouehantur honores, vt dignitatis fulgore Principi ſuo ſuperſtites præteriti muneris inuidiã aut tollant,aut certe præmant.

Ita paucorum menſium ſpaçio vidimus ex Rotæ Auditoribus, & Datarij munere ad Cardinalatus
11 apicem promotos Franciſcum Sacrarum a Greg. XV. & Iacobum Caualerium à S. D. N. & audiuimus de Cardinale Contarello, & Cardinale Saxo, & pluribus alijs, quos ego poſt collatum honorem munere non dimouerem, modo vires muneri eſſent pares,non tamen illud conferrem alteri Cardinali dignitatem anteà obtinenti, niſi intercederet maxima cum Principe familiaritas, immo neceſſitudo ob rationes ſupra deductas.

SVMMARIVM.

Datariæ miniſtri quot ſint,& quæ munera,n.1.2.3.4.5 & 8.9.10.& 33.

Forma commiſſionis examinis, quod, examinetur, vulgò dicitur,num.5.

Examinetur quibus concedatur,num.6.& 7.

Officialibus Dataria non obijcitur falſitas,n.12.

Datarius & officiales Datariæ habent ampliſſimam facultatem caſſandi, & addendi in ſupplicationibus, nu.14. & quomodo hoc faciant,n.15.

Vacare apud Sedem, & vacare in Curia in quo differant, num,20.

Prouiſionem eſſe de reſeruato, ex quibus colligatur, n.21.

Examinatores cenſentur approbaſſe examinatum, non ſolum quo ad idoneitatem, ſed etiam quoad omnia alia requiſita, num.22.

Conſenſus antè extenſionem reuocari poteſt, n.26.

De modo varijs modis prouidendi, & mandato de prouidendo, n.36.& 37.& ſeqq.

Executor litterarum Apoſtolicarum,an, & quando mutari poſſit per Signaturam, n.40.& 41.

Quamdiù duret auctoritas executoris prouiſum inducendi, & inductum defendendi.n.42.& ſeqq.

Inductus in poſſeſſionem beneficij quis dicatur, & quando, num. 46.

Clauſula defendens inductam,&c.operatur quod executor non ſolum poſſit procedere contrà colitigantem, ſed etiam contrà tertium, n.47.

Executor non poteſt procedere ad executionem, niſi oblatis ſibi litteris originalibus,num.48.

Reducitur ad ſuam veram lectionem deciſio in cauſa Tuden.beneficij de Roſal.12.Decembris 1594.coram Pena,mendoſe a Garzia relata,n.49.

Executor merus, & mixtus nu. 50. pendet ab intruſo,ſeu poſſeſſore,non à clauſulis n. 51.citandus quandò ſit poſſeſſor, vel intruſus,nu.52.Ordinarius prouidet Eccleſiis non perſonis, & ideo illius prouiſus non tenetur ad aliquam iuſtificationem,n.53.quando appellatio contradictoris immiſſionem ſuſpendat,n.54.non omne decretum executoris mixti appellationẽ admittit, nec vice verſa omnis merus appellationem excludit, nu.55. litteræ in forma Breuis, & ſub plumbo ſunt eiuſdem virtutis 56. reprobatur Garzias circa materiam executoris mixti vel meri 57. Executor poteſt priuare intruſum ſi recto proce-

procedat, n. 58. An omni caſu quando litteræ ſunt iuſtificatæ procedatur executiuè, nu. 59. diuerſitas tituli inducit diuerſitatem iuſtificandi gratiam, non tamen immutat ipſam iuſtificationem, n. 60.

Cõtra prouiſum Apoſtolicũ nõ proceditur executiuè, n. 61.

Nõ omnes prouiſiones Apoſtolicæ dicũtur tituli pares n. 62

Poſſeſſor ex inſtrumento in remedio l. finalis eſt legitimus contradictor. 63.

Paritas tituli ex quibus reſultet, 66. & 68. & 69.

Impetrationes duæ eodem tempore de eodem beneficio ex perſona eiuſdem fieri non poſſunt, 67.

Poſſeſſor cum titulo eſt legitimus contradictor, n. 70.

Vnio dicitur melior titulus de mundo, 72.

Titulus coloratus, ſufficit pro contradictore, 73.

Prouiſio Ordinarij dicitur titulus coloratus, 74.

Titulus coloratus dicitur is, qui proceſſit ab habente facultatem conferendi etiam ſi ſit nullus 75. fallit ſi nullitas ſit euidens, 76.

Clauſula contradictores, &c, de quibus contradictoribus interpretari debeat, 77.

Beneficij poſſeſſio ſinè titulo non acquiritur, n. 78.

Confeſſio tacita tituli inualidi facit ceſſare præſumptionem tituli validi, n. 80.

Producens titulum inualidum, an, & quando poſſit iuuari poſſibilitate alterius tituli 81.

Multiplicatio titulorum procedit in beneficialibus 82.

Patronus præſentans non iuuatur poſſibilitate alterius tituli quam produxit 83.

Centenaria habet præſumptionem tituli validi 84.

Electus, & præſentatus ſunt legitimi contradictores 85.

Capitulum non eſt legitimus contradictor ad impediendum executionem litterarum Apoſtolicarum 86. Secus quando contradictio concerneret ſtatutum requirens qualitates ad dignitatem Eccleſiæ 88. & 98.

Papa non ſubiacet ſtatutis inferiorum 89. ſecus ſi apoſtolica auctoritate fuerint confirmata, ſiue præſcripta; fallit illi ſit derogatum. 94.

Acquiſibile per priuilegium eſt etiam præſcriptibile. n. 91.

Immemorabilis locus eſſe poteſt, etiam quando conſtat de initio. 92.

Derogatio generalis an præiudicet priuilegio ſpeciali. 95.

Subreptio cauſatur ex ſuppreſſione eius, quod reddidiſſet Papam difficiliorem ad gratiam, 96.

Exceptio oriens ex ventre litterarum apoſtolicarum illius executionem ſuſpendit. 97.

Signatura in beneficialibus vt plurimum reſcribit arbitrio Rotæ. 100.

Subdelegare non poteſt executor, quando eſt electa induſtria perſonæ 101. per clauſulam, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus non cenſetur electa induſtria perſona. 102. Ex quibus cenſeatur electa. 103.

A. C. quando exequatur litteras Apoſtolicas. 106.

Executor quomodo teneatur ſe informare de idoneitate. 107.

Approbatus ſemel, an rurſus debeat ſubijcere ſe examini. 109. & ſeqq.

Cancellaria in nihilo poteſt recedere à forma commiſſionis præſcripta à Dataria. n. 111.

Executor cum conditione non poteſt procedere ad executionem niſi conditione prius adimpleta. n. 112.

Conditio reſcripto appoſita non poteſt retrotrahi, n. 113.

Dataria ſemel approbato quomodò tollat neceſſitatem ſubeundi examinis. 114.

Delegatus vltrà cognitionem cauſæ habet coertionem. n. 115. poteſt ſententiam ſuam exequi. 116. Delegatus in cauſa grauaminis poteſt cognoſcere ſuper nullitate 117. poteſt cognoſcere ſuper delicto teſtis in cauſa 118. poteſt abſoluere ad cautelam 119. poteſt omnia ea quæ faciunt ad faciliorem cauſæ expeditionem. 120.

Profeſſio fidei quomodo fiat. 121. profeſſiones fidei conſeruantur in officio datarum, 122. profeſſionem fidei qui emittant in manibus Datarij, & qui in manibus Regentis Cancellariæ. 123. profeſſio fidei an poſſit emitti per Procuratorem 124. reſoluitur pro negatiua 125. Excommunicatio Gebhardi Truchſeſij Archiepiſcopi Colonien. & Principis Electoris. 126.

De Datarij Miniſtris, ac Datariæ Officialibus. Cap. V.

Dignitas Datarij vel hinc dignoſcitur, quod nullus alius magiſtratus tot fulciatur miniſtris. Hi quotidie Datarium conueniunt, vt mandata circà ſupplicationum expeditionem recipiant.
1 Primus in ordine, & dignior Subdatarius eſt, cuius curæ commiſſæ ſunt omnes gratiæ quæ vacationem non reſpiciunt. Reſignationes, Coadiutoriæ, ſuppreſſiones, vniones, demum excepta vacatione omnes gratiæ beneficiales, & prophanæ, hoc eſt non beneficiales, ſi contigerit Datarij munus Cardinali delatum eſſe. Subdatarius eſt Curiæ Prælatus ſi verò Datarius Cardinalis non ſit, tunc incedit in ha-
2 bitu Cubiculariorum Papæ. Succedit Officialis vacationum, Per obitum, vulgo dicunt. Huius curæ commiſſa omnis beneficij prouiſio, ſiuè illa petatur ex obitu, ſiuè ex dimiſſione, ſiuè ex priuatione, ſiuè ex alio quocumque vacationis modo. Hic ſimiliter habet penſionum ſuper fructibus beneficiorum vacantium impoſitarum, & miniſtris Papæ, Palatii, ac reliquis Curialibus diſtribuendarum rationem, quã confert cum Datario, pro cuius arbitrio penſiones reſeruantur, augentur, vel ad minorem ſummam re-
3 ducuntur. Tertius officialis Datariæ Compoſitionum Præfectus, cuius officium iam pridem venale ad inſtar aliorum officiorum Romanæ Cur. vacabilium S. D. N ſuppreſſit, ac per miniſtrum amouibilem adminiſtrari voluit. Hic iuxtà normam ſibi præſcriptam taxat ſupplicationes non beneficiorum vacantium, ſed aliarum gratiarum, quæ ex conſuetudine compoſitionem admittunt. Pecuniæ, vt plurimum, indè prouenientes in deſtinatum, & vsũ pium conuertuntur, de quibus Datario exactiſſima redditur ratio; ad eundem ſpectat incumbere diſtractioni officiorũ pro tẽpore vacantium Datariæ, quæ omnia Datarij prætio conuento diſtrahit abſque alterius officialis interuentu ſolummodò actæ
4 rei rationem reddit Datario. Quartus Datariæ officialis eſt Præfectus Paruæ Datæ, cuius munus eſt ſupplicationibus adnotare diem conceſſionis, vt dicemus capite ſequenti, nec non recipere iuramenta fidei ad obtinendum dignitates requiſita, approbationes Ordinariorum, in Cõcurſu factas, nec non & aliorum quorumcumque litteras dimiſſoriales, & atteſtationes. Si verò prouidendus præſens in Curia ſit, & approbationem de idoneitate, fide, & moribus Ordinarij ſui non habuerit, eundem remittit ad examinatores in Vrbe deputatos, à quibus ſi approbationem reportauerit examinatus, confertur ei beneficium, ſin minus excluditur a beneficio,

quia

quia pro præſente non committitur examen in
5 partibus, hoc eſt loci Ordinario, ſeù alteri viciniori: forma verò ſchedulæ à Datario ſubſcriptæ, quam examinandus offert examinatoribus eſt ſequentis tenoris.

Examinetur à RR.PP.DD. examinatoribus Vrbis Ioannes Gianaſeus Clericus Brunduſin. ad perpetuam ſine cura Capellaniam ſub inuocatione S. Caroli in Eccleſia Brunduſin. ſed anteà præſtet iuramentum quod non eo animo, nec ea intentione ſe examini ſubijcit, vt ſi dictam Capellaniã conſequatur poſteà dimittat. E. Dat. ſi verò beneficium, quod impetratur, reſidentiam habeat perſonalem additur; *ſed quod ad illius reſidentiam quamprimum ſe conferre intendit*; hæc eadem obſignata cum approbatione, ſiue reprobatione remittitur ab examinatoribus ad Datariam, & officium Datarum: vbi ſi reprobationem continuerit laceratur, ſi approbationem, iungitur ſupplicationi, & vtraque ab officiali exhibetur Datario. Supplicatione expedita aſſeruatur ſchedula approbationis ad effectum, vt ſi examinatus, & approbatus deinceps, aliud ſimile beneficium aſſequatur, non teneatur denuò examini ſe ſubijcere. Contingit autem aliquandò, quod impetrans, & præſens in Curia non habeat litteras dimiſſoriales ſui Ordinarij, & regulariter Præfectus Datarum non offert ſchedulam examinis ſubſcribendam Datario, niſi ſibi prius conſtiterit de litteris dimiſſorialibus iuxta diſpoſitionem *Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 3.* quo caſu vel examinandus fuit præſens in Curia ſaltem per triennium, & exhibet teſtimonium fide dignorum ſuper vita, & moribus, & eo caſu cenſetur quodam modo effectus Curialis, & Datarius ſubſcribit ſcedulæ commiſſioni examinis addita clauſula: *Etiam ſine litteris dimiſſorialibus*, ſi verò examinandus non fuerit præſens in Curia per triennium, tunc non committitur examen abſque litteris dimiſſorialibus, niſi conſtaret, quod Ordinarius indebitè eas denegaret.

Aſſeruatur ſimiliter forma iuramenti, & profeſſionis fidei in officio Datarum ab eo, qui dignitatem obtinuit emiſſæ, nempè vt ſi in poſterum contigerit eum, hac dignitate dimiſſa, aliam ſimiliter aſſequi non teneatur iterum iurare, aut profiteri formam vtriuſque ſubnectam in fine capituli.

Habet Præfectus Datarum Adiutorem, ſiue ſocium, qui ei in multis auxilio eſt: quia per ſeipſum omnia adimplere non poſſet, hic omnium ſupplicationum datarum, antequam ex officio dimittantur, regiſtrum facit compendioſum luculentius tamen, quam nota, quæ aſſeruatur in libris Vacationum ſiue per obitum.

8 Quintus Datariæ Officialis, & Datarii miniſter eſt Præfectus Officio miſſarũ inde dictus; quod hinc ſupplicationes mittantur ad regiſtrum notula à tergo ſupplicationis adiecta; Miſſa die 17. Februarij exempli cauſa: Officialis hic omnes omninò recipit ſupplicationes, quod nulli alteri contingit officialium Datariæ; cum ſinguli habeant diſtinctam prouinciam; receptas notat in libro, qui pendet è pariete (vt faciunt omnes reliqui Datariæ officiales eum in finem, vt ſollicitatores poſſint ſcire ad quem ſupplicatio peruenerit, & ſi fortaſſis retineatur ob aliquam difficultatem eam remouere) & non prius eas conſignat Clericis regiſtri, de quibus mox facienda mentio, donec illi fecerint quietantiam ſupplicationum in dicto libro annotatarum videlicet, Recepi N. Amoreux eo fine vt ipſi receptæ ſupplicationis teneantur reddere rationem, & inuigilare, ne à quoquam ſubtrahatur. In officio Miſſarum retinentur ſupplicationes ſuper impetrationibus Parochialium, & aliarum Eccleſiarum Curatarum ad effectum, nè earum in fraudem Officialium Cancellariæ capiatur poſſeſſio in vim ſupplicationis ſignatæ litteris non expeditis: de quo mox fuſe tractabimus, retinentur inquam donec fuerint conſcriptæ Bullæ, & pro iis ſolutum in Cancellaria, quod vt fiat hic officialis exhibet ſupplicationis retentæ copiam, vt deſuper fieri poſſit minuta, & conſcribi Bullæ, cuius ſolutione in Cancellaria facta ſibi oſtenſa, illicò ſupplicationem dimittit ad regiſtrum.

Rurſus incumbit eidem officiali cura Regiſtri ſupplicationum, quæ expediuntur per viam ſecretam, quarum copiam nulli exhibet, niſi de licentia Datarij.

9 Sextus, & ſeptimus Datariæ Officiales ſunt duo ſupplicationum Reuiſores, quos alio loco fortaſſis nominare oportuit, ſed propoſitum mihi non fuit in narratione officialium Datariæ ſeruare ordinem præeminentiæ. horum munus eſt ſubtiliſſima reuiſione ſupplicationes examinare, iiſque addere, & demere iuxta ſtylum Datariæ & ſi quid contineant, quod ſtylum reſpuat: vel iniuſtitiam ſapiat habent deſuper ſermonem cum Datario, & iuxta ipſius mandatum expediunt.

10 Octauus Datariæ officialis eſt Reuiſor diſpenſationum matrimonialium, cuius curæ commiſſum eſt quidquid ſpectat ad clauſulas reſtrictiuas, præſeruatiuas, ſiue interpretatiuas, huiuſmodi diſpenſationum ſupplicationibus apponi ſolitas: Res eſt non parui negocii.

11 Hi omnes officiales, exceptis Præfecto compoſitionum, & Miſſarum aut Datarum habent ampliſſimam facultatem addendi, & caſſandi quæ volunt in ſupplicationibus ex ſtylo Datariæ agnito, & approbato per Rotam in cauſa Burgen. Abbatiæ 2.
„ Aprilis 1593. coram Card. Arrigonio. Dubitabam
„ an ſupplicatio Georgij ſuper Abbatia per eum ob-
„ tenta ſit ſuſpecta de falſo ad effectum, de quo agi-
„ tur, & pro parte Antonij Ordognez dicebatur quod
12 in ciuilibus ſola ſuſpicio falſitatis habetur pro fal-
„ ſitate *Archid. Gemin. in c. in memoriam 19. diſtinct.*
„ *Alex. conſ. 77. num. 6. lib. 1. Dec. conſ. 440. num. 28.* &
„ prætendebatur extare multas ſuſpiciones de falſo,
„ & præcipuè circà illas additiones ſiuè per inhabili-
„ tatem, ſiuè per ſimoniæ labem, &c. & quia etiam
„ non fuit in illius expeditione ſeruatus ſtylus Data-
„ riæ, & circà nõnulla alia de quibus per informãtes,
„ nihilominus fuit reſolutum huiuſmodi ſuſpiciones
„ nihil releuare, prout quoque reſolutum de anno
„ præterito coram R.P.D. *Gipſio*, & vnico fundamen-
„ to fuit dictum, omnia in contrarium adducta poſſe
„ tolli: nam cum iſta ſupplicatio concordet cum re-
13 giſtro, & antequam regiſtretur non perueniat ad
„ manus Principalis, licet aliquandò permittatur, vt
„ illam poſſit videre, ceſſat prorſus omnis ſuſpicio,
„ quod Gregorius commiſerit aliquam falſitatem.

Et in

Et in nulla conſideratione fuit habitum id, quod
dicebatur reſpectu Officialium, & quod potuerunt
corrumpi aliqui ex Officialibus, in poſſe quorum
exiſtebat ſupplicatio, & quod mediante illorum
perſona Gregorius commiſerit falſitatem: quia hęc
ſola poſſibilitas non ſufficit in huiuſmodi materia,
cum Datarius, & alii Officiales habeant ampliſſi-
mam facultatem caſſandi, vel delendi non ſolum
poſt quam ſupplicatio eſt ſignata, ſed etiam poſt-
quam peruenit ad regiſtrum, vt poſt alios per *Sar-*
nen. de iur. quæſit. non tollen. quæſt. 20. ſub n. 3. & ideò
quicquid fuit factum ab Officialibus, cenſetur ge-
ſtum iuxta facultatem, & poteſtatem eorum, & non
vt committerent falſitatem ad inſtantiam Grego-
rii. Vltra quod illa prætenſa caſſatura circà valo-
rem, & quod anteà eſſet expreſſus ad vigintiqua-
tuor, & quod poſteà fuerit alteratus, & mutatus ad
1700. Domini dixerunt ex inſpectione ſupplicatio-
nis; quæ fuit data de anno præterito in alia poſitio-
ne huius cauſæ non conſtare, & quamuis videantur
impinguatæ litteræ, tamen non ſequitur, quod an-
tea valor expreſſus eſſet ducatorum 24. & aliquan-
15 do impinguantur litterę circa valorem ab ipſis Of-
ficialibus, & Reuiſoribus, vt facilius illicò reperiri,
& videri poſſit. Et circà illas additiones, ſiue per in-
habilitatem ſiue per ſymonię labem, eſt potius prę-
ſumptio prò non falſitate, quia cum Gregorius ha-
beret in ſua gratia clauſulas generales, per quas
compræhendebantur prædicti modi vacandi, vndè
ceſſare debet omnis præſumptio; quod Gregorius
16 voluerit committere falſitatem circa id, quod in
nihilo ſibi erat proficuum, vt poſt *Marſ. in conſ. 7. col.*
2. & Alex. in conſ. 15. tradit Aym in conſ. 35. nu. 17.
Circà expeditionem contrà prætenſum ſtylum, &
ſolitum Datariæ, &c. & cætera alia fuit reſponſum
in deciſione coram R. P. D. *Gipſio* à quibus reſpon-
ſionibus noluerunt Domini recedere cum nihil no-
ui releuans adducatur, & iudicarunt ſtandum in
deciſis.

Ex qua deciſione habemus, Officiales Datariæ
aptare ſupplicationes, etiam in ſumma valoris ex-
preſſa, impinguando caracteres, ſiue immutando
de vna figura in aliam, quod abſque impinguatio-
ne fieri non poteſt licet mihi magis placeret, quod
17 aptatio fieret per remiſſam, vt dicunt, cancellando
quod volunt immutare, & in calce annotando quid,
& quomodo immutarunt, quia hac via lectura ſup-
plicationis erit clarior, & non poterit ambigi de
falſitate prout in ſupradicta Burgen. licet verum ſit
quod ſiuè hoc, ſiue aliò modo fiat aptatio, Officia-
les non ſoleant dimittere ſupplicationes, niſi eas
diligenter inſpexerint, & correxerint, vt notauit
Rota in Romana Capellaniæ de Toledo 15. Aprilis
1622. coram *Buratto*, cuius tenorem, quia multa
alia contiñet Datariã, & examen ab ea commiſſum
concernentia, operæ precium fuit hic etiam ſubne-
ctere. Ad vtramque partem dubij reſpondentes Do-
mini dixerunt, gratiam Flaminii in omnibus eſſe iu-
ſtificatam, nec illi obſtare reſeruata in deciſione 7.
Iunii præteriti. Quo ad primam partem controuer-
tebantur tria ex narratis per Flaminium: videlicet
Primo valor obtentorum, Secundo expreſſio pen-
ſionum. Tertio obitus Franciſci apud Sedem. Quo-
ad primum de valore quinque beneficiorum, qui
fuit expreſſus infimul ducatorum 40. auri de Cam.
per non exceſſum, viſum fuit DD. ſufficientem eſſe
probationem ex depoſitione vnius teſtis nouiter
examinati, qui ſuper ſecundo optime deponit, &
18 percurir tempus prouiſionis apoſtolicæ, & antè, &
poſt reddens rationem quod fructus dictorũ quin-
que beneficiorum exegit, & quod de his fuit & eſt
publica vox, & fama, vt in dicto Summario teſtium
num. 1. & hanc probationem ſufficere, iam firma-
tum fuit in d. deciſ. 7. Iunii, nec non valorem alio-
rum trium beneficiorum iuxta deciſ. Aegid. 683.
cum aliis allegatis. Circa ſecundum, & ſic narrati-
uam quatuor diuerſarum penſionum obtentarum,
quamuis non eſſet neceſſarium illam verificare ſuf-
ficienter, tamen iuſtificatur ex litteris Apoſtolicis
illarum reſeruationum in d. Summ. nu. 1. Ex quibus
colligitur valor in ſcut. 90. tantum, & narratiua cõ-
tinens centum, tamen non ideò vitiatur gratia; quia
multò facilius fuiſſet per Papam conceſſa, ſi narra-
19 tiua fuiſſet in minori ſumma *Felin. in c. ſuper litteris*
n. 8. de reſcr. Put. deciſ. 17. lib. 3. Seraphin. deciſ. 653.
& deciſ. 1199. n. 2. & ſeqq. Circa tertium narratiua
vacationis apud Sedem, quæ difficultas fuit exci-
tata per vnum ex DD. vt in dicta deciſ. viſa fuit ceſ-
ſare ex lectura litterarum; non enim fuit narratum,
20 Capellaniam vacare apud Sedem, & ſic in Roma-
na Curia, quæ clauſulæ inuicem fraternizant, & cõ-
funduntur, *Gloſ. in c. ſtatutum Verbo in Curia de præ-*
ben. in 6. Franc. in c. 2. nu. 2. eod. tit. Simonett. de reſer.
quæſt. 30. n. 2. tantò magis, quià prouiſio Apoſtoli-
ca non eſt de reſeruato, non enim incipit illo ſolito
modo. Dudum ſi quidem omnia beneficia, &c. nec
eſt appoſita alia clauſula dummodò collatio, &c.
ſed eſt ſimplex prouiſio, vt ex proemio ibi cum ſi-
cut accepimus, &c. & ita ad oſtendendum proui-
ſionem non eſſe de reſeruato, obſeruauit Rota in
alia Romana Capellaniæ S. Petri 9. Decemb. 1602.
coram Illuſtriſs. D. Card. *Millino*, quæ eſt 1617. *p. 4.*
diuerſ. & in Varmien. Canonicatus 7 Maii 1604. co-
ram eodem, & ſequuta eſt Rota in Leodien. Cano-
nicatus 9. Iunii præteriti coram R. P. D. meo *Vbal-*
do, & patet, quia Papa fecit mentionem de nomi-
natione facta à Turnario de perſona eiuſdem Fla-
minii, ad quem nominatio ſpectare dignoſcitur ſi-
gnum euidens, quod noluit prouidere tanquam de
vacan. apud Sedem, cum alias ad ſolum Papã pro-
uiſio ſpectaſſet *cap. 2. de preben. in 6. Egid. deciſ. 655.*
Gonzalez ad reg. 8. gloſ. 13. n. 59 Quo verò ad ſecun-
dam partem dubii in alia deciſione reſeruatam, an
videlicet gratia Flaminii fuerit ſubreptitia ex eo,
quod iuxta legem fundationis prouiſi de iſtis Ca-
pellaniis debeant inſeruire in Choro & ideo eſſe
experti, & verſati in cantu firmo, quæ tamen non
ſolum non fuerunt narrata ſed tacitum etiam, quod
Flaminius in examine dicti cantus facto per magi-
ſtrum Capellæ ad hoc deputatum defecit, & reie-
ctus fuit, vt in Summario Octauii num. 3. dixerunt
DD. ex hoc capite, gratiam non poſſe impugnari,
cum Papa aſſerat in gratia, ipſum ab examinatori-
bus in Vrbe deputatis idoneum repertum fuiſſe,
quæ relatio examinatorum de illius idoneitate,
compræhendit etiam mores, & qualitates narratas
in ſupplicatione, & conſequenter etiam intelligi-
tur de practica in cantu firmo, nec eſt reſtringenda
ad lit-

» ad litteratutam tantum iuxta *gl. in Clem.* 1. in Ver-
» bo reputamus *de conceſſ. præbendæ. Garz. de benef. p.*
» *6. cap. 2. n. 236.* & ſuit dictum in Albiganen. concur-
» ſus 28. Aprilis 1614. coram R.P.D. meo *Caualerio.*
» Præſertim quia de ſtylo Datariæ non conceditur
» examinetur, niſi iuxta formam ſupplicationis, &
23 examen fit per examinatores de ſcientia per ſe-
» metipſos, & de alijs requiſitis per alios, vt ex atte-
» ſtatione ſollicitatorum Summario Flaminii num. 6.
» & cum d. qualitas eſſet neceſſaria, ex forma ſunda-
» tionis, & eſſet etiam narrata in ſupplicatione per
» Flaminium, præſumptio eſt pro Officialibus, quod
» nou relaxarent talem ſupplicationem, niſi præuia
24 iſta approbatione, vt in ſimili *Achill. ſuper reg. dec.*
» *vnic. alias 414. num. 3. Pariſ. de reſignat. lib. 8. quæſt. 8.*
» *num.* 85. & fuit dictum in Segobien. Parochialis 15.
» Ianuarii 1603. coram bon. me. Card. *Pamphilio*, &
» in Calaguritana de Oleuares 15. Decembris 1604.
» coram *Penia*. Et vltimò quod Flaminius eſſet verſa-
» tus in cantu firmo, deponunt quatuor illius teſtes
» in cantu experti per optimas rationes: quia illum
» pluries cantare audierunt, & de communi reputa-
» tione de publica voce, & ſama, in eius Summario
» num. 3. qui percutinnt tempus gratiæ, & anterius,
» & coadiuuantur ex depoſitione vnius ex teſtibus
» Octauij in Summario num. 4. iuxta 26. qui optimè
» depouit, & dicit, quod eſt vnus ex Capellanis Tole-
» tanis, nec non ex atteſtatione trium Magiſtrorum
» Capellæ Eccleſiarum inſignium, & duorum Canto-
» rum Capellæ Pontificiæ in Summario d. Flaminii
» num. 3. Et difficultatem tollit relatio R.P. Alagonæ
» vnius ex examinatoribus in dict. Summario num. 1.
» quæ ſubſequitur approbationem D. Felicis Anerij
» Magiſtri Capellæ, de qua etiam relatione in articu-
» lis Octauii, & teſtibus examinatis n. 2. Huiuſmodi
» autem probationes viſæ fuerunt DD. prævalere de-
» poſitioni Magiſtri Capellę S. Marię Maioris, & alio-
» rum duorum teſtium ex aduerſo nouiter examina-
» torum, qui deponuor de reiectione Flaminii facta
» per Capitulum ex eo, quod non fuit per eundem
» Magiſtrum Capellæ repertus idoneus in cantu: quia
» dicti duo ſolum dicunt de auditu a dicto Magiſtro
» Capellæ, & percutiunt tempus præſentationis, non
» autem gratię Apoſtolicę, & quia Flaminius nō fuit
» a d. Magiſtro Capellę examinatus, ſed dum volebat
» illum examinare, dixit neſcire cantum, vt ex depoſi-
» tione d. Magiſtri Capellæ iuxtà quintum in Sum-
» mario Flaminii num. 10. & ita fuit ſimplex aſſertio
» extraiudicialis Flaminii, quæ non eſt attendenda,
» cum de contrario conſtet ex prædictis, & per no-
» ſtrum affirmare, vel negare veritas non immutetur.
» Non obſtat prætenſa ſubreptio, vel obreptio
» commiſſa tam in non expreſſione cantus firmi iux-
» ta legem Card. fundatoris mediante examine Ma-
» giſtri Cappellæ, cui non cenſetur per clauſulam non
» obſtan. derogatum, cum non præſumatur Papam
» voluiſſe voluntatem Teſtatoris commutare *Felin. in*
» *c. non nulli n. 23. de reſer. & in tract. 4. litter. Apoſt. nu.*
» *7. Seraphin. deciſ.* 871. cum allatis per *Garziam de be-*
» *nef. par. 7. num.* 118. 120. & 121.
» Quam etiam in non exprimen. Flaminium fuiſſe
» per d. Magiſtrum Capellæ reprobatum, & quod
» aliorum approbationes, ex forma decreti; ſeù ſtatu-
» torum Capituli ſunt nullæ quod ſimiliter Papam
» retraxiſſet, vel difficiliorem reddidiſſet ad conce-
» dendum gratiam; quid nou applicantur.
» Nam examen cum aliis qualitatibus fuit a Car-
» dinale fundatore, & in Bulla erectionis commiſ-
» ſum examinatoribus Vrbis ſub iſtis verbis pro Ca-
» pellanis, qui bonæ vitæ & ſamæ, & per examinato-
» res Vrbis præuio diligenti examine ſuper eorum
» ſcientia & ritibus, & ceremonijs Miſſæ, nec non
» ſeruitio Chori approbati, ac etiam in cantu firmo
» verſati, & experti exiſtant, vt in Summario Octauij
» præteritæ poſitionis nu. 1. Et propterea ſtatutum,
» ſeù decretum Capituli, quod approbatio in cantu
» fieri debeat per Magiſtrum Capellæ, eſt in hoc di-
» rectè contrarium legi ſundatoris, & Bullæ erectio-
» nis, & propterea ſufficit expreſſio, quod obtinens
» Capellaniam in cantu firmo verſatus ſit, & quod ab
» examinatoribus in Vrbe deputatis examinatus, &
» idoneus repertus fuerit cum clauſula derogatoria
» conſtitutionum, & ordinationum Apoſtolicarum,
» ac d. Eccleſiæ, etiam in ſpecie Capitulo, & Cano-
» nicis conceſſarum, nec non ſtatutorum conſuetu-
» dinis eiuſdem Eccleſiæ S. Mariæ Maioris, ex quibus
» cum gratia Flaminii in reliquis ſit iuſtificata, illius
» effectus per prædictum ſtatutum impediri non de-
» bet. Et ità deciſum vtraque parte informante.

Notandum hic obiter, quod firmat deciſio; Va-
cationem in Curia, & vacationem apud Sedem, in-
ter ſe fraternizare, & confundi: de fraternizatione
verum eſt, non autem quod confundantur, ſaltem
legitimè; quia multum diſtant inter ſe, vt fuſe
oſtendemus, *lib. 2. cap. 13.*

Notandum 2. quod Rota multum ſolet deferre,
atteſtationi praticorum Datariæ, prout, & iam re-
ſoluit in Salernitana Monaſterii 19. Iunii 1598. co-
» ram Cardinale *Lancellotto.* Duo opponebantur prò
» parte Illuſtriſs. D. Marci de Capua ad effectum, vt
» conſenſus per ipſius Procuratorem præſtitus non
» diceretur legitimus. Primo quod fuerit reuocatus,
26 prout, fieri poterat ante extenſionem *Creſcen. deciſ.*
» *75. alias 1. de conceſſ. præb. Paleot. dec.* 105. *cum ſimil.*
» Secūdo quia nō ſuerint ſeruatæ formæ, & conditio-
» nes mandati, vndè conſenſus ſuit malè præſtitus, &
» reſignatio nulla Rota *deciſ. 4. de rer. permut. in antiq.*
27 *Creſcen. deciſ. 2. de locat. cum alijs allegat.* Quibus nō
» obſtantibus DD. contrarium cenſuerunt: nam quā-
» tum ad primum conſtat de extenſione antè reuo-
» cationem, quæ ſuit facta die 14. Auguſti, vel 17.
» menſis Iulii, & tamen extenſio eſt ſub die 3. Iunii.
» Non obſtat, quod ſupplicatio ſuerit miſſa ad regi-
» ſtrum die 21. Auguſti, ex quo inferebatur, quod cum
» in extenſione conſenſus, fuerit ſcriptum illum ſuiſſe
» extenſum iuxtà formam ſupplicationis miſſæ die
» 21. Auguſti, neceſſario dicendum eſſet fuiſſe exten-
» ſum poſt Miſſam, & ſic poſt reuocationem, ſtantibus
» maxime Conſtitutionibus Clementis VII. de Con-
» ſenſibus præſtandis in beneficiorum reſignationi-
» bus. Nam fuit reſponſum, quod ſecundum ſtylum,
» de quo teſtantur practici Datariæ in multis expe-
» ditionibus, & in ſpecie in reſignationibus, in qui-
28 bus datur reſeruatio fructuum, conſenſus exten-
» ditur antè Miſſam ſupplicationem ad regiſtrum, &
29 ideò vel non fit mentio de Miſſa, vel ſi de ea fit mē-
» tio, relinquitur tempus miſſionis in albo ad effectū,
» vt poſſit deindè in illo albo annotari. Et quoad
conſti-

30 conſtitutiones Clementis placuit aliquibus ex
» DD. diſtiuctio facta per d. de Vignare, quod illæ lo-
» quantur in annotatione conſenſus, & in hoc caſu
» clariſſimè apparet, extenſionem conſenſus præceſ-
» ſiſſe reuocationem: quia hæc fuit ſubſcripta ab An-
» drea Notario, illa vero a Georgio, Andreas ſucceſ-
» ſit Georgio in officio. Quoad ſecundã, quod non
» fuerir ſeruata forma mandati, fuit dictũ fuiſſe ſatis-
» factũ ex quo in ſupplicatione fuerunt appoſita, quę
» in mandato continebantur: nam ſi PP. aut Data-
» rius aliqua delet ex ſupplicatione tanquam non
» ſolita concedi, valet reſignatio iuxtà *deeiſ. Capuzaq.*
» *89. p. 3.* Alia vero, aut non erant neceſſaria, aut im-
» poſſibilia, Et ceſſat difficultas, ſtante gratia, cui
» prius ſub data alterius ſupplicationis expedita, in
» qua fuerunt conceſſa omnia in mandato conteuta,
» præter retentionem tituli, & denominationis, quæ
» concedi nou poterat cum ipſe D. Marcus Anto-
» nius iſta prius non haberet, & tamen retentio fit
» ad conſeruandum id, quod prius habebat, non au-
32 tem ad aliquid de nouo acquirendum *Aym. conſil.*
» *29. n. 8.* quod ſi nullum ius competeret prius reten-
» tio nihil operaretur *Oldrad. conſ. 214. Aym. conſ.*
» *127. num. 7 & conſ. 144. num. 15.*

Hodiè difficultates iſtæ de conſenſibus pręſtitis, & pręſtandis ſunt ſublatæ per ordinationem S.D.N. de qua infra lib. 3. cap. 41.

Nunc reuertamur ad Officiales Cancellariæ ſi priùs mentionem fecero de vno, non quidem Officiali Datariæ, ſed Miniſtro Datarii apprime neceſſariò videlicet Secretario Memorialium a Santiſſimo ſiuè Cardinale Nepote ad Datarium tranſmiſſorum, quorum ingens ſemper, pròut multi ſunt in Curia prærendentes eſt numerus, quæ quià vt plurimum contineut reſcripta non in publicum prodenda, fides, & integritas huius miniſtri, debet eſſe illibata.

Reliqui Officiales Datariæ omnes addicti ſunt
34 regiſtro ſupplicationum in tres ordines diuiſi Magiſtros videlicèt. Regiſtratores, & Clericos regiſtri diſtinctos. Poſtremi recipiunt ſupplicationes ab Officiale Miſſarum, eaſque regiſtrandas diſtribuunt Regiſtratoribus, qui ſunt numero vigiuti, hi poſtquam ſupplicationes in ſuis quaternionibus regiſtrauerunt notaut a tergo ſupplicationis librum, & folium libri, quo fuit regiſtrata: videlicet lib. 8. anni ſexti fol. 153. hoc peracto deferunt quaternionem vna cum ſupplicatione ad magiſtros, vt auſcultent an ſupplicatio cum regiſtro concordet. Magiſter ac-
35 cipit quinternionem, & Regiſtrator legit ſupplicationem, ſi quid erratum illicò corrigit: perlecta ſupplicatione, & per Magiſtrum auſcultata; ipſe in margine regiſtri apponit ſuum nomen, & priorem litteram *Diæceſis* ſupplicationis regiſtratæ, a tergo verò eiuſdem ſupplicationis ponit magnã R, cui inſcribit ſimiliter ſuum nomen; hoc peracto ſupplicatio mittitur ad Cancellariam, & quinterniones quando ſunt completæ a Regiſtratoribus conſignantur Clericis, qui eas redigunt in libros, ſeu potius ad redigendum conſignant Capellauo Collegii, qui omnium habet curam, nec non dandi ſumpta autentica, ſiuè copias ſimplices ſupplicationum petentibus, recepta taxa, & præmio non ſibi, ſed Collegio. Et hæc de Officialibus Datariæ ſatis.

Nunc examinandæ quæſtiones aliquot, quæ circa munus dictorum Officialium occurrere poſſunt; Et ſit

QVÆSTIO PRIMA.

An executores litterarum Apoſtolicarum dati in litteris poſſint mutari à Signatura Iuſtitiæ.

PRò faciliori quæſtionis diſcuſſione; præmittenda ſunt, quæ tradit *Staphil. de litt. Gre. tit. de formis mandatorum de prouidendo Sarnen. tract. de mandatis de prouidendo, & de expectatiuis Gorzias. de benef. par. 6. cap. 2. n. 1. & ſeqq.* nempè diuerſos dari litterarum Apoſtolicarum executores, alios litterarum Apoſtolicarum in forma gratioſa, alios in forma dignum expeditarum: Hæc diſtinctio, vt vera eſt, indiget tamen explicatione, & interpreta-
36 tione: quia nimium generalis: forma gratioſa intelligitur quando collatio fit ab ipſo Papa, & litteræ diriguntur, non alicui exequutori, ſed ipſi prouiſo videlicet Vrbanus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilecto filio Didaco Barboſæ Rectori ſimplicis S Catherinæ in Parochiali Eccleſia, &c. Huic prouiſioni dantur executores tres à Cancellaria ſeu Summiſtaria ad nominationem, & petitionem
37 ipſius prouiſi, dummodò ſint Canonici; vel aliæ dignitates, vt bene notat *Garzias d. 6. par. cap. 1. n. 5.* qui ſolum aſſiſtunt prouiſioni, ſi à non legitimo contradictore impediatur illius exequutio. Prouiſio in forma dignum dicitur, quandò exequutio litterarum dirigitur Ordinario, ſeu alteri exequutori, qui teneatur experiri de idoneitate prouiſi, & reliquis contentis, & narratis in litteris. Hæc forma dignum, fit ſimiliter dupliciter, vno modo in forma dignum, antiqua videlicet, *& committatur ordinario in forma dignum antiqua, &c.* quo caſu non fit niſi vnica Bulla, altero modo in forma dignum nouiſſima, ſequentibus verbis, *& committatur in forma dignum nouiſſima*, & tunc dantur bullæ duæ, vna, & principalis, quæ continet mandatum de prouidendo directum Ordinario, & altera mandatum ſimile directum viciniori, caſu quo Ordinarius litteras ſibi directas exequi noluerit, ſequentibus verbis. *Dilecto filio Vicario Ven. fratris noſtri Epiſcopi Elboren. &c. hodie vacante ſimplici S. Catherinæ, &c. Nos dilecto filio Vicario Vlixbonen. &c. per alias noſtras dedimus in mandatis, &c. eidem Franciſco intra triginta dies poſt quam dictæ litteræ illi præſentatæ forent auctoritate noſtra conferret, & aſſignaret, quocirca diſcretioni veſtræ mandamus; quatenus ſi dictus Vicarius ſimplex prædictum eidem Didaco intra eoſdem triginta dies non contulerit, &c. dictumque Didacum ad hoc idoneum eſſe repereris, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, ſimplex prędictum eidem Didaco conferre procures, Inducens, &c. eundem, ac defendens inductum, &c.* In hac poſtrema forma notandum, quod Dataria non dicit committatur Ordinario, vt in illa forma dignum antiqua, ſed ſimpliciter committatur in forma dignum nouiſſima, quia cenſetur à Dataria deputatus non ſolum Ordinarius primus exequutor, ſed etiam Ordinarius vicinior vocatus ad ſupplendam negligentiam, ſiue renitentiam

proprii

38 proprii Ordinarii Diueiſitas huius formæ cau-
ſatur ex diuerſitate impetrationum, nam ſi impe-
tratio ſit de deuoluto, vel ob non ſeruatam formam
concurſus, vel ex alio quocnmque capite, quod in-
fringeret collationem Ordinarii, ſeu illi quomodo-
cumque præiudicium inferret, tunc committuntur
litteræ in forma dignum antiqua videlicet ſoli Or-
dinario, & nulli alteri, nè vicinior, vt rem gratam fa-
ciat impetranti declaret pro deuolutione quæ nul-
la adeſt, & in hoc ſeruatur mens, & diſpoſitio *Conc.
Trid. ſeſſ. 25. cap. 13.* volentis, quod exequutio litte-
rarum Apoſtolicarum dirigatur locorum Ordina-
riis. In omnibus reliquis aliis impetrationibus Be-
neficiorum, quorum collatio eſt reſeruata Pontifi-
ci, ſeù alias per affectionem ſpectet ad Sedem Apo-
ſtolicam ſemper committitur exequutio in forma
dignum nouiſſima; quia tunc non poteſt conſidera-
ri vllum præiudicium Ordinarii, ſed benè prouiſi,
vt potè quod Ordinarius litteras ſibi directas exe-
qui, vel renueret, vel negligeret, quo caſu iure exe-
quutio committitur alteri, nec Ordinarius poteſt
conqueri, quod ſibi fuerit illatum vllum præiudi-
cium, quià litteræ re vera illi fuerunt directæ, pro-
ut requirit Concilium. Verum quidem eſt quod ſe-
cundo exequutori non acquiritur iuriſdictio ex ſo-
lo lapſu triginta dierum, ſed requiritur vlteriùs,
quod primus exequutor fuerit negligens vt voluit
Rota in Palentina Preſtimoniorum 26. April. 1599.
coram *Corduba* relata per *Garziam d. c. 2. n. 62.* im-
mò nec ſufficeret quidem, quod adeſſet negligen-
tia primi exequutoris, niſi de ea conſtaret ſecundo
ibidem num. 95.

In forma verò gratioſa loco commiſſionis ſi im-
39 petratio ſit de Parochiali reſcribitur, *qui per exa-
minatores in Sinodo Diœceſana iuxtà formam Concil.
Trid. deputatus in concurſu aliorum examinatus, &
idoneus repertus, ac per Ordinarium ad hoc electus, te-
ſtimonio Ordinarij de vita, moribus, & idoneitate com-
mendatur*, ſi verò impetratio non fiat de Parochiali,
ſed de dignitate iuxtà regulam tertiam, vel octauã
Cancell. reſeruata, & quæ alias non cadat ſub con-
curſu Ordinariorum, Datarius ſolet in Dataria affi-
gere edicta pro concurſu habendo coram Exami-
natoribus in Vrbe deputatis, & tunc Dataria re-
ſcribit. *Qui ab Examinatoribus in Vrbe deputatis in
concurſu aliorum examinatus, & magis idoneus reper-
tus fuit*, ſi verò approbatio facta fuerit ſinè edictis,
& concurſu Dataria reſcribit, *Qui ab examinatori-
bus in Vrbe deputatis examinatus, & idoneus repertus
fuit*, ſi verò impetrans ſit abſens à Curia, & benefi-
cium impetratum non cadat ſub concurſu, & nihil-
ominus habeat approbationem ſui Ordinarii, tunc
Dataria reſcribit, *Qui teſtimonio Ordinarij ſui de vi-
ta, & moribus, ac idoneitate commendatur.*

His præmiſſis facilis eſt quæſtionis ſupra poſitæ
reſolutio; nam ſi quæſtio ſit de exequutoribus datis
per Cancellariam ſeu Summiſtariã prouiſioni Pa-
pæ, clarum eſt, eos per Signaturam mutari poſſe;
40 quia fuerunt deputati, & dati à Cancellaria ſeu Sũ-
miſtaria ad partis petitionem, & alios dediſſet ſi
petiti fuiſſent. Vndè cum nulli inferatur præiudiciũ,
nec controueniatur alicui Canoni, ſiuè diſpoſitioni
Concilii Trid. nulla ratio poteſt aſſignari, cur Si-
41 gnatura non poſſit dare alium exequutorem, qui
poteſt mutari per, Corrige, in Cancellaria ſeu Sum-
miſtaria; ſi verò quæſtio ſit de exequutore dato à
Dataria in forma dignum antiqua, ſiuè nouiſſima,
non poterit mutari à Signatura; quia ſemper cenſe-
tur datus ab ipſo Papa Ordinarius expreſsè, & vici-
nior tacitè, in vim formæ dignum nouiſſimæ & ità
interpretanda deciſio in Oritana Parochialis 12.
Decembris 1597. relata per *Marcheſ. de commiſ.
par. 1. 964.*

Quià mentionem fecimus, in forma dignum no-
uiſſima, de clauſula: inducens eumdem, ac inductum
defendens, duplex oritur Quæſtio videlicet.

QVÆSTIO II.

Quamdiu duret auctoritas executoris ad inducendum, & inductum defendendum.

VTramque quæſtionem tangit *Garzias d. p. 6.
cap. 2. priorem. n. 147. alteram n. 151.* ſed indi-
get interpretatione, & eius opinio reprobatur. *In-
quit enim d. n. 147.* poteſtatem exequutoris durare
42 quamdiu non eſt facta executio, & hæc conclusio
ſi loquamur de reſcripto gratiæ facto executori in
forma dignum antiqua, non admittit difficultatem
cum ità expreſſe diſponat *textus in c. ſi ſuper gratia
de off. delegati in 6.* vbi redditur ratio optima videli-
cet, quod executio eſt acceſſorium gratiæ: vndè cũ
gratia perennis ſit, debet ſimiliter perennis eſſe fa-
cultas exequendi, alioqui gratia de ſui natura pe-
rennis, redderetur peremptoria per eius acceſſo-
43 rium, cum tamen acceſſorium ſequatur naturam
ſui principalis, non è conuerſo ad cumulata per *Ca-
gnol. in l. cum principalis n. 8. & 9. ff de reg. iur.* & quod
Iuriſdictio defendendi inductum ſit perpetua eſt
textus apertiſſimus in *l. Prætoris ff. de damno infecto*;
cuius verba ſunt Prætoris Officium eſt, vt miſſus in
Poſſeſſionem etiam eam per longi temporis ſpa-
tium in ſuum dominium capere poſſit.

Non obſtat textus in *c. quærenti de officio delegati.*
quià loquitur in commiſſione Iuſtitiæ, cuius proſe-
quutio ſibi reſtringitur ad annum, ea ratione, ne li-
tes perpetuentur quæ longè differunt à commiſſio-
ne gratiæ, in qua nullum præſcribitur tempus vt
benè diſtinguit *Mandoſ. ad reg. x. Cancell. quæſt. 2. nu.
4. circà finem.*

Non obſtat ſecundo regula x. Cancel. à *Garzia* ad
hoc ponderata *n. 313. d c. 2.* quæ præſcribit annum
ad proſequendum commiſſionem iam gratię, quam
iuſtitiæ; nam re vera regula illa non præſcribit ali-
quem terminum: ſed reſtituit aduerſus lapſum anni
non præſentantem litteras gratiæ, ſiuè Iuſtitiæ infrà
annum à die obitus Prędeceſſoris cõceſſas & ideò
præſupponit obſtaculum de lapſu anni iam per aliã
conſtitutionem præceſſiſſe videlicet per dict. c. quę-
rent i; quod loquitur vt oſtendimus de litteris iuſti-
tiæ non gratiæ. Et licet regula faciat etiam expreſ-
ſam mentionem de litteris gratiæ, debet intelligi de
iis, quæ habent litem, & controuerſiam annexam,
vt potè quià agendum ſit contra intruſum, & in
executione adhibenda ſit iuris indago. *Milis in re-
pert. in verb. gr. verſ.* Gratia facta, licèt nondum exe-
quuta quem ſequitur *Gigas de Penſ. q. 91. n. 4. circa
fin. & Mandoſ. ad d. reg. 10. d. quæſt. 2. num. 3.*

Si verò

Si verò loquamut de executore commiſſiouis gratiæ, in forma dignum, nouiſſima; quò ad primum execntorem nou intrat quæſtio; cum illius iuriſdictio ſit reſtricta ad triginta dies; ſolummodò diſputationi locus eſſe poteſt, quò ad ſecundum executorem ſuffectum priori in caſu négligentiæ: nam cum Papa reſtrinxerit iutiſdictionem exequẽdi primi executoris ad triginta dies, ob cuius negligentiam executio deuoluitur ad ſecundum, uon videtur probabile, quod iuriſdictio ſecundi ſupplentis negligentiam primi debeat eſſe perpetua. Nihilominus quià commiſſio circa hoc nihil ſtatuit, & Canones non diſponunt, obtinens litteras hoc caſu tenebitur iuuare ſe diſpoſitione Iuris communis appellando à denegata iuſtitia, vel certè in Dataria obtinere mutationem executoris, allegando iuſtã ſuſpicionis canſam, iuxtà *trad. per Innoc. in cap. cum ſpeciali de appell.* Si verò primus Iudex decreuerit litteras exequendas uon eſſe tunc nõ eſt locus aditioni ſecundi Iudicis, ſed impetrans debet ab illo decreto appellare, ſiuè ad Metropolitauum, ſiuè ad Papam, Rota coram *Ludouiſio deciſ. 46. num.* 10.

45 Ex quibus reſultat reſponſio ad primam partem quæſtionis, nempè Iuriſdictionem executoris gratiæ; in cuius executione non eſt adiuncta aliqua lis, eſſe perpetuam, ſi verò habet iudicium contradictorium annexum, durare per annum & eſſe locum *c. præſenti, & reg.* 10. *Cancell.* Dixi eſſe perpetuum videlicet, nè legitima præſcriptione præſcribatur nam executio litterarum Apoſtolicarum præſcribitur ſpacio 30. annorum *Sarnen. in compend. vtr. ſign. circa fin. verſ.* præterea eſt aduerteudum. Rota *deciſ. 689. n. 5. p. 1. recent.* & ità debet iuterpretari *Staphil. de lit. Grat. & Iuſt. tit.* executor quomodò vacanti beneficio pronidere poſſit num. 6. vbi dicit nullum tempus eſſe præfixum executori; quia intelligi debet de tempore citrà præſcriptionem.

Quò ad ſecundam partem quæſtionis nempè, an, & quanto tempore executor, qui prouiſum induxit in poſſeſſionem beneficii debeat inductum defendere, in qua quæſtione *Felin. in d. c.* quærenti, vult, poteſtatem inductum defendendi durare per anuum, & hanc opinionem dicit communem *Ioan. Andr.* verò *in c. pro illorum de præbend. num.* 11. dicit exſpirare iuriſdictionem executoris, illicò ac promiſſus aſſecutus fuit poſſeſſionem pacificè, & annum ei non deberi, cui opinioni ſubſcribit *Garzias vbi ſupra n.* 154. ideò videlicet ne præiudicetur poteſtati ordinariæ, ſed decipitur *Io. Andr.* ex eo, quod credat poſſe quem dici poſſeſſorem pacificum intrà annum, quod tamen verum non eſt: nam ad effectũ inducendi pacificam requiritur, quod ſit annalis poſſeſſor *Felin. in c. in noſtra n. 33. de reſcrip.* quem ſequitur *Maſcard. de probat. concluſ. 183. n.* 48. & rectè *Vitalin in Clem. ſi plures de præbendis, num.* 63. dicit, quod quamdiù durat annus, cenſetur adeptio poſſeſſionis in ſuo limine, & proindè vbi lis moueatur intrà annum non cenſetur poſſeſſio pacifica; quià ſi integer annus dicitur limes poſſeſſionis captæ, non dicitur cæpiſſe poſſeſſionem, qui in limine fuit turbatus *Gloſ. in c. commiſſa in verbo pacificam de elect. in* 6. & alii allegati per *Pariſ. de reſig. lib. 3. queſt. 1. nu.* 130. & hanc opinionem ſequi Signaturam teſtatur *Marcheſan. de commiſſ. app. ab ex. breui. & litt. ap. par. 1. §. 2. n. 102. fol. mihi* 909. & etiam Rota in Placentina Præpoſituræ 18. Decemb. 1626. coram R.P.D. *Pirouano. Antonius obtinuit ſibi prouideri à Sede Apoſtolica de Præpoſitura Placentina D'aecſis, in cuius Præpoſituræ poſſeſſionem cum Rocchus reperiretur, dubitatum fuit, an eidem Antonio eſſet danda immiſſio, quod eo ſolo informante negatiuè fuit reſolutum. Nam agit Antonius remedio adipiſcendæ contra Rocchum ab eodem Papa prouiſum, contrà quem vti parem gratiam habentem, non agitur executiuè ex remedio poſſeſſorio, ſed ordinariè; quià dicitur legitimus contradictor, l. finali C. de edict. D. Adr. tollen. vbi Bart. n. 20. Menoc. de adipiſcen. remed. 4. n. 565. Rota coram Gregor. XV. deciſ. 46. n. 6. & deciſ. 36. n. 3. in recent. par. 1. Præterea in ſua gratia narrauit, prædictum Rocchum poſt aſſecutionem Canonicatus, & præbendæ, nullo alio deſuper quæſito titulo, iuriſue adminiculo ſuffragante, ſed temeritate propria, & de facto in Præpoſituram ſe intruſiſſe, illamque ab eo tempore, citrà annum tamen detinuiſſe, & hucuſque detinere occupatam. & tamen intrà annum pacificus poſſeſſor nemo dicitur, & certum eſt, narratiuam debere iuſtificari, quamuis contineat negatiuã, cum ſuper ea fundetur gratia Principis Caſſad. deciſ. 5. n. 4. & 5. ſuper Regul. Rota deciſ. 13. nu. 8 coram PP. Greg. XV.* cum aliis allegatis per adden. ad eandem deciſionem. *Et ità deciſum, &c.*

47 Et de ſtylo vtriuſque nempe Signaturæ, & Rotæ ſimul teſtatur *Peregrin.* in Oritana Parochialis 12. Decembris 1597. allegata in capite præcedenti, vbi dicit ſe ità audiuiſſe à ſenioribus Signaturæ, & præſertim, à *Ferratino* Signaturæ Præſide, & poſteà Cardinale.

46 Aduertendum hic eſt circà primam quæſtionis partem de facultate exequutoris inducentis non dici inductum, niſi inductus etiam fructus perceperit, quod tamen debet interpretari, ſi fructus denegarentur ratione tituli, vel gratiæ, ſecus ſi ex alio capite gratiam ſiuè titulum non concernente, vt notat *Garzias d. par. 6 cap. 2. §. 1. num. 150. & Marcheſan. loc. allegato.*

47 Aduertendum 2. Executorem in vim huius clauſulæ poſſe defendere inductum non ſolum contra collitigantem, ſed etiam contra tertium, in quem ſinè hac clauſula nullam haberet iuriſdictionem, ex *Staphileo de litteris Gratiæ tit. de vi, & effectu gratiæ verſ.* ſequitur poſt modum, & *Rebuff. in praxi tit. forma nonæ prouiſionis. verſ. & defendant inductum.*

48 Aduertendum 3. Executorem nou poſſe deuenire ad executionem, niſi ſit certus de ſua iuriſdictione, de qua certus eſſe non poteſt niſi ei exhibeantur mandati, ſiuè commiſſionis literæ, ad quem effectum copia non ſufficit, ſed debent eſſe originales, vt latè *Garzias d. par. 6. cap. 2. num. 16. & ſeqq.* vbi ad docendum de ſtylo Rotæ affert plures deciſiones, priorem in Tuden. Beneficii de Roſal. 12. Decembris 1594. coram *Penia* vbi adeſt error in Diæceſi, debet enim dicere in Tuden de Roſal non Tridentina quod volui annotaſſe, ne lector negocium habeat ſi errorem reperiat.

Similiter deciſio circà medium ibi, Neque prædictis obſtabat Rota *deciſ. 4. de Conceſſ. præbend.* in antiquis, quod etiam ſinè copiæ præſentatione valet proceſſus dummodò poſteà quandocumque litteræ producantur, & de illis conſtet; quià reſpon-

debant DD. illam deciſionem fuiſſe reprobatam per *Felin. in c. ſciſcitatus n.13. de reſcript. Creſcen. dec. 198. incip. penſionis translatio. Roman. conſ. 353. num.*
49 6. Deciſio inquam in his verbis plures continet errores. Primus, quod dicit *deciſ. 4. de conceſſ. præbend.* in antiquis firmare proceſſum ſinè præſentatione commiſſionis originalis ſubſiſtere, & tamen *deciſ. 4. de conceſſ. præbend.* nec verbum facit de hac materia, Vndè fortaſſis voluit dicere *dec. 4. de off. deleg. in antiq.* ſed hic concurrit ſecūdus error quia deciſio hæc 4. apertè ſtatuit ſententiam ſinè præſentatione commiſſionis originalis non ſubſiſtere. *Et Creſcen. non in deciſione* 198. qua nullum verbum de hac materia, ſed *deciſ.* 87. *quæſt.* 2. *de off. delegati*, facit quidem mentionem de hac *dec. 4. de off. deleg. in antiquis.* ſed eam non reprobat immò confirmat addit quidem atteſtationi Iudicis de præſentatione litterarum ſibi factā fidem adhiberi quod eſt de iure, niſi contrarium probetur, cum executor pro ſe habeat præſumptionem ritè, & rectè proceſſiſſe, vt latè per *Surd. deciſ. 106. n. 9. & conſ. 39. num. 10. Rota deciſ. 293. n. 6. par. 1. in recent. Alexand. verò in conſ. 353. num. 8.* facit quidem mentionem de deciſione Rotæ in ordine 278. quam non quiui reperire neque in nouis, neque in antiquis, cum vtraque deciſio ſub illo numero loquatur de altera materia ſed eā non reprobat, immò potius interpretando confirmat. *Felin.* etiam in *c. ſciſcitatus*, nullam facit huius *deciſionis* 4. mentionem; quę ideò libuit adduxiſſe vt appareat, nunquam Rotam tenuiſſe, quod proceſſus ſinè commiſſione originali executori præſentata ſuſtineatur, ex eius enim tenore deſumitur forma, & modus procedendi per executorem, quod non paucas admittit difficultates, ſit igitur

QVÆSTIO III.

An, & quando dicatur Executor merus, vel mixtus, ad effectum, vt teneatur nec nè aſſumere partes Iudicis, & ab eius Decreto detur, vel non appellatio ſuſpenſiua.

50 ARticulus hic plures admittit difficultates propter varias concluſiones, quæ in hac materia paſſim iuxta cauſarum contingentiam aſſumuntur; quę tamen ſunt dilucidandę, vt perfecta poſſit earum haberi cognitio. Omnis itaque Executor eſt ſiuè merus, ſiuè mixtus, mixtum executorem *Garzias p. 6. cap. 2. n. 106. & ſeqq.* diſtinguit à meto in eo, quod mixtus dicatur vbi adeſt intruſus, & contradictor, merus vbi nullus prorſus adeſt contradictor, quem ſequitur *addeu. ad deciſ.* 413. Greg. XV. qua deſcriptione ſtante, ſuperfluum eſt examinate an Clauſulę in litteris contentę conſtituant quem merum, vel mixtum executorem; quia omne id, quod eſt eſſe meri, vel mixti pendebit ab intruſo, vel contradictore, non autem ab ipſis clauſulis litterarum prout cenſuit *Ancharan. conſ.* 84.

Vndè clauſula Amoto, Verificato, & quęlibet alia conditionalis per *Oliuerium* vbi ſupra recenſitę eatenus conſtituent mixtum Executorem etiam Gratię in forma dignum, quatenus adſit intruſus, vt inquit *Garzias*, ſeu potius poſſeſſor; vt loquitur *Oliuer.* vel certè contradictor. Et ſic non ſolum dicetur merus executor, cui committitur nudum miniſterium abſque aliqua cognitione, quod interpretari vel preterici non poteſt *Veral. deciſ.* 333. *nu.* 3. *p.* 1. Sed etiam ille cui committitur executio cum cognitione; modò non adſit contradictor quia videlicet non adeſt citandus, & ità procedunt omnes doctrinę, & deciſiones allegatę per *Garziam vbi ſup. & in d. addit. ad deciſ.* 413. *Greg. XV.*

Hęc concluſio indiget magna interpretatione: nam licet nullus adſit poſſeſſor, ſiuè contradictor, aliqua, tamen ſtatui debet differentia inter executorem prouiſionis in forma gratioſa, & exequutorem prouiſionis in forma dignum, quę mandatum potius de prouidendo, quam prouiſionem cōtinet. Executor prouiſionis, ſiuè formę gratioſę, ſi nullus adſit contradictor, ſiue poſſeſſor, eſt omnino executor merus; quia demandatur ei ſimplex executio abſque aliqua cognitione. Si verò adſit poſſeſſor, ſiuè contradictor, tunc efficitur mixtus, non quidē in vim reſcripti, ſiuè commiſſionis, ſed per accidēs; nempè quia adeſt poſſeſſor, & eo caſu verum eſt, quod clauſula *cōtradictores compeſcendo*, &c. *Amoto exinde quolibet illicito detentore*, &c. *Vocatis qui fuerint vocandi*, &c. *Dummodò non ſit alteri ius quæſitum*, &c. *ſinè prę iudicio iuris tertij*, &c. *Verificato prius coram te*, &c. ac omnis alia conditionalis efficit Executorem de mero mixtum, non quidem per ſe, ſed per accidens, nempè cauſa poſſeſſoris, alioquin nunquam daretur executor merus, cum nulla ſit prouiſio, etiam in forma gratioſa, quę non aliquam ex dictis clauſulis contineat, vt notat *Rebuff. in praxi tit. differentię inter ſcripta gratiæ, & Iuſtitiæ nu.* 60. *Gonzalez gloſ.* 15. §. 1. *n.* 67.

Executor verò gratię in forma dignum; quia non datur ad ſolum miniſterium exequendi, ſed etiam ad cognoſcendum, an, & quid exequi debeat Rota *deciſ.* 202. *par.* 1. *diuerſ.* adeò vt eſſe mixtum procedat ex natura reſcripti, etiamſi nullus adſit contradictor, vel certè non legitimus, vt latè deductum in *Leodien. Abbatię Cinacen. coram f. Vbaldo*, quam reperies hoc eod. *lib. cap.* 6. *nu.* 17. efficitur executor merus nō per ſe, ſed per accidens; quia nullus adeſt oppoſitor ad effectum, vt executor teneatur aſſumere partes Iudicis. Dixi quod efficitur executor de mixto merus, quia non adeſt, qui prouocet ab eius decreto, ſi feratur pro executione litterarum, licet poſſit pronunciare pro non exequutione. Merus verò Executor ad ſummum poteſt deſiſtere ab executione, ſed non poteſt declarare litteras exequendas non eſſe; quia nulla ei committitur cognitio. Mixtus autem debet recipere probationes ſuper iuſtificatione gratię, etiam, nemine opponente: non quidem omninò extraiudicialiter, ſed cum productione iurium in actis, omiſſa ſolummodo citatione, quia non adeſt citandus. *Abbas in cap. accedens nu.* 9. *verſ. Ratio huius de Accuſat. Ægid. deciſ.* 303. *Pariſ. conſ.* 49. *n.* 31. *lib.* 4.

His ita explicatis habemus Executorem in forma gratioſa, qui de ſui natura merus eſſe poteſt, effici mixtum, ſi adſit poſſeſſor. Videndum modò an omnis poſſeſſor, ſiuè contradictor citandus ſit, & an impediat viam executiuam, vel potiùs ſemper ab executoris decreto detur appellatio.

Quò ad

Quò ad primum Regula eſt, neminem amouendum à ſua poſſeſſione abſque citatione; quià poſſeſſor ad verbum executoris non tenetur deſerere ſuam poſſeſſionem. *Rota d. deciſ. 202. n. 2. p. 1. diuerſ. & deciſ. 52. nu. 2. p. 2. recent.* cum aliis allegatis per adden. ad deciſ. Greg. XV. 413. quæ licet loquantur in executore gratiæ in forma dignum, procedunt nihilominus etiam in executore gratiæ in forma gratioſa, vt in Leodien. Beneficii S. Materni 3. Iunii 1624. coram R. P. D. Merlino, Henrico dixerunt DD. eſſe dandum mandatum de manutenendo, quià docet de ſua anteriore poſſeſſione. Nec obſtare dixerunt DD. poſſeſſionem poſteriorem captam de hoc eodem beneficio per Petrum auctoritate Iudicis, ſeù Executoris in vim litterarum Apoſtolicarum, ex quo prima ſua poſſeſſione Henricus priuatus videtur *leg. iuſtè poſſidet ff. de acquiren. poſſ. Angel. in l. clam poſſidere § qui ad nundinas n. 2. eod. ti.* Quoniam reſponſum fuit, tunc demum Iudicem, & Executorem priuare poſſeſſione, quoties ritè, & rectè procedit ſecus ſi iniuſtè, & nulliter egerit, *Abbas in c. conquerente n. 6. de reſtit. ſpol. Crauet. conſ. 18. n. 8. Rota coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 46. n. 5. & deciſ. 69. nu. 3.* & aliàs ſæpiſſimè. Nulliter autem proceſſit dictus executor in hoc caſu dum mandauit immitti Petrum, nulla prænia citatione Henrici poſſeſſoris *Bart. in l. creditores n. 26. C. de pignor. Dec. in l. fin. n. 5. C. de edict. Diui Hadr. tollen. Card. Zabarella conſ. 75. n. 1. Socin. iun. conſ. 18. num. 30. lib. 2. Rota recent. deciſ. 106. nu. 2. par. 1. & in prææallegata dec. 46. nu. 7.* coram ſan. mem. Greg. XV. Nec ſuffragari videtur citatio Procuratoris, quoniam proteſtatus eſt citari Principalem Romæ degentem & indicauit etiam eiuſdem Henrici habitationem, qua proteſtatione non obſtante, & neglecta etiam appellatione pro parte Henrici poſſeſſoris interpoſita, deuentum fuit ad appræhenſionem poſſeſſionis pro Petro, &c.

Et concluſio hæc non ſolum habet locum, ſi petat immitti prouiſus Apoſtolicus, ſed etiam ſi petat immitti prouiſus ab Ordinario, qui non tenetur ad aliquam iuſtificationem cum Ordinarius prouideat Eccleſijs, & non perſonis *Card. in Clem. 2. num. 13. de off. ordinar. Silua de benef. par. 3. quæſt. 25. Felin. in c. ad aures nu. 15. de reſcript. Rota deciſ. 190. num. 1. par. 2. in recent.* Etiam ſi poſſeſſor introiuerit poſſeſſionem non docto de aliquo titulo, vt dixit Rota in Vercellen. Capellaniæ 25. Maij 1622. coram D. Vbaldo, Placuit DD. &c. Non obſtat quod D. Caſtellanus ex ſola poſſeſſione abſque productione tituli, non ſit legitimus contradictor: quià quicquid ſit de hoc ſatis eſt ad iſtum effectum, quod ſinè citatione non potuit poſſeſſione priuari, *Menoch. de adipiſcen. remed. 4. n. 563. & ſeqq. & nu. 582.* neque applicatur, quod in concurſu poſſeſſio titulata ſit præferenda *c. licet cauſam de probat.* quià procedit dato concurſu poſſeſſionum æqualis temporis, *Menoch. ex aduerſo allegatus de retinen. remed. 3. num. 733. & ſeqq.* hoc autem caſu non controuertitur cum anterior ſit poſſeſſio D. Caſtellani. Ex quibus DD. permanſerunt in deciſis, &c.

Quo verò ad alteram partem dubij, an videlicet poſt factam citationem poſſeſſori, & decretum de immittendo factum ad fauorem prouiſi appellatio per poſſeſſorem, ſiuè contradictorem interpo-
54 ſita ipſam immiſſionem ſuſpendat, aduertendum primo ex ſupradictis, non omne decretum Executoris meri reſpuere appellationem ſuſpenſiuam, nec omne decretum Executoris mixti eam admit-
55 tere, vt mox patebit: deindè diſtare inter ſe poſſeſſor, & contradictor, quià poteſt eſſe contradictor etiam legitimus, qui non ſit poſſeſſor. Nos primo de poſſeſſore, deindè de cõtradictore tractabimus.

Regula eſt, quod litteræ Apoſtolicæ quandò ſunt iuſtificatæ habeant executionem paratam *Mohed. deciſ. 13.* vt lite pendente, & aliàs fuit ſæpiſſimè reſolutum in Rota, quarum reſolutionum adducemus aliqua exempla, ex quibus liquebit, quomodò concluſio iſta ſit intelligenda. Prima ſit in cauſa Elnen. Beneficii S. Saluatoris prima Nouembris 1602. coram Penia. De vacante beneficio ſimplici S. Saluatoris Ciuitatis Elnen. per obitum cuiuſdam Emanuelis fuit auctoritate Apoſtolica prouiſus R. P. D. Martinus Alphonſus Mexia cum narratiua, quod vacaſſet in menſe Februarii, ſeù alio veriore menſe, & quod eſſet Sacerdos præſens in Curia Romana. Cæterum quia Petrus Gomes aſſerebat ſibi ab Ordinario Elnen idem beneficium fuiſſe collatum, ideò D. Alphonſus exhibitis litteris ſuæ prouiſionis coram A. C. in quibus etiam in ſpecie fuerat datus exequutor, obtentoque monitorio, eoque perſonaliter eidem Petro intimato, & teſtibus examinatis ſuper iuſtificatione ſuæ gratiæ, tandem ſeruatis terminis ſubſtantialibus, & Procuratore Petri citato, ſententiam fauorabilem ab A. C. reportauit, declarante litteras Apoſtolicas exequẽdas cum opportuno mandato, & cum decreto de capienda eiuſdem beneficii poſſeſſione. Cumque ab hac ſententia Petrus appellaſſet, cauſa commiſſa in Rota cum clauſula paritis litteris Apoſtolicis arbitrio Rotę, dubitaui, an eſſet locus arbitrio, & vtraque parte informante, Rota cenſuit ei non fuiſſe locum ad impediendum executionem earũdem litterarum. Nam cum gratia D. Alphonſi in omnibus eſſet iuſtificata, litteræ apoſtolicæ erant executioni demandandæ, nec propterea erat locus arbitrio pro retardanda earum executione.

Secunda deciſio ſit in cauſa Fanen. beneficij 28. Iunii 1624. coram R. P. D. Vbaldo Matthęus prouiſus de beneficio iuriſpatronatus Laicorum per obitum vltimi poſſeſſoris apud Sedem cum derogatione iuriſpatronatus in totum attenta dicta vacatione apud Sedem obtinuit ab A. C. executore litterarum Apoſtolicarum mandatum de immittendo, & ſententiam declaratoriam contra Hieronymum Rinaldutium in partibus præſentatam à Patronis, & in gradu appellationis commiſſa cauſa in Rota cum clauſula parito litteris arbitrio Rotæ, fuit dubitatum an intret arbitrium, & quià clarum eſt, litteras Apoſtolicas habere executionem paratam *Mohed. dec. 13. vt lit. pend. Caſſad. deciſ. 8. de reſcript.* dum tamen fuerint iuſtificatæ *Caſ. de Graſſ. deciſ. 12. n. 4. de probat.* & in Toletana Capellaniæ 30. Octobris 1602. coram *Luca deciſ. 221. nu. 4. par. 2. diuerſ. deciſ. 251. n. 2. par. 2. recent.* in Nitien. *Parochialis 20. Maij præteriti coram me.*

Ex his duabus deciſionibus liquet, non ſolum habere executionem paratam litteras Apoſtolicas

in forma Breuis expeditas, quæ non concernunt
intereſſe alicuius poſſeſſoris, de qnibus ſunt *deci-*
ſiones 45. num.1.c92.nu.c.506.num.1. 558.num.2.
633.n.2.p.c.recent. ſed etiam expeditę ſub plumbo,
& quæ concernunt ius beneficii cuius alter aliquã-
do reperitur poſſeſſor, & eiuſdem eſſe virtutis, litte-
ras expeditas in forma Breuis, & ſub plumbo dixit
56 Rota in Elboren. Penſionis 27. Octobris 1595. co-
ram *Corduba infrà par. 4.* referenda, quicquid hodiè
in Gallia ſentiant parlamenta quę videntur non ad-
mittere litteras in forma breuis, licèt antiquitus
breuia non recuſarent, ſed haberent ea ad inſtar
aliarum litterarum Apoſtolicarum Rebuff. in Reg.
34. Cancellariæ Verſ. Breue Apoſtolicum.

Contrà hanc concluſionem facit quod tradit
Gonzalez Gloſſa 15.§.1.num.70. videlicet ſi in ſuppli-
catione fiat mentio de intruſo, tunc propter clau-
ſulam Vocatis impediri executionem littera-
rum Apoſtolicarum, donèc iudicium terminetur
57 per tres conformes, vel per rem iudicatam. Verum
hæc limitatio non videtur vera: nam ſi clauſula vo-
catis, &c. reddit executorem mixtum de ſui natura
adeò vt nullo modo poſſit procedi executiuè; in-
truſus non poterit inuertere naturam dictæ clauſu-
læ, ſed ſolum operari, quod executor procedat prę-
uia citatione, neque enim taciturnitas ſupplicantis
poterit nocere poſſeſſori, aut diuerſificare modum
procedendi, neque aliud dicunt *Rota decis. 30. de re-*
ſcript. in nouis, quæ eſt duplicata eod. tit. in antiquis nu.
32. & Card. conſ. 63. & Felin. locis a Gonzale allegatis,
ſed ſolum quod executor cum clauſula vocatis, &c.
tenetur aſſumere partes Iudicis, videlicèt proce-
dendo iudicialiter cum partis citatione, non tamen
dicunt, quod ab eius decreto litteris iuſtificatis ad-
mittatur appellatio ſuſpenſiua, vt ſit procedendum
per tres conformes. Sed ſi materia ex ſe meretur
executionem, poterit executor, ordine iudiciario
ſeruato, procedere ad executionem ſui Decreti. Vt
benè declaratur per Rotam in cauſa Hiſpal. Prę-
minentiarum 24. Ianuarii 1614. coram Sacrato.
Videlicet.

Nota quod Deciſiones hic allegatæ ſunt deciſ. 416.
466. & 506. p.1. recent.

„ A felicis rec. Clemente VIII. emanarũt tria bre-
„ uia, &c. De iure autem eſt, vt dicta Breuia deman-
„ dentur executioni, ſtante, quod ſunt inſtificata, vt
„ ſuper vtroque fuit reſolutum coram R. P. D. (ſunt
„ deciſiones 416. 466. & 506. par. 1. in recent.) Pam-
„ philio, litteræ enim Apoſtolicæ, poſt quam ſunt iu-
„ ſtificatę habent executionem paratam *Mobed. dec.*
„ *13. vt lit. pend. Gig de Penſ. quæſt. 81. num. 2.* Rota in
„ cauſa Paceñ. Parochialis 27. Iunii 1603. coram bo.
„ me. Card. Pamphilio, & in Salamantina Beneficii
„ 31. Iannarii 1596. coram Corduba. Non obſtat ter-
„ tium breue, de quo ſupra, quod prætendunt feciſſe
„ cauſam ordinariam, tum per illa verba. Vocatis vo-
„ candis, quę faciunt executorem mixtum, & cauſam
„ appellabilem ad *not. per Felin. in c. de cętero nu. x. de*
„ *re iud.* tum per illud verbum (Declaretur) quod di-
„ citur importare per ſententiam, & ſic quod debue-
„ rint præcedere tres conformes, antequam poſſet
„ procedi ad executionẽ breuiũ; Quia in primis vide-
„ batur non tranſire de plano, quod clauſula, vocatis
„ vocandis, faciat iudicium ordinarium, nam bene
„ verum eſt, quod facit, vt ille qui aliàs poterat ex-
„ traiudicialiter procedere, teneatur procedere iu-
„ dicialiter, ſed non exinde ſequitur, quod ſi materia
„ eſt executiua, & Iudex non pronunciet, ſed relaxet
„ mandatum executiuum ſit locus appellationi ad
„ effectum ſuſpenſiuum: quia in remedio *l. fin. Cod. de*
„ *edict. Diu. Hadr. tollen.* ad cuius inſtar proceditur in
„ executione litterarum Apoſtolicarum *Abbas in c.*
„ *conſtitutus n. 14. in fin. de appell. Menoch. de adipiſcen.*
„ *remed. 6. n. 35. Mobed. d. deciſ. 13. vt lit. pend.* Rota in
„ cauſa Auerſana beneficiorum 3. Iulii 1606. coram
„ me & ſimiliter in executione obligationis Came-
„ ralis, & in aliis proceditur iudicialiter citatis citã-
„ dis, & nihilominus nõ retardatur executio ſub prę-
„ textu appellationis, & pro hac concluſione facit,
„ quod verba reſcriptorum reducuntur ad ordinem
„ iuris *c. cauſam c. ſuper litteris de reſcript. Calder. conſ.*
„ *2. n. 1. eod. tit. Franc. in c. licet canon in fine de elect. in 6.*
„ & proindè ſi materia ſecundum ordinem iuris eſt
„ executiua non debet per dictam clauſulam fieri or-
„ dinaria; quià cum verba per neceſſe hoc non im-
„ portent, ordo procedendi remanet in diſpoſitione
„ Iuris ad *l. comodiſſimè ff. de lib. & poſthum. cum con-*
„ *cordan.* & benè in propoſito argumentatur *Anch.*
„ *conſ. 297. nu. 8. in fi. & n. 9. in princip. Felin. verò in d. c.*
„ *de cætero n. 10. de re iud.* & Card. per eum allegatus,
„ poſſent ſaluari, quando executor elegiſſet prout
„ poteſt proferre ſententiam, nõ autem relaxare exe-
„ cutionem, vt fuit factum in hac cauſa, quæ diſtin-
„ ctio colligitur ex verbis eiuſdẽ *Felin. ibi.* Et de eius
„ ſententia diſponitur, vt de ſententia Iudicis, & ex
„ Card. per eum *alleg. conſ. 64. alias 63. incip.* Dico
„ quod Dominus nu. 1. verſ. Et hoc præſuppoſito ibi
„ Dico de ſententia executoris idem per omnia ac ſi
„ eſſet ſententia Iudicis, & eodem modo dicebatur
„ ad verbum declaretur intelligendo quod dicta de-
„ claratio fiat eo modo, quem natura iudicii expo-
„ ſtulat. Vt videmus in ſimili dę Commiſſione, quod
„ inhibeatur, præuia matura cauſæ cognitione: quià
„ vt poſſit inhibere, non eſt neceſſe facere proceſ-
„ ſum, vel pronunciare ſuper hoc, vt fuit deciſum
„ in cauſa Valentina Iuriſdictionis 3. Iulii 1595. co-
„ ram Illuſtriſs. Card. Millino, & alibi.

58 Ex quibus clare conſtat executorem poſſe pri-
uare intruſum ſua poſſeſſione ſi ritè procedat & ab
eius decreto non dari appellationem ſuſpenſiuã,
modò voluerit procedere per decretum, ſiuè rela-
xationem mandati, nõ autem per ſententiam, quia
eo caſu daretur appellatio etiam ſuſpenſiua, nam
electa ſemèl via ordinaria, non eſt locus amplius
executiuæ ad *Galleſ. de oblig. camer. 3. p. quæſt. 2. notat*
Gl. in l. 1. & 2. ff. ad l. Aquiliam Bal. in l. diffamari C. de
Ingen. & manumiſſ. Maranta de ordine iudic. par. 6.
verſ. Inſtrumento producto n. 31. licet ſupradicta de-
ciſio Elnen. coram Penia velit non dari appellatio-
nem ab Executore rite procedente, etiam ſi proce-
dat per monitorium, & ſententiam, quod fuit con-
firmatum in firmana Penſionis 23. Ianuarij 1627.
coram D. Durano. Quod exiſtimo verum. Quia
etiam in executiuis poteſt procedi per çedulam,
59 Videndum modo, an omni caſu, quo litteræ ſunt
iuſtificatæ executor poſſit procedere ad executio-
nem priuando ſua poſſeſſione nedum intruſum, ſed
quemcumque poſſeſſorem, quocumque tandem

titulo

titulo poſſideat. Et videtur dicendum qnod ſic, nã eo ipſo quod litteræ ſunt iuſtificatæ omnis poſſeſſor reſpectu prouiſi, qui litteras iuſtificauit dicetur intruſus, hoc eſt nõ legitime poſſidens, ſiue poſſideat titulo prouiſionis Ordinariæ, ſiue Apoſtolicæ, nam ſi gratia prouiſi eſt iuſtificata, ſequitur, quod non fuerit locus collationi Ordinarii ſi ab Ordinario poſſeſſor prouiſus ſit, ſi vero à Sede Apoſtolica, illius gratiá proculdubio erit ſubreptitia, vel obreptitia, quæ quemadmodum non merebatur executionem, ita neque illius vigore debet competere retentio contra valide prouiſum, ſed ſolum videtur ſufficere, quod litteræ ſint inſtificatæ, vt liquet ex hactenus deductis, & quod executor rite, & recte proceſſerit *c. licet Epiſcopus de præbend. in 6. Felin. in c. fin. num. 24. de præſumpt. Calder. conſ. 4. de Dilat. Achill. ſuper Regula de Triennali deciſ. 6. n. 4. Rota deciſ. 202. n. 1. par. 1. diuerſ. & deciſ. 293. n. 4. par. 1. recent.*

60 Diuerſitas enim tituli poteſt inducere diuerſum modum iuſtificandi gratiam prouiſi, non tamen poteſt immutare ipſam gratiæ iuſtificationem, nec efficere quod iuſtificata non ſit iuſtificata; quare ſi gratia meretur executionem eo quia eſt iuſtificata, executio non videtur poſſe impediri per diuerſum modum prouidendi, ſiue prouiſionis, qui eſt quid extrinſecum gratiæ, & illius iuſtificationem non concernens.

61 Nihilominus concluſio recipit limitationem in prouiſo Apoſtolico; contra quem non proceditur executiue, Rota in Vercellen. Capellaniæ 14. Mar-
„ tii 1622. coràm Vbaldo. Fuit reſponſum pro infor-
„ mante videlicet D. Caſtellano dandum eſſe manda-
„ tum de manutenen. Non obſtat quod poſſeſſio po-
„ ſterior fuerit data a Iudice, ſeu Executore littera-
„ rum Apoſtolicarum, qui potuit priuare D. Caſtella-
„ num ſua poſſeſſione ad *l. iuſte poſſidet ff. de acquiren.*
„ *poſſ.* quia trita eſt limitatio, ſi rite proceſſerit, In pro-
„ poſito autem Executor non rite proceſſit, quia cũ
„ in litteris adeſſet clauſula amoto, &c. erat mixtus,
„ & tenebatur aſſumere partes Iudicis, & citare poſ-
„ ſeſſorem maxime cum poſſeſſor eſſet etiam proui-
„ ſus Apoſtolicus, quo caſu nec executiue agi potuit
„ *Rota deciſ. 56. n. 3. p. 2. in recent. &c.*

Hic Rota in genere videtur firmare, quod omnes prouiſiones Apoſtolicæ impediant viam executiuã ex eo, quod ſint inter ſe tituli pares, vt firmat *dicta deciſ. 56. num. 1. par. 2. recent. quæ eſt deciſ. 46.* Greg.

62 XV. Quod ipſum tamen admittit non modicam difficultatem, nam ſi litteræ Apoſtolicæ habent executionem paratam ad inſtar *l. fin. Cod. de Edict. Diu. Hadr. tollen.* vt hactenus ſæpius vidimus firmatum a Rota, vt quis ſit legitimus contradictor, non ſufficit quod poſſideat ex teſtamento, niſi ſit ex teſtamento poſſeſſoris, videlicet, vt concurrat eadem cauſa: fideicommiſſarius vero, ſiue alius poſſeſſor legitimus contradictor non eſt, vt impediat immiſſionem in vim *l. finalis*, quemadmodum impediret ſi poſſeſſor poſſideret ex eodem capite *Bart. in l. fin. §. ſin autem n. 21. verſ.* Quid ergo dicendum. *C. de Edict. Diu. Hadr. tollen.* quam opinionem ſibi placere ait *Bald. in l. vnica Cod. ſi de momen. poſſeſſ. Bero. conſ. 47. num. 3. lib. 2. Beniuiend. deciſ. 83. num. 5. & 6. Menoch. de adipiſcen. remed. 4. num. 565. & ſeqq.* & alios adducit *Angel. in tract. de legit. contradict. quæſt. 2. art. 3. per totum,* ſed præſertim num. 123. Rota in Reatina hæreditatis 4. Iunii 1599. coram Iuſto allegata per d. Argel. Moder. & in Romana de Naris 4. Martii 1596. coram Penia quæ eſt *deciſ. 36. part. 1. recent.* & hoc tanquam indubitatum ſupponit in Rauennaten. hæreditatis 18. Aprilis 1603. coram eodem Penia.

Quapropter ad inducendum parem titulum, qui eum habentem conſtituat legitimum contradictorem, vt procedi non poſſit executiue, Rota requirit non ſolum quod titulus proueniat ab eodem fonte, ſed ſit ſimilis illi, quem obtinet petens immiſſionem, vt in Colonien. Canonicatus S. Vrſulæ 27. Ianuarii 1627. coram D. Vbaldo.

64 Dominus Gulielmus Steyn Vnecch. vſque de anno
„ 1617. reſignauit in manibus Papæ Canonicatum
„ S. Vrſulæ, de quo agitur ad fauorem D. Gaſparis
„ Pauli, qui eiuſdem Canonicatus capta poſſeſſione
„ illũ poſtea reſignauit, & ceſſit ad fauorẽ D. Georgii
„ Pauli Straccii, ſed cum poſt modum obierit d. Gu-
„ lielmus fuit de eodem Canonicatu tanquam per
„ obitum vacante prouiſus a Capitulo vigore precũ
„ Imperialium Alexander Simeonis, qui cum præten-
„ dat ſe eſſe in poſſeſſione & cauſa fuerit in Rota in-
„ troducta, dubitatum fuit an D. Georgio eſſet danda
„ immiſſio, vigore ſubrogationis gratioſæ, quam ad
„ partes expediuit, & per quam ſubrogatur in ius &
„ poſſeſſionem tam Gulielmi primi reſignantis, quã
„ Gaſparis ſecundi, & DD. vtraque parte informante
„ affirmatiue reſponderunt. Quia quotieſcumque
„ apparet beneficium eſſe reſeruatum, datur immiſ-
„ ſio vigore gratioſę ſubrogationis iuſtificato ſolum-
„ modo Clericatu, & poſſeſſione eius, in cuius locum
„ fuit facta ſubrogatio, *Seraphin. deciſ. 1426. num. 2. Rota deciſ. 154. part. 1. & deciſ. 197. par. 2. in recent.*
„ & tenuit Rota in Cæſarauguſtana Parochialis de
„ Cuſſuenda 13. Nouembris 1620. coram Reu. P. D.
„ meo Pirouano, & in alijs. Non obſtat quod Alexan-
„ der habeat parem titulum vigore precum Imperia-
„ lium, & ſit in poſſeſſione, vnde intret regula, quod
„ inter habentes parem titulum procedendum ſit or-
„ dinarie, & non executiue per viam immiſſionis:
„ quia cum D. Alexander non veniat ex eadem va-
„ catione per reſignationem, ſed diuerſa nempe per
„ obitum, nec ex eodem fonte, ſcilicet à Sede Apo-
„ ſtolica, nec habeat ſimilem ſubrogationem non
„ habetur pro legitimo contradictore ad impedien-
„ dam immiſſionem, vt fuit ſæpiſſime tentum in Ro-
„ ta Verall. *deciſ. 329. p. 1.* & fuit reſolutum in Pam-
„ pilonen. Parochialis de Arcoz 4. Maii 1613. coram
„ bo. me. D. meo Vbaldo in Barbaſtren. Prioratus 11.
„ Ianuarii 1616. coram R. P. D. Veroſpio, & in Ra-
„ tisbonen. Canonicatus 17. Nouembris 1617. co-
„ ram R. P. D. meo Pirouano.

Quæ deciſio Ratisbonen. ſub die 17. Nouembris licet firmet concluſionem, melius tamen id præſtat alia deciſio in hac eadem cauſa 23. Martii 1618. coram eodem.

„ Cenſuerunt DD. ſtandum eſſe in deciſis, quod
„ ſcilicet Henrico Piſcatori ſit danda immiſſio fun-
„ damentis, & rationibus, de quibus in deciſione, qui-
„ bus non obſtat, quod hodie exhibeatur poſſeſſio
„ Roggii ideoque cum ipſe habeat titulum Apoſto-
„ licum tãquã poſſeſſor cum titulo dicatur legitimus

» contradictor, ita vt contra eum non poſſit executi-
» ue procedi. *Bart. in l. fin. n. 21. verſ. aut comparet Cod.*
» *de Edict. Diu. Hadr. toll.* quod etiam dicitur ſenſiſſe
» Rotam in cauſa Celſonen. Canonicatus prima Iu-
» nii 1607. & in Paderbonen. Canonicatus 28. No-
» uembris 1608. coram R. D. N. Decano, & in alia
» Oueten. Canonicatus 30. Martii 1607. coram Re-
» uerendiſs. Lugdunen. Quia concluſio in ſe eſt vera,
» ſi concurrat paritas tituli, & legitima poſſeſſio, ſe-
» cus ſi non doceatur de conſimili titulo, & eiuſdem
» ſpeciei; quia tunc non impeditur ſummaria cogni-
» tio, quamuis in eo iudicio de iuribus allegati tituli
» à poſſeſſore ſit cognoſcendum, vt in præſenti factum
» fuit reſpectu inhabilitatis Henrici, quæ non fuit
» conſiderabilis ad effectum impediendi proceſſum
» executiuum, & hoc eſt quod ponderat *Bart. in d. leg.*
» *fin. num. 21. verſ. ſi vero allegat, C. de edict. Diu. Hadr.*
» *toll. & deciſiones allegatæ in deciſ. diei 17. Nouembris*
» *præteriti.* Præterea neque in titulo Apoſtolico vide-
» batur poſſe conſtitui fundamentũ dum gratia Rog-
» gij legitur in forma dignum cum narratiua inhabi-
» litatis Henrici, quæ adhuc non iuſtificata impedire
» non poteſt immiſſionem vigore gratioſæ ſubroga-
» tionis *Verall. deciſ. 346. par. 2.* Rota in Tiraſonen.
» Capellaniæ 14. Martii 1606. coram R. P. D. Pam-
» philio. Nec obſtat quod cum gratia ita fuerit exe-
» cuta, conditio in forma dignum remaneat purifica-
» ta, ita vt prouiſus, qui reperitur in poſſeſſione dica-
» tur legitimus contradictor. vt tenuit Rota in cauſa
» Oueten. Canonicatus 30. Martii 1607. coram Re-
» uerendiſs. Lugdunen. vbi dicebatur; quod tunc gra-
» tia non poteſt conſiderari conditionalis, ex quo pu-
» ri, & purificati idem eſt iudicium, & etiam eſſe re-
» ſolutum in Celſonen. Canonicatus prima Iunii
» 1607. coram Reuerendiſs. Decano. Quia Roggius
» non præſentauit d. eius gratiam in forma dignum
» Officiali Ratisbonen. qui in litteris fuit datus pro
» Executore, ſed Capitulo, quod abſque alia iuſtifi-
» catione, & collatione tradidit poſſeſſionem. vt pa-
» tet ex inſtrumento pro eius parte dato, ideo dici
» non poteſt quod huiuſmodi gratia conditionalis
» fuerit iuſtificata, & per conſequens remanere fir-
» mum. quod vti conditionalis non præſtat parem ti-
» tulum ad impediendam immiſſionem per D. Hen-
» ricum prætenſam, & eo minus dicebatur deferen-
» dum eſſe allegatæ poſſeſſioni; quia ex alio erat vi-
» tioſa ſcilicet contra formam litterarum quę ema-
» narunt cum clauſula, Vocato Henrico, & dummo-
» do non ſit alteri ius quæſitum quæ faciunt Execu-
» torem mixtum, & tenetur aſſumere partes Iudicis,
» & ordinarie procedere. *Felin. in c. fi. n. 23. de præſump.*
» quæ omnia fuerunt omiſſa ab illo executore, ita vt
» Roggius remaneat tanquam intruſus: quo caſu le-
» gitimum contradictorem ſe facere non potuit. *Me-*
» *noch. de adipiſc. remed. 4. nu. 582. in 7. caſu,* & de iſta
» vitioſa poſſeſſione loquitur etiam Barbaſtren.
» Prioratus 21. Ianuarii 1616. coram R. P. D. Vero-
» ſpio. Non obſtat oppoſitio Capituli, quia non eſt
» legitimus contradictor ad impediendam immiſ-
» ſionem, dum non habet titulum, neque poſſeſſio-
» nem, ſed tantummodo dat exceptiones contra
» perſonam Henrici, quæ in huiuſmodi poſſeſſione
» non admittuntur *Verall. deciſ. 342. par. 2.* ſed nihilo-
» minus fuerunt diſcuſſæ, & cognitæ non obſtare
» Henrico, ita vt ſatisfactum etiam remaneat deci-
» ſioni Pacen. Canonicatus coram R. P. D. Manzane-
» do, quæ pro Roggio allegabatur. Et ita, &c.

66 Ad paritatem igitur tituli Rota in premiſſis de-
ciſionibus requirit, quod procedat ab eodem fonte,
& quod ſit conſimilis, nempe vterque ex obitu, vel
vterque ex reſignatione, & ſic de ſingulis impetra-
tionibus, quod ſi admittamus, nunquam verifica-
bitur concluſio contra prouiſum Apoſtolicum non
procedi executiue; quia vix poſſibile eſt, vt concur-
rant duo tituli ita conſimiles, niſi idem Beneficium
impetretur à Petro per obitum Pauli verbi gratia,
67 & eodem tempore à Ioanne per obitum Iacobi; nã
impetrationes duę per obitum eiuſdem fieri non
poſſunt. Annotat enim Officialis Vacantium in li-
bro ſuo, omnes prouiſiones ex obitu, & vna con-
ceſſa non admittitur impetratio ſimilis. & ſi porri-
gatur ſecunda ſupplicatio reijcitur cum reſcripto
Collatum Alteri Idem in reſignationibus ſeruat
Subdatarius nam ſignata vna ſupplicatione ſuper
aliqua reſignatione ſi porrigatur ſecunda reſcribi-
tur. *Alia ſignata*, niſi reſignans velit incurrere cri-
men ſtellionatus bis diuerſis perſonis reſignando,
& in vacatione ex obitu diuerſitas conſiſtit, quod
vnus impetret tanquam de libero, alter tanquam
de patronatu cum aliqua derogatione, quo caſu ta-
men iuxta dictas deciſiones tituli non erunt pares
quia vnus erit de reſeruato alter vero non; qua pro-
pter exiſtimo ad paritatem tituli non requiri de
68 neceſse, quod ſit eiuſdem ſpeciei, ſed ſatis eſse,
quod concurrant ambo prouiſi à Papa, licet ex di-
uerſo vacationis modo, *Rota rec. dec. 197. n. 4. p. 2.*

Similiter non videtur ſubſiſtere, quod litteræ in
forma dignum non faciant parem titulum contra
prouiſum in forma gratioſa, vt dicit dicta deciſio in
cauſa Ratisbonen. non quidem quod paritas reſul-
tet ex iuſtificatione ſimilium litterarum iam facta,
vt huic difficultati reſpondet dicta deciſio Ratisbo-
nen. & *d. deciſ. 197. n. 2. & 3.* ſed etiam licet manda-
tum de prouidendo non dum eſset exequutum, ſi-
ue iuſtificatum, ſufficit enim quod mandatum de
prouidendo huiuſmodi contineat titulum talem,
qui ſit aptus, *vt per eum in* Beneficio controuerſo
69 ſi iuſtificetur immiſſio obtineri poſſit, & ita intelli-
gendam eſse deciſionem *Verall.* 340. *n. 4. li. 2. dicit*
Rota deciſ. 711. n. 3. p. 1. recent. Et recte. nam ſi litteris
Apoſtolicis iuſtificatis ob earum reuerentiam de-
betur executio. Eadem reuerentia debebitur litte-
ris poſseſsoris excipientis de titulo.

Immo non ſolum impediet viam executiuam
poſseſsor cum prouiſione Apoſtolica, ſed etiam
poſſidens habens alium titulum quemcumque, vt
70 dixit Rota in Nouarien. Beneficii 5. Iulii 1610.
coram R. D. Decano Coccino. videlicet
71 *In hoc dubio, an Ioanni Baptiſtæ eſſet danda im-*
miſſio, &c.

Neque releuat quod Seminarium habeat vnio-
nem, quia cum non habeat conſimilem titulum
non poteſt impedire immiſſionem, vt per *Bart. in l.*
fin. num. 21. Dec. n. 40. Cod. de Edict. Diu. Hadr. tollen.
& adhunc effectum titulus debebat eſse eiuſdem
ſpeciei, vt quando vterque eſset gratioſe ſubroga-
tus, vt fuit dictum in cauſa Vrgellen. Archidiaconа-
tus 15. Iunii 1591. & in cauſa Elnen. S. Saluatoris
coram

coram R. D. meo Decano. Prædicta vera ſunt, ſed
quia ex deductis in actis conſtat, Seminarium eſſe
in poſſeſſione vigore vnionis, quod non fuit dedu-
ctum per informantes, hoc caſu videtur dicendum
eſſe procedendum ordinarie, & nō executiue, quia
quando aliquis eſt in poſſeſſione cum titulo, eſt le-
gitimus contradictor, & ille debet obtinere, qui po-
„ tiora iura habet, vt per *Bart. & Decium locis allega-*
„ *tis Roland. conſ. 78. n. 5. & 37. lib. 3.* & in noſtris ter-
„ minis fuit reſolutum in cauſa Oueten, Canonica-
„ tus 30. Martij 1607. coram R. P. D. Marcomontio
„ in cauſa Celſonen, Canonicatus prima Iunii 1607.
„ coram me, & nuper in cauſa Sabinen, Beneficij 29.
„ Martii præteriti coram Decano, & in propriis ter-
„ minis Seminarii exiſtentis in poſſeſſione vigore
„ vnionis fuit reſolutum in cauſa Caputaquen. Bene-
„ ficii 23. Martii 1609. coram R. P. D. Marcomon-
„ tio, &c.

Et non ſolum concluſio locum ſibi vendicat in
72 poſſeſſore vigore vnionis, qui dicitur melior de
73 mundo, & aliis præfertur *Verall. deciſ. 336. part. 2.*
74 ſed in quocumque alio titulo colorato *Rota d. dec.*
711. in fine, & deciſ. 119. eadem p. 1. recent. coloratus
autem titulus dicitur prouiſio Ordinarii *Put. deciſ.*
148. lib. 1 & in vniuerſum omnis titulus, qui proce-
dit ab eo, qui habuit poteſtatem dandi dicitur ti-
75 tulus coloratus, idem *Put. deciſ. 94. n. 1. lib. 1. & dec.*
216. n. 1. lib. 1. & deciſ. 26. n. 3. lib. 3. & huiuſmodi ti-
tulus dicitur coloratus, etiam ſi ſit nullus, vt *addit.*
1. & 2. ad deciſ. 48. Putei lib. 1.

76 Quod tamen ita debet intelligi, vt nullitas non
ſit adeo patens, & euidens; quod de ea conſtet in
continenti, vt pote quod conſtet vacationem con-
tigiſſe in menſe reſeruato, nam quemadmodum
bene prouiſi ab Ordinario in ſuis menſibus mole-
ſtari non debent per calumnioſos impetrantes, ad-
uerſum quos ſunt legitimi contradictores ſic pari-
formiter prouiſi à Sede Apoſtolica in menſibus re-
ſeruatis non debent indebite vexari per intruſos, &
male ab Ordinario, vel alio prouiſos *Gonzalez §. 7.*
proem. n. 5. & ſeqq.

Hinc liquet de quibus contradictoribus inter-
77 pretari debeat clauſula, Contradictores compe-
ſcendo, &c. videlicet de contradictoribus facti non
iuris *Card. in c. quia contingit §. contradictores de re-*
lig. domib. Gloſ. in c. pro illarum in verbo contradictores
de prabend. vbi Abbas. n. 9. Ancbar. n. 3. Ioan. Andr.
num. 10. Felin. in c. ſuper eo in ſecunda Fall. n. 5. verſ. &
cum iſtis eſt dictum de off. deleg & contradictores fa-
cti intelligi eos, qui nullum habent titulum, & ſunt
mere intruſi, quia in Beneficialibus requiritur ti-
78 *tulus ad poſſeſſionem c. vnico de eo, qui mittitur in poſ-*
ſeſſionem cauſa rei ſeruan. in 6. Ægid. deciſ. 49. & 99.
Put. deciſ. 99. num. 8. par. 1. Rota deciſ. 7. num. 2. & 3.
de procur. in non. & deciſ. 20. de reſtit. ſpol. in antiq.
Caſſad. deciſ. 4. num. 7. eod. tit. Achill. deciſ. 8. num. 3.
ſuper regulis. Verall. deciſ. 306. num. 1. par. 3. late Gon-
zal. Mendez. diuerſ. arg. Iur. lib. 1. cap. 3. nu. 11. & 12.
Vel certe ſi titulum habent non coloratum, vt pote
quia ceſſat omnis color per exhibitionem tituli pe-
tentis immiſſionem, vt ſi quis habeat prouiſionem
ab Ordinario de Beneficio vacante in menſe reſer-
uato, qui nunquam poſſit eſſe ordinarius, vt Ianua-
rius, Maius, Iulius, & Nouember quia prouiſus in
huiuſmodi menſibus, non poteſt colorate impu-
gnare prouiſionem Apoſtolicam in menſe reſerua-
to. Si vero deſit notorietas huiuſmodi, quilibet
color efficiet, vt poſſeſſor dicatur contradictor iu-
ris, non facti, vt dixit Rota in S. Agathæ Gothorum
Iuris patronatus 4. Iulii 1597. coram Corduba.

79 „ Dubitaui an poſſeſſio Ioannis Angeli eſſet at-
„ tentata, & reuocanda, ſeu ſequeſtranda, & Domi-
„ nis placuit apponendum ſequeſtrum; quia fuit cap-
„ ta à Ioanne, pendente appellatione, vel tempore
„ dato ad appellandum, & inde attentata *c. non ſolum*
„ *de appell. in 6. Mohed. deciſ. 150 num. 2. Guidob. deciſ.*
„ *104. & inde venit ſequeſtranda Calder. conſ. 1. vt liti.*
„ *pend. Ant. Aug. in Epit. tit. de ſequeſtr. ex officio §. 3. &*
„ *6. Verall. deciſ. 70. par. 1. & deciſ. 257. par. 3. Put. deciſ.*
„ *414. lib. 2.* & fuit ſæpe reſolutum. Iudex enim gratiæ
„ in forma dignum eſt mixtus executor ac debet aſ-
„ ſumere partes Iudicis *c. fin. de præſump.* & ab eo da-
„ tur appellatio, vt fuit dictum in cauſa Piſcien. co-
„ ram Sanctiſſimo & fuit ſæpius reſolutum. Non ob-
„ ſtabat, quod notorie conſtet de non iure Federici,
„ & bono iure Angeli ex tranſactione: quia ad hunc
„ effectum requiritur notorietas, quæ non colorate
„ poſſit impugnari, vel aliquo modo velari *Ægid. de-*
„ *ciſ. 103. Pereg. deciſ. 173. lib. 2.* qualis eſt, quæ reſul-
„ tat ex confeſſione partis, vel re iudicata. *Rota deciſ.*
„ *3. de reſtit. ſpol. in nou. Tanis deciſ. 19.* fuit reſolutum
„ in cauſa Eugubina S. Petri de Vigneto 21. Iun. 1591.
„ coram R. P. D. meo Orano; quia quando pars obii-
„ cit, & probatio concernit petitorium, in quo pro-
„ batio probationem non excludit. *Tanis d. deciſ. 19.*
„ *Bellam. deciſ. 624. num. 2.* ac inde per tranſactionem,
„ non poteſt dici notorie conſtare de non bono iure.
„ Nec obſtat clauſula contradictores; quia intelligi-
„ tur de contradictoribus facti, non iuris *Card. in*
„ *Clem. 1. §.* contradictores de religioſis domibus, ma-
„ xime quando ſunt iuſti *Gloſ. in c.* pro illorum in ver-
„ bo contradictores *de prabend. Vitalin. in tract. clau-*
„ *ſularum tit. de clauſula reſcripti verſ. contradicta.*
„ Et ita, &c.

80 Illud autem, quod notorietas iſta debeat deduci
ex confeſſione partis, ſiue re iudicata, debet inter-
pretari, etiam de confeſſione tacita, videlicet de
productione tituli inualidi; quæ tacita confeſſio fa-
cit ceſſare præſumptionem tituli validi *Aym. conſ.*
134. n. 44. Verall. deciſ. 304. n. 9. lib. 3. alias enim vix
vnquam de hac notorietate conſtare poſſet. Rota in
Ianuen. Abbatiæ 24. Maii 1624. coram bon. mem.
Buratto, vbi etiam fuit dictum, quod ad hunc effe-
ctum ſufficit, quod productio fuerit facta à præſen-
tante, vt noceat præſentato. Vndelicet (eo quod in
Beneficialibus detur multiplicatio titulorum) pro-
ducens poſſit iuuari alio titulo, vt in Cęſarauguſta-
na de Maella 8. Nouembris 1599. coram Cardin.
81 Pamphilio. Hęc tamen deciſio procedit vbi nulla à
poſſeſſore eſſet facta productio; quando autē pro-
ductio tituli inualidi fuit facta à poſſeſſore eo caſu
poſſibilitas alterius tituli non ſuffragatur, ſed ad ex-
cludendum titulum illum inualidum, requiritur ef-
fectualis exhibitio tituli validi, vt ind. Ianuen. quem
titulum validum Rota deducit ex titulo præſump-
to, nempe ex centenaria, vt in Parmen.

82 Prioratus 23. Ianuarij 1621. coram Seleucien.
„ Domini cenſuerunt, &c. Demum fuit reſponſum,
quod

,, quod cum Nicolaus poſſeſſor fundauerit ſuam ex-
,, ceptionem in continuatis præſentationibus vltra
,, 100. annos, & in aliquibus dicatur competere de
,, iure & de antiqua conſuetudine, quod intelligi de-
,, bet de iure valido, & ſic ex augumento dotis, quod
,, æquipollet cõceſſioni; Octauius prouiſus Apoſtoli-
,, cus, qui replicat iuriſpatronatus eſſe ex priuilegio,
,, quod cadere debebat ſub reſeruatione, debet con-
,, cludenter docere, augmentum non fuiſſe æquiua-
,, lens. *Roland. conſ. 13. nu. 64. lib. 2. Seraphin. deciſ.* 518.
,, *n.* 4. à qua deciſione licet fuerit receſſum in *deciſ.*
,, 555. *&* 575. tamen in dictis deciſionibus non fuit
,, tactus hic articulus, ſed ex aliis rationibus fuit re-
,, ceſſum, &c.

Hanc deciſionem confirmauit Rota in d. cauſa Ianuen. Abbatiæ Ven. 13. Iunii 1625. coram prædicto Buratto.

83 ,, In vltima deciſione 5. Martii præteriti, fuit re-
,, ſeruatum videre, an conſtaret de immemorabili,
,, vel centenaria quaſi poſſeſſione DD. de Pallauici-
,, nis quæ ſuffragetur Cypriano, & ſic an ipſe poſſit
,, iuuari alio titulo, quam litteris Leonis Decimi per
,, præſentantem productis, de quibus in prima deciſ.
,, 24. Maii 1624. & conſequenter ad excludendam
,, reſeruationem & immiſſionem ex ſubrogatione
,, gratioſa conceſſa R.P. D. Saulio, & DD. reſponde-
,, runt conſtare de alio titulo, qui ſuffragetur Cypria-
,, no. Titulus autem reſultat ex centenaria quaſi poſ-
,, ſeſſione præſentandi, quæ in familia priuata probat
,, Iuriſpatronatus *Rota in recent. deciſ. 232. in 2. par. 2.*
,, inducitque titulum dotationis totalis, ſeu æquiua-
,, lentis, ſecundum opinionem, quam Rota tenet
,, *deciſ. 254. n. 10. vſque ad fin. lib. 3. part. 3. diuerſ. Put.*
,, *deciſ. 199. & deciſ. 206. lib. 1. Rota deciſ. 312. part. 1.*
,, *recent. num. 4. Gabr. conſ. 198. num. 5. lib. 2.* & fuit di-
,, ctum in Parmen. Prioratus 23. Ianuarii 1621. co-
ram Reuer. Seleucien.

84 Verum hæc deciſio habet non paruas difficultates: prima quod concluſio de multiplicatione titulorum procedit in Beneficialibus. Iuriſpatronatus vero Beneficium non eſt, vt conſiderat eadem Rota in hac cauſa ſub die 5. Martii 1625, vnde quemadmodum illa poſſibilitate non poteſt iuuari patronus præſentans, ita neque præſentatus, cuius omne
85 ius pendet à præſentante, neque enim centenaria percutit titulum Beneficii, ſed iuſpatronatus. Deinde producens titulum inualidum non iuuatur poſſibilitate tituli validi, ſi eum, vt dixi, exhibeat. Centenaria vero titulus non eſt, ſed præſumptio tituli, ſub qua bene poteſt præſumi quicumque titulus, vt dicunt doctrinæ in deciſione allegata, non tamen firmant, quod producto titulo inualido ille tollatur per præſumptionem orientem ex centenaria: hæc adducebam in diſputatione huius cauſæ, quæ adhuc pendet indeciſa, fortaſſis terminabitur, antequam impoſuero finem huic operi, & tunc corrigam, vel certe comprobabo hanc paginam.

86 Redeamus ad legitimum contradictorem, quem in principio quæſtionis dixi poſſe dari abſque poſſeſſione videlicet in electo, & præſentato, quia electus, & præſentatus, licet non poſſideant habent tamen ius ad rem, tale, vt non poſſint præteriri. De præſentato quia præſentatio ſufficit ad obtinendum adiudicationem *Rota deciſ. 3. nu. 1. de iurep. in nouis*, & in his terminis dixit Rota in Bergomen. Beneficij, ſeu Iuriſpatronatus 24. Nouembr. 1614. coram ſ. Vbaldo relata hoc capite ſub num. 59. De electo teſtatur *Ang. conſ. 348. n. 3.* vbi dicit eam eſſe potiſſimam partem, & trahere ad ſe confirmationem *Dec. in c. poſtquam n. 38. in fine de elect.* immo per electionem acquiritur plenum ius, per confirmationem vero nihil iuris noui additur, ſed tantum exercitium *Oldrad. conſ. 146. n. 4. Decius loco allegato n. 18.* Rota coram Greg. XV. *deciſ. 140. nu. 16. & 17.* De præſentato eſt *textus in Clem. auditor de reſcript. Rota deciſ. 3. nu. 1.* de Iurepatronatus in nouis, nam iſti licet non poſſident, poſſidere tamen poſſunt, qui
87 vero poſſidere non poteſt, nunquam erit legitimus contradictor, & ideo Capitulum, quod Beneficium poſſidere non poteſt, nunquam dicetur contradictor legitimus ad impediendam executionem litterarum Apoſtolicarum, vt de ſtylo Curiæ teſtatur Rota in Melevitana Coadiutoriæ 27. Nouembris 1624. coram D. Merlino.

,, Cum Paulus obtinuiſſet a ſan. me. Gregor. XV. ſe
,, deputari in Coadiutorem cum futura ſucceſſione
,, Ioanni Canonico Eccleſiæ Cathedralis ſuper Ca-
,, nonicatu per ipſum Ioannem poſſeſſo, vt in litteris
,, Apoſtolicis deſuper expeditis, illarum vigore, idem
,, Paulus immiſſus fuit in poſſeſſionem Coadiutoriæ
,, à Iacobo Cantore prædictæ Eccleſiæ ſpecialiter ad
,, id executore in litteris deputato, Canonici vero, &
,, Capitulum ægre deputationem huiuſmodi feren-
,, tes, nixi ſunt Paulum turbare, in exercitio d. Coa-
,, diutoriæ, ipſum repellendo ab aſſiſtentia diuino-
,, rum Officiorum in Choro; ſuper quo cauſa mihi
,, commiſſa dubitaui, an Paulo dandum eſſet manda-
,, tum de manutenendo. Et DD. reſponderunt affir-
,, matiue, quia de poſſeſſione non poteſt dubitari,
,, cum de ea conſtet publico inſtrumento appræhen-
,, ſionis per ipſum Paulum: quæ inſtrumentalis poſ-
,, ſeſſio, cum alius tunc temporis non extiterit in
,, poſſeſſione ſupradictæ Coadiutoriæ, ſatis ſuperque
,, prodeſt Paulo ad effectum obtinendi manutentio-
,, nem Rota apud *Verall. deciſ. 334. n. 6. par. 2. & deciſ.*
,, *56. num. 1. par. 1. diuerſ. & deciſ. 661. part. 1. & deciſ.*
,, *525. n. 4. par. 2. recent.* cum aliis allegatis in Meten.
,, Prioratus 2. Decembris 1622. & in Leodien. Bene-
,, ficii 3. Iunii præteriti coram me, & in terminis Offi-
,, cij Eccleſiæ dictum fuit in Tullen Præpoſituræ S. A-
,, pri 25. Iunij 1610. coram R. P. D. meo Pirouano.
,, Nec dicta manutentio excluditur ex eo, quod poſ-
,, ſeſſio capta non fuit capitulariter, prout requiri tra-
,, dit *Caſſad. deciſ. 8. de cauſ. poſſ. & propriet.* cum aliis
,, concordantibus allegatis. Quoniam Palatium ita
,, quidem obſeruat in Canonicatibus, vt patet ex le-
,, ctura d. deciſionis Caſſad. & aliarum ſimilium, quã
,, tamen obſeruantiam viſum eſt DD. non eſſe tra-
,, hendam ad Coadiutoriam ponderata differentia,
,, quæ datur maxima inter Canonicatus, & eorundẽ
,, Coadiutorias, nam iſtæ non dicuntur vere benefi-
,, cia, ſed officia. *Pet. Gregor. de Benef. c. 11. nu. 2. verſ. 1.*
,, erunt tales, & ſyntagmata *Iur. lib. 15. capit. 25. lato*
,, *Gonzal. ſuper reg. 8. Gloſ. 5. §. 9. n. 31. & 37. & nu. 64.*
,, *cum ſeqq.* nec habet Coadiutor ius, vel titulum in
,, Beneficio, ſed munus dumtaxat adminiſtrandi; Ius
,, autem reſidet penes coadiutum *Card. in Clem. Re-*
,, *ctoribus n. 1. Anchar. nu. 3. Abb. nu. vlt. Anan num. 2.*

Hoſtien.

,, *Hoſtien. in verbo Animarum, Io. Andr. in verbo cu-*
,, *ratus habet de Cler. ægrotanc. Henrich. Boich in c. con-*
,, *ſultationibus nu. 8. eod. tit. & inde Coadiutor.* nullam
,, capit poſſeſſionem Canonicatus, ſed ipſe Coadiu-
,, tus quamdiu viuit dicitur poſſidere *Gorzias de be-*
,, *nef. par. 4. cap. 5. n. 706. Rota recent. deciſ. 456. num. 2.*
,, *par. 1.* & in Hiſpalen. Coadiutoriæ 14. Nouembris
,, 1614. coram R. P. D. meo Vbaldo, & Coadiutor ap-
,, præhendit poſſeſſionem officij Coadiutoriæ admi-
,, niſtrando ea, quæ poſſunt explicari per Coadiutum
,, rationabilibus detentum impedimentis *Auchar. in*
,, *c. conſultationibus in 5. quæſt. n. 13 de Cler. Ægrot. &*
,, *in c. 1. n. 5. in 8. notab. vbi etiam Franc. in §. fi. num. 3.*
,, *eod. tit. lib. 6. Oldrad. conſ. 44. n. 2. Rota recent. d. deciſ.*
,, *456. num. 4. p. 1.* Et hinc fit, quod mortuo coadiuto,
,, tunc coadiutor capitulariter tenetur appræhende-
,, re poſſeſſionem Canonicatus, vt poſt reſolutionem
,, S. Congregationis Rituum dixit Rota *in dict. deciſ.*
,, *456. nu. 6. par. 1. recent.* atque tunc ſoluitur illa præ-
,, ſtatio pro incundo ingreſſu *Garzias de benef. par. 4.*
,, *cap. 5. nu. 78.* & ab illo tempore conſideratur præ-
,, minentia, vt in *d. deciſ.* 456. quam ſæpe poſtea Rota
,, ſecuta fuit, quæ bene inferunt, quod Coadiutor, vi-
,, uente coadiuto, non poſſidet Canonicatum, ſed
,, Officium tantum, & exercitiũ, alioquin defuncto,
,, Coadiuto, non eſſet opus noua apprehenſione poſ-
,, ſeſſionis. Quapropter huiuſmodi poſſeſſio officii
,, Coadiutoriæ, fuit legitime capta per Paulum Coa-
,, diutorem, & omiſſa ſolẽnitate prædicta capitula-
,, ris traditione, vt de poſſeſſione offici, fuit reſolu-
,, tum in d. Tullen, Præpoſituræ S. Apri 19. Nouem-
,, bris 1612. coram D. meo Pirouano, & in hac poſ-
,, ſeſſione officii ſiue detentione eſt manutenendus.
,, Non obſtat quod dicitur executorem nulliter pro-
,, ceſſiſſe litteris Coadiutoriæ prius non iuſtificatis.
,, Nam quicquid ſit dicendum, quando gratia fuit ex-
,, pedita in forma dignum, & adeſt legitimus contra-
,, dictor, quo caſu executor debet aſſumere Iudicis
,, officium, & procedunt allegata pro parte Capituli,
,, ceſſat obiectum: quia gratia Coadiutoriæ, de qua
,, agitur, fuit expedita in forma gratioſa, nec aderat
,, legitimus contradictor. Ideoque potuerunt litteræ
,, abſque alia iuſtificatione executioni demandari.
,, *Paris de reſig. benef. lib. 10. q. 3. n. 53.* qui ait hanc eſ-
,, ſe communem, & receptam a DD. ſententiam in
,, ſtylo obſeruatam, & notat *Garzias de benef. par. 6. c.*
,, *2. n. 156. & ſeq.* Nec facit quod Capitulum oppo-
,, ſuerit de non iuſtificatione litterarum, quam op-
,, poſitionem conſiderandam dixit Rota in Legio-
,, nen. delegationis poſſeſſionis 26. Martii 1593. co-
,, ram bon. me. Card. Blanchetto: nam deciſio prædi-
,, cta vltra quod loquitur in remedio adipiſcendæ,
,, non autem in remedio retinendæ, in quo verſamur,
,, fuit etiam reuocata in Pacen. puritatis ſanguinis
,, 11. Decembris 1609. coram R. D. meo Patriarcha
,, Hieroſolymitano, vbi quod reſpectu Capituli non
,, eſt neceſſaria iuſtificatio gratiæ, nec Capitulum
,, eſt legitimus contradictor in iſto capite ad impe-
,, diendam executionem litterarum Apoſtolicarum,
,, niſi quando Capitulum daret de ſtatuto requirente
,, puritatem ſanguinis, aut aliam qualitatem in per-
,, ſona promouenda ad dignitatem ipſius Eccleſiæ
,, Capitularis Rota coram ſan. me. Greg. XV. deciſ.
,, 221. num. 3. cum alijs cumulatis per *adden. num. 11.*
,, *& per Moder. de legit. contradic. quæſt. 14. art. 5. n. 36.*
,, *cum plurib. ſeqq.* Et ita vtraque parte informãte, &c.

Idem cenſuit Rota in Ratisbonen. Canonicatus
17. Nouembris 1617. coram R. P. Dom. Pirouano; quæ deciſio: quia ex alijs confert ad præſentem
materiam hic addi debuit,

88 ,, Cenſuerunt DD. Henrico Piſcatori, dandam
,, eſſe immiſſionem: quia ex deciſionibus, huiuſque
,, in cauſa factis conſtat illum in omnibus, & per om-
,, nia iuſtificaſſe ſuam gratiam, nempe reſeruatio-
,, nem narratam, obitum prædeceſſoris in poſſeſſione,
,, & Clericatum impetrantis, quæ ſufficiunt Henrico
,, gratioſe ſurrogato, vt illi debeatur immiſſio ad in-
,, ſtar *l. fin. C. de edict. D. Hadr. tollen.* Neque talem im-
,, miſſionem poteſt impedire Capitulum, cum non
,, poſſit contradicere executioni, dum non eſt in poſ-
,, ſeſſione, neque ſimili gratia nitatur *Innoc. in c. man-*
,, *datum num. 5. de reſcript.* & in his terminis fuit di-
,, ctum in Hiſpalen. Canonicatus 27. Iunii 1605. co-
,, ram Illuſtriſ. Card. Ludouiſio: neque contendere
,, poteſt ratione ſui iuris reſpectu habilitatum proui-
,, ſi ſecundum terminos deciſiones Pacen. Canoni-
,, catus 30. Aprilis 1610. coram R. P. D. Manzane-
,, do; quia iam fuit reſolutum ſtatutum, de quo obii-
,, cebatur Henrico non eſſe habendum in conſide-
,, ratione contra prouiſum apoſtolicum, &c.

Ex his duabus deciſionibus elicitur concluſio,
quod Capitulum ad impediendum executionem
litterarum apoſtolicarum ad fauorem prouiſi non
eſt legitimus contradictor cum limitatione tamen
89 vt in d. Meleuitana quando contradictio non con-
cerneret ſtatutum requirens qualitates ad dignita-
tem Eccleſiæ, quod ſi concernat hanc qualitatem,
Capitulum erit legitimus contradictor.

Hanc limitationem rurſus ſublimitari videtur in
d. Ratisbonen. videlicet ſtatuta particularia Ec-
cleſiarum non operari contra prouiſum apoſtoli-
cum, ſed ſolum contra prouiſum ab Ordinario, vt
in eadem Ratisbonen. 13. Ianuar. 1617. coram eo-
dem D. Pirouano, quæ ſublimitatio non videtur
ſubſiſtere nam in allegata Pacen. Puritatis. Rota
admiſit Capitulum contradictorem contra proui-
ſum apoſtolicum, & admittit deciſio Meleuita-
na, &c. Statuto particulari.

90 Nec facit, quod aſſumit deciſio Ratisbonen. Pa-
pam non ſubiacere ſtatutis inferiorum. *Put. deciſ.*
301. lib. 1. & deciſ. 11 de Conſtit. Rota deciſ. 18. de
reſcript. in antiq. Ant. Aug. in Epitom. ſuper regula 8.
menſium num. 15. quia loquuntur vbi ſtatuta non
fuiſſent confirmata a Sede Apoſtolica, concurren-
91 te autem huiuſmodi confirmatione ceſſat illa ra-
tio, & propterea Capitulum pro ſuo ſtatuto con-
firmato à Sede apoſtolica erit legitimus contradi-
ctor, quod ipſum videtur dicendum ſi ſtatutum fuerit
immemorabili præſcriptione, quæ habet vim pri-
uilegii, ac iuſti tituli ita vt per eam acquirantur
etiam ea, quæ ſunt Principi reſeruata & ſufficit al-
legare hoc priuilegium, licet non probetur, immo
ſufficit allegare tempus ſine titulo, talis enim præ-
ſcriptio habet vim priuilegij expreſſi, & conceſſi
ex certa ſcientia; quia perinde habetur ac ſi id ab
eo, qui hanc habet auctoritatem fuiſſet conceſ-
ſum, & ideo conſenſus Principis præſumitur, &
ideo habens immemorabilem poteſt allegare
quem-

quemcumque titulum voluerit , & præſumptio
oriens ex immemorabili eſt iuris de iure, nec reci-
pit probationem in contrarium , Mantica in No-
nantulana bonorum 18. & 22. Martii 1591. omne
enim id , quod eſt quæſibile per priuilegium eſt
92 etiam præſcriptibile. *Felin. in c. accedentes num. 6. de præſcript. Pariſ. conſ. 101 n. 13. lib. 1.*

Sed hic rurſus contingit dubitari an præſcrip-
tioni immemorabili locus eſſe poſſit , vbi adeſt ſta-
tutum, quod ponit initium, & non poſſe, dixit, Rota
in d. Ratisbonen. 23. Iunii 1617. *Couar. ad Reg. poſ-
ſeſſor. par. 2. §. 3. ante nu. 8. Oſaſcb deciſ. 101. num. 31. Molin. de primog. Hiſp. lib. 2. cap. 6. nu. 64.* & late de-
duxit Rota in Pampilonen. beneficiorum de Taf-
ſalla 27. Nouembris 1623. coram Remboldo ,

Contrarium dixit in Vrbinaten. ſeu Nullius ere-
ctionis Collegiatæ 5. Martij 1618. coram D. Pam-
philio videlicet , immemorabilem probari ſcriptu-
93 ris antiquis , non quidem proprie, ſed improprie ,
ita tamen vt longiſſimum tempus , etiam ſi de ini-
tio conſtet æquiualeat immemorabili ,

94 „ Poſt reſolutionem , &c. Neque refragari, quod
„ fuerit in litteris narratum , Terram Caſtri Duran-
„ tis habere iuriſdictionem ſatis amplam in circum-
„ uicinis à tempore immemorabili , quod non fuit
„ probatum cum requiſitis, de quibus per *Gloſ. in c. 1.*
„ *verbo memoria de præſcript. in 6.* quia fuit pro re-
„ ſponſione ponderatum huiuſmodi narratiuam eſ-
„ ſe intelligendam de quaſi poſſeſſione longiſſimi
„ temporis exercendi huiuſmodi iuriſdictionem ,
„ quæ ſatis amplam in circumuicinis ab immemo-
„ rabili tempore ex Summorum Pontificum præde-
„ ceſſorum noſtrorum, ſeu & Principum ſæcularium
„ conceſſionibus, priuilegijs, & indultis exerceat, &c.
„ quod quidem longiſſimum tempus bene iuſtifica-
„ tur ex deductis hic per informantes, non autem de
„ tempore immemorabili proprie ſumpto, cuius ſci-
„ licet initii memoria non extat iuxta terminos *d.*
„ *Gloſ.* &c.

Idem dixit Rota in Foroſempronien. ſeu Nul-
lius Parochialis 17. Nouemb. 1625. coram Reue-
rendiſs. Coccino Decano , & longe prius in Abba-
nen. Prioratus 17. Nouembris 1588. coram Ora-
no. Quia *licet titulus , vt ſic* immemorabilem *ex-
cludat* ita vt titulus ille præſcriptionem huiuſmodi
operari non poſſit , tamen ex curſu illo longiſſimi
temporis præter titulum illum, de quo conſtat, re-
ſultat alius titulus. non quidem contrarius, ſed di-
uerſus ab illo videlicet ſi conſtet de ſtatuto non
confirmato poſſit allegari aliud confirmatum.
Rota deciſ. 254. num. 11. & 12. lib. 3. par. 3. diuerſ.

Non obſtant allegati in contrarium in d. Ratiſ-
bonen. *Oſaſcb. deciſ.* 101. *num.* 31. loquuntur enim
vbi titulus ; eſſet nullus , eo quod ſcriptura , in qua
continetur, non eſſet in forma probanti. *Molin. de
primog. Hiſp. lib. 2. cap. 6. num. 64. & Couar. in regul.
poſſeſſor.* loquuntur vbi tituli non ſe compatiuntur,
vt conſideratur in ſæpius allegata Iannen Abbatię
coram Buratto. Ex quibus liquet Capitulum eſſe
legitimum contradictorem in requirendo qualita-
tes iuſta ſtatuta Eccleſiæ ad eius dignitatem re-
quiſitas , etiamſi dd. ſtatuta non reperiantur con-
firmata modo adſit longus temporis curſus , vt
centenaria.

Sed hic oritur alia quæſtio, an Capitulum ſit le-
gitimus contradictor, quando ſtatutis confirmatis,
vel immemorabili qualitates concernentibus eſſet
95 derogatum in litteris prouiſionis, & ſi de deroga-
tione in ſpecie ſermo ſit , clarum eſt , eam tollere
priuilegium, vel indultum præcedens . *Gonzalez gl. 36. n. 73. verſ. ſimiliter erit inſpiciendum, & Capitulum non erit legitimus contradictor.* Si vero litteræ conti-
neant prout ſemper continent derogationem ſta-
tutorum in genere, eo etiam caſu. Rota in d. Ratiſ-
bonen. Canonicatus 13. Ianuarii 1617. coram D.
Pitouano voluit Capitulum non eſſe legitimũ con-
tradictorem , eo quod derogationes generales in
litteris Apoſtolicis contentę tollant omne; id, quod
gratiam in illis contentam poſſit impedire, & ſuffi-
ciunt ad derogationem iurium particularium, ſed
hoc ipſum admittit difficultatem non paruam , nã
ad hoc , vt cenſeatur derogatum priori priuilegio
inſpiciendum, quid veriſimiliter feciſſet Papa ſi ex-
96 poſitum ſibi fuiſſet requiſitum in vim ſtatuti ſpeci-
fice, vt bene notat *Gonzalez d. Gloſ. 36. nu. 68.* quod
corroboro nupero exemplo. De menſe Iulii præte-
rito fuit prouiſus de Canonicatu Doctorali in Ec-
cleſia Conſtantien. in Curia Leonardus Pappus. Vi-
get in d. Eccleſia ſtatutum, licet non confirmatum
vltra tamen centum annos antiquum , quo diſpo-
nitur , quod nullus ad Canonicatum Doctoralem
aſſumatur , qui non ſit actu Sacerdos , habebat in
litteris Leonardus generalem ſtatutorum deroga-
tionem, & quia timebat Capitulum ſibi obſtiturum
petiit in ſpecie ſtatuto derogari in hac parte : quia
neque erat Sacerdos neque in ea ętate cõſtitutus ,
vt ordinari poſſet : quia deficiebant ei ſex menſes
ad complementum anni 24. Dataria noluit ſtatuto
in ſpecie derogare , ſed iuſſit expectare Leonardũ
per ſex menſes, vt tunc ordines ſuſcipiat. & capiat
nouam datam. *Vnde ſi ſubreptionem cauſat, ſubicen-
97 tia illius* , quod difficiliorem reddidiſſet Principem
98 ad concedendum gratiam. *Socin. conſ. 260. n. 2. li. 2. Corn. conſ. 245. num. 6. lib. 1. Aym. conſ. 296. num. 3.*
hæcque exceptio oriatur ex ventre litterarum, quæ
executionem ſuſpendit *Caſſad. deciſ. 10. de reſcript. Rota diuerſ. deciſ. 694. par. 3. lib. 3. Cęſ. de Graſſis deciſ. 8. num. 13. de re Iud.* bene poterit Capitulum ſe op-
ponere executioni litterarũ , in quibus deficit ſpe-
99 cialis derogatio qualitatum per ſtatutum quæſi-
tarum . Nec obſtat conſideratio , quam facit Ro-
ta in d. Ratisbonen. nempe derogationem genera-
lem ſufficere Concilio Tridentino , ex quo infert
ergo etiam ſtatutis Eccleſiarum ; quia illatio non
eſt bona . Concilium enim in fine expreſſe cauet
quod Papa illius diſpoſitionibus derogare non te-
neatur adde quod Concil. eſt iuris publici , cuius
ſcientiam Papa habet in ſcrinio pectoris non au-
tem eorum , quæ ſunt iuris priuati , quæ factum
potius , quam ius reſpiciunt .

Ex his ſatis videtur declaratum quis, & quando
dicatur executor mixtus , vel merus ad effectum vt
teneatur aſſumere partes Iudicis, & vt ab eius de-
creto detur appellatio ſuſpenſiua contradicente
legitimo contradictore . Vnde finem imponimus
quæſtioni, ſi primo obiter notauero concluſionem
illam litteris Apoſtolicis dari executionem ad in-
ſtar *l. fin. C. de edict. D. Adr. tollen.* non ita accipiendã
eſſe ,

100 eſſe, vt in omnibus remedia hæc paria ſint, cũ vt vidimus in pluribus diſtent remedio enim l. finalis locus eſt ex lege ita ſtatuente; executioni litterarum Apoſtolicarum, non ex lege, ſed de ſtylo ob earum reuerentiam. Aduerſus litteras apoſtolicas dantur plures legitimi contradictores, aduerſus vero remedium l. fin. non niſi poſſeſſor ex eodem, vel pari titulo. Immo hoc ipſum etiam videtur durum licet concluſio hæc quantum ego videre potui non habeat contradictorem, nam ſi Paulus, qui ante decennium conficit teſtamentum inſtituto herede Petro, hodie conficiat alterum inſtituto hærede Franciſco, & cum hoc ſecundo decedat primo reuocato, quæ ratio poterit aſſignari, quod Petrus Franciſcum præueniendo Iudicem adeat, offeratq. ei teſtamentum, & eius vigore immiſſionem obtineat, & deinde Franciſcum non poſſit vti teſtamento poſteriore, per quod primum reuocatum fuit, niſi Petrum per tres conformes expellat, ſane hac ipſa die, dum hæc ſcriberem nempe 19. Ianuarii 1629. me pro hac parte ſcribente fuit poſita cauſa Romana teſtamenti coram Reu. P. D. Duran, & Rota reſoluit in vim ſecundi teſtamenti poſſe agere contra poſſeſſorem in vim primi executiue; rationes videbimus in deciſione: paritas igitur conſiſtit ſolummodo quo ad modum exequendi, & quod inſtrumentum, & litteræ non ſint caſſæ, aut abolitæ, quod commune etiam eſt obligationi Camerali, & Guarentigiæ, vt in ſuperius allegata Hiſpalen. præeminentiarum coram Sacrato, non vero in reliquis, & exiſtimo quod quemadmodum Canoniſtæ mutuantur quandoque aliquid à iuriſperitis, quẽadmodum cum litteras apoſtolicas exequuntur ad inſtar l. fin. ita pari modo iuriſperitos mutuatos eſſe à Canoniſtis cum agunt de executione in vim d. l. fin. obſtare ei parem titulum, quemadmodum in beneficialibus dicimus, poſſeſſorem cum pari titulo eſſe legitimum contradictorem, quod licet in materia beneficiali procedat, non tamen in remedio l. fin. quia per teſtamentum ſecundum tacite, vel expreſſe cenſetur reuocatum primum *§. poſteriora inſtit.* quibus modis teſtamenta infirmentur *l. ſi quis priore 49. ff. ad Trebell.* quod non procedit in beneficialibus vbi ex vnica vacatione dantur plures impetrationes.

Liquet etiam ex ſupradictis quam grauiter errent ij, qui ſuffragia ferunt in Signatura pro executione litterarum apoſtolicarum reſcribendo cum clauſula ſine præiudicio executionis litterarum apoſtolicarum, eo ipſo quod tractatur de litteris 101 apoſtolicis non deguſtatis iuribus prouiſionis cum in dubio videatur æquius, & tutius totum hoc remitti Rotæ arbitrio dico errare eos, qui hoc faciunt, non Signaturam, cuius reſcripta vt plurimum æquiſſima ſunt, & ſi quid erroris vnquam irrepſerit ſolent Patres admittere partes ad nouam audientiam, vt detectus error corrigatur.

QVÆSTIO IV.

An, & quando Executor litterarum apoſtolicarum poſſit ſubdelegare.

REgula eſt quod quando eſt electa in reſcripto induſtria perſonæ, tunc executorem non 101 poſſe ſubdelegare, quando vero non eſt electa induſtria perſonæ, tunc poſſe *c. quoniam apoſtolica §. is autem: vbi Innoc. n. 5. Abbas. num. 3. & Felin. num. 2. circa fin. verſ. vltim. nota de off. delegati. Staphil. de litt. Grat. & Inſtit. tit. de vltima forma mandatorum de prouidendo num. 1.* Difficultas igitur conſiſtit vt videamus, quando cenſeatur electa induſtria perſonæ, & primo quidem non cenſeri electam induſtriam perſonæ in reſcriptis Ordinariis, etiam in mandatis de prouidendo, quæ habeant clauſulam, 102 ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, &c. bene probat *Garzias par. 6. cap. 2. §. 1. à n. 97. vſque ad numer.* 106. cui nihil videtur addendum niſi quod num. 101. dicat ita tenuiſſe maiorem partem DD. de Rota, cum ego reperiam ipſos in aliam ſententiam iuiſſe omnes, vt in Legiouen. Canonicatus coram Aldobrandino,

103 Domini tenuerunt Auditorem poſſe procedere
» ad collationem Canonicatus *per text. in Clem. Au-*
» *ditor de Reſcript.* cum enim non ſit dubitandum,
» quin conferre poſſit vtique poteſt etiam verificare
» quod eſt antecedens ad collationem *Ægid. deciſ.*
» *667. & reg. l. illud ff. de acquir. hered.* & procedit in
» quacumque materia *Aym. conſ. 174. num. 2.* Non
» obſtat, quod in litteris ſit deputatus particularis
» exequutor: quia in hoc caſu procedit Clementi-
» na, & ratio eſt quia non refert cum collatio ad Pa-
» pam pertineat per quem fiat huiuſmodi prouiſio.
» *Gloſ. fin. in d. Clem.* quod in tantum eſt verum, quod
» *Bonifacius in d. Clem.* dixerit, quod facultas exequu-
» toris ſtante lite totaliter tranſlata eſt in Auditorẽ,
» & ita fuiſſe iudicatum refert *Sarnen. de triennal.*
» *quæſt. 13. num. 11.* quod tamen non refert in hoc ca-
» ſu: quia ſatis eſt, quod exequutori non fuerit data
» facultas priuatiue, ſed cumulatiue ſemper tributa
» cenſetur *Felin. in c. paſtoralis colum. 1. & 2. de offic.*
» *Ord. Dec. conſ. 3. num. 3.* niſi forte in modo exami-
» nandi eſſet data certa particularis forma, & alte-
» rata forma iuris, cum tunc etiam ſecundum ali-
» quos ex DD. res poſſet habere maiorem difficul-
» tatem per ea, quæ dicit *Roman. conſ. 352.* Non ob-
» ſtat quod ſit onerata conſcientia Ordinarij: quia
» cum illa facultas ſtante lite, vel ſit tranſlata in Au-
» ditorem, vel Exequutori non ſit data priuatiue,
» ſed cumulatiue vt vult *Bonifatius in d. Clem. Audi-*
» *tor in fin.* erit etiam onerata conſcientia Auditoris,
» & in omnem euentum talis oneratio conſcientiæ
» non importat, quod ſit electa induſtria perſonæ.
» Vnde talis exequutor ſubdelegare poteſt. *Rot. dec.*
» *63. de conceſſ. præben. in antiq. & deciſ. 18. eod. tit. in*
» *nouis, &c.*

104 Forma vero particularis, vel alterata reſcripti, quæ faciat vt exequutor vices ſuas ſubdelegare nõ poſſit inducitur eo ipſo quando receditur à forma ſolita, & apponitur aliquod verbum denotans ſingularem confidentiam, vt dixit Rota in Tullen ſeu Nullius Senonen monaſterii 29. Martii 1610. coram Card. Sacrato.

» Pro informante fuit tentum, nempe cauſas ex-
» preſſas in Coadiutoria non eſſe iuſtificatas ex pro-
» ceſſu informatiuo fabricato contra Abbatem. Pri-
» mo quia d. proceſſus fuit nullus tanquam fabrica-
» tus per ſubdelegatum Epiſcopi, qui non poterat
» ſubdelegare, cũ eſſet electa induſtria eius perſonę,

cap. 15,

» *cap.is,cui vbi Butr.in princ.Franc.num.2.eod.tit.in 6.*
» *Iaſ.in l.à Iudice nu.11.verſ.5.limita C.de Iudic.Bald.*
» *conſ.123.n.6.verſ.item induſtria vol.5. Roman.conſ.*
» *330.nu.4.verſ.3. quia Rota deciſ.18.nu.4.de conceſſ.*
» *præbend.in nou.*Quod autem fuiſſet electa induſtria
» perſonæ Epiſcopi patet ex illis verbis fidei, & dili-
» gentiæ tuæ tanti momenti committimus negotiū,
» quod ſcimus ad nos te reſcripturū, non quæ incer-
» tis audieris Auctoribus,ſed quæ manifeſte compe-
» reris, & tenueris manu, &c. ponderando verba fi-
» dei,& diligentiæ,& alia, quod ſcimus ad nos te re-
» ſcripturū, &c. quæ important quandam particula-
» rem confidentiam,ex quo cenſetur electa induſtria
» perſonæ *Innoc.in c.quoniam ap.n.2.Bald.nu.7. Imol.*
» *num.22.de off.deleg.Butr.in c.is,cui.nu.1.eod. tit.in 6.*
» *Bald.conſ.128.n.1.verſ.ſed ad hæc lib.3.Roman.conſ.*
» *330.ſub n.4.Grammat.conſ.ciuil.112.n.5.in fin.& nu.*
» *6.Mil.in verb.Iud ex deleg.cui committitur.verſ.& di-*
» *citur tacite cum alijs per Menoch.de arbitr.li.1.quæſt.*
» *68. nu.11.* attento maxime quod Papa habuit ne-
» gotium pro graui ibi: *tanti momenti negotium, &c.*
» qua grauitate ſtante eo magis cenſetur electa in-
» duſtria perſonæ *Innoc.in d.c.quoniam apoſtolica n.2.*
» *de offic.deleg.Iaſ.in l.à Iudice n.11. verſ.13. limita C.*
» *de iudic. Bald. conſ.123.num.5. & 6. verſ.3. eſt ma-*
» *gnitudo negotij lib.5. Aym.conſ.303.n.3.&c.*

Aduertendum ex deciſione Legionen. in qua di-
citur Auditorem Cam. concurrere ad executio-
nem litterarum cum executori ſpecialiter depu-
tato, vt cenſeatur datus cumulatiue cum Audito-
re: quod hodie non procedit ſtante reformatione
106 Pauli V. Rub. de A. C. vbi ſtatuitur. *A. C. nullas*
exequatur litteras apoſtolicas,niſi eas,in quibus nomi-
natim eſt deputatus executor, &c. quod conſonat
deciſioni in Oritana Parochialis 12.Decem.1597.
coram Peregrino relata ſupra quæſt.1. nu.41. quæ
ſæpius fuit per Rotam canonizata adeo vt omnia
geſta per A. C. in Beneficialibus etiam ante Con-
ſtit. reformatoriam Pauli reuocet tanquam nulla
ex defectu iuriſdictionis, & nihilominus A. C. om-
nes cognoſcit cauſas Beneficiales,immo in faculta-
tibus appellat ſe ſe litterarum apoſtolicarum ge-
neralem executorem: non obſtante reformatione
Pauli; quod videtur ſatis mirandum. Verum cum
hoc ipſum in cauſa quadam Vercellen. obiicerem
D. Buratto tunc A. C. Locumtenenti, ſed Auditori
Rotæ deſignato. Vera reſpondit loqueris,& iuridi-
ca, ſed ego Officium hoc recepi in huiuſmodi ſta-
tu, in eodem cupio illud relinquere, adeo difficile
eſt etiam Pontificum reſcripto immutare ſtylum
Tribunalium Curiæ ſiue bonum, ſiue malum ſe-
mel introductum, & temporis curſu propagatum.

QVÆSTIO V.

Quomodo Executor teneatur ſe informare de idoneitate ſibi commiſſa.

RVrſus hic apte quæritur, an Executor, cuius
conſcientia oneratur poſſit extraiudicialiter
ſe informare de idoneitate ſibi commiſſa, & non
107 poſse dicendum eſt; quia delegata eſt informa-
tio cum certa forma non ſimpliciter,quæ forma eſt
ſeruanda ad vnguem *Caſſad.dec.10.de reſcrip.*Rota
in Nouar.Decimarū 15.Mar.1593.corā Blāchetto.
108 » Domini dixerūt,&c.Nec obſtat quod Executo-
» res potuerint extraiudicialiter informari, quia al-
» legata per Communitarem procedunt quando
» ſimplex eſt delegata informatio, ſecus quando ad-
» ditur certa forma in informatione ſeruanda, cum
» illa venit obſeruanda, ita fuit diſtinctum in Auer-
» ſana Sementæ 5. Martij 1582. coram bon.mem.
» Caietano,& menſe Ianuarij 1590. coram R.P. D.
» meo Orano, & ita, &c.

Forma vero, quæ informationi idoneitatis præ-
ſcribitur,hæc eſt.*Si per diligentem informationem per*
te adhibitis examinatoribus in Synodo Diœceſana de-
putatis ad hoc idoneum eſſe reperertis, ſuper quo con-
ſcientiam tuam oneramus, &c. quæ forma ſeruanda
eſt,ita vt prætermitti non poſſit,quantum vis pro-
uiſus ſit idoneus *Bellemer.deciſ.667.late Garzias de*
benef.par.6. cap.2.num. 253.& ſequentibus. & hinc
etiam ſi approbatus ab examinatoribus contra eo-
rum conſcientiam renunciaretur idoneus,qui vere
non eſſet,ad huc Executor teneretur ei conferre li-
cet ipſe ſciret, examinatum re vera idoneum non
eſſe.*Garzias d.par.6.cap.2.num.275.*ita vt clauſula
illa, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus non
109 qualificet examinationem per Executorem fa-
ciendam, ſed modum informandi ſe ab Examina-
toribus,qui modus, & forma huiuſmodi operatur ſi
ſemel fuerit aliquis per Examinatores approbatus,
& poſtea obtinuerit mandatum de prouidendo cū
hac clauſula, non tenebitur Executor denuo adim-
plere hanc clauſulam ſed ſatis illi eſſe debet, quod
ſemel prouidendus fuerit per huiuſmodi formam
approbatus. Rota in Piſtorien. Parochialis 6. Fe-
bruarii 1623. coram D.Merlino.
110 » Poſtquam fuerat reſolutum, gratiam Ricciar-
» di fuiſſe in omnibus iuſtificatam, & R.P.D. meus
» Pirouanus mandatum de immittendo ad illius fa-
» uorem relaxauerat, cuius vigore idem Ricciardus
» in poſſeſſionem huiuſmodi Parochialis, ſiue Pleba-
» niæ fuerat immiſſus Bartholomeus petijt, & obti-
» nuit committi cauſam ſuper nullitate d. mandati
» eo ſub prætextu, quod non fuiſſet ſeruata forma
» litterarum in quibus aderat clauſula illa,ſi per di-
» ligentem,&c.Vnde propoſui dubium.An d.manda-
» tum de immittendo, ſeu immiſſio inde ſequuta, eſ-
» ſet nulla, vel reuocanda, & DD. poſt trinam diſpu-
» tationem pro illius validitate reſponderunt,quam-
» uis enim clauſula prędicta conditionem importet,
» & operetur, quod examen cum Synodalibus Exa-
» minatoribus requiratur pro forma,ita vt illud præ-
» termitti nequeat, quantumcumque impetrans ſit
» re vera idoneus ex late deductis per *Garziam de*
» *benef.par.6.cap.2.n.253.& plurib.ſeqq.*& præſertim
» num.266. vbi refert deciſionem in Calaguritana
» Beneficij de Ornillas 12. Octobris 1587. coram
» bo.me. Card. Pamphilio,in qua fuit dictum id pro-
» cedere etiam ſi alias fuiſſet examinatus, & appro-
» batus etiam ad Parochiales,viſum tamen fuit con-
» ditionem, ac formam huiuſmodi ſatis, ſuperque
» fuiſſe adimpletam ex eo quia Ricciardus fuerat
» iam ante coram eodem Ordinario Synodalibus
» examinatoribus adhibitis examinatus, & idoneus
» repertus, & approbatus ad hāc eandem Parochia-
» lem, & conſequenter non fuit neceſſarium nouum
» examen, ſemel enim examinatus, iterum examen

ſubire

ſubire non tenetur. *c. accepimus, & ibi gloſ.1. in pr. notab. de ætat. & qualit. & ordin. præficien.* & clauſula prædicta debet intelligi de examine facto, vel faciendo, quatenus illud iam antea factum non fuiſſet, ſiue enim conditio prædicta dicatur caſualis, ex quo etiam idoneus caſu vt puta memoria labente, vel Præſulis, & Examinatorum aſpectu perterritus deficere poteſt in examine, ſiue mixta tanquam pendens etiam ab arbitrio, & iudicio Ordinarii, vel Examinatorum, non eſt neceſſario adimplenda poſt reſcripti præſentationem, ſed ſufficit, quod fuerit antea in rei veritate modo prædicto adimpleta, quoties tempore reſcripti Princeps ignorabat adimplementum *ad l. hæc conditio §. fi. & ibi Bart. & Socin. ff. de condit. & demonſtr. l. ſi ita ſcriptum § fin. ff. de leg. 2. Ruin. conſ. 89. num. 2. lib. 4. pulchre Surd. in conſ. 69. nu. 19. & 20.* præſumitur enim, quod ſi Papa tale adimplementum ſciuiſſet, non quidem in forma dignum, ſed in forma gratioſa, & abſque tali conditione prouidiſſet vt in ſimilibus terminis conſiderat *Socin. in d. l. hæc conditio n. 4 in fin. Ruin. d. conſ. 89. num. 2. quos ſequitur Surd. præalleg. conſ. 69. num.* 20. cum quo etiam conſonat ſtylus Cancellariæ,* cuius atteſtatio data fuit ſecundum quem exhibita approbatione ad eandem Parochialem, paſſim mutari conſueuit ſupplicatio ex forma dignum in formam gratioſam, ex quo apparet, formam huiuſmodi per clauſulam prædictã importatam non eſſe mentalem, & conſequenter illius omiſſionem proceſſum non vitiare, vt tradit *Butr. in c. ſuper litteris, n. 16. de reſcript. & Brun. in tr. de forma tit. de poteſt. & effect. formæ verſ. 3. prædicta concluſio fol. mihi* 56. Ex quibus patet reſponſio ad ea, quę tradit *Garzias de benef. d. par. 6 cap. 2. n. 253. & ſeqq. & Gonzalez ſuper reg. 8. gloſ. 4. num. 89. 96. & ſeqq.* procedunt enim, & ipſi loquuntur quando non præceſſit examen cum tribus examinatoribus Synodalibus iuxta formam præſcriptam, vel quando fuit factum ab alio Ordinario, & approbatio fuit tantummodo generalis ad Parochiales, in quibus terminis verſabatur caſus in d. Calaguritana de Ornillas coram bo. me. Card. Pamphilio, vt ibi depræhenditur, non autem quando præceſſit ſpecialis approbatio ad talẽ Parochialem pręuio examine, & ideo nõ applicantur, cum Ricciardus fuerit ab Examinatoribus Synodalibus rigoroſè examinatus, & approbatus ad hanc eandem Parochialem, & ab eodem Ordinario, in cuius locum fuit ſubrogatus R. P. D. meus Pirouanus iuxta Clem. Auditor de reſcript. & euidens eſt ratio differentiæ inter vtrumque caſum, quia per examen generaliter factum ad Parochiales non eſt plene conſultũ diſciplinæ Chriſtianæ, & curæ animarum alicuius certæ Parochialis, fieri enim poteſt, quod talis Parochialis exigat in ſuo Rectore præcipuas qualitates, quæ ab extraneo Ordinario examinante pro alia Parochiali non potuerint excogitari, quod ſecus eſt vbi ad eandem Parochialem, & ab eodem Ordinario quis prius fuerit examinatus & approbatus. Neque obſtat, quod a die, quo Ricciardus fuit ab Examinatoribus approbatus vſque ad diẽ exhibitionis litterarum apoſtolicarum effluxerint fere duo menſes, & vſque ad diem obtenti ſupradicti mandati de immittendo interceſſerit quinquẽnium, intra quod temporis ſpatium potuit ipſe Ricciardus mutaſſe mores, ita vt de tempore immiſſionis non eſſet idoneus, quoniam vltra quod immo examen ſequutum fuit per dies ſex poſt datam prouiſionis apoſtolicæ, in quo tempore potuit Ricciardus ſcire ſibi gratiam fuiſſe ſignatam, huiuſmodi morum mutatio nullo modo probatur, & iuris præſumptio eſt in contrarium, ex ante acte enim vitæ ratione aſſequimur quid de ſequenti vita ſit præſumendum, vt tradit *Marſil. in l. maritus n. 34. & ſeqq. de quæſt. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 8. in princip. & Surd. in conſ. 245 nu. 49.* Quæ omnia magis DD. placuerunt, quia videbantur magis æqua præſertim cum agatur de ſuſtinendo mandatum iam relaxatum, & immiſſionem illius vigore ſequutam. Minus etiam dicta immiſſio impugnari poterat ex eo, quod non præceſſerit collatio: quia cum Rotæ Auditor tanquam ſubrogatus loco ordinarii iuxta d. Clem. Auditor poſſit conferre immittendo in poſſeſſionem, videtur etiam prius ſaltem virtualiter contuliſſe *ad Roman. in cõſ. 337. n. 3. Rota deciſ. 16. nu. 1. in fin. de conceſſ. preben. in nouis*, & in his propriis terminis idem fuit reſolutum in Calaguritana beneficii de Arnedo 22. Iunij 1622. coram me, vbi plures afferuntur deciſiones concordantes Et ita vtraque parte informante fuit reſolutum, &c.

Circa hanc deciſionem aduertendum primò, æquiuocaſſe Rotam, dum dicit cum aſſumpta concluſione conſonare ſtylum Cancellarię, cuius atte-
* ſtatio data fuit, nam *Dataria* oportuit dicere, Cancellaria enim nec latum vnguem poteſt recedere à
11 forma commiſſionis, ſiue exequutionis datæ in ſupplicatione. Verum eſt quod Dataria ſemel approbato in aliquo Beneficio exhibita approbatione huiuſmodi in Officio datarum ſolet huiuſmodi approbato, ſi de alio Beneficio eiuſdẽ naturæ prouiſus fuerit expedire ſupplicationẽ in forma gratioſa, ita vt non teneatur ſubire nouum examen, quod in Beneficiis ſimplicibus abſolute ſemper eſt verum, in Canonicatibus vero, & dignitatibus ſimiliter, habita nempe diſtinctione Collegiatarum inſignium, & non inſignium Cathedralium, & Metropolitarum. In Parochialibus vero proceditur aliquantulum ſtrictius retenta ſemper diſtinctione Parochialium Ruralium, & Parochialium Ciuitatum, non diuerſa in ſingulis requiritur habilitas, & tunc licet vt dixi difficilius, tamen exhibita approbatione examinatorum Synodalium, Dataria ſolet expedire ſupplicationem in forma gratioſa cũ clauſula *qui alias ab Examinatoribus in Synodo Diæceſana deputatis examinatus & approbatus fuit*, quã formam vidi etiam dare in diuerſa Diæceſi ab ea, in qua fuit facta approbatio, rariſſime tamen in Parochialibus, in reliquis vero Beneficiis, vbi non requiritur examen per Deputatos in Synodo indiſtincte, & abſque vlla difficultate reſcribitur, *qui teſtimonio Ordinarij ſui de vita, & moribus, ac idoneitate commendatur*. In Parochialibus verò propter rationes in deciſione conſideratas remiſſius agitur, licet parum videatur intereſſe, an prouiſio fiat de Beneficio exiſtente in hac, vel ea Diæceſi, cum Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 18. & Pius V. conſtit. 33. & Dataria huiuſmodi decretis inhærẽs

non confidit in prouiſione Parochialinm de locorum Ordinarij, ſed de Examinatoribus Synodalibus, qui licet aptiores ſint, & doctiores vno in loco, quam in alio, tamen Dataria conſiderat locorum qnalitatem, & ſi loca ſint eiuſdem qualitatis, etiam ſi fuetint diuerſarum Diæceſium, approbatio Synodalium in vna ſuffragetur in alia; hoc vnũ eſt, quod Dataria admittit huiuſmodi approbationem non ſolum ad eandem Parochialem, in quo multum ſe ſundat deciſio, ſed etiam ad diuerſam, quod tamen locum ſibi vendicat in reſignationibus, aut alijs gratijs, in qnibns prouiſio non ſit per viam concurſus, qnando veto requiritnr ad prouiſionem concurſus, eo caſu ſemper reqniritur examen de nouo, vt voluit dicere Garzias loco allegato, & nos fuſius dicemus lib. 2. vbi agemus de concnrſu.

Nihilominus difficultatem habet deciſio: nam dubitari non poteſt, quin clauſula commiſſionis examinis ſit conditionalis, & exequutor alicuius rei cui conditio annexa eſt, non poteſt procedere ad exequutionem, niſi prius conditione adimpleta,
112 & procedit in quacumque materia *Cagnol. in leg. omnibus num. 2. ff. de reg. Iur. Rolan. conſ. 65. num. 21. cum ſeqq. lib. 3. Pariſ. conſ. 31. nu. 24. & ſeqq. & conſ. 41. num. 22. & conſ. 57. num. 47. & 48. lib. 4. Put. dec. 429. lib. 1. Gemin. conſ. 21. n. 4.*

113 Nec dicatur conditionem extitiſſe ante reſcriptum, quia conditio huiuſmodi non poteſt retrotrahi. *Anchar. conſ. 158. num. 33.* & ſic ceſſat ratio deciſ. vbi dicit, quod examen ſequutum ſuit per dies ſex poſt datam prouiſionis apoſtolicæ, in quo tempore potnit Ricciardus ſcire ſibi gratiam fuiſſe ſignatam; quia non ſufficit, quod Ricciardus hoc ſcinerit, ſed neceſſe eſt etiam, quod litteræ fuerint expeditæ, & fuerit datus executor, qni ad examen proceſſerit ex deductis in ſecunda queſtione.

Nec dicatnr, Papam, ſiue Datariam ſi examen præcedens in Dataria exhibitum fuiſſet, conceſſnram fuiſſe formam gratioſam, & huiuſmodi examen admiſſuram; quia non ſequitur conceſſiſſet, ſi petitnm fniſſet, ergo conceſſit licet petitum non fuit, hæc enim interpretatio non Iudicis, ſed ipſius Principis, & ideo exiſtimo probabiliorem ſenten-
114 tiam *Bellemer. d. deciſ. 667.* volentis, quod Executor abſque hac forma non poſſit procedere ad executionem etiam ſi conſliterit de approbatione anteriore, & per hoc inquit vidi, quod qnidam pauper perdidit vnum Beneficium, hanc opinionem licet Bellemer. non allegent, recte ſequuntnr plures allegati per *Garziam d. par. 6. cap. 2. num. 265.* magis tamen in terminis loquuntur *Fuſc. de viſitat. lib. 2. cap. 5. num. 10. Cenedo collect. 15. ad decretum n. 5.*

Nec iuuatur deciſio ſtylo Datariæ, quia vel ideo eius opinio admittenda non eſt, quod Dataria ſoleat de hoc cognoſcere, qui ſtylus non debet de facili immutari.

QVÆSTIO VI.

An Executor poſſit facere omnia ea quæ ad faciliorem cauſę expeditionem conducunt. An vero ſolum ea, ſine quibus cauſa expediri non poteſt.

ALiqua in hoc articulo eſt inter Doctores controuerſia. *Gloſ. in cap. ſolet verbo per ſuperiorem de ſenten. excommunicat. in 6.* exiſtimat delegatum, ſiue Executorem poſſe ſolum modo facere ea, ſine quibus negocium expediri non poteſt idẽ ſenſit *Syluеſt. verbo delegatus n. 6. moti ex cap. præterea de offic. deleg. cap. 1. cap. prudentiam eod. it.* Poteſtas enim delegata qualis eſt omnis executoris eſt ſtricti iuris, & ideo non debet ampliari, ſed reſtringi *cap. licet in corrigendis de offic. Ordinarij c. P. & G. ad finem de offic. deleg.* Alii, quos allegat, & ſequitur *Dec. in d. c. præterea n. 7. verſ. 2. concluſio*, putant Delegatum ſiue Executorem poſſe omnia ea facere, quæ ad meliorem, & faciliorem negotij expeditionem conducunt. Habet pro ſe hæc opinio multa in iure exempla vbi delegati poſſunt facere ea, ſine quibus actus expediri poterat, facilius tamen cum
115 illis expediri ſolet. Primum exemplum; delegatus poteſt ſibi cauſam delegatam deffinire coerctionem tamen non habere, ſed ſi ea opus eſt ad Ordinarium recurrere, & tamen quia commiſſa cauſa, cenſetur etiam delegata coerctio *leg. 2. ff. de iuriſdict. omn. Iud. l. fin. ff. de offic. eiuſ. ca vtitur.*

116 Secundum exemplum non poteſt delegatus terminata per ſententiam cauſa, poſt quam per illam functus eſt officio, in ea amplius ſe intromittere, tamen quia hoc non eſt negocium perficere voluit ſententiam ſuam exequi *c. querenti de off. deleg.*

Tertium exemplum in commiſſione cognitionis ſuper grauamine illato delegatus potuit ſolum modo procedere in cauſa ſibi delegata cognoſcendo ſolum de grauamine, ſed quia non erat expediens cauſæ, ſi conſtatet de nullitate, de ea non cognoſceret quia ſententia ſuper grauamine eſſet
117 nulliùs efficaciæ *c. cauſam quæ de Iudic. notat Gloſ. communiter recepta in c. 1. verbo abſentia de elect. in 6. quam examinat Imola in l. inter quos §. alieno nu. 9. ff. de dam. infect.* ideo cenſetur ei conceſſa facultas, vt non ſolum de grauamine, ſed etiam de nullitate cognoſcat. licet illi expreſſa commiſſa non ſit *l. quędam mulier ff. famil. ereiſcund. Caldaſ. in l. ſi curatorem verbo implorandum n. 22. C. de in integ. reſtit.*

Quartum exemplum poteſt delegatus procede-
118 re in cauſa reiecta cognitione delicti teſtis apud ipſum commiſſi eumque ad ordinarium remittere, & tamen delegatns poteſt etiam teſtem delinquentem caſtigare *l. nullum C. de teſtibus Abb. in d. cap. præterea n. 4. vbi Dec. n. 5. verſ. concludendo vero.*

119 Quintum exemplum poteſt delegatus procedere in cauſa ſibi commiſſa abſque eo quod quemquam abſoluat ad cautelam, & tamen abſolnere ad cautelam pertinet ad faciliorem negocij expeditionem, delegatus abſolutionem ad cautelam impartitur. *Abb. in c. ad præſentiam n. 3. de appell. & in praxi obſeruare tradit Couar. in c. alma mater 1. p. §. 12. nu. 6. de ſent. excommunic. in 6.* vbi addit poſſe

dele-

delegatum etiam ſi ad id non habeat licentiam à delegante abſoluere teſtes excommunicatos ad effectum, vt poſſint deponere, maxime vbi res non ita bene per alios teſtes probari poſſit.

His exemplis concludo cum *Dec. in d. c. præterea num. 7. verſ. 2.* & cum magis recepta ſententia poſſe delegatum omnia illa facere, quæ ad faciliorem cauſæ expeditionem pertinent, modo non excedat limites ſuæ delegationis, neque aduerſetur expreſſe diſpoſitioni Iuris communis deueniendo ad actum, qui præberet occaſionem appellandi.

Ex hactenus deductis ſufficienter videtur explicatum omne id, quod tangit executionem litterarum apoſtolicarum, ſaltem quo ad intelligentiam clauſulæ commiſſionis appoſitæ in Dataria. Ideo reuertamur. Vnde iam dudum diuertimus ad officium Datarum, vbi duo adhuc remanent interpretanda, primum Data ipſa, & quomodo diuidatur in paruam, & magnam: alterum profeſſio fidei, quę ibi exigitur iuxta diſpoſitionem *Concil. Trid. ſeſ. 24. c. 12. n. 6.* ab impetrantibus dignitates, ſeu Canonicatus curam animarum, ſeu locorũ Regularium, aut militiarum annexam habentes, cuius profeſſionis formam præſcripſit Pius IV. Cõſtit. in bullario veteri 114. in nouo 88. Si impetrans ſit pręſens in Curia conducitur ab officiali Datarum ad Datarium, coram quo genuflexus dictam fidei profeſſionem iuxta formam prædictam de verbo ad verbum emittit, illiuſque nota retinetur, in dicto officio. Si impetrans abſens fuerit eo caſu prouidendus illam emittit coram Ordinario, ſiue eius Vicario, ſeu officiali, vt ſtatuit *Conc. Trid. cap. 12.* ordo autem, ſiue ſtylus, qui ſeruatur hic eſt: imprimuntur folia continentia formam hanc iuramẽti à Pio IV. præſcriptam quę habentur in Bullario ideo hic non repeto: prouidendus poſtquam coram Ordinario verbaliter profeſſionem emiſit, folio deinde, quo illa impreſſa eſt in eius principio inſcribit proprium nomen, & quidem propria manu videlicet. Ego Alfenius Iuratus Prior Collegiatæ Eccleſiæ S. Martini Terræ S. Anatoliæ firma fide credo, &c. deinde in fine. *Ego idem Alphenius Iuratus, &c. Spondeo, voueo ac iuro, ſic me Deus adiuuet, & hæc ſãcta Dei Euãgelia*, hac profeſſione ita emiſſa, folium, quo continetur ab impetrante ſubſcriptum remittitur ad Datariã publico Notarij, & teſtium rogitu in calce, ſiue à tergo munitum videlicet. *In nomine Domini Amen. Anno eiuſdem 1625. Indict. 8. tempore Põtificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini. D. Vrbani Diuina prouidentia PP. VIII. die vero vndecima menſis Septembris d. anni. Præſenti publico inſtrumento cunctis pateat quod per Illuſtriſ. & Reuerendiſſ. D. Alphenius Iuratus V. I. & ſacræ Theologiæ Doctor, Prothonotarius Apoſtolicus Illuſtriſ. & Reuerendiſſimi D. Epiſcopi Camerinen. Vicarius Generalis, vt dixit prouiſus, ſeu prouideri mãdatus de Prioratu Collegiatæ Eccleſiæ S. Martini Terræ S. Anatoliæ volens adimplere ea, ad quæ tenetur ſua ſponte, &c. genuflexus coram Illuſtriſ. & Reuerendiſſ. D. Ioanne Baptiſta de Alterijs Epiſcopo Camerinen. publicam orthodoxæ fidei profeſſionem ſolemniter emiſit, & fecit iuxta præſcriptam formam per conſtitutionem fel. re. Pij Papæ IV. illamque legit de verbo ad verbum, propria manu ſubſcripſit, ac alia fecit, & adimpleuit prout in ea continetur. & iurauit tactis ſacroſanctis Euangelijs in manibus eiuſdem Illuſtriſ. & Reuerendiſſimi D. Epiſcopi, ſuper quibus omnibus mandauit per me Notarium publicum infraſcriptum hoc publicum confici inſtrumentum. Actum, &c.* folio hoc ita ſubſcrip-
122 to, & munito ad Datariam remiſſo expeditur ſupplicatio, ipſumque folium conſeruatur in officio Datarum. Si vero dignitas, quæ confertur Epiſcopalis, ſiue conſiſtorialis fuerit, tunc profeſſio, & iuramentum huiuſmodi emittitur in manibus Cãcellariæ Regentis, ſi prouiſus præſens fuerit; ſin minus tranſmittitur forma iuramenti plumbata, & occluſa ad Metropolitam, ſi prouiſus illi ſuffraganeus eſt, ſin minus ad viciniorem, ſi Metropolita etiam ad alium Metropolitam viciniorem, qui iuramentum prædictum ſuſcipiat, vt fuſius dicemus fauente Deo in tractatu de Iuriſdictione Illuſtriſ. D. Cardinalis Cancellarij.

Ex præfato inſtrumento colligitur, ſtylum Datariæ requirere duo, quæ in d. cap. 12. ſeſſ. 24. ſiue in Conſtit. Pij IV. non continentur. Primum, quod prouidendus propria manu profeſſioni ſubſcribat, adeo vt ſi ab altero ſubſcripta eſſet vel certe inſtrumentum non atteſtaretur de ſubſcriptione manu propria facta, profeſſionem vti non rite factam reſpuerent; alterum, quod iurans, & profeſſionem emittens tenetur tangere ſacra Dei Euangelia mos antiquiſſimus in Eccleſia Dei, de quo late per Card Hoſium.

Circa hanc profeſſionem vnica tantum, ſed valde controuerſa, & acerrime vtrinque defenſa incidit quæſtio; an videlicet poſſit nec ne fieri per Procuratorem; quam licet ab alijs tactam, non tamen vt mea fert opinio explicatam, prout res poſtulat, examinabimus.

QVÆSTIO VII.

An profeſſio fidei de qua per Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. & Conſtit. Pij. incip. Iniunctum poſſit fieri per Procuratorem.

REcentiores tanta altercatione diſputant hãc materiã, vt gladiatorio iudicio potius agere videantur, quam litterario. Affirmatiuam opinionem multis defendit amicus meus, vt vir doctus *Auguſtinus Barboſa in tract. de off. & poſt Epiſcopi al-*
124 *leg. 61. num. 20.* negatiuam tenet Iacobus de Pedericis, alias frater Sigiſmũdus a Bononia Capuccinus *in tractatu de elect. dub. 26.* vtrinſque rationes examinat *Io. Antonius Maſſobrius tract. de Synodo Diœceſana c. 4. dub. 40.* qui affirmatiuam amplexus eſt cum D. Barboſa opinionem, & vtrumque (pace amici dictum ſit) erraſſe exiſtimo, vt patebit ex ſequenti auctoritatum, & rationum pro vtraque opinione examine.

Et primo quidem lector non improbabit recentiorum auctoritates; quia cum materia recens ſit non poſſum afferre Felinos, ſiue Abbates, ſed neceſſe eſt contenti ſimus ijs Doctoribus, qui de hac materia ſcribere potuerunt.

Pro affirmatiua affertur primum, quod profeſſio fidei nihil aliud eſt, quam iuramentum, quod tamen per Procuratorem præſtari poteſt cap. tibi

Dominio 63. *diſtinct.* & *c.metuentes vbi Gloſſ. verbo de præſenti* 17. *quæſt.*4.

Secundo. Quod iuramentum fidelitatis a Vaſſallo poteſt præſtari à Procuratore ſi Dominus feudi conſentiat, quam opinionem receptiſſimam dicit *Roſental. de feudis cap.6.concl.37. ſub littera B.*

Tertio. Quod profeſſio religionis ſecundum quoſdam, poteſt emitti per Procuratorem vt poſt multos *Sanchez.in decalog.lib.5.cap.3.n.7.*

Quarto. Quod matrimonium contrahitur per Procuratorem, quod tamen maxime requirere videtur contrahentium præſentiam idem *Sanchez de matrim.lib.2.diſput.11.n.2.& 19.*

Quinto. Quod generaliter omnia poſſunt fieri per Procuratorem niſi reperiantur ſpecialiter interdicta. Concilium vero Tridentinum, aut Conſtitutionem Pij IV. nihil de hoc diſponere, & nihilominus, per conſequens remanere in diſpoſitione iuris communis.

His rationib. addunt auctoritates primo S. Rotæ Romanæ in cauſa Varmien. Canonicatus 13. Iunii 1608. coram Card. Sacrato deinde *Nauarr.conſ.11. de Iure Iur.Ledeſma in ſum.par.2. tract.1. cap.4. poſt 10.concluſ.diffic.6. Azor.Inſtit.Moral.par.2. lib.7. c.2.quæſt.6.Sanchez in præcepto Decalogi tom.1.lib.2. num.7. R.P.D. meus Ricciul.tract.de iur.perſonarum cap.3.num.25.*

125 His non obſtantibus contraria ſententia verior eſt, & omnino ſequenda. Primo quia eam ſeruat Dataria, quæ non admittit huiuſmodi profeſſionis emiſſionem, neque in Curia, neque factam extra Curiam per Procuratorem, immo neque aliena manu in præſentia ipſius emittentis ſubſcriptâ, quod ſi ſubſcriptionem, emittens profeſſionem delegare alteri non poteſt, quæ minor eſt, multo minus poterit delegare ipſam profeſſionis emiſſionem, quæ principalior eſt, & ad quam ſe habet ſubſcriptio tanquam acceſſorium *Cagnol.in l.cum principalis nu.8. & 9.ff. de reg.iur.* argumentum enim à maiori ad minus præcipue locum ſibi vindicat in diſpoſitione legis, late *Maſcard. de probat. concluſ. 1253. lib.3.*

Datariam autem in hoc attendendam eſſe, non videtur dubitandum, cum ſit organum Papæ, vt dixi in quinta quæſtione, & ad ipſam ſpectat huiuſmodi profeſſiones recipere; vnde cum illa non admittat, niſi emittens præſentialiter ſe ſiſtat, fruſtra quæritur, an poſſit fieri per Procuratorem.

Neque dicendum eſt Datariam non iure agere: quia ad eam præcipue ſpectat huiuſmodi Conſtitutionum interpretatio, quam cum ipſo vſu ita interpretata ſit illico à publicatione Conſtitutionis Pianæ ſatis explicauit quæ fuerit mens ſtatuentis. Et ita eam ſimiliter interpretata eſt S. Congregatio Concilij Interpretum, cuius declarationem ad extenſum ponit *Garzias de benef.par.3.cap.3.nu. 51.* Et de hac declaratione ſermo eſt additioni ad *Nauarr.* quam indebite reprobat *Maſſob. d.dub.40. n.29.* ideo quod non legatur d. declaratio ibi extenſa: quia ſimplex additio marginalis non poteſt referre integram declarationem pro vt ibi requirit Maſſobrius. Deinde hanc Conſtitutionem ita ſimiliter interpretata eſt Rota tribus deciſionibus per eundem *Garziam relatis vbi ſupra.n.75.& ſeqq.*

Immo hoc ipſum videtur colligi ex verbis Concilii, quod expreſſe requirit profeſſionem emittēdā eſſe in manibus Epiſcopi, ſiue Vicarij, qui proculdubio receptionem profeſſionis alteri delegare non poſſunt, cum Conſtitutio Piana ad perſonas expreſſas in Concilio receptionem reſtringat, electam autem fuiſſe induſtriam perſonarum ibi nominatarum per Concilium, & Conſtitutionem probant ea, quæ adduxi quæſt.5. Inter receptorem vero, & emittentem videtur quod eſſe debeat huiuſmodi proportio, vt ſi recipientes per Procuratorem non poſſint recipere, profitentes etiam per Procuratorem non poſſint profiteri; amplexi ſunt hanc opinionem, immo tutiorem ſententiam *Grat. diſcept.foren.cap.166.nu.22.Vgol.de Poteſt. & officio Epiſcopi c.50.§.16.num.1.Garzias d.c.3.n.50.& adden.ad conſ.Nauarr.11.de Iure iuran.n.4.*

Neque aliquid conuincunt argumenta pro contraria opinione allata. Non primum quia negatur, quod profeſſio fidei nihil aliud ſit, quam iuramentum, profeſſio enim fidei emitti poteſt abſque aliquo iuramento, & iuramentum ſubit in ſequelam, vnde profeſſio cum iuramento non poteſt interpretari, tanquam ſimplex iuramentum, cum profeſſio habeat ſe tanquam principale, & iuramentum profeſſioni appoſitum inducit naturam profeſſionis *Gabr.de Iureiur.concluſ.10.*

Et hinc ceſſat ſecundum fundamentum de iuramento fidelitatis emiſſo à Vaſſallo: quia fidelitas iſta niſi per iuramentum præſtari non poteſt *Roſental.de feud d.c.6.concluſ.36.* profeſſio vero fidei à iuramento, vt dixi eſt diſtincta quemadmodum etiam diſtincta eſt fidelitas à totali ſubiectione, quam infert profeſſio fidei, & iuramentum ſubiectionis perſonaliter præſtandum eſt *Roſental. dict. concluſ.37. ſub littera E. poſt med.*

Deinde iuramentum fidelitatis non præſtatur per Procuratorem niſi D. volente vt *Roſental.hic. & Maſſobr.d.dub.40.n.3.* Epiſcopus autem ſiue Vicarius vt bene notat *Sigiſmund. d. dub.26.nu.10. verſ.* ſed dices non eſt Dominus profitentis, quemadmodum Dominus feudi dicitur Dominus Vaſſalli, ſed merus miniſter deputatus à Papa ad recipiendum profeſſionem iuratam, vnde immerito hanc reſponſionem Sigiſmundi repræhendit Maſſobrius, non quidem, quod Epiſcopus remittendo iuramentum perſonale dicatur profeſſionē fidei remittere, ſed quod renunciatio Domini facta de iuramento fidelitatis, non habeat locum in Epiſcopo, qui non eſt Dominus, ſed miniſter.

Non obſtat, quod non ſolum iuramentum, ſed profeſſio, etiam puta Religionis emitti poſſit per Procuratorem, quod tertium eſt affirmatiuam tenentium argumentum: quia quicquid ſit de hac quæſtione, quam Illuſtriſſimi Card. negocijs Regularium Præpoſiti noluerunt vnquam admittere, caſu tamen quo valde erat neceſſaria nempe in terminis c.2. de Conuerſ. coniug. vbi vterque coniugum volebat emittere profeſſionem regularem, ſed quia vxor erat in Hiſpania, vir vero in Sicilia, non poterat aptari quomodo vno, & eodem tempore profeſſiones huiuſmodi in locis adeo diſtantibus emitti poſſent prout requirit d.cap.2. & nihilominus noluerunt Illuſtriſs. Patres in cauſa Panhormitana

mitana admittere, quod eodem loco vnus profiteretur perſonaliter, alter vero per Procuratorem, & magna ſanè ratione; nam poſſet conſtituens Procuratorem interea reuocare, etiam ſi iuraſſet ſe procuratorium huiuſmodi nunquam reuocaturum; quia nihilominus reuocatio ſubſiſteret, licet reuocans caderet in periurium *Felin. in c. cum acceſſiſſent. num. 12. verſ. & aduerte de Conſtit. Couar. in Rubr. de teſtam par. 2. num. 15. in 1. column. verſ. eſt & alia ratio Alex. conſ. 16. n. 7. & ſeq. lib. 7. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 75. n. 14. & ſeq.*

Sed admiſſo, quod profeſſio religionis poſſit emitti per Procuratorem, non inde ſequitur, vt infert *Maſſobr. vbi ſup num. 11.* ergo à fortiori poterit præſtari profeſſio fidei per Procuratorem. Quia fortior eſt profeſſio fidei profeſſione regularis diſciplinæ, hæc enim licet fiat Deo, & eius nomine recipienti ſuperiori, nihilominus concernit ius, & intereſſe priuatę perſonę, quam nō egreditur. Profeſſio verò fidei, licet emittatur à priuata perſona Deo, & eius nomine eam recipienti Epiſcopo ſiue Vicario, concernit tamen intereſſe Eccleſiæ Vniuerſalis, vt bene declarat Conſtitutio Piana in Proemio ibi *ad prouidam Eccleſiæ directionem*; ita vt maioritas rationis ſtet pro hac parte, vnde non mirum quod exactior in negocio tam graui requiratur ſolemnitas, emittens enim profeſſionem regularem promittit tanquam qui alijs ſubijci debet, & obedire; emittens vero profeſſionem fidei, tanquam qui alijs pręeſſe debet eoſque ſanam doctrinam docturus.

Eadem omnino reſponſio competit ad quartum argumentum de matrimonio: quia illud indiuiduale non reſpicit, niſi intereſſe particularium perſonatum, & non promittitur ſubiectio, ſed ciuilis ſocietas inter virum & fęminam, cui vnitum eſt Sacramentum matrimonii late *Sanchez de matrim. li. 3. diſp. 4. per totam*, explorati autem iuris eſt, contractum ſocietatis, quæcumque tandem illa ſit, iniri poſſe per Procuratorem *Bart. in l. obligari §. tutor ſtatim ff. de accuſ. tut.*

Quintum, & vltimum argumentum ſumitur ex hac ipſa l. obligari; videlicet poſſe perfici pet Procuratorem: omnem autem niſi contrarium reperiatur ſtatutum. Regula vera eſt, admittit tamen plures limitationes; exempli cauſa Delegatus de iure poteſt ſubdelegare, nihilominus datur caſus, in quo delegatus, non poteſt ſubdelegare, etiam ſi expreſſe contrarium non ſtatuatur, vt late oſtenſum ſupra *quæſt. 5.* Rurſus de iure Epiſcopus in ſua Diœceſi poteſt omnia ea; quæ ſibi non reperiuntur prohibita *c. nuper de ſentent. excommunic.* quod concedat facultatem Canonicis ſuæ Cathedralis vſum Cappatum, ſiue almutiarum nullibi reperitur prohibitum; & nihilominus S. Congreg. Rituum ſæpius cenſuit Epiſcopo hoc non licere, ſunt enim Conſtitutionum verba aliquando adeo prægnantia, vt licet expreſſe quid non exprimant, tacite, tamen hoc præſtant, adeo vt ſi ſtatuens interrogatus ſuiſſet ſuper illo tacito procul dubio expreſſe affirmaſſet: *notat Gloſ. in Clem. 1. Verbo eligatur de elect. eſt textus in l. nomen §. fin. ff. de leg. 3.* Veriſimile autem ſatis eſt, Papam in negocio omnium grauiſſimo vti eſt, ne Eccleſia prauis doctrinis deturpetur, & ſubuertatur, requiſiuiſſe perſonalem præſentiam profitentis dogmata, non autem, quod per interpoſitam perſonam, cum perſonalitas illa requiſita arguatur etiam in rebus non tanti momenti vt oſtenſum ſupra quæſt. 5.

Et obiter hic notaſſe iuuat, quod Gregor. XIII. Pont. Max. cum Gebhrardum Truchſeſium Archiepiſcopum Colonien. & Principem Electorem per ſententiam diffinitiuam excommunicatum, & omnibus dignitatibus priuatū declaraſſet eo quod ipſe ad hæreſin declinaſſet, ſubdit *contra iuramentum Rom. Eccleſiæ, & nobis bis ſolemniter, & præſentialiter præſtitum, &c.* pro vt ex Bulla ſub Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Domini-
126 cæ 1583. Kalendis Aprilis Pontificatus Anno XI. quod iuramentum nullum aliud fuit, quam hoc præſcriptum à Conſtit. Piana, & præſentialitatem Santiſs. Pontifex adijcit quia grauius videmur peccare, ſi contrauenimus iuramento per nos ipſos, quam pet Procuratorem præſtito: quia magis inhærent animæ: propria geſta: quam aliena, etiam ſi noſtro nomine per acta, ex quibus ſatis corroboratur ſententia negatiua pro admiſſione ad profitendum per Procuratorem.

Supererat vt hoc capite, vt promiſi de Data tractaremus, verum quia præſens cap. videtur æquo ſuſius protractum, materiam Datæ ſequenti particulati capitè aſſignabimus.

SVMMARIVM.

Clauſula Datum, &c. plures ſignificationes, num. 1.
Conſtantinus Magnus primum vſus eſt clauſula Datum, &c. 2.
Regula, quod prior in data ſit potior in iure quomodo intelligenda, 3.
Duabus gratijs concurrentibus ſub eadem data ab eodem collatore neutra valet, 4.
Supplicationum Galliæ, & aliarum differentia 5.
Parua Data quid, & vnde dicta, 6.
Parua data non facit fidem, nec reddit actum perfectū, 7.
Data magna à quo ponatur, 8.
Non poteſt extendi, 9.
Commiſſiones extra Curiam datantur, 10.
Iudex quomodo præueniendo in executione firmet ſuam iuriſdictionem, 11.
Data, & non miſſa attenditur, & quando non, 12.
Data in materia gratiæ ſemper attenditur quo ad iuſtificationem, ſiue ſubreptionem, 13.
Præſertim circa iuſtificationem valoris, 14.
Et qualitates prouiſi, quę tamen poſtea poſſunt deficere, 15. aliquas ſufficit ſuperueniſſe, 18.
Beneficium requirens in fundatione Sacerdotium requirit illam qualitatem de tempore electionis, nu 19. & 20. contrarium, num. 21. & 22. reſoluitur pro affirmatiua, num. 23. & 24.
Sacerdotium requiritur in beneficio illico ac fit mentio miſſarum 27. Etiam ſi mentia huiuſmodi non fiat, ſed dicatur ſimpliciter, quod electus debeat eſſe Sacerdos, vel Presbyter 28. ſtylus Datariæ circa hanc materiam, 29.
Sacerdotis, ſiue Presbyteri vocabulum quid importet, 28.
Derogare, aut diſpenſare non ſolet Dataria, vbi diſpenſatio, ſiue derogatio non eſt neceſſaria, 30.
Semeſtre datum ad expediendas litteras quando incipiat

currere, & in quibus caſibus, 31.

Data apponitur a die ſignatæ ſupplicationis 32. *ſecus in vacatione in Curia, ſiue apud Sedem,* 33.

Data ſemel appoſita an poſſit mutari, 34.

Data ſupplicationis, & noa conſenſus attenditur, 35.

Data nouæ prouiſionis quomodo accipiatur, 36.

Noua prouiſio quid ſit 37. *Confirmat ius obtinentis, etiam non plenum* 38. *ſubiacet eiſdem legibus, ac prima gratia* 39. *titulum ſupponit, à quo dependet* 40. *eſt tamen ab eo quid ſeparatum* 41. *operatur in futurum non in præteritum* 42. *requirit nouam litterarum expeditionem* 43. *Non purgat vitia præterita* 44. *nouiter prouiſus non facit fructus ſuos indebite perceptos* 45. *De quibus debeat fieri mentio* 46.

Clauſula nulla fructuum perceptione ſubſequuta ad quem effectum apponatur, 47.

Forma ſupplicationis nouæ prouiſionis, 48.

Noua prouiſio ſupponit priorem, & illam dubiam 49. *& quando non,* 50.

Clauſula qualitatum, &c. & aliæ in noua prouiſione appoſitæ quid operetur, 51.

Obſtacula omnia debent exprimi, nec per remotionem vnius remouetur alterum, 52.

Clauſulæ multę delentur in ſupplicationibus à Reuiſoribus, 53.

Clauſula, à certis alijs ex cauſis orator dubitet quid importet, 54.

Obtinenti duo Beneficia inferior collator, ſiue etiam Ordinarius non poteſt conferre tertium, etiam ſi duo illa ſint inſufficientia 55. *& Vtrum collatio tertij ſit nulla, vel vacent priora,* 56.

Expreſſio in noua prouiſione eorum facienda non eſt quæ de ſui natura inſunt, 57.

Caſſad. deciſ. 12. de præbend. reiicitur n. 58.

Clauſulæ Augen. & Minuen. interpretatio 59. *quando apponatur, & appoſita deleatur,* 60.

Valor per non exceſſum quomodo probetur, 61.

Abbreuiatores non cogunt partes inſerere litteris omnes gratias in ſupplicatione contentas, 62.

Abbreuiatores remittũt ex taxa bullarũ groſſos quinq. 63

Supplicationes plures expediri poſſunt in vna bulla, 64.

Valor vnitorum, & non vnitorum quando indiſtincte exprimendus, 65.

Valor quando exprimatur per non exceſſum, & quando per aſcenſum, 66.

Valor per aſcenſum debet probari concludenter, 67.

Noua prouiſio non datur prouiſo apoſtolico, 68.

Noua prouiſio nõ datur ex ſubreptione, vel obreptione 69.

Noua prouiſio nõ egreditur terminos primę prouiſionis, 70.

Differentia inter nouã prouiſionem, & nouã collationẽ, 71.

Noua prouiſio competit etiam ex reſignatione, 72.

Noua prouiſio hodie non datur ſuper prouiſione Ordinarij cum reſeruatione penſionis ſed collatio ex integro, 73.

CAPVT VI.

De Data.

DIximus ſupra cap. 1. nu. 5. Datum idem importare ac conceſſum aliquando idem ac ſcriptum aliquando publicatum: vt ex legum Co-
1 dicis Iuſtiniani ſubſcriptionibus, quæ aliquando referunt. D. cal. Maij Arcadio, & Gautone V. C. conſ. aliquando vero S. VIII. cal. Ianuar. Nicomediæ cc. conſ. aliquando. PP. VI. cal. Ian. Fauſtino Ruſo conſ. hoc eſt datum Scriptum; & Publice propoſitum; antiquitus Senatuſconſulta, ſiue Plebiſcita, immo nec ipſa Diuorum Principum reſcripta hac clauſula muniebantur. Primus omnium
2 Conſtantinus Magnus ea vſus colligitur ex Codice
Theodoſiano; cum præceſſorum illius Principum
reſcripta ea careant. Importat autem hæc clauſula
deſignationem temporis, quo emanauit conceſſio,
diſpoſitio, ſiue conſtitutio, quod Principibus annotaſſe, præſertim in conceſſionibus neceſſarium eſt,
ne ab impetrantibus gratias circumueniantur, &
3 Beneficium ſemel vni collatum contra intentionem alteri conferant. Ideo Pontifices Romani
per Reg. 16. Cancell. ſanxerunt, quod priores in
Data reliquis paribus ſint potiores in iure, *vt* ibi
fuſe explicat *Mandoſ. quæſt. 19. nu. 9. Bellemer. deciſ.*
570. eſt *textus clarus in c. capitulum de reſcriptis,*
vbi Felin. tres excipit caſus, Cho Kier ad hanc reg. n. 52.
ſi vero concurrant duæ gratiæ eiuſdem tenoris ſub
eadem Data, tunc præferendus eſt poſſeſſor ſi neuter poſſidet, qui fuit prouiſus à digniore collatore,
ſi ab eodem, & de prioritate conſtare non poteſt,
& neutra collatio valebit. *Rebuff. in praxi tit. de re-*
4 *ſcriptis ad beneficia vacantia nu. 29. 30. & 31. Mandoſ. ad reg. 33. Cancell. num. 9. quæſt.* 10. niſi vnus habeat ſignaturam, per fiat, alter vero per conceſſum;
quia præfertur ſignatura per fiat *d. reg. Canc. 33. vbi
late Mandoſ. præſertim quæſt. 10. & quæſt. 3. num. 2.* &
ſufficeret, quod prioritas eſſet per horam ante, quę
teſtibus probaretur. *Bero. conſ. 12. num. 9. lib. 1.* quæ
etiam coniecturis probari poſſet. *Verall. deciſ. 238.
par. 1. num. 1.* non autem ſi gratia, per conceſſum,
eſſet per horam ante gratiam, per fiat. *Mandoſ. d.
reg. 33. quæſt. 5. num. 1.*

Duplex autem eſt Data. Parua, & Magna. De
Parua Data eſt titulus apud *Rebuff. in praxi,* qui tamen eam non bene interpretatur immo errat in
praxi, vt mox oſtendemus, adeo vt iure in fine tituli materiam hanc non probe a ſe perceptam relinquat Curiæ Practicis.

5 Pro faciliori materiæ intelligentia ſupponendum diuerſimodè negociari ſupplicationes Gallię,
quam ſupplicationes reliqui Chriſtiani Orbis. Pro
Beneficijs enim Galliæ (præterquam exiſtentibus
in Patria obedientiæ videlicet in Prouincia Britanniæ quæ, *vt* reliquæ impetrationes litteras requirunt) propter concordata inter Papam, & Regem,
(exceptis Epiſcopatibus, & Monaſterijs) non expediuntur bullæ, hoc eſt litteræ ſub plumbo, ſed
ſolæ ſupplicationes, quarum vigore etiam ſi non
habeant clauſulam quod ſola Signatura ſufficiat,
admittuntur impetrantes ad Beneficia impetrata;
illico enim ac huiuſmodi ſupplicatio offertur Datario, ſi illi viſum Beneficium impetranti conferre
apponit ſupplicationi notulam proprij nominis,
eamque ita ſignatam tranſmittit ad officium Datarum, cuius officialis, & non Datarius, vt male
Rebuff. d. tit. de parua Data in princip. & Pariſ. de reſig. lib. 8. quæſt. 8. num. 30. apponit paruam Datam
6 ita dictam; quia paruis caracteribus in extrema
ſupplicationis margine apponitur videlicet. Romę
13. Kal. Martij ann. XI. abſque clauſula Datum. Appoſita data. Sollicitatores Galli recipiunt huiuſmodi ſupplicationes, eaſq. deferunt ad Cardinalẽ,

ſiue

ſiue Prælatum, cui delatum eſt munus ſubſignandi per conceſſum loco Signaturæ per fiat, & hoc litteris maiuſculis videlicet. CONCESS. IN PRAESENTIA. D. N. P. P. P. FAGNANVS; & exinde Sollicitatores non poſſunt amplius ſupplicationes attingere donec totaliter ſint expeditę, ſed ab hoc Officiali remittuntur ad primum reuiſorem exceptis matrimonialibus quæ remittuntur ad Officium Datarum, & deinde ad alios Officiales, & poſtea per Datarium apponitur Data magna, & hic etiam errat *Pariſ. d. n. 30.* vbi dicit ſupplicationes poſt paruã Datam remanere penes partes: quia hoc non verificatur, niſi in Gallis, & ſolum donec ſignentur per conceſſum, & nulla poteſt fieri fraus: quia poſtea tranſeunt per manus reuiſorum, in reliquis vero gratiis, porrecta ſemel ſupplicatione nunquam peruenit ad manus partium ſupplicatio, niſi regiſtrata.

7 Hæc parua Data nullam facit fidem de gratia conceſſa in iudicio, ſed tantum apud Datarium, vt ſi ita ſibi viſum fuerit eam extendat & gratię det perfectionem *ChoKier ad Reg. 15. Canc. n. 12.* vnde parua Data non reddit actum reſignationis perfectum etiam ſi deſuper fuerit extenſus conſenſus vt voluit *Verall. deciſ. 237. par. 1.* niſi etiam concurrat Signatura Papæ. *Put. deciſ. 94. lib. 2.* ex qua doctrina Putei notandum ſtylum antiquum, hodie prorſus eſſe abolitum firmat enim ibi Signaturam retrotrahi ad tempus Datę; hodie autem prius ſignatur, & deinde Datatur ſupplicatio, & proinde plures diſputationes hodie circa hanc materiam ſunt inutiles.

8 Data magna, ſiue extenſa apponitur ſupplicationi per Datarium iuxta tenorem Datæ paruæ; niſi quod extendit locum, & locum loci videlicet. *Dat Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem Idibus Octobris anno quarto*, ſi vero Pontifex ruticæli mutandi cauſa fuerit, ſolum exprimitur locus in genere, videlicet. *Dat. Tuſcul. Dat. in Caſtro Gandulphi*, &c. etiam ſi Curiam ſuam extra Vrbem habuerit, vt Dat. Ananiæ. Dat. Auenioni. Dat. Viterbiij. Dat. Neapoli vel certe iter faciendo alicubi ſubſtiterit, vt Dat. Florentiæ, Ferrariæ, Venetijs, &c. in Vrbe ſolum modo exprimitur locus loci, & antiquitus abſque loco vniuerſali, vt Dat. Laterani vt ſupra vidimus cap. 3. quæ Data in bulla ſcribi debet abſque vlla abbreuiatura, ſed poni debent omnia verba per extenſum non autem Id. ſiue Kal. ſed
9 Idibus, & Kalendis Gloſſator antiquus apud *KoKier ad reg. 15. num. 5. Marcheſan. de commiſſ. app. ab Ex. Bren. par. 1 §. 2. n. 193.* Et non ſolum Datantur ſupplicationes gratiarum, ſed etiam commiſſiones cauſarum extra Curiam in quibus intereſt ſcire
10 quę prior, & poſterior emanauerit idem *Marcheſan. de Commiſſ. app. Ex. Ro. Cur. par. 1. cap. 6. num. 31.* quod in commiſſionibus in Curia non eſt neceſſe: quia ſi hic duæ diuerſis iudicibus reperiantur directæ commiſſiones obtinebit ille Iudex, qui præuenit in exercitio Iuriſdictionis, de quo tamen videndus *textus in c. oblatæ §. ſi vero. verſ. dummodo nimirum, & ibi Gloſ. in verbo praecurrat de appell. Oldrad. conſ. 307. num. 1. Bald. conſ. 277. in fin. lib. 2.*

Supplicatio hac data extenſa, munita remittitur ab officiali Datarum ad reuiſores, & deinde admiſſas, cuius officialis ſubdens Datam apponit diem: quia mittitur ad regiſtrum, videlicet Miſſa 7. Maji, & eam ita ſignatam refert ad Datarium, qui poſt hanc notam diei miſſæ ſubſignat D. Dat.
12 Non tamen attenditur dies miſſæ, ſed Datæ *Mandoſ. ad reg. 18. Cancell. quæſt. 12. n. 17. Seraphin. deciſ. 318. num. 1. Verall. deciſ. 40. num 3. & deciſ 38. nu. 5. & deciſ. 168. num. 3. par. 2. Card. conſ. 69. n. 5. Fel. in c. eam te de reſcript.* nouem adducit fallentias quæ reducuntur ad ſeptem caſus diſtinctos per *Henric. Boieb. in d. c.* eam te, videlicet nam aut agitur de iuribus reſcripti, & attenditur tempus Datæ. Aut agitur de obligatione orta, & nata ex reſcripto, vel ante reſcriptum; ſi de obligatione ex reſcripto attenditur tempus Datæ, ſi de obligatione ante reſcriptum attenditur tempus intimationis reſcripti; quia illud non immutat obligationem, quę erat intimanda obligato, niſi dies interpellaſſet appoſita obligationi. Aut agitur de obligatione, quæ contrahitur ex mora, vel culpa illius contra quem impetratur reſcriptum, qui caſus fere coincidit cum ſecundo membro caſus præcedentis, & tunc ſimiliter attenditur tempus intimationis: quia mora ſine interpellatione non contrahitur *l. mora de Vſuris l. titia §. ſi vſuras de leg. 2. vbi Doct.* Aut agitur de exercitio, quod abſorbet ius alterius, & tunc ſimiliter attenditur tempus Datæ; & ſuperfluum eſt quod addit *Boieb.* hoc procedere ſi adſit clauſula decernentes, &c. ſecus ſi illa non adſit: quia concluſio non poteſt habere locum, niſi in reſeruatis, & affectis, in quibus ſemper reſcribitur cum clauſula decernentes *ad not. in c. ſi ſoli de conceſſ. præbend. in 6.* Aut agitur de curſu temporis, & negligentia imputanda vt in publicatione, aut ſimilibus, & attenditur tempus datæ, vt infra dicemus *lib. 2. c. 2.* Aut agitur de iuriſdictione propaganda, & tunc vel in reſcripto ad lites, vel in ſcripto gratię, in poſteriore attenditur tempus datæ, in priore tempus præſentationis.

Et hęc ſunt, quæ *Boieb.* longo diſcurſu voluit explicare per nos reducta ad breuiorem, & fortaſſis dilucidiorem terminorum diuiſionem, quorum plerique ſunt extra rem Beneficialem, & materiam gratiæ, cuius Datam hic potiſſimum inquirimus.

13 In materia vero beneficiali, ſeu alias gratioſa tempus Datæ attenditur, quo ad iuſtificationem, ſiue ſubreptionem Gratiæ *Rota deciſ. 52. num. 3. apud Verall. par. 3. Mandoſ. d. reg. 18. quæſt. 12. n. 15. Pariſ. de reſig. lib. 8. quæſt. 8. num. 107. Seraphin. deciſ. 341. num. 9. 13. & 21.* Præſertim quando agitur de iuſtificando valore. Rota coram Greg. XV. *dec. 13. num. 1. & deciſ. 419. num. 1.* Et non ſolum procedit concluſio quo ad iuſtificationem gratiæ, ſed etiam quo ad iuriſdictionem tribuendam, adeo vt ſi exequutio litterarum commiſſa fuerit Paulo Canonico, ſufficit, quod illa qualitas adſit de tempore Datæ, licet poſtea Canonicus eſſe deſinat. *Rota deciſ. 28. num. 2. de reſcript. in Antiq.* & vice verſa qualitas requiſita in prouiſo ſufficit, quod adſit de tempore datæ prouiſionis, etiam ſi poſtea deficiat, exempli cauſa. Eccleſiæ ſtatuto cauetur, quod Eccleſiæ dignitates debent conferri non aliis, quam Canonicis, hoc caſu ſufficit, quod qualitas Canonici adſit de tempore collationis dignitatis, etiam

ſi po-

ſi poſtea Canonicatum reſignet. Rota in Dertuſen. Archidiaconatus 13. Nouembris 1619. coram Card. Sacrato, & melius in Leodien. Abbatiæ Cinacen. 17. Maij 1621. coram *F. Vbaldo*.

Vbertus Canonicus Eccleſiæ maioris Leodien. idemque Abbas Collegiatæ Eccleſiæ Cinacen. reſignauit Canonicatum ad fauorem Nicolai della Pieue, & Capitulum elegit in Abbatem Viuandum de Marotthe quaſi per dimiſſionem Canonicatus vacaret Abbatia, poſtea idem Vbertus, Abbatiam reſignauit ad fauorem eiuſdem Nicolai, qui per executorem fuit in poſſeſſionem immiſſus, quam tamen Rota voluit fuiſſe attentatam, vt in deciſ. 6. Nouem. præteriti coram Illuſtriſs. D. meo Sacrato, & proinde appoſito ſequeſtro dubitaui, an conſtaret de bono iure Nicolai, & DD. affirmatiue reſoluerunt, & quidem alijs pro nunc omiſſis, tota difficultas reducitur ad vacationem Abbatiæ; an ſcilicet per reſignationem Canonicatus Leodien. ſactam ab Vberto vacauerit Abbatia, quod ſi non vacauit potuit eam Vbertus reſignare, quemadmodum reſignauit, & Capitulum non potuit eligere, nec gratia apoſtolica confirmatoria electionis valuit *Seraphin. deciſ. 997. num. 1.* an autem vacauit nec ne dependet ab intelligentia indulti apoſtolici conceſſi per fel. rec. Sixtum V. in quo diſponitur, ne ad principales dignitates exiſtentes in quibuſdam Eccleſijs Diœceſis Leodien. inter quas adeſt Abbatia Cinacen. de qua agitur, aliæ perſonę præter quam Canonici eiuſdem maioris Eccleſiæ actu præbendati, & perſonaliter in ea reſidentes eligi poſſint, & debeant. Vnde punctus in eo conſiſtit, an qualitas Canonicatus requiratur momento temporis electionis vel ſucceſſiue, vt declarat *Gemin. in c. licet canon. n. 6. verſ. primus caſus de elect. in 6. Bald. in l generaliter 40. n. 7. verſ. ſed ego dico Cod. de Epiſc. & Cleric. & late Lazar. Finot. de moment. temp. cap 10. n. 5. & n. 34.* & DD. exiſtimabant nos verſari in actu potius momentaneo, quia indultum dicit, quod nullæ perſonæ, pæterquam Canonici eligantur, & ſic requiritur de tempore electionis, Vnde ſufficit adeſſe de eo tempore pro vt Vbertus erat Canonicus de tempore electionis, licet poſtea deſierit eſſe, &c.

Alia deciſio in eadem cauſa coram eodem. Veneris 14. Ianuarij 1622. quam hic referre promiſi ſupra c. 5. quæſt. 3. ſub. n. 51. verſ. Executor vero gratiæ in forma dignum, non quod huic loco propria ſit, ſed quia hic retuli aliam priorem, maxime autem facit ad tradita d. c. 5.

In hac cauſa fuit primo loco deciſum coram Illuſtriſs. D. meo Sacrato 6. Nouembr. 1620. conſtare de attentatis, deinde iterum cauſa poſita 14. Decembris eiuſdem anni DD. ordinarunt, vt appoſito ſequeſtro videretur de bono iure ſuper quo poſito dubio fuit reſolutum 17. Maij præteriti conſtare de bono iure Nicolai, qua deciſ. ſtante, nunc fuit dubitatum, an eſſet recedendum a deciſis 6. Nouembris, & reuocandum ſequeſtrum, & ad vtramque partem dubii fuit reſponſum affirmatiue, pręcipuum enim fundamentum deciſionis conſiſtit in prætenſis attentatis, quæ hodie videbantur DD. penitus ceſſare, ſiue attendatur poſſeſſio vigore litterarum apoſtolicarum in forma dignum, licet executor in his datus videri poſſet mixtus tã ex forma litterarum, quam ex clauſulis ibi appoſitis videlicet amoto, &c. contradictores, &c. ex allegatis in deciſione, tamen quantum ad clauſulam amoto, illa non procedit in hoc caſu, vbi nullus aderat legitimus contradictor, ſiue poſſeſſor, tunc enim d. clauſula non facit executorem mixtum, ſed remanet merus, & ab eo non datur appellatio ad notata per *Felin. in c. fin. nu. 22. verſ. item amplia de præſumpt. Anchar. conſ. 297. nu. 2. & ſeqq. Rebuff. in Praxi in forma noua prouiſionis in verbo amoto verſ.* nec virtute huius clauſulæ, & fuit reſolutum in cauſa Vercellen. Canonicatus 23. Ianuarii 1608. coram bon. me. Card. Lancelloto, & in Pacen. Prioratus 11. Decembris coram Manzanedo, & in Hiſpalien. Canonicatus 10. Aprilis coram S. D. N. & faciunt notata per *Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 9. in anot. n. 236 & ſeqq. & per Garziam de benef. par. 6. c. 2. n. 14.* Vnde ſi non dabatur appellatio, ſequitur vt Iudex nullo modo attentauerit tradendo poſſeſſionem Nicolao, præſertim cum nulla emanaſſet contra eum inhibitio *Pariſ. conſ. 108. num. 22. lib. 1. Lancell. de attent. cap. 12. limit. 25. num. 10.* fuit dictum in Romana fideicommiſſi 22. Ianuarii 1615. coram me, & ſepe alias, & propterea cum reſpectu iſtius clauſulæ amoto Executor non eſſet mixtus in caſu iſto, in quo nullus erat in poſſeſſione, nec apparebat legitimus contradictor, ſufficit quod ſe extraiudicialiter informauerit, in extraiudicialibus enim creditur facienti *Ægid. deciſ. 563. Put. deciſ. 144. lib. 2.* & fuit dictum in cauſa Hiſpalen. Canonicatus 10. Aprilis 1602. coram S. D. N. & in præcitatis Vercellen. & Pacen. Quo vero ad aliud caput, quod gratia erat in forma dignum, quæ licet faciat executorem mixtum, vt in deciſione, de qua agitur, tamen reſpondebitur eodem modo, videlicet hoc procedere, quando adeſſet poſſeſſor, vel legitimus contradictor, & tunc datur appellatio propter pręiudicium poſſeſſionis, vt poſt *Butr. Felin. & alios communiter in d. cap. fin. de præſumpt. eſt deciſ. Rota 202. nu. 1. par. 1. diuerſ.* & fuit dictum in cauſa Conchen. Archiepiſcopatus 28. Iunij 1606. coram Penia, & in Piſtorien. Parochialis 25. Iunij præteriti coram Pirouano, ſi vero nullus eſt in poſſeſſione, ſed aliquis comparet pro ſuo intereſſe debet audiri in iudicio executiuo; & non debet impediri immiſſionem: quia contra prouiſum a poſtolicum non eſt legitimus contradictor, vt in d. Hiſpalen. Canonicatus 27. Iunij 1607. coram Sanctiſſimo, vbi in ſpecie de Capitulo, quod cum non habeat ſimilem gratiam, nec ſit in poſſeſſione, non dicitur ad hunc effectum legitimus contradictor. *Mohed. deciſ. 3. vt lit. pend. & facit. d. deciſ. 202. p. 1. diuerſ.* quæ tanto magis videbantur procedere ſtante d. clauſula *contradictores*, quæ efficit, vt poſſit Iudex, non obſtante appellatione, eam ſpernere, & deuenire ad executionem abſque vitio nullitatis, & attentatorum. *Abb. in c. Paſtoralis, n. 11. de appell. Lancellott. de attent. c. 12 limit. 8. in princ. Rota deciſ. 71. lib. 1. part. 3. diuerſ.* fuit dictum in Romana melioramentorum 29. Nouembris 1617. coram me. Nec facit quod d. clauſula intelligatur de contradictoribus de facto, non autem de iure, vt in deciſione, quia ex prædictis apparet quod nec Viuandus, nec Capitulum

erant

,, erant contradictores legitimi. Nec obſtat, quod
,, executor detulerit appellationi quia detulit qua-
,, tenus de iure, & non alias, aliter, nec alio modo,
,, quæ clauſula operatur, vt eatenus ſit admiſſa ap-
,, pellatio, quatenus de iure eſſet admittenda. *Ro-*
,, *man.conſ.501.n.3.Gabr.conſ.35.n.9.lib.1. Seraphin.*
,, *deciſ. 499.nu.2.* cum alijs per Rotam in cauſa Fer-
,, rarien. Decimarum 21. Aprilis preteriti coram me.
,, In caſu autem iſto non dabatur appellatio ex ſu-
,, pradictis. Vltimo dicebatur iſti gratiæ in forma di-
,, gnum, & poſſeſſioni inde ſecutæ fuiſſe per Nico-
,, laum renunciatum: nam ſecunda gratia in forma
,, gratioſa, cuius executor abſque dubio fuit merus,
,, potuit procedere ad immiſſionem, cum litteræ
,, apoſtolicæ habeant executionem paratam, vbi
,, non adeſt legitimus contradictor. *Mohed.deciſ.3.vt*
,, *lit.pend, & ſæpiſſime in alijs cauſis,* Nec obſtat, quod
,, non potuerit Nicolaus, relicto primo iudicio ordi-
,, nario, conuolare ad executiuum, vt in deciſione ex
,, nonnullorum DD. ſententia: quia quicquid ſit de
,, hoc, obiectum ceſſat ex facto, cum etiam primum
,, iudicium eſſet executiuum ſtante poſſeſſione va-
,, cante & non exiſtente legitimo contradictore ex
,, ſupra deductis: Non obſtat quod ſecundus Iudex
,, nimis præcipitanter proceſſerit ſtatuendo breuiſſi-
,, mum terminum Capitulo pro tribus terminis ad
,, excommunicationem neceſſarijs, *iuxta cap. conſti-*
,, *tutionem §, ſtatuimus vbi Doct. de ſent. excomm. in 6.*
,, cum aliis allegatis in deciſione, a qua præfixione
,, licuerit appellare: quia hæc reſpiciunt cenſuras, à
,, quibus dabatur appellatio, nos vero loquimur de
,, immiſſione, vigore litterarum, quæ potuit dari ab
,, executore mero, etiam in continenti *c.ſi Capitulum*
,, *de conceſſ. preben.in 6.* ceſſantibus igitur attentatis
,, DD. cenſuerunt eſſe reuocandum ſequeſtrum fun-
,, datum in attentatis. Neque obſtat quod ſequeſtrũ
,, ſemel appoſitum non reuocetur niſi in fine litis
,, *Clem.1.de ſequeſtr.poſſeſſ. & fruct. Rota deciſ.136.p.*
,, *2.in recent.* quia procedit quando ſequeſtrum fuit
,, rite appoſitum, ſecus quando iniuſte, vt in hoc ca-
,, ſu ex capite attentatorum, quæ nulla adſunt ex ſu-
,, pradictis, tunc enim poteſt quandocumque reuo-
,, cari, cum ſit ſequeſtrum neceſſarium, quod non
,, priuat poſſeſſione *Bart.in l.intereſſe num.4.vbi etiam*
,, *alij communiter ff.de acquir.poſſeſſ. Rota deciſ.35.n.2.*
,, *par. 2. in recent.* Nec dicatur Nicolaum non iuſtifi-
,, caſſe totam ſuam gratiam: quia cum ſit legitimus
,, poſſeſſor ex prædictis non tenetur iuſtificare, & ſuf-
,, ficit venire per non ius Aduerſarij, de quo conſtat
,, in deciſ. in hac cauſa facta 17. Maii præteriti corã
,, me, in qua fuit reſolutum, Abbatiam, de qua agitur
,, non vacaſſe per dimiſſionem Canonicatus, & con-
,, ſequenter non potuiſſe Capitulum eligere Vinan-
,, dum, & ſic reſignationem ad fauorem Nicolai fa-
,, ctam ſuſtineri, vt latius ibi fuit deductum. Et ita
,, fuit dec.

Qualitatem vero habilitatis, ſiue capacitatis non requiri de tempore datæ, ſed ſufficere, quod adſit de tempore executionis tenet *Gabr. conſ.98. num.6. lib.1.* qui ſi intelligit de capacitate, hoc eſt litteratura, admittenda eſt ipſius concluſio; quia obtinens mandatum de prouidendo poteſt operã dare litteris, vt eam acquirat ſcientiam, quam requirit Beneficium antequam examinatori ſe ſiſtat, quam praxin ſeruat Dataria; quæ poſt quam conceſſit examinetur impetranti, & ille per menſes aliquot operam litteris det, vt faciliorem obtineat approbationem, & tunc demum ab Examinatoribus, (qui etiam ipſi ſolent examinando concedere, aliquando dilationem ad ſtudia) ad Datariam remittatur, non ponit datã examinis, ſed à die ſupplicationis, vt etiam aduertit *Rota deciſ.3. de verb. ſignif. in antiq.*

Si vero Gabr. intelligit de alijs qualitatibus, nempe Sacerdotij, Doctoratus, aut ſimilium non eſt audiendus: quia hæ qualitates debent adeſſe de tempore Datæ, & tunc poſſe verificari *argumento l. in delictis §.ſi extraneus de Noxal. Card. conſ.69. Bellem. conſ.56. num.4. Garzias par.7. cap.4. num. 85.* Hinc ſi fundatio Beneficii requirat, quod eligendus
19 debeat Miſſam celebrare hic debet eſſe actu Sacerdos de tempore electionis, ſeu præſentationis. *Barbat. conſ. 33. lib 2.* ſæpe per Rotam canonizat. etiam ſi dicatur quod per ſe, vel per aliũ celebret; quia dictio alium, cum ſit implicatiua ſimilium importat alium Sacerdotem, quod præſupponit electum Sacerdotem eſſe de illo tempore *l. actio §. titio ff. de teſtam.milit.& Vtrobiq. Bart. num. 1. Pariſ. conſ.24.num.33.verſ.& qualitas illa lib.1.Eſt deciſio Rotæ 570.lib.4.diuerſ.& deciſ.15.n.1.par.2.rec.* vbi dicitur ita ſæpius fuiſſe reſolutum, *& deciſ.207. n. 3 ead.par.2. recent.* vbi allegatur vna Romana Capellaniæ coram Pamphilio, cuius tenorem ſubdemus infra, ſed ſub alia die ſignum, quod à priori fuit receſſum, & *deciſ.216.num.1.& ſeqq.ead.par.2. recent.* vbi allegatur Valentina Iuriſpatronatus, quam ſimiliter exhibebimus, & *deciſ.496.num.1.& ſeqq.par.1.recent.* & hoc tanquam indubitatum fuit ſuppoſitum in Firmana Beneficij SS. Petri, & Ioannis Euangeliſtæ Veneris 26. Nouembris 1581. coram Orano, Tenor autem Alexandrinæ Decanatus, Ven. 12. Iunii 1598. coram eodem Orano eſt, qui ſequitur.

,, Reſponſum, ſententiam Vicarii Mediolanen.
,, duplici fundamento tanquam iniuſtam infirman-
,, dam, & reuocandam eſſe, quorum primum eſt: quia
,, declarat Bernardum ſolum fuiſſe, & eſſe in quaſi
,, poſſeſſione præſentandi, &c. Alterum fundamen-
,, tum, quoniam in ſententia continetur nominatio-
,, nem, & præſentationem ad Decanatum de D. Ale-
,, xãdro, vt de perſona idonea, & capaci factam fuiſ-
,, ſe validam, & legitimam, quod tamen vero repu-
,, gnat, ex quo tempore præſentationis non erat in
,, Ordine Presbyteratus cõſtitutus, pro vt verbis ex-
,, preſſis fundationis requiritur, dum diſponit quod
,, nominari non poſſit, niſi Presbyter, qui teneatur
,, omni die celebrare Miſſam, & omnibus diebus in-
,, tereſſe Officiis Diuinis, cum aliis Canonicis; ho-
,, rum enim germanus eſt ſenſus, quod præſentatus
,, tempore præſentationis ſit actu Sacerdos, non ha-
,, bitu, cum qualitas adiecta verbo intelligatur ſecũ-
,, dum tempus verbi *l. in delictis §. ſi extraneus de No-*
,, *xal. Abb.in cap.cum in cunctis §. inferiora num. 2 de*
,, *Elect.*& ad hoc ponderata fuit dictio Niſi, quæ poſt-
,, poſita inhibitioni ponit potentiam, & facultatem
,, *l. quib. diebus §.quidam Titio ff.de cond.& demonſtr.*
,, *Bart.& alij in l.actione C.de tranſact.& in l.eum §.qui*
,, *iniuriarum num.6.& 7.ff.ſi quis caut.*quo fit vt etiam

ſi quis

ſi quis poſtea ordinem Presbyteratus fuerit aſſecutus ille ſibi non ſuffragetur, cum ordo ſit annexus tempori actus *Ferret. conſ.305.nu.4. lib.1.cum trad.per Lambertin.de Iuriſpatronatus* t. *part.2. lib. art.27. & ſeqq quæſt.7. princip.* & tenuit Rota coram me in vna Valentina Iuriſpatronatus, & in alia Firmana Beneficii, & in aliis multis. Non obſtat, quod nomen Presbyter ſit æquiuocum, ita quod poſſit conuenire etiam habenti inſeriores ordines Sacerdotio; quia verba debent recipi in proprio ſignificatu *vt ex textu in cap.*t. 21. *diſtinct.* & fuit reſolutum in vna Gerunden. Beneficii coram D. Iuſto, maxime ſtante obſeruantia ſtatim ipſam fundationem ſubſecuta poſt quam, & ſucceſſiuis temporibus præſentati fuerunt ad Decanatum Sacerdotes, quorum aliqui in ipſo actu per exhibitionem litterarum ordinis docuerint de huiuſmodi qualitate, nam non eſt dubium obſeruantiam plurimum conferre ad declarationem, & confirmationem actus præcedentis *Aym.conſ.*101. *num.*11.*&* 12. Nihil autem refert, quod vltimę duę præſentationes fuerint factæ de perſonis habentibus tantum Clericalem caracterem, ſi quidem reſponſum fuit, eas tanquam factas longe poſt fundationem Iuriſpatronatus, non poſſe deſeruire pro obſeruantia interpretatiua actus fundationis, vt in vna Placentina Voti tenuit Rota coram Reuerendiſs. Oriolen. quæ fuit confirmata in vna Tiraſonen. Iuriſpræſentandi 14. Octobris 1588. coram bon. me. Bubalo. Præterea cum clara ſit diſpoſitio fundatoris non videtur inſiſtendum interpretationi allegatæ ex actis poſt fundationem factis, & de directo ei contrariis, maxime quod non ſit in facultate ordinarii derogare qualitatibus fundationi appoſitis etiam ſi Patroni interueniat conſenſus, vt habetur *in c.5.ſeſſ.25.Conc Trid.* & obſeruarunt DD. coram me in vna Valentina Beneficij, de quo expreſſa declaratio Concilij. Vltra quod potuit eſſe, quod fuerit cum præſentatis diſpenſatum. An autem gratia D. Alphonſi intret, fuit mandatum ad partem videri, &c.

Ex his tot deciſionibus videtur communior Rotæ opinio qualitatem in fundatione requiſitam deſiderari de tempore oppoſitionis, ſiue impetrationis. Contrarium tamen opinionem etiam amplexa eſt ſæpius præſertim in Lucana Capellanię 17. Decembris 1593. coram Giptio & in Romana Capellaniæ S. Pauli 23. Ianuarij 1589. vtramque hic ſubnectam Prior ſic habet videlicet Lucana.

21 Quidam Matthæus de anno 1440. in eius teſtamento diſpoſuit, quod ipſius hæredes teneretur, & obligati ſint in perpetuum celebrari facere qualibet die vnam Miſſam ad Altare, ſeu Capellam d. Teſtatoris, ad quam eligi voluit vnum Presbyterum honeſtum, & idoneum, qui pro anima ipſius d. Miſſam celebraret ceſſante iuſto impedimento. Et inſuper ſtatuit, quod eius filij, & deſcendentes in perpetuum eſſent Patroni d. Altaris ſiue Capellæ, & vti tales poſſent vnum Presbyterum, ſiue Capellanum, ſeu plures eligere, & electos priuare, & mutare, vel de nouo alium, ſeu alios nominare, &c. ſed cum de præſenti anno quidam Curtius Trenta dictam Capellam reſignaſſet, & Patroni, ſeu vt dicitur medietas illorum præſentaſſent D. Aſcanium Buzzuecarium non Presbyterum, nec in tali ætate conſtitutum, vt poſſit infra annum ad Sacerdotium promoueri quamuis ad annos 14. aſcenderet contingit dubitari an præſentatio d. Aſcanij, & prouiſio Apoſtolica ſubſequuta, eſſet valida, vel inualida ob defectum ordinis, & ætatis Sacerdotalis, & eſſe validam DD. reſoluerunt, quando Capella fuit per Teſtatorem in Eccleſia ædificata pro Miſſa & ſic diuinis celebrandis, quo fit vt ſatisfactum videatur menti Teſtatoris, dummodo Miſſa in d. Capella celebretur. *Lap.alleg.*35.*num.*2. vbi dicit non eſſe iure cautum Presbyterum debere per ſe ipſum ſeruire: nam maior.14 annis, licet minor 25. non eſt incapax Beneficij ſimplicis vt eſt d. Capellania *c. quaſitum* 1. *quæſt.*3. *Cald. in c. ſuper inordinata de præben. refert, & ſequitur Lap.* vbi proxime idem tenet *Card. in c. de multa prope fin. verſ. quæro ſi habet. eod. ti.* maxime quia teſtator alternatiue locutus eſt de Presbytero, ſeu Capellano. Vnde fit, vt in alternatiuis ſufficiat alterum adimpleri *l. ſi ita quis ſtipuletur de verb. oblig. l. generaliter, C. de inſtitut. c. in alternatiuis de reg. iuris in 6.* Nec refragatur, quod Capella habeat onus annexum celebrandi vnam Miſſam quia non propterea tollitur facultas eam celebrandi per alium *cap. qui per alium facit de reg. iuris in 6. & tenet Lap. alleg.* 116. *num.* 3. *ante finem verſ. ſufficit enim & alleg.* 117. *ad fin. Dec. in c. cum omnes in 2. lectura prope fin. de Conſtit.* Non obſtat, quod ex illis verbis vnum Presbiterum honeſtum, idoneum ibi ceſſante iuſto impedimento videatur dicendum, mentem Teſtatoris fuiſſe, quod præſentandus eſſe deberet actu Sacerdos *iux. conſ. Barbat.* 33. *num.*7. *verſ. modo dicetur lib.*2. *Dec. conſ.* 129. *num.*5. *cum aliis citatis.* Primo quia in caſu Barbat. Teſtator dixerat per ſe vel alium Presbiterum, & ſic reſtrinxit ſe ad Presbiterum, ſed in caſu noſtro antequam Iuſpatronatus reſeruetur impoſitum fuit heredibus, vt eligerent Presbyterum pro Miſſa dicenda cum certo ſalario, nec alium potuiſſent, ſi voluiſſent eligere, ſed quando Teſtator poſtea reſeruat iuſpatronatus, loquitur alternatiue de Presbytero, ſeu Capellano, quæ diſpoſitio præciſe non arctat, vt ſupra dictum eſt. Præterea quicquid alias forſan dicendum eſſet, hodie non videtur hęſitandum ſtante declaratione S. Congregationis Conc. Trid. in vna Piſtorien. quam DD. ſecuti ſunt in vna Romana Capellaniæ S Pauli 23. Ianuarij 1589. coram R.P.D. meo Pamphilio nempe quod non eſt neceſſe præſentare Presbyterum, & hoc tanto magis locum habere debet in caſu propoſito propter obſeruantiam præſentandi non Presbyterum, cum vltimi præſentati non eſſent Sacerdotes, vt pro parte Aſcanij aſſeritur, & ad indicandum qualitatem Beneficii vltimus ſtatus inſpicitur *c. conſultationibus de iurepatronatus Oldrad. conſ.* 312. *in fin. Dec. conſ.* 26. *in princip.* & de præſenti ſtatu præſumitur in præteritum præſertim vbi adeſt probabilis cauſa ita præſumendi *Doct. in l. ex perſona. Cod. de probat. Ruin. conſ.*143 *num.*20. *& ſeq. lib.*5. *Alciat. de præſumpt. reg.*2. *præſump.*26. *&c.*

Altera vero deciſio in Romana Capellaniæ S. Pauli allegata in præcedenti, & quam dixi me relaturum habet vt ſequitur, quam refert *Garzias par.7, cap 1. §. 1, n. 84. non integre.*

DD, at

„ DD. attenta reſolutione Illuſtriſs DD. S. Congregationis Interpretum in cauſa Piſtorien. quod præſentandus neceſſario non debet eſſe Presbyter ex eo quod in fundatione dicatur Capellanum debere celebrare Diuina Officia ; quia iuxta alleg. *Lap.* 35. niſi expreſſe caueatur, quod per ſe ipſum hoc agat ſatis cenſetur prouiſum voluntati Teſtatoris ſi per alium celebrare faciat ad reg. qui per alium facit, & tradit *Card. in c. de multa in fin. verſ. 4. quarto de præben.* receſſerunt à reſolutis in hac cauſa, & dixerunt Capellaniam non eſſe Sacerdotalē; quia ex verbis fundationis non aſtringitur Capellanus ad deſeruiendum Capellæ in Diuinis, & Miſſas celebrandi per ſe ipſum. & cum ſimus in Beneficio ſimplici, in quo ex generali quadam totius orbis conſuetudine non requiritur reſidentia, vt poſt *Card. tradit Imol. in c. fin. n. 9. de Cler. non reſiden.* ſed ſufficiat, quod deſeruiat per ſubſtitutum *ad not. in c. ſuper eo de præbend. in 6. Lap. d. alleg. 35 ſub nu. 4. & alleg. 117. ſub n. 2. Card. in d. c. de multa in fin. Dec. in c. cum omnis in 2. lectura de Conſtit. cum alijs allegatis.* Neque obſtat, quod in hoc caſu verba fundationis videantur directa in perſonam ipſius Capellani, cum dicant, quod Beneficium pro tempore obtinens certas Miſſas qualibet hebdomada in eadem Capella celebrare deberet; quia illa non reſpiciunt factum ipſum celebrationis Miſſarum ab ipſomet Capellano, ſed potius ſunt poſita ad denotandam obligationem, & onus, quod ipſa Teſtatrix Capellæ imponebat, & ſufficit quod onus expreſſe non ſit ita impoſitum Capellano, quod per alium explere non poſſit, quia alias cum à iure perſonalis reſidentia non exigatur poterit per alium inſeruire ex præallegatis. Vltra quod etiam in caſu reſolutionis Congregationis verba erant directa ad Capellanum prout etiam in caſu alleg. Lapi, vbi Teſtator mandauit dimidium bonorum Presbytero eligendo dari pro celebrandis Miſſis. Quod dicitur in caſu deciſionis Piſtorien. non fuiſſe factam mentionem celebrationis Miſſarum ſed tantum Diuinorum, tollitur ex ratione deſeruien. per alium, quę militat vtroq. caſu. Et eo magis venerunt DD. in hanc ſententiam quia concurrit mens fundatoris, quæ colligitur ex præſentatione ab ipſo met facta de Hieronymo de Longonibus, qui huic Capellæ deſeruiuit per ſubſtitutum, *Pariſ. conſ. 56. n. 19. li. 4.* & poſtea fere ſemper fuit poſſeſſa à ſimplicibus Clericis, qui Miſſas per alios fecerunt celebrare, *leg. ſi de intentione ff. de leg. Aym, conſ. 101. cum ſimilibus, &c.*

33 Harum duarum deciſionum quia ſubuertunt priorem opinionem fundamenta ſunt examinanda, priora in cauſa Lucana. Reſpondet Doctrinæ *Barbat. in conſ. 33. nu. 8. lib. 2.* quod caſus ſint diuerſi ex eo quod apud *Barbat.* dicatur per ſe, vel alium Presbyterum, &c. Sed re vera caſus ſunt vbique ſimiles, vtrobique enim Teſtator iuſſit eligi vnum Presbyterum idoneum, qui Miſſas celebret, & clauſula illa per ſe, vel alium Presbyterum tantum abeſt, quod infringat diſpoſitionem præcedentem, quod immo omnes fere, qui contrariam tuentur ſententiam vtantur hoc argumento pro ſe inferendo, quod cum onus poſſit ſuppleri per alium non requiratur illa qualitas. Deinde argumentatur ab obſeruantia, ſed illa non ſuffragatur, cum non ſit vicina actui, vt in ſupradicta Alexandrina, ſed remotiſſima. Deciſio vero Pamphilii in Romana Capellaniæ ex eo quod non caueatur expreſſe, quod per ſe ipſum celebret arguit Beneficium non eſſe Sacerdotale ſed illatio non eſt bona: quia poteſt eſſe, quod Officium ſit Sacerdotale, & tamen onus impleatur per alios vt *Barbat. d. conſ. 33.* & deciſiones ſupra allegatæ pro hac opinione, vnde neque ſuffragatur ei obſeruantia ibi conſiderata: quia ſolum reſpicit illud quod eſt deſeruire per alium non autem qualitatem præſentati, ſiue electi, vt bene reſpondet *deciſ. 496. n. 4. par. 1. recent.* vbi etiam dicitur ita procedere *alleg. Lap. 35.* quæ eſt fundamentum vtriuſque deciſionis.

Alterum fundamentum vtriuſque deciſionis eſt declaratio Concilij, quam ponit *Garzias d. p. 7. c. 1. n. 93.* Quæ tamen declaratio non loquitur de Miſſa celebranda, ex quo arguimus qualitatem Sacerdotij, ſed ſolum quod Capellanus debeat celebrare Diuina Officia die noctuque, &c. quod poteſt intelligi de horis non de ſacrificio Miſſæ, immo debet, cum regulariter ſacrificium Miſſæ noctu non celebretur.

Non obſtat reſponſio data in d. Romana Capellæ coram Pamphilio, hoc obiectum tolli per rationem deſeruire per alium, quæ militat vtroque caſu quia hæc reſponſio, vt mox oſtendimus non ſatisfacit, cum argumentum qualitatis requiſitæ non inferat de neceſſe ad exercitium qualitatis. *d. dec. 496. n. 4.* Et hæc fortaſſis cauſa eſt quod neque hæc *deciſ. 496.* neque vlla alia ex allegatis, quæ tamen omnes poſt declarationem prædictam & deciſionem in cauſa Romana Capellæ, in qua allegatur; procurauerint reſpondere, quia videlicet iudicabant, eam non afficere noſtram concluſionem.

Non igitur recipienda ſententia dictarum duarum deciſionum, quam multis ſtudet defendere *Garzias d par. 7. cap. 1. num. 86.* qua volunt ad effectum inducendi, quod Beneficium ſit Sacerdotale caueri debere, quod per ſe ipſum celebret Miſſam: quia exercitium non per neceſſe infertur ex requiſita qualitate, ſed ſufficit, quod requiratur actus ſine exercitium, per quod bene arguitur ad qualitatem, vt volunt omnes ſupra allegatæ deciſiones diuerſ. & recent. & bene explicat Valentina Iuriſpatronatus 20. Martij 1589. coram Orano, quam quia in aliis deciſionibus ſæpius allegatur libuit hic ſubijcere.

„ In erectione Beneficij fundator ordinauerat, quod occurrente illius vacatione præſentaretur Presbyter Miſſam cantans facta per Vicarium Metropolitam ſub die 22. Nouembris 1585. ad præſentationem Patronorum inſtitutione, ad fauorem D. Bernardi in ſacro Presbyteratus ordine nondū conſtituti. D. Michael apud Sedem tanquam deuolutum illud ſub Dat. 13. Auguſti 1586. impetrauit, liteque coram me deſuper introducta dubitari obtinuit. An gratia ſua eſſet iuſtificata DD. affirmatiue reſoluerunt; nam quod attinet ad caput deuolutionis, clarum eſt, ex quo Vicarius contra formā erectionis Beneficij nulliter ad inſtitutionem deuenit, quod diſpoſitio illius fuit deuoluta *cap. 2. de conceſſ. præbend. Abb. in c. cum noſtris n. 2. eod. tit.*

„ *Imol.*

„ *Imol.in c.ſi de beneficio de præbend.*qui cum intra tē-
„ pus debitum notitiam huiuſmodi defectus habens,
„ collationem intra ſex menſes neglexerit, dedit lo-
„ cum impetrationi apud Sedem *Roman.conſ.361.n.*
„ 6.Quod autem nnlla fuerit inſtitutio Ordinarii, nō
„ poteſt tergiuerſari, nam cum fundator voluerit
„ præſentari Presbyterum, qui Miſſam cantaret per
„ iſta verba viſns eſt reſpexiſſe actum præſentationis,
„ ita quod neceſſe fuit præſentatum actu, fuiſſe tunc
„ Presbyterum, quia qualitas adiecta verbo intelligi-
„ tur de tempore verbi *leg.ſi in delictis §. extraneus ff.*
„ *de noxal.Abb.in cap.eum in cunctis §.inferiora nu. 1.*
„ *& ibi Dec.n.12.de elect.*vnde ceſſante in d.Bernardo
„ de tempore præſentationis d. qualitate, præſenta-
„ tio fuit inualida, & in conſequentiam inſtitutio
„ *Barbat.conſ.33.num.8.lib.2.ſequitur Lambert. de Iu-*
„ *repatr.lib.2.part.1.quæſt.2.art. 29. cum ſeq. Roch. de*
„ *Curte in verbo,honorificum.n.2.Rebuff.in praxi.tit.de*
„ *requiſit.ad collat. n. 35.*Quod vero ſcientiam huiuſ-
„ modi vacationis propter nullitatem præſentatio-
„ nis, & inde ſequutæ inſtitutionis D. Metropolita-
„ nus habuerit, ſine qua alias temporis conferendi
„ illi non currebat iuxta notata per *Innoc. in d.cap.2.*
„ *de conceſſ. præbend. cap. quia diuerſitatem, ſcilicet de*
„ *ſup. neg prælat.* manifeſte patet ex diſpenſatione
„ quam ſuper defectu Ordinis ante factam per ſuum
„ Vicarium inſtitutionem D. Bernardo conceſſit,
„ quæ quidem diſpenſatio cum repugnet decreto
„ *Conc.Trid.cap.5. ſeſſ.25.* nullius fuit momenti *Gloſ.*
„ *in cap.cum dilecti in verbo Ætate de Elect. Dec.in c.*
„ *at ſi Clerici §.fin.num.65.de Iud.*cum alijs hic per in-
„ formantes allegatis. Neque præmiſſis obſtat reſo-
„ lutio facta coram R.P. D. Pamphilio in Romana
„ Capellaniç;quia illa procedit in caſu diuerſo quan-
„ do ſcilicet verba fundationis non reſpiciunt actum
„ præſentationis, ſed potius illius proſequutionem,
„ vt ſi fundator dixerit, quod præſentetur, qui inter-
„ ſit Diuinis, vel tot Miſſas celebrans; nam eo caſu
„ ſufficit, quod præſentatus ſit Sacerdos habitu li-
„ cet non actu *Abb.in d.cap.cum in cunctis §.inferiora.*
„ *Pariſ.conſ.50.nu.12.& ſeq.lib. 1.cum ſim.*Circa alias
„ qualitates in impetratione expreſſas, ceſſauit om-
„ nis difficultas; nam vt bene in facto deducitur gra-
„ tia in omnibus eſt verificata. Et quo ad valorem
„ Beneficij cum ſufficiat talis, qualis probatio teſtes
„ depouunt de anditu, viſi fuerunt DD. ſufficien-
„ tes„ &c.

25 Hæc deciſio conatur concordare duas poſteriores deciſiones cum prioribus, & in vniuerſum vtramque opinionem, vt videlicet tunc requiratur actu Sacerdotium in fundatione, quæ requirit Capellanum Miſſam celebrantem, quando verba fundationis reſpiciunt actum præſentationis, ſecus ſi illius proſequutionem, vt ſi Teſtator dixerit, qui interſit Diuinis, vel Miſſas celebret. Verum hæc diſtinctio non videtur bene explicari, & quæ nam ſint verba, quæ denotent qualitatem requiſitam in actu fundationis, & quæ non. Nam verba illa quæ interſit Diuinis, & Miſſas celebret: quę ſunt in fundatione in cauſa Romana Capellaniæ, & ſecundū hanc deciſionem non important neceſſitatē actus de tempore præſentationis, non videntur in aliquo eſſe diuerſa à verbis fundationum, quæ ſecundum ſupra allegatas deciſiones requirunt actum de tēpore præſentationis, quod vt magis pateat ſubiiciemus hic omnium fundationum in dd. deciſionibus examinatarum, tenores, vt ictu oculi poſſit dignoſci, an nec ne inter eas ſit diuerſitas conſiderabilis, quæ immutet, & diuerſificet diſpoſitiones. Tenor fundationis, de quo in *deciſ.570. p.4. diuerſ.* eſt, quod Sacerdos, ſiue Capellanus præſentatus teneatur ſingula hebdomada celebrare Miſſas tres, &c. qui omninò coincidit cum fundatione, de qua in deciſione Romana Capellæ, etiam iuxta interpretationem, quam ei dat deciſio hæc Valentina coram Orano. *Tenor deciſionis 496. par.1. in rece. ſub num. 1. eſt. Sia deputato alla Prebenda Canonicale vn Sacerdote, qual ſia obligato di celebrare, ò far celebrare ogni giorno vna Meſſa all'Altare, &c.* Tenor fundationis in *deciſ. 15. par.2. recent.* eſt quod præſentetur Sacerdos. Tenor fundationis *in deciſ. 207.par.2.recent.ſub n.2.eſt.* Item volo poni debere Sacerdotem vnum bonæ conditionis, & famæ, &c. Qui omni die celebrare debeat Miſſam in Eccleſia SS. Viti, & Modeſti, &c. Tenor fundationis in *deciſ. 216.ead.par.2. recent.in princip.* eligatur Presbiter & Altariſta. Tenor fundationis in Alexandrina Decanatns 12. Iunij 1598. Verſ. Alterum fuit fundamentum. Nominetur Presbiter, qui teneatur omni die celebrare Miſsā, & omnibus diebus intereſſe horis Canonicis, &c. Tenor fundationis in Valentina Iuriſpatronatus 20. Martii 1589. coram Orano. Occurrente illius vacatione præſentetur Præsbiter Miſſam cantans. *Deciſ.871. coram Seraphin. num.* 2. Quod præſentetur Sacerdos bonę famæ. Et omnes prædictæ deciſiones allegantur pro opinione affirmatiua; nempe quod de tempore præſentationis requiratur in præſentato Sacerdotium actu.

26 Examinemus modo tenores fundationum, de quibus in deciſionibus, quę allegantur pro negatiua; vt videamus an differant à tenoribus ſupradictis fundatio in Romana Capellę relata à *Garzia d. cap. 1. par.7. num.*94. requirit quod pręſentetur Capellanus, qui celebret Diuina Officia, &c. vbi per Diuina Officia eadem deciſio intelligit Miſſam, & ſic non differt à fundationibus adductis pro affirmatiua. Fundatio in Lucana Capellaniç, relata ſupra num.21. ipſius hęredes obligati ſint in perpetuum celebrari facere qualibet die vnam Miſſam, ad quam eligi voluit vnum Presbiterum honeſtum, & idoneum, &c. quę fundatio coincidit cum reliquis, & notandum, quod mutilate in parte ſubſtantiali eam refert *Garzias vbi ſup.nu.71.* cum referat Patronum poſſe pręſentare vnū Preſbiterum, quę potentia ſiue facultas refertur ad vnam, vel plures, & ad amouibilitatem, vt ex lectura fundationis non autem quod pręſentatus Preſbiter eſſe non debeat.

27 Ex hoc examine fundationnm plane colligitur non eſſe locum concordię, quam conatur inducere deciſio Valentina coram Orano inter deciſiones in Romana Capellanię, & Lucana Cappellanię pro parte negatiua cum reliquis pro opinione affirmatina ex capite diuerſitatis tenorum; quia illę requirunt Capellanum, qui Miſſam celebret & eo ipſo quod fit mentio de celebratione Miſſarum requiritur actualitas Sacerdotii de tempore pręſen-

tatio-

tationis, vt deciſionibus ſupra allegatis, & omnes coincidunt cum tenore fundationis *cõſ.33. Barbat.* ſæpius repetito. Immo in fortioribus quod vbi non
28 fit mentio Miſſarum, ſed ſimpliciter de Presbitero requiritur Presbiterij actualitas, vt *d. deciſ. 216. p. 2. recent.* non obſtante quod vocabulum Presbiter videatur reſpondere vocabulo vulgari *Prete*, quod predicabitur de omnibus Clericis, etiam Minoribus: quia vocabulum debet accipi in ſuo proprio ſignificatu Latino nõ translatitio Italico ita reſpõdet d. Alexandrina Decanatus verſ. non obſtat, quod nomen, & *d. deciſ. 216. n. 3.* Ita etiam ſi dictum fuerit ſimpliciter præſentetur Sacerdos, vt *deciſ. 15. p. 2. recent.* non obſtante quod vocabulum hoc ſit æquiuocum aptum comprehendere plures, & diſtinctos ordines ad textum *in c. quiſquam de cohab. Clericorum ibi.* Si quis Sacerdotum hoc eſt Subdiaconus, Diaconus, ſiue Presbiter, & ibi *Gloſ. Fabius de Anna conſ. 22. num. 13.* nam vocabulum debet accipi in ſignificatu frequentiori, & potiori, cum diſpoſitio ſit hominis non legis, vt reprobando *Fab. de Anna reſpondet deciſ. 496 num. 8. p. 1. recent.* vbi etiam ſub num. 6. bene aduertitur nihil intereſſe, vtrum fundatio procedat per viam præcepti negatiue concepti; videlicet non poſſit eligi niſi Sacerdos, ſiue per præceptum affirmatiuum eligatur Sacerdos.

29 Similiter etiam reprobanda eſt concordia, de qua per *Garziam vbi ſup num. 82.* quod ſcilicet opinio requirens actualitatem procedat in fundationibus Laicorum, altera in fundationibus eccleſiaſticorum, vt ſenſit Guttierez, & Azor. ibi allegati: quia nullam reddunt rationem, cur diuerſimodè ſtatuendum ſit reſpectu diuerſitatis perſonarum. Vnde remaneat firma concluſio, quod fundatio requirens Sacerdotem, vel Presbiterum ſimpliciter ſiue Capellanum, qui Miſſam celebret, requirit illã qualitatem actu de tempore præſentationis, quod conſonat doctrinæ ſupra adductæ de Data, & illi ſuffragatur ſtylus Datariæ, quæ ſi ibi exponatur, quod in fundatione dicitur eligatur Sacerdos, ſiue Presbiter, vel Capellanus, qui Miſſam celebret, ſemper derogat, ſiue diſpenſat, quod tamen non facit, vbi diſpenſatio, ſiue derogatio non eſt neceſſaria, quia in litteris Apoſtolicis nihil ponitur fruſtra. *Pariſ. de reſig. lib. 8. quæſt. 7. num. 138.* Non improbo vniuerſalem Orbis conſuetudinem, de qua in d. Romana Capellæ qua Beneficium ſimplex deſeruitur per alium, ſed requiro habilitatem in prouiſo, vt ſi velit per ſeipſum deſeruire poſſit: nam ſatis videtur inſolens alicuius curæ Eccleſiam cõmittere ei, qui ad id aptus non ſit, quod probe conuenit prouiſionibus Ordinariorum, qui vt ſupra diximus prouident Eccleſijs non perſonis, ſecus autem prouiſis Apoſtolicis, cum Papa prouideat perſonis, & proinde ex æquitate etiam ne dum de plenitudine poteſtatis poſſit conferre ſimplicia benemeritis etiam ad tenorem fundationum non qualificatis propter merita in Eccleſiam, vt *Fuſius lib. 3.*

30 Nunc reuertamur ad *Gabr. conſ. 198. lib. 1.* occaſione cuius interpretari ſumus concluſionem, quã ipſe habet ſub num. 6. non tempus datæ, ſed exequutionis attendendum eſſe. Quod autem aſſumit ſub num. 5. In decretis Breuium, quę irritant prouiſiones niſi intra ſex menſes à die datæ litteræ expediantur, nihilominus non diem datæ, ſed poſſeſſionis ſpectandum, admittit aliquam difficultatem, cum clauſula Breui appoſita dicat. *Volumus autẽ, quod intra ſex menſes à die Datæ præſentium litteras expedire tenearis,* qui terminus ita præciſe præfixus videtur arctare, vt tranſiliri nõ poſſit *Innoc. & Abb. in c. extirpandæ §. quia vero de præbendis,* & videtur ſenſiſſe Rota in Gerunden. Beneficiorum 23. Februar. 1598. coram Card. Pamphilio. Cum Gabriele tamen ſentit *Gonzalez. Gloſſ. 15 num. 18.* vbi inter alias deciſiones, quas reperire nequiui allegat Aſtoricen. Archidiaconatus 15. Decembris 1573. coram Seraphino, & ſub illa die non emanauit huiuſmodi deciſio, vnde exiſtimo quod voluerit dicere ſub die 15. Februarii 1594. quæ eſt inter eius impreſſas 220. vbi dicitur, quod decretum huiuſmodi de expediendo intra ſex menſes, licet loquatur à die prouiſionis, debeat interpretari poſſeſſione vacua exiſtente, & non dato intruſo, qui terminis longe diſtat ab eo, quod incipiat currere à die habitæ poſſeſſionis, vt vult *Gabr.* licet etiam confundantur à Rota, vt apud eundem *Seraphinum deciſ.* 844. quam vis obiter ibi aſſumatur concluſio; Dicendum igitur eſt, tempus ad expediendum in hoc decreto non currere à die Datæ, quando adeſt intruſus, qui impediat poſſeſſionem, ad effectum tamen ne amittat ius ſuum impetrans, vt bene notat *Seraph. d. deciſ. 220.* non autem vt poſſit obtinere: quia ſi elapſis ſex menſibus voluerit expedire litteras Cancellaria non admittit propter decretum ſi illud contineatur in ſupplicatione, niſi prius obtenta reſtitutione ad expediendum litteras Idem ſeruatur in Epiſcopatibus de quibus prouiſi, ſi obtinuerint Breue de capienda poſſeſſione nomine Cam. ſi intra ſemeſtre expedire nequiuerint, petunt prorogationem, quæ conceditur ad alios tres menſes, alioquin non admitteret Cancellaria litterarũ expeditionem. Idem ſeruatur in expeditione litterarum penſionis, quæ debent expediri à die datæ reſeruationis propter clauſulam irritantem, alias præſens reſeruatio nulla ſit *Caſſad. deciſ. 2. de reſtit. ſpol. Verall. deciſ. 307. & deciſ. 345. nu. 4. part. 3. Gonzalez ad Reg. 8. Gloſ. 67. nu. 11. & ſeq. Rota deciſ. 613. num. 7 par. 1. in recent. Pariſ. de reſig. lib. 6 cap. 2. nu. 81.* ſimiliter tempus datum ad publicandum incipit currere à die datæ. *Pariſ. de reſig. lib. 1. quæſt. 6. num. 40. lib. 11. quæſt. 2. num. 14. & 19. & lib. 12. quæſt. 8. n. 6.* Excuſatur tamen qui tenetur expedire præfixo tempore ſi Datarius impediuerit *Pariſ. d. lib. 11. quæſt. 13. num. 115.* quomodo autem impedimentum à Datario illatum probetur præſcribit deciſio in Vlixbonen. 19. Decembr. 1619. coram *Vbaldo.*

» Fuit dictum Antonium, &c. Neque obſtat, quod
» terminus ſex menſium ad expediendum litteras in
» Curia non curreret in præiudicium Laurentij ſtante
» impedimento præſtito per Datarium, qui reiecit
» ſupplicationem a Laurentio datam pro noua pro-
» uiſione cum reſponſo. quod Beneficium eſſet alte-
» ri collatum. *ad deciſ. Seraph. 397. num. 4.* & in termi-
» nis Rota in alia Vlixbonen. Beneficij 4. Decembris
» coram Car. Pamphilio: quia reſpondebatur in pri-
» mis, quod de impedimento deberet doceri, aliter

,, quam per ſimplicem fidem, ſed debuit fieri prote-
,, ſtatio per ipſum petentem nouam prouiſionem
,, coram Datario, coram Notario, & teſtibus, quod
,, per ipſum non ſtabat, quin ſibi daretur noua proui-
,, ſio, vt aduertit in his terminis *Gonzal. ad reg. 8. Gloſ.*
,, *15. num.* 110.

32 Data apponitur de tempore ſignatæ ſupplica-
tionis. *Rota deciſ. 1. n. t. de verb. ſignif. in antiq. Pariſ.*
33 *de reſig. lib. 8. quæſt. 8. num.* 112. Præterquam in va-
catione in Curia, ſiue apud Sedem; quia tunc ap-
ponitur a die obitus etiam ſi gratia ſit facta longe
poſt; *Creſcen. deciſ. 13. de reſcript. num.* 2. Et ratio eſt,
quia Beneficium poſſet eſſe iuriſpatronatus, & Pa-
troni præſentare ante prouiſionem Papæ, qui ta-
men ſolet derogare patronatui, etiam Laicali ex
vacatione in Curia, ſiue apud Sedem. *Rota deciſ.
27. num. 3. de reſcript.* in nouis late *Roch. de Curt. de
Iurepatr. in verbo honorificum in 3. quæſt verſ. quando
autem litteræ. Doct. in c. 2. de præbend. in 6.* non tamen
patronatui Regum, aut Supremorum Principum,
*Caſſad. deciſ. 3. num. 1. & ſeqq. vt lit. pend. Lambertin.
de iurepatr. lib. 2. par. 1. quæſt. 6. princip art. 22. & lib.
2. par. 3. quæſt. 9. principali art. 3. ſub num. 2. late Garz.
de beneſ. p. 5. c. 1. n. 214. & ſeq.*

34 Notandum autem, quod Data non apponitur
à die obitus in vacatione in Curia, ſiue apud Sedem
à Dataria ex Officio, ſed parte ita petente, vt notat
Creſcen. d. deciſ. 13. Vnde nuper contingit in vna Ca-
pella Meſſanen. Santiſſimæ Trinitatis de Beluede-
re, quæ vacauerat in Curia, quod prouiſus non pe-
tiit datam à die obitus exhibendo atteſtationem
de ſepultura defuncti ad hunc effectum exhiberi
ſolitam, ſed appoſita fuit data temporis currentis
deinde prouiſus petijt corrigi in regiſtro ſupplica-
tionis datam illã currentem & apponi datam à die
obitus, ſuper quo cum conſuluiſſem D. meũ Data-
rium, reſpondit ſibi nihil occurrere, quod ſuaderet
contrarium niſi fortaſſe quod litteræ ſuper illa Da-
ta eſſent expeditæ, & in actis productæ, ac regiſtra-
tæ, & inconueniens videri, quod poſtea exhibean-
tur ſub Data diuerſa, ſed cum intuliſſem, quod poſ-
ſint plures porrigi ſuper eadem gratia ſupplicatio-
nes. *Put. deciſ. 40. lib. 2. Rebuff. in praxi. tit. De parua
Data n.* 2. ordinatum fuit, quod ſupplicatio in regi-
ſtro non aptetur in Data, ſed quod porrigatur no-
ua ſupplicatio regiſtratæ in omnibus ſimilis, cui
detur Data a die obitus iuxta atteſtationem adhi-
bitam. Verum Officialis datarum dixit medio tẽ-
pore idem Beneficium fuiſſe impetratum certo
modo, videlicet tanquam Beneficium in Capella
cum alter impetraſſet Capellam: quia impetratio-
ne media obſtante, quæ habebat datam anterio-
rem impetrationi priori, recuſata fuit ſignatura al-
terius ſupplicationis pro primo impetrante ſub da-
ta diei obitus, eo quia ſecundus impetrans, & non
primus petijſſet hanc datam *iux. d. deciſ. 13. Creſcen.*

35 Rurſus redeamus ad *d. conſ. Gabr. 198. vbi eod. n.*
4. dicit ſpectandum eſſe tempus conſenſus præſtiti;
non data diei Signaturæ ſupplicationis, quod ve-
rum non eſt, ſed immo attenditur tempus datę ſup-
plicationis. *Creſcen. deciſ. 9. nu. 4. de procur. Pariſ. de
reſig. lib. 8. quæſt. 8. num.* 112. Et licet verum ſit, quod
quo ad regulam de viginti dies illi incipiant curre-
re à die præſtiti conſenſus, vt ibi ſubdit *Gabr.* tamẽ
conſenſus ſemper retrotrahebatur ad diem datæ,
idem *Pariſ. vbi ſup. num.* 111, dixi retrotrahebatur
ante videlicet tempora S. D. N. Vrbani nam tunc
ſignata ſupplicatione, & non ante extendebatur
conſenſus, & licet hoc fieret longe poſt, nihilomi-
nus extendebatur ſub data ſupplicationis, vt *Pariſ.
d. nu.* 111. Verum quia ex hoc ſæpius fiebat fraus
Datariæ S. D. N. mandauit extendi conſenſum an-
tequam ſignetur ſupplicatio: quę datatur deinde
ſub die pręſtiti conſenſus, prout *Latius* dicemus *li.*
3. vbi agemus de reſignationibus; ſed hic incidit
quęſtio. Vtrum ſecundę gratię recipiant vim à Da-
ta currente, ſeu potius a Data primarum gratia-
rum, quę materia: quia amplior, eſt ſtatuendæ
deſuper quęſtio particularis.

QVÆSTIO VIII.

An attendatur Data primæ ſeu potius ſecundæ gratiæ.

SEcundas gratias appello nouam prouiſionem: Reſtitutionem. Perinde & etiam valere. Si neutri, ſi nulli, ſi alteri, ſubrogationes gratiarum ampliationes, extenſiones, Interpretationes, & ſimiles, diſcutiendum de ſingulis, & primo de noua prouiſione.

Cap. VII.

De noua Prouiſione.

R*Ebuff. in praxi tit. de noua Prouiſione in princ.*
dicit, illam eſſe prouiſionem Papę ad alte-
36 rius iam factę ab alio confirmatoriam, adeo vt
37 quo ad effectum noua prouiſio nihil aliud eſt,
quam confirmatio gratię pręcedentis. *Put. dc. 300.
per tot. lib. 1. Gonzalez. ad reg. 8. Canc. Gloſ. 5. §. 5. nu.
33. Creſcen. deciſ. 7 de reſcript.* operatur enim effe-
38 ctum ſuum, etiam quando ius obtinentis ex pro-
uiſione prima non eſt plenum *Verall. deciſ. 257.
num. 1. par. 2.* Vnde videtur attendenda data prio-
ris gratiæ, cum qua cenſetur eiuſdem qualitatis, &
regulatur eiſdem legibus, & in ſumma habet eaſ-
dem expreſſiones, quas ipſa prima gratia, niſi quod
illa ob aliquod dubium per hanc ſecundam reſtau-
39 retur, & augumẽtetur. *Mãdoſ. ad reg. 33. quæſ. 9 n. 4.*
40 Contraria tamen opinio vera eſt, licet enim no-
ua prouiſio titulum pręſuppnnat, à quo dependet,
Rebuff. vbi ſupra num. 1. Verall. deciſ. 249. nu. 1. p. 2.
41 eſt tamen aliquid omnino à priori gratia ſepa-
42 ratum *Rota deciſ. 541. lib. 3. num. 11. part. 3. diuerſ.
Pariſ. de reſig. lib. 7. quæſt. 7 num. 8.* & operatur in fu-
43 turum, non in pręteritum. *Rota diuerſ. deciſ. 633. n.
7. li. 3. par. 3.* & proinde requirit nouam litterarum
expeditionem. *Rota d. deciſ. 541. lib. 13 nu. 17. par. 3.
diuerſ.* & per conſequens diuerſam datam à priori,
adeò vt ſi medio tempore inter vtramque proui-
ſionem, aliquis impetraſſet certo modo Beneficiũ,
ſuper quo cadit noua prouiſio, eſſetque certus mo-
dus vacandi iuſtificatus, ille obtineret contra ha-
bentem nouam prouiſionem, quę non purgat vitia
44 pręterita. *Pariſ. de reſig. lib. 1. quæſt. 3. numer.* 102.
ſecus quando expediretur in vim clauſularũ prio-
ris gratię; videlicet ſi quis impetrans expręſſiſſet
centum, & haberet clauſulam augendi, poterit per
nouam

nouam prouiſionem , in qua faciat maiorem ex-
preſſionem tueri ſe contra impetrantem ob non
expreſſum verum valorem. *Rota deciſ.541. num.9.*
*lib.3.par.3.diuerſ.*Immo etiam poſt ſpolinm huiuſ-
modi nouiter prouiſus eſſet reſtituendus, *Aebil.*
deciſ.107.num.2 Rota deciſ.190.lib.3. num.3.par.3.
*diuerſ.*Contrarium tenuit *Rota coram Creſcen.deciſ.*
7.de reſcript. afferens bonam rationem, quod im-
petrantes poſſent fraudare Datariam non expri-
mendo veros fructus, niſi quando in vim regulæ
45 eſſet ab alio impetratum Beneficium, nec fructus
medio tempore illicitè perceptos poſſidens fecit
ſuos. *Caſſad. deciſ.5. de præben. num.8. Verall.deciſ.*
251.num.1.p.2. Immò omninò eſt nullius roboris,
46 ſi eam petens,& obtinens narrauit ſe poſſeſſorem,
& non fecit mentionem de fructibus malè percep-
tis.*Put.deciſ.23.lib.2.Rota deciſ.11. lib.1. num.3.p.*
*3.diuerſ.*Quod tamen hodie euenire non poteſt,eo
quod Præfectus compoſitionum ſupplicationes
continentes nouas prouiſiones non dimittit,niſi in
ijs expreſſum fuerit fructus fuiſſe perceptos & ex-
preſſa eorum quantitas:ſuper quibus componitur,
vt notat *Put. d. deciſ.23.* vel certæ legatur appoſita
alia clauſula expreſſioni fructuum contraria vide-
licet. Nulla tamèn fructuum perceptione ſubſe-
quuta, &c. vt reddat gratiam impetrantis,ſi con-
tra animi ſui ſententiam mentiatur, ne dum ſub-
reptitiam ob non expreſſionem, ſed obreptitiam
ob malam expreſſionem,& doloſam, quod tamèn
de fructibus temporalibus, non ſpiritualibus in-
terpretandum *Rota deciſ.11.p.3.diuerſ.lib.1.*

Hæc de noua prouiſione quoad hāc diſputationem poſſent ſufficere. Verùm ne ſæpius ad eandem redeamus materiam, reliqua ſubijciemus hic ad nouam prouiſionem ſpectantia, cuius tamen præmittemus formam non quidem illam per *Rebuff.in praxi* exaratam videlicet forma litterarum nouæ prouiſionis,ſed quia Datariam non egredimur formam ſupplicationis.

Placentin.Prouinc.Bononien.

Beatiſſime Pater. Alias perpetuo ſimplici Beneficio Eccleſiaſtico Canonicatu de Monſlora nuncupato inſignis, ſecularis, & Collegiatæ Eccleſiæ S.Mariæ Caſtri Arquati Placentin. Diœceſis Prouinciæ Bononien. tunc per obitum quon..... illius vltimi poſſeſſoris extra Rom. Cur.de menſe Iunii anni Domini M. D. C. XXVIII. defuncti vacante,de illo ſic vacante deuoto S. V. oratori Cęſari Grandino Clerico illarum partium,per Capitulum, & Canonicos eiuſdem Eccleſiæ,tanquam eiuſdem Beneficij ordinarios collatores, eorum ordinaria auctoritate prouiſum fuit poſſeſſione ſubſequuta. Cum autem Pater S. à nonnullis aſſeratur d. Capitulum ſufficienti facultate ad id ſuffultum non fuiſſe, ac propterea,& etiam quia infraſcripta Beneficia tunc obtinebat,prout obtinet, ac certis alijs ex cauſis d. orator dubitet prouiſionem prædictam ac inde ſequuta viribus non ſubſiſtere, Beneficiumque prædictum adhuc eo quo antea vacabat, ſeu alias certo alio modo vacauiſſe & vacare:Supplicat igitur humiliter S.V. d.orator, qui ex dicto Beneficio nullos adhuc fructus percepit, quatenus in præmiſſis opportunè prouiden. ſibique qui perpetuum ſimplex Beneficium Eccleſiaſticum præbendam S. Vrbani nuncupatum inſimul cum ſupradicto Beneficio abſque diſpenſatione Apoſtolica obtineri ſolitum,cuius fruct.xv. nec non ex diſpenſatione Apoſtolica Manſionariam S.Antonii in Eadem Eccleſia,quæ etiam Parochialis exiſtit, cura Parochianorum incumbit animarum obtinet ſpecialem gratiam facien. Beneficiū prædictum,cuius, & illi forſan annexi fructus duc. xiv. ducatorum auri de Camera ſe: co: ex va: an: non excedunt, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuſcumque perſona, ſeu per liberam reſignationem d.defuncti, vel cuiuſuis alterius de illo in Romana Curia, vel extra eam etiā coram Notario publico,& teſtibus ſponte factam, aut aſſecutionem, &c. vacet,etiam ſi deuolutum, litigioſum, cuius litis ſtatum, &c. exiſtat eidem oratori conferre, & de illo etiam prouidere dignemini de gratia ſpeciali.Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis dictæque Eccleſię etiam iuramento roboratis,ſtatutis,priuilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis illi, &c.conceſſis,&c.quibus omnibus,&c.latiſſime hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogare placeat, cæteriſque contrariis quibuſcunque cum clauſulis opportunis.

Secunda pars ſupplicationis nouæ prouiſionis.

Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum, &c. & quod d. Oratoris diſpen. moduſque, & alterius d.Beneficij vacationis modus,nec non lites,& cauſæ ſi quę ſint ſtatum, & merita, nominaque, & cognomina Iudicum, & collitig. eorumque, ac d. defuncti,& oratoris,aliorumque quorumcumque cōceſſiones,prouiſiones,poſſeſſiones aliaque iura, & tituli etiam nulli,& infecti,etiam proprij tituli,ac lites,& poſſeſſiones habeantur pro expreſſis,ſeu in toto, vel in parte exprimi poſſint in litteris, & de prouiſione d. Beneficii pro eodem oratore cum gratificatione opportuna, quatenus illi locus ſit, Ita quod litterę deſuper in forma nouę prouiſionis gratioſę ſurrogationis,etiam quo ad poſſeſſionem, gratię ſi neutri, ſi nulli, ſi alteri, perinde, & etiam valere ſimul, vel ad partem expediri poſſint, & cū derogatione regulæ de annali poſſeſſore quo ad primam eius partem, nec non iuriſpatronatus, quatenus de illo exiſtat, quod diſpoſitiue exprimi poſſit in litteris videlicet ſi Laicorum tantum, etiā nobilium, & illuſtrium, eiſque ex fundatione, vel dotatione competat pro medietate,ſeu ſi illorum, & clericorum mixtim, ſeu clericorum tantum, aut litigioſum, vel deuolutum ſit in totum in litteris latiſſimè exten. & quod pręmiſſorum omnium, & ſingulorum,etiam denominationum,qualitatum, nuncupationum, inuocationum, annexorum fructuum, &c. etiam augen. vel minuen. aliorumque neceſſariorum maior, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in litteris.

Commiſſio, & Reſtrictiua appoſita per Datariam.

Et committatur in forma dignum nouiſſima, & citra approbationem Iuriſpatronatus, & cum decreto, quod d. orator infra duos menſes proximos ſupradictam Manſionariā in manibus Rom. Pont. cum ſpecifica mētione pręſentis decreti libere dimittere omnino teneatur alioquin, tam illa quam

„ alia Beneficia ſupradicta vacent eo ipſo, ita vt, de
„ illis per Sedem Apoſtolicam dumtaxat diſponi
„ poſſit, ac irritum, &c. latiſſime exten.

Interpretanda hic eſſet adamuſſim integra no-
uæ prouiſionis præmiſſæ forma, prout formam lit-
terarum interpretatur *Rebuff. in praxi tit. de noua
prou.* verum quia multa coincidunt cum forma
ſimplicis prouiſionis, quam exhibebimus, & inter-
pretabimur par. 2. in præſentiarum tangemus ea
ſolummodo, quæ in ſupplicatione pro noua proui-
ſione ſunt ſpecialia, quorum Primum eſt, quod im-
petrans nouam prouiſionem debet eſſe dubius de
inualiditate prouiſionis primę, vt notant illa verba
ſupplicationis. Orator dubitet prouiſionem præ-
49 dictam, ac inde ſequuta iuribus non ſubſiſtere, &c.
Mandoſ. ad reg. 33. quæſt. 9. n. 2. in fin. & ſufficit leuis
dubietas. *Rebuff. in praxi, tit. de noua prouiſione nu. 2.*
Et omni dubietate ceſſante, non videtur eſſe locus
nouæ prouiſioni: quod tamen indiget diſtinctione;
50 nàm ſi dubietas non admittatur, ideò quia prima
prouiſio eſt euidenter valida, vt de illius validita-
te probabiliter dubitari non debeat, & hoc caſu
nihilominus datur noua prouiſio ad maiorem ſe-
curitatem *Rebuff. vbi ſupra num. 3.* Si vero dubietas
probabilis non ſit eo, quia prior prouiſio ſit euidē-
ter nulla ex defectu intentionis prouidentis, qui
prouidit. V. G. vti de ſimplici, & illud poſtea repe-
riatur curatum tùnc non eſt locus nouæ prouiſio-
ni. Nec ſuppletur defectus per clauſulam, *Et quod
51 præmiſſorum omnium, & ſingulorum, etiam denomi-
nationum, qualitatum, &c. Put. deciſ. 300. lib. 1.* Niſi
impetrans haberet aliam clauſulam, quod poſſit
exprimere qualitates etiam inſectiuas, & annulla-
tiuas. *Achil. deciſ. 325. num. 4.* illa enim compræ-
hendit quācumque nullitatem, etiam in qua requi-
reretur diſpenſatio. *Idem Achil. deciſ. 270.* Quod
52 tamèn mihi videtur valdè arduum; nàm ſi plura
obſtant, omnia exprimi debent ad effectum vt ſe-
cunda gratia ſuſtineatur, ſiue diſpenſatio in ea cō-
tenta *Rota deciſ. 853. num. 4. par. 4. diuerſ.* vbi quod
diſpoſitio loquens in caſu ſimplici non habet lo-
cum eo ipſo, quod illi ſimplicitati aliquid additur,
& nos infra *fuſius oſtendemus acturi de diſpenſatio-
nibus lib. 3.* Derogatio enim quantumuis inſolitis
clauſulis concepta non egreditur terminos dero-
gationis ſpecificæ vt dixit *Rota deciſ. 468. num. fin.
par. 1. diuerſ.* nam ſi plura quæ obſtant ſunt penitus
ſeparata, & ſingula de per ſe conſtituunt diſtinctā
ſubſtantiam, vnde ne inducatur defectus ſubſtantiæ
omnia, & ſingula ſunt exprimenda. *Feliu. in c. 2. nu.
50 de reſcript. Rota deciſ. 158. num. 6. part. 1. recent.*
Neque huic difficultati occurritur per diſtinctio-
nem, quam affert *d. deciſ. 270. Achillis*, videlicet
prædicta procedere in confirmatione, non autem
in noua prouiſione, in qua intrant omnia dicta per
Sarnen. quæſt. 19. in reg. de ſubrogan. nam primo qui-
dem ſupra in principio quæſtionis firmauimus no-
nam prouiſionem eſſe confirmationem gratiæ prę-
cedentis; deinde *Sarnen. d. quæſt. 19.* quæ ſatis proli-
xa eſt, nihil affert, quod corroboret hanc conclu-
ſionem, vt patet legenti. Nec ſuffragatur, quod ſub-
dit eadem deciſ. 270. attentis clauſulis nouæ pro-
uiſionis, omnia poſſe latiſſime extendi iuxta *Caſ-
ſad. deciſ. 38. ſuper reg.* Verum hæc deciſio huic con-
cluſioni nō applicatur, loquitur enim An in dero-
gatione regulatū, & diſpoſitionum iuris; & diſtin-
guit, vel regula, cui prætenditur per gratiam dero-
gatum etiam ſi hoc non fuerit expreſſum & in cor-
pore iuris, vel extra, priori ſemper cenſetur dero-
gatum, alteri non, in qua datur probabilis ignoran-
tia, vt ibi num. 11. quæ diſtinctio, licet vera, tamen,
vt dixi, præſenti concluſioni non applicatur, quæ
eſt vtrum omnia obſiſtentia de facto debeant ex-
primi; & exprimenda dicebam. Et concluſionem
illam omnia, ſub clauſulis latiſſimè poſſe extendi,
interpretandam de iis, quæ de iure ſub dictis clau-
ſulis compræhenduntur, per extenſionem, & veriſi-
milem mentem diſponentis: non autem ea, de qui-
bus veriſimiliter non cogitarunt conceden. *Gonza.
le z. Gloſ. 36. nu. 64. & 67.* hinc ſub hac clauſula non
poterit extendi cura, ſi illa diſpoſitiuè expreſſa nō
fuerit *Mandoſ. de litt. Grat. tit. nouæ prouiſionis. verſ.
at ſi in clauſulis*, qui tamen perperam ſubdit, hoc
procedere in prouiſione, non autem in noua pro-
uiſione: quia vtriuſque eſt par ratio, nec ipſe vllam
aſſignat differentiam, & proinde quia vnæ clauſu-
læ continent vnam derogationem, & alię aliam.
53 Dataria non admittit omnes clauſulas per Copi-
ſtas ſiue Sollicitatores ſupplicationibus appoſi-
tas, ſed plurimæ illarum delentur in ſpecie in ſup-
plicatione nouæ prouiſionis, ſolet apponi in parte
diſpoſitiua clauſula. *Etiamſi affect. ſpecialiter, vel
alias ex qua vis cauſa in litteris, ſi videbitur, etiam di-
ſpoſitiuè exprimen. generaliter reſeruatū, &c.* in clau-
ſulis vero hæc alia. *Etiam ſi ex illo quauis generalis
reſeruatio, etiam in corpore iuris clauſa reſultet, &c.*
Quę ambę clauſulæ à reuiſoribus delentur in nouis
prouiſionibus, quod fruſtra fieret, ſi ſub clauſulis
generalibus omnia poſſent extendi in litteris, quę
ad validitatem gratię conducerent.
54 Hic patet clauſulam illam, *ac propterea, & certis
alijs de cauſis orator dubitet, &c.* non compręhendè-
re quamcumque nullitatem, ſed ſolum expreſſam,
ſeù illi ſimilem, non autem diſſimilem, & quę ad
eandem nullitatis ſpeciem reduci non valeat, ni-
hil enim amplius importat pronomen alijs, &c.
quam ſimilitudinem qualitatum pręcedentium *c.
fin. in princip. De pact. in 6. l. ſi fugitiui*, vbi *Gloſ. Cod. de
ſer fugi: Barbat. in ſæpius alleg. conſ. 33. lib. 2.*

Verum concluſioni illi, quod petens nouam
prouiſionem debeat habere probabilitatem dubi-
tandi de validitate primæ prouiſionis, ita vt non
ſit apparenter nulla, contrariare videtur, altera ex
cauſis in ſupplicatione expreſſis, propter quas pe-
tita fuit noua prouiſio, harum prima eſt. *Quod à
nonnullis aſſerebatur Capitulum ſufficienti facultate ad
conferendum ſuffultum non fuiſſe, &c.* Et in hac cauſa
cadit probabilis dubietas nullitatis, ſiue validita-
55 tis altera eſt: *quia petens nouam prouiſionem de tem-
pore collationis factæ à Capitulo plura beneficia tunc
obtinebat, & de præſenti obtinet, &c.* Hęc ſecunda
cauſa non videtur poſſe admittere dubietatem pro
nullitate collationis Capituli, quando obtinenti
duo licet inſufficientia, non poteſt conferre ter-
tium, vt ſępius declarauit Congregatio Illuſtriſſi-
morum Concilij Trid. Interpretum ad ſeſſ. 24. cap.
17. quarum declarationum ſeriem habes apud
Garziam par. 11. cap. 5. §. 3. num. 310.

Et li-

Et licet ex eo, quod inferior collator non poſſit conferre tertium habenti duo, non poſſit ſine controuerſia inferri, collationem tertij eſſe nullam,
56 cum poſſit dici vacare duo priora ad *textum in cap. de multa de præbend. &c. ſi plures de præbend in 6.* & ſic poſtremam collationem ſuſtineri, tamen ſi inferior collator non decernit vacare priora, eſt nulla collatio: quia cenſetur contuliſſe ad retentionem. *Garzias vbi ſupra num. 311.* & tunc huiuſmodi prouiſus cadit omnibus ex diſpoſitione d. c. de multa ibiſi vtrumque retinere præſumpſerit, quæ præſumptio oritur ex pacifica poſſeſſione, *Gloſ. in d. Clement. ſi plures in verbo vacare*: quæ iura licet loquantur in dignitatibus perſonatibus, ſiue curatis applicantur, tamen hodiè cuicumque Beneficiorum pluralitati ob diſpoſitionem *Concilij Trid. d. cap. 17.* quod induxit ſimilem incompatibilitatem ob plura ſimplicia, quam prius induxerant in dignitatib. perſonatibus, & Curatis *dd. cap. de multa, & c. ſi plures*. Ratio autèm cur collatio ſecundi facta habenti vnum, non ſit nulla, ſed vacet primum, collatio vero facta de tertio habenti duo ſit ipſo iurè nulla, redditur per *Gloſ. in d. cap. Ordinarij verbo nullius*. Ideo videlicet, quod obtinens vnum non eſt de iure inhabilis ad obtinendum ſecundum, obtinens vero duo, tanquàm ſpretor canonum eſt inhabilis; & certum eſt ob inhabilitatem impetrantis collationem eſſe nullam: *Gloſ. in c. ſuper inordinata de præbend.* vbi *Abb. n. 3.* Ex quibus patet Reuiſores Datariæ hallucinatos fuiſſe, cùm admiſerint cauſam in noua prouiſione, quæ dubietatem non admittebat, vndè, vel danda eſt prouiſio ex integro, vt videmus ſeruari in prouiſionibus Ordinariorum cum penſione, quam cum reſeruare ſaltem perpetuam non valeant; apponunt decretum, quod prouiſus teneatur expedire nouam prouiſionem, quā tamèn Dataria non admittit; ſed quia prouiſio Ordinarij cum conditione penſionis, eſt euidentet nulla prouider ex integro per obitum; vel ſi lapſum tempus ex deuoluto, quamuis enim in noua prouiſione exprimi poſſint plures cauſæ, ob quas petitur, tamèn omnes, vt oſtenſum debent admittere dubietatem, & omnes debent exprimi, non tamen illæ, quæ de ſui natura inſunt, vt ſi quis expreſſerit Beneficium regulare, non tamen dixerit manuale; quia de iure Beneficia regularia manualia ſunt; & ideo expreſſio huiuſmodi non eſt neceſſaria. *Caſſad. deciſ. 12. nu. 9. de præbendis*, & hoc bene non ta-
57 men quod dicit *idem num. 3. & ſeqq.* nempe quod
58 expreſſa collegialitate alicuius Eccleſiæ, quæ etiā Parochialis ſit non debeat neceſſario exprimi Parochialitas, ſed ſufficiat expreſſio dignioris, quæ minus dignum abſorbeat, hoc inquam non videtur admittendum; nam cum cura Parochialis penitus diſtincta ſit à cura Collegij, & diuerſa; ad hanc non dum ex diſpoſitione Conc. Trid. ſed etiam de iure requirantur qualitates, expreſſio vnius non poteſt continere expreſſionem alterius, ſed vtrinſque facienda mentio ad textum expreſſum *in Clem. 1. de præbend.* quem perperam *Caſſad. num. 6.* dicit ſolùm requirere expreſſionem per æquipollens, vt liquet ex verbis ipſius textus, quæ ſunt. *Si dignitatem habenti de alia prouideri mandemus, diſpenſantes cum eo, vt ſimul vtraque valeat retinere de animarum cura; quæ illis, vel alteri imminet non habita mentione gratia huiuſmodi velut ſurreptitia nullius penitus eſt momenti*. Quæ verba ſatis indicant faciendam eſſe mentionem curæ animarum, non per ambages, aut æquipollens, ſed explicitè, & proprio vocabulo; vt ſatis indicant ſequentia textus verba. *Quemquàm confectis ſuper ea litteris ſit inſertum, quod animarum cura (ſi dignitatibus ipſis, vel alteri earum immineat) nullatenus negligatur.* Per quam reſtrictiuam quamuis Papa concedens oſtendat cogitaſſe de Parochialitate, & animarum cura, non tamen ſuppletur eius expreſſio per Collegialitatem, ex quo colligitur, Parochialitatem, & animarum curam conſiderari primo, & principaliter collegialitatem, ſecundario; contra ac aſſerit *Caſſad.* quod adeo verum eſt, vt retinens dignitatem in Collegio quod curatum non eſt, cum curata non cadat in pœnam extrauag. execrabilis de præbendis. *Garzias part. 11. cap. 5. nu. 25.* nam plura requiruntur ad curam animarum, quam ad dignitatem in Collegio præſertim non inſigni, de quibus late per *Garziam part. 1. cap. 6. num. 4. & par. 3. cap. 4. num. 70.* quæ non ſunt repetenda. Et hoc verum tàm in litteris impetratis, quàm impetrandis.

Nunc redeamus ad clauſulam nouam prouiſionis, *Fructus etiam augen. vel minuen aliorumque neceſſariorum maior, & verior ſpecificatio fieri poſſit in*
59 *litteris; &c.* quæ clauſula licet non ſit adeo propria nouæ prouiſioni, vt alijs etiam gratijs non apponatur, tamen quia non ſemper, & omnibus, ac integrè ideò hic examinanda *Rebuff. in praxi ad 3. par. ſignaturæ §.* Etiam in hac ſignatura ſolet apponi clauſula de augendo, & minuendo, &c. dicit de ſtylo Curiæ in vim huius clauſulæ poſſe augeri fructus ad tertiam partem, ſi vero clauſulæ ſupradictę iuncta ſit alia clauſula: *Aliorumque maior, & verior ſpecificatio fieri poſſit in litteris*, tunc poſſe etiam fructus extendere vltra tertiam. Verum hæ duæ clauſulæ nunquam ſeparantur, & vna eſt pars alterius; adeò vt ſi clauſula Augen. vel minuen. legeretur cæterata, poſſet extendi pro vt reliquæ clauſulæ cęteratæ extenduntur, in litteris ad tradita per *Felin. in cap. cum P. Tabellio de fid. inſtr. Mantuc. de tac. & ambig. tit. 10. num. 10.* vel certe vt placuit Rotæ in Tullen. Penſionis 22. Iun. 1609 coram Attrebaten. clauſula, & quod maior, &c. non refertur ad expreſſionem fructuum, ſed ad annexa, vnde ſi extenſio fieri non poteſt vltra tertiam partem in vim prioris clauſulæ, nec poterit quidem in vim ſecundæ, ſed omnis extenſio reſtringetur ad tertiam partem de ſtylo conceſſam, & ſi vltra eam ſummam facienda ſit, non poterit fieri in vim clauſularum, ſed impetranda erit gratia perinde valere, ſiue reformatio, de quibus infra dicemus.

60 Dixi modo clauſulam augendi, vel minuendi non apponi omnibus ſupplicationibus, in impetratione enim ſimplici ex obitu ſolet deleri gerundium augendi; nam vt ſupra diximus cap. 1. nu. 8. Datarius abſque participatione Papæ ſignat per conceſſum ſupplicationes Beneficiorum vacantium in menſibus reſeruatis, quorum fructus non excedunt ducat. 10. auri de Camera, & ſi beneficium exptimatur ad 15. Signatura fiet per fiat non per conceſſum, quo caſu æquum non eſt, vt

appoſitione clauſulæ augeo, extendatur facultas
non tributa,& hoc non ſolum ſibi vendicat locum
in ſignatura per conceſſum, ſed etiam in ſignatura
per fiat: quia Papa vult quandoque concedere Be-
neficium alicui, cuius fructus centum, non autem
cuius 150. ita vice verſa,in reſignatione cum pen-
ſione, in qua exprimuntur fructus per aſcenſum
deletur clauſula minuendi: nam ſi fructus exempli
cauſa exprimantur 200.Eccleſię Parochialis & re-
ſeruetur penſio 100. delenda erit clauſula minuē-
di,ne reducamus fructus ad eam ſummam, vt non
remaneant centum pro Rectore requiſita per *Cōc.
Trid ſeſſ.24.cap.13.* ex quibus patet non ſubſiſtere,
quod inquit *Rebuff. loco allegato num.* 5. clauſulam
de augendo, & minuendo eſſe correlatiuam, &
vtroque caſu operari debere: quia datur caſus, in
quo non permittitur augmentum, & caſus, in quo
non permittitur diminutio, & plane falſum eſt,
quod ſubdit,officiales Romanos non pati diminu-
tionem, ſiue detractionem eò quia minuendo de-
trahatur iuri ipſorum, puta ſi quis in ſupplicatione
expreſſerit fructus 24. non poterit exprimere in
litteris 16. dictum enim falſum eſt, & ratio falſa,
ratio quidem quia ex huiuſmodi mutatione nullū
infertur præiudicium vlli ex officialibus Cancella-
riæ, quorum emolumenta conſiſtunt, vel in per-
ceptione mediæ annatæ, vel in perceptione ta-
xæ, annata pro Beneficio, cuius fructus 24.
non ſoluitur: vnde nihil intereſt, an exprimatur
ad ſexdecim, ſiue ad 24. quo ad annatam, quo ad
taxam ſimiliter illa per ſimilem mutationem non
variatur,nam ſiue Beneficium exprimatur 24.ſiue
16. ſiue 80. ſemper reſpectu ſummæ, taxa eſt ea-
dem, nempe groſſorum 20. conſtituentium olim
duos florenos auri, hodie duos ducatos de Came-
ra, & ſi Beneficium excedat centum, tunc pro ſin-
gulo centenario augetur taxa ad groſſos duos, vi-
delicet duos de vnces ducati auri de Camera, &
ſic falſum eſt etiam, quod ſubdit *Rebuff. num.* 7. ſi
expreſſum fuerit in ſupplicatione 30. non poſſe in
litteris fieri expreſſionem 24. eò quod pro 30. ſol-
uatur annata, pro 24. non ſoluatur: quia licet ſit
vera ratio,dictum eſt falſum: nam Cancellaria ex-
pedit omnem ſupplicationem diminuentem ſuam
gratiam,eo quia præſumatur,quod Papa, qui con-
ceſſit plus, in quo continetur minus, illud conceſ-
ſerit multo magis; *argumento l. ſi quis cum totum ff.
de except. rei iud.* & ſic diminutio fieri poteſt quan-
documque, & pro quacumque ſumma; quando pro
vt in ſimplici impetratione per obitum valor ex-
primitur per non exceſſum, quo caſu verificatur
expreſſio in qualibet ſumma minore. Vt dixit ſæ-
pius Rota ſignātet in Segobien. Penſionis 15. Mar-
tii 1602. coram Iuſto. In probando valore expreſſo
in gratia negatiue per non exceſſum. Rota ſolet eſ-
ſe contenta minus plena probatione; quia non
exceſſus eo ipſo præſumitur de iure, niſi probetur
exceſſus, neque poteſt conſiderari ſubreptio. *Bel-
lam. deciſ.* 682. ſecus eſt ſi exprimitur affirmatiuè
61 per aſcenſum: quia tùnc plena requiritur proba-
tio,& ità intelligitur *d. deciſ. Bellamer.* vt per *Mohed.
deciſ.* 148. alias 3. de teſtibus. & coram bo. me Car.
Lancellotto in Cluſina Penſionis 9. Decemb. 1572.
& coram Illuſtriſ. Blanchetto in Pampilonen Be-
neficii 17. Maii 1577. & coram bon. me. Lauretano
in Toletana Quintæ partis 21. Februar. 1585. quo-
niàm qui negat habet de iure fundatam ſuam in-
tentionem; vt dicitur in d. Toletana, & contrarium
eſt exacte probandum, &c. quod tamèn intelligen-
dum niſi expreſſio huiuſmodi eſſet fundamentum
gratiæ: quia tùnc non exceſſus eſſet plene, & con-
cludenter probandus, vt diſtinguunt *Ægid. deciſ.
76. nu. 6. Creſcen. deciſ. 202. Put. deciſ. 10. lib. 3.* adeò
ſi exprimens Beneficium non excedere 100. pro-
bauerit affirmatiuè aſcenſum, non probauit valo-
rem narratum. *Seraphin. deciſ. 1017. nu. 5. Rota deciſ.
186. num. 3. & 5 & deciſ. 443. ſub nu. 1. par. 2. recent.*
& in Brixien. Paroch. 15. Decemb. 1623. & Fanen.
Beneficij 28. Iunii 1624. coram bo. me. *F. Vbaldo.*

Verum hoc non facit ad rem noſtram, quia ver-
ſamur in expreſſione minori in litteris, quam fue-
rit facta in ſupplicatione, quæ vt eſt minor gratia:
ita expedienda à Cancellaria non obſtante quo-
cumque illius intereſſe, quod ex narratiua bulla-
rum non ſupplicationis metimur, adeo vt neceſſe
non ſit expedire omnes gratias, ſi plures in vna, &
eadem ſupplicatione contineantur: Sed poterit ex-
pediri vna, & altera non expediri. *Rot deciſ. 617. n.
4. p. 1. recent.* & in Nouarien. Beneficij 5. Iulii 1610.
coram Reueſendiſs. D. Coccino Decano videlicet.
" In hoc dubio, An Ioanni Baptiſtæ eſſet danda im-
" miſſio vigore ſubrogationis gratioſæ. DD. non du-
" bitarunt, quod ipſe potuerit expedire ſubrogatio-
" nem gratioſam ad partes etiam poſtquàm expe-
" diuit gratiam principalem cum inſertione ſubro-
" gationis gratioſæ. Quia licet Pariſius videatur
" dicere contrarium *in conſ. 77. lib. 4. & Antiq. Gloſſ.
" regula Cancellariæ Gl.* 8. prout etiam illos allegan-
" do in cauſa Hiſpalen. Penſionis 23. Ianuarii 1572.
" coram D. Card. Lancellotto & poſtea in Giennen.
" Præſtimonii 15. Februarii 1593. coram Illuſtriſs.
" Blanchetto. Tamen eſt aduertendum, quod Pariſ.
" loquitur in gratiis cōtrariis, & Gloſſator antiquus
" loquitur in aliis terminis, & ita ſunt intelligendæ
" præcitatæ deciſiones. In caſu autem iſto gratiæ
" non ſunt contrariæ ſed diuerſæ, & ideo plures po-
" tuerunt expediri ſuper eadem ſupplicatione; vt eſt
" deciſio Quiriguæ in cauſa Cordubē. Cantoriæ 17.
" Martii 1557. quam refert, & ſequitur *Paleott. dec.*
" 59. & conſultis etiam DD. de parco, ita tenuit Ro-
" ta in cauſa Valliſoletana Scolaſtriæ 17. Iun. 1602.
" coram R.P.D. Lancellotto, &c.

Et non ſolum in materia gratioſæ ſurrogationis
poſſunt expediri plures bullæ ſuper vna ſupplica-
tione, ſed in quacumque alia, nempè in omnibus
gratiis in ſupplicatione expreſſis. Perinde & etiam
valere, ſi neutri, & ſimilibus. Et quotidiè contingit
in regreſſu reſeruato reſignanti, qui licet in ſuppli-
catione exprimatur, non tamèn ſolet extendi in lit-
62 teris, ſed ſi eo vti contigerit ſolet expediri ad par-
tes: Abbreuiatores enim ſolum inuigilant, ne quid
litteris inferatur, in ſupplicatione non contentum,
non autem cogunt partes inſerere litteris omnia
in ſupplicatione contenta. Hoc tamen aduerten-
dum, quod Abbreuiatores pro ſingulis bullis ſolent
dimittere parti ex taxa groſſos quinque, hoc eſt ſe-
miducatum de Camera; qui antiquitus pendebat
groſſis, hoc eſt argenteis paulinis decem, & notatur
huiuſ-

huiuſmodi dimiſſio in calce bullarum hac nota ℞*v*. Quam dimiſſionem non faciunt, niſi omnes gratiæ in ſupplicatione expreſſæ expediantur in litteris, vel taxa non integrè perſoluatur, nam tunc nihil dimittunt parti; quod notant hac alia notula ℞*y*. quę importat idem ac diceret dimiſſum nihil. Et hinc eſt quod ſcriptoribus pro taxanda bulla non offertur ſupplicatio; quia ſemper recipiunt integram taxam, ſed ſolis Abbreuiatoribus, vt ipſi poſſint videre vtrùm omnes gratiæ expreſſę in ſupplicatione contineantur in bulla: quia dimiſſionẽ illam facere non tenentur, niſi expediantur omnes gratiæ, & bulla fuerit integre taxata. Quod cum vt vidimus, neceſſarium non ſit, poſſunt aliquæ gratiæ omitti, & aliæ expediri, & per conſequens expedirĩ diuerſæ bullæ ſuper eadem ſupplicatione vno, ſiue diuerſo tempore, quemadmodum plures ſupplica-
4 tiones poſſunt expediri ſub vna bulla. *Rebuff. in 3. p. ſignaturæ. verſ. etiam in hac ſignatura n. 1 t.* qui tamen in eo hallucinatur, quod dicat hoc fieri poſſe etiam ſi ſupplicationes ſint diuerſæ datę: nam hoc eſt impoſſibile, cum vna bulla non poſſit continere duas datas, & non eſt maior ratio, quod attendatur, data vnius ſupplicationis, quam alterius, cum omnes gratiæ, quamuis inter ſe maiores, & minores ſint æque perfectæ in genere ſuo, nec magis, & minus faciat differre ſpeciem *l. vlt. de fund. inſtr.* bene verum eſt, quod ſubdit idem *Rebuff.* quod bulla conuenire debet ſignaturæ, hoc eſt quod ſupplicationes iſtæ diuerſæ ſint eiuſdem ſpeciei, videlicet, quod omnes per obitum, vel omnes ex reſignatione, licet diuerſarum perſonarum, & beneficiorum; nàm vacatio vnius Beneficij ex obitu, & alterius ex reſignatione in vnica bulla capi non poteſt.
5 Notat ſimiliter *Rebuff.* quod cuiuſque valor ſeparatim exprimitur. Ita de iure quidem faciendum eſſet, præſertim ſi reſeruetur in prouiſione plurium Beneficiorum penſio, quæ proportionabiliter reſeruata cenſetur pro qualitate ſingulorum Beneficiorum, vt dicemus lib. 3. ſed tamèn quando incidit vacatio plurium vnius diæceſis, non ſolent ſingulorum Beneficiorum exprimi valores, ſed vnica expreſſione videlicet, quorum inſimul fructus 24. &c. quando verò ſunt Beneficia diuerſarum diæceſium, tunc vtriuſq; exprimitur valor ſeparatim. Ego ſi officium Reuiſoris agerem vtroque caſu vtriuſque diſtinctam expreſſionem valoris requirerem. Non tamèn Beneficiorum vnitorum quam niſi in ipſa vnione, vt per *Rebuff. in praxi tit. de vnion. gl. 8.* nam vnitum beneficium non eſt amplius beneficium ſeparatum, ſed amiſſa propria induit naturam eius cui vnitur. *Rota deciſ. 2. de Exceſſ. prælat. Caſſad. deciſ. 3. n. 1. de Iud. Cald. conſ. fin. de reb. Eccleſ.* vnde ſi nulla poteſt conſiderari diſtinctio beneficiorum, nec fructuum erit diſtinctio *Oldrad. conſil. 257. Sarnen. in reg. de Trien. quæſt. 8.*

In Cancellaria vero quando expediuntur ſub vna bulla plures ſupplicationes ſuper impetrationibus diuerſarum diæceſium, non ſolent diſtingui fructus ſingulorum beneficiorum, ſed dici, quorum inſimul 24. licet fructus in ſingulis ſupplicationibus diſtinctè exprimantur, & hoc vt euitetur ſolutio annatæ: quę pro ſingulo Beneficio, licet non eſſet debita, debetetur tamèn ex coniunctione, & propter ſummam. In qua re neſcirem ſane iudicare vtrum rectè faciant Abbreuiatores, eorumque ſubſtituti nec ne; nàm prima fronte videtur committi fraus in præiudicium annatiſtatum, vt patebit exemplo. Petrus impetrauit vnum Squillacen. cuius fructus vij. alterum Aquilan. cuius ix. tertium Placentin. cuius viij. quartum Paduan. cuius ix. & quidem ſingula in ſingulis ſupplicationibus, valor omnium ſimul iunctus eſt duc. 35. pro qua expreſſione quia ſoluenda eſſet annata, vt vitetur ſolutio fit expreſſio omnium ad 24. quia vix poterit eſſe locus impetrationi ex regula de exprimendo vero valore, attento quod impetrans duram habebit prouinciam probandi valorem ſingulorum. Ex oppoſito non videtur eſſe locus fraudi, quia pro ſingulo beneficio non debetur annata, ergo neque videtur debita, ſi ſimul iungantur. Et cum impetrans reduxerit plures ſupplicationes ſub eadem data, vt euitet expenſas plurium bullarum, non eſt grauandus ſolutione annatæ: quod in idem incideret. Nihilominus qui cautius agere volunt. Si habeant ſupplicationes, vel vnam plurium beneficiorum, quorum valor excedit 24. diuidunt titulos, ſiue inuocationes bifariam, ſiue trifariam, expediuntque duas, vel tres bullas, in quarum nulla valor exprimitur vltra 24. & ſic neque Cancellariæ, neque Annatiſtis fit iniuria, & ipſe impetrans parcit ſumptibus, quia minus exponitur in taxa, quam annata.

66 Redeamus ad valorem, quem diximus exprimi aliquando per non exceſſum, de quo ſatis hactenus aliquando per aſcenſum. Per non exceſſum exprimitur in omnibus impetrationibus ex capite vacationis; videlicet per obitum, ſiue alio certo modo quocumque, etiam in reſignationibus ſimplicibus, & hoc præciſe requiritur ex regula De vero valore, &c. nam ſi fructus exprimerentur per aſcenſum, nō poſſet in hac expreſſione cauſari ſubreptio, quia qui fatetur aſcendere fructus ad 24, non fatetur eos, dictam ſummam non excedere, & proindè, vt locus poſſit eſſe regulæ, expreſſio debet fieri per non exceſſum; nempe per negatiuam vlterioris ſummæ, nam ſi valor huiuſmodi probandus eſſet, & teſtes deponerent per aſcenſum, non probarent valorem narratum negatiue per non exceſſum, vt me pro hâc parte ſcribente dixit Rota in Fanen. Beneficii 28. Iunii 1624. coram *F. Vbaldo*.
„ Matthæus prouiſus, &c. Verum quia, vt ſupra di-
„ ctum eſt fuit narratus valor beneficii per non exceſ-
„ ſum in 100. ducat. hæc narratiua non videbatur
„ DD. iuſtificata. Nam ex duobus teſtibus pro Mat-
„ thæo examinatis, primus deponit de redditibus
„ cuiuſdam prædii quo ad certam quantitatem, gra-
„ ni, vini, & olei. & de valore nihil penitus dicit. Se-
„ cundus vero poſt ſimilem depoſitionem circa red-
„ ditus ſubiicit; *Può rendere detta Capellania l'anno*
„ *ſcui. 80. più, ę meno*, licet hæc verba ſint in vltimo
„ Summario omiſſa. Et in omnem euentum teſtis
„ deponens affirmatiue per aſcenſum, non probat
„ valorem narratum negatiuè per non exceſſum.
„ *Seraph. deciſ. 1017. num. 5. Rota deciſ. 186. num. 3. &*
„ *5. & deciſ. 443. ſub num. 1. verſ. nihilominus p. 2. recent.*
„ fuit dictum in Brixien. Parochialis 15. Decembris
„ præteriti coram me. Et licet deponat de publica

voce,

„ voce, & fama, tamen deponunt per verbum eſt:
„ non autem fuit, & eſt, ideo nihil faciunt. *Verall.*
„ *deciſ 9.par. 2.Rota deciſ.498. num.*12. coram Greg.
„ XV. quæ eſt *deciſ.335.ſub num.5.par.2.recent.&c.*

Per aſcenſum vero exprimitur valor in omnibus reſignationibus, & ceſſionibus cum penſione quia cum Conc.Trid.ſeſſ.25.c.13.requirat, vt remaneant mille pro Epiſcopo, & centum pro Rectore, & in dignitatibus, & Canonicatibus Dataria non admittat reſignationes, niſi concurrant duo, primum quod reſignanti remaneant vnde commode viuere poſſit, & reſignatario tantum obueniat, vt dignitatem cum decore ſuſtinere valeat, nam licet detur
67 caſus. quo reſignatarius ſit diues, adeo vt dignitatem honorificè ſuſtinere valeat, non ex Eccleſiæ prouentu, ſed ex patrimonij reditu, nihilominus Dataria cogitat caſum, quo reſignatarius decederet penſionario ſuperſtite, & dignitas, ſiue Canonicatus eſſet conferendus idoneo, ſed pauperi, ideo requirit ne penſione, fructus dignitatis, ſiue Canonicatus exhauriantur, ne videlicet Dataria aſtringatur conferre diuiti minus habili, quam pauperi valdè idoneo, & ideo requirit expreſſionem valoris per aſcenſum, vt in Lucana Penſionis 29 Nouem-
„ bris 1619. coram D. Pirouano. Dubitatum fuit an
„ valor Beneficii, de quo agitur, quod negatiue per
„ DD. fuit reſolutum: quia legitur narratus affirma-
„ tiuè per aſcenſum ducatorum 220. quæ narratiua
„ cum fuerit fundamentum gratiæ reſeruationis, ex
„ quo Papa, niſi fuiſſet certus de valore non poterat
„ moueri ad tantam penſionem reſeruandam, debet
„ concludenter probari. *Card. Seraph. deciſ.*1009.*n.*2.
„ & in cauſa Hiſpalen. coram me idem fuit dictum,
„ in qua aliæ deciſiones referuntur in nouiter impreſ-
„ ſis *deciſ.*444.*n* 1. *par.*2. quæ fuit confirmata 1. Iu-
„ lij 1613. me adhuc proponente, &c.

Et vltra deciſiones allegatas in *d.deciſ.*444.*p.*2. *recent.ſub n.* 2. idem tenuit Rota in Aſculana Penſionis 28. Iunij 1593. coram Orano, & in Rauennaten. Penſionis 20. Iunii 1597 coram *Litta.*

Cætera, quæ ad probationem valoris faciunt, trademus capite ſequenti, vbi explicabimus, formam ſimplicis impetrationis. Nunc reuertamur ad nouam prouiſionem, circa quam ſuperſunt aliqua dubia, & primò an noua prouiſio poſſit dari
68 ſuper prouiſione Papæ. Negatiuam tenet *Rebuff. in praxi tit. de noua prouiſione n.*5. vbi quod ſi Pontifex prouiderit ſemel licet inutiliter, tunc non ſuccurratur prouiſo, niſi per gratiam perinde valere, affirmatiuam tenet *Mandoſ. ad reg.*35.*Cancell.queſt.* 9. *num.* 9. *& in ſig. gratiæ tit. Nouæ prouiſionis*, vbi refutat opinionem *Rebuff.* & libri nuncupati prouincialis, in quo annotatum legitur nouam prouiſionem non dari prouiſo apoſtolico. Quid liber D. Melchioris Lotterij hac in re ſtatuat nondum vidi, cum adhuc ſub prælo ſudet, & nondum loci datus ſit, ſanè habui cũ viro animi cauſa ſuper hac quæſtione ſermonem, qui mihi cum diſtinctione procedendum dicebat, vel prior (inquiebat) gratia eſt nulla ex defectu voluntatis conferentis, & datur perinde valere, vel eſt nulla ex defectu impetrantis, & datur noua prouiſio. Hæc diſtinctio videtur valde ſpecioſa, ſed ſi eam examinemus inueniemus nihil præclari in ea contineri. Prima enim diuiſionis pars eſt ſuperuacanea, nam eo ipſo, quod Papa confert, ſatis conſtat de enixa voluntate conferendi, & ſi collatio non ſequatur, totum hoc prouenit ex defectu impetrãtis, qui vel incapax eſt vel alias gratiam obrepſerit, ſiue ſubrepſerit, in obreptione
69 vero, ſiue ſubreptione, noua prouiſio dari non poteſt, ſed vt diximus, gratia. Perinde valere: quia ſubreptiones, & obreptiones non admittunt dubietatem, cum habeant claram iuris diſpoſitionem. Dubietas ſolummodo eſſe poteſt quo ad iuriſdictionem conferentis, vel ratione perſonæ, vel ratione beneficii, vel ratione temporis, & ſic noua prouiſio nihil aliud facit, quam conualidare collationem inferioris ex defectu iuriſdictionis. *Rota deciſ.* 11. *lib.* 1. *p.*3 *.diuerſ. Gomez. de annali poſſeſſore queſt.* 77. *verſ. non obſtant modo circa med.* non autem extendit præcedentem collationem, adeo vt ſi inferio-
70 ris intentio fuerit conferendi ſimplex noua prouiſio non tribuit curatum. *Put. deciſ.*300.*num.* 2.*&* 3. *Mandoſ. de litt. Grat. tit. nouæ prouiſionis*, *verſ. at ſi in clauſulis.*

Ex quibus liquet ſuper prouiſione apoſtolica non dari nouam prouiſionem, & ſupradicta corroborat ratio, quod noua prouiſio neceſſario ſupponit defectum, in prima, quem cum Papa per aliam collationem ſupplere poſſit, inconueniens eſt, quod fateatur errorem in priori irrepſiſſe. Si igitur detur caſus, in quo prouiſio Papæ ex defectu intentionis ipſius adeo ſit nulla, vt per gratiam. Perinde valere ſanari non poſſit, vt puta quod impetrans omnino inhabilis fuerit iuxta *deciſ.*21. *par.*3. *diuerſ. lib.* 1. *& deciſ.* 300. *Put. lib.* 1. tunc dabitur non quidem noua prouiſio, ſed collatio ex integro, de qua per *Rebuff. in praxi ad reg. de public. reſign. Gloſſ.*18.*num.*31.

71 Nec dicatur, nouam prouiſionem, & nouam collationem ſolo nomine differre, quia immò longè inter ſe diſtant: reſignanti enim, vt *Rebuff. loc. allegato*, ſi reſignatio aliquo defectu fuerit nulla, datur noua collatio, ſine qua ad beneficium reſignatum redire non poteſt, *Rota deciſ.*2.*de renunc.in antiq.& deciſ.*1.*eod.tit.in nouis num.*8.*&* 9. huiuſmodi autem reſignanti non competit remedium nouæ prouiſionis, quia nulla occurrit dubietas in reſignationi per ipſum facta, & effectus nouæ prouiſionis, & prouiſionis ſimplicis ſunt multum diuerſi: noua enim prouiſio æquipollet publicationi, & ſupplet diligentias omnium regularum Cancellariæ. *Caſſad. ſuper Reg. deciſ.*22 *num.*6. *Mandoſ. ad reg.* 33 *queſt.*9.*num.*8.*Cæſar. de Graſſ. deciſ.*126.*num.*1. *Achill. dec.*27.*ad reg. certo modo.* Secundò noua prouiſio ſuperueniens ſuffragatur etiamſi de tempore primæ prouiſionis nulla adeſſet vacatio. *Put. deciſ.* 420. *num.*2. *lib.*3. Tertio licet noua prouiſio ſuperueniens non tollat gratiam intermediam, affert tamen poſt ſpolium titulum coloratum ad obtinendum reſtitutionem *Achil. deciſ.*107.*nu.*2. *Rota deciſ.*190 *lib.*3.*num.*3 *par.*3.*diuerſ.* quorum nullum ſimplici prouiſioni adaptari poteſt.

72 Demum noua prouiſio competit etiam ex reſignatione facta coram Ordinario ſeu alio inferiore collatore. *Rota deciſ.*235 *lib.*2.*num* 1. *par.*3. *diuerſ.* vbi notandum, Rotam loqui precisè de reſignatione coram inferiore Collatore ad excluſionem

reſigna-

reſignationis in manibus Papæ ſuper qua, vt ſupra
73 oſtenſum non datur noua prouiſio, ſed gratia perinde valere. Et ante non multos annos dabatur noua prouiſio prouiſo ab Ordinario, cui collatum erat beneficium cum reſeruatione penſionis, pro qua erat petenda noua prouiſio Apoſtolica: quia Ordinarius non poteſt reſeruare penſiones, hodie non datur amplius noua prouiſio, ſed collatio noua, eo quod ſuper prouiſione Ordinarij non poteſt contingere dubietas, & hoc iure fit per Datariã, quæ non vult approbare reſeruationes penſionum ab Ordinarijs, & memini me ante plures annos magnum habuiſſe deſuper diſſidium cum D. Melchiore Lottherio in cauſa Reatina beneficiorum, quorum vacatio contingerat in mente Ordinarij, qui vni volebat dare titulum alteri pẽſionem, pro qua petebatur noua prouiſio, & Dataria iuſſit fieri ſupplicationem collationis ex integro nulla facta mentione prouiſionis Ordinarij, quam collationem D. Melchior dicebat nullam inſimul cum reſeruatione penſionis, eo quod dictum eſſet Beneficium vacaſſe, & vacare &c. quod tamen interpretatur de vacatione Iuris, non facti, & de iure beneficium, quatenus ab Ordinario collatum cũ reſeruatione penſionis adhuc vacabat, licèt occuparetur à prouiſo, ſaltem de ſtylo Datariæ, quæ huiuſmodi reſeruationes non approbat, vt oſtendemus infra lib. 2.

SVMMARIVM.

Reformatio ſupplicationis quomodo fiat, 1.
Reformationis formula, 2.
Reformationis formula noua differt ab antiqua, 3.
Reformationis effectus, 3.
Reformatio debet continere omnia ea, in quibus prior gratia petitur confirmari, 5. Non tamen debet exprimere expreſſa in priori, 6.
Reformatio ſupponit primam gratiam validam, 7.
Reformatio non ſolum ſupplet defectum, ſed immutat narrata, 8.
Mandoſij diſtinctio de tribus reformationum generibus reijcitur, 9.
Reformatio non ſe extendit vltra primam ſignaturã, 10.
Abbreuiatores apponunt, & demunt ex ſignatura id, quod facit gratiam minorem, 11.
Reformationi apponitur data diuerſa à prima ſignatura, 12.

CAP. VIII.

De Reformatione.

VIdimus hactenus infirmam, & defectuoſam Ordinarij prouiſionem cõfirmari per nouam prouiſionem Papæ, non quidem omnem, ſed eam tantum, in qua cadat dubium validitatis; ſuper prouiſione vero expreſſe nulla, nouam prouiſionem non dari, ſed opus eſſe noua collatione, eaq; ſemper vti Datariam, in prouiſionibus Papæ, quarum defectus, per gratiam perinde valere, ſuppleri non poſſunt, ſed hæc remedia competunt vbi litteræ ſunt expeditæ, & effectum habuerunt ſuum, aliquando vero contingit, quod impetrans, ſiue ſollicitator, poſt regiſtratam ſupplicationem, ſed ante
1 litterarum expeditionem, certior fit de qualitate aliqua omiſſa in ſupplicatione, & tùnc porrigit ſupplicationis ſignatæ vna cum Data copiam, cui ſubnectit ea, in quibus petit præinſertam reformari; Videlicet.

2 Pater S. Dignetur S. V. litteras ſuper præinſer-
,, ta conficiendas &c. cum expreſſione quod Orator
,, in præinſerta nominatus eſt Clericus Regien.
,, quodq; teſtimonio Ordinarij ſui Regien. de vita,
,, moribus, & idoneitate commendatur, cum oppor-
,, tuna diſpenſatione pro Oratore in præinſerta no-
,, minato, vt Capellaniã in eadem præinſerta men-
,, tionatam, quæ perſonalem reſidentiam per illum
,, pro tempore obtinentem, vel aliam faciendam,
,, requirit, cuiuſq; fructus xxiv. ducatorum auri de
,, Cam. non excedunt, vna cum præinſerta nomi-
,, nata Parochiali Eccleſia, quoad vixerit, retinere
,, liberè, & licitè valeat; attento quod d. Capellania
,, de iurepatronatus Laicorum, videlicet familiæ ip-
,, ſius Oratoris ex fundatione, vel dotatione exiſtit
,, dictuſq; Orator ad titulum d. Capellaniæ ad om-
,, nes ſacros etiam presbyteratus Ordines promo-
,, tus fuit, illiq; per Capellanum deſeruiri facere po-
,, teſt. In reliquis autem iuxta illius vim, formam,
,, continentiam, & tenorem omiſſo illo decreto di-
,, mittendi expediri mandare dignemini quibuſ-
,, cumq; non obſtan.

3 Hæc forma, qua hodie vtimur, longè differt ab ea, quam ponit *Mandoſ. ad reg. 34. quæſt. 84* & eſt multum expeditior, vt patet legenti. Tendit ad hoc, vt omiſſum suppleat, vel male expreſſum cor-
4 rigat, ſeu emendet. *Mandoſ. ad Sig. Grat. tit. Reformationes in principio*, in caſu propoſito, Qui in infinitum variari poſſunt, iuxta diuerſitatem ſubiectæ materiæ, (vt notat Mandoſ. vbi ſupra verſ. Reformationum) prior gratia ſuppletur in eo, quod Orator non erat nuncupatus Clericus Regien. expreſſio omnino neceſſaria, vt infra in forma ſupplicationis ſimplicis prouiſionis. Secundò, quod teſtimonio Ordinarij de vita, moribus, & idoneitate commendatur &c. propter quam clauſulam, ſupplicationi datur forma gratioſa; vt ſupra cap. 6, in princip. quam non habebat prior ſupplicatio. Tertiò, quod Capellania in priori expreſſa perſonalem reſidentiam, per ſubſtitutum tamèn, deſeruiri ſolitam requirebat. Quartò, quod de iure patronatus ex fundatione, vel dotatione exiſteret. Quintò, quod impetrans ad titulum d. Capellaniæ ordines ſacros ſuſcepiſſet, quæ omnia in priori ſupplicatione erant omiſſa. Et ſi alia corrigenda, vel mutanda erant, debebant exprimi, cum refor-
5 matio non capiat niſi ea, quę exprimuntur. *Rebuff. in praxi in 3. par. ſig. num. 32. Mandoſ. vbi ſuprà verſ. in Reformatione, & ad reg. Cancell. 22. quæſt. 9. nu. 9.* in quo differt à noua prouiſione vbi impetrans dubitat, primam prouiſionem non ſolum ex capite expreſſo, ſed ex alijs cauſis non ſubſiſtere, non tamen eſt neceſſe exprimere ea, quæ fuerunt ex-
6 preſſa in prima ſupplicatione, idem *Mandoſ. d. tit. Reformationes, verſ. Reformatoria gratia*, quæ concluſio eſt fruſtratoria: quia, vt dixi, in principio capitis, præinſeritur reformationi integer tenor ſupplicationis primæ, vnde neceſſe non eſt in eodem folio eadem repetere, & denotat clauſula illa, *gratia Reformatoriæ, in reliquis iuxta illius vim, & tenorem,*

norem, &c. & ideò agitur non ex reformatione,
ſed ex gratia principali, *Mandoſ. d.tit.Reformatio-*
nes,verſ.Nec dicetur noua gratia.
7 Aduertendum tamen eſt, gratiam reformato-
riam ſupponere,priorem eſſe validam,nam ſi alias
prior gratia eſſet inualida, reformatio nihil ope-
raretur, quæ ſolum ſanat aliquem defectum, non
autem conualidat,quod eſt nullum, *Rebuff.in pra-*
xi ad reg.de ſubrog.collitig. Gloſſ.7.
8 Et non ſolum conualidat defectum ex omiſſio-
ne,ſed demit ea, quæ contra factum, vel ius repe-
riuntur apposita,vt in formula præfixa, ibi; *Omiſſo*
illo decreto dimittendi &c. nam in priori ſignatura,
propter incompatibilitatem,appoſitum fuerat de-
cretum de certo præfixo tempore obtentum di-
mittendi : in quo per reformationem corrigitur,
notat *Mandoſ.d.tit.reformationes, in princip.*
9 Notandum quòd Mandoſius hic diſtinguit tria
Reformationum genera, aut inquit reformatoria
gratia ſolum illos effectus operari debebit, quos
debebat operari prima gratia ſi fuiſſet valida. Aut
reformatio rendit ad diminutionem, ſeu ad red-
dendum ſtrictiorem gratiam, Aut reformatio au-
get primam gratiam,ſeu illam magis grauem red-
dit, & odioſam; ſed hæc diſtinctio non eſt adequa-
ta : quia huiuſmodi genera poſſent excogitari fe-
rè infinita. Et nec ſubſiſtit quidem non primum
membrum; quia reformatio nunquam operatur
diuerſos effectus, quam operari debuiſſet prior
Signatura, ſi non fuiſſet, non vt perperam dicit
10 Mandoſ. nulla,ſed in aliquo defectuoſa,neq; enim
reformatio latius patet in effectu,quam prima Si-
gnatura,ſed ſolum operatur,quod prior Signatu-
ra poſſit exequi, & non agitur ex noua gratia, nec
ex reformatione,ſed ex gratia prima, vt admittit
idem *Mandoſ.verſ.nec dicetur noua gratia*. Secun-
11 dum membrum eſt ſuperuacaneum. Abbreuia-
tores enim in Cancellaria habent facultatem mu-
tandi Signaturam in eo quod ſonat in gratiā mi-
norem, ſiue ea conſiſtat in alicuius appoſitione,
ſiue diminutione, nec ideo Bulla dicitur diuerſa à
Signatura. Tertium membrum non applicatur
reformationi : quia vt diximus reformatio latius
non patet, quam prima Signatura, & ſi gratia in
ipſa ſubſtantia immutanda eſſet,hoc fieri deberet,
ſiue per gratiam, Perinde valere, ſiue per gratiam
nouam, nulla facta mentione primæ.

Dixi ſupra agi ex prima Signatura, non autem
ex reformatione, quod intelligi debet, quoad ex-
preſſa in vtraque, quæ regulantur ex diſpoſitione
primæ Signaturæ, præterquam quoad datam, in
quo maxime hallucinatur *Mandoſ. vbi ſuprà*, dum
12 dicit in reformationibus plerumq; concedi con-
ſueuit clauſula: *quod à prima data valeant, ſeu ope-*
rentur, quia hæc clauſula nunquàm admittitur, &
per conſequens data reformationis ſemper eſt po-
ſterior data primæ Signaturæ. Et in hoc confun-
ditur reformatoria cum gratia, Cui prius, de qua
particulariter agendum.

SVMMARIVM.

Gratia, Cui prius differt à Reformatione, 1.
Gratia, Cui prius non conceditur ob expreſſionem, quæ in prima Signatura potuiſſet non concedi, 2.
Regula de Reformationibus, 3.
Gratia, Cui prius non datur poſt multum temporis elapſi à prima Signatura, 4.
Proceſſus fulminatus habet eandem vim, ac littera ſub plumbo, 5.
Rebuffus reijcitur, & reprehenditur tanquam maledicus, 6.
Officia Regia Franciæ, etiam ſumma iudicia venalia ſunt, 7.
Modus quo præſeruatur præiudicium tertij in gratia cui prius, 8.
Datarius quandoq; aptat, & corrigit regiſtrum, 9.
Collegialitas habitu non cauſat incompatibilitatem, 10.
Quando ſit locus correctioni regiſtri, 11.
Regula Cancellariæ de Reformationibus habet locum ſolummodo in beneficialibus, 12.
Gloſſatoris Regularum conſilium de expedienda tam prima, quam ſecunda ſupplicatione examinatur; 13.

CAP. IX.

De gratia Cui prius.

1 HAec ſignatura eſt diuerſa à reformatione,
de qua hactenus egimus in eo potiſſimum,
quod illa non vtitur data primæ Signaturæ, quem-
admodum iſta,& conceditur ad inſtar reformatio-
nis, non tamen cum præinſertione primæ Signa-
turæ ſeparatim, ſed qualitas omiſſa in prima inſe-
ritur in corpore, & in calce apponitur, Cui prius
aduerte ad Datam; vt ſcilicet Præfectus Datarum
ex præſcripto Subdatarij hanc notam apponentis
det Datam eandem huic ſupplicationi, quam de-
dit priori, cuius apud ipſum remanſit copia, adeo
vt gratia, cui prius nihil aliud ſit, quàm gratia ſe-
cunda. circa idem cum aliqua expreſſione, quæ nō
erat in Signatura prima. Quod ipſum licet conue-
niat Reformationi, differunt tamen in eo quod nō
omni caſu, quo conceditur reformatio, conceditur
etiam cui prius; quæ Signatura ſolùm admittitur
ex leuiore quodam defectu, ſeu omiſſione. Et licet
totum hoc conſiſtat plerumq; in arbitrio Officia-
lium: vt vix certa norma aſſignari queat, quo caſu
vtendum ſit reformatione,& quo caſu gratia, Cui
prius. Nihilominus Regula ſit, quod cui prius non
conceditur ſuper noua expreſſione, quæ in prima
2 Signatura potuiſſet non concedi. Exempli cauſa:
in ſupra poſita formula reformationis emendatur
prior Signatura in eo, quod datur diſpenſatio ad
duo difformia, quæ non potuit non concedi, immo
expreſsè fuit negata, & appoſitum decretum di-
mittendi. Per gratiam verò, Cui prius, non ſa-
nantur ea, quæ potuiſſent non concedi, ſed ſolum
ea, quæ non ſolent, aut non debent negari; v.g. vt
ſi in prima Signatura omiſſum fuiſſet obtentum,
vel approbatio Ordinarij, & quid ſimile, quod
abſq; difficultate fuiſſet conceſſum, & hoc ipſum
ſatis videtur declarare Regula Cancellariæ de Re-
formationibus, quam hic ſubijcere libuit.

REGVLA XLV.

De Reformationibus.

3 ITem voluit, ſtatuit, & ordinauit, quod ſi per
quibuſcumq; Reformationibus Signatis ſuper
impe-

impetrationibus quorumcumq; beneficiorum vacantium, vel certo modo vacaturorum, in quibus petitur, quod litteræ ſuper prima Data expediri poſſint, ſi ex huiuſmodi expeditione ſub tali Data, videatur poſſe fieri præiudicium; litteræ huiuſmodi ſub ipſa prima Data non expediantur, niſi Reformationes huiuſmodi per fiat, & ſub prima Data ſignatæ fuerint.

Propter hanc regulam in Reformationibus apponitur Data Signaturæ currentis, non autem primæ. Duæ autèm cauſæ modò à me allatæ, ob quas dixi dari gratiam, Cui prius, non poterant ſi in prima Signatura fuiſſent petitæ, negari, & ſi in ſecunda ſignatura concedantur, nulli fit præiudiciū, non quidem illa de approbatione Ordinarij; Quia eius omiſſio non vitiat gratiam; vt ſit locus impetrationi ad fauorem tertij, ſed ſolum operatur, quod litteræ expediantùr in forma gratioſa, vel commiſſaria. Altera cauſà videlicet omiſſio obtēti non incompatibilis, ſimiliter negari non potuit; ſed poſt omiſſionem erat apertus locus impetrationi ex reg. Cancellariæ; Vnde ex hac Signatura contra Regulam de Reformationibus, videtur inferri alicui poſſe præiudicium, ſi quis medio tēpore obtenta non expreſſa impetraſſet, & propterea vidi ſeruari aliquando; quod, cui prius, non dabatur, ſi lapſus erat menſis à prima Signatura, aliquando etiam vidi dari poſt trimeſtre, & aliquando intra annum, intra quem impetrans non poteſt dici pacificus poſſeſſor; vt infra dicemus capite de incompatibilitate. Verùm ceſſare videtur hæc difficultas; Quia gratia cui prius, conceditur, vt plurimùm litteris non expeditis, & caſu quo litteræ expeditæ ſiut, & plumbatæ, vt iuxta illius reformationem debeant corrigi, hoc tamen non fiet ſi eſſent exequutæ, & ſine executione non potuit capi poſſeſſio, & ſic non erit locus impetrationi.

Verum in hoc poſſet fieri fraus, vt puta ſi litteræ expeditæ inſerantur proceſſui fulminato, & eius vigore capiatur poſſeſſio, cū habeat eandem vim, ac ipſæ litteræ ſub plumbo expeditæ. *Aebill. dec. 2. nu. 6. de offic. deleg.* Nam hoc caſu Cancellaria non poterit videre, an litteræ fuerint exequutæ, quod tamèn eſt neceſſe, vt notat *Rebuff. in prax. tit. de Reformatione, & correctione Bullæ n.* 5. licet confusè, quemadmodum ſunt omnia, quæ hoc titulo adducit de correctione Bullæ immo plura non vera, quod non mirum, cum ex relatione ſcriberet aliorum & hoc quidem condonandum Viro de re beneficiaria bene merito; ſed quod ſatyrico dente, ſemper data opera, etiam longè quæſita occaſione inuehatur in officiales Ro. Cur. eos auaritiæ inſimulando, vix eſt tolerabile, vt hic *nu.* 6. Tu Lector (inquit) boni conſule, multa enim detexi, quæ non erunt grata Menſularijs omnia quæ ſciunt occultantibus lucri cauſa. En vt Menſulariorum contemptibili vocabulo traducit Officiales Ro: Cur. quos dicit occultare ea, quæ ſciunt lucri cauſa. At Officiales emerunt ſibi officia præſenti pecunia, & de modo expediendi, nec norunt quidem principium: quæ Prouincia relinquitur Sollicitatoribus Datariæ, & Cancellariæ, & quidem vt plurimum Gallis Emolumenta, quæ recipiunt proueniunt ex iuribus officiorum, & vltrà ſibi debita, nec obolum quidem. Et hoc etiam Cur. Rom. traxit è moribus Galliæ, vbi omnia officia, etiam ſumma iudicia venùm proſtant.

7 Deinde quæ nobis tandem ſunt illa multa, quæ detexit Rebuffus? nihil ſanè toto hoc titulo de correctione Bullæ, nec alibi quidem cum locum nullum adducat. Verum de hoc particulari capite agendum: nunc reuertamur ad gratiam, Cui prius, in qua dicebamus poſſe irrepere fraudem, ſi capiatur poſſeſſio, vigore proceſſus fulminati, qui in correctione Bullæ non exhibebitur, ſed ipſa Bulla ex cuius inſpectione non poterit dignoſci, an effectum habuerit nec ne. Ergo dices non concedenda gratia, cui prius, propter omiſſionem obtentorum? Hoc ego nunquam dixerim, cum vt plurimū, præſertim in impetrationibus per obitum ſupplicationes fiant maxima cum feſtinatione, ne præoccupentur ab alijs, vnde omiſſio obtenti fit aliquando incuria ſollicitatorum, quæ Principalibus
8 non debet adeo eſſe nociua, vt illi errori non poſſit ſuccurri. Ad præcauendum autem, ne alteri impetranti tempore intermedio fiat præiudicium hanc normam præſcriberem, vt, Cui prius, detur paſſim abſq; vllo diſcrimine, intra menſem, ſi beneficium conſiſtat citra montes, ſi vero vltra montes intra trimeſtre, quo tempore primus impetrans probabiliter potuit impetrationem ſuā corrigere: elapſo hoc tempore non concederem, cui prius, niſi obtenta atteſtatione ab Officiali vacantium per obitum, beneficiū ſuper quo petitur gratia, Cui prius, nulli alteri poſt primam impetrationem reperiri in regiſtro ſuo collatum. Quod ſi collatio alteri facta fuerit, tunc nō poterit dari, Cui prius, etiam ſi litteræ ſuper prima impetratione confectæ non fuerint, cum de ſtylo Datariæ omiſſio obtentorum reddat gratiam nullam, adeovt beneficium dicatur adhuc vacare vt prius, & per conſequens ſit locus impetrationi, de quo plura infra *cap.* 16. de incompatibilitate.

Poſtremo alia via longè compendioſiore fit reformatio, ſiue correctio ſupplicationis per Datarium in Regiſtro aptando in margine omiſſum, vel
9 cancellando ſuperfluum, approbando hanc correctionē appoſitione ſui nominis videlicet. E. Dat. huiuſmodi autem correctio aliquando etiam fit in præiudicium impetrantis, qnādo gratia aliàs fuiſſet iuſta, & conceſſibilis. V.G. Rocchus Giggius. Prępoſitus Collegiatæ Eccleſiæ S. Vlderici Placentiæ obtinuit prouideri ex cauſa reſignationis de Canonicatu Placentin. cum narratiua, quod primo d Eccleſia eſſet Parochialis nulla facta mentione Collegialitatis, quæ habitu tantum talis exiſtebat non autem actu, eandem ideo impetrauit Antonius Crollalancia ex capite incompatibilita-
10 tis, & ſubreptionis, quod qualitas Collegialitatis non fuiſſet expreſſa, cum autē oſtendiſſem D. Datario collegialitatem habitu incompatibilitatem non cauſare, ex *Garzia de benef. par. 11. cap. 5. n. 26. Gonzal. Gloſ. 6. num. 92.* ſed ſolum actualem curam animarum ad text. in *Clem. 1. de præbendis*, ibi: *Si dignitatem habenti de alia prouideri mandemus, diſpēſantes cū eo, vt ſimul vtramq; valeat retinere de animarum cura, quæ illis, vel alteri earum imminet non*

habita

*habita mentione, gratia veluti ſubreptitia nullius eſt
momenti*, &c. de qua cura cum mentio facta eſſet
in ſupradicta impetratione obtinui aptari regi-
ſtrum in huiuſmodi qualitate collegialitatis habi-
tu non tamen actu. Sed huiuſmodi correctiones,
ſiue aptationes in regiſtro, raro fiunt, & nō niſi ex
iuſta cauſa, vt hic, vbi litteræ erant expeditæ, &
capta earum poſſeſſio, adeovt illi omiſſioni non
poterat ſuccurri, neq; per Reformationem, cuius
11 data incidiſſet poſt impetrationem Antonij, neq;
per gratiam, Cui prius, obſtante regula de Refor-
mationibus, ac litteris expeditis, & exequutis.

Notandum demum, Regulam de Reformatio-
nibus antiquitus non habuiſſe locum in alijs gra-
tijs, quam in beneficialibus, in reliquis ſemper
fuiſſe locum gratiæ, Cui prius, *Gloſſator antiquus ad
d. reg num. 2.* hodie paſſim datur in omnibus. Et
reformationem referre penitus formam gratiæ
præcedentis, vt ſi illa ſit motu proprio, reformatio
ſimiliter fiat motu proprio, *Cochier ad dict. reg. ſub
littera A.*

12 Rurſus notandum, conſilium prædicti Gloſſato-
ris loco allegato, quod videlicet ille, qui obtinuit
reformationem ſi habeat pecunias primam ſup-
plicationem expediat ſub prima Data, & ſecundã
reformationem ſub ſecunda Data propter multa
(inquit,) quæ non poſſunt breuiter dici, quæ nam
ſint illa multa vix aſſequor nam ſi prior gratia eſt
nulla, & per ſecundam conualidatur, attenditur
Data ſecundæ non primæ, vt hactenus ſæpius oſtē-
ſum, vnde ſi impetratio noua præceſſit reforma-
tionem, non video cui vſui eſſe poſſit prior expe-
ditio nulla, niſi fortaſſis quoad poſſeſſionem, quæ
capi potuit in vim primæ gratiæ, & reijcere in ad-
13 uerſarium onus probandi illius nullitatem. Si ve-
ro nullus impetrans tempore intermedio interceſ-
ſit, tunc non video quid operari poſſit expeditio
prioris Datæ gratiæ nullæ. Hodiè de ſtylo recētio-
ri hæc gratia, Cui prius, non conceditur quando
litteræ ſuper prima ſupplicatione fuerunt expedi-
tæ etiam ſi impetrans ijs non ſit vſus, vel ſi conce-
ditur apponitur clauſula reſtrictiua per reuiſorē.
Et quod litteræ Apoſtolicæ ſi iam deſuper expedi-
tæ ſint vigore pręſentis gratiæ non corrigantur.

S V M M A R I V M.

Periti in praxi Datariæ reperiuntur pauci, 1.
Bullæ corriguntur quinque modis, 2.
Error Cancellariæ quomodo fiat, & corrigatur, 3.
Correctio Bullæ ex facultate regentis, 4.
Correctio Bullæ in vim clauſularum, 5.
Correctio Bullæ ex gratia Cui prius, 6.
Correctio Bullæ ex regiſtro ſupplicationum, 7.
Rebuffi doctrina circa materiam correctionis reijcitur, 8.
Regens Cancellariæ ſolus corrigit litteras, 9.
Bullæ cur ſcribantur in membranis, 10.
Bulla quando non dum expedita tranſcribatur, 11.
*Error Sollicitatoris facilius corrigitur, quam error par-
tis, 12.*
*Correctio, quæ fit circa varietatem verborum licet idem
importantium, 13.*
Ius in re, & ius ad rem inter ſe differunt, 14.
*Conditiones in mandato ad reſignandum appoſitæ ſeruari
debent, vt detur vacatio, 15.*
*Papa in reſignationibus poteſt reijcere conditiones par-
tium 16. & quas. 17.*
*Beneficia Eccleſiaſtica ſine diminutione, aut conditione
conferuntur, 18.*
*Officiales Cancellariæ non expediunt litteras, niſi præſtito
conſenſu, & per eos viſo, 19.*
*Litteræ expeditæ in forma Breuis habent eandem vim
ac expeditæ ſub plumbo, 20.*
Præſumptio mandati ſufficientis quomodo inducatur, 21.
Conſenſus extendi non poteſt ſine mandato, 22.
*Scriptura priuata recognoſci debet antequam deſuper
extendatur inſtrumentum, 23.*
*Notarij Cameræ indulgentiores ſunt Notario Cancellariæ
in recipiendis, & extendendis conſenſibus, 24.*

C A P. X.

De Reformatione, & correctione Bullarum.

PRæmittit *Rebuff. in praxi hoc eod. tit. n. 6.* Bullam
antequam corrigatur oſtendēdam eſſe viris do-
ctis, quos tamen paucos dicit reperiri in hac ma-
1 teria, quod non ſolùm de illo tempore, ſed hodie
maximè verificatur, cum paucisſimi illam probę
calleant, & hoc, aliqua cum Curiæ nota: quia ab
hac facultate, ſiue praxi pendet fere vniuerſa ma-
teria beneficialis; Nos pro viribus, non ſolum pre-
ſentem, ſed quamcumq; aliam materiam ad Da-
tariam ſpectātem diſtinguemus, & explicabimus.

2 Quinq; modis contingit correctio Bullæ. Pri-
mo propter errorem Cancellariæ vt pote quod ali-
quid deſit, vel adſit in Bulla, quod legitur vel non
legitur in ſupplicatione, & tunc quia Cancellaria,
hoc eſt Abbreuiator, cui Bulla fuit diſtributa ad iu-
dicandum per Regentem, vtrum ſupplicationi ſit
conformis, aliquid omiſit, vel prætermiſit, corre-
ctio competit de iure abſq; alio ſumptu, vt notat
Chokier ad reg. 26. ſub littera L. quia ęquum eſt, vt
3 qui errauit corrigat, vt inquit *Rebuff. vbi ſup. nu. 1.*
& Cancellaria non poteſt reſtringere, aut immu-
tare gratiam Papę in ſupplicatione contentam.
Butr. conſ. 49. num. 5. qui tamen errat in eo, quod
omnem errorem exiſtimat prouenire à Cancella-
ria, & hoc verum non eſt, vt mox patebit quia.

Secundò, corrigitur Bulla ex facultate Regen-
tis, quando videlicet ſupplicatio erraſſet in nomi-
ne, vel cognomine impetrantis in vna littera, vt
pote ſi loco Petri eſſet dictum Petus, vel loco Lan-
duni Landunus, & hic error non eſt Cancellarię,
ſed partis; Et non ſolum Regens Cancellarię vi-
4 gore facultatum corrigit in littera omiſſa, vel ſu-
peraddita, ſed in nomine, ſiue in cognomine illius,
ob cuius obitum ſit impetratio, nec non in inuo-
catione, denominatione, loco loci, & ſimilibus,
quando tamen correctio non mutaret ſtatum rei,
& ex alijs conſtaret de idētitate, & ideo prędicto-
rum correctio datur ſeorſim non omnium ſimul, in
quo adhibenda eſt diligentia, alias enim poſſet fieri
pręiudicium partibus, & Cancellarię, ac Datarię,
aptando errorem per viam correctionis, qui re-
quirat perinde valere, & ideo probe monet *Rebuff.
vbi ſup. n. 5.* ꝙ Iudex, qui corrigit, debet eſſe doctus,
alias ignarus quomodo poterit hęc dignoſcere? &
vidi ego aliquando in hoc maximos fieri errores.

Tertiò

Tettiò corrigitur Bulla in vim clauſularũ communiũ quod denominat *qualiter* &c. ſpecificatio eri poſſit in litteris, & hęc correctio differt à prędente: quia ex integro apponitur quod in Bulla on continebatur; correctio vero in vim facultatũ on fit niſi per immutationẽ. V.G. Regens in vim cultatum corrigit Bullam diſpenſationis matrionialis: de conſanguinitate in affinitatem, & è onuerſo: non tamen in eo quod expreſſum non ſt, niſi veniat in vim clauſularum; quia ipſius corectio debet conſiſtere in mutatione, quę reddat ratiam parem, ſiue minorem non quę maiorem, difficiliorem, *Hieronym. Paulus in praxi Cancell. l. mihi* 12 t. *verſ. Item nota quod in minuta*, hinc ſi xpreſſum eſſet beneficium reſidentiam nõ requiere, & tamen requireret, poſſet in eo corrigi Bula: quia facilius conceditur beneficiũ cum reſidẽia, modo impetrans habilis ſit, quã ſine reſidẽtia.

Quarto corrigitur Bullà in vim gratiæ, Cui rius, ſiue alias ſupplicatione ex integro ſignata ulla facta mentione prioris, quę fingit ſecundam llam ſignaturam eſſe primam, & tunc Bulla conformatur ſupplicationi, & Cancellaria non poteſt non admittere correctionem: quia exhibetur ſupplicatio ſub eadem Data Bullæ, cuius tenor non debet eſſe diuerſus, vt infrà cap. de ſupplicatione uſè oſtendemus.

Quinto corrigitur Bulla ex correctione regiſtri ſupplicationis facta per Datarium, de qua ſupra cap. pręcedenti n. 11. & tunc eadem eſt ratio, quę pręcedentis, & correctio non poteſt denegari, ſed eſt neceſſaria, & debita vt Bulla nempe concordet cum ſua matrice, nempe ſupplicatione. *Pariſ. de reſig. lib. 8. quæſt. 7. num. 190. Mandoſ. ad reg. 26. quæſt. 19. num. 5.*

Ex quibus patet *Rebuffum vbi ſupra num. 2.* vbi querit; quando reformandę ſunt litterę, ſeu tranſcribendę? non aptè reſpondiſſe dum dicit. Quando per pręoccupationem, vel alias minus benè expeditę reperiuntur; quia hęc reſponſio eſt nimis generalis, cum poſſit compręhendere caſum, qui requirat perinde valere, deinde quid ſibi velit illud per pręoccupationem, fateor me non percipere, licet *Chokier ad reg. 26. ſub littera L.* in fine conetur illud interpretari, quando per pręoccupatã gratiam, vel fauorem litterę non benè expeditę fuerint, vt etiam ſentit *Mandoſ. ad reg. 26. q. 19. n. 3.* ſed hęc eſt mera diuinatio: neq; applicatur reſpõſo, aut materię. Nam ſi gratia eſt alterius ſupplantatoria, vt ipſi videntur velle, illa non poteſt iuxt. *reg. de Reformat.* in alterius præiudicium corrigi ad *Gloſſ. in cap. 13. in verbo præcurrat de appell.* vnde illud pręoccupationem ego interpretaret per nimiam feſtinationem, cum nimis feſtinando ſoleamus aliqua neceſſaria omittere, quę poſtea ſuperueniunt prius non cogitata.

Secundò, querit Rebuff. à quibus reformandę ſint litteræ? reſpondet cum textu Regulæ ab Officialibus Curiæ Romanę ad hoc præfectis, ex quo patet munus Correctionis per Cancellarium antiquitus modo vni modo alteri Officiali Cancellariæ fuiſſe demandatum, quod etiam patet ex libro, cui titulus Praxis Cãcellariæ Hieronymi Pauli, qui ibi dicitur Vice Correctōr, hodie verò ſolus Cancellariæ Regens in vim ſuarum facultatũ corrigit litteras, ex quo recipit determinatum emolumentum, habetq; in hoc munere ſubſtitutũ virum in his expertum, qui ſuſcepta facultate à Regente corrigit Bullam in quo deficit in corpore abradendo vitioſum, & aſcribendo id, in quo corrigitur, cuius rei, & non alterius gratia Bullæ ſcri-
10 bũtur in membrana: quia admittit raſuras. *Rebuff. in praxi tit. Bullæ nouæ, ac ſimplicis declaratio. n. 12.* eamq; ſic correctam offert Regenti, qui correctioni apponit ſignum quoddam, & deinde in limine propria manu ſcribit. Correcta provt iacet.

11 Notandum circa primũ quæſitum Rebuff. quãdo reformandæ ſunt litteræ ſeu tranſcribendæ? cui ipſe ſaltem ſecundæ parti non reſpondet, cum tamen differant inter ſe reformatio, & tranſcriptio, reformatur enim, vt hactenus vidimus Bulla plũbata, & expedita, tranſcribitur vero non dum expedita, vt pote ſi error detegatur ante expeditionem, licet poſt taxationem, & tunc ſi abraſione aptari nequit, vt pote quod tenor omnino, vel magna ex parte ſit diuerſus Bulla reſcribitur, eiq; Officiales ſubſcribunt abſq; iterata taxæ ſolutione reſcriptam vero eſſe Bullam denotat littera R. manu reſcribenti illi appoſita.

12 Notandum ſecundò, quod Cancellaria faciliorem ſe reddit in correctione erroris commiſſi per Sollicitatorem, quam erroris commiſſi per partẽ, quando autem error dicatur commiſſus per partem vel Sollicitatorem non diſcernitur, niſi à ſummis practicis, cuius rei normam conabor tradere in praxi, ſeu ſtylo Cancellariæ, quam Deo dante dabimus abſoluto opere præſenti, in quo ſufficit modo hoc indicaſſe.

Vidimus hactenus litteras corrigi per omiſſionem, vel appoſitionem. Videamus modo an corrigendæ ſint eo quod diuerſis verbis, licet idem contineant ac ſupplicatio ſint conceptæ. Exemplum ponit *Mandoſ. ad reg. 27. quæſt. 21. num. 1.* vbi ſupplicatio dicebat Collegio poſtquam erectum, & ædificatum fuerit, licet finitum non ſit medietas fructuum applicanda &c. Bulla vero dicebat Colle-
13 gio medietas fructuum applicanda, poſt quam illius ædificia conſtrui cæpta, licet non dum cõpleta fuerint. Et concludit Mandoſ. litteras eſſe corrigendas, & rectè, ne temere ex mutatione verborũ immutetur ſenſus gratiæ, qui vt hic bene oſtendit Mandoſ. poteſt eſſe diuerſus à contextu litterarum præſertim in hac materia conceſſionis factæ futuro Collegio, quæ eſt ſtrictæ interpretationis, *c. ad audientiam il 2. de Eccleſ. ædific. & in c. Abbate ſane, §. nec pro eo de verb. ſignif.* vbi dicitur; *Monaſterio quod non dum erat, aliqua donatio fieri non valebat.* Vnde licet in idem fere incidant: poſt quam erectum, & ædificatum fuerit, licet finitum non ſit, cum his alijs poſt quam ædificia cœpta fuerint licet completa non fuerint, nihilominus poſſunt diuerſimodè interpretari, quod ſufficit, vt ab identitate, ſiuè formalitate verborum recedi non debeat, & hac eadẽ die 24. Iulij 1619. dũ hæc ſcriberem fuit propoſita coram Sanctiſſimo in Signatura cauſa Vlixbonen. Dotium, in qua dicebatur Mariam q. Infantem Portugalliæ in ſuo teſtamẽto diſpoſuiſſe, quod erigeretur in d. Ciuitate Monaſterium

ſterium Virginum de Auis nuncupatum Ordinis S Benedicti, eiq; pro dote aſſignarentur quatuor millia annua, Philippus eius nominis III, Rex Hyſpaniarum petijt à Paulo V. Pontifice, vt daret facultatem aliquibus Sanctimonialibus egrediendi è ſuis Monaſterijs, & ſe transferendi ad Monaſterium erigendum de Auis ad effectum inibi iaciendi rudimenta monaſticæ diſciplinæ, & ad Monaſterium ſic erectum transſerrent ſuas dotes. Inter cœteras Soror Ludouica de Blagis profeſſa in Monaſterio de Speranza hoc ſuum Monaſterium in vim indulti Pontificis reliquit tranſitura ad Monaſterium de Auis mox erigendum, & interim donec conſtrueretur hæſit apud Comitem quendam eius affinem habitatione ipſius redacta, ad Clauſtrum, & clauſuram, & illico corã Ordinario Vlixbonen. petijt ſuam dotem iuxta formam Bienis, ac obtinuit contra hanc ſententiam, quæ tranſitum fecerat in iudicatum fuit petita in Signatura Iuſtitiæ per Monaſterium prædictum reſtitutio ex capite notoriæ iniuſtitiæ, & Signatura reſcripſit parito judicaro. Vnde habitus fuit recurſus ad Signaturã Sanctiſſimi, qui ſub die ſupradicta me pro hac parte ſcribente reſcripſit pro reſtitutione ſimpliciter cum ſuppoſito, quod Monaſterium de Anis nondũ eſſet erectum. Volui referre hanc cauſam pro exẽplo vt oſtendã à littera matricis recedendũ nõ eſſe.

Rurſus quærit *Mandoſ. vbi ſuprà quæſt.* 22. An, ſi in ſupplicatione dicatur impetrantem habere ius ad obtentum, & in Bulla dicatur eum habere ius
14 in obtento, ſit corrigenda, & nullum eſt dubium corrigendam eſſe; quia differunt inter ſe ius ad rem, & ius in re, *c. penult. de præbend. in 6.* & ſupra firmauimus, correctionem Bullæ non poſſe extendere diſpoſitionem ſupplicationis.

Poſtremo quærit *Mandoſ. quæſt* 24. *num. 6.* an quando Bullæ diſcordant à mandatis ſint remittendæ, vt corrigantur, quæ quæſtio quia reliquis hactenus examinatis longè difficilior eſt peculiariter diſcutienda.

QVÆSTIO IX.

An Bullæ diſcordantes à mandatis remittendæ ſint ad corrigendum.

PRæmittendum, Bullam non poſſe diſcordare à mandatis, niſi etiam diſcordet ſupplicatio, nam ſi ſupplicatio à mandatis non diſcordat, Bulla vero diſcordat, corrigenda erit Bulla ad formam ſupplicationis, non autem mandati, vnde ſi vtraque tam ſupplicatio, quam Bulla diſcordant, corrigenda in primis erit ſupplicatio, vt notat *Mãdoſ. quæſt.* 24. *num. 3. ad reg.* 27. quatenus tamen corrigenda ſint, in qua quæſtione,

15 Pro affirmatiua facit, quod conditionibus non ſeruatis non inducitur vacatio & actus reducitur ad non eſſe, ac ſi non eſſet factus. *Gloſs. in c. olim, de reſt. ſpol, Innoc. in c. inter cætera de præbend*, late *Pariſ. de reſig. lib. 1. quæſt.* 14. *nu. 7. & ſeqq.* & debent ſeruari omnes conditiones mandati etiam minimæ. *Veral. deciſ* 82. *num. 2. par. 3.* idem *Pariſ. quæſt.* 17. *num.* 25. *lib. 9.*

16 Pro negatiua facit, quod Papa poteſt reijcere quaſcumque conditiones partium ſibi bene viſas. *Rebuff. in praxi tit. de reſignat. condit. nu. 29. & ſeqq.* & de ſtylo hodierno teſtatur *Gonzal. Mẽdez. diuerſ. arg. Iuris lib. 1. cap. 3. num.* 22. non tamen reijcit neq; Datarius delet ex ſupplicatione niſi ea, quæ non ſunt ſolita concedi. *Rota deciſ. 197. numer. 7. par. 4. diuerſ.*

Verum diſtinguendum circa conditiones cum *Rebuffo vbi ſuprà num.* 31. Vel conditiones ſunt
17 turpes, & contra ius. & Papa eas reijcit: quia quilibet cenſetur ſe conformare cum diſpoſitione iuris, & nullam admittere turpitudinem, reliquas omnes Papa admittit ne auferat alicui pro libito beneficium. Hæc diſtinctio quoad conditiones turpes caret omni prorſus difficultate, quoad conditiones iuri contrarias, non ita, nam facilius admittitur diſpoſitio contra ius, quam diſpoſitio turpis, quæ ſemper cenſetur ſecluſa, & non appoſita, *l. obtinuit, de condit. & demonſtr.* conditiones verò cõtra ius rei ſuæ, quilibet poteſt apponere etiam in materia beneficiali, alias non abdicaret, non reſignaret, & ita quotidie practicamus in reſignatio-
18 nibus cum reſeruatione penſionis, cum tamen de iure, beneficia ſine diminutione, ſiue conditione extrinſeca conferri debeant, *cap. 2. de elect. in 6. c. ſi quis dator quæſt.* 3. Et nihilominus ſi reſignans reſeruet ſibi Villam, ſiue Molendinum ſpectan. ad beneficium, & non alias aliter &c. Papa poteſt admittere reſignationem, & reijcere conditionem; quia contractus do vt facias non ligat ſuperiorem, *Rebuff. in praxi ad reg. de public. reſig. Gloſſ. 4. verſic. quæro*, ſed hodie non admitteretur reſignatio, pro vt vidi ſeruari à R. P. D. *Merlino tunc Datario* fel. rec. Greg. XV. in vna Paduana, vbi Reſignans reſernabat ſibi domum Rectoralem eius vita durante, & fuit reiecta ſupplicatio quia nolebat admittere d. conditionem, & de hoc agemus fuſius lib. 2. vbi agemus de reſignationibus.

Vnde conditio contra ius ſi non ſit nimiũ exorbitans ſolet admitti, ſin minus reijci, vt fuſius tra-
19 ctabimus ſub ſequẽti. vbi de reſignationibus agemus, & ſic caſus ſuppoſitus non eueniet. Quid tamen dicendum eſſet, ſi daretur caſus, quod Bulla reperiatur non conformis mandato, videtur reſoluiſſe Rota in Elboren. Penſionis 27. Octob. 1595. coram Cordub., vbi quod Officiales non expedınt, niſi præſtito & viſo conſenſu. Verba deci-
„ ſionis ſunt: Ad præſentem vero inſpectionem di-
„ ſtinguendi ſunt duo caſus. Primus quandò clau-
„ ſula, Cui ad id expreſſus accedit aſſenſus ponitur
„ in litteris expeditis: quo caſu verba non ſtant cõ-
„ ditionaliter, ſed cauſatiuè: quia Regula Cancell.
„ 43. expreſsè prohibet expeditionem litterarum
„ penſionis, niſi præſtito conſenſu, qua prohibitione
„ ſtante, præſumptio eſt, quod Officiales Cancella-
„ riæ, per quorum manus tranſeunt, quod non ex-
„ pediunt, niſi illo præſtito, & viſo, in quibus termi-
„ nis procedunt *deciſ. Peregr. 73. Put. 439. in fin. lib. 1. Caputaq. deciſ. 213 lib. 1.* Secundus caſus eſt, quãdo
„ dicta verba non ſunt appoſita in litteris, ſed in
„ ſupplicatione, & tunc ſtant conditionaliter in ſua
„ propria ſignificatione. *Put. deciſ. 18. lib. 3. Caputaq.*
„ *deciſ. 120. par. 1. Ant. Auguſt. in epit. ad reg. 43. Peregri. deciſ. 75. lib. 1.* ſed in caſu noſtro, de quo agebatur,

batur, cum conſtaret de conſenſu à tergo litterarum; illa verba eſſe accipienda purè, & diſpoſitiuè, quia verſamur in primo caſu diſtinctionis ſcilicet in litteris expeditis in forma Breuis, quæ habent vim litterarum Apoſtolicarum, vbi non requiritur alia expeditio, & in quibus ab expeditoribus Breuium adhibetur eadem diligentia, quæ in alijs expeditionibus adhiberi ſolet. Hæc Rota, quæ etiam *deciſ. 436. par. 1. diuerſ.* in vniuerſum præſumit pro bona expeditione litterarum etiam quoad datā, adeo vt potius inducat pluralitatem gratiarum, quam ſuſpicionem erroris.

Sed rurſus alia oritur difficultas, an quemadmodum præſumitur pro Officialibus, quod non expediuerint ſine conſenſu, ita præſumatur, quod non expediuerint, niſi conſenſus præſtiti ſint conformes mandato; Et regula eſt, quod Officiales præſumantur diligentes in his, quæ ſpectāt ad eorum officium: *Abbas conſ. 41. num. 2. lib. 1. Rota deciſ. 3. de conceſſ. præbend. in nouiſ.* Verum hæc præſumptio ceſſat, vbi cōſtat de contraria veritate ex mādato, nempe inſufficiente: nàm tùnc oritur alia præſumptio grauior non adeſſe aliud præter illud, de quo conſtat. *Pariſ. conſ. 95. num. 29. lib. 1.* cum alijs per *Gabriel. concluſ. 1. nu. 57.* & latè deduxi ſupra ex deciſione in cauſa Ianuen. Abbatiæ 24. Maij 1624. coram Buratto.

Nec videtur, litteras non conformes mandato ſuſtineri poſſe ex poſſibilitate alterius mandati; quod illi, de quo apparet ſuperuenerit: Quia reverà poſſibilitas illa non ſufficit, quando de vno explicitè conſtat. *Pariſ. de reſig lib. 9. quæſt. 23. num. 6.* & quod Bullæ huiuſmodi debeāt reformari abſq; præſtatione alterius conſenſus, dicit *Mobed. deciſ. 5. de renunc.* & ſolet aliquando accidere quod Bulla tranſmittatur per Abbreuiatorem ad plumbū ſine Data: quia in reuiſione cum omnia videt rectè ſe habere, datam, quam præſumit adeſſe negligit, & tunc debet corrigi. *Rebuff. in praxi tit. oppon, quæ contra Bullam poſſint, num. 26.* quia Datæ defectus non facit, quod gratia non ſit perfecta, ſed oſtendit de quo tempore fuit conceſſa, *Verall deciſ. 88. par. 3.* errat autem *Rebuff.* dùm hanc correctionem dicit à Romanis vocari Reſcribendam, vt infra oſtendemus.

Aliud igitur eſt opponere de non exiſtentia mādati, quæ, conſtito de extenſione cōſenſus à tergo Bullarum per Notarium Cancellariæ opponi non poteſt iuxta deciſionem ſupradictā Elboren. Penſionis, & aliud eſt opponere de mandato non ſufficiente: quæ oppoſitio iuſtificatur ex lectura mādati producti, quod in actis repetitur. In qua materia habeo duo exempla, quæ lucem afferrent diſputationi. Lite vertēte inter Petrum Kunſterum, & Hermanum Kelner ſuper Canonicatu Collegiatæ Eccleſiæ SS. Apoſtolorum Colonien. fuit inter ipſos conuentum; vt ſub beneplacito Apoſtolico Petrus refunderet Hermanno expenſas Bullarum, nec non locum ei impetraret in Collegio, & viceuerſa Hermannus cederet iuri ſibi in Canonicatu competenti ad fauorem Petri, hęc conuentio fuit per Notarium extenſa, & ſubſcripta, & illius vigore Romæ expedita ceſſio, & extenſus per Notarium Cameræ conſenſus, qui tamen non potuit extendi, cum non potuerit præſtari: quia nullum aderat in aliquem mandatum.

22 Secundum exemplum Sebaſtianus Tinouo litteras dat ad Didacum Oſorium, qui ei prębet facultatem conſentiendi reſeruationi penſionis ducatorum centum ſuper Canonicatu Elboren. quem obtinebat ad fauorem Ferdinandi Cabral, has litteras Didacus exhibet Notario, qui earum vigore extendit procuratorium ad conſentiendum reſeruationi in Curia Rom. prædictis litteris minimè recognitis, neq; apud ſe retentis, hodiè Sebaſtianus dat de falſitate dictarum litterarum, & nullitate reſeruationis, & rectè, nam quemadmodum non crederetur Notario, ſine teſtibus, ſi præſens Sebaſtianus procuratorem conſtituiſſet, ita neq; adhibenda fides eius rogitui ſuper certitudine alicuius ſcripturæ, niſi ea prius fuerit recognita, *§.*
23 *ſi quis igitur, auth de fid. inſtr. Dec. conſ. 605 num. 3. Afflict. deciſ. 181. n. 8. Seraph. deciſ. 1163. n. 4.*

In his igitur, & ſimilibus caſibus exiſtimo neceſſariam Bullæ correctionem: quia Notarij errarunt in iure, quod facilè fit propter præſens lucellum, & ideò de inſufficienti conſenſu opponere poſſe etiam litteris expeditis dixit *Rota in Hiſpalen. præſtimoniorum 1. Iul. 1592. coram Gyptio*, aliud exēplum habemus apud *Mobed. deciſ. 13. de renūc.* Vbi ſi duæ ſupplicationes reperiantur ſub eadem Data, & in vna earū reſeruetur regreſſus in caſu nō ſolutionis penſionis, cui acceſſerat conſenſus ceſſionarij; in altera reſeruetur regreſſus per ceſſum, vel deceſſum, cui non acceſſerat conceſſus Ceſſionarij cedens poſt mortem, vel ceſſionem ceſſionarij vti non poterit regreſſu per ceſſum, vel deceſſum, quod corroborat aſſumptum noſtrum, de quo ſupra, ſolam poſſibilitatem alterius mādati non ſuffragari. Quando vero aliquid eſſet in procuratorio pluſquam in Bulla, vel minus, eo caſu cenſeo amplectendam doctrinam *Rotæ deciſ. 197. par. 4. diuerſ. ſupra allegata*, quod videlicet omiſſum ſi ſubſtantiale non ſit, ſed apponi ſolitum expeditionē non vitiet: nam hoc ſolet plerumq; euenire incuria conſtituentium, & inſcitia Notariorum conficientium inſtrumentum procurationis, & eo caſu Notarius, qui extendit conſenſum recipit obligationem de rato à Procuratore, quæ ratificatio, vt plurimum negligitur. Et quia tam Notarij Cameræ Apoſtolicæ, quam Notarius Cancellariæ habet facultatem extendendi huiuſmodi conſenſus, obſeruaui Notarios Cameræ eſſe indulgētiores Notario Cancellariæ in recipiendis, & extendendis conſenſibus.

SVMMARIVM.

Notarius quando poſſit corrigere protocollū remiſſiuè, n. 1.
Datarius poteſt corrigere, & emendare ſupplicationes ſignatas tam per conceſſum. quam per fiat, modo non ſint regiſtratę. 2. Etiam ſi ſint regiſtratę, & remiſſę ad Cancellariam, vbi eas poteſt retinere, 3. Mandat retineri Bullas in regiſtro, 4. Et quid ſi parti tradita ſupplicatio, & litterę exp. datę, vel, quod idem eſt, litterarum expeditioni conſenſum, 5. Delet clauſulas in regiſtro appoſitas à Dataria, 6. Mutat illius tenorem, 7. innuente tamen Pontifice concedente, 18.

Conſenſus inſufficientis defectus opponi poteſt etiam litteris expeditis, 8.
Procuratores duo non in ſolidum habentur pro vno, 9.
Ratificatio non trahitur ad ea, quę à nobis ignorãtur, 10.
Conſenſus ſuper actu inualido corruit cum ipſo actu, 11.
Per traditionem verbalem cedentis non acquiritur poſſeſſio ceſſionario. niſi actualiter apprębendatur, 12.
Supplicatio regiſtrata dicitur gratia perfecta, 13.
Papa in beneficialibus mutat quadrata rotundis, 14.
Regulæ de iure quęſito, locus non eſt niſi in reſcriptis, 15.
Regula de iure quęſito non tollendo, 16.
Regulæ de iure quęſito non tollendo locus non eſt, quando verba pręiudicantia ſunt clara, 17.
Mutatio in regiſtro fit de gratia Pontificis viuentis, non autèm Pontificis prædefuncti, n. 18.
Datario an credatur etiam poſtquam dimiſit officium, 19.
Liber Datarię plenè probat, num. 20.

QVÆSTIO X.

Datarius an poſſit corrigere ſupplicationes regiſtratas.

BArtolus, & *Decius in l. ſi librarius, ff. de reg. Iuris. Abbas, Imola, & Felinus in c. ex litteris de fid. inſtr.* tractant, materiam quando Notarius poſſit
1 corrigere, ſiue emendare ſuum protocollum, quã
doctriuam aliqui, vt *Mandoſ. & Chokier ad reg. 27.*
conantur applicare Datario, quo ad correctioné
ſupplicationum in Regiſtro, ſed re vera ob excellentiam perſonæ non applicatur, ſed requiritur
doctrina particularis, quam vt facilius aſſequamur diſtinguendi ſunt plures caſus.
2 Primus eſt quando ſupplicatio nondum eſt regiſtrata, & tunc non dubium, quin Datarius eam
poſſit penitus lacerare, nedum in parte corrigere:
quia non eſt per eum acquiſitum aliquod ius parti
conſiderabile, tam ſi ſupplicatio ſignata ſit per
conceſſum, quam per fiat, *Gonzalez ad reg. 8. gloſſ. 15. §. 2. num. 33. Parſ. de reſig lib. 8. quęſt. 7. nu. 196.*
non obſtante quod contrarium ſentiat *Gloſſator ad reg. 31. num. 11.* quia loquitur ſine auctoritate,
& ratione.

Secundus caſus quando ſupplicatio eſt quidem
regiſtrata, & dimiſſa è regiſtro ad Cancellariam,
3 & tunc idem *Gloſſator vbi ſupra*, dicit Datarium
ſupplicationem huiuſmodi in aliquo mutare non
poſſe, aut eam retinere, ſed contrarium conſtat de
ſtylo, quia eas retinere mandat Cancellariæ Regenti, cui in hoc non eſt graue obedire Datario:
quia mandatum cenſetur ab ipſo Principe, vt dixi
ſupra *cap. 3.* & ſi diſtributa fuerit ſupplicatio Abbreuiatori, eiq; oſtendatur præceptum de retinendo ſupplicationem parti non tradet: quia ex cauſa Datarius eam retineri iubet, *Marchesan. de commiſs. tit. de ſig. grat. cap. 2. num. 170.*

Tertius caſus quando ſupplicatio eſt nedum
regiſtrata, ſed parti tradita, ſed non dum ſunt de-
4 ſuper expeditæ litterę, & tunc eodem iure, quo
ſupra, retineri mandat bullas in regiſtro, vt corrigatur prius euidens error ſupplicationis, *Verall. deciſ. 239. par. 1.* quia ex ſola ſupplicatione regiſtrata impetrans non poteſt obtinere canonizationem gratiæ, vt mox videbimus.

Quartus caſus eſt; quando ſupplicatio eſt regiſtrata parti tradita, & deſuper expeditæ litteræ,
vel certè expeditioni litterarum conſenſum, &
tũc ſunt ſubdiſtinguendi alij caſus. Vel enim ſupplicatio continet manifeſtum errorem, & eſt corrigenda *Verall. d. deciſ. 239.* exempli cauſa: appoſita eſt reſtrictiua per reuiſorem, quæ gratiam reddit eluſoriam, delenda eſt reſtrictiua. Vel deeſt
5 ſupplicationi aliquid quod gratiæ conceſſæ de iure
ineſt, de quo poſui caſum ſupra *cap. 9. num. 9.* &
debet illud addi. Vel deniq; ſupplicatio non eſt
in aliquo corrigenda, aut ſupplenda, ſed mutanda
in parte eſſentiali, eiq; addendum, quod prius non
continebat, & tùnc, vel impetrante, ita petente,
vel renuente, & inſcio ad petitionem partis, ſi nulli inde reſultet præiudicium, & hoc totum conſiſtit in arbitrio Datarij. Vel in vna ſupplicatione
duo ſunt Oratores, & vnus petit addi aliquid, vel
demi, altero Oratore inſcio, & renuente, & tunc
dubium magnam habet difficultatem, in quo tamen rurſus diſtinguemus duos caſus, aut demitur
aliquid è ſupplicatione regiſtrata, aut apponitur,
ſi demitur, vel illud erat ex narratis ab impetrante, vel ex reſtrictiuis Datariæ, puta in reſignatione
addita ex clauſula apponi ſolita: quod litteræ reſeruationis penſionis expediantur intra ſex men-
6 ſes, alioquin gratia nulla ſit eo ipſo elabũtur menſes 20. & litteræ non expediuntur, & tunc Datarius poteſt delere clauſulam prędictam è regiſtro,
quia illa fuit appoſita fauore Cancellariæ nõ prouiſi, cui propterea non fit præiudicium, & ideo
Dataria ſemper ſolet concedere reſtitutionem ad
expediendum litteras, vt mox videbimus, & parũ
intereſt prouiſo, vtrum gratia conualidetur per viã
reſtitutionis, vel certè tollatur obſtaculum nullitatis. Si demitur aliquid ex narratis ab impetrantibus, vel illud eſt impertinens, & poteſt demi: quia
vt ſupra dixi Dataria poteſt reicere conditiones
impertinentes. Vel narratum non eſt impertinẽs:
ſed concernit qualitatem gratiæ, & Datarius non
poteſt delere: nam ſequeretur, gratiam eſſe cõceſſam, & non eſſe conceſſam. Papa enim ex ſuppoſito gratiam conceſſit, ad quem ſolum ſpectat gratiarum conceſſio, non ad Datarium. *Rota deciſ. 101. in fine, par. 1. diuerſ.* & Datarius eam denegat,
quod eſt manifeſta contradictio.

Vel demum Datarius addit aliquid ſupplicationi in regiſtro, vel eius tenorem mutat & hoc ſimiliter, vel concernit narratiuam partis, & Datarius nõ poteſt: quia impoſſibile eſt, quod Didacus v. g. narrauerit ſe in nullo ſacro Ordine conſtitutum, & deinde reperiatur, quod narrauerit ſe Sacerdotem vno, & eodem tempore, neq; Datarij auctoritas tanta eſt, quod faciat, quem dixiſſe quod nõ dixit. Vel quod additur, aut mutatur, non concernit narratiuam partium, ſed conceſſionem gratiæ, & hoc ſimiliter magnam admittit difficultatem, quam exemplo explicare neceſſe eſt. Vacãte per obitum Balthaſaris de Miranda Decanatu Eccleſiæ Placentin. Prouinciæ Compoſtellan. fuit de eo auctoritate Apoſtolica prouiſus Ioannes Martinez Cabezaleal, & reſeruatæ duæ annuæ penſiones ducat. 700. ſingulæ ad fauorem Franciſci, & Didaci ſequentibus verbis. Franciſco vero, & Didaco Oratoribus, vt commodius ſuſtentari

valeant

valeant de alicuius ſubuentionis auxilio prouidere Didaco vero vnam vij. c. Franciſco vero alterã penſiones annuas aliorum vij. c. ducatorum auri de Camera ſuper Decanatus &c. fructibus, redditibus, prouentibus &c. eidem Franciſco, & Didaco quoad vixerint per d. Ioannem Martinez, cuius ad hoc expreſſus accedit aſſenſus, &c. perſoluen. Non obſtant. præmiſſis ac S.V. de præſtando conſenſu in penſionibus, alijſq; conſtitutionibus.

In vim huius ſupplicationis fuerunt expeditæ litteræ de reſeruatione duarum penſionum vnius 700. pro Didaco, & alterius 700. pro Franciſco, & conſenſus fuit præſtitus pro vtraq; penſione. Deinde quia Didacus deſecit apud hoſtes, & de reditu non ſperaretur, fuit repertum aptatũ regiſtrum in margine manu Datarij ſub illis verbis. Et de reſeruatione vnius penſionis videlicet duc. 1400. auri de Camera pro Franciſco tantum, alias vt ſupra, citra vllam reſeruationem. Recuſabat ſucceſſor in Decanatu ſoluere Franciſco integram penſionem eo, quòd conſenſus eſſet præſtitus ſuper reſeruatione duarum penſionum ſeparatim reſeruatarum, & quod Datarius non potuerit redigere ambas iſtas penſiones in vnam.

Pro negatiua facit, quod conſenſus ſuppleri non poteſt. & à principio fuit præſtitus pro reſeruatione duarum penſionum, non autem vnius, & ſic clauſula illa regiſtro manu Datarij appoſita. Et de reſeruatione vnius &c. nõ verificatur quia de tempore Datæ non erat verum dicere, quod conſenſus eſſet præſtitus ſuper reſeruatione vnius penſionis, & dicitur gratia ſubreptitia etiam quod conſenſus ſuperueniat. *Puteus decis. 263. lib. 3.* & defectus cõſenſus poteſt allegari quandocumq; etiam litteris expeditis, vel diſformitas à mandatis, vt in allegata in præcedenti capite Hiſpalen. & Corduben. Præſtimoniorum 1. Iulij 1592 coram *Gypsio*, quæ deciſio cum mirabiliter conferat ad hanc materiam, hic per extenſum apponi oportuit.

Poſtremo in hac cauſa ſæpius propoſita dubitari contingit præſuppoſitis quibuſdam litteris miſſiuis, vt dicebatur per D. Gundiſaluum recognitis citra veri præiudicium, ac alijs hinc inde deductis. An conſtaret de tali conſenſu D. Gundiſalui, qui ſufficeret ad validitatem reſignationis beneficiorum, de quibus agitur facta Fabritio eius fratri, ita vt ei non eſſet dandum mandatum de manutenendo, & non conſtare DD. reſoluerunt, quoniã conſenſus in d. reſignatione per alterum ex Procuratoribus nomine Gundiſalui præſtitus, nihil releuat, ſiquidem ad dicta beneficia reſignanda duo fuerunt non in ſolidum conſtituti Procuratores, qui ex iuris interpretatione pro vno habentur, *c. ſi duo, vbi Gloſſ. in verbo admitti, de procurat. in 6.* quo fit vt conſenſus vnius tantum reſignatario nõ ſuffragetur *c. cauſam*, & ibi *Doct. de off. deleg.* limitatus enim conſenſus limitatum parit effectum, *vulg. l. in agris de acquir. rerum dom. Pariſ. cõſ. 5. n. 8. lib. 4.* vbi quod propter omiſſioné, conditionum, & qualitatum in ceſſione appoſitarum, cedenti datur regreſſus iuxta *conſ. Oldr. 275. num. 6.* Nec ad rem pertinet quod Iacobus alter Procurator dict. reſignationi conſenſerit: quia præter id, quod huiuſmodi conſenſus non ſuperuenit virtute ſe: record. Greg. XIII. qui reſignationem admiſerat, ſed tempore eius ſucceſſoris, & lõgè poſt 4. annos, ſatis inter ſe differunt ſupplicationes iſtæ, ſuper quibus Procuratores conſenſum præſtiterunt, vt ex deductis pro Gundiſaluo, propterea nihil facit, *decis. 145.* quia loquitur quando ſuper eademmet ſupplicatione plures Procuratores conſenſerunt. Et tollitur obiectum, quod per porrectionem ſupplicationis ſignatæ, gratia ſit perfecta. *Sarn. in reg. de infirm. quæst. 31. Caſſad. decis. 1. de renunc. Mobed. dec. 62.* quoniam eorum dicta ſunt intelligenda, quando ab initio conſenſus fuit benè præſtitus per Principalem, vel Procuratorem habentem ſufficiens mandatum, quo caſu non eſt opus nouo conſenſu, licet aliqua ſint neceſſaria pro validitate gratiæ, vt videmus in gratia, perinde valere; nàm hoc caſu ſufficit, conſenſum quandocumq; ſuperuenire, vt dixerũt DD. in cauſa Ilerden Parochialis de anno 1554. coram *Oradino*, quando ab initio actus eſt nullus ratione deficientis conſenſus, & gratia eſt ſubreptitia, vt in propoſita facti ſpecie cũ Papa crediderit, Procuratorem habere mandatum idoneum ad reſignandum, vt per *Mobed. decis. 85. Paleot. decis. 233.* tunc requiritur conſenſus *l. contractus, C. de fid. inſtrum. Aym. conſ. 39. num. 3. Verall. decis. 11. par. 1.* Deciſiones vero, quę ex aduerſo afferuntur poſſent procedere ſi clarè conſtaret de conſenſu reſignantis apud acta Notarij Cancellariæ Apoſtolicæ, re integra, & non alias, *Put. decis. 111. lib. 3. Gabr. conſ. 194. n. 4. lib. 1.* & licet Regula Cancellariæ 44. de præſtando conſenſu non ſit de dãdis, ſed concernat expeditionem litterarum. *Verall. decis. 175. par. 2. cum alijs allegatis:* tamen hodie non requiritur, an litteræ potuerint expediri, nec etiam negatur, ſed dicitur non conſtare de ſufficienti conſenſu iuxta formam mandati, qui defectus poteſt allegari quandocumq; etiam litteris
10 expeditis per præallegata. Non obſtat ratificatio Gundiſalui, quæ ex prædictis litteris deducitur, primo quia ratificatio non trahitur ad ea, quæ à nobis ignorantur, *l. mater, C. de rei vendicat. Pariſ. conſ. 100. num. 71. lib. 1.* & qui ſe fundat in ratificatione probare debet ratificantem, notitiam habuiſſe de contentis in ratificatione cum ſuis qualitatibus. *Gloſſ. in cap. conuert. in verbo ſeruerit, de appell. in 6.* quam ſingularem dicit *Alex. cõſ. 114. n. 4. verſ. accedit lib. 1. Natta conſ. 636. nu. 194. de commun. Verall dec. 35. num. 7. par. 1.* & ſemper eſt locus pœnitentiæ, donec conſenſus formaliter præſtatur, vt reſolutum fuit in illa Paduana Canonicatus cuius copia datur. His accedat, quod prædictæ litteræ nihil faciunt ad caſum propoſitum ſolum enim continent Gundiſaluum vidiſſe reſignationem Fabritij in fauorem R.P.D. Varellæ, quam fuiſſe bene factam aſſerebat, & ex nunc confirmabat, non tamen hinc infertur ad approbationem reſignationis per Procuratorem Gundiſalui D. Fabritio nulliter factæ, nec regula *l. ad rem mobilem, l. ad legatum, de procur.* cum ſimilibus, procedit in his, quæ non dependent à mera noſtra voluntate. *Doct. in authen. ſi quis in aliquo, C. de eden.* & quando neceſſario non includitur, *Signorol. conſ. 106.* nam eſto, quod conſenſus ex actu poſitiuo eliciatur, tamen non debet talis conſenſus egredi terminos

actus. *Put.deciſ.*188.*lib.* 2. Præſertim, quia non eſt veriſimile, quod Gundiſaluus ſcinerit defectum in reſignarione commiſſum, quoniam ſtatim re bene intellecta, reclamauit, & ex illo capite litem proſequutus fuit, Idcirco ſibi non obeſt conſenſus, qui ſola legis præſumptione nititur, cum non ſit veriſimilis. *Alex. in l.non ſolum, §.morte n.262. de non. oper.nunciat.* cum alijs adductis in vna litterarum Cambij 18. Decembris coram *Lauretano*. Et in omnem euentum in d.ratificatione ſubintelligitur illa conditio, dummodo reſignatio valear, alias tanquam erronea non ſubſiſtit. *Dec.conſ.*351.*nu.*8. *& conſ.*475.*num.*18.*& ſeqq. Decian.conſ.*55.*nu.*27.
11 *lib.*2. Nec dicatur quod ſaltem vigore dictarum litterarum Gundiſaluus amiſerit poſſeſſionem dictorum beneficiorum, cũ in illis fateatur ſcripſiſſe in partibus, vt daretur poſſeſſio ei, qui nomine D. Varellæ ſuas litteras præſentaret, quoniam effectum non habuerunt: quia D. Varela non fuit vſus dictis litteris, neminem requiſiuit pro traditione poſſeſſionis, quod videbatur neceſſarium, quia Gundiſaluus etſi verbo tradidiſſet poſſeſſionem illam, tamen non amiſiſſet, cum non eſſet in rei præſentia, niſi doceretur fuiſſe per d. Varelam appræhenſum vigore d.licentiæ de ingrediendo. vt
12 notant omnes in *l.cum fundum de vi, & vi armata. Natta conſ.*398. *num.* 53. & benè deducitur in vna Meliten. Sancti Fantini 27. Iunij 1587. coram Illuſtriſs. *Seraphino*, & ſumus extra hanc difficultatem: quia apparet, d. Varelam vigore litterarum Apoſtolicarum poſſeſſionem dumtaxat cepiſſe, quæ nullo modo eſt manutenibilis, cum fuerit capta poſt inhibitionem rotalem abſente d. Gundiſaluo, qui nunqnam habuit ſe pro ſpoliato, & ita reſoluerunt DD. ex prędictis, & alijs rationibus ab informantibus deductis.

Hucvſq; decíſio, cuius opinio eſt conſenſus formam præſtiti ſemel, mutari in aliquo non poſſe, quando ſupplicatio eſt regiſtrata, quæ tunc dicitur perfecta adeovt ex ea vtriq; parti fuerit ius quęſitum. *Rota deciſ.vlt num.*3.*&* 4. *de reſcript. in antiq.*
13 *Caſſad.deciſ.*8.*num.*9.*de reſtit.ſpol. & deciſ.*2 *num.*9. *de Penſ. Put.deciſ.*275.*nu.*2.*lib.*3.

Et propterea hoc caſu regiſtrum per Datarium alterari nõ poſſe, videntur ſentire *Sarnen. ſuper reg. de iure queſito non tollen. quaſt.*20. *circa finem. Rota deciſ.*101. *prope finem par.* 1. *diuerſ. Gonzalez ad reg.* 8. *Gloſſ.*15.*§.*2.*num.*33.

Quibus tamen non obſtantibus, exiſtimo in caſu propoſito potuiſſe Datarium mutare regiſtrũ, & duas illas penſiones reducere ad vnam, eo ſolo
14 argumento, quod factum à Datario, cenſetur factum ab ipſo Papa vt ſuprà *cap.* 3. qui ob ſupremã eius poteſtatem in beneficialibus mutat quadrata rotundis. *Hoſtien. in c.cum conueniſſent, nu.*5. *de Iud. Franciſcus Marcus q* 1185.*n.*4.*par.*1.

Non obſtant allata in contrarium, & primo de conſenſu pręſtito ſuper reſeruatione duarum penſionum, qui propterea non potuit reduci ad vnã, nam aduertendum eſt, ſupplicationem reſeruationis continere derogationem regulæ de pręſtando conſenſu, vnde licet Papa in reſeruatione mentionem fecerit conſenſus præſtiti, nihilominus uoluit ſe ad illum reſtringere, cum deinde ſubijciat regulę derogationem, & Regula non ligat manus ſtatuentis, ſed ſolùm reſpicit fraudes aliorum, vt notat *Gloſſator hic nu.* 1. vnde cum per derogationem regulę nullius conſenſus ſit neceſſarius. Papa potuit hac derogatione vti quandocumq; quia conſenſus partis non eſt conſiderabilis: qui per derogationem inficitur, & annullatur.

Non obſtat *Sarnen. d. quæſt.* 20. vbi per regiſtrũ dicit fuiſſe ius quæſitum parti, & propterea eſſe locum regulæ de iure quęſito non tollendo: quia primò quidem *Sarnen.* ſupponit caſſationem, ſiue abolitionem in regiſtro eſſe factam per viam commiſſionis, qui non eſt caſus noſter, vbi nulla interuenit commiſſio, & Regulæ locus non eſt, niſi in ſcriptis, vt notat *Gloſſator hic num.* 1. & colligitur
15 ex illius tenore, quem hic libet apponere: quia ſæpius incidet illius mentio & Lector eam pre manibus habens, non cogetur recurrere ad inſpectionem aliorum librorum.

Regula de iure quæſito non tollen.

16 „ Item ne per varias, quæ pro commiſſionibus habendis in cauſis fiunt ſuggeſtiones iuſtiria poſtponatur idem D.N. decreuit, & declarauit ſuæ intentionis fore, quod deinceps per quamcumq; ſignaturam, ſeu conceſſionem pro commiſſionibus huiuſmodi per Sanctitatem ſuam, vel de eius mãdato factam. nulli ſibi ius quęſitum quomodolibet tollatur.

Sed neq; omni caſu quando adeſt commiſſio eſt locus regulæ, quę ſolum præuertit ſupplicationes pręſeruans intentionem ſtatuentis, adeovt ſi diſpoſitio nedum contineat expreſſam derogatio-
17 nem, ſed verba talia, quæ inferrent enixam voluntatem præiudicandi; Regulæ non eſt locus. *Gloſſator hic num.* 2.

Non obſtat *Rota deciſ.* 101. *in fine par.* 1. *diuerſ.* & *Gonzalez Gloſſ* 15.*§.*2. *num.* 33. Nam Rota quidem dicit ſolum, quod quando ſupplicatio non eſt regiſtrata, poteſt per Datarium lacerari: quia tunc non poteſt conſiderari aliquod præiudicium parti, ex quo non infertur, quod aptari, ſiue caſſari non poſſit regiſtrum. *Gonzalez vero num.* 31. quærit quando ceſſet vacatio, & reſpondet: quod per ſupplicationem ſignatam, & parti traditam, ex quo ſimiliter non infertur contra noſtram concluſionem.

Non obſtat demum, quod Papa concedit gratias, non Datarius, vt *deciſ.*458.*num.*5.*par.*3.*diuer.* ex quo inferri videtur, quod Datarius regiſtrum aptare, aut mutare non poſſit: quia hoc eſſet con-
18 cedere nouam gratiam. Nam reſpondetur, verum quidem eſſe omnem gratiam proficiſci a Papa, ſed per Datarium, qui quod facit, nomine Papæ facit, vt latè ſuprà *cap.* 3. Quæ vero de mutatione in regiſtro dicta ſunt fieri poſſe per Datarium, intelligi debet, viuente Pontifice concedente, aliàs ſecus, vt noratur in allegata Hiſpalèn. & Corduben. pręſtimoniorum.

Non obſtat demum quod Officiales præſumãtur diligentes eſſe in ijs, quæ ſpectant ad ipſorum officium. *Abb.conſ.*41.*num.*2.*lib.*1. *Rota deciſ.*3.*de conceſſ.præben.* in nouis, & in ſpecie circa conſenſum pręſtitum eſt deciſio in Elboren. Penſionis

27. Octo-

27. Octobris 1595. cuius copia exhibita ſupra. Nam doctrinæ præallegatæ debent intelligi, quod præſumatur pro conſenſu, ſi demum conſtet de aliquo; quando verò conſtat de conſenſu, & illo inualido, tunc ceſſat præſumptio illa quia patet, quod Officiales extenderint conſenſum ſuper actu nullo, vt ſupra dictum.

Sed hic pulchra oritur quęſtio, an credatur illi, qui fuit Datarius atteſtanti de rebus actis tempore ſui Datariatus, quæ incidit dum hęc ſcriberem: fuit per fe: rec. Clem. VIII. ſuper fructibus Theſaurariæ, & Sacriſtiæ Eccleſię Maioricen. reſeruata annua penſio duc. 200. in caput Raphaelis Manar Hiſpani ad commodum, & vtilitatem Marci Antonij Tonſi, vt fieri ſolet in huiuſmodi penſionibus confidentialibus, de quibus agemus lib. 3. Marcus Antonius ceſſit ius exigendi penſionem huiuſmodi R.P.D. Pirouano, qui per 20. & vltra annos dictam penſionem exegit. Moderni Succeſſores in dictis Officijs, ſiue Dignitatibus recuſarunt ſoluere penſionem, niſi doceretur de ſuperuiuentia Tonſi, ad cuius commodum, non autem ad commodum R.P.D. Pirouani reſeruata fuerat penſio. D. Pirouanus reſpondebat ex conceſſione fel. rec. Pauli V. periculum Vitæ Tonſi fuiſſe translatum in perſonam ſuam. Verum quia de hoc nulla reperitur annotatio in libris Datariæ, probabat hoc dictum ex atteſtatione Reuerendiſs. D. Maraldi, tunc Datarij per hæc verba: *Eſſendo reſeruata ſopra la Sacriſtia, & Theſauraria di Maiorica vna penſione annua de ſcudi 200. d'oro peſo vecchio in perſona di Raphaele Manert Maiorchino à commodo d'Italiano, Monſig. Pirouano ſupplicò la S. me. di Papa Paolo V. à farli gratia della translatione del commodo, in perſona ſua, atteſo che tanto il titolare, quanto il penſionario, quale godeua la penſione concorreuano in dare il loro conſenſo per inſtrumenti publici, & hauendone io fatto parola con la detta ſan. memoria, ſi compiacque farli gratia, atteſo il conſenſo delle parti, che però à queſt'effetio fù fatta la translatione della detta penſione dalla perſona di Rafaele Manart in perſona di Antonio Domen... di Nouembre 1614. & annotata nelli libri della Dataria, viſti prima da me li due inſtromēti di conſenſo.* Verum in libris Datariæ nullum fuit repertum verbum ſuper huiuſmodi translatione, & quod magis vrgebat nec quidem de reſeruatione ad commodum Tonſi, qua propter cauſa commiſſa fuit de ſpeciali Sanctiſſimi reſcripto Illuſtriſſimis, Datario Fagnano, & Paulutio, à quibus requiſitus pro R.P.D. Pirou. reſpōdi in vtroq; capite.

De effectuali translatione videbatur conſtare ſatis ex atteſtatione prędicti Reuerendiſs. Maraldi viri omni exceptione maioris, cuius integritas probata eſt Curiæ Ro: per plures annos Paulo V. in Datarij munere per integrum decennium, & nunc in officio Secretarij Breuium Sanctiſs. D. N., qui cum deponat pręcisè, & referat plures circumſtantias, & de actu à ſe geſto plenè probat *Verall. deciſ. 267. par. 3.* & quemadmodum Datarijs ob Magiſtratus eminentiam plenè creditur dum ſunt in officio, ita Curia ſemper ipſis adhibuit fidem, etiam extra officium, ſi concurrant adminicula, vt in Calaguritana Pēſionis Merc. 2. Decembris 1598. coram *Corduba.*

Fuit reſolutum contra informantem conſtare ſcilicet penſionem, de qua agitur fuiſſe reſeruatā ad commodum Herculis, vt apparet ex fide data ab Illuſtriſs. Card. de Coſenza tunc temporis Datario, cum ipſo viuente fuerat realis ſolutio facta, & ſic per illius mortem extincta, & fuit reſolutū coram *Caſ. de Graſſis in deciſ. relat. inter diuerſ. 399. & 400 par. 1.* Nec obſtabat, quod de anno 1591. Thomas Sternaldez reſeruatarius dictæ penſionis tranſtulerit illam in perſonā cuiuſdam Petri Arias, qui poſtea conſtituit Procuratorem Andręam ad exigendum penſionem. Nam ex hoc dicebāt DD. non probari penſionem fuiſſe reſeruatam ad vtilitatem Andrę. Minus obſtabat, quod prætendebatur ſemper penſionem fuiſſe exactam per Herculem tanquam Procuratorem Thomæ, nam in iſtis penſionibus confidentiarijs omnia fiunt nomine Hiſpani, in cuius capite reſeruantur, vt in deciſionibus relatis, & non eſt veriſimile, quod Thomas admiſiſſet, Herculem ad exigendum, ſi commodū penſionis ad ipſum non ſpectaret. Et ita &c.

Idem dixit eadem Rota in cauſa Nouarien. Pēſionis 26. Iunij 1623. coram *Buratto*, & quidem in fortioribus terminis.

Tenuerunt DD. translationem penſionis auctoritate Apoſtolica per Ioannem Bernardinum in perſonam Hieronymi factam fuiſſe cōtemplatione, & ad vtilitatem Ioannis Stephani Patris d. Ioannis Bernardini. Nam licet litteræ d. translationis expreſsè contineant fauorem d. Hieronymi, tamen inſpecta veritate viſum fuit illius perſonam fuiſſe interpoſitam pro d. Ioanne Stephano iuxta *l. 1 & 101. tit. C. ſi quis alteri, vel ſibi*, & ideò illi quæſitum fuiſſe emolumentum, & non Hieronymo. Interpoſitionis cauſa fuit: quia d. penſio fuerat prius per ſan. mem. Paulum V. reſeruata d. Ioanni Bernardino ad preces, & vtilitatem d. Ioſęphi vxorati propter illius ſenectutem, & cęcitatē ſuperuentam, & quia Ioannes Stephanus ſupplicauerat mediantibus memorialibus tūnc porrectis Sanctiſs & Illuſtriſs. D. tūnc Card. Datario, vt ex atteſtationibus in eius Summ. n. 3. & quia d. Ioannes Bernardinus vxorem ducere volebat, ne penſio vacaret per matrimonium contrahendum motus fuit ad illam transferendam d. Hieronymo, cum quo parentelam contrahebat ducen. illius Conſobrinā in vxorem, vt ex eiſdem atteſtationibus, quæ cauſa interpoſitionis perſonæ viſa fuit DD. ſatis veriſimilis, ne Ioannes Stephanus, cuius pietate motus fuerat Summus Pontifex per matrimonium filij remaneret penſione priuatus; & in hac materia cauſa confidentiæ eſt pręcipuè conſiderata iuxta Conſtit. ſan. me. Pij V. in Bullario antiquo 87. *in §. mult. & in verſ. alia item per multa*, latè *Pariſ. de confed. benef. quæſt 7. n. 42. & quæſt. 9. n. 1. & ſeqq.* prout cauſa ſimulationis ad *conſ. Bart. 65.* paſſim à Rota approbatum, vt in *deciſ. 241. nu. 10. Mantica deciſ. 211. num. 14.* & coram *Sanctiſs. deciſ. 401. num. 15. Farinac de ſimulat. & falſit. quæſt. 153. num. 203.* qua cauſa propoſita ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones, cum directa probatio non poſſit haberi. *Verall. deciſ. 200. nu. 6. par. 1. Seraphin. deciſ 1108. num. 1.* cum latè relatis per *Pariſ d. tract. quæſt. 71. nu. 1. & ſeqq.* vbi quod eſt communis

munis omnium Doctorum, & recepta in praxi opinio, quarè dixerunt DD. plures in hoc caſu concurrere, & prima principalis deducebatur ex condonatione expenſæ compoſitionis per ſan. mem. Paulum Quintum fact. ad ſupplicationem d. Ioannis Stephani, vt in partita libri Datariæ formiter, vt ſupponitur extracta tenoris ſequentis: Pro aſſignatione penſionis 25. ſcutorum auri ſuper fructibus, & diſtributionibus Canonicatus, & præbendæ Eccleſiæ Nouarien. pro Hieronymo gratis de mãdato Sanctiſs. Placet ad ſupplicationem Ioannis Stephani Moitani cęci, vt in eius Summ. n.2.

Si enim Summus Pontifex d. compoſitionem ad ſupplicationes Ioannis Stephani cõdonauit, valde videbatur DD. veriſimile; quod Ioãnes Stephanus vtilitatem, & commodum habere deberet, cũ ſupplicatio ad inſtantiam illius ſignata pręſumatur, de cuius commodo, & vtilitate agitur. *Oldrad. cõſ. 136. num. 5. Sarnen in reg. de impetr. benef. vac. q. 2. nu. 2.* vbi, quod in multis cauſis dictũ fuit ſuo tempore, *Pariſ. de reſig. lib. 9. q. 24. nu. 30. Rota in recen. deciſ. 529. num. 5. par. 2.* nec præſumitur, quod Ioãnes Stephanus in indigentia, & neceſſitate conſtitutus fuerit liberalis gratiam pro ſe neceſſariam pro alio impetran. ad *l. rem legatam, ff. de adim. leg. Afflict. deciſ. 13. num. 15. Rota deciſ. 751. num. 7. par. 1. diuerſ.*

Secundò, concurrit qualitas perſonæ miſerabilis cœci ibidem etiam expreſſa, quæ tanquam reſpiciens pietatem cenſetur finalis, *Bart. in l. 2. §. fin. num. 1. Imol. poſt princ. verſ. & ideo, ff. de donat. Rota deciſ. 391. num. 3. part. 1. recent. & coram Sanctiſs. deciſ. 544. num. 6.*

Tertiò, vrgens coniectura videbatur, quod ſi d. penſio fuit reſeruata in perſona filij ad commodũ Patris, multò magis dum fuit translata in perſonã penitus extranei, *auth. multo magis, C. de ſacroſ. eccl.*

Quartò, concurrunt expenſæ factæ per Ioannẽ Stephanum poſt translationem in litigan. contra Titularem, qui prætendebat penſionem eſſe extinctam propter matrimonium Ioannis Bernardini, & ſolutiones factæ per Hieronymum de penſionibus exactis in ſcutis 135. vt d. Summ. n. 3 quas veriſimiliter non ſoluiſſet, ſi penſio ad propriam, non autem Ioannis Stephani vtilitatem translata fuiſſet ad *l. eum de indebito, ff. de probat.* & in his terminis *Seraph. deciſ. 1088. num. 1. & ſeqq.*

His omnibus accedat fides Reuerendiſs. tunc temporis Datarij ſupradictum factum narrantis, & atteſtantis, translationem huiuſmodi pẽſionis à Summo Pontifice factàm fuiſſe in capite Hieronymi, intuitu, contemplatione, ac pro ſubuentione Ioannis Stephani cæci, & ſeneſcentis, vt d. Sũm. n. 1. & quamuis d. fides facta fuerit poſt dimiſſum officium, videbatur tamen DD. ſi non concludentem probationem, magnam tamen facere præſũptionem, vt fuit dictum in Romana prætenſi inueſtimenti 14. Nouembris præteriti, & in his terminis facit deciſio in Romana Palatij eadem die, & anno coram Reuerendiſs. D. meo *Decano.*

Ex quibus ſaltem ſimul iunctis viſum fuit DD. translationem factam fuiſſe ad commodum Ioannis Stephani.

Nec obſtat, quod hæc penſio nõ reperiatur adnotata in libro Datariæ, in quo adnotantur omnes penſiones, quæ ad commodum tertij reſeruantur, vt in Summ. Hieronymi n. 4. quia in libro allegato deſcribuntur ſolummodo penſiones, quæ ſuper beneficijs Hiſpaniarum ad commodum Itali reſeruantur, ſed pro penſionibus ſuper beneficijs Italiæ ad commodum tertij reſeruatis, non apparet aliquem adeſſe librum in Dataria. Et ita &c.

Ex ſententia itaq; Rotæ ſtatur aſſertioni Datarij de re ſpectante ad eius officium, etiam dimiſſo munere, ſi concurrant adminicula, quę in caſu D. Pirouani concurrebant maxima, nempe mandata ad conſentiendũ translationi commodi penſionis, quæ fuerunt exhibita, & ſtante mandato ad conſentiendum tam penſionarij, ſiue commodatarij, quam titulariorum, & aſſenſu Sanctiſs. improbabile eſt, non interueniſſe conſenſum, cum mandata ad hunc effectum emanauerint, præſertim cum deſuper atteſtetur D. Franciſcus Cauſſeus vir fidei probatæ.

Quo verò ad alterã difficultatem, nempe quod penſio, de qua agitur non reperiatur annotata ad commodum Marci Antonij Tõſi, qui commodum tranſtulit in R. P. D. Pirouanum in libris Datariæ illa videtur tolli ex pluribus efficaciſſimis pręſumptionibus; prima quod D. Pirouanus nõ acceptaſſet translationem, niſi ſibi cõſtitiſſet, Marcum Antonium in penſione habuiſſe commodum; ſecunda quod idem D. Pirouanus eandem penſionem ſibi indebitam non exegiſſet; tertia, quæ prędictis vehementior eſt, quod titulares à principio, & deinde tanto temporis curſu penſionem non ſoluiſſent, niſi ſibi conſtitiſſet de commodi reſeruatione, vt conſiderat Rota in d. Calaguritana coram *Corduba*; quarta & vltima, quæ præcedenti nõ cedit, quod titulares non feciſſent mandata procuræ ad conſentiendum translationi commodi penſionis de Marco Antonio in D. Pirouanum, niſi compertum habuiſſent, commodum ſpectare ad Marcum Antonium.

20 Quod verò dicitur de libro Datariæ, videlicet Officialis Datariæ; qui dicitur per obitum, qui annotat in libello quodam ſuo particulari omnes reſeruationes tam penſionum, quam commodum, & hunc librum vt dicitur in prędictis deciſionibus plenè probare, non eo inficias, ſed non videtur cõuellere noſtram ſententiam, nam aliud eſt, quod liber ille probet negatiuam, aliud quod affirmatiuam, vt ſuſius dicemus eo loci, vbi de alternatiua agemus, pro nunc ſufficiat firmaſſe, librum illum non probare negatiuam: quia per incuriam Officialis poteſt notulam omittere, vel in ea errare, & licet Rota vt plurimum opinata ſit ex regiſtro probari etiam gratiæ negatiuam, de qua tractabimus infra hoc eodem libro *cap. 34.* valdè diſtant regiſtrum publicum ad effectum probandi negatiuam, & liber priuatus; quia omnes gratiæ de neceſſe regiſtrantur alias ſupplicatio non poteſt peruenire ad manus principalium, immo neq; expediri, nam Officiales Cancellariæ non expediunt litteras gratiæ, niſi viſa ſupplicatione regiſtrata; in caſu libelli, nullus adeſt alius Officialis, qui poſſit errorem ſupplere, ſiue emendare, cum libellus ille a nemine, quam ab ipſo Officiali, nec quidem inſpiciatur,

ſpiciatur,

ſpiciatur, cum ex eo quod ex illis annotationibus prouenıunt ıpſius emolumenta, tum quod nulli patere debent omnia Datariæ ſecreta, ex quibus exiſtimo hanc difficultatem ſatis explicatam.

SVMMARIVM.

Prorogatio ſupponit gratiam, 1.
Prorogationis effectus, 2.
Prorogatio eſt eadem cum gratia prima, 3.
Prorogatio facilius conceditur quam ipſa gratia, 4.
Prorogatio non tribuit maiorem dilationem, quam prima gratia, 5.
Dataria prorogando concedit terminum breuiorem primo, 6.
Prorogatio bis concedi ſolet, 7.
Prorogationis expediendi litteras formula, 8.
Prorogatio expediendi litteras vltra montes datur ad nouem menſes, citra montes ad ſex, 9.
In prorogatione expediẽdi litteras nõ requiritur cauſa. 10
Prorogatio incipit currere à fine termini in litteris præfixi, 11. Si tamen res agenda potuit perfici, 14.
Prorogatio obtenta in vltimo momento primi termini valet, 12.
Prorogatio lapſo primo termino non valet, 13.
Prorogationis ſuſcipiendi ordinis formula, 15.
Cauſa propter quam petitur prorogatio quando exprimenda, 16.
Prorogatio ex cauſa conceditur etiam in præiudicium tertij, 17.
Prorogatio ad publicandũ datur ad alios tres menſes, 18.
Prorogatio datur contra regulam de annali, 19.
Prorogatio datur contra regulam de trienniali, 20.
Prorogatio regulæ de annali, & trienniali non operatur pro tertio ſuperueniente, 21.
Prorogatio datur patronis ad præſentandũ, ſed laicis, 22.
Patronus laicus habet quadrimeſtre ad præſentandũ, 23.
Dataria non diſpenſat ad ſimplex, ſi impetrans decimum annum non attingit, 24.
Ordinarius non poteſt prorogare annum promotionis, 25.
Regens Cancellariæ concedit prorogationem expediendi litteras penſionis, 26.

CAP. XI.

De Prorogationibus.

1 PRorogationes ſunt ſecundæ gratiæ, & vt nouę
prouiſiones primam ſupponunt, *l. ſed etſi manente, ff. de precar.* huic prorogationis effectus eſt,
vt gratia ſub conditione præfixo tempore aliquid
faciendi, & niſi fiat habens decretum irritans perſiſtat in ſuo robore, ac ſi tempus lapſum nõ eſſet.
2 *Mandoſ. ad reg. 4. quæſt. 76. n. 8.* Prorogatum enim
cenſetur prorſus idem cum prima gratia, cuius
aſſumit qualitates, & in nullo eſt diuerſum. *Rota*
3 *coram Greg. XV. deciſ. 522. num. 17.* idem *Mandoſ.*
vbi ſupra num. 9. & ſeqq. Et facilius conceditur,
4 quam ipſa gratia. *Mandoſ. vbi ſupra num. 7. Cæſar*
de Graſſ. deciſ. vnica, num. 2. de confeſſis. Verall. deciſ.
402. num. 4. & 5. lib. 2. Non tamen in prorogatio-
5 ne datur maior dilatio, quam ipſa gratia; Vt videlicet, ſi in reſignatione ſit appoſita clauſula,
quod penſionarius teneatur intra ſex menſes expedire litteras ſub pœna decreti annullantis, non
poterit eidem prorogatio concedi ad alios octo
menſes, ſed ad ſummum ad ſex alios menſes. *Mãdoſ. vbi ſupra quæſt. 5. Rebuff. in praxi tit. de Breui Apoſtolico, & alijs num. 31. & tit. formula diſpenſationis de non promouendo, num. 11.* Imò non ſolet Da-
6 taria in prorogatione concedere eundem terminum, ac in prima gratia: ſed fere pro medietate
minorem, vt ſi prior gratia præfigat terminum ſex
menſium, prorogatio non datur niſi pro tribus, &
7 ſi tempore prorogato reſcriptum gratiæ adhuc
adimpleri nequiuerit, ſolet peti, & concedi ſecunda prorogatio. *Mohed. deciſ. 7. in fin. de appell.*

Quemadmodum autem variæ gratiæ pręcipiũt aliquid certo præfixo tempore faciendum, ita diuerſæ ſunt prorogationum formulæ, quarum nos vnam aut alteram tantũ ponemus ob oculos: quia ex illis facilè poterit dari cognitio reliquarũ: frequentiores autem ſunt prorogatio ad expediendũ litteras iuxta decretum; promouendi ſe ad Ordines ſacros, ſeu gradum doctoratus ſuſcipiendi. ſi beneficium Ordines ſacros, aut dignitas gradum requirat; ſit igitur prior formula prorogatio expediendi litteras.

8 Beatiſs. Pater Nuper deuoto S.V. Oratori Bar-
„ tholomęo Bauſſet Clerico ..... penſio annua certis
„ modo, & forma tunc expreſſis, libera immunis, &
„ exempta centum ducatorum auri de Camera ſu-
„ per Canonicatus, & Prioratus de Bompo nũcupa-
„ tæ pręb endæ Eccleſiæ Foroiulien. fructibus, reddi-
„ tibus, & prouentibus eidem Oratori quoad vixerit,
„ vel Procuratori ſuo legitimo per deuotum veſtrũ
„ Antonium etiã de Bauſſet eiuſdem Eccleſiæ Ca-
„ nonicum, cuius ad id expreſſus tunc acceſſit aſſen-
„ ſus, & ſucceſſores ſuos dd. Canonicatum & prębẽ-
„ dam pro tempore obtinẽtes annis ſingulis in cer-
„ tis loco, & terminis tunc expreſſis integrè vigore
„ litterarum Apoſtolicarum deſuper intra nouem
„ menſes tunc proximos expediendarum, nec alias,
„ alioquin reſeruatio huiuſmodi nulla eſſet eo ipſo
„ perſoluendam per S.V. reſeruari conceſſa fuit. Cũ
„ autem Pater Sancte d. Orator litteras pręfatas in-
„ fra eoſdem nouem mẽſes certis cauſis pręceditus
„ expediri facere, commodè non poſſit, ſupplicat igi-
„ tur humiliter S.V. d. Orator, quatenus in pręmiſſis
„ opportunè prouiden. ac ipſum ſpecialibus fauo-
„ ribus, & gratijs proſequen. nouem menſes pręfa-
„ tos nondum elapſos ad alios ſex menſes à fine eo-
„ rumdem nouem menſium computan. prorogare
„ pariter, & extendere: quibus quidem menſibus
„ per præſentes prorogatis durantibus idem Orator
„ litteras prædictas expediri facere poſſit, ac pro-
„ pter lapſum dictorum nouem mẽſium reſeruatio-
„ nem prædictam minimè inualidam eſſe, nec pẽſio-
„ nem ceſſare irritumq; &c. decernere dignemini
„ de gratia ſpeciali non obſtãtibus præmiſſis ac cõ-
„ ſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, cæte-
„ riſq; cõtrarijs quibuſcũq; cũ clauſulis opportunis.
„ Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum &c.
„ & de prorogatione extenſione, & decreto prædi-
„ ctis, vt ſupra, & pro præmiſſorum omnium, & ſin-
„ gulorum etiam innocat. denominat. annex. qualit.
„ aliorumque neceſſariorum maior, & verior ſpeci-
„ ficatio, & expreſſio fieri poſſit in litteris, etiam per
„ Breue S.V. ſeu officium minoris gratiæ expedien.
„ Et ad tres menſes tantum.

9 Notan-

9 Notandum primò circa clauſulam. Intra nouē
menſes &c. quod ad expediendum litteras penſio-
nis vltra montes dantur ad nouem menſes, citra
montes ad ſex de ſtylo Datariæ.
10 Notandum ſecundò circa clauſulā Orator cer-
tis cauſis prępeditus expediri facere nō poſſit &c.
quod in prorogatione huiuſmodi non requiritur
expreſſio cauſæ, cur litteræ expediri nō potuerint.
11 Notandum tertiò circa petitionem. Nouem
menſes prętatos nondum elapſos ad alios ſex mē-
ſes à fine eorumdem nouem menſium computan-
dorum &c. quod prorogatio non incipit à Data,
ſed à fine termini in litteris præfixi, & ita attendi-
tur Data primæ gratiæ non ſecundæ, quod pręci-
puè, & principaliter querimus.
Notandū quartò circa clauſulam. Quibus qui-
dem menſibus durantibus &c. quod quemadmodū
12 prorogatio obtenta in vltimo momēto primi ter-
mini ſuſtinetur. *Mād. vbi ſup. q. 77. n. 2.* ita lapſo ter-
mino, vel per minimū tēporis nō valet idē *Mād. vbi*
13 *ſup. q. 76. n. 2. Reb. vbi ſup. d. tit. de Breu. Apoſt. n. 34.*
Notandum quintò circa &c. ac propter lapſum
dictorum nouem menſium reſeruationem prædi-
ctam minimè inualidam eſſe &c. hic eſt effectus
prorogationis, de quo ſupra *num.* 2.
Notandum ſextò circa reſtrictiuam. Et ad tres
menſes tantum &c. hanc reſtrictiuam eſſe appoſi-
tam à reuiſore reſtringente gratiam ad tres men-
ſes, licet in corpore petita fuiſſet ad menſes ſex;
Et hoc quidem non ex arbitrio Reuiſoris ſed Da-
tarij, qui præcepit, vt ſimilis reſtrictiua apponere-
tur, in eius enim arbitrio conſiſtit dilationem, ſiue
prorogationem reſtringere aut extendere, modo
extenſio non ſit pro maiori ſpatio temporis, quam
primum aſſignatum, & reſtrictio ſit adeo anguſta,
vt non ſufficiat impetranti ad agendum quod de-
bet. *Put. deciſ. 69. num.* 1. *lib.* 2. Hinc licet firmaue-
rimus ſufficere, quod prorogatio obtineatur in
vltimo momento termini, tamen ſi aliquid facien-
dum erat, quod in momento illo, ſiue tempore,
14 quod ſupererat fieri, ſeu expediri nō poterat, nul-
lius eſt cōſiderationis, ſeu momēti. *Mād. d. q. 77. n. 3*
Nunc alteram ponamus formulam proroga-
tionis Ordinis ſuſcipiendi, quā ſupra promiſimus.
15 Beatiſſime Pater. Dudum Monaſterio S. Geor-
„ gij de Boue Erulla Ordinis S. Benedicti Rhoto-
„ magen. Diœceſis illius Commēdam, quam quon-
„ dam Ioannes Petrus Tolomeus ex conceſſione A-
„ poſtolica, illud ad eius vitam, dum viueret obtine-
„ bat per obitum d. Io: Petri, qui extra Ro: Cur. diē
„ clauſit extremum ceſſan. adhuc eo quo ante Cō-
„ mendam ipſam vacabat, aut alias certo modo va-
„ cāte. S. V. deuoto illius Oratori Ioanni Paulo To-
„ lomei Clerico Ferrarien. ad eius vitam ſub certis
„ modo, & forma tunc expreſſis commendauit, ac
„ voluit, quod Orator prædictus intra annum proxi-
„ mum, ſe ad omnes ſacros, etiam pręsbyteratus Or-
„ dines promoueri facere teneretur, alioquin Com-
„ menda ſibi facta prædicta ceſſare, eaq; ceſſan. d.
„ Monaſterium vacare cenſeretur eo ipſo, prout in
„ ſupplicatione deſuper ſub Dat. 4. Kal. Octob. Pon-
„ tificatus veſtri anno primo ſignata, ac litteris Apo-
„ ſtolicis deſuper confectis continetur; Cum autem
„ Pater S. bona dicti Monaſterij ab hæreticis occu-
„ pentur, & dudum occupata fuerint, ac dictus Ora-
„ tor ex eiuſdem Monaſterij fructibus nihil omnino
„ percipiat, nec credat ita breui quidpiam inde poſ-
„ ſe percipere, & Orator nulla alia bona Eccleſia-
„ ſtica poſſideat, & proinde Ordines ſacros prædi-
„ ctos infra d. annum commodè ſuſcipere non poſ-
„ ſit, cupiatq; dictum annum ad alium ſibi proroga-
„ ri. Supplicat &c.
Ex his duabus formulis facilè poterit concinna-
ti quæcumq; alia ob quamcumq; tandem petatur
cauſam prorogatio.
16 Notandum, quod in hac formula ponitur cau-
ſa, propter quam petitur prorogatio, quæ in pręce-
denti formula non continebatur, quando autem
exprimenda ſit cauſa, & quando non, ſic habe,
quādocumq; ponitur reſtrictiua temporis in gra-
tia ad faciendum aliquid, quod requiritur ex natu-
ra beneficij impetrati, tunc ſemper eſt exprimēda
cauſa, quando verò ex natura negotij onus impo-
ſitum non requiritur, tunc non eſt neceſſario ex-
preſſio cauſæ. Exempli gratia impetratur dignitas
requirens Ordinem ſacrum, aut gradum, & impe-
trans non eſt promotus, neque graduatus, tunc ſi
vltra tempus præfixum ad ſuſcipiendum, & pro-
mouendum petatur prorogatio, eſt exprimenda
cauſa, quare decreto appoſito ſatisfieri nō potue-
rit; ſi vero decretum procedat ex lege aut ſtylo nō
ex natura rei, tunc non requiritur expreſſio cauſæ
exemplum in decreto expediendi litteras, quæ
ſublato illo decreto expediri poſſunt quandocūq;
17 Quando vero adeſt prorogandi cauſa, tunc Papa
cōcedit prorogationem in præiudicium tertij, etiā
lite pendente. *Put. d. deciſ. 69. num. 2. lib. 2.*
Vltra prorogationem contra decretum, dantur
prorogationes aduerſus diſpoſitionem iuris, puta
ad publicandum litteras reſignationis, quæ dari
18 ſolet ad alios tres menſes. *Rebuff. in praxi ad Reg.*
de publicandis reſig. Gloſſ. 4. verſ. fallit, & datur con-
19 tra regulam de annali. *Mandoſ. ad d. reg. 34. quæſt.*
77. & 78. intra annum tamen poſſeſſionis, etiam
ſi impetrās, poſſeſſionem annalem ignoraret, nam
debet diligens eſſe, vt poſſeſſionem inueſtiget, &
inueſtigata petere prorogationem, quæ nunquam
denegatur *Sarnen. ad reg. de ann. quæſt. vlt. verſ. ta-*
men iſtis non obſtantibus.
20 Similiter datur prorogatio aduerſus regulam de
triennali. *Sarnen. ad reg. de trienn. quæſt. 21. in princ.*
21 aduertendum tamē eſt, quod prorogatio tam Re-
gulæ de annali, quam triennali, non operatur, niſi
pro impetrante, non autem pro tertio ſuperueniē-
te, de annali dicit *Mandoſ. ad d. Reg. quæſt. 78. n. 1.*
& 2. de Triennali. Sarnen. vbi ſuprà, verſ. iſtis tamen
non obſtantibus, & ratio eſt, quod diligentiæ vnius
non debent prodeſſe alteri negligenti.
Et non ſolum datur impetranti prorogatio cō-
tra diſpoſitionem iuris ei, qui agit ad acquirendū
22 ius, ſed etiam habenti ius, ne illud amittat, puta
patrono laico datur prorogatio ad præſentandū,
ſi velit præſentare ad Parochialem filium vel con-
ſanguineum, cui deſint aliqui menſes, vt infra an-
num, iuxta diſpoſitionem Concilij Trid. promo-
ueri poſſit, & quia patronis laicis de iure non cō-
13 petit niſi quadrimeſtre ad præſentandum, *c. vnico*
de iurepatronatus prorogatio, non ſe extendet vltra
alios

alios 4. Menſes ad ſupra allegata, immo Dataria ægre concedit alios 4. Menſes, ne beneficia curata diu vacent, & non vidi dari prorogationem hoc caſu, niſi ad trimeſtre, ſi vero verſemur in beneficio ſimplici, quod requirit ætatem 14. annorum, & patronus velit præſentare filium, ſeu alium de familia patroni nondum attingentem decimum annum, vltra quem Dataria non diſpenſat etiam ad beneficium ſimplex, tunc ſi præſentandus in ea ætate ſit, vt infra duos, vel tres menſes decimum attingat annum, in quo Dataria ad ſimplex diſpenſare ſolet, Dataria concedit prorogationem patronis præſentandi pro illo tempore donec præſentādus habilis fiat, & hoc caſu eſt longè facilior, quam in Curato, tam quoad ipſam conceſſionem, quam quoad tempus prorogatum, & hoc ne Cura animarum patiatur aliquod ex defectu paſtoris detrimentum.

Item datur prorogatio ad promouendum prouiſo de beneficio, quod habet in fundatione, quod electus intra annum promoueri debeat ad alios ſex menſes, & raro pro maiori tempore niſi derogetur in totū, quam prorogationem Ordinarius concedere non poteſt, *Rebuff. in praxi titul, De non promotis intra annum, num.* 18.

Poſtremo Regens Cancellariæ in vim facultatum, quando litterarum expeditio incæpta eſt ante lapſum termini, ſed eo durante, non poteſt ritè terminari oblatis ſibi Bullis concedit prorogationem ad 15. dies Bullas expediendi hoc reſcripto: Præſentata in Cancellaria Apoſtolica 6. Auguſti A. Regens additur dies præſentationis duplici ex cauſa; primò, vt Abbreuiator, cui ad iudicandum diſtribuitur Bulla poſſit videre, an prorogatio fuerit in tempore petita; ſecundò, an tempus prorogatum adhuc duret, alias enim Abbreuiator careret iuriſdictione expediendi.

SVMMARIVM.

ſtitutio competit ex iiſdem, & aduerſus eadem lapſo tempore, ac prorogatio ante lapſum, 1.
rmula reſtitutionis ad publicandum, 2.
ſtitutio ad publicandum ſupponit litteras, 3.
blicatio requirit litteras, 4.
ſtitutio in beneficialibus requirit titulum, 5.
ſtitutio denegatur ex notorietate iuris, 6.
ſtitutio non eſt noua gratia, ſed ſolum remotio obſtaculi inducti per Decretum, ſiue per Conſtitutionem, 7.
ſtituens omnia recuperat, ſi medio tempore nulli fuerit ius quæſitum, 8.
ſtitutionis Signatura eſt per conceſſum, 9.
pplicationi reſtitutionis apponitur dies præſentationis, 10.
rmula reſtitutionis aduerſus lapſum quinquennij, 11.
ſtitutio aduerſus lapſum quinquennij eſt per fiat, 12.
ſtitutiones aduerſus lapſum quinquennij remittuntur à Dataria ad Congregationem Concilij, 13.
ſtitutio aduerſus lapſum quinquennij, hodie non datur lapſo decennio, 14.
tus reuerentialis an dicatur cadere in conſtantem remiſſiuè, 15.
s, & metus qualificant profeſſionem, non habitus ſuſceptionem, 16.
miſſio reſtitutionis aduerſus lapſum quinquennij duas continet cauſas, 17.
Card. Interpretes Concilij exactè examinant cauſas reſtitutionis aduerſus lapſum quinquennij, 18.
Reſtitutionis cauſa an ab vno Iudicii terminari queat, 19
Metus cadens in conſtantē probatur duobus teſtibus, 20.
Metus cadens in conſtantem, infertur etiam ab alijs, quam à maioribus, 21.
Metus cenſetur durare durante eadem metus cauſa, 22.
Voluntates mortalium decennio mutantur, 23.
Reſtitutionem aduerſus quinquennium petens, debet ſaltem extraiudicialiter intra illud tempus reclamaſſe, 24.
Proteſtatio in ſuſceptione Ordinum per reclamare volentem non eſt neceſſaria, 25.
Profeſſio tacita quomodo inducatur, 26.
Reclamare volens contra profeſſionem non poteſt ſine licentia habitum dimittere, 27.
Superior tamen ex cauſa poteſt hanc licentiam concedere, 28.
Reclamans contra profeſſionem an perpetuo ab exercitio Ordinum ſuſpenſus eſſe debeat, 29.
Reclamanti ex Conſtit. Clement. VIII. non currit quinquennium, 30.
Compoſitio ſoluitur pro reſtitutionis commiſſione, 31.

CAP. XII.

De Reſtitutionibus.

Non agimus hîc de reſtitutione legali, Eccleſiæ, minori, mulieri, ſpoliato, non ſcienti, vel agere non valenti de iure intra certum tempus debita; ſed de reſtitutione gratioſa ſola benignitate Papæ aduerſus Decretum, ſiue Conſtitutionem concedi ſolita, vt in vniuerſum omni caſu, quo ante lapſum temporis ſolet concedi prorogatio, de qua fusè capite præcedenti, tempore lapſo, conceditur
1 reſtitutio, videlicet aduerſus decretum litteras expediendi, ordines ſuſcipiendi, ad gradum ſe promouendi, profeſſionem emittendi, ac ſimilia, ita etiam aduerſus Conſtitutiones de publicando regulas de annali, triennali, & ſimiles ſubiungemus autem duas formulas more noſtro, ex quibus facili negotio poſſit inferri ad alias.

Reſtitutio ad publicandum. Albinganen.

2 Beatiſs. Pater. aliàs Parochialis Eccleſia San-
,, cti Martini loci Vereſij Albinganen. Diœce-
,, ſis tunc per liberam reſignationem deuoti veſtri
,, Damiani Pinta nuper dictæ Eccleſiæ Rectoris, de
,, illa quam tunc obtinebat in manibus S.V. ſponte
,, factam, & admiſſam vacans illam ſic vacātem de-
,, uoto S.V. Oratori Bartholomeo Crolio Presbyte-
,, ro dictæ Diœceſis auctoritate Apoſtolica confer-
,, ri, & de illa prouideri mandauit prout in litteris
,, Apoſtolicis plenius continetur. Cum autem Pater
,, Sancte dictus Orator ex certis cauſis præpeditus
,, litteras prædictas, iuxta formam Conſtitutionis
,, fe. rec. Gregorij Papæ XIII. ſuper modo, & forma
,, publicandi ſimilium beneficiorum Eccleſiaſtico-
,, rum reſignationes editæ hactenus minimè publi-
,, cauerit, minuſq; facere poſſit, niſi aduerſus con-
,, ſtitutionem, & lapſum temporis in ea præfixi hu-
,, iuſmodi per S. V. & Sedem Apoſtolicam benignè
,, reſtituatur. Supplicat igitur humiliter. E.S.V. Ora-
tor

» tor prædictus , quatenus , ne dictarum litterarum
» fruſtretur effectu in præmiſſis opportunè proui-
» den. eúmq; ſpecialis gratiæ fauore proſequen. ac
» omnem inhabilitatem ad d. Parochialem Eccleſiã
» obtinen. ab eo abolen. eundem Oratorem aduer-
» ſus Conſtitutionem, & lapſum temporis huiuſmo-
» di reſtituere, reponere, & plenariè reintegrare, ſi-
» biq; tempus trium menſium a Data præſentium
» computan. quibus durantibus reſignationem hu-
» iuſmodi publicare , ac omnia , & ſingula , ad quæ
» iuxta formam dictæ Conſtitutionis tenetur face-
» re, & adimplere liberè , & licitè poſſit , & valeat
» perinde ac ſi infra ſex menſes ad id præfixos exi-
» ſteret concedere, & indulgere , irritumq; &c. de-
» cer. dignemini de gratia ſpeciali non obſtan. præ-
» miſſis, ac Cõſtitutionibus, & ordinationibus Apo-
» ſtolicis ceteriſq; contrarijs quibuſcumq; cum clau-
» ſulis opportunis .
» Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum , &
» de reſtitutione, repoſitione, reintegratione , con-
» ceſſione , & decreto prædictis vt ſupra in forma
» gratioſa latiſſimè exten. & quod præmiſſorum
» omnium , & ſingulorum, etiam enunciat. qualit.
» nuncupat; Innocat. aliorumq; neceſſariorum ma-
» ior, & verior ſpecificatio , & expreſſio fieri poſſit
» in litteris.

Notandum primo , quod bis fit in ſupplicatio-
ne mentio litterarum primo, ibi, prout in litteris
Apoſtolicis deſuper expeditis plenius continetur ,
& deinde ne Orator dictarum litterarum fruſtetur
effectu &c. reſtitutio enim huiuſmodi litteras
3 ſupponit. *Rebuff. in proemio Concordat. verſ. 36.* &
propterea quandocumq; petitur reſtitutio ad pu-
blicandum , ſubdatarius in calce ſupplicationis
primo reſcribit doceat de litteris; alias enim ſi
litteræ expeditæ non eſſent petẽda foret reſtitutio
prius ad expediendum litteras, quam ad publicã-
4 dum: quia publicatio non fit ſine litteris, iuxta
Conſtitutionem Gregorij XIII. nam vt mox vide-
bimus impetranti nõ tribuitur titulus ex ſola ſup-
plicatione, quem tamen requirit in beneficialibus
5 reſtitutio, *Mandoſ. ad primam quæſt. 3. num 2.* & ex
defectu tituli reſultat notorietas non iuris peten-
6 tis, ex qua denegatur reſtitutio, *Caſſad. deciſ. 1. n. 6.
de reſtit. ſpol. Mandoſ. reg. 27. quæſt. 14. n. 3.*

Notandum ſecundò. Aduerſus Conſtitutionem,
& lapſum temporis huiuſmodi reſtituere, repone-
7 re &c. hæc verba indicant gratiam reſtitutionis nõ
eſſe nouam gratiam , ſed ſolam remotionem ob-
ſtaculi, ne quid vltra certum tempus præfixum fiat
per Decretum, ſiue Conſtitutionem, inducti, quod
ſatis declarant ſubſequentia verba . Ac ſi infra di-
ctos ſex menſes exiſteret &c. & proinde eadem
fictione vtitur, ac gratia prorogationis , differt ta-
mèn à prorogatione reſtitutio , quod illa nullum
ſubit periculũ impetrationis , hæc vero recuperat
quidem reſtituto omnia iura ex lapſu temporis
amiſſa, ſi tamen medio tempore, hoc eſt poſt lapſũ
temporis præfixi, & ante obtentam reſtitutionem
8 nõ eſt alteri impetranti ius quæſitũ. *Mandoſ. reg. 14.
quæſt. 2. num. 7. & 8.* Quod tamen intelligendum eſt
de iure quæſito ex impetratione ob ſpretam Con-
ſtitutionem, vel Decretum , videlicet ſi impetratio
facta ſit ob non publicationem, Sed ſi quis medio
tempore feciſſet impetrationem ex alio capite
non eſſet neganda priori impetranti reſtitutio .

Notandum tertiò, circa clauſulam *à Data præ-
ſentium computan.* &c. quod huiusmodi reſtitutio-
9 nes non habent ſignaturam per fiat, ſed per cõceſ-
ſum, & proinde quando ſupplicatio deſuper por-
rigitur Datario, ipſe manu propria notat tempus ,
quod impetranti concedit ad publicandum , ſiue
ad expediendum, videlicet ad duos menſes, ad tres
menſes, vel ſimile quid, & tunc ſubdatarius ſimi-
liter apponit in calce ad Ordinarium , hoc eſt ad
Signaturam ordinariam, nempe per conceſſum, &
ne impetrans fraudetur aliqua impetratione eius
10 qui defectum hunc obſecerit ex oblatione ſuppli-
cationis, idem Subdatarius apponit diem præſen-
tationis videlicet. Præſẽtata die 14. Auguſti 1629.
& ſub hac die extenditur deinde Data , adeovt pe-
tenti reſtitutionem non poſſit vllum oriri ex præ-
ſentatione ſupplicationis præiudicium .

Ex præmiſſa formula facile concinnari poſſunt
quot quot aliæ occurrunt in materia beneficiali .
Verum nos nõ ſolum proſequimur materiam be-
neficialem, licet in Dataria præcipua ſit , ſed om-
nem aliam gratiabilem , & propterea alterã ſub-
demus reſtitutionis formulam , nempè aduerſus
lapſum quinquennij pro Regularibus aduerſus eo-
rum profeſſionem reclamare volentibus, cum ma-
teria ſit ſatis quotidiana , & à paucis vt exiſtimo
intellecta, vel ea fortaſſis de cauſa quod Regula-
res tanquam vnius negotij homines , & ob id aſſi-
dui cauſarum Patronis ſint tedio præſertim parũ
remunerantes laborem, quem alicui lectioni ſimi-
lem ducunt, vel etiã quod vltro vana præſumptio-
ne omnem hominem ſibi deuinctum exiſtiment ,
quod de quærulis illis, & ſibi omnia deberi exiſti-
mantibus intellectum velim , cum probe ſciam ,
quam inter ipſos ſint viri cordati , & quam ſint
Eccleſiæ nedum vtiles, ſed neceſſarij , ſed venia-
mus ad formulam.

Reſtitutio aduerſus lapſum quinquennij. Theanen.

11 » BEatiſs. Pater . Exponitur humiliter S. V. pro
» parte deuoti illius Oratoris Fratris Bonauẽ-
» turæ Sanctoparo , alias in ſeculo Thomæ Antonij
» nuncupati, nati q. Ioannis Iacobi de Sanctoparo
» Thanen. Diœceſis, quod alias ipſe Orator , quid
» Religionis iugum importaret ignarus, ac animum
» inde penitus alienum habens inductus ab eius Vi-
» trico, etiam per vim, & metum , qui caderet in cõ-
» ſtantem, habitum per Fratres Ordinis Seruorum
» Beatæ Mariæ geſtari ſolitum in domo Regulari
» dicti Ordinis S. Mariæ Hieruſalem nuncupata Ca-
» puan. ſuſcepit, & deinde per vim, & metum vt præ-
» tenditur completo anno profeſſionem per eoſdem
» Fratres emitti ſolitam in domo prædicta emittere
» coactus fuit, ac ſacrum Subdiaconatus Ordinem
» ſuſcepit: Cum autem Pater Sancte profeſſio , vt
» prætenditur emiſſa nulla fuerit , & exiſtat, illamq;
» talem idem Orator iudicialiter declarari facere
» cupiat, id vero ſibi non liceat, niſi prius aduerſus
» lapſum quinquennij Regularibus per Decretum
» Conc. Trid. ad reclamandum contra profeſſionẽ
» præfixi reſtituatur , ſupplicat propterea humiliter
S. V.

„ S.V. dictus Orator quatenus Ordinario loci Thea-
„ nen. & Superiori domus regularis dicti Ordinis in
„ Ciuitate Theanen. coniunctim committere, & mã-
„ dare dignemini, vt ipſum Oratorem aduerſus lap-
„ ſum d. quinquennij in primis, & ante omnia aucto-
„ ritate S.V. reſtituant. & ſi inquiſita ſuper præmiſ-
„ ſis diligentius veritate, rẽ ipſam ita eſſe repererint,
„ prout ſuperius enarratur Oratorem prædictum d.
„ Ordini, illiuſque regulari obſeruantiæ minimè te-
„ neri, ſed habitum prædictum dimittere, & ad ſe-
„ culum redire, ac in eo remanere tanquam ſecula-
„ rem, nec non in paternis, & maternis, alijſque ſibi
„ legitimè obuenien. bonis ſuccedere liberè, & lici-
„ tè poſſe, neq; propterea à quoquam quauis aucto-
„ ritate moleſtari debere nuncient, & declarent non
„ obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Or-
„ dinationibus Apoſtolicis, nec non domus, & ordi-
„ nis prædictorum ſtatutis etiam iuramento &c. ro-
„ boratis, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque cum
„ clauſulis opportunis.
„ Et cum abſolutione à cenſuris &c. & de com-
„ miſſione, ac mandato prædictis latiſſimè exten. &
„ quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum, ac
„ aliorum neceſſariorum maior, & verior ſpecifica-
„ tio, & expreſſio fieri poſſit in litteris per Breue
„ S.V. expedien.

Hæc Signatura eſt per fiat, & cum primum ſupplicatio porrigitur in Dataria, illa eam tranſmit-
12 tit ad Congregationem Concilij, cui ſi viſum fuerit narrata probari, reſcribit in calce ſupplicationis. Si Sanctiſs. D.N. placuerit gratia videtur ſignã-
13 da. & tunc ſupplicatio porrigitur ſignanda Sanctiſſimo additis tamen per ſubdatarium infraſcriptis reſtrictiuis, & decretis.

Et de voto S.R.E. Card. Decretorum Concilij Trid. Interpretum cõmittatur Ordinario, & Superiori prædictis, qui poſtquam eis legitimè, & concludenter conſtiterit Oratorem prædictum per vim, & metum cadẽtem in conſtantem virum profeſſionem emiſiſſe, atque eiuſmodi vim, & metum ſemper duraſſe, dictumque Oratorem infra quinquennium reclamuſſe, ac præterea in ipſa ſacrorum Ordinum ſuſceptione proteſtatũ fuiſſe, quod propterea non intendebat ſe Religioni alligare, cuiuſque illius profeſſionem à ſe emiſſam expreſsè, aut tacitè nunquam ratum habuiſſe, Oratore interim in habitu, & clauſtro degente declarent eum non eſſe Religioni obnoxium, & liberè poſſe ad ſeculum redire. Et cum decreto, quod Orator à ſuſcepti ordinis exercitio perpetuo ſuſpenſus maneat.

Hucuſq; reſtrictiua, ſiue Decretum per Subdatarium, ſiue Reuiſorem reſtitutioni apponi ſolitũ: quod diligentius examinandum, ſi prius more noſtro aliqua circa ipſam ſupplicationem annotauerimus. Et

Primò, circa verba illa: *Quod alias ipſe Orator quid Religionis iugum importaret ignarus* &c. hodie neceſſario ex mandato Sanctiſs. D. N. Vrbani, ex-
14 primẽdum eſt tempus ſuſcepti habitus, ſiue emanatæ profeſſionis: nam ſi lapſum fuerit decenniũ profeſſus non reſtituitur. Reliqua verba. Quid Religionis iugum importaret ignarus, non conducunt ad gratiam, nam nemo Religioſus naſcitur, vnde vnuſquiſq; vitæ religioſæ ignarus cenſetur, & ſufficit ſuſcipientem habitum in ea ætate conſtitutum, vt prudentiam habeat intelligendi vitam contemplatiuam, cui ob id datur annus probationis, vt poſſit experiri, & gnarus fieri eorum, quorum antea erat ignarus, hinc Decretum per Datarium appoſitum huiuſmodi narratiuam, quemadmodum reliqua non reſumit.

Secundò, *ob eius vim, & metum, qui caderet in conſtantem* &c. hic primo contingit dubitari an ad annullandum profeſſionem ſufficiat metus reuerentialis, qui inferatur à parentibus, vel alijs, qui parentum habentur loco, nam per vim apertam quem intrudere in monaſterium, vix eſt credibile, ſed cum hanc materiam fusè proſequatur. *Sanch. de matrim. lib. 4. diſput. 6. num. 17. & ſeqq.* ad eum remittemus lectorem; noſtri enim inſtituti non eſt reſcribere auctorum dicta. Secundo contingit du-
15 bitari qui nam ſint ij, qui habentur loco parentũ, & demum circa quæ verſari debeat metus, quæ omnia fuſiſſimè tractantur à d. *Sanchez vbi ſuprà.*
16 Aduertendum autem eſt ad nullitatem profeſſionis non requiri neceſſario, quod fuerit ſuſceptus habitus per vim, & metum, ſed ſufficere quod fuerit coacta emiſſio profeſſionis hinc ſi quis volens & lubens habitum ſuſcepiſſet, & deinde ipſum durante anno probationis facti pœniteret, & nihilominus profeſſionem emitteret ob minas parentis, vel qui eo loco eſſet, profeſſio eſſet nulla, vt de anno 1614. declararunt Eminẽtiſſimi Interpretes in Reſtitutione quadam Sænonen. pro Arthuſio del Hoſpital ex antiqua Britanniæ Regum ſerie originem trahente, hic volens, & lubens ſuſceperat habitum Fratrum Capuccinorum, cuius poſtea ſe pœnituit, & cum pœnitentiam patri indicaſſet ille furens quodam modo ad eum, ne tu notam hanc familiæ noſtræ inuſſeris vt te excucullatum videã, quibus perterritus Arthuſius emiſit profeſſionem contra quam patre mortuo reclamauit, & Congregatio Eminentiſſimorum Interpretum nullam declarauit me ſcribente.

Tertiò Noto, circa verba: *Niſi prius aduerſus lapſum quinquennij reſtitui obtinuerit* &c. Duæ committuntur ſub hac delegatione cauſæ, prima reſtitutionis aduerſus lapſum quinquennij per *Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 19. de Regul. Decreti*: altera nulli-
17 tatis profeſſionis, & licet Iudex non reſtituat, niſi prius cognita nullitate, in ſententia tamen præcedit reſtitutio. & deinde ex probatis declarat profeſſionem nullam.

Nunc examinemus reſtrictiuam, ſeu decretum Datariæ: *Et de voto S.R.E. Card.* &c. dixi modo reſtitutiones non ſignari, niſi de voto Eminentiſſimorũ Interpretum Concilij: qui exactam huic rei adhibent cognitionem, vt niſi vis, & metus plenè
18 probati fuerint, negent reſcribere: qua de re non ſemel apud ipſos ſum conqueſtus allegans ad non profuturam trahi me diſputationem ſuper nullitate, cum illa denuo coram Iudicibus inſtituenda ſit, ſed reſponſum mihi quod huiuſmodi commiſſionum nullas, non modo Iudicibus offerantur, ſortiri ſuum effectum, ſed omnem in partibus abſolui impetrantem, cuius tamen aliquando ſum expertus contrarium.

Cõmittatur Ordinario, & Superiori prædictis &c. Hoc requirit textus *Concilij d. cap. 19.* ſed contin-

git aliquando, quod ſuperior domus iudicio ſe nō
vult ingerere, vt in Capuccinis præſertim contin-
gere ſæpius vidi, nec cauſam coniudici delegare.
Verum Ordinarius tunc poſſit procedere ſolus? &
crederem poſſe per textum in *c. ſi debilitate, de off.*
19 *deleg. & in c. cum cauſa eod. tit.* vbi ſolum videtur
requiri quod coniudex non ſpernatur ibi, *te Fra*
ter Archiepiſcopo inconſulto &c. & nihilominus vi-
di Ordinarios in hoc hæſitantes propter expreſſa
verba Concilij. Et ideo repetenda Dataria, & in-
ſtandum, vt committat Ordinario ſoli, attenta re-
cuſatione Superioris domus Regularis cōiudicis,
ſed Dataria etiam hic ſe prębet difficilem propter
eadem verba Concilij, ſed nulla ratione, nam ve-
rum quidem eſt, quod Concilium requirit, vt cau-
ſa committatur duobus, qui cōiunctim procedāt,
ſed illi diſpoſitioni per primam commiſſionē fuit
ſatisfactum, neq; enim neceſſarium eſt, vt ſi vnus
Iudex ſemel cognoſcere recuſauerit, iterum com-
mittatur duobus: nam ſi rurſus Superior Regula-
ris recuſauerit cognoſcere res protrahetur in infi-
nitum, & impetrans iuſtitiam conſequi non pote-
rit qua propter exiſtimarem, Datariam rectè fa-
cturam, ſi recuſante vno ex Iudicibus delegatis
cauſa committatur alteri ſoli, omnes enim poſ-
ſent æque recuſare, ac primus, in qua recuſatione
huiuſmodi delegatus multum peccat vt habetur
in *c. cum ſuper eod. tit.*
20 *Qui poſtquam eis legitimè, & concludenter conſti-*
terit &c. depoſitione videlicet duorū teſtium, qui
ſufficiunt ad probandum hunc metum, *Abbas in*
c. 1. n. 10. De his quæ metus cauſa, Barbat. conſ. 60.
n. 1. & ſeqq. lib. 1. Sanch. vbi ſupra lib. 4. diſp. 6. n. 5.
Oratorem prædictum per vim, & metum cadentem
in conſtantem virum profeſſionem emiſiſſe &c. De hoc
metu fusè vt dixi Sanch. qui benè circa quę debeat
eſſe hic metus, & quod a Superioribus, hoc eſt à
perſonis, quibus multum deferimus debet inferri,
non tamen ſi inferatur à iuſtitia, nam hic non eſſet
metus iuſtus rationibus ibi adductis. Ponamus ta-
men caſum à Sanchez intactum Franciſcus Gene-
ſius Meſſanen. adamabat mulierem quam itidem
deperibat Nicolaus, hic armiger & Franciſco Ro-
21 buſtior iuſſit, vt ille ab amore mulieris diſcederet,
Franciſcus licet ægrè obtemperat fœminam relin-
quens arbitrio Nicolai, quo tamen ipſe non con-
tentus, mandauit vt patria cederet ſi diu ſuperſtes
eſſe vellet Franciſcus, qui ſciret Nicolaum minan-
tem exequi minas poſſe, & ſolere refugium habuit
ad domum regularem, ibiq; habitum ſuſcepit ſub
quo lateret, quod ſciens Nicolaus dedit ad Fran-
ciſcum litteras, ne vllo vnquam tempore habitum
ſuſceptum deſereret; ſi vitæ ſuæ conſultum vellet:
hoc timore Franciſcus in Clauſtris permanſit, &
profeſſus eſt, mortuo deinde Nicolao oppoſuit de
nullitate ſuæ profeſſionis ex capite vis, & metus.
quærebatur vtrum dici poteſt cadens in conſtan-
tem, & pro affirmatiua reſpondebam: nam armo-
rum dicitur metus iuſtus. *Sanch. d. lib. 4. diſp. 5. n. 5.*
Atq; eiuſmodi vim, & metum ſemper duraſſe &c.
reſtrictiua iſta non poteſt probari, niſi per conie-
cturas, nam ſi extet eadem metus cauſa, cenſetur
durare idem metus. *Angel. in l. ad inuidiam, C. quod*
met. cauſ. Gloſſ. & Doct. in c. 1. ex eod. tit. Socin. conſ.
263. num. 10. lib. 2. Dec. conſ. 219. & conſ. 498. n. 16.
& ib. cum alijs allegatis per *Maſcard. de probat.*
concluſ. 1054. num. 34. Milis in Repertorio in verbo
metus in addit. verſ. poſt metum illatum: hinc non
videtur præſcribendum reclamātibus tempus de-
cennij, nam ſi toto decennio eadem extat cauſa
metus, nulla eſt maior ratio, quod reſtitutio con-
cedatur in ſecundo quinquennio, vel eo lapſo. Ta-
22 men cum prudentiſſimus Pontifex Vrbanus vltra
decennium reſtitutionem huiuſmodi deneget, di-
cendum quod non ſine maxima ratione id faciat;
vel quod profeſſus tot annis in vita Monaſtica cō-
uertent naturam, à qua temere non ſit diuellēdus,
vel quod iniquum eſt, vt Monaſterium, quod Virū
effecit profeſſum eo deſtituatur, cum illi vtilis eſſe
poſſit. Vel deniq; quod tanto tempore mutaue-
23 rint illam voluntatem reſiliendi, cum omnes Poli-
tici notent decennio mutari voluntates mortaliū,
& ideo ſingulo quoquo decennio repetendū iuſiu-
randum, & fidei profeſſionem. Ego ſanè, vt hoc in-
genuè fateor propēſior ſum erga dimiſſiones Re-
gularium in clauſtris vitam degere renuentium:
nam ij ſunt, qui reliquos quietos turbis miſcent,
ordinemq; vniuerſum ſuſq; deq; agunt, & propte-
rea exiſtimo me obſequium præſtare Deo quādo-
cumque adſum cauſæ Regularis contra profeſſio-
nem reclamantis, qui ope mea à Religionis vin-
culo liberetur, nam vt Regularium fortaſſis æquo
plus eſt, vt vix ſuperſit qui arma gerat, qui rus co-
lat, de quo plura in colloquio noſtro Iuſtinianeo,
ſanè nihil ineptius Religione, homine mente tur-
bata, & inquieta. Quod tamen non ita acceptum
velim vt Regulares quacumq; leui de cauſa dimit-
tendos cenſeam. ſed tunc demum quando optima
ratione vim, vel metū ſibi indebitè incuſſum pro-
bauerint. In quo Regulares contra profeſſionem
reclamantes monitos velim, ne temere à Religio-
ne deſciſcendi anſam arripiant, ac iram iuſti iudi-
cis prouocent. Exemplum ponam ob oculos om-
nium, vt inde diſcant cum Deo ludos non agere.
Frater Franciſcus da Sù Parmenſis habitum ſuſce-
perat per Fratres S. Franciſci Minores Cōuentua-
les nuncupatos geſtari ſolitum, & apud eos debi-
to tempore profeſſionem emiſit Regularem, con-
tra quam certis ex cauſis reclamare ſtatuit, poſt
quinquennium tamen, ita vt reſtitutione aduerſus
lapſum illius indigeret. Et cum ſupplicatio de mo-
re per Datariā remiſſa eſſet ad Eminentiſſimos In-
terprętes Concilij fui ego à Procuratore Fratris
Franciſci aſcitus, vt adeſſem illi cauſæ. adſui, &
Eminētiſſimis Patribus viſum metū probari, vnde
expeditæ litteræ reſtitutionis, in vim quarum Fra-
ter Franciſcus fuit à Religione abſolutus. Huius
beneficij, vt inquiebat, gratum ſe oſtendere cu-
piens, dedit ad me litteras, quibus ſignificabat ſe
propediem Romæ affuturum, & intra triduum ſe
commiſſurum itineri, vt præſens tandem gratitu-
dinem teſtaretur. At intra triduum illud Frater
Franciſcus deceſſit e viuis.
Dictumq; Oratorem infra quinquennium recla-
maſſe &c. videlicet extraiudicialiter: nam ſi iudi-
cialiter reclamaſſet nulla indigeret reſtitutione.
Et praxis huius reſtrictiuæ eſt valdè difficilis, nam
ſi durat cauſa metus, non poteſt profeſſus per vim
extraiu- g.

extraiudicialiter reclamando publicare animum ſuum, ne is ad notitiã inferentis metũ perueniat, ob cuius timorem propriæ voluntati ſręna inijcit, vnde pro iuſtificatione huius decreti exiſtimo ſufficere, quod reclamans oſtendat metum hunc alicui ex ſocijs quandoq; inſinuaſſe, ex quo actu ſatis excluditur tacitus ſuperueniens conſenſus, *Rodriquez quæſt.reg.tom.3. quæſt.17.art.3.*

Ac præterea in ipſa ſacrorum Ordinum ſuſceptione proteſtatum fuiſſe &c. Hæc reſtrictiua nullo modo practicari poteſt, & eſt prorſus contraria gratiæ reſtitutionis, vnde, niſi ab imperito Reuiſore apponi non poteſt, nam ſi per vim & metũ profeſſus nõ
25 reclamauit intra quinquennium ſortaſſis ob metũ reuerẽtialem eodẽ iure nec proteſtatus eſt, ſi enim proteſtari voluiſſet potuiſſet etiã reclamare, quod non fecit permanente metus cauſa, & hunc metum ſufficere ad vtrumq; forum, quicquid dicat *Sanch.* tenet *Rodriq. vbi ſupra q.14.art.2.* & propterea huiuſmodi reſtrictiua penitus explodenda.

Eumq; alias profeſſionem à ſe emiſſam tacitè, vel expreſsè ratam nunquam habuiſſe &c. Hæc etiam reſtrictiua eſt plena difficultatis, nam quoad profeſſionem expreſſam, clarũ eſt, eam conualidare actũ nullum pręcedentem concurrente habilitate tam emittentis, quam recipientis. *Rodriq. vbi ſup. q.11. art.3.* tacitè autem non dicitur ratificare, licet quis Ordines ſuſcipiat, habitum lõgo tempore regulatẽ geſtet, & reliqua faciat ad regularem ſpectantia, ſi conſtet de principio eum inuito profeſſum fuiſſe, huiuſmodi enim profeſſus Ordines nõ ſuſcipit ex propria voluntate, ſed Superioris mandantis eum accedere ad Ordines cui refractarius, dum habitũ gerit, regularem, eſſe non debet, & vt inducatur ratificatio tacita, debet profeſſus actus eos facere
26 ſponte, non autẽ ex conſuetudine Religionis. pulchrè *Rodriq. vbi ſup. quæſt.17.art.15.* nam actus huiuſmodi ratificationem non operantur. *Felin. in c. cum Venerabilis ſub n.23. de except. Rota deciſ.3. de fid.inſtr.in nouis*, nec ſolus lapſus temporis ſiue obſeruantia *Roland.conſ.2.n.127. lib. 1.* latè *Gabr.cõſ. 36.n.57.& ſeq.lib.1.* quapropter reſtrictiua intelligenda eſt de alia ratificatione tacita, quam quæ ex ſuſceptione Ordinum, de quibus in commiſſione eſt facta mentio prouenit, prout dicimus de clauſula, Dummodo non ſit alteri ius quæſitum, quę de alio iure interpretatur, quã de expreſſo, vt ſuo loco dicemus, alias enim reſtrictiua deſtrueret gratiã, & redderetur eluſoria. Vnde actus ſuſceptionis Ordinum, licet quoad Ordines ſit validus, non tamen ſine nouo cõſenſu poteſt conualidare profeſſionẽ, cum vnus poſſit eſſe ſeparatus ab alio, vt in ſimili arguit Rota in Virdunẽ. Abbatię 27. Nouẽb. 1615. cor. Buratto, cuius deciſionis nõ exhibeo particulam cũ ſciam D. Buratti deciſiones breui in lucem proruptura. Et videtur ceſſare difficultas Reſcripti, quia per gratiã Reſtitutionis ſupplicãs ponitur in eo ſtatu, in quo erat ante lapſum tẽporis. Ante vero lapſũ quinquennij nullã Conc. Trid. cõſiderat tacitã ratificationẽ & non indiget reſtitutione, ſed põt impetrãs immediatè adire Ordinariũ pro nullitate ſuę Profeſſionis, & nõ poterit ei obijci tacita.

Hinc patet quã grauiter deciperetur Arthuſius ille, de quo ſupra, qui opinabatur, quemadmodum erat nulla ipſius profeſſio emanata per vim, & metum, ſimiliter nullũ eſſe omnem actũ poſt profeſſionem in conſequentiã actus nulli, etiã ipſam ſacrorum Ordinũ ſuſceptionem, adeovt diceret, licet ſacrũ presbyteratus Ordinem ſuſcepiſſet, ſe tamen presbyterum minime eſſe, & licet per decenniũ, & vltra ſacrũ Miſſæ officium celebraſſet, nunquã tamen (horrendum dictu) ſe habuiſſe animũ conſecrandi; imò vix induci potuit, monitis Eminẽtiſs. Card. Bonſij, vt tunica talari indueretur, ego ſanè hanc clauſulam tacitæ profeſſionis omnino nõ apponerem ſtante præſertim opinione *Rodriquez de qua ſupra*: quod tacitæ locus eſſe non poteſt præcedente declaratione diſſenſus.

Oratore interim in habitu, & clauſtro degente &c. hæc reſtrictiua eſt conformis diſpoſitioni Concil.
27 Trid. d.c.19. vbi ſtatuitur, quod reclamare contra propriã profeſſionem volens, non poteſt ſua ſponte, & ſine licentia habitũ dimittere: ex cauſa autẽ ſuperior poſſet impertiri licentiam degendi extra
28 clauſtra non obſtante hoc decreto, quod non intendit imponere maius onus, quã Concilium, ſed ſolum ad mentem illius diſponere, adeovt ſi Superior potuit impertiri licentiam ante quinquennij lapſum reclamanti: poteſt etiam eo lapſo, cum gratia reſtitutionis quoad hoc iudicium nullitatis in nihilo immutet.

Et cũ decreto, quod Orator à ſuſceptorum Ordinum exercitio, perpetuo ſuſpenſus maneat &c. Hoc decretũ ſimiliter eſt ſane intelligendũ: nam ſi tẽdat ad diſ-
29 poſitionem Cõcilij Trid. ſeſſ. 21. c.2. de Reſor. vbi quod nullus debeat promoueri ad ſacros ordines, niſi ad titulũ beneficij ſiue patrimonij, nè cum dedecore ordinis mẽdicare cogatur, ſi inquã decretũ præſeruat hanc diſpoſitionem, vt pote quod reclamans promotus fuerit ad titulũ paupertatis, & ad exercitium ordinis admitti non debeat, niſi alio titulo ſuffulciatur, cum priorem illũ, quem per profeſſionem adeptus fuerat. *Sanch.d.to.3. q.43. art.3.* per nullitatẽ profeſſionis amiſerit, iuſtum eſt, & æquum, & tunc non perpetuo remanebit ſuſpenſus reclamans, ſed donec alterũ adeptus ſit titulum: Si vero decretum velit, reclamantem perpetuo inhabilem remanere ad exercitium Ordinum alias ritè ſuſceptorũ, videtur iniquũ: nã in ſuſceptione nihil à reclamante fuit peccatũ, vnde nullam meretur pœnã & queadmodũ ſi quinquennium lapſum nõ eſſet, & inſtaret corã Ordinario pronunciari ſuper nullitate ſuæ profeſſionis, ille non poſſet hac pęna proſequi immerentẽ, ita neq; Dataria ob cõceſſionẽ reſtitutionis: quã diximus ſolũ eſſe remotionẽ obſtaculi, vnde decretũ hoc nõ abſq; interpretatione apponendũ cenſeo, cum illo ligẽtur per ſaltus, ſeu aliàs falſis dimiſſorialibus promoti, in quibus cõſideratur delictũ, nõ in iure reclamãtibus. Intelligendũ igitur eſt nõ de perpetuitate abſoluta, ſed reſolubili donec nẽpe reclamans prouideatur de beneficio, ſeu titulo, & huiuſmodi decretũ apponebatur prędictis verbis tẽpore Pauli V. & Greg. XV. hodie vero vt euitetur in Iudicibus difficultas, de mãdato Eminentiſs. D. mei Datarij additur, donec ſufficiẽtẽ patrimonij, vel Eccleſiaſtici beneficij titulum habeat, & quidem ex mea ſuaſione.

Ex his ſatisfactum videtur reclamationi Regu-

latium contra profeſſionem, quæ non ſolum fieri poteſt ex capite vis,& metus. Sed eo quod nouitiatus non fuerit integer, quod fuerit emiſſa ante cõpletum annum ætatis 16. & pluribus aliis de quibus per *Rodriquez* & *Sanchez locis alleg.* inter quæ eſt ob non ſeruatam formam Conſtitutionis Clementis VIII. præcipientis, neminem ad habitum, ſiue profeſſionem regularem admitti, niſi in domibus ab ipſo, ſeu ſucceſſoribus deſignatis, ſeu deſignandis ſub pęna nullitatis cum decreto irritante. Hæc cauſa videtur cæteris apertior: nam tunc reclamans non opponit de nullitate ſuæ profeſſionis ex defectu ſuo, ſed propter impedimẽtum extrinſecum, vnde obtinui alias apud Eminẽtiſſimos Interpretes Concilij huiuſmodi reclamantem nõ in-
30 digere reſtitutione aduerſus lapſum quinquennij, ſi reclamans ignorabat domum, in qua fuit profeſſus non fuiſſe deſignatam, ea ratione, quod contra ignorantem non currat præſcriptio.

Poſtremo aduertẽdum, quod pro Commiſſione reſtitutionis huiuſmodi ſoluuntur in Dataria, Collegio Germanico ducati tres pro compoſitione,
31 ſuper quo alias fuit multum altercatum. Nã Collegio ex priuilegio Greg. XIII. debentur pro reſtitutione duc. 3. ſed commiſſio non continet reſtitutionem, ſed ſolum mandatum de reſtituendo & poteſt contingere, quod obtinens commiſſionem non reſtituatur, & tunc ſolutum fuiſſet pro commiſſione, ſine reſtitutione. At pro Collegio fuit reſponſum, quod qui obtinuit commiſſionem reſtitutionis, vt plurimum reſtituitur, & eo caſu defraudaretur ſuo emolumento Collegium: cum nemo pro reſtitutione reuertatur ad Datariam, & ideo reſolutum deberi ſolutionem.

S V M M A R I V M.

Relaxatio ſuſpenſionis in quo differat ab abſolutione, 1.
Relaxatio ſuſpenſionis eſt quædam reſtitutio, 2.
Promotus per ſaltum eſt ſuſpenſus, 3.
Promotus ante ætatẽ eodem die ad plures ordines extra tẽpora ſine dimiſſorialibus, vel cum falſis eſt ſuſpẽſus, 4.
Relaxatio ſuſpenſionis recipit, vires à ſecunda data, 5.
Formula relaxationis ſuſpenſionis, 6.
Homicida voluntarius non diſpenſatur ad ordines, 7.
Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. interpretatur, 8.
Homicidium proditorium quod ſit, in quo differat à voluntario, 9.
Homicidium voluntarium quod dicatur, n. 10.
Occidendi animus probatur coniecturis, 11.
Occidentis animus ad effectum diſpenſationis probatur ex ipſius iuramento, 12.
Animum occidendi non habuiſſe quem colligitur ex eo, quod non iterauit ictum, 13.
Percutiens inſtrumento apto ad occidendum, dicitur habuiſſe animum occidendi, 14.
Mandans aliquem verberari baculo, ſi mandatarius percuſſerit enſe, & occiderit, an mandans cadat in Decretum Conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. n. 15.
Homicidium commiſſum in rixa, non dicitur caſuale, ſed voluntarium, 16.
Pater occidens filium calore iracundiæ dicitur homicida voluntarius, 17.
Homicidiũ cõmiſſum nõ ex interuallo dicitur caſuale, 18.
Honori ſuo quilibet conſulere tenetur, 19.
Homicidium voluntarium rationabilẽ eſt diſpenſabile, 20
Homicida, qui nõ dat operam rei illicitæ, & omni diligẽtia precauet, non eſt irregularis, 21.
Homicida quantumuis inculpabilis, hodie indiget diſpenſatione, 22.
Mandantes homicidium eandem pœnam incurrunt, ac committentes, 23.
Mandatum periculoſius eſt ipſo homicidio, 24.
Mandans occidi Petrum, ſi occidatur Paulus non eſt homicida voluntarius ad Decretum Concilij, 25.
Homicidium cum moderamine inculpatæ tutelæ non efficit irregularem, 26.
Vis illata Patri, aut qui eius loco eſt excuſat ab irregularitate, 27.
Diſpenſetur cur difficilius cum Clerico in minoribus, vel nondum initiato quam cùm presbytero, 28.
Homicidæ remouentur à ſacrificijs, etiam apud Gentiles, & Hebræos, 29.
Homicidium præſumitur fuiſſe voluntarium, 30.
Epiſcopus non ſolum exercet ea, quæ ſunt ordinis in animas, ſed etiam quæ ſunt iuriſdictionis in corpora, 31.
Pacẽ requirit Dataria prius q̃ diſpenſet cũ Homicida, 32.
Pœnitentia ſalutaris publica, & ſolennis, 33.
Pœnitẽtia ſolẽnis nõ imponitur Clerico propter ſcãdalũ, 34
Diſpenſationis executio cur differatur, 35.
Clericus homicida nõ debet celebrare in loco commiſſi delicti, 36.
Abſolutio in vtroq; foro ſolũ conceditur per Datariã, 37.
Abſolutio ab irregularitate ſpectat ad ſolum Papam, 38.
Presbyteratus eſt ſpeciali nota dignus, 39.
Subdiaconatus eſt ordo ſacer, 40.
Presbyterij munia, 41.
Gloſſa diſtinct. 23. verbo Subdiaconos reijcitur, 42.
Diaconi cur vocentur Leuitæ, 43.
Abuſus celebrandi Miſſas conuentuales ſine Diacono, & Subdiacono, 44.
Abuſus cantus reformatorum, 45.
Diaconi Romani contumaces in presbyteros, 46.
Irregulares ſunt incapaces beneficiorum, 47.
Diſpẽſatio cum irregulari non operatur niſi præcedat habilitatio, 48.
Diſpenſatio ad beneficia curata eſt difficilis, 49.
Suſpenſus contraueniens an ſit indiſpenſabilis, 50.
Homicidium omnium peccatorum quæ committuntur in proximum grauiſſimum, 51.
Bellũ iuſtum inter Chriſtianos catholicos eſſe nequit, 52.
Duelli crimen enormiſſimum, 53.
Romanorum ignauia ex bellis ciuilibus, 54.
Turcarum mira diſciplina militaris, 55.
Parochialis, & Curata, in quo differant remiſſiuè. 56.
Vicaria ꝑpetua eſt quid minus Parochiali, & Curata, 57.
Gratia beneficialis nõ expeditur niſi ꝑ literas ſub plũbo, 58
Clauſ. ſi tibi canonicè etc. quõ intelligẽdo cõtra Rebuff. 59
Diſpenſatio non fit cum criminoſis, ſed mandatum de diſpenſando, 60.
Congregatio Conſilij Interpres erecta à Sixto V. 61.
Dataria materias tangentes Conc. Trid. eas tranſmittit ad Congregationem Interpretum, 62.
Abſolutus ſemel ab homicidio, ſi alterum committat, tenetur etiam prioris facere mentionem, 63.
Delictis grauioribus imponitur in abſolutionibus maior ſuſpenſio, 64.
Promotũ ſine literis dimiſſorialibus, vel cum falſis Dataria raro, aut nunquam diſpenſat, 65. & quando ſit, 66.

De ſuſpenſionum Relaxationibus.

C A P. XIII.

QVia præcedenti capite concluſimus Decretum cum ſuſpenſione perpetuæ inhabilitatis, ordo ſcripturæ poſtulare videtur, vt ſuſpenſionem hanc dimoueamus quæ gratia ſuſpenſionis relaxatio ſiue rehabilitatio dicitur, & differt ab Abſolutione,
1 vt inquit *Mandoſ. tract. de Signat. Grat. tit. de Abſolutionibus, & rehabilitationibus*, quod relaxatio ſuſpenſionis operatur vltra abſolutionem, ſola enim abſolutio non reddit quis habilem ad beneficia,
2 niſi etiam remoueatur obſtaculum ſuſpenſionis, & ideo relaxatio huiuſmodi eſt quædam reſtitutio, vt inquit idem *Mandoſ. loc. alleg.* & datur tam aduerſus Decretum (quemadmodum de reſtitutione diximus) quam aduerſus diſpoſitionem iu-
3 ris inducentem ſuſpenſionem, prout ſi quis per ſaltus promotus ſit de iure eſt ſuſpenſus *c. vnico*, vbi etiam *Gloſ. in verb. miniſtrare de Cleric.* per ſaltum promotis. Vel ſi legitima ætate minor aut extra tempora, aut ſi duos ſacros ordines eodem die ſiue eos ſine litteris dimiſſorijs ſuſceperit, de
4 quibus latè per *Franc. Leon. in Theſauro fori Eccleſiaſtici par. 3. cap. 39. num. 20. & ſeqq. Rebuff. in praxi tit. formula diſpenſationis de non promouendo Gloſ. 1. 2. & 3. per totas.* Relaxatio verò ſuſpenſionis aduerſus decretum eſt quæ magis facit ad propoſitum & eſt ſecunda gratia, quam ſupponit, à qua tamen cum ſit diuerſa, non recipit vires niſi à Da-
5 ta ipſius relaxationis, & de hac ſola agemus in præſentiarum cum altera aduerſus diſpoſitionem iuris contineat potius abſolutionem cum diſpen-
6 ſatione de qua lib. 2. nunc noſtræ relaxationis noſtro more ponamus formulam.

Relaxatio ſuſpenſionis. Ianuen.

BEatiſſime Pater. Alias fel. rec. Paulo PP. V. prædeceſſori pro parte deuoti S. V. Oratoris Petri Riuarolæ presbyteri Ianuen. Diœceſis expoſito, quod cum ipſe alias ad contentionem verbalem cum quodam Dominico Vacca Baſtiani filio laico illarum partium deueniſſet, dictus Dominicus ipſum Oratorem irreuerenter de mendacio arguerat, & eodem tempore diſtricto pugno in facie, & ſuper cilio cū ſanguinis effuſione percuſſerat, & ſubinde fugam arripuerat, ex quo ipſe Orator indignatus, & ira accenſus, eundem Dominicum fugientem euaginato gladio, quem ſecum de more gerebat inſecutus fuerat, & cum poſt puſillum, nempe ſpacio quartæ partis vnius horæ, ira adhuc ebulliente, eum iterum obuium habuiſſet in illum irruerat, eumq; huiuſmodi, non tamen animo interficiendi vnico ictu percuſſerat, & vulnerarat, ex quo vulnere idem Dominicus poſt paucos dies ab humanis deceſſerat. Quibus ad Ordinarij loci Vicarij notitiam deductis ipſe eundem Oratorem in contumaciam beneficijs per eū obtentis priuatum declarauerat, eumq; in pœnā perpetui exilij, & triremium ad ſeptennium condemnauerat, & in eadem expoſitione ſubiuncto, quod dictus Orator, qui ſubinde pacem, & remiſſionem a Patre, Vxore, & Fratre dicti Dominici, ac remiſſionem triremium, & exilij, aliarumq; pęnarum in quas cōdemnatus fuerat ab eodem Ordinario obtinuerat, & ad præmiſſa in ipſo iræ impetu proceſſerat de illis ex intimis doluerat, & dolebat, & à ſimilibus committendis in futurum firmiter abſtinere intendebat; Idem Paulus prædeceſſor ſupplicationibus ſibi pro eius parte deſuper porrectis tunc inclinatus dicto Ordinario, ſeu eius Vicario in ſpiritualibus generali per ſuas litteras dedit in mandatis quatenus ſi preces veritate niti reperiret, eundem Oratorem impoſita ei ſalutari pœnitentia, ipſoq; ab executione ſacrorū Ordinum ad ſeptennium, & deinde ad Sedis Apoſtolicæ beneplacitum ſuſpenſo, & in hoc, quod in loco commiſſi delicti, qui vocatur Rupiuarius nūquam celebraret à generalis excommunicationis ſententia, alijſq; Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis, quas propter præmiſſa quomodolibet incurrerat homicidij reatu, & exceſſibus huiuſmodi in vtroq; foro abſolueret ſecumq; ſuper irregularitate exinde contracta, quodq; illa, & eiſdem præmiſſis non obſtantibus ſuo clericali caractere, illiuſque priuilegijs, ac omnibus etiam ſacri presbyteratus Ordinibus per eum ſuſceptis vti, & in illis etiā in altaris miniſterio miniſtrare, nec non quæcumq; & qualiacumque beneficia eccleſiaſtica, non tamen curam animarum habentia, ſi ſibi alias canonicè conferentur recipere, & retinere valeat diſpenſaret, prout in eiſdem litteris plenius continetur: Cùm autem Pater Sancte dictus Orator in ſuſpenſione huiuſmodi ſpatio ſeptennij, vel circa permāſerit, & tam ex ipſa ſuſpenſione, quam ex graui cōdemnatione prædicta priuationem beneficiorum, ac pœnam exilij, & triremium continente tacitam nedum exiſtimationem, ſed etiam rerum ſuarum iacturam paſſus ſit, vt pœnitentiam delicto parem, vel etiam maiorem ſubijſſe videatur, & proinde, vt ſtatui ſuo in hac parte conſultum ſit plurimum cupiat dictam ſuſpenſionem pro illius reſiduo ſibi per S. V. relaxari, ac ſecum ad beneficia curata diſpēſari vt infra; ſupplicat igitur humiliter E. S. V. Orator prædictus, quatenus ſibi in præmiſſis opportunè prouiden. eumq; amplioris gratiæ fauore proſequen. eidem Oratori reſiduum ſuſpenſionis huiuſmodi, ita quod ex nunc omnibus etiam ſacris, & presbyteratus Ordinibus vti, & in illis etiam in altaris miniſterio miniſtrare liberè, & licitè valeat relaxare, ſecumq; vt quæcumque, & qualiacumque beneficia Eccleſiaſtica curam animarum habentia, etiam ſi Parochiales Eccleſiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ fuerint, ſi ſibi alias canonicè conferantur, aut ipſe præſentetur eligatur, vel alias aſſumatur ad illa etiam inſtituatur in eiſdem recipere, & quoaduixerit retinere liberè, & licitè valeat diſpenſare dignemini de gratia ſpeciali. Non obſtan. præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus apoſtolicis, nec non Eccleſiarum, in quibus beneficia huiuſmodi forſan fuerint iuramento &c. roborat. ſtatut. Cęteriſq; contrarijs quibuſcumq; cum clauſulis opportunis.

Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum &c. & quod dd. litterarum tenores, etiam veriores habeantur pro expreſſis, ſeu in toto, vel parte exprimi poſſint in litteris. Et de relaxatione, diſpenſa-

„ tione, alijſq; præmiſſis latiſſimè extenden. Et quod
„ præmiſſorum omnium, & ſingulorum, etiam de-
„ nominati qualit. inuocat. aliorumq; neceſſariorũ
„ maior, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit
„ in litteris per Breue S.V. ſeu officium minoris gra-
„ tiæ, non tamen quoad diſpẽſationem ad beneficia
„ ſimul, vel ad partẽ expedien. *Et committatur Ar-*
„ *chiepiſcopo Ianuen. arb. ſuo ex voto Congregationis*
„ *S. R. E. Card. Concilij Tridentini Interpretum.*

Sub hac formula compræhenſam videmus, non
ſolum relaxationem ſuſpenſionis, ſed & primam
abſolutionem, cui decretum ſuſpenſionis fuerat
appoſitum, vtramq; more noſtro interpretabimur,
referendo tamen ſolùm narratiuas, & clauſulas il-
las, quæ huic materiæ ſunt propriæ, nam generales
partim explicatæ fuerunt in forma nouæ proui-
ſionis, & partim, & quidem aptius, tanquam in lo-
co magis proprio explicabuntur in forma ſuppli-
cationis per obitum.

*Alias pro parte deuoti S. V. Oratoris Petri Riua-
rolæ expoſito, quod ipſe ad contentionem verbalem cũ
quodam Dominico deueniſſet dictus Dominicus ipſum
Oratorem irreuerenter de mendacio arguerat, & eodẽ
tempore diſtricto pugno in facie, & ſupercilio cum ſan-
guinis effuſione percuſſerat, & ſubinde fugam arripue-
rat, ex quo Orator indignatus, & ira accenſus eun-
dem Dominicum fugientem euaginato gladio, quem
ſecum de more gerebat ſecutus fuerat, & cum poſt pu-
ſillum, nempe ſpacio vnius quartæ partis horæ ira ad-
huc ebulliente eum iterum obuium habuiſſet in illum
irruerat, eumq; huiuſmodi gladio, non tamen animo
illum interficiendi vnico ictu percuſſerat* &c.

Hæc narratiua eſt neceſſaria, vt ex ea appareat
homicidium expoſitum eſſe caſuale non volunta-
7 rium, nam in voluntario non diſpenſatur, ſaltem
quo ad ordines iuxta diſpoſitionem Concilij Tri-
dentini *ſeſſ. 14. cap. 7.* immo aliqui contendũt Pa-
pam cum homicida voluntario diſpenſare nõ poſ-
ſe, Vt notat *Mandoſ. ad Sig. Grat. tit. abſolutio, & ha-
bilitatio ab homicidio. verſ. ſunt qui contendant ſed hi
nimium duri ſunt*: cum nefas ſit de ſuprema Ponti-
ficis poteſtate in abſoluendo, & diſpenſando, quæ
illi propria eſt dubitare; obiter autem interpretã-
dus hic eſt textus Concilij d. cap. 7. *Cum etiam qui
per induſtriam occiderit proximum ſuum & per inſi-*
8 *dias ab altari auelli debeat, qui ſua voluntate homi-
cidium perpetrauit, nullo tempore ad ſacros Ordines
promoueri poſſit* &c. hæc diſpoſitio continet duo
capita primum reſpicit in Ordinibus conſtitutos,
qui ab Altari auellũtur, hoc eſt irregularitatem in-
currunt nõ diſpenſabilem, ſi per induſtriam, & per
inſidias occiderint, adeout in Ordinibus conſtitu-
ti ſolummodo contrahant irregularitatem indiſ-
penſabilem ex homicidio proditorio, non autem
9 ex ſimplici homicidio volũtario, quod autem di-
catur homicidium proditoriũ latè tradit *Farinac.
de Immunit. eccleſiaſt. num. 137. in appendice.* Altera
vero diſpoſitio reſpicit ordinãdos, quos perpetuo
vult eſſe irregulares ex homicidio voluntario, etiã
ſine vlla proditione cõmiſſo, & de hoc homicidio
ex propoſito, idẽ *Farinac. vbi ſupra n. 111, & 112.*
tationem autem cur mitius procedatur cum ordi-
natis, quam cum ordinandis dabimus infra.

Homicidium autem diſpenſabile debet eſſe ca-
ſuale, vt ſubdit textus Cõcilij. *Si vero homicidiũ nõ
ex propoſito, ſed caſu, vel vim vi repellendo* &c hiſce
caſibus non incurritur irregularitas indiſpenſabi-
lis, latè *Suarez in 3. Diui Thomæ in tract. de cenſ. diſp.
44. ſect. 1. num. 3.* & ne dicatur voluntarium ſuffi-
cit quod voluntas non fuerit perfecta, & directa,
cap. 1. c. ſicut dignum, §. 1. de homicid. etiam ſi effe-
ctus ſequatur, Idem *D. Thomas 1. 2. quæſt. 6. art. 1.
& 3. & quæſt. 20. art. 9.* neq; enim ſufficit propoſi-
10 tum percutiendi, ſed enixa voluntas occidendi,
*Auil. de cenſur. 7. par. diſp. 6. ſect. 2. lib. 1. §. præterea
dico, Henriq. lib. 4. cap. 14. num. 1.* quod ipſum ciui-
libus comprobatur legibus, quibus cauetur, volũ-
tatem non exitum in delictis ſpectandam *l. 1. §. 3.
& l. Diuus, ff. ad l. Corn. de ſicar.* quas ad hunc effe-
ctum ponderat *Clarus in praxi, §. homicidium nu. 7.
& Nauar. in ſumma cap. 27. num. 240.* interpretan-
11 do Concil. *d. ſeſſ. 14. cap. 7.* Animus vero delibera-
tus occidendi probatur coniecturis, *Menoch. de ar-
bitrar. centur. 4. caſu 361.* quod tamen intelligi de-
bet quo ad irregularitatem, quæ contrahitur ex
voluntario; nam in irregularitate in genere, factũ
non voluntas inſpicitur, *Maiol. de irreg. lib. 1. c. 33.
num. 7.* & propterea contrahitur irregularitas ex
homicidio etiam non voluntario, vt mox oſten-
demus.

Nunc redeamus ad propoſitum caſum, ex cuius
narratiua conſtat, homicidium ibi narratum non
fuiſſe voluntarium, primo ex declaratione vulne-
rantis, qui narrat ſe percuſſiſſe abſque animo occi-
dendi, cui, ſi interceſſerit iuramentum eſt deferen-
12 dum in his terminis. *Maſcard. de probat. lib. 1. con-
cluſ. 71. num. 3. poſt Alciat. & alios*, & propterea
narratur in ſupplicatione, Petrum non habuiſſe
animum occidendi. Et quia in dubio præſumptio
eſt contra occiſorem, vt per *Abbatem in Clement.
vnica, num. 5. de Homicid.*

Similiter fuit narratum, quod Petrus non itera-
uit ictum, cum tamen potuiſſet vnde præſumitur,
eum habuiſſe potius animum vindicandi præce-
13 dentem iniuriam, quam expreſsè occidendi. *Bo-
ſius tit. de homicid. poſt num. 34. Burſat. conſ. 272. n. 3.
& 4. & 26 Ludouic. de Alpher. conſ. criminal. diuerſ.
conſ. 144. num. 11.*

In hoc tamen, in caſu narrato poſſet eſſe aliqua
difficultas nam cum Petrus percuſſerit gladio, hoc
eſt inſtrumento apto ad occidendum non baculo,
14 aut alio ſimili, quod de ſui natura primo ictu non
interficit percuſſum, præſumitur percutiens ha-
buiſſe animum occidendi, *Menoch. d. caſu 361. nu. 6.*
eo magis, quod hoc caſu Petrus clericus videtur
dediſſe cauſam homicidio dans operam rei illicitę
deferendo nempe gladium, cuius vſus per Cano-
nem, *in c. Clerici de vita, & honeſt. Cleric.* ipſis inter-
dictus eſt, nec non Concilij Trid. decreto pluribus
in locis, & hæc conſideratio inſtrumenti magni eſt
momenti, adeo vt in Congregatione Interpretum
Concilij aliquando fuerit, quęſitum an is, qui mã-
dauit aliquem baculo verberari eo expreſſo ne oc-
15 cideretur; ſi mandatarius armis percuſſerit, & oc-
ciderit intelligatur incidiſſe in Decretum Concil.
ſeſſ. 14. cap. 7. adeo vt omni ordine, atq; beneficio
& officio Eccleſiaſtico abſq; ſpe diſpẽſationis per-
petuo carere debeat. Congregatio cenſuit negati-
uè, &

uè, & hanc opinionem confirmat *Nauarr. in manuali cap.27.num.*240. Concilium enim homicidiũ
16 requirit ex propoſito. Hinc alia declaratio exponens verba non ex propoſito &c. quod illa verba ad homicidium illud, quod in rixa committitut nullo modo extendi poſſunt quod enim non fit caſu vel vim repellendo à contrario ſenſu fit ex propoſito igitur, qui in rixa occidit, cum armis rem gerat, quibus vt plurimum fit occiſio ac proinde non caſu ideſt, non preter intentionem occidat erĩt homicida voluntarius, etiam ſi non pręmeditatè homicidium commiſerit. Adeo vt Doct. occidentem in rixa paſſim homicidam volnotariũ appellent, & *Io. Andr. & Hoſt. in c. de Infantibus extra: de his qui fil. occid.* cenſent patres calore iracundiæ filios occidentes voluntarios eſſe homici-
17 das: quod titulus ipſe demonſtrat, dum dicitur, tales ſponte occidere, id ipſum ſtylus Signaturæ pœnitentiariæ comprobat, quæ cum ijs velut cum homicidis voluntarijs agit non niſi de licentia Sãctiſſimi diſpenſando. Verum tamen eſt digniores eſſe venia, quam illos qui præmeditatè occidunt.

18 Narratur igitur, homicidium commiſſum fuiſſe ira adhuc ebulliente, qua hominem agit præcipitem, vt ſui iuris non ſit, & non ex interuallo, ſed paruo tempore poſt rixam, nempe ſpacio quadrãtis horæ, cum tamen aſſignent integrum diem Doctores, vt ira poſſit deſeruiſſe. *Menoch. d. caſu* 361. *num.* 19. *Maſcard. de probat. concl.* 98. *n* 8.

19 Rurſus narratur, quod occiſus dederit non leuem cauſam iræ occiſoris, vt pote quod irreuerẽter, eum de mendacio arguerat, in quo lædebatur honor prouocati, cui quilibet vir bonus conſulere debet, inde iuſta indignatio præſertim cum ignominia, etiam cum aliqua irreuerentia ſpretum indicãte proferatur, animus enim ingenuus expreſſam potius ferret iniuriam, quam ſpretum perſonę. Hinc Aegides, ſiue Aegles (nam de nomine variãt auctores) athleta Samius à natiuitate mutus de repente vocalis effectus eſt, vt præcepti ſibi tituli iniuriam vlciſceretur.

20 Accedit impatientia doloris Petri pugno per occiſum in facie cum ſanguinis effuſione percuſſi, quæ homicidio, quatenus voluntarium dici poſſit, dedit rationabilem cauſam, quo caſu diſpenſabile affirmat *Mandoſ. vbi ſupra, §. ſi voluntarium homicidium*, ſecus ſi rationabiliter ſine cauſa perpetratum eſſet.

Hinc non obſtat, quod Petrus enſem contra inſtitutum Clericorum deferret, nam inde ad ſummum inferri poteſt, quod ipſe dederit cauſam remotam homicidio, & ſupra firmauimus requiri cauſam propinquam, & voluntatem efficacem, & perfectam vt occidens excludi debeat a beneficio diſpenſationis iuxta decretum Concilij d. cap. 7.
21 *Quod enim quis det, vel non det operam rei*, illicitæ facit, quod diſpenſatione non indigeat, vt eſt declaratio ad d. cap. 7. mihi num. 3. videlicet: An is, qui omni diligentia, vt præcaueret adhibita, dum operam rei licitæ daret, ſolo caſu fortuito homicidium commiſit irregularitatem incurrat, adeout Ordines ſuſcipere, & beneficia obtinere abſq; diſpenſatione non valeat ſtante hoc Decreto Congregatio cenſuit nõ incidiſſe. Nihilominus *Maiol. de Irregul. lib. 5. cap. 48. §. 3. num. 4.* cenſet, quod ſiue detur opera rei illicitæ ſiue licitæ, ſemper is, qui homicidium commiſit debeat abſtinere, & non promoueri, donec cauſa plenè cognita diſpenſatio
22 concedatur: quæ opinio videtur mihi valdè plauſibilis. cum ſit tutior, difficile enim ſatis eſt diſcernere an quis omni prorſus careat culpa, etiã negligentiæ, quæ facillimè poteſt irrepere. Quomodo autem quis det operam rei illicitæ, & committit, homicidium læſus, ſeu prouocatus, & rationabili de cauſa diſpenſabilis non eſt, eo caſu indiget diſpenſatione, de quo alia declaratio Interpretũ Concilij ad locum ſupradictum mihi num. 4. fuit dictum, quod iſtud caput non inducebat nouam irregularitatem, & ideo ille, qui dabat operam rei licitæ, & omnem adhibuit diligentiam, ne ſequeretur homicidium, ſi deindè ſequatur non incurrit irregularitatem, *c. dilectus, c. ex litteris, & c. fin.* & fuit reſolutũ ſub die 1. Octobris 1588. quod Conc. loquitur in eo, qui fuiſſet in aliqua culpa, & indigeret diſpenſatione.

Et hæc pro expoſitione propoſiti caſus ſufficerent: quia tamen in hanc materiam homicidij diſpenſabilis, vel è contra incidimus, libet vlterius Concilij mentem inueſtigare pro caſibus qui poſſent euenire. Et primo ſupponendum, eandem pœ-
23 nam incurrere mandantem, conſulentem, inſtigãtem, animantem, perſuadentem, inſtruentem, & hortantem ad homicidium, quam ipſum committentem ad textum, & *Gloſſ. in c. ſicut, §. Clericus, de homicid.* latè *Maiol. vbi ſupra lib. 5. §. 5. cap. 48.* & periculoſius eſt mandatum ipſa executione *c. periculosè de pœnit. diſt.* 1. quia in mandante videtur ceſſare exæſtuantis iræ impetus, qui factum reddit minus culpabile, niſi illico poſt acceptam iniuriã ſequatur mãdatum, & deinde etiam homicidium, nam ſi mandatum detur ex interuallo, aut mandãs diu ſteterit in huiuſmodi propoſito cadet ſub decreto Concilij ibi, *qui ſua voluntate* &c. nam voluntas illa, vt ſupra dixi, magis inſpicitur quam factum ipſum, hinc fuit aliquando in Congregatione Interpretum Concilij Quæſitum An mandans homicidium committi in perſonam vnius ſi com-
24 mittatur in perſonam alterius, intelligatur incurriſſe irregularitatem, adeout ſuper ea nec diſpenſari debeat iuxta hoc Decretum, nec Epiſcopus
25 poſſit ex cap. 6. ſeſſ. 24. quamuis homicidium ſit occultum. Congregatio Concilij cenſuit non incidiſſe in irregularitatem, quæ contrahitur ex homicidio voluntario, ita reſponſum fuit anno 1587. à Cardinale Caraſa Hieracen. Epiſcopo.

Sed nec ipſe occidens vnum pro alio dicitur homicida volũtarius. Caſum habui ante paucos dies. Vbi Sacerdos Ampurienſis videns à Viro quodam malè tractari ſororem Virginem arripuit gladium, & niſu maximo impulſus eſt in temerantem, qui ictum declinans aperuit locũ vulneri puellæ, quæ ex eo occubuit, diſpenſatio de more introducta fuit in Congregatione Concilij, quæ Sacerdoti diſpenſationem deberi cenſuit.

Quartus caſus d. cap. 7. recenſitus. *Vel vim vi repellendo, vt quis ſe à morte defenderet* &c. non dixit qui mortem aliter vitare non poteſt, quia tunc
26 nulla incurritur irregularitas *Clem. 1. de homicid.*

ſed

ſed dixit *Vim vi* &c. cum non moderamine incul-
patæ tutelæ, vt mortem aliter vitare non poſſit,
hoc enim caſu incurritur irregularitas, ſed diſpen-
27 ſabilis. Et de hoc Congregatio cenſuit, & intelle-
xit decernens *Clem* 1. habere locum etiam cũ agi-
tur de repellen. vi illata patri, quandoquidem vim
illatam patri repellens etiam cũ moderamine in-
culpatæ tutelæ iuxta diſpoſitionem d. *Clem.* ita vt
Pater mortem aliter vitare non valeret, incurreret
irregularitatem, ſed tamen diſpenſabilem. Et hoc
Congregatio extendit de vi illata filio, fratri, vel ei
qui ipſorum loco habetur, vt in d. Ampurien. Qui
tamen Vim vi repellit cum moderamine inculpa-
tæ tutelæ propriæ perſonæ, & dat operam rei lici-
tæ, vel certè non dat operam rei illicitæ per dictã
Clem. vnicam de homicid. irregularitatem non in-
currit, latè poſt plures *Leon. in theſauro fori Eccle-
ſiaſtici par. 3. cap. 40. num. 29.* & 30. vbi quod aliter
mortem euitare non potuerit: quia inangulatus
erat, vel ſic arctatus quod fugere non poterat, nec
ſe iuuare clamore, vel aliter. Fundatur enim hæc
repulſio in lege naturę, de qua Cicero pro Milone.
*Eſt hæc non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus,
accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus,
hauſimus expreſſimus, ad quam non docti ſed facti, non
inſtituti, ſed imbuti ſumus, vt ſi Vita noſtra in aliquas
inſidias, ſi in vim, in tela, aut latronum, aut inimicorũ
incidiſſet omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis.
Hoc, & ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gẽ-
tibus, & feris, natura ipſa præſcripſit, vt omninò ſem-
per vim quacumq; ope poſſent à corpore à capite à vi-
ta ſua propulſarent.* In eundem ſenſum Caius in l.
itaq; ff. ad l. Aquiliam. *Aduerſus periculũ* (inquit)
naturalis ratio permittit ſe defendere. & Florentinus
in l. vt vim, ff. de Iuſt. & iure. *Hoc euenit, vt quod
quiſq; ob tutelam corporis ſui fecerit iure feciſſe exi-
ſtimetur. Eſt enim* (vt inquit Ioſephus de Bello Iud.
lib. 3. cap 25. *naturæ lex illa, quæ in omnibus valet,
vt velint viuere, idq; ipſum eſt, quapropter eos, qui vi-
ta manifeſtè nos volunt ſpoliare hoſtes eſſe cenſemus.*
Adeoq; manifeſtam æquitatem hoc habet, vt in
beſtijs etiam, quæ iuris, non rem ipſam, ſed vmbrã
habent quandam, diſtinguamus inter vim, quæ in-
iuriam infert, & quæ propulſat. Nam cum dixiſſet
*Vlpianus l. 1. §. ait, & §. cum arietes, ff. ſi quad. paup. f.
dic.* animal, quod ſenſu, ideſt rationis vſu caret nõ
poſſe iniuriam feciſſe, mox tamen ſubiungit, cum
arietes, vel boues commiſiſſent, & alter alterũ oc-
cidiſſet. Q. Mutio auctore diſtinguendum, vt ſi qui-
dem is perijſſet qui agreſſus erat ceſſaret actio, ſi
is qui non prouocauerat, competeret actio cui ex-
plicando ſeruiet illud Plinij. *Leonum feritas inter
ſe non dimicat ſerpentum morſus, non petunt ſerpentes,
ſed ſi vis inferatur, nulla eſt cui non ſit ira, non ſit anima
iniuriæ impatiens, & prompta ad ſe defendendum ala-
critas.* Hinc aliqui exiſtimant idem cenſendum de
iure poſitiuo diuino. Neque Deum ius naturæ im-
mutare, aut contrarium conſtituere poſſe: quorum
opinioni non facile aſſertior. Nam dictum proce-
dit in ijs, quæ ius naturæ vetat, aut præcipit, non
in ijs, quæ iure naturæ licent tantum. Nam quæ
eius ſint generis, cum propriè iuris naturæ nõ ſint,
& vetati poſſunt, & pręcipi.

Sed vt ad irregularitatem reuertamur, ne illa
incurratur vlterius requiritur, quod nõ daret ope-
ram rei illicitæ. Et vidi proponi caſum in Con-
gregatione Cõcilij, cui Eminẽtiſſimi Patres nolue-
runt reſcribere, quod mihi viſum eſt valde durũ.
Quidã Clericus ſolitus erat venari anates in quo-
dam lacu, qui paruam habebat inſulam, à continẽ-
te in lacum anguſta via porrecta, hoc loci ſtabat
Clericus cum ſcopleto intentus anatum venatio-
ni, quas globo traijciebat, nam reliqua venatio ſi-
ne ſtrepitu Clericis nõ eſt interdicta, *c. omnibus ſer-
uis de Clerico venatore*: quadam die acceſſerũt tres
Laici ſcopletis armati, & nũquid tibi præcipimus
(inquiunt) Presbyter nequam nè venationem in
hoc lacu exerceres: quo dicto, eorum vnus ſcople-
tum direxit in Clericum, Globum eiaculaturus.
Clericus videns ſibi effugium neq; terra, neq; aqua
nullum eſſe, immanitate periculi fortior effectus
ſcopletum ſuum maxima celeritate impegit in
caput eiaculare volentis, antequam eiaculaſſet, &
eum terræ alliſit, deinde eadem celeritate arripit
ſclopetum occiſi, illudq; eiaculatur in ſecundum,
quem humi proſternit, quo facto tertius perterri-
tus aufugit, & Clericus ſe à periculo liberauit. In-
ſtitit deinde pro diſpenſatione ab huiuſmodi irre-
gularitate. Et Congregatio recuſauit reſcribere,
quod cum mirum mihi videretur, immo cõquerer,
quod petenti fieret iniuria ex denegatione diſpen-
ſationis, quam Conc. d. cap. 7. iure quodam modo
deberi cenſet, fuit mihi reſponſum per Reueren-
diſſimum Proſperum Fagnanum tunc Congrega-
tionis Concilij Secretarium. Congregationem ea
de cauſa in his caſibus difficilem ſe reddere ad di-
ſpenſandum cum Clerico in minoribus: quia non
deeſſent, quibus impollutæ manus, qui ad Altare
28 accerſiri poſſint, illum licet venia dignum, pollu-
tum tamen eſſe, & ſanguine pollutas manus ab
Altari arcendas. Presbytero vero quia iam Altari
admotus eſſet, hoc caſu diſpenſationem concedẽ-
dam, non minus miratus ſum rationem, quam an-
tea diſpenſationis negationẽ. Non enim ſoli Chri-
ſtiani remouent homicidas à ſacrificio iuribus ſæ-
pe allegatis, ſed hoc idem præſtiterunt Hæbrei, vt
29 Exodi cap. 21. *Si quis per induſtriam occiderit pro-
ximum ſuum, & per inſidias ab Altari meo euelles
eum vt morte moriatur*, quæ verba repetũtur in *c. 1.
de homicid.* & in ſæpius allegato cap. 7. ſeſſ. 14. im-
mo ipſi Ethnici, vt notat *Maiol. d. lib. 5. cap. 48. n. 1.*
& hac ratione fundatur textus in *c. quicumq; pæ-
nitentes diſt. 50.* & ibi *Gloſ.* quamuis eam non refe-
rat, & notat *Maiol lib. 5. cap. 51. n. 10.* Nunc reuer-
tamur ad narratiuam noſtræ ſupplicationis.

*Quibus ad Ordinarij loci Vicarij notitiam deductis
ipſe eundem Oratorem in contumaciam beneficijs per
eum obtentis priuatum declarauerat* &c. hoc eſt cõ-
forme textui in d. cap. 7. ſeſſ. 24. ibi: *Sed omni ordi-
ne, ac beneficio, & officio Eccleſiaſtico perpetuo careat*
&c. ſententia itaq; Ordinarij tamdiu in ſuo robo-
re perſiſtit, donec ab Eminentiſſimis Interpretibus
Concilij declaretur, caſum eſſe diſpenſabilem, licet
30 enim decretum Concilij procedat in homicida
voluntario, attamen præſumptio eſt contra homi-
cidã, quod voluntariè commiſerit, niſi contrarium
probetur coniecturis ſupra ex *Abb. in Clem. vnica
de homicid.* & ideo donec contrarium conſtiterit

rectè

rectè condemnatur homicida pœna Concilij.

Eumq; in pœnam perpetui exilij, & triremium ad ſeptennium condemnauerat &c. Epiſcopus non ſolũ exercet ea, quæ ſunt ordinis in animas, ſed etiam quæ ſunt iuriſdictionis in corpora ſibi ſubiectorũ, & ideo poteſt etiam infligere pœnas ciuiles citra
31 tamen pœnã ſanguinis. *Nauar. relect. c. nouit not. 3. num. 83. verſic. quibus addo de iudic. Burſ. conſ. 125. num. 23. lib. 2.*

Et in eadem expoſitione ſubiuncto, quod dictus Orator, qui ſubinde pacẽ à Patre, Vxore, & Fratre d. Do-
32 *minici* &c. Ad obtinendum diſpenſationem ab irregularitate ex homicidio contracta Dataria requirit pacem proximorum, ne in hoc recedat à iure ciuili. *Mandoſ. vbi ſupra, §. Quantum ad illam clauſulam,* & ideo hic fuit habita pax à Patre. Vxore & Fratre, qui ſunt proximiores ſanguine, vt idem *Mandoſ. vbi ſupra, §. Nec refert,* vbi quod nihil intereſt, an dicatur proximioribus, vel proximis, quia proximo nullus eſt proximior. Et ſi proximius ſit vnus tãtum, ſufficiet pax ab eo data etiamſi clauſula ſit concepta per verbum plurale proximioribus, idem *Mandoſ. vbi ſupra, §. nec vitiabitur contra regulam iuris, c. pluralis, de reg. Iuris in 6.* quod hic eſt particulare. Pacis autem requiſitum adinuentum eſt per Datariam non quod Pontifex abſq; pace diſpenſare non poſſit, vt notat idem *Mandoſ. vbi ſupra, §. Sed quæro,* ſed vt heredibus in hoc mos geratur, & ab ipſis petatur pax, & hac vel alia ſatisfactione animi ſanentur afflictorum, ad textum in *c. ſi ille 23. q. 4.* & non ſolum requiritur pax à proximioribus, ſed remiſſio pœnæ inflictæ per Ordinarium, & ideo dicitur, ac remiſſionẽ exilij, & triremium aliarumq; pœnarum, in quas condemnatus fuerat ab eodem Ordinario obtinuerat &c. nã quamdiu his pœnis ſubiacet nec ordinari poteſt, nec ordinem ſuſceptum exercere. *Maiol. lib. 3. cap. 3. num. 3.*

Idem Paulus prædeceſſor eundem Oratorem impoſita ei aliqua pœnitentia ſalutari &c. Diſtant inter ſe
33 pœnitentia ſalutari publica, & ſolennis, ſalutaris poteſt quidem eſſe publica, hoc eſt quæ fiat ſub oculis hominum, vt pura quod quis habitu peregrini incedat, ſed poteſt etiam eſſe priuata, hoc eſt latens intra parietes domus, vt ſi cui iniungatur, recitatio diuinarum horarum, ſolennis vero ſolet fieri ſub certa forma ignominioſa, vt ſi quis cogatur geſtare ante portam Eccleſiæ die feſto cereum accenſum, vel ſimile quid, de quibus in *c. in capite 50. diſtinct. Maiol. vbi ſupra lib. 3. c. 3. n. 2* hæc pœni-
34 tentia ſolennis clericis imponi non poteſt propter ſcandalum, latè *Genueuſ. in praxi Archiepiſc. c. 74. n. 4. verſ. Secundo adducitur.* In hoc caſu pœnitentia ſalutaris debet intelligi priuata, nam quando Dataria vult imponere publicam, vtiq; hoc expreſsè dicit impoſita ei aliqua ſalutari, & publica pœnitentia, prout reſcribit in diſpenſationibus matrimonialibus, de quibus ſuo loco infra.

Ipſoq; ab executione ſacrorum Ordinum ad ſeptennium, & deinde ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ ſuſpenſo &c. *Mandoſ. vbi ſupra, §. nec conſueuit teſtatur,* quod abſolutio, ſeu verius diſpẽſatio ab homicidio non ſolet concedi ab eodem Summo Pontifice, tẽpore cuius illud perpetratum fuit, voluit dicere,
35 quod diſpẽſationis executio differtur vſq; poſt eius obitum vt plurimũ, quod denotãt verba ad ſeptẽnium, & deinde ad Sedis Apoſtolicæ beneplacitũ, non inquit noſtrum, & ſic de facto finis ſeptennij à Paulo V. præfixi incidit in Pontificatũ Greg. XV.

Et cum hoc, quod in loco commiſſi delicti nunquam celebraret &c. rationem huius clauſulæ reddit, *Mã-*
36 *doſ. vbi ſupra, §. aliquando addebatur,* ne videlicet in loco vbi peccauerunt emineant cum ſcãdalo populi, & vt puniantur vbi delinquerunt.

A generali excommunicationis ſententia, alijſq; Eccleſiaſticis ſententijs cenſuris, & pœnis, quas propter præmiſſa quomodolibet incurrerat homicidij reatu, & exceſſibus huiuſmodi in vtroq; foro abſoluere &c. Dua-
37 bus vijs in Romana Curia expediuntur abſolutiones, nempe per officium ſacræ Pœnitentiariæ, vbi conceditur abſolutio in foro animæ tantum, & per Datariam, vbi per Datariã expeditur abſolutio in vtroq; foro notat *Ant. Corn. de abſolut. forenſ par. 3.*
38 *quæſt. 25. n. 3.* & huiuſmodi abſolutio ab irregularitate ſpectat ad ſolum Papam ex *Conſtit. Clem. 7. in fine in Bullario nouo tom. 1. Conſtit. 22.*

Quodq; & eiſdem præmiſſis non obſtan. ſuo Clericali caractere, illiuſq; priuilegijs, ac omnibus etiam ſacris, & presbyteratus Ordinibus per eũ ſuſceptis vti, & in illis etiam in Altaris miniſterio miniſtrare &c. elapſo videlicet ſeptennio, & accedẽte nono Sedis Apoſtolicæ, de quo ſupra beneplacito, cum qua ſuſpenſione tẽporis fuit conceſſa abſolutio, & notandum quod nõ ſufficit dixiſſe ad omnes etiã ſacros Ordines, ſed additur, etiam presbyteratus Ordinẽ qui propter eius ſublimitatem ſpeciali nota dignus eſt licet tam is, quã Subdiaconatus, & Diaconatus di-
39 catur ſacer, vt *c. 2.* de Cohabit. Cler. & mulierũ, *ſi quiſquam Sacerdotum, hoc eſt presbyter Diaconus aut Subdiaconus* &c. licet ſæpius ſub nomine Diaconi, etiã Subdiaconatus compræhendatur, vt *c. ſi quis Presbyterorum, Diaconorũ, ſeu defenſorum, de reb. Eccleſiæ alien. & c. ſi quis Epiſcopus, Presbyter, vel Diaconus depoſitus iuſte. de Cler. excom.* vbi nulla fit mẽtio Subdiaconi, licet videantur enumerari Ordines ſacri, quam ob rem àliqui dixerunt, Subdiaconatũ Ordinem ſacrum non eſſe, neq; ab Ordine Diaconatus diſtinctum, quos refellit Conc. Trid. ſeſſ. 23.
40 cap. 2. in fine, tam ex Patribus, quam Concilijs ibi; *Nam Subdiaconatus ad maiores Ordines à Patribus, & ſacris Concilijs refertur* &c. vt ſexta Synodo generali dicitur de Eccleſia Greca. *Si quis eorum, qui ad Clerum accedere voluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinationem Subdiaconatus faciat,* & in Cõcilio Agathenſi legitur: *Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi* &c. *Nauar. conſ. 37. n. 1. lib. 3.* cẽſet Subdiaconatũ eſſe iuris Diuini hoc eſt ab ipſo Deo, & homine D. N. Ieſu Chriſto inſtitutũ, vt nouiſſimè Cõc. Trid. definiuit. Hæc opinio Nauarri ita generaliter prolata poteſt habere aliquã difficultatem, nã Conc. Trid. ſeſſ. 7. can. 1. quem locum indigitat Nauar. loquitur de ordine in genere: *Si quis dixerit Ordinẽ Sacramentũ, nouæ legis non fuiſſe à Ieſu Chriſto D. N. inſtitutum anathema ſit* &c. quod de ordine Presbyterij cui ſoli cõpetit oblatio, intelligendum videtur (quãuis legatur in Cõcilio Arelatenſi Diaconos obtuliſſe, quod ſuã habet difficultatẽ, & expoſitionẽ) cuius ſententiæ fuit *Durandus,* quem reprobat

probat

probat *Sotus, lib. 4. ſenten. diſtin. 24. q. 1, art. 4.* tanquã
ſentientem contra cõmunem Catholicorũ opinio-
nem multis comprobatam per *Thomam VValden-
ſem tom. 2. de Sacramentis c. 116.* Ego verò exiſtimo
Durandum nõ ſenſiſſe, Subdiaconatum nullo mo-
do à Chriſto Domino Noſtro fuiſſe inſtitutum, ſed
non ſub hoc vocabulo, licet fuerit inſtitutus ſub
presbyterio, nam quamuis presbiteri proprium
munus ſit offerre, eidem etiam competit Euange-
lium populo annunciare, & Apoſtolum in Ec-
41 cleſia legere. Quæ munera deinde Eccleſia ſecre-
uit, non quod presbitero aliquid de ſua facultate
demeretur, ſed quod alteri non dum presbitero ius
daretur annunciandi Euangelium, & Apoſtolũ le-
gendi, vt expreſsè habetur *diſtinct.* 21. Leuitas au-
tem ab Apoſtolis ordinatos legimus, quorum ma-
ximus fuit Beatus Stephanus. Subdiaconos, & aco-
lytos procedente tempore Eccleſia ſibi conſtituit.
Et reijcienda Gloſſ. hic in verbo Subdiaconos, vbi
dicit, Subdiaconatum fuiſſe quidem tempore Apo-
ſtolorum, ſed tunc non fuiſſe ordinem ſacrum quiá
hoc aduerſatur textui aſſerenti, Diaconatum fuiſſe
inſtitutum ab Apoſtolis, & progreſſu temporis ab
Eccleſia Subdiaconatum, ex quo non poteſt inferri
Subdiaconatum aliquando extitiſſe inter ordines
minores ſed ſolùm aliquando ordinem hunc non
fuiſſe à presbiterio hoc nomine ſecretum, neq; huic
opinioni Gloſſę opitulatur canon Apoſtolorum re-
42 latus diſtinct. 35. *Epiſcopus, aut Presbiter, aut Diaco-
nus alea aut ebrietati deſeruiens, aut deſinat, aut certè
damnetur. Subdiaconus autem, aut lector aut cantor ſi-
milia faciens, aut deſinat, aut communione priuetur,
vbi ſubdiaconatus videtur recenſeri inter ordines mi-
nores*, cum fiat ordinum diſtinctio. Nam reſponde-
tur ordinum diſtinctionem fieri non quo ad quali-
tatem, ſed quo ad pœnam peccantium, grauius au-
tem puniendos cenſuit canon Presbyteros, & Dia-
conos delinquentes quam Subdiaconos, quos le-
ctoribus in hoc adæquare indecens non eſt, quẽad-
modum non eſt indecens Diaconũ adæquare pres-
bytero, & Epiſcopo. Immò idem canon Apoſtolo-
rum relatus diſtinct. 34. expreſſis verbis declarat
Subdiaconatum ordinem eſſe ſacrum. *Si ſubdiaco-
nus ſecundã Vxorem duxerit, inter lectores, vel oſtia-
rios habeatur, ita vt Apoſtolum non legat*, ex quo tex-
tu colligitur differentia inter ſubdiaconũ, & lecto-
rem, quod ille ſolum haberet facultatem legendi
Apoſtolum, hic reliquos libros ſacros, differentia
autem inter Græcos, & Latinos in ſacris ordinibus
conſtitutos ea eſt, quod illis licuit poſt coniugium
ad ſacros ordines aſcendere non autem poſt ordi-
nes declinare ad coniugium vtrumq; interdictũ eſt
latinis, quæ colliguntur *ex c. cũ olim de Cler. coniug.*
idem legitur in canone 27. Apoſtolorum. *Qui ad
Clerum prouecti ſunt præcipimus, vt ſi voluerint vxo-
res accipiant, ſed lectores, & cãtores tãtummodo.* Fuit
igitur Subdiaconatus inſtitutus à Chriſto D. No-
ſtro, ſed in eſſentia per Apoſtolos tamen ſecretus,
& nominatim diſtinctus, *vt d. diſtinct.* 21. Modus au-
tem legitur in actibus Apoſtolorum *c. 6. Creſcente
numero diſcipulorum factum eſt murmur Græcorũ ad-
uerſus Hebræos, eo quod deſpicerẽtur in miniſterio quo-
tidiano viduæ eorum. Conuocantes autem duodecim
multitudinem diſcipulorum dixerunt. Non eſt æquum,
nos delinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis. Cõ-
ſiderate ergo fratres viros ex vobis boni teſtimonij ſe-
ptem plenos Spiritu Sancto, & ſapientia, quos con-
ſtituamus ſuper hoc opus*, &c. & vocati ſunt hi
ſeptem *διάκονοι* hoc eſt miniſtri, & ordo *ipſe διακό-
νιαν* vt interpretatur Balſamon, quia non ſolum ad-
dicti fuere miniſterio menſæ vſualis, ſed menſæ
cœnæ videlicet altari, & ideo fuit ipſis impoſi-
ta manus in ſignum ordinis, vt ſubdit *textus actuum
d. cap. 6.*

43 Vocantur autem *Diaconi leuitæ, vt Stephanus d. di-
ſtinct.* 21. & Laurentius in Breuiario Romano *Le-
uita Laurentius bonum opus operatus eſt* &c. eadem
ratione miniſterij: quia apud Hæbreos miniſtri
Templi erant Sacerdotes, & hi omnes ex Tribu
leui. De Hypodiaconis, hoc eſt Subdiaconis,
nempè eorum munere, & officio diſtinctè diſponi-
tur *in Conſt. apoſtol. lib 8. cap.* 21. iuxta interpræ-
tationem Zonaræ, & omne eorum officium, vt
plurimum eſt circa altaris miniſterium in aſſiſten-
tia presbyteri: qua ipſe presbyter in miſſa priuata
per ſe ſupplet: In miſſa vero Conuentuali vſus eſt
Eccleſiæ Romanæ, vt adhibeantur Diaconus, &
Subdiaconus. In quo grauiter errare exiſtimo re-
centiores reformatos, qui miſſam canunt conuen-
tualem abſque aſſiſtentia Diaconi, & Subdiaco-
ni, ſane videntur ſpernere ritum Eccleſiæ anti-
quum, & venerandam vetuſtatem, ſi meum eſſet
imponerem nouatoribus iſtis, vt vel miſſam con-
uentualem non haberent, vel certè eam iuxtà
inueteratum Eccleſiæ morem, & ceremoniale
44 Romanum adhibitis Diacono, & Subdiacono
celebrarent. Dixi canunt, erraui, plorant debui
dicere, clamitant enim neſcio quid indecorum
vnitonum longè ab Eccleſiæ ritu alienum. Su-
darunt Ambroſius Auguſtinus, & alij Patres Ec-
cleſiæ Catholicæ lumina, vt cantum quendam in-
uenirent, qui populum excitaret ad deuotionem
& ſimul Deo cum alacritate quadam recepto-
rum beneficiorum gratias redderent, inuenerunt
tandem longo ſtudio, & Eccleſiæ propoſuerunt,
quæ eum amplexa eſt, & per plura ſæcula incon-
cuſſe ſeruauit, qui propterea a nemine temere
ſaltem in templis publicis debet reijci, quid enim
inſulſius, quam eandem prorſus canere in Eccle-
ſia cantilenam, in ipſo Paſchatis ſolemni feſto,
quæ lugubri quodam metro canebatur in Para-
ſceue? Sed hanc rem curent alij: ego præmiſſa non
potui non afferre ob reuerentiam, quæ in me ma-
xima eſt venerandæ antiquitatis.

Pro coronide huius ſcolij notandum, nihil vn-
quam eſſe tàm pie inuentum, ac tàm ſancte
inſtitutum, quod curſu temporis à ſuo natali
non degeneret. Vidimus Diaconatum inſtitu-
tum ab Apoſtolis, vt reliquo cœtui miniſtrarent
prout ex acte à limine inſtitutionis fuit præſti-
tum. Miniſterio huic neceſſario coniuncta erat
pecuniæ aſſeruatio, ob quam Diaconi curſu
temporis, elati cęperunt ſe erga presbyteros pro-
terui gerere, eoſque quaſi ſuos famulos habere:
quia apud eos eſſent loculi, prout de eis que-
46 ritur æuo ſuo, Sanctus Hieronymus quod indi-
caſſe ſufficiat.

47 *Necuõ quæcũq; & qualiacũq; beneficia Eccleſ.* &c. sũt
enim

enim irregulares incapaces ad obtinẽdum Eccle-
ſiaſtica beneficia, *Abb. in c. cum in noſtris num. 22.*
circa ſin. de conceſſ. prabend. & diſponit *Concil. Trid.*
d. cap. 7. & diſpenſatio non ſuffragaretur, niſi præ-
cederet habilitatio. *Rebuff. de diſpenſ. rat. ætatis,*
verſ. ſi tibi alias canonicè conferantur num. 4. & pro-
pterea ante diſpẽſationem dicitur in ſupplicatio-
ne ſi ſibi alias canonicè conſerantur recipere, &
retinere valeret.

49 *Non tamen curam animarum habentia* &c. Hæc
clauſula additur pro Presbytero, & eſt conformis
diſpoſitioni Concilij, & *cap. 21. Exodi*, de quo ſupra
notat *Mandoſ. vbi ſupra, §. pro presbyteris*, & difficil-
limè huiuſmodi ſuſpenſio relaxatur, niſi magna
concurrat cauſa, vel quod Presbyter irregularis
ſit, Parochus, vel quod habeat beneficium, cui in-
cumbat onus celebrandi, & ipſe ſit pauper, vt co-
geretur mendicare, vel alia ſimilis prout ex ſe-
quenti narratiua.

Cum autem Pater Sancte d. Orator in ſuſpenſione
huiuſmodi ſpacio ſeptennij permanſerit, & tam ex ip-
ſa ſuſpenſione, quam ex graui condemnatione prędicta
priuationem beneficiorum, ac pœnam exilij, & trire-
mium continente, tantam nedum exiſtimationis, ſed
etiam rerum ſuarum iacturam paſſus ſit, vt pœnitentiã
delicto parem, vel etiam maiorem ſubyſſe videatur:
ſupplicat proinde &c. dicitur, quod in ſuſpenſione
per ſeptennium permanſerit, hoc eſt nunquam
contrauenit, nam ſi contraueniſſet, in contemptũ
clauium non ſolum promoueri non valeret, verum
etiam promotus exercere non poſſet, nec quidem
poſt peractam pœnitentiã, ſed reputatur indiſpen-
ſabilis *c. ſi quis Epiſc. de vit. & honeſt. Cler. Maiol. vbi*
ſupra lib. 3. cap. 19. nu. 2. verſ. prima eſt, dixi in con-
temptum clauium, nam ſi contraueniſſet ex cauſa
neceſſaria, vt pote quod Sacerdos, & Parochus cõ-
miſiſſet homicidium, & eſſet occultũ, & ſi abſtine-
ret, præberet de ſe ſuſpicionem commiſſi delicti,
50 aut alia neceſſaria de cauſa, tunc cum contraue-
niente Dataria ſolet diſpenſare, ſed cum clauſula,
Non tamen in contemptum clauium &c. hoc tamen
locum habet in irregularitate occulta, non tamen
in irregularitate publica, & vbi irregularis eſſet à
Superiore ſuſpenſus. Dicitur pœnitentia delicto
parem &c. hæc narratiua non videtur poſſe iuſti-
ficari, non enim videtur reperiri poſſe par pœna
homicidio, niſi capite homicida luat, vt *l. 1. ff. de ſi-*
51 *carijs*, eſt enim homicidium omnium peccatorum,
quæ in proximum committuntur grauiſſimum, vt
S. Thom. 2. 2 quæſt. 122. art. 6. & quæſt. 70. art. 3.
Adeo vt niſi Dauidis me moueret exemplum, exi-
ſtimarem homicidæ vix veniæ ſupereſſe locum,
quod tamen de voluntario intellectũ volo, non au-
tem de caſuali, ſiue de eo quod in iuſto cõtra Chri-
ſti nominis hoſtes bello cõmittitur, nam illud im-
mo meritorium eſt, & quandoq; à Deo, non dum
permiſſum, ſed expreſsè mandatum, adeo vt filios
Iſrael huius præcepti tranſgreſſores punierit, *c. mi-*
litare 23. quæſt. 1. iuſtum autem bellum inter Chri-
ſtianos eſſe non poſſe, ſed ſolum contra infideles.
teſtantur *Maiol. lib. 5. cap. 48. Alciat. in l. hoſtes, ff. de*
verb. ſignif. Silueſter in ſumma in verbo Homicidium
3. quæſt 6. & omnes communiter præſertim recen-
tiores, qui dicunt bella inter Catholicos eſſe mera
ciuilia, cui opinioni facilè aſſentior quicquid di-
cat *Aiala de iure & officio belli lib. 1. cap. 2. & Fer-*
rerius in Catholico politico, qui exiſtimant omne
bellum iuſtum eſſe, quod à ſupremo Principe Rei-
publicæ indicitur. Nam ſi Antonini Conſtitutio,
in l. Orbe, ff. de ſtatu hominum, ſanxit omnes, qui in
Orbe Romano viuunt ciues Romanos eſſe, interq;
eos bellum iuſtum eſſe non poſſe, quanto magis
inter Chriſtianos non ſolum ciuilitatis ſed Reli-
gionis vinculo colligatos iniuſtum erit *c. ad men-*
ſam 11. quæſt. 3.

Hinc patet quantam mereatur pœnam atroci-
tas duellantium, qui conciuem ad gladiatoriam
prouocant, etiam leuiſſima, quandoq; de cauſa, &
quam grauiter peccent Principes duella in eorum
Prouincijs permittentes; ſaucxero ſacri Canones
duellantes eorumq; patrinos perpetuo infames
eſſe, & maximæ irregularitati obnoxios, neq; ſe-
53 peliendos eſſe, aut pro ijs offerendum, *c. 1. de Cler.*
pug. in duell. & Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 19. non video
cur hæc pœna ad Principes prædictos extendi non
debeat. Henricus eius nominis IV. Galliarũ Rex
Princeps bellicoſiſſimus, vt qui armis tantum Re-
gnum ſibi acquiſierat, nihil non egit, vt nobiles,
audaces, & fortes redderet exiſtimans, hoc ad res
ſuas conducere, vnde ſi leuis quædam occaſio ali-
cui oblata eſſet altercãdi, & ille detrectaret, hocq;
Regi nunciatum eſſet, ò timidum leporem inquie-
bat, quibus verbis nobiles tanquam ſtimulis inci-
tati adeo ſe præbuerunt ad duella procliues, vt ea
quandoq; etiam nulla de cauſa, ſed mera libidine
vincendi inirent. Hinc Regni Orbitas, vt nulla fere
in vniuerſa Gallia numeraretur familia, quæ non
lugeret Patrem Fratrem, ſiue filiũ ſibi duello adẽ-
ptum, vt pulchrè notat Euphormio, ſiue verius
Barclauis in Icone animorum, & tantum hæc pro-
teruia effundendi ciuilem ſanguinem excreuit, vt
deinde Rex errorem agnoſcens, etiam maximis
pœnis mortis nempe & infamiæ eos ab hac inſa-
54 nia reuocare potuerit. Antequam Romani ciuilia
agerent bella, & donec ciuium ſanguis ipſis ſacro-
ſanctis fuit, ſtrenui, & fortes fuere in hoſtes, ciuium
ſanguine fuſo, ignaui effecti, & imbelles. Turcæ,
55 qui in pluribus Romanorum imitantur fortitudi-
nem, quamuis ſummi belli duces non cingantur
acinace, niſi in expeditione Domi, nec cultellum
quidem gerunt, ſed omnem animi vigorem in ho-
ſtes ſeruant. Referenda hic Hiſtoria ab Augerio
Busbequio olim Ferdinandi Cæſaris apud Solimã-
num Turcarum Imperatorem legato in legationis
narratione deſcripta, ex qua coniectare liceat,
quantam inter ſe fraternitatem ſeruent Turcæ.
Facta (inquit) paulo ſupra rerum in confinijs Hun-
gariæ geſtarum mentio, me admonet, vt exponam
quid Turcæ ſentiant de Monomachia, vnico apud
nos præclaræ fortitudinis teſtimonio, fuit in re-
gione Hungariæ nobis contermina magna virium
fama Singiauus Arſambegus, nemo eo validius
intendebat arcum, nullius ferrum altius penetra-
bat, neq; hoſtibus erat formidoloſius. Huic ſe æmu-
lum comparauerat Vlibegus einſdem laudis affe-
ctator finitimorum locorum, & ipſe Singiauus æ-
mulatio alijs fortè rebus acuta ad ſummum odiũ
inſidias, & vulnera proceſſit. Hac an alia de cauſa

arceſſitus Conſtantinopolim Vlibegus, ex quo cũ
alia multa, quæ ſciuiſſent Baſſæ, poſtremo de Diſ-
ſidio ipſius cum Arſambego audire voluerunt. Tũ
prolixe recitauit totam illarum ſimultatum ſce-
nam, cauſas progreſſum. & quo deniq; euaſiſſent,
& vt cauſam ſuam faceret meliorem, ſubiunxit ſe
ex inſidijs ad Arſambego vulneratum, quibus nihil
fuiſſet opus ſi ſe dignum ſuo nomine Arſambegus
præſtare voluiſſet quandoquidem ipſe pugnam cũ
eo nunquam ſubterfugiſſet, vt quem ad ſingularem
pugnam multoties prouocaſſet. Hoc Baſſæ aduer-
ſantes Tu ne commilitoni tuo ſingulare certamen
denunciare auſus es? deerant quippe Chriſtiani, in
quos pugnares? Viuit vterq; veſtrum pane noſtri
Imperatoris, nihilominus inter vos de vita decer-
nere parabatis? quo iure, quo nam exemplo? an
ignorabatis vtercumq; veſtrum cecidiſſet Impera-
toris damno caſurum? quo dicto duci eum in
carcerem iuſſerunt, in quo multis menſibus mace-
ratus, vix tandem liberatus exiſtimatione valde
diminuta. Apud nos multi hoſte publico nũquam
conſpecto, quod in ciuem, aut cõtubernalem ſtrin-
xerunt ferrum, clari, & memorabiles habentur.
Quid ijs moribus facias, vbi virtutis locum vitia
occupant, & quod pœnam meretur gloria, & ho-
nore veſtitur? Hæc Busbequius; ex longa digreſſio-
ne lector reminiſcere præpoſiti tituli inſolentiam.
56 *Curam animarum haben. etiam ſi Parochiales Ec-
cleſiæ* &c. in quo differat Parochialis à Curata.
Vide apud *Garziam de Benef. par. 1. cap. 6. num. 4.
& par. 12. cap. 5. num. 2.*
57 *Vel earum perpetuæ Vicariæ fuerint* &c. hæc ex-
preſſio videtur ſuperflua, nam habilitatus ad Paro-
chiales, & curatas, cenſetur habilitatus etiam ad
Vicarias perpetuas ea ratione quod diſpenſatus
ad ea, quæ ſunt plus, cenſetur diſpenſatus etiã ad
ea quæ ſunt minus. Vicariam autem eſſe quid mi-
nus Curata, & Parochiali, vltra quod nomẽ ipſum
indicat fusè habetur apud *Garziam par. 9. c. 2. §. 2.
n. 104. & ſeqq. & par. 11. cap. 2. n. 15.*
58 *In litteris per Breue S. V. ſeu officium minoris gra-
tiæ, non tamen quoad diſpenſationem ad beneficia ſi-
mul, vel ad partem expedien.* &c. Duas præmiſſa
ſupplicatio continet gratias, ſiue diſpenſationes
vnam ad ordines alteram ad beneficia, quoad diſ-
penſationem ad Ordines, illa poteſt expediri per
Breue, ſiue per Officium minoris gratiæ, diſpenſa-
tio vero ad beneficia non expeditur niſi ſub plum-
bo quia cenſetur gratia beneficialis *Rebuff. in pra-
xi tit. diſpenſatio ad plura, n. 79.*
Vt quæcumq; & qualiacumq; beneficia &c. ſi tibi
alias canonicè conferantur &c. hæc clauſula in-
terpretatur diſpenſationem videlicet vt per eam
diſpenſatus non cenſeatur habilitatus ad benefi-
59 cia certam qualitatem requirentia Si impetrans
ea deſtituatur, ſed ſolum quo ad ea obtinenda non
obſtent ſibi præmiſſa, ſed diſpenſatus ſtatuatur in
ijs terminis, in quibus erat ante commiſſum ho-
micidium. Hinc *Rebuff. in prax. ad tit. de diſpenſat.*
ad duo, & ratione ætatis, non bene aſſecutus vide-
tur ſenſum huius clauſulæ aſſerit enim per eam re-
ſtringi diſpenſationem, quod videtur dictum im-
propriè, non enim reſtringitur præcedens diſpen-
ſatio, quæ in ſuo eſſe ampliſſima eſt, ſed vt dixi in-
terpretatur in quo caſu procedat, deinde præſer-
uatio non fit ad excludendum inuaſionem propria
auctoritate, vt inquit *Rebuff. ibid.* quæ nullo præ-
textu iuris fulcita ſit, ſed ad declarandum, præſen-
tem diſpenſationem non excedere terminos con-
tractæ irregularitatis.
60 *Et committatur Archiepiſcopo Ianuen. arbitrio ſuo*
&c. hoc eſt conforme textui Concilij Tridentini in
ſæpius allegato cap. 7. Conquerebantur enim in
Cõcilio Epiſcopi quod Curia Romana paſſim ab-
ſolueret criminoſos, & cum ijs diſpenſaret, qui de-
inde totam Diœceſim ſubuerterent, & ideo Con-
cilium ſtatuit non eſſe cum ijs diſpenſandum, ſed
diſpenſari mandandum, & mandatum dirigendum
ipſi Ordinario, qui ex ſe facultatem diſpenſandi
non haberet. Vnde Papa non ſolum facit gratiam
petenti diſpenſari, ſed tribuit, vel certè ſuſcitat in
Ordinario iuriſdictionem, quã exercere nõ poteſt.
*Ex voto Congregationis S. R. E. Cardinalium Con-
cilium Tridentini Interpretum* &c. Perfecto Conci-
61 lio Tridentino ſub Pio IV. ipſe illius interpreta-
tionem ſibi reſeruauit, vt Conſtit. 73. in ordine in
Bullario nouo, deinde quia quotidie dubia tranſ-
mittebantur ad Curiam. Sixtus V. deputauit Cõ-
gregationem Cardinalium d. Concilij ſuo nomine
62 Interpretum, vt ex Conſtit. 74. in ordine in Bulla-
rio nouo. Ad hanc Congregationem remittit Da-
taria quicquid gratiarum concernit diſpoſitiones
Concilij Tridentini, in qua examinantur cauſæ, an
gratia concedi debeat ſiue expediat nec ne, ſi an-
nuerit ſubſcribit libello ſupplici. Si Sanctiſſimo D.
placuerit gratia videtur ſignanda, vt ſupra retuli,
ſi contrarium nihil reſcribit.
63 Pro coronide huius ſcolij notandum, quod ſe-
mel abſolutus ab homicidio, ſi deinde alterũ com-
mittat, à quo ſimiliter petat diſpenſari, debet etiã
prioris facere mentionem, alias abſolutio ſecũda
ei non ſuffragaretur, quia prius grauat ſecundum,
ita diſertè *Mandoſ. d. tit. Abſolutio, & rehabilitatio
ab Homicidio. verſ. Notandum eſt.*
Reliquum relaxationes à ſuſpenſionibus tot
ſunt, quot abſolutiones, in quibus apponitur abſo-
luto ſuſpenſio, ſiue perpetua, ſiue ad tempus, quæ
multis contrahitur nominibus, vt de Pretoribus,
qui in cauſa criminali tulerunt ſententias ſangui-
nis. Aduocatis, qui in cauſis huiuſmodi pro fiſco
patrocinati ſunt. Notarijs, & Cancelarijs crimi-
nalium cauſarum. Phiſicis, & Chirurgis in cura
negligentibus demum pro omnibus quæcumq; de
cauſa irregularibus, de quibus vide apud *Mandoſ.
& Maiol.* locis ſupra allegatis, omnes autem redu-
cuntur ad formam ſupra traditam, præterquam ſi
irregularitas contraharur ex homicidio in perſo-
nam Monaci, Clerici, Monialis, Presbyteri, vel Ab-
batis, quia hoc grauat delictum, & tunc abſolutio,
64 & per conſequens rehabilitatio non conceditur
niſi cum clauſula, quod Oratores Vrbem accedãt,
vel aliam peregrinationem, aut pœnitentiam pu-
blicam ſubeant, & tunc rehabilitatio datur ad be-
neficia tantum, non autem ad exercitium ordinũ,
vt notat *Mandoſ. vbi ſupra, verſ. Abſolutio ſi petatur.*
Reliqua, quæ ſuperſunt de abſolutione trademus
65 in ſecunda parte, illud in præſentiarum nõ omit-
tendum Datariam raro, aut nunquam diſpenſare

cum promoto ſine dimiſſorialibus, vel cum dimiſſorialibus falſis, ne fraus opituletur doloſo. Vidi tamen diſpenſari cum ijs, qui litteras dimiſſoriales per litteras procurarunt miſſiuas ab amico, vel noto, qui miſit falſas, cum tamen ordinandus probabiliter crederet eas eſſe veras, & nullam fraudem continere: quia probabilis error excuſat, ſi tamen ſciuerit eſſe falſas diſpenſari cum eo, non debet.

SVMMARIVM.

Perinde & etiam valere in quo differant, 1.
Etiam valere non eſt noua gratia, 2.
Perinde valere retrotrahitur ad tempus primæ impetrationis, 3.
Perinde valere eſt noua gratia, 4.
Perinde valere ſuſcitat ſpiritum primæ gratiæ, 5.
Perinde valere dicitur gratia principalis, 6.
Perinde valere omnia expreſſa conualidat, 7.
Perinde valere non ſanat defectus non expreſſos, 8.
Perinde valere an ſumat vires à data primæ gratiæ, 9.
Gratia Papæ ſemper intelligitur, vt nemini præiudicet, 10
Officiales Datariæ non expediunt gratiam perinde valere, niſi ipſis conſtiterit de gratia principali, 11.
Pluralitas gratiarum potius præſumenda, quam error in Officialibus Datariæ, 12.
Perinde valere non poteſt habere eandem Datam cum gratia principali, 13.
Perinde valere requirit expeditionem litterarum, 14.
Perinde valere datur ſuper omnibus gratijs, 15.
Forma perinde valere, 16.
Monaſterium non eſt Eccleſia: quia non confertur in titulum ſed commendatur, 17.
Commenda non eſt titulus, 18.
Perinde valere quomodo dicatur conualidare omnia ab initio, 19.
Perinde valere datur ſolum ſuper gratia Papæ, 20.
Perinde valere eſt debitum in vim clauſularum primæ gratiæ, 24.
Perinde valere non requirit dubietatem validitatis, 23.
Fructus male percepti debent reſtitui in gratia perinde valere, 25.
Fructus indebite percepti, etiam cum bona fide debent reſtitui, 26.
Dataria repetit terminos penſionum male exactos, 27.
Termini penſionis nulliter reſeruatæ an & quando debeãt reſtitui titulari, 28.
Compoſitio non intrat niſi pro fructibus, & emolumentis ſpectantibus ad impetrantem, 29.
Clauſula vt penſio valide reſeruari poſſit in mandato procuræ quid operetur, 30.
Cõſentiens reſeruationi penſionis intelligitur de valida, 31.
Cõſenſus cõditionalis nihil operatur ſi deficiat conditio, 32
Actus ſemper præſumitur valide factus, 33.
Et cum ſolennitatibus debitis, 34.
Actus extendi non debet vltra intentionem agentis, 35.
Titularis poteſt repetere terminos penſionis nulliter reſeruatæ, 36.
Penſio reſeruata ex falſa cauſa eſt nulla, 37.
Penſionarius tenetur componere in gratia reualidatoria pro terminis male perceptis, 38.
Penſio nulla an, & quando conualidari poſſit in præiudicium titularis, 39.
Dataria in reualidatoria ſemper ſolet requirere nouum conſenſum titularis, 40.
Dataria aliquando conualidat penſionem nullam ſine nouo conſenſu, & quibus caſibus, 41.
Formula perinde valere per Breue 42.
Conſenſus titularis in reſeruatione penſionis ex regula Canc. requiritur pro forma, 43.
Conſtitutio Concilij Tridentini. & Sixti V. inhabilitauit illegitimos ad beneficia, 44.
Penſionis nomine in odioſis non venit beneficium 45.
Perinde valere per Datariam non per Secretariam expediri debet, 46.
Termini penſionis male exacti non debent reſtitui titulari, 47.

CAP. XIV.

De gratia Perinde, & etiam valere.

1 DIfferunt hæ duæ gratiæ inter ſe. Vt, etiam valere reualidet gratiam, reuocatam, aut irritam redditam ex decreto irritanti Papæ. Perinde
valere conualidat gratiam nullam non quidem ex
reuocatione Papæ, ſed ex ſubreptione Impetrantis
vt denotant aduerbia etiam, & perinde, primum
enim denotat voluntatem Principis, volentis valere gratiam à ſe factam, etiam ſi eam reuocauerit,
alterum vero denotat fictionem qua gratia à prin-
2 cipio defectuoſa conualidatur, ac ſi fuiſſet ab initio valida *Rebuff. in praxi 2. p. tit. de Reſcripto etiam, & perinde valere*: Et propterea gratia etiam valere non eſt noua gratia, ſed dicitur emanata ad ſuſtinendam gratiam præcedentem *Rota deciſ. 523. num. 4. par. 1. recent.* Perinde valere retrotrahitur
3 quidem ad tempus primæ impetrationis, ita ta-
4 men, vt ſapiat nouam gratiam, ſuſcitat enim ſpiritum primi reſcripti. *Mandoſ. ad reg. 10. quæſt. 1.*
5 *num. 2.* & ideo *Rota apud Creſcent. deciſ. 15. num. 5. de reſcriptis*, dicit gratiam perinde valere eſſe pri-
6 mam gratiam non quidem in ordine, cum ſupponat aliam priorem, ſed ratione virtutis, vt pote quod non ſit acceſſoria primæ, ſed principalis, quæ prima ſine hac ſubſiſtere nequit, gratia enim
7 perinde valere conualidat omnia expreſſa: ſupplendo omnes defectus cuiuſcumque gratiæ præcedentis. *Pariſ. de reſign. lib. 2. quæſt. 3. num. 87. & lib. 11. quæſt. 7. num. 89.* Non tamen ſanat defe-
8 ctus non expreſſos. *Seraphin. deciſ. 1110. Hieronym. Paul. in praxi Cancellariæ tit. de clauſula perinde valere not. penult.* quemadmodum etiam ſi petatur lite pendente, debet fieri litis mentio, cum Papa non intendat præiudicare colliticanti *Seraphin. d. deciſ. 1111. num. 2.*
9 Ex quo facile poteſt colligi, quid dicendum ſit in ea quæſtione, quam principaliter quærimus vtrũ gratia perinde valere, ſumat vires à tempore datæ primæ gratiæ, nam reſpondendum cum diſtinctione, videlicet, aut medio tempore nulli fuit ius quæſitum, & tunc perinde valere retrotrahitur ad tempus primæ gratiæ, prout eſt natura gratiæ reualidatoriæ, alias enim prior gratia non poſſet dici reualidata, ſed conceſſa gratia noua, ſi vero medio tempore fuerit alicui ius quæſitum, tunc non ſubſiſtit nec prior, nec ſecunda data *Rebuff. in praxi tit. de noua prouiſione, & ſimplici num. 22.* quia gratia ſemper intelligitur, vt nemini præiudicet.

Seraph. deciſ. 334. *num.* 5. & propterea additur clauſula à data præſentium, vt notat *Chokier ad reg.* 63. *num.* 9, quæ clauſula non tamen apponitur ſemper, ſed tunc demum quando prior gratia de ſui natura eſt impetrabilis à tertio; ſi vero in ea per tertium ius acquiri non poteſt, non apponitur d. clauſula, exempli cauſa Coadiutor non expreſſit
10 in Coadiutoria ſe obtinere aliud perſonalem reſidentiam requirens, petit deſuper perinde valere, & tunc non apponitur d. clauſula à data præſentium, &c.

Sed ponitur caſus in *deciſ.* 336. *num.* 2, vbi data gratiæ principalis erat poſterior data gratiæ perinde valere, vnde dubitabatur an gratia perinde valere ſuffragaretur, & reſoluit Rota ſuffragari, eo
11 quod Officiales Datariæ non conualidaſſent gratiam, niſi ipſis conſtitiſſet de exiſtentia illius nam illico, ac offertur ſupplicatio pro perinde valere, Officialis reſcribit ad calcem eiuſdem *doceat de litteris*, quibus exhibitis, ſubditur ſub hoc reſcripto *docuit*, & tunc demum ſignatur ſupplicatio:
12 ob quem ſtylum *Rota d. deciſ.* 436. præſumit potius pluralitatem gratiarum, quam errorem in Officialibus Datariæ.

Alterum caſum ponit *Sarnen, regul. de Idiomate quæſt.* 7. quærens vtrum ſola ſupplicatio gratiæ perinde valere ſufficiat ad ſupplendum defectum Idiomatis, & diſtinguit, vel perinde valere habet* eandem datam cum prima gratia, vel diuerſam, ſi ſecundum non ſupplet ſi primum ſupplet, quæ di-
13 ſtinctio hodierno ſtylo applicari non poteſt quia nunquam datur data prioris gratiæ reualidatæ in gratia reualidatoria nam fruſtratorium eſſet reualidare, quod eodem tempore poteſt ex integro concedi.

Quærit ſecundo *Sarnen Regula de non Iud. iuxta form. ſupra quæſt.* 7. an gratia perinde valere requirat expeditionem litterarum, dubium faciebat,
14 quod litteræ ſuper gratia iam ſupponuntur expeditæ, vnde non debent expediri denuo. Verum reſpondet Sarnen. ſolam ſupplicationem huius gratiæ non ſufficere, ſed eam requirere litterarum expeditionem; quia gratia perinde valere eſt gratia diuerſa à priore, à qua differt nomine, & effectu, vnde litteris prioris gratiæ iuuari non poteſt.

Poſſet hic quæri ſuper quibus gratijs, & quibus caſibus concedatur perinde valere, Reſponſio eſt non poſſe huius rei præſcribi normam; nam cum in omnibus gratijs poſſit irrepere error, tot erunt ſpecies gratiarum reualidatoriarum, quot ſunt ipſe gratiæ, quarum numerus
15 cum certa lege reſtringi non poſſit, ita neque reualidationum, quæ omnibus materijs applicari poſſunt, vt dixit Rota in Cremonen. Penſionis XVI. Martij M. DCIX. coram Atrebaten., plures recenſent *Rebuffus dict. titul. de perinde valere*, aliquas *Soto ad Regula* 24. aliàs *Chokier. ad regula* 61. Nos more noſtro ponemus vnam, aut alteram formam, ex quibus colligantur reliquæ.

Nullius Prouinciæ Aprutin.

* *Perinde valere*

16 „ Beatiſſime Pater, Alias, vt tunc expreſſum
„ fuit ſine cura, & habitu forſan, non tamen
„ actu Parochiali Eccleſia Abbatia nuncupata San-
„ ctæ Mariæ ad loqueanum Nullius Diœceſis Pro-
„ uinciæ Aprutin. tunc per obitum quondam Lu-
„ tij Montani illius vltimi poſſeſſoris, nuper apud
„ Sedem Apoſtolicam defuncti vacante, de illa ſic
„ vacan. deuoto S. V. Oratori Matthæo Argenti
„ Presbytero Romano familiari continuo commen-
„ ſali veſtro Apoſtolica auctoritate prouiſum fuit,
„ prout in litteris Apoſtolicis deſuper expeditis ple-
„ nius continetur. Cum autem Pater Sancte à non-
„ nullis aſſeratur Eccleſiam prædictam, non Eccle-
„ ſiam, ſed Monaſterium Abbatiam nuncupatam,
„ ſeu prioratum, Abbatiam nuncupat. Ordinis Sancti
„ Benedicti exiſtere, & presbyteris ſecularibus com-
„ mendari conſueuiſſe, & propterea prouiſionem ei-
„ dem Oratori, vt prefertur factam viribus non ſub-
„ ſiſtere, dictumq; Monaſterium, ſeu Prioratum il-
„ lius commenda per obitum illius vltimi Commen-
„ datarij, aut alias certo alio modo ceſſante adhuc
„ eo quo ante Commẽdam ipſam vacabat, aut alias,
„ & certo alio modo vacare, & proinde d. Orator
„ dubitet litteras prædictas ſibi minus vtiles reddi,
„ ſeq; deſuper moleſtari poſſe tempore procedente.
„ Supplicat igitur humiliter S. V. Orator prædictus,
„ qui poſſeſſionem d. Monaſterij, ſeu Prioratus non
„ dum adeptus eſt, nulloſq; ex eo fructus percepit,
„ quatenus, ne ob id gratiæ ſibi vt præfertur factæ hu-
„ iuſmodi fruſtretur effectu in præmiſſis opportunè
„ prouiden. eumq; &c. eidem Oratori, quod litteræ
„ prædictę, cùm omnibus, & ſingulis in eis contentis
„ clauſulis, & decretis, proceſſuſq; habiti per eaſ-
„ dem, & inde ſecuta quęcumq; à data pręſentium
„ valeant, ac plenam roboris firmitatem obtineant,
„ & d. Oratori ſuffragentur in omnibus, & per omnia
„ perinde ac ſi in eis, quod monaſterium ſeu priora-
„ tus illius commenda per obitum d. Vltimi Cõmen-
„ datarij ceſſante adhuc eo quo ante commendam
„ ipſam vacabat, aut alias certo alio modo vacare,
„ expreſſum, & per eaſdem litteras, monaſterium,
„ ſeu prioratus huiuſmodi d. Oratori per eum quoad
„ viueret, tenendum regendum, & gubernandum cõ-
„ mendatum fuiſſet concedere, & indulgere. Et nihi-
„ lominus monaſterium quod cura & conuentu ca-
„ ret, & de quo conſiſtorialiter diſponi non conſue-
„ uit, ac curus, & illi forſan annexorum fructus c l.
„ duc. &c. etiamſi Commenda ſic ceſſante quoquo
„ modo, & ex cuiuſcumq; perſona ſeu per liberam
„ reſignationem &c. exiſtat eidem Oratori per eum
„ quo ad vixerit, ita quod liceat ſibi de fructibus diſ-
„ ponere alien. interdicta commendare, curam, &
„ regimen ipſius monaſterij, & adminiſtrationem
„ ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie
„ committendo concedere dignemini de gratia ſpe-
„ ciali. Non obſtan. &c.

Et cum abſolutione à cenſuris, &c. Etiam quod
„ dicti Oratoris, verùſque, & vltimus prioratus, ſeu
„ monaſterij prædicti vacationis modus, etiam ſi ex
„ illo quæuis generalis reſeruatio etiam in corpore

iuris

„ iuris clauſa reſultet, nec non lites, &c. & cum clau-
„ ſula quãcumq; generalem reſeruationem impor-
„ tan., ex qua vis cauſa in litteris etiam diſpoſitiuè
„ exprimen. Et de commenda eiuſdem Monaſterij,
„ &c. ita quod liceat fructibus, &c. alienatione in-
„ terdicta ad vitam prædicti Oratoris alijſq; prędictis
„ vt ſupra pro ipſo Oratore cum gratificatione op-
„ portuna quatenus illi locus ſit latiſſimè exten. Ita
„ quod litteræ deſuper in forma ſimplicis Commẽdæ
„ gratioſæ ſurrogationis, etiam quoad poſſeſſionem
„ gratiæ ſi neutri, ſi nulli ſi alteri perinde, & etiam
„ valere cum derogatione regulæ de annali poſſeſſo-
„ re quo ad primam eius partem, &c. & quod præ-
„ miſſorum, &c.

Huic formulæ benè applicantur cõcluſiones ſu-
pra poſitæ, per quas etiam ſufficienter declaratur,
aliquas nihilominus clauſulas explicabimus, non
quidem illas, quæ concernunt materiam Com-
mendæ, nam eæ congruentius explicabuntur
quando agemus de commenda libro videlicet ſe-
cundò ſed ſolum eas, quæ concernunt reualida-
tionem.

17 *Non Eccleſiam, ſed Monaſterium Abbatiam nuncu-
patũ*, &c. hęc eſt cauſa, cur petita fuerit reualidatio:
nam Monaſterium non venit nomine Eccleſiæ, quę
confertur in titulum, Monaſterium vero non cõfer-
tur, ſed commendatur. *Staph. de litt. grat. tit. de ſepti-
ma forma expectatiuarum n. 6. per text. in c. dudum de
elect.* vbi quod nulli regulariter licet habere duas
Eccleſias, licere tamen habere Eccleſiam in titulũ,
& monaſterium in Commendam, quidquid dicat
Sarnen. regul. de trienn. verſ. in primis adducebatur, vbi
18 conatur oſtendere commendas perpetuas cauſare
incompatibilitatem, & ideo dici veros titulos, nos
tamen fuſius hanc materiam diſtinguemus libro
ſequenti probando commendam titulum non eſ-
ſe, & nobiſcum eſt *Rebuff. titul. de Commenda.
num. 25. & num. 26.*

*Proceſſuſq; habiti per eaſdem, & inde ſecuta qua-
cumq; à data præſentium*, &c. ſupradiximus reuali-
datoriam ſumere vires ab ipſius data, ne inferatur
pręiudicium tertio: *Hieron. Paul. in praxi Cancell. tit.
Notabilia ſuper clauſula perinde valere not. 6. 7.* quod
ipſum indiget aliqua interpretatione, nam ſupra
firmauimus perinde valere retrotrahi ad diem da-
tæ, & conualidare omnia ab initio, quod videtur
contrarium huic alteri concluſioni gratiam cõua-
19 lidari à die conualidationis, ſed reſpondetur gra-
tiam perinde valere de ſui natura conualidare om-
nia ab initio, niſi adſit impedimentum, ex eo quod
alicui medio tempore fuerit ius quæſitum, hoc au-
tem contingere per accidens, & tunc reualidatoria
ſumit vires à ſecunda data, quod idem eſt ac ſi di-
catur nihil operari: quia ius medium tertij Papa
non vult tollere.

In omnibus, & per omnia perinde ac ſi in eis, &c. ſu-
pra n. 8. oſtendimus perinde valere omnia conuali-
20 dare perinde ac ſi in primis litteris fuiſſet expreſ-
ſum, quod nunc exprimitur, vbi notat *Hieron. Paul.
vbi ſup.* perinde valere nõ concedi. niſi ſuper gratia
Papæ, & eſt debita vigore clauſularũ gratiæ primæ
ibi *ita quod litteræ*, &c. *in forma perinde valere*, &c.
21 Si in ipſa petatur, quod veriſimiliter in prima gra-
tia fuiſſet conceſſum, ſi fuiſſet petitum. Sed hic na-
ſcitur dubium vtrum poſſit dari perinde valere. Se-
cundo hoc eſt non ſolum ſuper gratia prima ſed
etiam ſuper ipſo perinde valere. Et cum incidiſſet
caſus. D. Auguſtinus Vrandus Subdatarius opina-
22 batur non poſſe dari, ſed ſi in reualidatoria errarũ
eſſet, tunc non dari reualidatoriã reualidatoriæ ſed
erroribus ſuccurrẽdum eſſe per gratiam nouam ex
integro nulla facta mentione priorum. Ego vero di-
cebam, poſſe dari non ſolum vnius, ſed plurium re-
ualidatoriarum reualidatoriam propter clauſulã,
quæ ponitur non ſolum in gratia prima, ſed etiã in
reualidatorijs. Quod videlicet litterę expediri poſ-
ſint in forma perinde valere, &c. vnde ſi ex iuſtitia
debita eſt reualidatoria ſuper prima gratia ob d.
clauſulam, vt notat *D. Melch. Lotth. l. 2. de re benef. q.
54. n. 72. poſt Bellam. dec. 745. ſub n. 5. verſ. quarto hoc
idem, &c* eadem iuſtitia concurrit in ſecundo re-
ſcripto continente eandem clauſulam: per quam
Papa in primo reſcripto cenſetur conceſſiſſe quod
petitur in ſecundò, ſi id, quod petitur contineat
æquitatem, & non inferatur præiudicium tertiò
ex deductis.

23 *Et proinde d. Orator dubitet, &c.* dubium validi-
tatis eſt fundamentum nouæ prouiſionis vt ſupra
oſtendimus; perinde valere autem non requirit du-
bietatem validitatis ſed debetur etiam ſi inualidi-
tas ſit certa: modo petitio cóntineat ęquitatem ta-
lem quæ in prima fuiſſet admiſſa.

Qui poſſeſſionẽ d. Monaſterij nondum adeptus eſt, &c.
hoc fuit neceſſarium exprimere, nõ quidem ad na-
turam gratiæ perinde valere, quæ poſſeſſionem ſe-
mel rite captam non infringit, ſed immò eam con-
24 ualidat adeo vt denuo in vim reualidatoriæ poſſeſ-
ſio capienda non ſit, ſi poſſeſſio capta exprimatur,
ſupra *n. 7.* ſed ex natura commẽdæ, cuius poſſeſſio
diuerſa eſt à poſſeſſione beneficij, vt *Rebuff. tit. de
Commenda.* & nos infrà dicemus.

25 *Nulloſq; fructus percipit*, &c. alias vt diximus in
forma nouę prouiſionis componere debuiſſet, cum
Dataria ſuper fructibus male perceptis. *Put. deciſ.
26. lib. 1.* quod verum eſt, etiam ſi fructus cõſumpti
fuiſſent percepti bona fide: nã reualidatoria, vt di-
ximus retrotrahitur ad datã prioris gratię, ante au-
tem illam datam fructus percipi non potuerunt,
quia non aderat titulus, vnde debent reſtitui. *Gon-
zalez. Gloſ. 56. num. 25.*

Verum quia ſupra firmauimus reualidatoriam
competere ſuper quacumq; gratia Papæ per conſe-
quens competet etiã ſuper reſeruatione penſionis
in qua aliquid fuit ommiſſum ratione cuius reſer-
uatio reddatur nulla Vnde incidit non conte-
mnenda.

QVÆSTIO VII.

An quemadmodum ob gratiam reualidatoriam debetur compoſitio ſuper mala perceptione fructuum ita etiam debeatur ſuper indebita perceptione terminorum penſionis.

DVbium hoc eſt arduum, & nunc prius in Data-
tia motum, cum careret exemplo. Pro faciliori

illius diſcuſſione præmittẽdus eſt caſus, Eminẽtiſs,
& Reuerendiſs, D meus Carolus Card. n. Medices
Princeps munificentiſſimus conſenſit reſeruationi
vnius annuæ penſionis duc. cc. auri de Cam. ſuper
fructibus Abbatiæ, quam obtinet S. Stephani Diœ-
ceſis Volateran. ad fauorem Roberti Marchionis
Capponij, legebatur in reſeruationis litteris clau-
ſula reſtrictiua, *ita quod d. penſio vnà cum alijs tertiã*
Monaſterij fructuum partem nõ excedat, &c. erat ſu-
26 per iiſdem fructibus de tempore huius reſeruatio-
nis ſimiliter reſeruata alia penſio annua ducatorũ
M. bo: me: Antonio Mariæ Card. de Monte, quæ
inſimul ne dum vnam, ſed duas tertias partes fru-
ctuum excedebant, adeo vt reſeruatio ſecundę pẽ-
ſionis eſſet euidenter nulla. Sublato è viuis d. Card.
de Monte cum reſtrictiua illa per ceſſationem pen-
ſionis primę verificaretur, Marchio Robertus inſte-
tit pro reualidatoria reſeruationis ſecundę penſio-
nis, in qua narrabat ſe aliquos terminos exegiſſe,
ſed eos reſtituiſſe, cui de iure. Pręfectus nihilominus
compoſitionum petebat componi ſuper terminis
27 exactis, allegans Datariam exiſtere in quaſi poſ-
ſeſſione repetendi terminos penſionum indebitè
exactos.

Pro negatiua faciebat, quod compoſitio nõ de-
betur ſuper fructibus, aut emolumentis ſpectanti-
bus ad tertium, termini vero penſionis nulliter re-
28 ſeruatæ debent reſtitui titulari, ergo ſuper iis non
eſt neceſſe componere; quia compoſitio non intrat
niſi pro fructibus, ſiue emolumentis ſpectantibus
ad impetrantem: quod autem termini penſionis
29 nulliter reſeruatæ debeant reſtitui titulari patet
quia in mandatis procurę ad conſentiendum reſer-
uationi penſionis ſemper legitur clauſula, vt penſio
30 validè reſeruari poſſit, &c. Vnde niſi validè reſer-
uetur non adeſt conſenſus, *c. vnico in fine de ſponſal.*
31 *in 6. l. qui promittit de Cond. Indeb. l. pecuniam §. per-*
32 *inde ff. ſi certum petatur, Pariſ. de reſig. lib. 6. q. 4. n. 56.*
& licet etiam deficeret huiuſmodi clauſula, nihilo-
minus deberet ſubintelligi, cum quilibet præſuma-
33 tur velle facere actum validum *cap. ex litteris de*
Conſtitut. c. ſedes de reſcript. Aym. conſ. 186. num. 9.
& cum ea ſolennitate, quæ ex conſuetudine requi-
34 ritur, vt in his terminis. *Pariſ. de reſig. lib. 8. quæſt. 8.*
35 *num. 61.* Vnde non eſt extendendus vltra intentio-
nem agentis *l. ſi quis nec cauſa, ff. ſi cert. pet.* Deficien-
te itaq; conditione validitatis titularis, non abdi-
cauit à ſe partem illam fructuum, quæ conſtituit
penſionem prout in ſimili dicimus de reſignante
ſub conditione, qui non abdicat à ſe ius niſi condi-
tione adimpleta, & in ſpecie quod titularis poſſit
repetere terminos ſolutos ſtante nullitate reſerua-
tionis dixit Rota in Calaguritana Pẽſionis 9. Mar-
tij 1575. coram Aldobrandino relata per *Zacchiã*
ad formam oblig. cam. deciſ. 15. & in Toletana pen-
ſionis 17. Nouembris 1600. coram Lancellotto,
36 cuius deciſionis tenor eſt. Cum penſio fuerit reſer-
„ uata D. Ioanni Baptiſtæ ex cauſa reſignationis iu-
„ ris competentis D. Dioniſio reſignanti in Portio-
„ ne, & cum re vera Dioniſio nullum ius in d. Portio-
„ ne competeret prout per ſententiam, quæ in
„ rem iudicatam tranſiuit, declaratum fuit; Dixe-
37 runt DD. penſionem eſſe nullam tanquam reſer-
„ uatam ex falſa cauſa *Caputaqu. deciſ. 298. par. 2.* &
„ fuit dictum ita alias fuiſſe reſolutum in cauſa Rea-
„ tina Penſionis 11. Martij, & 11. Iulij 1588. coram
„ R. P. D. meo Pamphilio. Data autem nullitate
„ penſionis, non eſt dubium quin poſſint repeti ter-
„ mini ſoluti *tot. tit. ff. de condict. indeb. leg. cum quis de*
„ *Iuris, & facti ignorantia,* & in his terminis fuit re-
„ ſolutum in cauſa Claramontana Penſionis 9. Maij
„ 1575. coram Sanctiſſimo Domino Noſtro. Non
„ obſtat quod D Antonius ſoluerit penſionem ex
„ cauſa iuris ſibi ceſſi, & ſic iuſtum fuerit conſenſiſſe
„ penſioni, ita vt terminos decurſos repetere non
„ poſſit *Mohed. deciſ. 25. de præbend.* quia in hoc caſu
„ D. Antonius reſignatarius ſoluit cum præſuppoſi-
„ to, quod reſignanti ius competeret, nec contentus
„ fuit iuris ſibi ceſſi, ſed de eo expertus fuit in iudicio
„ ſuſtinendo litem in Rota, quo caſu admittitur in d.
„ *deciſ. Mohed.* reſignatarium non eſſe ad penſionem
„ obligatum, &c. Hactenus Rota.

His tamen non obſtantibus dicendum eſt, ſol-
uendam eſſe compoſitionem in gratia reualidato-
ria penſionis pro terminis decurſis, & male perce-
ptis. Dataria enim fundat intentionem ſuam in
ſtylo, quo repetit fructus male perceptos, quos
percipiens vt ſupra oſtendimus non fecit ſuos. Et
38 licet termini penſionum non dicantur proprie fru-
ctus, non tamen ſunt diſtributiones, quas lucra-
tus fuerit percipiens, opera, & induſtria ſua, &
quemadmodum ſe habent fructus ad beneficiatũ,
ita termini penſionum ad penſionarium, & vis con-
ſiſtit in mala perceptione, non iure, quæ percipi-
tur, quamvis re vera termini ſoluantur ex fructibus
beneficiorum, & proinde poſſint dici fructus, quod
diſtributionibus applicari non poteſt: quia non ve-
niunt nomine fructuum, ſed emolumentorum, vt
late dicemus lib. 3.

Non obſtat ſi dicatur longe differre inter ſe fru-
ctus beneficiorum, & penſiones ſaltem quo ad no-
ſtrum caſum: quia in mala perceptione fructuum
non adeſt cui poſſit, vel debeat fieri reſtitutio; pen-
ſiones vero male exactæ poſſunt, immo debent re-
ſtitui titulari ex *deciſ. allegatis.*

Reſpondetur enim deciſiones caſui non appli-
cari, ibi enim titularis obtinuerat declarari, penſio-
nem nullam iudicialiter, quo caſu cum penſio peni-
tus extinguatur, de æquitate termini male exacti
debent reſtitui, nos vero quærimus quando penſio
non eſt annullata ad petitionem conſentientis re-
ſeruationi, ſed è contrario petitur per penſiona-
rium illa conualidari, & tunc vel conſentiens non
eſt ſuperſtes, & ſucceſſor non ſoluit, & non adeſt
cui poſſit fieri reſtitutio, vel eſt ſuperſtes, & re-
ſcribitur accedente denuo conſenſu titularis, qui
ſi denuo conſentit, conſenſus ille retrotrahitur ad
tempus primæ gratiæ, vt oſtendimus ſupra, vel non
apponitur huiuſmodi clauſula, & nihilominus
non debetur ei reſtitutio: quia antequam peteret
annullari penſionem obtinuerat penſionarius re-
ualidatoriam.

Nec dicatur, reualidationem in præiudicium
conſentientis dari non potuiſſe ſtante nullitate re-
ſeruationis, ex qua ei fuit acquiſitum ius quia di-
39 ſtinguendum eſt de nullitate: nam ſi nullitas
procedit ex falſa cauſa, nempe quod conſen-
tiens exiſtimat habere ius in beneficio, ſuper

cuius

cuius fructibus impouitur,& nullum habet,& hoc caſu penſio conualidari non poteſt: quia deficie fundamentum penſionis, nempe beneficium, ſiue illius fructus, & conſenſus reſeruationis,qui abſuit a principio, & in his terminis procedunt allegatæ deciſiones,ſi vero nullitas procedit,non quidem ex defectu conſenſus, ſed ex aliqua mala expreſſione, vt pote quod penſionarius aſſeratur Clericus, & non ſit talis, ſed miles Lauretanus habens indultū obtinendi penſionem, vel certè ex appoſitione clauſulæ reſtrictiuæ appoſitæ per Datariam,vt pote. Quod penſio, quæ reſeruatur tertiam partem fructuum non excedat, &c. & de ea titularis non habuit ſcientiam, & non concernit factum ipſius, ſed factum Datariæ, quæ illud quandocumq; per nouum reſcriptum poteſt reuocare,& tunc non debent reſtitui conſentienti adeout quemadmodum Dataria non intuliſſet præiudicium libere conſentienti, ſi in prima gratia dictam reſtrictiuam non appoſuiſſet,ita neq; ei præiudicat, ſi per ſecundum reſcriptum dictam reſtrictiuam tollit.

Nihilominus Dataria in reualidatoria penſionis ſemper ſolet requirere nouum conſenſum titularis, vel certe procedit per viam derogationis regulæ de
40 præſtando conſenſu, & hoc raro ad gratificandum videlicet alicui bene merito, & tunc non obſtante
41 nullitate reſeruationis, concedit gratiam perinde valere,cum noua reſeruatione,quod regulariter nō ſolet fieri niſi motu proprio.

Poſſet tamen limitari hæc regula de conſenſu nouo requirendo quatuor caſibus, quibus indifferenter Dataria procedit cum derogatione regulæ de præſtando conſenſu.

Primus caſus quoties penſio eſt nulla ex defectu conſentientis, tunc enim non eſſet æquum, vt conſentiens ex ſuo delicto ſiue defectu liberaretur à ſolutione penſionis,ſed Dataria procedet in reualidatoria cum derogatione regulæ;exempli cauſa conſentit quis reſeruationi penſionis Sc. 50. ſuper fructibus Parochialis,quam obtinet,quos aſſerit aſcēdere ad Sc. 150. & non excedunt 80. & apponitur clauſula dummodo remaneant centum,alias reſeruatio nulla ſit, hoc caſu penſio reualidaretur abſq; nouo conſenſu, ſaltem pro ſumma vtili ſimiliter conſentit quis reſeruationi penſionis ſuper beneficio, ad cuius titulum promotus fuit, & de eo nullam fecit mentionem vel cum aſſertione, quod habeat aliunde,quo commode viuat,& non habet;his omnibus caſibus, & ſimilibus Dataria procedet cum derogatione.

Secundus caſus. Vacat beneficium in menſe Ordinarij, qui contulit illud Petro, cum conditione tamen,vt conſentiat reſeruationi penſionis ad fauorem Pauli, & quia Ordinarius pēſiones ſaltem perpetuas non reſeruat, debet prouiſus petere nouam prouiſionem à Sede Apoſtolica. Petrus accepta beneficij poſſeſſione eludit Ordinarium renuens conſentire reſeruationi penſionis, vt promiſerat, & hoc caſu vidi per D. Maraldum reſeruari penſionem cum derogatione regulæ de conſenſu.

Tertius caſus eſt in penſione ex cauſa reſeruationis factæ ad fauorem abſentis, ſi enim reſignans in mandato procuræ reſignaret ſibi annua penſione reſeruata, & non alias, & reſignatarius penſioni huiuſmodi non conſenſiſſet, nihilominus legeretur in litteris expreſſum reſignatarij acceſſiſſe conſenſum, & bulla reperiatur ita expedita per errorem officialium, ſiue incuriam ſollicitatoris, tunc in gratia perinde valere deſuper petenda,dabitur derogatio regulæ ad fauorem reſignantis, qui alias non reſignaſſet, & ex hoc declaratur, quod ſupra diximus de præſumptione, quod Officiales cenſeantur oculati in extenſione conſenſuum quia præſumptio cedit veritati.

Quartus caſus. In reſtitutione ad expediendum litteras penſionis pro eo,qui infra ſex menſes non expediuit iuxta decretum in ſupplicatione apponi ſolitum, tunc enim quia decretum illud apponitur ſolum modo ad fauorem Cancellariæ, vt ſupra oſtendimus quando egimus de reſtitutione, ne videlicet illa ſuis iuribus defraudetur, hoc caſu etiam ſi penſionarius velit expedire poſt lapſum temporis à decreto præfixi conceditur ei à Dataria reſtitutio indiſtinctè abſque conſenſu ſoluere debentis, neque etiam ſolet derogari regulæ de præſtando conſenſu fortaſſis ea ratione quod decretum expediendi infra præſcriptum tempus non annullat penſionem reſpectu conſentientis, ſed ſolum reſpectu Cancellariæ, cui Dataria poteſt præiudicare. Ego tamen ad cautelam apponerem regulæ derogationem.

Quemadmodum etiam habui alium caſum, quem hic libet ſubnectere, in quo Secretaria conualidat penſionem nullam abſq; derogatione regulæ, quæ tamen videbatur apprime neceſſaria videlicet.

„ Vrbanus Papa VIII. Dilecte Fili ſalutem, &c.
42 Vitæ, &c. Exponi ſi quidem nobis nuper feciſti,
„ quod dilectus filius Chriſtophorus Berzettus, qui
„ vt aſſeris conclaui, in quo fel: rec. Paulus PP. V.
„ Prædeceſſor noſter ad ſummi Apoſtolatus apicem
„ aſſumptus fuit ſeruitijs bon. me. Laurentij Card.
„ Blanchetti nuncupati inſiſtendo interfuit vigore
„ facultatum, & priuilegiorum Conclauiſtis eiuſ-
„ dem Conclauis à d. Paulo Prædeceſſore conceſſo-
„ rum vnam quinquaginta ſuper S. Emiliani de Vil-
„ la noua, & alteram penſiones annuas quadraginta
„ ſcutorum auri in auro ſuper Sanctæ Mariæ de
„ Toano locorum Caſaleorum, & Regien. reſpe-
„ ctiue Parochialium Eccleſiarum fructibus, &c.
„ Apoſtolica ſibi auctoritare reſeruatas in re tranſlu-
„ lit prout in inſtrumento, ſeu ſcripturis publicis de-
„ ſuper confectis plenius continetur. Cum autem
„ ſicut eadem expoſitio ſubiungebat tu, qui, vt aſſe-
„ ris defectum natalium ex ſoluto, & ſoluta, vel a-
„ lias genitus pateris, nullam ſuper defectu prædi-
„ cto tempore translationis penſionum prædicta-
„ rum ad eaſdem penſiones obtinendas diſpenſatio-
„ nem, quæ ſubinde poſt lapſum duodecim circiter
„ dierum Apoſtolica tibi auctoritate conceſſa fuit
„ cupiaſque propterea, vt de translationis penſio-
„ num huiuſmodi validitate nullo vnquam tempo-
„ re dubitari contingat, tibi per nos deſuper op-
„ portune prouideri. Nos de prædictotum, &c.
„ translationem penſionum huiuſmodi reſpectu de-
„ fectus prædicti dumtaxat, ac prout illam concer-
„ nunt omnia,& ſingula in inſtrumento, ſeu ſcriptu-
„ ris prædictis contenta,licita tamē,& honeſta apo-
„ ſtolica auctoritate tenore præſentiū validamus, &

,, confirmamus &c. & defectum prædictum dumtaxat ſupplemus. Decementes, &c. Non obſtan. præmiſſis, ac Pictanien. Concilij, necnon ſe. rec. Sixti PP. V. contra illegitimos, alijſq; Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis contrarijs quibuſcumque.

In hoc Breui non legitur derogatio regulæ de preſtādo conſenſu, quam Dataria in hoc caſu tanquam neceſſariam non omiſiſſet, quod autem ſit neceſſaria hic huiuſmodi derogatio patet: quia translatio penſionis fuit nulla tanquam facta in inhabilem, translatio vero, vt infra videbimus eſt noua reſeruatio. In reſeruatione vero iuxta regulam, requiritur conſenſus titularis pro forma, & proinde de neceſſe ipſe debet requiri, vel ei derogari, fuit introducta in Rota coram R.P.D. meo Merlino Cauſa ſuper nullitate pēſionis prædictæ, & reſolutum pro validitate, attenta hac gratia reualidatoria iure vel iniuria ſimiliter examinabimus infra, vbi de pēſionibus agemus, vt ſingulas materias ſuis locis tra-

44 damus. Nunc aduertendum ad derogationē Concilij Pictauien., & Conſtitut. Sixti V. quæ ſolum inhabilitauit illegitimos ad beneficia nomine autem penſionis in odioſis, vt pariter infra dicemus,

45 non venit beneficium, & ſic prædictum Breue derogat ijs, quibus nō eſt neceſſe licet alias illegitimus de iure incapax ſit, aliud enim eſt incapacem eſſe de iure, & aliud eſt, eſſe incapacem in vim Conſtitutionis, quibus autem neceſſe erat derogare non derogat, vnde gratia perinde valere ſua via per Datariam videlicet, non per Secretariam expedienda eſt.

46 Reuertendo ad quæſtionem principalem, cui modo, & capiti toti finem imponimus ſatis oſtenſum terminorum male perceptorum à penſionarijs reſtitutionem deberi & proinde teneri ad compoſitionem, cui non obſtat, quod penſionarius narret ſe reſtituiſſe terminos perceptos, cui de iure, ante gratiam reualidatoriam, & proinde non debere compelli ad ſecūdam reſtitutionem. Nam vt liquet ex ſupradictis de iure non debent reſtitui titulari, qui libere conſenſit, & quantum ad ſe ſpectat quantitatem illam fructuum à ſe abdicauit, vnde reuiſores debuiſſent delere illam clauſulam: nam ſi in poteſtate penſionarij ſit reſtituere terminos male exactos titulari nunquam erit locus compoſitioni, cum quilibet antequam petat reualidationem, conueniet cum titulari, & tamen oſtendimus Datariam habere fundatam intentionem ſuper repetitione terminorum penſionum male exactorum, & ſi titulari reſtituit, ſibi imputet, cum non ſit nouum in iure, vt ſecundò recte ſoluat, qui ſemel ſoluit male.

SVMMARIVM.

Confirmatio eſt cognata gratiæ reualidatoriæ, 1.
Confirmatio, in quibus differat à reualidatoria, 2.
Confirmatio in genere deffiniri non poteſt, 3.
Gambara confirmationis diffinitio, 4.
Confirmationum duæ ſpecies, 5.
Confirmatio in forma communi quæ dicatur, 6.
Forma confirmationis communis vnde dignoſcatur, 7.
Confirmatio in forma ſpecifica quæ dicatur, 8.
Confirmatio ſpecifica eſſe poteſt ſine clauſulis motu proprio & certa ſcientia, 9.
Confirmatio ſpecifica contra naturam confirmationis mutat ſtatum, 10.
Clauſula motu proprio ex certa ſcientia non ſemper facit confirmationem ſpecificam, 11.
Tenor rei confirmatæ debet inſeri, vt dicatur confirmata in forma ſpecifica, 12.
Confirmatio ſpecifica non intrat niſi pro expreſſis, 13.
Confirmatio non ſupplet defectus per verba generalia, 14.
Confirmationum quot genera, 15.
Expediendi confirmationes triplex via, 16.
Priuilegium, & reſcriptum in quibus differant, 17.
Indultum, & priuilegium in quibus differant, 18.
Indultum, & priuilegium, vt plurimum confunduntur, 19
Forma confirmationis in forma ſpecifica, 20.
Tenoris inſertio cauſat certam ſcientiam, 21.
Formularum prolixitas improbatur, 22.
Monaſterium ſuccedit ex perſona Monachi, 23.
Monachus quæ bona tranſmittat ad Monaſterium, 24.
Intellectus c. in præſentia de probat. 25.
Monachi in Gallia non ſuccedunt, neq; Monaſteria eorum nomine, 26.
Monaſterium communiter excludit ſubſtitutum, 27.
Monaſterium non habetur loco filij, 28.
Monaſterium Chriſtianæ quietis Aſylum, 29.
Monacus quis non dicitur ante emiſſam profeſſionem, 30.
Monachi an ſint incapaces feudorum, 31.
Plumbum debet eſſe appenſum bullæ, vt dicatur gratia expedita, 32.
Plumbum ſemel lapſum non poteſt bullæ reſtitui, 33.
Regiſtrum gratiarum in Gallia conceſſarum Romam trāſlatum non fuit, 34.
Confirmatio an probet exiſtentiam rei confirmatæ, 35.
Qualitas facilius præſumitur, quam ſubiectum, 36.
Approbatio quomodo differat à confirmatione, 37.
Confirmatio in quo differat à noua conceſſione, 38.
Noua conceſſio quando inducatur ex re ipſa, ſiue ex vi verbi, 39.
Nullum quod eſt confirmari non poſſe quomodo intelligendum, 40.
Confirmatio Apoſtolica quos ſuppleat defectus, 41.
Confirmatio ſupplet ſolemnitates non ſubſtantiam, 42.
Confirmatio non ſupplet defectum poteſtatis, 43.
Confirmatio non ſupplet defectum conſenſus, 44.
Clauſula ſupplentes omnes, & quoſcumque defectus quid operetur, 45.
Inuiolabiliter obſeruari quid importet, 46.
Exemptio, in quo differat à priuilegio, 47.
Forma confirmationis priuilegiorum, & exemptionum, 48.
Confirmatio in forma communi parum, aut nihil operatur, 49. nihil tribuit de nouo 50. nullum tollit obſtaculum, 51.
Eſt tamen vera, & propria confirmatio, 52.
Clauſula dummodo ſint in vſu debet probari ab impetrante, 53
Confirmatio Papæ non comprehendit ea, quæ legi aduerſantur, 54.
Priuilegium Ordini conceſſum, non debet priuatis vtile eſſe Ordini damnoſum, 55.
Priuilegium debet eſſe perpetuum, 56.
Inferior non poteſt contrauenire confirmationi apoſtolicæ 57. Vtrum ſaltim poſſit interpretari, 58.

Gabr.

Gabr. conſ. 182. lib. 2. reijcitur, 59.

Clauſula ex certa ſcientia operatur, quod confirmatio ſit maioris roboris, non autem maioris auctoritatis, 60.

Interpretatio cadit ſuper iure dubio, 61.

Gonzalez Gloſſ. 52. num. 63. reprahenditur, & ſuppletur, 62.

Confirmatio non venit ſub generali diſpoſitione, 63.

Confirmatio non corruit, licet irritetur actus confirmatus, 64.

Nullitas confirmationis non inficit actum ex ſe validum, 65.

Vincentius Marchio Iuſtinianus Vir eminentiſſimus, 66.

Formula confirmationis motu proprio & ex certa ſcientia, 67.

Priuilegium ratione laborum conceſſum dicitur irreuocabile, 68.

Vincentij Marchionis Iuſtiniani merita, 69.

Clauſula motu proprio confirmatione appoſita non tollit intentionem, 70.

Clauſula motu proprio, & ex certa ſcientia non operatur circa ea, quæ ſunt facti, ſed quæ ſunt Iuris.

Clauſula motu proprio transfert onus probandi in oppugnantem, 72.

Clauſula ex certa ſcientia non operatur niſi circa ea, quæ concedens ſcire præſumitur, 73.

Clauſula ex certa ſcientia non tollit ſubreptionem confirmationis, 75.

Confirmatio ex certa ſcientia aliquando dicitur in forma communi, 74.

Confirmatio facta violento non ſuſtinetur, 76.

Clauſula de poteſtatis plenitudine eſt fortior reliquis, 78.

Clauſula ex certa ſcientia in confirmatione, quãdo plenum operetur effectum, 77.

Datium, Gabella, Pedagium, Vectigal in quo differant, 79. 80. 81. 82.

Capella priuata quomodo de licentia Ordinarij conſtruenda ſit, 83.

Audiens ſacrum in domo priuata non ſatisfacit præcepto Eccleſiæ, 84.

Cardinales ſunt Ordinarij in eorum domibus, 85.

Licentia celebrandi in Oratorio priuato quibus concedatur, 86.

Marcus Antonius de Dominis Hæreticus infamis, 87.

Congregatio Oratoriorum quando inſtituta, 88.

Priuilegia nunquam cenſentur reuocata, 89.

Prima inſtantia ſubditorum cognoſcitur à Vaſallo, non Domino feudi, 90.

A. C. in obligationibus Cameralibus habet præuentionem, 91.

Armorum delatio quibus banimentis prohibita, 92.

Armorum delatio de iure communi prohibita, 93.

Prohibitionis exceptio firmat regulam in non exceptis, 94.

Prohibitio particularis ſuperaddit aliquid vniuerſali, 95.

Prohibitio expreſſa vtrum eandem habeat rationem cum tacita, 96.

Proceſſus per inquiſitionem in criminalibus eſt periculoſus, 97.

Clauſula videat Camera, in confirmationibus, quando apponatur, 98.

Priuilegium ex cauſa onéroſa de iure quod dicatur, 99.

Clauſula quorum tenores non operatur indiuiduam, & expreſſam mentionem, 100.

Quando vero operetur, 101.

Clauſula etiam ſi de illis, eorumque tenoribus, &c. quid operetur, 102.

Priuilegium eſt ius commune priuilegiatorum, 103.

Lex noua debet minus corrigere veterem quam poſſibile ſit, 104.

Conſtitutio noua recipit interpretationem paſſiuam à iure communi, 105.

Priuilegium in dubio non cenſetur reuocatum, 106.

Priuilegium in fieri eſt odioſum conceſſum fauorabile, 107.

Priuilegij reuocatio requirit probationẽ exactiſſimã, 108.

Priuilegium ob benemerita non eſt reuocabile, 109.

Priuilegium ob benemerita vera quod dicatur, 110.

Derogatoriæ derogatoriarum non tollunt non expreſſa, 111.

Conſtitutio Vrbani VIII. reuocatoria priuilegiorum interpretatur, 112.

Pactum ſeruare tenetur Princeps, 113.

Proemium declarat mentem ſtatuentis, & cauſam finalem diſpoſitionis, 114.

Priuilegium in vim contractus non eſt contractus, 115.

Fictum idem operatur ac verum in priuilegijs Principum, 116.

Concordata Germaniæ, & Leodien. nunquam veniunt ſub derogatione, 117.

Forma Chirographi Apoſtolici, 118.

Chirographum concipitur lingua vernacula, 119.

Chirographa non fiunt niſi in materijs concernentibus intereſſe Cameræ, 120.

Chirographum excepto idiomate eſt Breui perſimile, 121.

De Confirmatione.

CAP. XV.

1 Confirmatio eſt gratiæ reualidatoriæ valdè
cognata, vnde ex ordine ſcripturæ hoc loci
de ea agendũ, differt tamen à reualidatoria in mul-
tis. Primò quia confirmatio facit, vt actus valeat à
tempore confirmationis, reualidatoria vero habet
oculos retro ad principium actus inualidi. *Rebuff.*
2 *in praxi tit. de reſcripto perinde valere n. 4.* Secundò
Confirmatio non datur in beneficialibus. Idem
Rebuff. vbi ſuprà num. 5 quod tamen intelligendum
de collationibus. *Pariſ. de reſig. lib. 12. quæſt. 3. n. 27.*
nam in electionibus propriè cadit confirmatio, vt
infra dicemus. Tertiò non datur in penſionibus
idem *Rebuff. in praxi, tit. de correctione Bullæ nu. 12.*
Gonzalez ad reg. 8. Gloſſ. 5. §. 5. n. 30. 32. 33. Quartò
non confirmantur gratiæ conceſſæ per confirman-
tem, ſed prædeceſſoris. *Mandoſ. de ſignat. grat tit. con-*
firmationes, verſ confirmationes ſuper. Proprijs autem
3 terminis deffinire confirmationem non eſt facile,
quia cum plures ſint ſpecies confirmationum, quę
prorſus inter ſe diſtant, nec conueniunt in genere,
niſi in nomine deffinitio tradita per *Gambarum de*
off. & poteſt legati de latere, lib. 2. num. 203. videli-
4 cet, eam eſſe ſuppletionem defectus ſolennitatum
non eſt adæquata, quia non competit omni confir-
mationi cum detur forma confirmationis, quæ
nullum ſupplet defectum, vt mox videbimus. Pro-
inde vt naturam eius aſſequamur, ſciendum eſt,
duas eſſe Confirmationum ſpecies, vnam quæ dici-
tur ſpecifica, & ex certa ſcientia, alteram quæ dici-

tur

tur in forma communi. *Abbas*, & cęteri omnes in
c.examinata de confirm. vtil. vel inutil. quas alio no-
5 mine *Henric. Boich. in d. cap.* ratificatiuam videli-
cet, & corroboratiuam vocat communiter tamen
ſcribentes eas appellant nominibus, quibus ſupra
ex certa ſcientia, & in forma communi, vt teſta-
tur *Alex. conſ. 122. nu. 18. lib. 4.*

6 In forma communi autem dicitur confirmatio, quæ
nihil tribuit de nouo impetranti ſed relinquit rem
in eo ſtatu, quo eam reperit, nihil ſuper addendo
præter actum confirmationis. *Dec. in l. more. nu 31.
ff. de Iuriſd. omn. Iud. & in rubr. de Confirm. vtil. vel
inutil. num. 1. Menoch. conſ. 704. num. 3. Alexand. d.
conſil. 122. num. 20. lib. 4. Rota coram Gregor. XV.
deciſ. 511. num. 1, & deciſ. 429. num. 1. par. 2. recent.*
parum, aut nihil operatur. *Rota deciſ. 229. nu. 11.
par. 2. recent.*

7 Vnde autem dignoſcatur forma hæc communis, eſt
facile explicatu quando videlicet confirmans non
vtitur verbis denotantibus notitiam expoſitorum,
ſed relationem ad ea. videlicet. Sicut rite, & pro-
uide geſta ſunt, &c. *Abbas in d. cap 1. num. 6. de
confir. vtil. vel inutil. Alex. conſ. 1. nu. 40. lib. 5.*

8 In forma ſpecifica vero dicitur confirmatio, quæ nõ
ſolum prioris iuris eſt corroboratio, ſed quaſi no-
ua, adeo vt confirmans ex certa ſcientia concedere
videatur, & hæc forma dignoſcitur ex eo, quod Pa-
pa procedat motu proprio, vel cum clauſula ex
certa ſcientia, vel cum alia de nouo concedimus,
&c. vel ſimili & idem importante, ex qua colliga-
9 tur, Papam voluiſſe plus concedere, quam in con-
firmato compræhendatur. *Rota deciſ. 672. num. 5.
par. 2. & deciſ 192. num. 3. par. 1. recent.* & hoc caſu
confirmatio immutat ſtatum rei *Gamb. de poteſt.*
10 *leg. lib. 7. num. 284.* quam vis hoc ſit contra Con-
firmationis naturam. *Mandoſ. d tit. Confirmationes,
verſ. Altera dicitur*, adeo vt Confirmatio in forma
ſpecifica poſſit induci abſque clauſulis motu pro-
prio, & certa ſcientia.

11 Vice verſa non ſemper appoſitio clauſulæ ex certa
ſcientia facit confirmationem ſpecificam, niſi to-
tus tenor Pontifici ſit notus, & confirmationi inſe-
ratur. *Seraphin. deciſ. 981. num. 2. Rota diuerſ. deciſ.
435. num. 3. p. 1. Garzias de benef. cap. 2. à num. 226.*
12 *par. 3.* defectus enim inſertionis tenoris indicat de-
fectum intentionis. *Put. deciſ. 394. num. 3. lib. 1.
Gamb. vbi ſupra num. 308. Alex. conſ. 219. num. 5.
lib. 6. Henric. Boich. in d. c. examinata num. 11. & 14.
de Confirm. vtil. vel inutil.* non enim præſumitur ali-
cuius rei certa ſcientia, niſi illa exprimatur, & pro-
13 inde confirmatio ſpecifica non intrat, niſi pro ex-
preſſis. *Seraphin. deciſ. 1198. num. 6.* non enim ſub
14 generalibus verbis confirmatio ſuppler defectus,
ſed omnium debet fieri mentio expreſſa. *Gamb. vbi
ſuprà lib. 2. num. 206.*

Et hæc de vtraque forma Confirmationis præmiſiſſe
ſufficiat in genere pro tali, quali intelligentia, reli-
qua dicenda dabimus in explicatione particulariũ
formarum, quas more noſtro ſubijcimus. Quemad-
modum autem ſupra capite præcedenti diximus
15 gratiam perinde valere capere omnem gratiam
Papæ, ita Confirmatio capit omnes gratias præ-
deceſſoris præter beneficiales, & ſupra in principio
huius capitis exceptas, vt autem certa aliqua poſſit
ſtatui regula, quemadmodum diuiſimus Confir-
mationis formam in ſpecificam, vel ſimplicem, ita
16 etiam diuidenda eius materia. Quæ vel reſpicit
gratiam, vel Conuentiones, vel ſtatuta, & leges, vel
ſententias, & hæ confirmationes triplici via expe-
diri poſſunt, vel per litteras ſub plumbo vel per
Breue ſub annulo Piſcatoris, vel per Chirographũ
manu Sanctiſſimi ſignatum, de ſingulis ſeorſim diſ-
ſeremus, & primo de confirmatione gratiæ, quæ
dedit cauſam huic diſputationi, quæ tamen ita ge-
neralis diuiditur in plures materias iuxta diuerſa-
rum gratiarum genera, ſuper quibus cadit Confir-
matio videlicet indultorum priuilegiorum, exem-
ptionum, vnionum, diſmembrationum, electio-
num, & primo quidem loco agemus de Indultis,
& priuilegijs.

§. I.

De confirmatione indultorum, Priuilegiorum, & exemptionum.

R*Ebuffus in praxi tit. Differentiæ inter priuilegium,
& reſcriptum* tredecim affert differentias inter
17 priuilegiũ & reſcriptum, quare ſi indultum dicere-
tur reſcriptum totidem inter illud, & priuilegium
eſſent differentiæ, nos vero hic non ſumemus In-
dultum in ſtricta illa ſignificatione reſcripti, ſed
prout indultum eſt, quod differt à priuilegio: quia
18 Indultum eſt gratia quædam, quæ fit illi, qui de iu-
re vteretur, niſi eſſet impeditus decreto contrario,
videlicet ſimplex remotio obſtaculi, priuilegium
vero eſt gratia, quæ conceditur illi, cui de iure non
19 competit; ita diſtinguit *Gonzalez Gloſſ. 35. num. 11.*
verum tamen eſt quod vt ipſe ſubdit. *num. 16.* ſæ-
piſſimè vnum pro alio accipitur. Vt igitur ab in-
dulto incipiamus, quod multifariam extẽdi poteſt
iuxta gratias, quæ à Papa diuerſimodè petuntur,
vnum aut alterum confirmari, ponemus exemplũ
indulti, omittentes illud de Conferendo S. R. E.
Cardin. & alijs Eccleſiaſticis Principibus à Sede
Apoſtolica conferri ſolitum quod latiſſimè de ver-
bo ad verbum interpretatus eſt Anaſtaſius Ger-
monius, cui in ſecunda parte fauente Deo aliqua
ab ipſo omiſſa addemus, ſit igitur primum Confir-
mationis Indulti exemplum.

20 Beatiſſime Pater. Exponitur humiliter S. V. pro
„ parte deuotorum illius Oratorum Abbatis, & Cõ-
„ uentus Monaſterij S. Mariæ Virginis de altaſilua
„ Ciſtercienſ. ordinis Tullen. ſeu nullius Dioc. quod
„ dudum à fe: re: Innocentio PP. IV. S.V. Prædeceſ-
„ ſore in fauorem dd. Oratorum emanarunt litteræ
„ tenoris ſequentis. Innocentius Epiſcopus Seruus
„ Seruorum Dei Dilectis filijs Abbati, & Conuentui
„ Alteſiluæ Ciſtercien: ordinis; Tullen: Dioceſis ſa-
„ lutem, & Apoſtolicam benedictionem. Deuotio-
„ nis Veſtræ præcibus inclinati Apoſtolica auctori-
„ tate vobis præſentium vigore indulgemus, vt poſ-
„ ſeſſiones, & alia mobilia, & immobilia exceptis
„ feudalibus, quæ ad perſonas fratrum ad monaſte-
„ rium veſtrum è ſeculo confugien., & profeſſionem
„ facien. in eodem ſi manſiſſent ſeculo ratione ſuc-
„ ceſſionis, vel quocumq; alio titulo iuſto contigiſ-
„ ſent petere, percipere, ac retinere libere valeatis.

Nulli

» Nulli ergo, &c. Datum Lugduni xj, Kal. Auguſti
» Pontificatus noſtri anno iv. Cum autem Pater. S.
» Cordula, qua plumbum Apoſtolicum dictis litte-
» ris erat appenſum ob temporis vetuſtatem conſū-
» pta fuerit, & ſic d. plumbum ab eiſdem litteris ex-
» ciderit, illud tamen adhuc integrum exiſtat dicta-
» rum vero litterarum, quæ à tanto tempore, & in
» partibus Galliarum datæ fuerūt regiſtrum non re-
» periatur, ideoq; & alias Oratores prædicti pluri-
» mum cupiant eaſdem litteras à V. S. confirmari,
» & innouari. Supplicant igitur humiliter S.V. Ora-
» tores prædicti quatenus attentis præmiſſis, quodq;
» prædictum Monaſterium pauper, & in partibus
» Germaniæ limitropho ſitum eſt, ac alias eis deſu-
» per opportune conſulen., ipſoſq; ſpecialibus fauo-
» ribus, & gratijs proſequen. litteras prædictas, &
» indultum, aliaq; omnia & ſingula præmiſſa in eiſdē
» litteris, vt præfertur contenta Apoſtolica auctori-
» tate perpetuo approbare, & confirmare, ac etiam
» innouare, omneſq; & ſingulos tàm Iuris, quàm fa-
» cti defectus, ſi qui etiam alias quam vt præfertur
» quomodolibet interuenerunt in eiſdem ſupplere,
» illaſq; & illa validas, & efficaces, ac valida, & ef-
» ficacia exiſtere, ſuoſq; plenarios effectus ſortiri, &
» ab omnibus inuiolabiliter obſeruari perpetuo, ſic-
» que etiam ab omnibus haberi, ac ita per quoſcūq;
» Iudices, &c. ſublata, &c. iudicari, &c. debere, irri-
» tumq; &c. decernere dignemini de gratia ſpecia-
» li. Non obſtan. præmiſſis, ac Conſtitut. & Ordinat.
» Apoſtol. necnon omnibus illis quæ d. Prædeceſſor
» in litteris prædictis voluit nō obſtare, ceteriſq; &c.

Hæc eſt forma confirmationis non quidem ex certa ſcientia, ſed tamen ſpecialis: quia inſertus eſt illi tenor eius, quod confirmatur; dixi non ex certa ſcientia, hoc eſt cum illa clauſula licet re ipſa dici debeat ex certa ſcientia: quia per inſertionem
21 tenoris confirmans per neceſſe habet notitiam rei confirmatæ, vnde licet addatur illa clauſula, vel nō, ſemper dicitur ex certa ſcientia. *Rota deciſ.* 210. *num.* 2. *par.* 1. *diuerſ. Seraphin. deciſ.* 1198. *num.* 6.
22 & tenoris inſertio tantæ virtutis eſt, vt etiam ſi apponatur clauſula conditionalis, illa conditionem non importet. Sed, ſi, interpretatur pro quia Milis in repertor. Verbo Confirmatio Principis.

Aduertendum autem eſt circa inſertionem tenoris gratiæ quæ confirmatur, eam videlicet dupliciter fieri poſſe. Primò ſi tenor inſeratur ſupplicationi. Secundò ſi tenor non inſeratur ſupplicationi, ſed tantum enuncietur Data. Et in clauſulis generalibus dicitur. *Quodque toti tenores exprimi poſſunt in litteris*, &c. nam tunc vigore huius clauſulæ inſertio tenoris poteſt fieri in litteris. Quamuis in vna Fulginaten., pro Priore, & Monacis, Sancti Petri de Saxonino Congregationis Mōtis Oliueti de menſe Decembris 1633. erat in ſupplicatione inſertus & extenſus tenor conceſſionis quæ petebatur confirmari qui fuit per Subdatariū caſſatus, & relicta Data: & clauſula: quoq; toti tenores, &c. hanc clauſulā. Vnus ex reuiſoribus volebat delere, eo quod tenor in corpore eſſet caſſatus. Et quod Cancellaria non poterit vigore clauſularū extēdere id quod in corpore ſupplicationis fuit negatū, & caſſatū. Ego tamē Aduocatus pro Monacis aliter ſenſi & obtinui, nēpe tenorem gratiæ ſiue cōceſſionis enūciatę poſſe inſeri litteris vigore prędictæ clauſulę alias .n. illa nihil operaretur. Ad aſſūptū autem reuiſoris reſpondebam. Verum eſſe, ſed hoc caſu clauſulam hanc non eſſe contrariam mēti Datariæ, quæ caſſauit tenorem eo quod illius non haberet notitiam, niſi per aſſertionem narratiuæ, vnde per clauſulam. Quodque toti tenores, &c. præſeruatur facultas Officiali, contradictarum vt ipſe (qui Datariæ non vacat) examinet conceſſionem, quæ petitur confirmari, & ſi ea ſit in forma probanti puta bulla Originalis permittat inſertionem ſecus ſi exhibeatur copia ſiuè exemplū & hoc de Priuilegiorū Apoſtolicorum confirmatione: Secus ſi eſſent ab alio quam Principe ſeu Pontifice conceſſa nam ea viderentur per inſertionem à Papa approbari. Neq; enim hoc caſu dici poſſet clauſulam hanc generalem, eſſe contrariam caſſationi factæ in corpore. quia ſi ſupplicatio generalis ſupptimatur & petatur copia ex regiſtro, illa non habebit vllam caſſationem quia caſſata non regiſtrātur, & ſic non poterit dici, quod clauſula hæc ſit contraria corpori eo quod tenor ſit in illo caſſatus. Rurſus dupliciter poteſt dici in corpore ſupplicationis inſertus tenor. Primò ſi inſeratur de verbo ad verbum. Secundò ſi aliter per viam narratiuæ, recenſendo quidem omnia quę in tenore continentur ſed non de verbo ad verbum, & hoc ſecundò modo per cancellationem non dicitur caſſatus tenor, ſed narratiua deſumpta ex tenore, & illum referens; quæ potuit & debuit cancellari, quia in litteris, propter clauſulam: repetenda erat de verbo ad verbum. Demum clauſula quorum toti tenores, &c. non poteſt dici generalis, atento quod in corpore, non fuit caſſata, expreſſio Datæ. Poſſet Dataria videre priuilegia originalia quæ petuntur confirmari, & deinde permittere per extenſum inſertionem tenorum. Verum quia aliquando petuntur confirmari iura, ſupplicatio eſſet nimus prolixa. Et Officialibus Datariæ nimis laborioſam inſertionem cum ipſis Bullis concordare, & de verbo ad verbum perlegere ideo reſcribitur vt ſupra.

23 *Innocentius Epiſcopus*, &c notanda forma indultorum antiqua, quæ non omnino 40. verbis continetur, in quo moderni adeo inſoleſcunt, vt viderim indultum, in quo vna periodus vnico verbo recta ſexcentas continet dictiones, adeo vt præſtanti ſit opus memoria ei, qui principium coniungere poteſt fini, quod ſi magno labore aſſequatur, nec dum ærumnæ terminus, ſed denuo incipiendum, & diuinandum, quid ſibi velit clauſula, quæ vt plurimum ſubditur. Et nihilominus, &c. ſane indulto hoc nihil poteſt eſſe diſtinctius, enucleatius, clarius, & perfectius, vnde tot cautelares clauſulæ, quæ hodie inſeruntur nullum operantur effectum præter tricas.

Indulgemus, vt poſſeſſiones, & alia mobilia, & immobilia, quæ ad perſonas fratrum, ſi in ſæculo manſiſſent ratione ſucceſſionis, vel quocumq; alio iuſto titulo contigiſſent petere, percipere, ac retinere libere valeatis, &c. diximus ſupra indultum eſſe remotiuonem obſtaculi, quod huic indulto non videtur applicari; concedit enim, quod de iure Monaſterio competit, nempe ſucceſſionem ex perſona Monaci *c. in præſentia de probat.* quod emanauit ab Innoc.

III. &

III.& ſic ante hoc indultum per quem textum. *Inn. n.7. Io: Andr. n.21. verſ. illud autem certum eſt, Butr. num. 28. Abb. num.76. Bero. num.555. & pluribus ſequentibus*, firmant omnia bona ingreſſi Monaſterium tam de tempore ingreſſus, quam quæ poſtea obueniunt iure quodam vniuerſali, & non hæreditario quæri monaſterio, quo poſito indulto, de quo ſupra eſt omnino ſuperuacaneum, quod tamē minime dicendum eſt, cum diſpoſitio c. in præſentia Innocentio maxime innotuerit, vnde deſcendi in opinionem d.c. in præſentia, non rectè a Doctoribus interpretari, illudq; non ſtatuere circa bona, quæ obueniunt Monaco ab inteſtato, ſed ſolum circa bona, quæ Monachus ipſe in ingreſſu obtulit nō quæ poſtea obueniunt, vt notant iterata verba textus. obtulit ſe, & ſua, & hoc clarius colligitur ex ratione eiuſdem textus, qui diſputans, vtrum ille offerens fuiſſet minor nec ne, concludit donationē minoris vltra XIV. cum iuramento ſuſtineri, adeo vt reſolutio textus fundetur in donatione cum iuramento. Et ſic diſtinguendum videtur de bonis ante ingreſſum quæſitis, & poſt ingreſſum, nam de his ſecundis dictum c. in præſentia non videtur diſponere, hoc eſt habilitare perſonam Monaci, qui
24 eſt mortuus mundo, vt ſit capax ſucceſſionis dum Monacus eſt, vt bene declarat hoc indultum, ibi quæ ratione ſucceſſionis ſi in ſæculo manſiſſent, &c. ergo diſtinguit inter remanentiam in ſæculo,
25 & ſtatum monacalem, & cum ſit Conſtitutioni vicinum oſtendit quomodo d. Conſtitutio debeat intelligi, quemadmodum illum textum interpretantur, & intelligunt Galli, qui Monaſterium non admittunt ad ſucceſſionem hæreditatum Monaco obuenientium poſt ingreſſum Monaſterij, vt latè *Boer. deciſ.354. num.8.* & reſtatur *Peregrin. de fide*
26 *comm. art.18. num.91.* Vnde concluſio illa communiter approbata Monaſterium excludere ſub-
27 ſtitutum, de qua late *Mantica de Coniect. vlt. volūt. lib. 11. tit.7. num.6.* iuxta Gallos, indiget diſtinctione, videlicet, vel hæreditas eſt poſſeſſa & peruenit ad Monachum ante quam Monaſterium ingrediatur, & tunc Monaſterium ex illius perſona excludit ſubſtitutum, vel hæreditas obuenit Monaco poſt profeſſionem, & in ſtatu monacali conſtituto, & non excludit.

Quid in hac controuerſia ſtatuendum ſit non eſt facile affirmare, pro excluſione enim ſubſtituti videtur concurrere tam ius Cæſareum, quam Pontificium, vt notat *Peregrin. d. art.28. num.91. prius in §. ſed hoc præſenti Authen. de Sanctiſſimis Epiſcopis*, poſterius in *d. cap. in præſentia de probationibus*, & concurrit (Gallis exceptis) omnium nationum cōſenſus. Ex Germanis teſtatur *Andr. Gaill. obſeru. 131. num.11. lib.2. ex Hiſpanis Molin. de Primog. Hiſp. lib.1. cap.13. num. 77.* qui tamen reſtringit, ad vitam Monachi. Ex Italis omnes præſertim *Mantica locis allegatis*, cui nationum conſenſui non videtur temere contradicendum.

Nihilominus pro conſuetudine Gallorum videtur ſtare *textum in d.c. in præſentia* qui iuxta interpretationem, quam dedimus, & quam germanā probauimus, hoc non concludit immo potius con-
28 trarium, & ipſa ratio quia *Bart. in Auth. niſi rogati conſid. prima ad Trebell.* & omnes poſt eum *Mantic. & Peregrin. locis allegatis. Couarr. var. reſolut. lib. 1. cap.19. num.6. & 7.* concludunt, Monaſterium non eſſe loco filij per Teſtatorem vocati, & potuiſſe Teſtatorem Monaſterium expreſſe excludere probat idem *Couar.* vbi ſuprà. Ergo non videtur conueniens, quod Monaſterium excludat ſubſtitutum, qui per ſolum filium ex diſpoſitione Teſtatoris poteſt excludi, ſane *Peregr. d. art.28. num.93.* dicit articulum eſſe valde ambiguum ſe tamen nunquam vidiſſe, aut audiuiſſe in Dominio Veneto, Monaſterium operari excluſionem ſubſtituti. Et ſane inuecta videtur hæc opinio de excluſione ſubſtituti ex improba interpretatione *textus in cap. in præſentia*, quæ conſtitutio cum emanauerit in Gallia præſumendum ex traditione aliqua ortam conſuetudinem: quam nec *Mantica* acerrimus contrariæ opinionis aſſertor, audet improbare. *dict. art.7. num 9.*

Quæ ad perſonas fratrum ad Monaſterium veſtrum
29 *è ſeculo confugien.*, &c. rectè dicitur è ſeculo confugi ad Monaſterium, quod eſt tanquam Aſylum quietis Chriſtianæ, vt multis oſtendit *D. Gregor. lib.4. Dialog. cap.55. & D. Bernardus de contempl.*
30 *Et profeſſionem facien.*, &c. Non dicitur Monachus ad hunc effectum ante profeſſionis emiſſionem. *Bart. in Auth. ſi qua mulier, Cod. de Sacroſanct. Eccl. Alex. in l. ſubſtitutiones ff. de Vulg. & pupill.*

Si in ſeculo manſiſſet, &c. ita loquitur *Pereg. d. nu. 93.* Monacos cenſendos eſſe ac ſi in ſeculo manſiſſent, & ſine filijs deceſſiſſent, cui Pontifex hic concedit indultum contrarium.

Exceptis feudalibus, &c. Monachi ſunt incapaces feudorum *Roſental. de feud. cap.7. concluſ.29. num.8.* & late addit ſub *littera F.* ſaltem habentium annexum ſeruitium *Molin. de primogen. dict. lib.1. cap.13. num.76.*
32 *Cordula, qua plumbum Apoſtolicum dictis litteris erat appenſum*, &c. dicit Apoſtolicum quia ex vno latere continet imagines Apoſtolorum Petri, & Pauli ab altero nomen Pontificis concedentis, ſine quo plumbo Bulla non dicitur expedita *Mandoſ. reg.8. Cancell. quæſt.3. num.3. & Rebuff. in praxi in 3. par. ſign. tit. Bullæ declaratio num.3. & 13. per Gloſ. in Clem. vnic. de Iureiur.*

Dictum plumbum ob temporis vetuſtatem à litteris exciderit, &c. quia videlicet cordula illa longo vſu & temporis curſu erat contrita, & exhibitum mihi fuit priuilegium à Bonifacio ix. Abbati S. Michaelis de Iurculo Piſtorien. Congregationis Vallis vmbroſæ conceſſum, cuius plumbum tenui tantummodo pendebat filo cordula in reliquo obeſa, & attrita: quod cum facillime potuiſſet cadere, iuſſi ſumi tranſumptum iuxta præſcriptum *l. fin. de fid. inſtr.* quod ſi in caſu Tuller. præſtitum fuiſſet, non erat opus confirmatione.

Illud tamen adhuc integrum exiſtat, &c. poſſet
33 quæri ſi plumbum erat integrum, & Bulla integra, cur non alia cordula appendebatur, reſpondeo nō poſſe ſub pęna excommunicationis, & crimine falſi. *Rebuff. ad Bullam in Cœna Domini. verſ. Bullarum ſeu litterarum Apoſtolicarum*, &c. nam parimodo poſſet plumbum appendi alteri Bullæ.

Dictarum vero litterarum, quæ à tanto tempore, &
34 *in partibus Galliarum datæ fuerunt regiſtrum non reperia-*

periatur, &c. Regiſtrum gratiarum Apoſtolicarum
in Gallia conceſſarum Romam translatum non
fuit, & antiquiores gratiæ, quæ in regiſtro Bullarũ
reperiantur ſunt, Ioan. XXII. Martinus V. deinde
Regiſtratoribus præſcripſit modum, quo in regi-
ſtrandis litteris Apoſtolicis vti debent, de qua re
latius agemus infra cap. de ſupplicatione.

*Litteras prædictas, & indultum, aliaque omnia &
ſingula præmiſſa in eiſdem litteris contenta, &c.* Duo
hic petuntur ſimul primum approbatio litterarum;
ſecundum contentorum in litteris, confirmatio fit
in ſpecie, vtrumq; quia ſecundæ petitionis inſeritur
tenor prioris narratur factum, adeo vt vtriuſque
Pontifex habuerit plenam notitiam.

35 Sed quæritur hic opportune vtrum confirmatio
probet exiſtẽtiam rei confirmatæ, nam ſi eam pro-
bat, ſuperfluum fuiſſet in hoc indulto narrare lap-
ſum cordulæ ſuper exiſtentiam plumbi, & ſimilia,
ſed ſatis fuiſſet inſerere indulti tenorem, pro cuius
exiſtentia præſumebatur. Dicendum igitur, con-
firmationem non probare confirmatum regulari-
ter etiam ſi ſit ex certa ſcientia, quia illa præſuppo-
nit exiſtentiam eius, quod confirmatur, quæ ſi non
exiſtat deficit intentio confirmantis volentis con-
firmare rem, quæ ſit: quia quod non eſt confirmari
non poteſt, & ideo confirmatio confirmatum non
probat. *Maſcard. de probat. concluſ. 404. num. 1. lib. 1.*
ſed quod petitur confirmari debet exhiberi confir-
manti *Harm. cap. 4. tit. Miſcellaneo ex iure ciuili li. 2.*
limitat tamen hanc regulam *Menoch. vbi ſuprà n. 3.*
in confirmatione Summi Põtificis, eo quod illa cur-
36 ſu temporis præſumatur, ſed ratio non eſt bona,
non enim quærimus vtrum præſumatur confirma-
tio, ſed vtrum præſumatur confirmatum nam faci-
lius præſumitur qualitas, quam ſubſtantia. *Alex.
in l. ſi certis annis, num. 7. verſ. in Gloſſ. 2. C. de pactis.
Natta conſ. 11. num. 3.* Ego exiſtimo, limitationem
veram eſſe, quam probat Milis in repertorio, Verbo
Confirmatio facta per Papam, qui tamen diſtin-
guit in confirmato, quod emanauerat ab ipſo Papa
videlicet in priuilegio, ſiue indulto, non autem ſi
confirmatum emanauit ab alio, ratio diſtinctionis
eſt: quia Papa actus à ſe geſti præſumitur habere
notitiam. Sed quid ſi priuilegium, ſiue indultum,
quod confirmatur fuerit conceſſum ab anteceſſo-
re? Quod Milis prorſus omittit: & hoc caſu di-
ſtinguerem, vel Pontifex procedit per viam nouæ
conceſſionis, de qua mox dicemus, & exiſtimo
confirmatum præſumi, vel per viam ſimplicis con-
firmationis, etiam ſi tenor ſit inſertus, & tunc hoc
remanet in diſpoſitione iuris communis, vt videli-
cet ea requiratur pręſcriptio confirmati, quę requi-
reretur abſque confirmatione, licet de ſtatuto *Rot.
deciſ. 339. num. 4. par. 2. recent.* velit attendendam
eſſe confirmationem, etiam ſi de ſtatuto non con-
ſtet, niſi per narratiuam confirmationis, & de pri-
uilegio. *Gail. obſeru. 1. n. 14. lib. 2.*

*Perpetuo approbare, & confirmare, &c. Decius poſt
37 Bald. & alios in Rubrica de Confirm. vtil. vel inutil.*
vult differre approbationem à cõfirmatione, quod
approbatio fieri poſſit à pari, non autem confir-
matio, quę ſoli competit ſuperiori, hęc autem di-
ſtinctio huic materiæ non applicatur, cum hic idem
ſit approbans, & confirmans vnde verbum appro-
bationis hic ſumitur, prout in *Clemen. Vnica §. com-
mandato de iureiur.* videlicet pro approbatione
Principis, quę poteſt differre à Confirmatione,
quod reſpiciat actum confirmationis, & ſcriptu-
ram. *Seraph. deciſ. 981. nu. 5.* actus autem in noſtra
facti ſpecie eſt diſcerptio plumbi a Bulla.

38 *Ac etiam innouare, &c.* hoc eſt de nouo concede-
re, quæ duo differunt inter ſe. *Rota deciſ. 369. n. 3.
par. 2. recent.* & noua conceſſio inducitur per ver-
39 ba de nouo concedimus *Rota deciſ. 84. num. 6. p. 1.
diuerſ.* aliquando tamen inducitur ex re ipſa, ſiue vi
verbi, quando quod confirmatur eſt inualidum.
*Bero. conſil. 7. num. 18. lib. 3. Rota deciſ. 513. nu. 6. p. 2.
recent. & dec. 123. nu. 5. p. 1. recent.*

Non obſtat, quod nullum eſt hoc confirmari nõ
poſſe ad *textum in c. inter dilectos §. cęterum de fid.
inſtrum.* quia reſpondetur concluſioni non eſſe lo-
cũm, quando confirmans actum nullum potuit eũ
40 facere à principio, ſed ſolum quando nullitas pro-
cedit ex defectu poteſtatis, *Bero. conſ. 171. num. 24.
li. 2.* Milis vbi ſupra Verbo confirmatio eius, quod
eſt nullum. *Dec. conſil. 541. & conſil. 649. Roland.
conſ. 100. lib. 4.*

41 *Omneſq; & ſingulos tam iuris, quam facti defectus
ſupplere*, &c. regulariter confirmatio Apoſtolica
42 ſupplet omnes defectus. *Rota deciſ. 159.* quod ta-
men intellige, quo ad ſolemnitates, non quoad ſub-
ſtantialia. *Rota deciſ. 2. de Confirm. Vtil. vel Inutil.
in nouis*, aut defectum poteſtatis, vt ſi confirmanti
43 expoſitum fuerit potuiſſe quem aliquid facere,
quod tamen facere non poterat. *Rota coram Ca-
ual. deciſ. 215. num. 2. & deciſ. 435. num. 4. p. 1. diuerſ.*
& quam vis confirmatio haberet clauſulam. Sup-
plentes omnes defectus formales, & ſubſtantiales,
44 non tamen suppleret defectum conſenſus, qui eſt
iuris naturalis. Idem *Caual. deciſ. 618. numer. 18.*
45 ſupplentur tamen hac clauſula omnia ne dum
formalia, ſed ſubſtantialia, modo non concernant
præiudicium tertij. Milis vbi ſupra Verbo confir-
matio quando, &c. *Rota deciſ. 114. num. 5. par. ſe-
cunda recentior.*

Et ab omnibus inuiolabiliter obſeruari perpetuo,
&c. aduerbium inuiolabiliter obſeruari importat,
46 quod incorrupte ſine contradictione, aut diminu-
tione ſeruari debeat confirmatum à Papa, etiam
ſi non approbetur ab ijs, à quibus ex iuris diſpoſi-
tione approbari debet *Bero. conſil. 7. num. 16. &
num. 17. lib 3.*

Hæc circa formam confirmationis Indulti in ge-
nere, nam de indulto conferendi infra fuſius com-
47 modiori loco tractabimus, ponamus modo formã
Confirmationis priuilegiorum, & exemptionum,
quæ ſunt cognata, & habent ſe tanquam excedens
& exceſſum, vt priuilegium ſit quoad aliquid, ſeu
quo ad partem, exemptio vero quo ad omnia, &
quo ad totum. *Cardin. in Clement. prima not. 6. de
Cenſibus.*

48 Beatiſſime Pater. Cum dudum Domui fratrum
» B. Mariæ Oppidi Minoroſſe Ordinis eiuſdem Bea-
» tæ Mariæ de Monte Carmelo. Vicen. Diœceſis,
» diuerſa priuilegia, & indulta immunitates, & præ-
» rogatiuas, & alias gratias in ſe continentia, à Se-
» de Apoſtolica, & forſan alias conceſſa, & illis do-
» mus ipſa, illiuſque fratres hactenus magno eorum

bono

,, bono & commodo vſi, & gauiſi fuerint, vtq; in po-
,, ſterum firma, & illibata ſubſiſtant, & ab omnibus
,, inuiolabiliter obſeruentur plurimum cupiant de-
,, uoti S.V. Oratores modernus Prior, & Conuentus
,, d. domus illa S. V. & Sedis Apoſtolicæ patrocinio
,, communiri. Supplicant igitur humiliter eidem
,, S.V. Oratores prædicti quatenus in præmiſſis op-
,, portune prouiden. eoſque ſpecialis gratiæ fauore
,, proſequen. omnia, & ſingula indulta, & priuilegia
,, prędicta, ac libertates, immunitates, exemptiones
,, prærogatiuas, præeminẽtias, autelationes, fauores,
,, & gratias alias vniuerſas per ea quomodolibet
,, conceſſa, ac deſuper confectas litteras, & ſcriptu-
,, ras, & in eis contenta quæcumque, dummodo ſint
,, in vſu, & viridi obſeruantia, ſacriſq; Canonibus, &
,, decretis Concilij Tridentini, ac inſtitutis Regulari-
,, bus dicti Ordinis non aduerſentur auctoritate A-
,, poſtolica perpetuo approbare, & confirmare, ac
,, illis perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis
,, robur adijcere, omneſq; & ſingulos tam iuris, quam
,, facti, ac quoſuis alios, etiam quantumuis ſubſtan-
,, tiales defectus, ſi qui deſuper quomodolibet inter-
,, uenerint ſupplere, ac priuilegia indulta, &c. ac lit-
,, teras huiuſmodi perpetuo valida, & efficacia, ac
,, validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plenarios,
,, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omni-
,, bus, & ſingulis, ad quos nunc quomodolibet ſpe-
,, ctat, & ſpectabit pro tempore perpetuo firmiter, &
,, inuiolabiliter obſeruari, & adimpleri debere, ab
,, illiſq; quouis prætextu, colore, vel ingenio, cauſaq;
,, & occaſione reſiliri, aut recedi nullatenus vnquam
,, poſſe, ſicq; per quoſcumq; &c. etiam cauſarum Pa-
,, latij Apoſtolici, &c. ſublata iudicandi, &c. debere,
,, &c. irritumque, &c. decernere dignemini de gratia
,, ſpeciali non obſtan. præmiſſis, ac conſtitutionibus,
,, & ordinationibus Apoſtolicis, ac domus, ac ordi-
,, nis prædicti, ſtatutis etiam iuramento, &c. robo-
,, ratis, &c.
,, Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c.

49 Hæc eſt forma communis, quam ſupra diximus
parum, aut nihil operari, vt notat etiam *Mandoſ. ad reg. Canc. 22. quæſt. 10. nu 9.* quia nihil facit de nouo. *Bero. conſ. 7. num. 37. lib. 3. Rota deciſ. 405. num. 1. p. 2. recent.* & proinde nullum tollit obſtaculum. *Gonzal.*
50 *ad reg. 8. Canc. Gloſſ. 47. §. 1. num. 75. & 76.* Et ni-
hilominus confirmatio in forma communi dicitur
51 propria, vera, & naturalis confirmatio. *Mandoſ. d. quæſt. 10. numer. 3.* cuius natura eſt addere robur confirmato, firmis reliquis in ſuo ſtatu permanentibus. *Rota dec. 301. num. 1. p. 1. diuerſ.* forma autem
52 communis elicitur quod proceditur ſine inſertione tenoris, qui ſolum enunciatur ibi diuerſa priuilegia & indulta, &c. quorum Pontifex non potuit habere notitiam. *Rota deciſ. 36. numer. 5. par. 2. diuerſ.*

53 *Dummodo ſint in vſu, & viridi obſeruantia*, &c. hæc qualitas debet probari *Rota deciſ. 56. num. 1. p. 1. diuerſ.*

Sacriſq; Canonibus, & decretis Concilij Tridentini
54 &c. ſemper enim Papa præſumitur confirmaſſe ea quæ legibus non aduerſantur *Mandoſ. vbi ſupra num. 5.*

55 *Ac inſtitutis regularibus d. Ordinis*, &c. ſi enim eſſent contraria priuilegia inſtitutis eſſet priuilegiato damnoſum, non enim conceditur hoc priuilegium priuatis perſonis ſed Ordini, qui ſubuerteretur per priuilegia inſtitutis contraria cap. ſuggeſtum 9. de Decimis, & hoc caſu conceſſum deberet reuocari. *Rota deciſ. 87. part. ſecunda diuerſ. per totam.*

56 *Perpetuo approbare*, &c. priuilegium enim de ſui natura perpetuum eſt. *reg. decet de reg. Iuris in 6. Achill. dec. 11. nu. 11. de priu.*

57 *Ab illiſq; quouis prætextu, vel ingenio*, &c. Confirmationi Apoſtolicæ inferior contrauenire non poteſt *Seraph. deciſ. 538. num. 1.* Vtrum ſaltem poſſit interpretari eſt maior quæſtio. *Gabr. conſ. 182. nu. 14. & ſeqq. lib. 2.* diſtinguit. Vel agitur de inter-
58 pretatione virium priuilegij, & hæc cognitio non ſpectat ad inferiorem, vel agitur de validitate ex parte priuilegiati, vt quia capax non ſit, vel gratia obreptitia, aut ſubreptitia, & tunc inferior poteſt cognoſcere. Hæc diſtinctio non eſt
59 bona ſemper enim validitas priuilegij pendet ex narratorum ſubſiſtentia, vnde primum membrum diuiſionis non poteſt exiſtere, cum de auctoritate Papæ dubitari non poſſit. Melius igitur diſtinguit *Rota deciſ. 83. par. 1. diuerſ. num. 5. cum ſeqq.* Vel inquit agitur de validitate principaliter, vel incidenter, & vtroque caſu recurrendum ad interpretationem Papæ concedentis refert quidem ſub nu. 7. dictum Felini, inferiorem, quando Papa eſt præſens non poſſe priuilegium interpretari, non tamen firmat, quod poſſit, quando eſt abſens Papa, cognoſcere inferior *Roland. vero conſ. 61. num. 43. & ſeqq. lib. 3.* diſtinguit alia ratione. Vel Princeps proceſſit ex certa ſcientia, & inferior non poteſt cognoſcere, vel in forma communi & poteſt interpre-
60 tari; ſed neq; hæc diſtinctio placet, nam certa ſciẽtia operatur quidem, vt confirmatio ſit maioris roboris, non autem quod ſit maioris auctoritatis, cũ ſit idem Pontifex, qui concedit, ergo vtriuſque eſt par ratio reſpectu inferioris, vnde non recedendum ab opinione Rotæ. d. deciſ. 83. ſentientis, inferiorem videlicet non habere facultatem interpretandi priuilegia Apoſtolica, niſi id ei ſpeciali reſcripto committatur, de quo per *Marcheſan. de reſcriptis vtriuſque ſignaturæ titul. de Comm. anoc. cauſ. par. 2. §. 3. num. 103.* vbi dicit huiuſmodi cognitionem non committi niſi in Curia, vbi tradit eandem diſtinctionem, de qua ſupra datam per *Gabr. dict. conſil. 182.* quam ſi ita velimus interpretari, vt Iudex inferior poſſit cognoſcere in priuilegio conceſſo Clerico V.G. vtrum ille talis, qui priuilegium obtinuit ſit Clericus. hoc non erit interpretari pri-
61 uilegium, ſeu cognoſcere de illius validitate, ſed ſolum cognoſcere ſuper facto, cum interpretatio cadat ſuper iure, & quidem dubio, quod inferiori competere non poteſt, vt bene ſubdit idem *Marcheſan. num. 105.*

Hinc patet, quam ieiune *Gonz Gloſ. 52. n. 63.* dũ in hanc materiam incidit, eam remiſerit ad Rotã, & Gabr. locis allegatis abſq; aliqua diſcuſſione eo ſub prętextu, quod, quę ab alijs Doctoribus commode capi poſſunt non eſſe tranſplãtanda: quia ex
62 deductis conſtat, commoditatem ſumendi, quam ipſe ſupponit non adeſſe, immo rem eſſe ſatis intricatam, & non probe à Doctoribus explicatam.

Non obſtantibus præmiſſis, ac etiam Conſtitutioni-
bus, &c. hæc clauſula operatur, quod diſpoſitiones
63 confirmatæ non tollantur per ſimplicem deroga-
tionem *Mandoſ. de ſig. grat. tit. Confirmationes, verſic.*
Confirmationes inter alia, &c. Confirmatio enim nõ
venit ſub generali diſpoſitione. *Puteus deciſ. 172.*
num. 2 lib. 3. Achill. deciſ. 3. num. 1. de pactis Seraph.
deciſ. 433 num. 7. & 11. vnde licet caſſetur, & irrite-
64 tur actus confirmatus, non tamen caſſatur confir-
mátio. *Rota deciſ. 4. de cauſ. poſſ. & propriet. in nouis*,
& vice verſa nullitas confirmationis non inficit
65 actum ex ſe validum *Seraph. deciſ. 1238. nu. 8.*

Vidimus formulam Confirmationis expedien-
dæ per Datariam cum tenoris inſertione, & aliam
cum ſimplici narratiua, nunc ponenda eſt alia for-
mula Confirmationis motu proprio, & ex certa
ſcientia conceſſæ. Ex multis elegi priuilegium à
Clemente VIII. Excellentiſſimo Domino, & amico
meo Vincentio Marchioni Iuſtiniano conceſſum,
& à Paulo V. Gregor. XV. nec non Sanctiſſimo Do-
mino Noſtro Vrbano VIII. confirmatum, quod eo
66 lubentius reliquis prætuli: quia Eminentiſſimi Vi-
ri, cui omnia me debere fateor, virtutes merentur,
vt qualibet data occaſione honoris cauſa eum no-
minem, & ſcriptis meis ſæpius inſeram; præſtabo
etiam, & hoc quod huiuſmodi priuilegium con-
cernit intereſſe Cameræ, vnde hoc vno addito alijs
duobus remanebit explicata tota materia priuile-
giorum. Et quamuis huiuſmodi priuilegium per
litteras ſub plumbo expediri poſſit, nihilominus
ſolitum eſt expediri per Breue.

67 » Gregorius Papa XV. Ad perpetuam rei me-
» moriam; ſinceræ fidei, & deuotionis affectus,
» quo dilectus filius Vincẽtius Iuſtinianus Marchio
» Caſtri Baſſani Sutrinæ Dioceſis, Nos, & Roma-
» nam reneretur Eccleſiam: promeretur, vt eius
» votis, quantum cum Domino poſſumus fauorabi-
» liter annuamus. Alias ſi quidem à felic. record.
» Clemente Papa VIII. Prædeceſſore Noſtro ema-
» narunt litteræ tenoris ſubſequentis. videlicet.
» Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam.
» De Apoſtolicæ Sedis benignitate prouenire di-
» gnum eſt, vt eadem Sedes erga eos, quos ſibi deuo-
» tos cognoſcit ſe gratam exhibeat, & liberalem.
» Nos igitur dilectum filium Vincentium Iuſtinia-
» num Nobilem Ianuen., qui Noſter, & Cameræ no-
» ſtræ Apoſtolicæ, Depoſitarius, & familiaris, nec
» non Caſtri Baſſani Sutrinæ Dioceſis, Dominus in
» temporalibus exiſtit, ob gratiſſima obſequia, cum
» ab ipſo, tum à bon. mem. Ioſepho Iuſtiniano geni-
» tore ſuo nobis, & Apoſtolicæ Sedi, præſertim in of-
» ficio Depoſitarij, in quo ſæpius noſtro exhauſto
» Aerario, proprias pecunias etiam in notabili quã-
» titate, ad vſum, & neceſſitates Cameræ Noſtræ ex-
» ponendo ocioſaſque retinendo, quamplurima in-
» commoda, & damna ſuſtinere non recuſarunt, offi-
» cioſe præſtita, aliaq; præclara eorum merita cum
» fide erga nos, & d. Sedem coniuncta ſpecialibus
» gratijs proſequi volentes, &c. Motu proprio non
» ad ipſius Vincentij, aut alterius pro eo, &c. ſed ex
» certa ſcientia, &c. & poteſtatis plenitudine, &c. om-
» nia, & ſingula priuilegia, &c. alias conceſſa, &c.
» quorum tenores, &c. confirmamus, approbamus,
» & innouamus, &c. ipſumque Vincentium, & quoſ-
» cumq; in d. Caſtro Baſſani ſucceſſores à noſtrarum
» Dohanarum Almæ Vrbis, & aliorum datiorum, ga-
» bellarum, pedagiorum, Vectigalium, impoſitionũ,
» & onerum tam realium, quam perſonalium ex
» quauis etiam Vrgenti, & vrgentiſſima cauſa quo-
» modolibet impoſitorum, & in poſterum imponen-
» dorum ſolutione, præſtatione, &c. eximimus, & li-
» beramus. Ac tam Vincentio, quam eius Succeſſo-
» ribus prædictis, vt in proprijs eorum domibus tam
» in Vrbe, quã in dicto Caſtro. &c. Capellam in loco
» ad id decenti, ac ab Ordinario loci approban. ha-
» bere, & in ea miſſam per quemlibet Presbyterum
» ſæcularem, ſeu regularem ab Ordinario, ſeu Supe-
» riore approbatum, ſine tamen iurium Parochia-
» lium præiudicio, ac non in feſto, &c. vna cum fami-
» lia, & ipſis inſeruientibus audire. Inſuper ex dict.
» Caſtro, & illius Territorio ſingulis annis in perpe-
» tuum trecentum ſues, & totidem rubra frumenti
» extrahere, &c. abſq; alicuius oneris, aut impoſitio-
» nis ſolutione, &c. quodq; Subditi, ac Incolæ, & Ha-
» bitatores d. Caſtri Baſſani, & illius Territorij nunc,
» & pro tempore exiſten. pro quacumq; cauſa ciuili,
» &c. etiam vigore obligationis Cameralis, &c. in d.
» Caſtro in prima inſtantia coram d. Caſtri Guber-
» natore non in Tribunalibus Vrbis conueniri poſ-
» ſint, alias proceſſus nulli ſint, &c. Eidemque Vin-
» centio, & ſucceſſoribus prædictis famulis miniſtris,
» &c. tam per d. Vrbem, quam quæuis Status Eccle-
» ſiaſtici loca, &c. quæcumq; armorum, tam defenſi-
» uorum, quam offenſiuorum genera (breuibus ſclo-
» pis, archibuſettis nuncupatis exceptis) deferre li-
» bere poſſint, bannimentis non obſtantibus conce-
» dimus, &c. Decernentes eaſdem præſentes, & in eis
» contenta quæcumq; nullo vnquam tempore, etiam
» ex eo quod cauſæ propter quas emanarunt in dict.
» Camera vel alibi iuſtificatæ, ac quicumq; intereſſe
» haben., ſeu putan. vocati non fuerint, vel ex quauis
» cauſa quantũuis legitima, & iuridica de ſubreptio-
» nis vitio, &c. notari, impugnari, infringi, reuocari,
» limitari, retractari, aut in ius, & controuerſiam ad-
» duci poſſe, nec ſub quibuſuis ſimilium, vel diſſimi-
» lium exemptionum, & gratiarum reuocationibus,
» &c. aut alijs quibuſuis diſpoſitionibus factis, ſeu
» de cetero forſan facien. ex quauis etiam rationa-
» bili, vrgenti, & vrgentiſſima cauſa, & cum quibuſuis
» etiam derogatoriarum derogatorijs, ac irritanti-
» bus, alijſq; clauſulis, & decretis comprehendi, ſed
» ſemper ab illis excepta, ac ſemper, & perpetuo va-
» lidiora, firmiora, & efficaciora perſiſtere, ac vim va-
» lidi contractus ex cauſa verè oneroſa inter Sedem,
» & Cameram ex vna ac Vincentium, eiuſq; ſucceſ-
» ſores prædictos ex altera partibus initi, & ſtipulati,
» ac vtrinq; iurati habere, & obtinere, &c. ſicque per
» quoſcumq; &c. ſublata, &c. Quo circa dilectis filijs
» noſtro, & S.R.E. Camerario Theſaurario, &c. com-
» mittimus, & mandamus, &c. Non obſtantibus ban-
» nimentis, ceteriſque etiam iuramẽto firmatis qui-
» buſcumq; &c. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi
» pro eorum ſufficienti derogatione, alias de illis, ac
» eorum totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica expreſ-
» ſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem
» per clauſulas generales idem importantes mentio,
» ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia
» exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret tenores

„ huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nil penitus
„ omiſſo, &c. motu ſcientia, ac poteſtate ſimilibus
„ derogamus. Ad hæc etiam volumus,atq; decerni-
„ mus earumdem præſentium tranſumptis, &c.ple-
„ nam in iudicio,& extra,fidem adhiberi debere,re-
„ gula quacumque contraria pariter non obſtante.
„ Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo
„ Piſcatoris die 29.Iulij 1604.Pontificatus noſtri an-
„ no xiij.Cum autem ſicutd.Vincentius nuper nobis
„ exponi fecit quod ipſe litteras prædictas, &c. con-
„ firmationis robore communiri deſideret.Nos,&c.
„ litteras prædictas,& omnia in eis contenta appro-
„ bamus,confirmamus, & perpetuæ firmitatis robur
„ adijcimus, &c.
„ Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem
„ ſub annulo Piſcatoris die 21.Junij 1621.Pontifica-
„ tus noſtri Anno I.

Quia priuilegij Clementis formula eſt ampliſſi-
mis clauſulis concepta,idq; omniaq; in eo conten-
ta fuerint per Gregorium confirmata,adeovt con-
firmatio cenſeatur habere eaſdem clauſulas, ac
priuilegium ipſum, opere pretium erit more no-
ſtro aliquas clauſulas examinare, reliquis in com-
modiorem locum reiectis, ipſumque priuilegium
interpretari.

Dominus in temporalibus Caſtri Baſſani, &c. Cur
inſcriptio non dicit Marchionem quemadmodum
intitulatio Gregorij,ratio hæc eſt,quod de tempo-
re Clementis non dum erat decoratus titulo Mar-
chionis, quem poſtea obtinuit a Paulo V.

Se gratam exhibeat, & liberalem, &c. gratitudo
68 hæc eſt correſpondens labori, qui facit priuilegiũ
de ſui natura irreuocabile, vt *Roman.conſil.436.nu.*
14. & ratio eſt: quia omnis labor optat præmium,
vnde Princeps aliquando non valens compenſare
ſeruitia ſibi præſtita, numerata pecunia, eius loco
concedit priuilegium ſeruienti,& laboranti, quod
reuocare iniquum videtur,nam ſi pecuniam pro la-
bore ſoluiſſet,eam nunquam repeteret,ergo neque
reuocabit priuilegium quod ceſſit loco pecunia-
rum: labores,& grata ſeruitia D.Marchionis, eiuſ-
que Patris recenſet ipſe Pontifex. *Nobis, & Apo-*
69 *ſtolicæ Sedi præſertim in Officio depoſitarij, in quo*
ſæpius noſtro exhauſto ærario proprias pecunias,etiam
in notabili quantitate,ad vſum,& neceſſitates Cameræ
noſtræ exponendo,ocioſaſq; tenendo,quam plurima in-
commoda, & damna ſuſtinere non recuſarunt, &c. du-
centa enim aureorum millia D.Ioſeph Iuſtinianus
Clementi VIII. mutuo gratis dedit in bellum hun-
garicum impendẽda,cuius magnanimitatis pater-
næ Dominus Vincentius non minus, quam bono-
rum hæres nuper Sanctiſſimo Domino Noſtro Vr-
bano VIII. ſponte obtulit, & de facto exhibuit
quinquaginta aureorum millia, vt ijs donec, &
quouſq; libuerit in his calamitatibus Italiæ vtatur,
factum ſane egregium, & optimi Ciuis erga Prin-
cipem ſuum certiſſimum fidelitatis, & amoris
monumentum.

70 *Motu proprio*,&c.clauſula motu proprio,quem-
admodum in omnibus reſcriptis,ita neque priuile-
gijs,eorumque in confirmatione appoſita tollit de-
fectum intentionis.*Pariſ. conſil.4.n.27. lib.2.Gabr.*
de clauſul.concluſ.2.num.20. Rota deciſ.451. num.1.
71 *p.1. diuerſ.& coram Card.Seraph. deciſ.981.num.1.*
& deciſ.998. num.12. non enim operatur circa fa-
ctum, ſed circa ius. *Dec. conſil.33,num.5.Gozadin.*
conſil.9.num.38. Ægid deciſ.392. & 475. adeo vt
ſi oſtenderetur,Principem ignoraſſe factum, diſpo-
72 ſitio in vim huius clauſulæ non ſuſtineretur: verum
equidem eſt quod onus probandi transfert in im-
pugnantem, *Abb. in cap.dudum num.3. de priuileg.*
Card.in Clem.Vnic.num.10.de probat.Dec.conſ.341.
num.5.Put.deciſ.341.num.5.lib.2.& dec.101,lib.3.
Achil.deciſ.10.de probat.

73 *Et ex certa ſcientia*, &c. ſimiliter, & hæc clauſula
non tollit intentionem, & non operatur, niſi circa
ea.quæ concedens ſcire præſumitur. *Bald.in leg.fin.*
num.6.verſic.dicas etiam. C.ſent.reſcind.non poſſ. Dec.
conſil.142.num.7.Pariſ.conſil.1.num.81. & ſequent.
74 *lib.1.late Gabr.de Clauſ. concluſ.1.num.49. & ſeqq.*
Seraph.deciſ.981.Rota deciſ.210.num.2.p.1.diuerſ.
adeovt confirmatio ex certa ſcientia dicatur ali-
quando confirmatio in forma communi. *Bero.*
conſil.180.num.25.lib.1. tunc videlicet, quando di-
ſpoſitio concernit rem, de qua Princeps non præ-
ſumitur habere notitiam, immo ſi eſſet ſubreptitia
75 in vim illius clauſulæ non ſuſtineretur confirmatio
Felin. conſil.27. num.16. Roland. conſil.2. num.157.
76 *lib.1.* quemadmodum etiam ſi eſſet facta violen-
to hæc clauſula ei non ſuffragaretur idem *Rolandus*
conſil.6.num.35.& conſil.36.num.36.lib.3.Gamb. de
offic. de legat. lib.10. num.307. Quando vero Prin-
77 ceps veriſimiliter habuit notitiam rei confirma-
tæ, tunc clauſula hęc plenum operatur effectum.
Petra de poteſt. Princip. cap.32. quæſt. de Clauſ. ex
certa ſcientia, num.16. Rota deciſ.36.num.5.part.2.
diuerſ.

78 *Et poteſtatis plenitudine*, &c.hæc clauſula eſt reli-
quis duabus fortior. *Roland. conſil.61.nu.46. lib.3.*
omnes tamen tres ſimul iunctæ multum operan-
tur, & diuerſos effectus, clauſula enim motu pro-
prio operatur: quod Princeps non dicatur obrutus
importunis precibus. Ex certa ſcientia, quod non
dicatur circumuentus ex falſa partis narratione.
De plenitudine poteſtatis, ſupplet quemcum-
que defectum non tam ſolemnitatum, quam ſub-
ſtantialium.

Sed hic occurrit prolixa quæſtio. Vtrum clau-
ſula de plenitudine poteſtatis tollat Regulam de
iure quæſito non tollendo, quæ quia ſatis contro-
uerſa, & fortaſſe difficilis, diſputabitur ſeorſim in
calce præſentis §.

A noſtrarum Dohanarum, ac reliquorum Da-
tiorum, Gabellarum, pedagiorum, vectigalium,
impoſitionum, & onerum tam realium, quam perſo-
nalium præſtatione, & ſolutione liberamus, &c.
præſtatio reſpondet oneribus perſonalibus, ſo-
lutio oneribus realibus, & licet omnia hæc
vocabula vulgo confundantur, immo videan-
tur confundi ab ipſo Iureconſulto in leg. inter
publica. 17. ff. de Verborum & rerum ſignific.
79 diſtant tamen inter ſe, ſi propriè loqui velimus,
vt per *Caſſan. in Conſuetudin. Burgund. titul. de*
Gabellis. Datium enim eſt onus reale, quod
80 ſoluitur pro re mercantili, & mercibus exoti-
cis. Gabella vero eſt impoſitio facta à Principe
81 omnibus rebus venalibus, etiam non exoticis.
Pedagium eſt onus quod ſoluitur a tranſeun-
tibus

tibus in loco à Principe deſtinato. Ray: in ſum-
82 ma de rapto in rubr. de pedagijs,& theloneis. Ve-
ctigal vero eſt onus quod alio vocabulo dicitur
portorium,onus videlicet,quod imponitur vehicu-
lationi,ſiue ea fiat Nauibus Mari,ſiue Rhedis,car-
ris, & animalibus, terra, & quia horum onerum
plures ſunt ſpecies, vt collectæ, ſubſidia, & aliæ,
quas longum eſſet recenſere, Papa voluit,eas om-
nes compræhendere ſub nomine impoſitionum,
& onerum.

*In proprijs eorum domibus Capellam ad id decenti
loco, ac ab Ordinario loci approban. habere & in ea*
83 *Miſſam per quemlibet Sacerdotem, ſine tamen Iu-
rium Parochialium præiudicio, ac non in feſto Reſur-
rectionis, &c. vna cum familia, & ipſis inſeruienti-
bus audire*, &c. De Capellis in domibus priuatis
diſponit Conc. Trident. ſeſſ. 22. cap. Vnic. de celeb.
Miſſæ, vbi Eminentiſſimi Interpretes declarant
mihi, num. 8. huiuſmodi licentias Apoſtolica au-
ctoritate conceſſas ab Ordinarijs reuocari non
poſſe, debere tamen per eoſdem viſitari, vtrum
decenti loco poſitæ ſint. Ordinarij tamen propria
auctoritate hanc licentiam concedere non poſ-
ſunt, ſed, vt habet declaratio mihi nu. 13. ad idem
caput Vnicum. Ordinarij arbitrio permittit Pon-
tifex perſonarum, & infirmitatis qualitate penſa-
ta, vt pro infirmorum commoditate in priuato
Oratorio, vel altari ad hoc deputato facultatem
celebrandi concedat. Quod tamen ita intelligen-
dum, vt ſi revera locus decens ſit,& altare vt opor-
tet ornatum,tunc non ſit locus arbitrio Ordinarij
pro denegatione licentiæ, vt habet ibidem alia de-
claratio mihi, num. 14. *Ordinarius debet dare licen-
tiam Marchioniſſa, vt poſſit facere celebrari Miſſam in
Oratorio, quod propter ætatis, & valetudinis incom-
moda in aula ſui Palatij honeſto, & opportuno loco
ſita, ad Sacræ Miſſæ vſum extruendum curauit, quod
occluſum teneat, ſicuti Sacrificij, quod ibi agendum eſt
dignitas poſtulat*. Sic reſponſum fuit Archiepiſco-
po Iannen. Et hoc caſu poterit Miſſa celebrari, tam
per Regularē, quam per Sęcularē Sacerdotem iux-
ta textum Concilij ſubintellige ab Ordinario ap-
probatum, cuius etiam, & Eccleſiæ Parochialis
præſeruatur ius, quod quale ſit interpretatur ibid.
per declarationem mihi, nu. 18. licentia celebran-
di Miſſam in Oratorio, vel Eccleſia de nouo fabri-
cata dari non debet, niſi cum clauſula ſaluo iure,
& ſine præiudicio Eccleſiæ Parochialis, hoc autem
præiudicium intelligitur de his, quæ ſpectant ad
Sacramentorum adminiſtrationem, & ad alia, quæ
ipſi Parochiæ de iure debita attinent, in alijs vero
non, &c: Ex qua declaratione liquet vocabulum
Parochi in priuilegio eſſe ſine effectu ſuperaddi-
tum, cum nullum poſſit conſiderari ius Parochi, ni-
ſi reſpectu Eccleſiæ.

Ac non in feſto Paſchatis, &c. ſola hæc ſumma
feſtiuitas excipitur: quia non eſt permiſſa celebra-
tio in Capella priuata, in hoc priuilegio, quod eſt
valde amplum, cum regulariter in Breuibus quæ
concedunt huiuſmodi licentias celebrandi exci-
piant nominatim feſtiuitatem Paſcatis, Penteco-
ſtes, & Natiuitatis Sanctiſſimi D. N. & deinde ge-
nerice, ac reliquis ſolemnioribus anni feſtiuitati-
bus, &c. quæ ſolennioritas rurſus remittitur arbi-
trio Ordinarij, quod poteſt cauſare aliquam con-
fuſionem, nam ſi nobilis quidam de feſto Apoſto-
lorum dubitet, vtrum ſit de ſolennioribus, & Epiſ-
copus ita determinet, poterit hac ratione Ordina-
rius excipere omnes feſtiuitates quæ feriantur, &
nihilominus conueniens eſt, vt ſolenniores feſtiui-
tates magis honoret populi ad Eccleſiam concur-
ſus, vnde difficillime huic difficultati poteſt oc-
curri, nam vix eſt poſſibilis enumeratio feſtiuita-
tum ſolenniorum, cum ſingulæ Prouinciæ, immo
Ciuitates habeant quaſdam ſolennitates particu-
lares, quæ alibi non ſolemnizantur.
84 *Vnà cum familia, & ipſi inſeruientibus audire*, &c.
adeo vt ſi illi ſacro in die feſtiuo quis intereſſet non
ſeruiens, non ſatisfaceret præcepto, quod tamen li-
mitandum in Capellis priuatis Cardinal. quia ipſi
ſunt Ordinarij in eorum domibus: nam ſi cuiquam
85 liceret adeſſe ſacro priuato deſtituerentur populo
Eccleſiæ, & propterea non ſolet concedi huiuſmo-
di licentia ſine cauſa, nempe infirmitatis, vel ſenij,
& excipiuntur feſtiuitates ſolenniores, quando vi-
delicet non imminet aliqua neceſſitas, quæ ſi im-
mineat, nec quidem feſtum Paſchatis excipitur;
aliquando etiam conceditur ſine cauſa huiuſmodi
86 licentia pro perſonis magna dignitate pollenti-
bus, & vbi adeſt conſuetudo non exeundi domum,
etiam ſi alia nulla adſit neceſſitas, prout pro In-
fante Portugalliæ reſcripſerunt Eminentiſſimi In-
terpretes mihi num. 17. *Infans nobiliſſima mulier
Portugalliæ, cum per conſuetudinem non poſſit ipſa,
neq; eius familia domo exire ad Miſſam, poſſit, & li-
ceat ſibi, & familia in Oratorio eam audire; conceſ-
ſum id fuit ſine tamen præiudicio Parochiæ*, &c. Et
quicquid ſit an cōſuetudo generalis excuſet à prę-
cepto Eccleſiæ audiendi Miſſam in diebus feſtiuis,
ſanè Eminentiſſimi Card. negotijs Epiſcoporum,
& Regularium Præpoſiti noluerunt quicquam cō-
tra generalem conſuetudinem in hac materia re-
ſcribere, vt ex ſequenti exemplo; Marcus Antonius
de Dominis, q. Archiepiſcopus Spalaren. deinde
miſerabilis, & infamis hæreticus, ac Eccleſiaſtica
cenſura digne damnatus, de anno 1602. ni fallor
aut 1603. cum repperiſſet conſuetudinem in Ciui-
tate Spalatenſi, qua Virgines æternum intra do-
mus penetralia latent, vt pedem non efferant, &
per conſequens nec Eccleſiam diebus feſtis adeāt,
vt Sacrum audiant, adegit ipſas ad ſacri auditio-
nem ſub pœna excommunicationis latæ ſententię.
Ciuitas habuit recurſum ad prædictam Congrega-
tionem, excipiens de generali, & inueterata con-
ſuetudine, eaq; reſcripſit Archiepiſcopo, vt decre-
tum ſuum reuocaret; ipſe tamen noluit obedire,
licet Eminentiſſimi Patres iteratas ter, & quin-
quies ſuper eadem re ad eundem dederint litteras,
87 vt vidi in libris d. Sac. Congregationis negotijs E-
piſcoporum, & Regularium Præpoſitæ, ex quo li-
quido apparet & de illo tempore virum hunc ne-
quam, pernicioſos geſſiſſe ſpiritus. Sed reuerta-
mur ad licentias celebrandi in Oratorijs, & Capel-
lis priuatis, quæ adeo exercuerant, vt Ordinario-
rum plures audirentur quærelæ inter alios Archie-
piſcopi Ianuen., conquerentis de praua conſue-
tudine Ianuenſium, qui licentias huiuſmodi ſub
prætextu ægritudinis impetrant, & tam ægri quam

valentes contra decreta Conc. Trident. Miſſas do-
mi audiant, cui fuit reſponſum, vt habet declara-
tio mihi num. 16. *vt nemini qui poſſit ad Eccleſiam ire
id permittat, in caſu tamen neceſſitatis concedat arbi
trio ſuo, modo celebretur in Oratorio, vel Altari ad id
miniſterium conſtituto.* Qua propter de anno 1616.
ſub 9. Martij de mandato fel. rec. Pauli V. Congre-
gatio Eminentiſſimorum Cardinalium Interpre-
tum Concilij omnes licentias celebrandi in Ca-
pellis, & Oratorijs priuatis reuocarunt, & tunc in-
88 ſtituta fuit Congregatio Oratoriorum, in qua exa-
minantur prius petitiones huiuſmodi licentiarum
celebrandi in Capellis, nec deinceps aliqua, niſi
magna de cauſa Pontifici nota conceditur, quæ a
d. Congregatione probata non ſit, an antem ſub
huiuſmodi reuocatione fuerit etiam compræhen-
ſum priuilegium hoc, de quo agimus Illuſtriſſimi
D. Marchionis? exiſtimo non fuiſſe compræhen-
ſum: quia decretum loquitur de licentijs ad vitam
89 impetrantis, ſeu durationis morbi, non autem de
priuilegijs perpetuis; quæ nunquam cenſentur re-
uocata, niſi hoc expreſſe fiat *Federic. de Senis conſil.
133. propè finem Anchar. conſ. 161. num. 3. Rota dec.
139. nu. 5. & 6. p. 2. diuerſ. Menoch. de præſumpt. lib. 6.
præſumpt. 37. nu. 7.*

*Quod ſubditi, ac incolæ, & habitatores d. Caſtri
Biſſani nunc, & pro tempore exiſten. pro quacumque
cauſa ciuili, etiam vigore obligationis Cameralis in d.
Caſtro non in Vrbis Tribunalibus in prima inſtantia
90 cõueniri poſſint, &c.* Quoad cauſas ordinarias eſt de
iure communi, quod non Dominus feudi ſed Vaſ-
ſallus cognoſcat in prima inſtantia in cauſis ſubdi-
torum. *Roſental. de feud. c. 5. concluſ. 5. nu. 4. & litte-
ra C.* & hoc nullum continet priuilegium, quod ve-
rò ſpectat ad obligationes Camerales illud ſatis
91 magnum eſt priuilegium: quia A.C. iuxta ſuas fa-
cultates in obligationibus Cameralibus habet præ-
uentionem, de quibus per Saluſtium in praxi, *c. 9.
Galleſ. ad oblig. Cam. quæſt. 7. nu. 3. & Zacchias ibid.
quæſt. 2. num. 22. & 23.*

*Eidemq; Vincentio, & ſucceſſoribus prædictis, fa-
mulis, miniſtris, &c. tam per d. Vrbẽ, quam quæuis Sta-
tus Eccleſiaſtici loca quæcumque armorum tam defen-
ſiuorum, quam offenſiuorum genera deferre libere poſ-
ſint bannimentis non obſtantibus, concedimus.* Dela-
92 tioni armorum duplicia obſtant bannimenta ge-
neralia videlicet totius ſtatus Eccleſiaſtici com-
munia edita per Eminentiſſimum, & Reuerendiſſi-
mum Franciſcum Cardin. Barberinum d. ſtatus ſu-
perintendentem, & particularia Vrbis Romæ quæ
ęduntur per Reuerendiſſimum D. Gubernatorem.
Prima §. 20. ſic habent. *Parimente vuole, ordina, e
commanda, che neſſuna perſona di qual ſi voglia, &c.
ardiſca doppo il preſente giorno portare, ne far portare
alcuna ſorte d'armi offenſiue, ò defenſiue ſotto pena del-
la perdita di quelle, e di trè tratti di corda in publico,
& di ſcudi 25. ſe ſarà di giorno, e di pena duplicata
ſe ſarà di notte:* altera poſtremo per Reuerendiſſi-
mum D. Hieronymum Grimaldum Vrbis Guber-
natorem edita §. 3. eadem fere habent verba *ſi
prohibiſce eſpreſſamente la delatione d'ogni ſorte d'ar-
mi, tanto offenſiue, quanto defenſiue ſenza licenza de
ſua S. RR. ſotto la pena della perdita delle armi d'ap-
plicarſi à gl'Eſſecutori, e di tre tratti di corda, e 25. ſcu-
di ſe ſarà di giorno, e ſe ſarà di notte ſcudi 50. d'oro ol-
tra tre tratti di corda, & in particolare s'intenda pro-
hibito il portar ſtorte, piſtoleſi, meze ſpade, raſoi di
qualſiuoglia qualità, tanto dentro di Roma, quanto
fuori ſotto pena della perdita di dette armi di tre trat-
ti di corda, ò della galera, per ſett'anni ad arbitrio.*
93 Hæc bannimenta ſunt iuri communi conformia,
de iure enim Digeſtorum puniebatur non ſolum
qui arma foris ferebat, ſed qui domi ſeruabat pœ-
na l. Iuliæ de Vi publica, vt eſt textus in *l. 1. ff.* ad l.
Iul. de Vi pub. videlicet pœna deportationis; exci-
piebantur, tamen delatores, qui venationis cauſa,
aut itineris ea deferebant, & aſſeruatores, qui do-
mi ſeruabant, cauſa commercij, aut propter neceſ-
ſariam defenſionem ſuæ ſalutis, vt l. 2. & l. penulti-
ma eodem tit. Ius vero Codicis indiſtincte prohi-
bet portari arma abſq; licentia Principis eſt textus
in leg. vnica C. vt vſus armorum, excipiuntur præ-
poſiti Sacri Cubiculi, vt l. fin. C. de præpoſ. Sacr. Cu-
bic. lib. 11. De iure Authenticorum etiam indiſtin-
cte prohibetur, non ſolum armorum delatio, ſed &
eorũ aſſeruatio ſed ea quoties opus erat, ſumi de-
bebant ex armario Principis §. prohibemus. §. hanc
igitur in Authen. de armis. Conſtantinopolis Vr-
bis. Romæ in tuenda diſciplina politica ęmula nul-
li. vel vnius cultelli, etiam ſummo exercitus duci
delationem permittit, vt ſuprà; notaui de delatione
armorum, plura *Menoch. de arbitrar. Iud. lib. 2. cent.
4. caſu 393. Caſſan. in Conſuet. Burgund. Rub. 1. n. 108.*

Breuibus ſclopis, archibuſettis nuncupatis
exceptis. De his loquuntur bannimenta genera-
lia Status Eccleſiaſtici §. 22. *Ricorda parimente
Sua Signoria Illuſtriſſima la prohibitione di portare,
ò tenere in caſa, fare, ò accommodare, archibugetti
prohibiti ſotto pena, della vita, confiſcatione de be-
ni, & altre pene contenute nel motu proprio di Pio IV.
& V. che ordina ſi proceda anco* per inquiſitionem,
& in ogni miglior modo. Conſtitutio vero Pij IV.
eſt in Bullario nouo in Ordine 49. vbi delationem
prohibet ſub pœna Læſæ Maieſtatis, & rebellio-
nis. Conſtitutio vero Pij V. eſt in eodem Bullario
nouo in Ordine. 145. quæ non ſolum innouat
Conſtitutionem Pii IV ſed etiam eandem pœnam
extendit ad detinentes, & ſeruantes huiuſmodi ar-
ma penes ſe; Bannimenta vero Gubernatoris Vr-
bis §. 7. ita habent. *In oltre ordina, e commanda
che neſſuna perſona di qualſiuoglia, &c. ardiſchi por-
tare ne tenere in caſa, ò vero in bottega, ne in altro luo-
go, ne fabbricare, ò raccommodare archibugetti, à
rota, che non habbino la canna longa due palmi giuſti,
&c. ſotto le pene contenute nelle Bolle di fel. re. di Pio
IV. & Pio V.*

Poſſet hic quæri, vtrum pœna dictarum Con-
ſtitutionum pro contrauentione in delatione hu-
iuſmodi armorum ſit exceſſiua, & nimis rigoroſa,
adeo vt delicto non correſpondens poſſit dici ini-
qua? præſertim cum pro ipſa iure antiquo vt ex
ſupradictis ad ſummum imponeretur pœna de-
portationis. Sed reſpondendum pro vno deli-
cto poſſe imponi grauiores pœnas pro locorum
qualitate, & differentia, hine videmus bannimenta
magnarum Ciuitatũ eſſe rigoroſiora, quam in Ciui-
tatibus minoribus quia in illis ſit maior occaſio
delinquendi, & ad compeſcendam multitudinẽ vn-
dequaq;

dequaq; ex diuerſis nedum Prouincijs, ſed nationi-
bus, & linguis confluentem, opus eſt magno rigo-
re, adeo vt poſſit Princeps pro delatione armorum
inſolitorum grauiores pęnas imponere. *Ioan. Vinc.
de Anna in repet. Conſtit. ſi quis, nu. 8. & 9.*

Secundò poſſet quæri, vtrum ſub hoc priuilegio
compræhendatur facultas deferendi pugiones ſti-
lettos, & alia arma ſimilia, quæ veniunt nomine
prohibitorũ, ratio dubitandi eſt, quod Pontifex ex-
cipit ſolum Archibugettos, quæ quidem exceptio
fuit propria manu per Pontificem in minuta Breuis
appoſita, adeovt dubitari non poſſit de certa ſcien-
tia totius priuilegij, & regula eſt, quod exceptio
prohibitionis in reliquis permittit *l. cum pretor ff.
de Iureiur. leg. nam quod liquide §. fin. ff. de pen. leg. l.
quæſitum §. denique; ff. de fund. inſtruct.* è contrario fa-
94 cit, quod priuilegium nō dicat etiam ea, quæ pro-
hibita dicuntur, vnde videtur reſtringendum ad ea,
quæ veniunt ſub generali permiſſione: non autem
ad ea, quæ ſpeciali indigent diſpoſitione, prohibi-
95 tio enim particularis ſuperaddit aliquid vniuer-
ſali. *Alex. conſil. 155. num. 4. lib. 2.* præſertim cum
vtraq; bannimenta adæquent delationem pugio-
num, & ſtilettorum, delationi archibugettorum, &
velint delatores teneri pari pœna contenta in Cō-
ſtitutionibus Pij IV. & Pij V. Generalia quidem d.
§. 22. *Et medemamente la probibitione ſotto le mede-
ſime pene di portar pugnali, & altre armi compreſe in
detta Bolla di Pio V.* Particularia etiam Vrbis §. 9.
*probibiſce, che niuno poſſa portare pugnali, ne ſtiletti,
ò cortelli con la punta, & ogn'altra ſorte d'armi di mi-
nor miſura di trè palmi, eccettuato colselli da tagliar
pane, che debbano eſſere di longhezza d'vn palmo, ſot-
to l'iſteſſa pena della forca, & altre contenute nelle det-
te Bolle di Pio IV. & Pio V. Ne ſcuſerà il preteſto di
qual ſi voglia priuilegio,* etiam *di militia, ò altro ſerui-
tio di Giuſtitia, ò del Prencipe;* hæc autem pœna de-
lationis pugionum, & ſtilettorum de tempore Cle-
mentis priuilegium concedentis non erat adæqua-
ta delationi archibugettorum, ſed extenſa de tem-
pore Pauli V. Vnde de tempore conceſſionis non
vigebat eadem ratio, quæ hodie, immo ſi pugiones
fuiſſent de rempore Clementis, in eadem particu-
lari prohibitione eos pari ratione excepiſſet. Vnde
crederem, delatorem pugionum hoc priuilegio
96 non eſſe tutum, non quidem ideo, quod banni-
menta reuocent priuilegia: quia hoc debet intel-
ligi de priuilegijs generalibus non particularibus,
habentibus clauſulas derogatoriarum derogato-
rias, de quibus mox dicemus: ſed quia prohibitio
vtriuſq; eſt effecta eiuſdem rationis, quo caſu non
cenſetur vnum prohibitum, & alterum conceſſum
*Bald. in l. executorem, num. 11 verſic. ſed in donatione
C. de execut. rei Iud. Rom. in leg. mortis num. 3. verſ.
item non obſtat de mor. cauſ. don. Gabriel. conſil. 144.
num. 47. lib. 2.*

Videtur periculoſum: quod ſubdunt bannimen-
ta, *& ſi procederà per inquiſitione*; tam quoad de-
97 lationem, quam quoad aſſeruationem armorum
prohibitorum; ad delationem quidem: quia ban-
nimenta reſtringunt prohibitionem ad certam mi-
ſuram de qua difficile ex vnico intuitu eſt depone-
re, vt notat modernus Scholiaſtes ad ſæpè dictam
Conſtitutionem Pij V. ad aſſeruationem, etiam in
domo adhuc magis quia poſſunt arma prohibita
per inimicum hominem ſupponi vt accidiſſe per-
cepi in principio Pontificatus Sixti V. quo tempo-
re Laurentius quidam Lentius Neapolitanus de-
peribat nobilem matronam Romanam, quæ cum
pudicitiam ſuam vni dicaſſet viro, nec aures præ-
beret Laurentio, virum infami commento de me-
dio tollere decreuit, tanquam vnicum libidinis ſuæ
obſtaculum, proiecit igitur in Conclaue Viri duos
huiuſmodi archibugiettos illicoque, pandit Satel-
litibus Curiæ aſſeruari in Conclaui N. archibugiet-
tos, rem facerent, & acturum delictum perquire-
tent. non defecerunt Satellites Officio, in domum
irrumpunt, ac cubiculum deſignatum, reperiunt-
que quod ipſis fuerat expoſitum illico virum ne-
gocijs ſuis intentum, in publico capiunt, ac car-
ceri mancipant, vbi hæret per plures dies. Ve-
rum quia cum ipſe eſſet, & probæ conſuetudinis,
& nihil eum peccaſſe Iudices cognoſcerent dete-
cta tandem eſt fraus Laurentij, qui breui captus, &
laqueo ſuſpenſus proditionis luit pœnam.
98 *Quodque cauſæ, propter quas emanarunt in dicta
Camera, vel alibi iuſtificata non fuerint,* &c. aliàs
enim apponenda fuiſſet clauſula. Videat Came-
ra, vt notatur per *Mandoſ. dict. titul. confirmatio-
nes, verſic. in materia tangente*, quæ ſemper ap-
ponitur vbicumque poteſt eſſe aliquod intereſſe
Cameræ.

Eſſent hic examinandæ reliquæ clauſulæ quibus
vidimus hoc priuilegium muniri; ſed quia quæren-
dum omnino, an priuilegium, de quo agimus ve-
niat ſub Conſtitutione Sanctiſſimi Domini No-
ſtri Vrbani VIII. reuocatoria priuilegiorum ius
Cameræ quomodolibet tangentium, omnes hæ
clauſulæ, earumque vires examinabuntur in hac
quæſtione.

QVÆSTIO VIII.

An priuilegium habens derogatoriarum
Derogatorias, & in vim pacti cauſa verè
oneroſa, & quod de toto tenore, &c.
aliaſque omnes clauſulas, quæ ad firmi-
tatem conducunt, & excogitari poſ-
ſunt compræhendantur ſub Conſtitu-
tione Vrbani VIII. reuocatoria priui-
legiorum. Cam. Apoſtolicam quomo-
dolibet concernentium.

SAnctiſſimus D. N. Vrbanus VIII. Sanctione
perpetuo valitura, omnia priuilegia, etiam ſæ-
pius confirmata Cameram ſuam quomodolibet
tangen. per prædeceſſores ſuos conceſſa Vniuerſi-
tatibus Principibus, Marchionibus, &c. quomodo-
cumque etiam in recompenſam, laborum, damno-
rum, paſſorum, expenſarum, & meritorum, ſeu
illorum intuitu, & alia quantumvis vrgentiſſima,
ac de neceſſitate exprimenda cauſa ſub quibuſ-
cumque tenoribus, quorum tenorum verba pro
expreſſis habeantur, vt in d. Conſtitut. §. præterea
reuocauit, & annullauit. Et deinde in §. Poſtre-
mo, &c. licet priuilegia huiuſmodi ex cauſa con-

gruæ ſolutionis pecuniarum tollere non intendat;
tamen, vult ea citato commiſſario in Camera iu-
ſtificari, & probari; irritum, &c. non obſtan. de iu-
re quæſito non tollendo regula, & confirmationi-
bus ſpeciali nota & mentione dignis, etiam in vim
contractus iurati, cameraliq; obligatione vallati
cum clauſulis ampliſſimis derogatoriarum dero-
gatorijs, prout ex d. Conſtitut. ſub Datum xij. Kal.
Nouembris. Anno ij.

99 Dubium erat, an priuilegium, de quo ſupra, cu-
ius ampliſſimas clauſulas lectori placebit denuo
percurrere compræhendatur ſub hac Conſtitutio-
ne. Et primo quidem certum eſt, ea non excipi
per ipſum ſtatuentem per verba illa *quæ conceſſa
ſunt ex cauſa vere onero ſa tollere non intendimus*, &c.
nam licet priuilegium de iure ex cauſa oneroſa di-
catur, quando cum ipſo habet commenſuratio-
nem expenſa, de qua hic teſtatur Clemens conce-
dens, vt per *Dec. conſil. 292. num. 7. & Tiraquell.
in leg. ſi vnquam verſic. donatione largitus, num. 335.*
tamen hoc non videtur applicabile caſui noſtro,
vbi ſtatuens expreſsè diſponit, commenſurationem
non eſſe faciendam per ſeruitia, & damna paſſa,
ſed per congruam ſolutionem pecuniarum, vnde
licet priuilegiatus mutuum dederit cameræ, &
inde damnum receperit, damnum tamen iſtud non
poteſt dici congrua pecuniarum ſolutio.

Secundò licet priuilegium contineat deroga-
toriarum derogatorias, & quod de ea in reuoca-
tione debeat fieri mentio ſpecialis, & clauſula
quorum tenores in reuocatione appoſita non ope-
100 retur expreſſam, & indiuiduam mentionem. *Fe-
deric. de Senis conſil. 133. num. 3. verſic. Quod Papa
ſenſerit. Pariſ. conſil. 144. nu. 13. lib. 4.* tamen con-
101 cluſio procedit, niſi appareat de contraria mente
Papæ, vt dicit *Rota decis. 137. nu. 1. verſ. niſi de mente
contraria Papæ p. 1. diuerſ.*

102 De mente contraria Papæ ſatis videtur con-
ſtare per clauſulam etiam ſi de illis, eorumq; totis
tenoribus ſpecialis, & indiuidua, ac de verbo ad
verbum mentio facienda eſſet, *Rota deciſ. 87. nu. 4.
part. 2. recent. & coram Ludouiſ. deciſ. 109. num. 10.
vbi addit, num. 14.*

103 Quibus non obſtantibus exiſtimabam pro
non reuocatione reſponderi poſſe: pro fundamen-
to ſumebam, quod priuilegium idem operatur in
priuilegiato ac in reliquis ius commune *Rota de-
ciſ. 641. par. 1. diuerſ. nu. 12.* vnde inferebam, quod
quemadmodum Conſtitutio generalis noua de-
bet interpretari, vt minus corrigat veterem, quam
104 poſſibile ſit *cap. cum dilectus vbi notat Butr. &
alij de Conſuetud. leg. vt gradatim §. & ſi lege de Mu-
ner. & honor. Gozad. conſil. 29. num. 5.* & licet vtatur
105 terminis vniuerſalibus, nihilominus recipit de-
clarationem paſſiuam à iure communi latè *Gabr.
de leg. concluſ. 1. per totum*, ita etiam Conſtitutio re-
uocatoria priuilegij ſtrictè eſt interpretanda, &
pro non reuocatione quando aliquod poteſt con-
ſiderari dubium. *Federic. de Senis dict. conſil. 133.
propè finem, verſic. item in dubio. Calder. conſil. 11. de
106 priuileg. verſic. præterea negari non poteſt, Pariſ.
conſil. 61. in fin. lib. 2.* licet enim in fieri priuilegium
dicatur odioſum poſt conceſſionem tamen eſt fa-
107 uorabile & odioſa ipſius reuocatio, *Gonzalez ad
reg. 8. §. 6. proem. num. 18. & 19.* & ſic ad proban-
dum reuocationem requiritur probatio exactiſſi-
ma *Rota deciſ. 468. num. 1. cum ſequentibus part. 1.
108 & deciſ. 139. num. 5. & 6. par. 2. diuerſ. Menoch. de
præſumpt. lib. 6. præſumpt. 37. num. 7.* alioquin enim
ſemper ſuberit aliquod dubium, de quo per *Feder.
de Senis d. conſ. 133.* & alios allegatos, quod obſta-
bit præſumptioni reuocationis.

Probatio vero exacta reuocationis in caſu no-
ſtro non videbatur adeſſe, immo potius contra-
rium elici ex verbis Conſtitutionis reuocatoriæ,
& ex non compræhenſione, ſiue omiſſione caſus
priuilegij, de quo agimus; ex verbis expreſſis qui-
dem quia Papa vltra cauſam oneroſam in §. po-
ſtremo excipit ne dum conceſſiones ex cauſa one-
roſa congruæ ſolutionis, ſed etiam ex alijs ratio-
nabilibus per ipſum, & ſucceſſores ſuos cogno-
ſcendis, rationabilem autem cauſam priuilegij
tribuunt benemerita, ita vt Princeps illud ſine
cauſa non poſſit reuocare. *Curt. Iunior. conſil. 174.
109 num. 4. Dec. conſ. 186. num. 4 verſ. ſed tamen*, quos
ſequitur *Gonzalez Gloſſ. 9. §. 2. num. 20. Roman. conſ.
436. verſic. Item quando priuilegium conceſſum eſt ob
remunerationem.*

Nec videbatur obſtare, quod Papa in §. præte-
rea in fine compræhenderit ſub reuocatione priui-
legia conceſſa ob benemerita damna paſſa, &c.
quia cum poſtea excipiat cauſas rationabiles: in-
terpretatio ſumi debet, vt prior diſpoſitio intel-
ligatur quando non adeſſent re vera benemerita,
ſed illa tantum tribuuntur in vim priuilegij: non
quando vt hic ipſa facta enumerantur, quæ red-
dunt cauſam priuilegij rationabilem, adeo vt de
præiudicio ſimiliter priuilegiati Papa non videtur
diſpoſuiſſe *Gonzalez dict. Gloſſ. 9. §. 2. numer. 20.
Federic. de Senis Menoch & alij ſupra allegati* alio-
quin enim diſpoſitio poſterior nihil operaretur,
immo conſtitutio eſſet ſibi ipſi contraria: quia ſi
probabilis cauſa non eſt meritum, damnum paſ-
ſum, expenſa, & demum titulus oneroſus, & con-
tractus iuratus, nihil ſupereſt, quod poſſit dici
cauſa probabilis.

110 Veritas meritorum ex aſſertione Papæ priui-
legio inſerta perſonam ſuam tangente vt de ſcien-
tia facti dubitari non poſſit, liquido elicitur, nam
mutuatus Pontifici per multum temporis vltra
200. m. Cameræ, & Pontifici, quæ ſi aliunde fuiſ-
ſent accipienda, perſoluenda itidem fuiſſet vſu-
ra, quod in idem incidit, ac ſi Cameræ ſoluiſſet
pecuniam numeratam, ob quam competit pri-
uilegium irreuocabile *Gomez. ad leg. Tauri 43.
num. 3. Rebuffus in regula de iure quæſito non tollen.
Gloſſ. 6. numer 16. Aymon. conſil. 241. & num. 10.
Gabriel. dict. titul. de iure quæſito non tollen. con-
cluſ. 5. num. 5.*

Secundò videtur probari non reuocatio pri-
uilegij ex omiſſione caſus priuilegiati. Deroga-
111 toriæ enim derogatoriarum non tollunt omnia
ſi plura obſtent non expreſſa *Seraphin. deciſ. 433.
num. 8. & num. 14.* Derogatoriæ vero Conſtitutio-
nis reuocatoriæ non exprimunt caſum in vim pa-
cti iurati compræhenſum in priuilegio. *Aymon.
Gabriel. Rebuff.* & alij ſupra allegati ſæpius reſol-
uit Rota coram *Seraphino deciſ. 1271. numer. 2.*

& deciſ.

& deciſ.1293. num.2. & deciſ.2082. num.3. & de-
ciſ.351. num.6.

Non obſtat ſi dicatur immo conſtitutionem
reuocatoriam in §.non obſtantibus, &c. exprime-
re caſum in vim pacti iurati, & obligatione Ca-
merali vallati: quia reſpondetur, quod conſtitu-
tio reuocatoria duas habet partes, prior continet
112 reuocationem omnium, & ſingulorum priuile-
giorum, quæ terminatur in fine §. nec non ſimilis,
memoriæ ibi ſtatuimus, & ordinamus, &c. Alte-
ra continet exceptiones à reuocatione, quas ita
exceptas vult produci in Camera, quæ exceptio
incipit in §. per prædicta autem, &c. cui imme-
diate ſubijcitur §. non obſtantiarum continens
derogationem pacti iurati, ex quo non poteſt in-
ferri, quod pactum iuratum veniat ſub reuocatio-
ne ſimpliciter contenta in priori parte conſtitutio-
nis, ſed ſub ſecunda parte, quæ ſtatuit, quod hu-
iuſmodi priuilegia produci debeant in Camera,
pactum enim etiam à Principe ſeruandum eſt,
nec illud tollere poteſt etiam de plenitudine po-
113 teſtatis. *Rota deciſ.161. num. 7. part. 2. diuerſ.*
& ſic non tollitur pactum verum per Conſtitutio-
nem reuocatoriam, ſed pactum fictum, & ſimula-
114 tum, de quo in eadem Conſtitutione §. cumque
nos, quod videlicet per præoccupationem, & ob-
reptionem potius extortum, quam gratioſè ob-
tentum, ex quo proemio colligitur mens ſtatuen-
tis, *Bartol. in leg. ambitioſa, num.27. ff. de decret. ab*
ord. facien. & cauſa finalis diſpoſitionis, Surdus poſt
alios conſil.224. num.12. lib.2. Menochius lib.6. præ-
ſumpt.2. num.2. & ſequentibus, Rota deciſ.99. nu. 1.
par.2. diuerſ.

Quæ interpretatio omnino ſumenda eſt, ne
inducatur in Conſtitutione in paucis verbis mani-
feſta contradictio: quia immediate poſt quam
conſtitutio excepit inueſtituras, cauſas oneroſas,
immemorabiles conſuetudines: ſubdit clauſulam
non obſtantiarum, quæ ſi denuo compræhendit ca-
ſus infra exceptos contradictio euitari non poteſt,
eadem enim diſpoſitio erit exceptio, & regula
corrigens & correcta.

Obijciebat toti huic diſcurſui D. Hippolitus
115 Merenda *deciſ. Afflict. 392. num.11.* vbi quod pri-
uilegium competens in vim pacti, ſiue contractus
non eſt verum pactum, aut verus contractus, ſed
pactum, & contractus priuilegiatus, adeovt dem-
pto priuilegio, nullum remaneat pactum, ſiue con-
tractus. Sed reſpondebam verum pactum, vt mox
116 oſtendi, neque per Principem de plenitudine po-
teſtatis tolli poſſe, vnde cum diſputetur vtrum
ſub reuocatione priuilegiorum in genere veniant
priuilegia in vim pacti conceſſa, ne inanis, & fru-
ſtratoria reddatur quæſtio, dicendum eſt, Docto-
res allegatos loqui non de vero pacto, ſed de pa-
cto æquipollente, nempe competente in vim pri-
uilegij, quod vt vidimus volunt non reuocari ſub
quacumque etiam generaliſſima, & ampliſſima
reuocatione, niſi in ſpecie hoc dicatur: quia dum
priuilegium de non pacto facit pactum, & qui-
dem iuratum, idem in hoc caſu operatur fictum,
ac verum, vt in materia priuilegij, ſiue præeminen-
tiæ conſuluit *Alexand. conſil.178. num.20. lib. 2.*
quem ſequitur *Natta conſil.282. num.9.* exemplifi-
cans in conceſſione priuilegij. Sane concordata
Germaniæ, & Eccleſiæ Leodien. cum Eccleſia Ro-
mana non ſunt proprie pactum, ſed pura priuile-
117 gia, nihilominus quia ex priuilegio habent vim
pacti, nunquam veniunt ſub reuocatione quantum
vis ampla, & generali, & derogatoriarum dero-
gatorijs fulcita, vt latè *Gonzalez ad reg.8. Gloſ.25.*
num.8. & ſeqq.

Ex quibus licet ego non dubitarem, priuile-
gium, de quo egimus ſub reuocatione non com-
præhendi, nihilominus motiuum D. Merende vi-
ſum eſt D. Vermiliolo, (qui ambo Eminentiſſimi
Viri huic cauſæ mecum aderant) releuans, vt ra-
tiones à me pro non reuocatione adductas reddi-
derit turbidas, qua propter concluſum conſultius
fore petere denuo præmiſſorum priuilegiorum
confirmationem, quam Sanctiſſimus Dominus
Noſter gratioſè conceſſit per Chirographum cum
expreſſa derogatione d. ſuæ conſtitutionis, quam
hic libet ſubijcere, vt omnem tradamus confirma-
118 tionis formam. *Monſignor Durazzo Noſtro The-*
ſoriere Generale; volendo noi far gratia, e fauore
particolare al Marcheſe Vincenzo Giuſtiniano Pa-
drone in temporalibus del Caſtello di Baſſano Dio-
ceſi di Sutri, quale s'è moſtrato ſempre deuoto
verſo queſta Santa Sede. Per la preſente di noſtro
moto proprio, certa ſcienza, e pienezza della no-
ſtra poteſtà Apoſtolica, confermiamo, approuia-
mo, & innouiamo, in tutto, e per tutto li priuilegi,
& eſſentioni etiam dalle Dogane, e Gabelle di Roma,
& altre ſpettanti alla noſtra Camera Apoſtolica
conceſſe al detto Vincenzo per ſe, & qual ſi vo-
glia ſucceſſori ſuoi, in detto Caſtello da Clemente
VIII. Noſtro Predeceſſore di fel. mem. & tutte
altre coſe contenute nel Breue del detto Clemente
à fauore del detto Vincenzo, ſotto la data di Lu-
glio dell'Anno 1604. e confirmati poi da Paolo
V. Noſtro Predeceſſore per ſuo Chirografo ſotto la
data delli 5. di Decembre dell'Anno 1610. & an-
co da Gregorio XV. etiam Noſtro Predeceſſore di
fel. mem. per ſuo Breue, ſotto la data delli 21. di
Giugno dell'anno 1621. li tenori de quali vogliamo
hauere, & habbiamo quì per eſpreſſi, & inſerti
di parola in parola, & di più facciamo gratia
al detto Vincenzo di tutto quello, che dalli Do-
ganieri di Roma, ò altri appaltatori, e Miniſtri
Camerali foſſe ſtato tenuto, e fatto debitore per
cauſa di Gabelle, e Dogane dal dì della data della
noſtra Conſtitutione reuocatoria dell'eſſentioni, e
gratie conceſſe in pregiuditio della noſtra Camera,
& delle Communità del noſtro Stato Eccleſiaſtico
fatta ſotto il dì duodecimo Kalend. Nouembris an-
no ſecundo, & ordiniamo à voi, che gli ne faccia-
te ſpedire qual ſi voglia Ordine, e Mandato, che
tale è mente Noſtra Volendo, che la preſente baſti
con la noſtra ſemplice ſottoſcrittione, e ſenza che
ſia ammeſſa, e regiſtrata in Camera, e nelli ſuoi
libri. E che contro di eſſa non poſſi eſſer dato de ſub-
reptione, obreptione, *nullità, ò difetto della noſtra*
intentione non oſtante le coſe predette: la Conſti-
tutione di Pio IV. Noſtro Predeceſſore de regi-
ſtrandis *la detta noſtra Conſtitutione reuocatoria,*
caſo che oſti, & qual ſi voglia altra conſtitutione,
& ordinatione Apoſtolica, e tutte le coſe, che li
detti

detti Clemente, Paolo, e Gregorio Noſtri Predeceſſori in detti Breui, e Chirografo reſpettiuamente banno voluto, che non oſtino, & tutte altre coſe che faceſſero in contrario, a' quali tutte bauendo il tenor di eſſe per eſpreſſo, & inſerto nella preſente à ſufficienza per queſta volta ſolamente deroghiamo, volendo, che ſopra di ciò anco ſe ne poſſi ſpedire Breue con le clauſule opportune. Dato nel noſtro Palazzo Apoſtolico di Monte Cauallo li 21. d'Agoſto 1629.

Vrbanus PP. VIII.

119 Hæc eſt forma Confirmationis per Chirographum: quod nihil aliud eſt, quam cedula noſtra propria manu ſcripta, vel ſubſcripta, & ſemper ſolet concipi lingua vernacula; ſubſcribitur tamen lingua latina: videlicet Vrbanus Papa VIII. quæ ſubſcriptio in Chirographo adijcitur in fine. In litteris in forma Breuis ponitur a principio, &
120 non ſcripta de manu Papæ. Chirographa non fiunt, niſi in materijs ſpectantibus intereſſe Cameræ, & ſolet apponi clauſula, Videatur in Camera, nec non alia, Iuribus noſtris, & Cameræ noſtræ ſemper ſaluis. *Mandoſ. dict. titul. Confirmationes. verſic. in priuilegijs vero*, &c. quæ non ſolum deficiunt in hoc priuilegio, ſed immo apponitur clauſula contraria videlicet, *ſenza che ſia ammeſſa in Camera ò ne ſuoi libri regiſtrata non oſtante la Conſtitutione di Pio IV.* Quæ conſtitutio in Bullario nouo eſt in ordine 98. qua ſtatuitur, quod omnia indulta gratiæ, licentiæ, & aliæ quæcumque conceſſiones quoquomodo, & qualecumq; minimum Cameræ Apoſtolicæ præiudicium, & intereſſe concernen. regiſtrari debeant in Camera, quæ Conſtitutio vulgo nuncupatur Bulla de regiſtrandis. In reliquis tenor Chirographi ſimilis eſt tenori Breuis. illud enim *Monſignor noſtro Theſoriere*, reſpondet Breui. Quo circa dilectis filijs noſtro, & Cameræ Apoſtolicæ Theſaurario Generali, &c.
121 et ita etiam reſpondent in clauſulis, quæ tamen in Breui, ſunt magis per extenſum propter clauſulam Chirographi *ſe ne poſſi ſpedire Breue con le clauſule opportune*. Demum notanda clauſula *non oſtante la noſtra Conſtitutione reuocatoria, caſo che oſti*, ex qua videre eſt, etiam Pontificem dubitaſſe, an priuilegium Clementis caderet ſub Conſtitutione reuocatoria, quod multum confirmat concluſionem, de qua ſupra, priuilegium videlicet ſub reuocatione non comprehendi.

Ex his non ſolum videtur explicata materia confirmationis Indultorum, exemptionum, & priuilegiorum, ſed etiam natura eorundem priuilegiorum vnde §. præſentem miſſum faciemus: ſi prius ſteterimus promiſſo circa quæſtionem, an & quando Confirmatio cenſeatur facta in præiudicium tertij. Quæ tamen commodius incidet in §. ſequentem tradito priùs quod Priuilegium ad Inſtar habet eandem vim, ac ſi fuiſſet conceſſum primitus, originariè & ab initio ſi perſona priuilegiata eſt capax priuilegij disertè, *Staphil. de litt. grat. sit. quibus modis expirent priuilegia nu. 7.*

SVMMARIVM.

Legitimationis facta à Comite Palatino, ſeu ab vniuerſitate ſolet peti confirmatio Apoſtolica, 1.
Confirmatio proprie cadit ſuper actu tertij, 2.
Legitimationis confirmatio facta per Papam ſolet fieri cum noua diſpenſatione, 3.
Forma confirmationis legitimationis ampliſſima, 4.
Clauſula quorum tenores latiſſime extenſa quid operetur, 5.
Papa quem titulum tribuat Principibus ſæcularibus, 6.
Principatus Sacri Imperij eſt præcipua dignitas, 7.
Filij adulterini qui dicantur, 8.
Filius præſumitur mariti, etiam ſi mulier eſſet ab adultero ſubacta, 9.
Clauſula teq; ad primæua iura legitimitatis reſtituo quid importet, 10.
Clauſula ſine præiudicio prolis legitimæ, quid operetur, 11
Clauſula citra præiudicium ſucceſſionum fidei commiſſarum prodeſt ne dum filijs, ſed etiam agnatis, 12.
Princeps poteſt legitimare illegitimum ad excluſionem legitimorum ad feuda in terris ſuis, 13.
Conſtitutiones Pij IV. & Pij V. contra illegitimos quid contineant, 14.
Poteſtatis plenitudo cui competat, 15.
Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt præiudicare vocatis ad fideicommiſſum, 16.
Princeps an ſalua conſcientia præiudicet tertio, 17.
Clauſula motu proprio ex certa ſcientia de amplitudine poteſtatis. Non obſtan. &c. ſimul iuncta inducunt præſumptionem, Principem voluiſſe præiudicare tertio, 18.
Gratia de ſui natura præiudicialis non indiget derogatione regulæ de iure quæſito non tollen. 19.
Derogatio regulæ de iure quæſito non tollen. an præiudicet quibuſcumq; vocatis, 20.
Clauſula de amplitudine poteſtatis non derogat regulæ de iure quæſito, 21.
Legitimatio in radice matrimonij præiudicat omnibus vocatis, 22.
Conſtitutio Pij Quinti contra illegitimos, an eos excludat totaliter ab Emphyteuſi Eccleſiaſtica tranſitoria ad extraneos, 23.
Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro hæredibus in perpetuum eſt tranſitoria ad extraneos concurrentibus coniecturis, 24.
Illegitimus non comprehenditur in Inueſtitura Eccleſiæ, niſi expreſsè dicatur, 25.
Eccleſia poteſt inueſtire ſpurios, 26.
Eccleſia in renouatione, de æquitate debet admittere proximiorem licet ſpurium. 27.
Et quando hoc procedat, 28.
Illegitimus poteſt acquirere Emphyteuſim Eccleſiaſticam, 29.
Illegitimus eſt incapax ſucceſſionis vniuerſalis in Emphyteuſi Eccleſiaſtica non particularis, 30.
Decij opinio circa ſucceſſionem illegitimi ad Emphyteuſim Eccleſiaſticam improbatur, 31.
Conſtitutio Pij Quinti contra illegitimos non inducit aliquod ius de nouo, ſed tantum reuocat facultates, & licentias teſtandi ad fauorem ſpuriorum, 32.

§. II.

De Confirmatione legitimationis.

SVnt plures Duces, Principes, Marchiones, & Comites Palatini in Italia, & extra eam qui ex priui-

priuilegio Apoſtolico, ſiue Cæſareo habent facul-
tatem legitimandi baſtardos, quemadmodum etiã
1 multæ Vniuerſitates, & Collegia, huiuſmodi legi-
timationum ſolent a Sede Apoſtolica peti confir-
mationes, vt notat *Mandoſ. in ſig. grat. tit. Confirma-
tiones in fine*, proſunt enim multum, vt ibi, & hæc di-
citur vera confirmatio, & propria; quam confirmans
2 dicitur dare, *Rota deciſ. 11. num. 8. de Iurepatr. in
Antiq.* confirmans vero actum proprium, ſeu præ-
deceſſoris eandem auctoritatem habentis, nihil
tribuit de nouo, vt ſupra oſtendimus, vnde licet
legitimatio facta per Comitem Palatinum ſimpli-
citer confirmaretur à Papa; nihilominus multum
illi accedit ex auctoritate confirmantis, quamuis
Papa ſemper ſoleat confirmare huiuſmodi legiti-
mationes cum noua diſpenſatione habilitatione
3 defectuum ſuppletione, & ampliſſima derogatio-
ne, vt *Mandoſ. d. tit. Confirmationes in fi. verſ. legitima-
tiones, & patebit ex ſequenti exemplo*.

» Gregorius Papa XV. Dilecte Fili ſalutem, &
» Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nu-
4 per feciſti, quod alias dilectus filius Nobilis Vir
» Albericus Cibo Malaſpina Sacri Romani Impe-
» rij, & Maſſæ Lunen. Sarzanen. Dioceſis Princeps
» ad preces qu. Annibalis de Blanchis Nobilis, &
» Senatoris Bononien., ac Terræ Plani Bonon. Dioc.
» Dominus, te eius natum ex ſe coniugato, & qua-
» dam muliere tunc ſoluta procreatum, in vim di-
» uerſorum priuilegiorum Apoſtolicorum, & Im-
» perialium ſibi à diuerſis Romanis Pontificibus
» Prædeceſſoribus Noſtris, ac Imperatoribus con-
» ceſſorum, ac alias omni meliori modo, iure, & for-
» ma, via, & cauſa, quibus magis, melius, validius,
» & efficacius de iure potuit, & valuit, legitimauit,
» habilitauit, & inueſtiuit, ac legitimatum habilita-
» tum, & inueſtitum, ac Nobilem ex familia de
» Blanchis decreuit, & declarauit, perinde ac ſi tu de
» vero, & legitimo matrimonio natus, & procreatus
» eſſes, teque ad primæua iura legitima reduxit, &
» pleniſſimè reintegrauit, ita vt eſſes, ac eſſe deberes,
» & intelligereris capax, & habilis ad quaſcumque
» hereditates, & ſucceſſiones, tam ab inteſtato,
» quam in teſtamento, ac etiam per fideicommiſ-
» ſum ad bona quæcumque tam feudalia, & Vaſſal-
» lagia Emphyteutica, cenſuaria, iuriſpatronatus,
» & alia quæcumque Eccleſiaſtica, quam etiam al-
» lodialia, & libera, & alterius cuiuſcumque gene-
» ris, ſiue qualitatis, tam dict. Annibalis, quam alio-
» rum quorumcumque aſcenden., deſcenden. agna-
» torum cognatorum, & tranſuerſalium, ac ſpecia-
» liter ad locum, & iuriſdictionem Comitatus Plani
» huiuſmodi, ſine tamen præiudicio prolis legitimę,
» ſi quæ tunc eſſet, vel de cętero foret prædicti An-
» nibalis, in quo tamen caſu tu ſuccederes, ac ſuc-
» cedere deberes in omnibus prædictis pro tua æ-
» qua portione perinde ac ſi de legitimo Matrimo-
» nio à dict. Annibale natus, & procreatus eſſes,
» comprehenderiſque, ac venires, & vocatus in-
» telligereris, & admittereris, citra tamen præiudi-
» cium ſucceſſionum fideicommiſſariarum, tam vni-
» uerſalium, quam particularium factarum, & fa-
» ciendarum, in quibus vocati eſſent, & vocarentur
» legitimi, & de legitimo Matrimonio nati, & quæ
» aliundè prouenirent, quam a dict. Annibale quod-
» que etiam tu ad omnes dignitates, & ſingulos a-
» ctus recipi, & admitti, ac gerere, & exercere lici-
» tè, & libere poſſes & valeres, ac ſi de legitimo tho-
» ro, & verò Matrimonio procreatus eſſes, efficere-
» riſque, & eſſes nobilis de domo, & familia de Blan-
» chis illiuſque inſignibus, & priuilegijs gauderes,
» & alias, prout in patentibus ipſius Alberici Prin-
» cipis litteris, ſeu inſtrumento deſuper confecto
» plenius continetur. Cum autem, ſicut eadem ex-
» poſitio ſubiungebat, defuncto dict. Annibale, tu in
» vim legitimationis prædictæ eidem Annibali in d.
» Terra Plani, & quibuſdam alijs mobilibus, & im-
» mobilibus cuiuſcumque generis exiſten. bonis ſuc-
» ceſſeris, ac in eorum pacifica poſſeſſione à decen-
» nio, & vltra exiſtas, ea vero, quæ à Sede Apoſtoli-
» ca approbantur, & confirmantur firmius ſubſi-
» ſtant, & ab omnibus melius obſeruentur, Nobis
» propterea humiliter ſupplicari feciſti, quatenus
» legitimationem de perſona tua, vt prætenditur
» factam, Apoſtolicæ Noſtræ Confirmationis robo-
» re communire de benignitate Apoſtolica dignare-
» mur. Nos igitur, & ob ſinceram tuam erga nos,
» & ſedem eandem fidem, & deuotionem ſpeciali-
» bus, &c. nec non prædicti inſtrumenti, & quo-
» rumcumque ſcripturarum deſuper confectarum
» veriores, & totos tenores, ac datas præſentibus pro
» expreſſis habentes ſupplicationibus tuo nomine
» nobis ſuper hoc ſimiliter porrectis inclinati legiti-
» mationem de perſona tua per dictum Albericum
» Principem factam, vt prætenditur, Apoſtolica au-
» ctoritate tenore præſentium perpetuo approba-
» mus, & confirmamus, illique inuiolabilis Apoſto-
» licæ firmitatis robur adijcimus, & omnes, ac ſin-
» gulos tam iuris, quam facti, & omnes alios defe-
» ctus ſi qui deſuper forſan quomodolibet interue-
» rint ſupplemus. Et nihilominus te prout, & que-
» madmodũ, nec non ad omnia tibi per d. Albericum
» Principem legitimatus, atque habilitatus fuiſti,
» auctoritate, & tenore præſentis, de nouo quatenus
» opus ſit legitimamus, & habilitamus, teque legi-
» timis natalibus, & primæuis naturæ viribus reſti-
» tuimus, ac pro vero legitimo naturali, & ex legi-
» timo thoro, & Matrimonio radicitus procreato
» deinceps haberi, & reputari, ac ad omnia, & ſingu-
» la ad quæ iure legitimi, & naturales admitti, &
» quæ gerere, & exercere poſſunt admitti, & exer-
» cere poſſe, omniaque, & ſingula tibi per dictum
» Albericum Principem, vt prætenditur conceſſa, &
» in ſucceſſione bonorum fideicommiſſariorum hu-
» iuſmodi, in quibus legitimi, & de legitimo Matri-
» monio nati, & procreati vocati eſſent, & qui aliun-
» de, quam à dict. Annibale prouenirent in omni-
» bus, & per omnia, etiam vigore quarumcumque
» inueſtiturarum, etiam ſi inter prædicta bona ali-
» qua emphytheutica, & feudalia, tam laicalia,
» quam etiam Eccleſiaſtica exiſtant auctoritate, &
» tenore præmiſſis de nouo concedimus. Decer-
» nentes te, tam ex teſtamento, quam ab inteſtato ad
» hæreditates, & bona quæcumque tam paterna,
» quam materna, & quorumcumque aſcenden., &
» deſcenden., agnatorum, & cognatorum, ac præ-
» ſertim prædicti Annibalis, ac aliorum etiam ex-
» traneorum, etiam ſi bona huiuſmodi feudalia al-
» lodialia, liuellaria, præcaria, emphytheutica Ec-
cleſiaſtica,

,, cleſiaſtica, & à quibuſuis monaſterijs, & alijs pijs
,, locis dependen., ſeu alias, vt præmittitur qualifi-
,, cata exiſtant, tanquam legitimum, & de legitimo
,, thoro genitum, & procreatum admitti, & in illis
,, ſuccedere poſſe, & ad omnia, & ſingula tibi per d.
,, Principem conceſſa, & elargita, habilem, & ido-
,, neum eſſe, præſentes vero litteras, & in eis con-
,, tenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque
,, in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere præten-
,, dentes ad hoc citati, & auditi non fuerint, nec
,, præmiſſis conſenſerint, ſeu quacumque alia de
,, cauſa, occaſione, vel prætextu de ſubreptionis, vel
,, obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio
,, defectu notari, impugnari, redargui, in ius, vel
,, controuerſiam vocari, vel adduci, aut aduerſus il-
,, la, quodcumque iuris gratiæ, vel facti remedium
,, impetrari nullatenus poſſe, ſed illa ſemper valida,
,, firma, & efficacia fore, & eſſe, &c. ſicque per quoſ-
,, cumque, &c. ſublata, &c. irritum, & inane, &c.
,, Non obſtan. præmiſſis, ac quatenus opus ſit regu-
,, la noſtra de iure quæſito non tollen., ac fel. rec. Pij
,, IV., & Pij V., ac quorumcumque aliorum Ro-
,, manorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum
,, contra illegitimos, & quibuſuis alijs Apoſtolicis,
,, nec non in Prouincialibus, & Synodalibus Conci-
,, lijs editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutio-
,, nibus, & Ordinationibus, legibus quoque Impe-
,, rialibus, nec non d. Ciuitatis, & quorumcumque
,, locorum etiam iuramento, & Confirmatione A-
,, poſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſta-
,, tutis conſuetudinibus, & reformationibus, priui-
,, legijs quoque indultis, & litteris Apoſtolicis, ſub
,, quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum qui-
,, buſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſ-
,, que efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non
,, irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in ſpe-
,, cie, & alias in contrarium præmiſſorum quomo-
,, dolibet conceſſorum approbatis, & innouatis, qui-
,, bus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti dero-
,, gatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecia-
,, lis, ſpecifica expreſſa, & indiuidua, ac de verbo
,, ad verbum, non autem per clauſulas generales
,, idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſ-
,, ſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad
,, hoc ſeruanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de
,, verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma
,, in illis tradita obſeruata inſerti forent, quibus pro
,, expreſſis habentes illis alias in ſuo robore perma-
,, nentibus, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſ-
,, ſe derogamus, nec non omnibus illis quæ d. Albe-
,, ricus Princeps voluit non obſtare, cæteriſque con-
,, trarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud San-
,, ctã Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die
,, XXIX. Auguſti M. DC. XXII. Pontificatus no-
,, ſtri Noſtri Anno II.

Hæc confirmationis formula eſt omnium, quas
viderim ampliſſima, & proinde eſt præcipuè ex
certa ſcientia, etiam ſi tenor priuilegij non ſit in-
5 ſertus, ſed ſolum enunciatus: quia ex illa enuncia-
tiua adeo exacta apparet de illius ſcientia, vt be-
ne hoc caſu operetur clauſula. Quorum tenores,
&c. hic latiſſimè extenſa ſuos effectus videlicet,
quod omnibus cenſeatur derogatum in contra-
rium facien., vt per *Mart. de Clauſul. par. 1. clauſula*
139. nondum quidem derogatione generica, ſed
ſpecifica iuxta *conſil. 2. Butrig.* ſæpius à Rota
Canonizatum.

*Nobilis Vir Albericus Cibo Malaſpina Sac. Impe-
rij, & Maſſæ Princeps*, &c. hoc titulo decorat Pa-
6 pa omnes Principes ſæculares abſolutam iuriſdi-
ctionem, ſeu ſaltem Vicariam habentes vt notat
Hieronym. Paul. in praxi Cancellariæ §. Intitula-
tiones pro ſæcularibus.

*In vim priuilegiorum Apoſtolicorum, & Imperia-
lium*, &c. eſt enim hic Princeps ex proſapia Inno-
centij VIII. Pontificis Maximi, de quo plura apud
Panuinum. Vnde potuit hoc titulo habuiſſe plura
priuilegia, nec non etiam quod Sacri Imperij
7 Princeps ſit: quod præcipuam dignitatem deno-
tat, vt per *Iaſon. conſil. 235. in principio lib. 2. Nat-
ta conſil. 487. num. 9. lib. 3.* & de his priuilegiis ha-
bet *Rebuff. ad Reg. 13. Cancellariæ. verſic. ac ſuper
natalium defectibus, 1.*

Ex ſe coniugato, & quadam muliere tunc ſoluta,
&c. huiuſmodi filii propriè nuncupantur adulte-
8 rini vt notat *Paleott. de Nothis, & ſpurijs cap. 16.
num. 12.* & ſunt damnabiliores, quam nati ex ſolu-
tis, vt per *Baldum in cap. cauſam de probat. num. 7.*
vbi plures refert ſpuriorum ſpecies, & ideo quali-
tas hæc aggrauans debebat exprimi, alioquin gra-
tia eſſet ſubreptitia. *Butr. in cap. per Venerabilem,
num. 18. & ibi Abbas num. 27. qui filij ſint legitim.
Oldradus conſil. 247. num. 2. Felin. in cap. poſtulaſti,
num. 2. de reſcriptis*, adulterinum autem huiuſmo-
di *Paleot.* vbi ſuprà videtur ſolummodo referre,
ad mulierem non ad Virum, cum dicat adulterium
ſolum in nuptam committi, & ſic conſiderat ſo-
lum adulterium paſſiuum, non actiuum, quod in
hoc caſu videtur non poſſe, vel ſaltem difficillime
applicari, nam natus ex coniugata ob reuerentiam
matrimonij cenſetur mariti, etiam ſi probaretur
9 de tempore matrimonii: quod ab adultero eſſet
ſubacta iuxta vulgatam præſumptionem *leg. Miles
§. defuncto ff. de Adulter. Abb. in cap. intelleximus
de adulter. & in cap cauſam, quæ num. 2. Qui fil. ſint
legitim. Bald. in leg. filium de his qui ſui, &c. Angel.
in leg. ſeptimo menſe ff. de ſtatu homin. Alexand. conſ.
87. ante finem lib. 5.* etiam ſi ſtaret in proſtibulo
*Paul. de Caſtro conſil. 252. in fin. lib. 2. Bald. conſ. 39.
ſimiliter in fine lib. 5. Bertrand. conſil. 221. in princip.
lib. 2. Alciat. de præſumpt. regul. 3. præſumpt. 37. nu. 1.
& ſequentibus, Maſcard. de probation. concluſ. 798.
num. 1. & 2.* latiſſimè *Gabr. concluſ. 14. de præſumpt.
nu. 1. & ſeqq.* quæ præſumptio adeo vehemens eſt,
vt ad probandum, quod filius natus in figura Ma-
trimonij ſit adulterinus, neceſſe eſt probare, quod
mulier adeo fuerit reſtricta per adulterum, vt
viro ad eam non daretur aditus *Paleott. vbi ſuprà
d. cap. 24. num. 6.*

10 *Teque ad primæua iura legitima reduxit*, &c. vi-
delicet, vt vulgo dicitur, natalibus reſtituit, in quo
autem fundetur hoc dictum de reſtitutione Nata-
lium, & ad primæua iura legitima reductione, non
eſt facile explicatu, hoc enim videtur præſuppo-
nere opinionem Ricardi Malumbri, de qua per
Bartol. in leg. 3. de Concub. ſentientis ante legem
ſcriptam quemcumque concubitum paſſim lici-
tum fuiſſe omneſque ex quouis coitu ſuſceptos li-

beros

beros legitimos extitiſſe, quem opinionem doctiſſime refellit. *Card. Paleott. vbi ſuprà cap. 1. oſtendens, ex leg. Moyſis,* quæ ſcriptum ius longe anteceſſit ſtatutum fuiſſe de concubitu, fornicatione Meretricibus, rapto, ſtupro, & ſimilia. immo *Pererius in Geneſ. lib. 9. diſput. 3. de Diluuio,* oſtendit ex patribus ante Noeticum diluuium huiuſmodi vitia extitiſſe, quæ niſi ex vetito vitia eſſe non poſſunt, vnde hoc dictum videtur fundatum in opinione erronea.

Sine tamen præiudicio prolis legitimæ, ſi quæ tunc eſſet, vel de cetero foret. &c. Non eſt parua controuerſia inter Doctores, vtrum legitimatus natu maior præcedat legitimos, de qua per *Henric. Boich. in cap. tanta num. 3. & 6. qui filij ſint legitim.* ego ſane cum *Bartolo* do primas legitimo, hęc tamen clauſula operatur, vt filii legitimi ex integro ſuccedant ex teſtamento, & ab inteſtato, ac ſi illegitimus natalibus reſtitutus non fuiſſet. *Pereg. de fideic. art. 23. num. 80.*

11 (margin, beside "uerſia inter Doctores")

Citra tamen præiudicium ſucceſſionum fideicommiſſariarum, &c. hæc clauſula prodeſt ne dum filiis, ſed etiam agnatis. *Perege. vbi ſuprà art. 23. nu. 81. cum ſeqq.* & hęc clauſula fuit appoſita per Principem Albericum: quia videlicet eius facultas vlterius non ſe extendebat. Gregorius vero Pontifex videtur legitimationem extendere ad ſucceſſionem ad fideicommiſſum, ibi, & in ſucceſſione bonorum fideicommiſſariorum huiuſmodi etiam vigore quarumcumque inueſtiturarum, &c. tenore, &c. præmiſſis de nouo concedimus, quod Papam poſſe teſtatur idem *Pereg. d. art. 23. n. 68.*

Etiam ad bona Emphytheutica, & feudalia, tam Laicalia, quàm Eccleſiaſtica, &c. hoc intelligit de feudo, ſiue Emphytheuſi conſiſten. in Terris ſuis. *Peregrin. d. art. 23. num. 68.* etiam ad excluſionem ſubſtitutorum, ſed quod Summus Pontifex poſſit legitimare ſubditum Imperatoris, & aliorum Principum, etiam in temporalibus tenet *Hoſtien. in cap. per venerabilem qui filij ſint legitim. Martin. Laudenſis tract. de legitimatione nu. 2.* & alii allegati per *Roſel. de legitimat. lib. 2. titul. de legitimatis Principum Clementia num. 6.*

Non obſtan. Conſtitutionibus Pii IV. & Pii V. contra illegitimos editis, &c. Conſtitutio illa Pii Quarti quæ ſit certe nequiui inuenire. Pii verò Quinti Conſtitutio eſt in Ordine 117. in Bullario nouo, & eſt reuocatoria facultatum teſtandi ad fauorem illegitimorum iure prouenien. ab Eccleſia, de qua re ſubdam particularem Quæſtionem.

QVÆSTIO IX.

An Princeps procedendo de plenitudine poteſtatis poſſit legitimare ſpurium in præiudicium vocatorum, & quando hoc cenſeatur voluiſſe.

QVæſtio debet intelligi de Principe ſupremo nulli alteri ſubiecto, vel ſubordinato videlicet de eo, qui ex plenitudine poteſtatis poteſt procedere: quam prærogatiuam ſoli Papæ competere dicit *Macta de Iuriſdict. part 4. centur. 11. caſu 195. num. 23. Petra vero de poteſt. Principis cap. 3. quæſt. 4. num. 18.* vult plenitudinem poteſtatis competere ſolis Papæ, & Imperatori: non autem cęteris Principibus, quorum licet aliqui de facto ſuperiorem non recognoſcant, de iure tamen ſubſunt Imperatori *leg. 1 ff. de conſtit. Princip. leg. omnes populi ff. de Iuſtitia, & Iure, Socinus tamen conſil 158. in fin. lib. 2.* exiſtimat, iuriſdictionem vtendi plenitudine poteſtatis poſſe præſcribi, & ideo Reges, & Principes ſuperiorem non recognoſcentes rectè vti poteſtatis plenitudine ſenſit. *Peregr. de fideic. art. 52. n. 123.* cęteris vero Superiorem recognoſcentibus non cõpetere iuriſdictionem vtendi plenitudine poteſtatis, non videtur admittere difficultatem idem *Peregr. art. 23. num. 20.* Si vero proprie velimus loqui de totali, & abſoluta, ad omnes effectus legitimatione, dubium non eſt ſoli Papæ competere iuriſdictionem plenitudinis poteſtatis: quia Imperator, aut alius Princeps, non habet facultatem legitimãdi quoad ſpiritualia *Gloſ. in c. lege 10. diſtinct. & in c. peruenit diſtinct. 101.* & ideo legitimatus ab Imperatore non ſuccedet in feudis, & Emphytheuſi Eccleſiaſtica, cum pendeant ab Eccleſia *Peregrin. vbi ſuprà num. 10.*

Pro negatiua facit doctrina *Ioann. Andreæ in c. ſine culpa de regul. Iuris in 6. & Imola in cap grandi, num. 10. de ſuppl. neg. Prælatorum,* vbi quod Papa non poteſt legitimare filium Regis etiam cum conſenſu Patris in præiudicium eius, cui defertur Regnum mortuo ipſo Rege: vnde inferunt, quod legitimatio non poteſt pari ratione obeſſe ſubſtituto, & vocato. Nec videtur ſatisfacere Reſponſio *Manticæ de coniect. vltim. voluntat. lib. 11. tit. 11. num. 9.* quod videlicet aliud eſt, quem priuare Regno, quod omnino defertur primogenito, & aliud eſt propter deficientem conditionem excludere aliquem a fideicommiſſo, non inquam ſatisfacit nulla enim aſſignatur probabilis diuerſitas inter Regnum, quod eſt debitum primogenito, & fideicommiſſum, quod eſt debitum ſubſtituto.

Nihilominus communior ſententia eſt, Principem diſponentem ex plenitudine poteſtatis poſſe in legitimatione illegitimi præiudicare ſubſtitutis legitimis *Peregr. vbi ſuprà art. 23. nu. 68.* qui plures refert *Mantica d. lib. 11. tit. 11. nu. 8. & ſeqq. Rota deciſ. 368. p. 1. nu. 16. diuerſ.*

Verum difficultatem habet, quo iure, & an ſalua conſcientia Princeps hoc poſſit? & concurrente cauſa, Principem poſſe pręiudicare iuri tertij multis exemplis oſtendit *Petra de poteſt. Principis quæſt. 7. principali §. Exempla ad cognoſcendum cauſas vtilitatis, & neceſſitatis, &c.* quę tamen cauſa exprimenda neceſſario non eſt, ſed ſufficit conſtare de enixa Principis voluntate: quia tunc iuſta cauſa pręſumitur, idem *Petra quæſt. 8. De præſumptione iuſtæ cauſæ in Principe, num. 17. & num. 26.* Nec Princeps peccat ius auferendo à tertio: quia damno paſſo ſuccurritur remedio legis, vt agat contra Principem ad intereſſe. *Gloſſ. in cap. 1. §. ad hæc de pace iuram. firmand.* Vtinam hęc praxis ſeruaretur.

Non igitur de poteſtate legitimantis, ſed de voluntate agendum, & primo quia confirmatio de qua ſupra habet non ſolum clauſulas motu proprio ex certa ſcientia de plenitudine poteſtatis.

Non

Non obſtan., & alias derogatoriarum derogatorias, quæ ſimul iunctæ inducunt præſumptionem, Principem voluiſſe derogare iuri tertij, vt late per *Petram vbi ſuprà §. finali* de Clauſulis motu proprio, &c. ſed etiam habet expreſſam derogationem regulæ de iure quæſito non tollen. cum alia clauſula, etiam ſi intereſſe habentes citati non fuerint, quibus omnibus iunctis, videtur dicendum, regulæ de iure quæſito omnino derogatum eſſe, quia tota gratia de ſui natura eſt præiudicialis tertio, quo caſu nec quidem eſt neceſſaria regulæ derogatio. *Corn. conſil. 83. num. 16 lib. 4. Caſſad. deciſ. 1. de priuileg.* & quod in huiuſmodi gratijs numquam derogetur regulæ, de ſtilo teſtatur Rota in Papien., fructuum. XXV. Maij M. DC. I. coram Lancellotto.

Nihilominus credebam, priuilegium, de quo ſupra, licet contineat expreſſam regulæ derogatio-
20 tionem, per quam bene pręiudicatur vocatis naſcituris, non tamen operari in præiudicium nati, & ſuperſtitis, qui in ſpecie debet nominari, vel ei in ſpecie præiudicari *Mandoſ. ad d. regulam de iure quæſito non tollen. quæſt. 9. num. 8.* & in ſpecie quod in legitimatione facta per Principem de plenitudine poteſtatis (quam clauſulam ſupplere citationem ſupra oſtendimus) requiratur, quod fiat mentio de alijs agnatis de tempore legitimationis exiſtentibus, & quod hac mentione omiſſa non valeat legitimatio tenet *Alexand. conſil. 25. & conſ. 68. vtrobique num 7. lib. 1.* immo omnino requiri citationem ſuperſtitum, non obſtante clauſula derogatoria firmat *Butr. in cap. per venerabilem ſub num. 15. in fine qui fil. ſint legitim. Socin. conſil. 154. num. 10. lib. 2.* & legitimationem quibuſcumque verbis conceptam infirmat *Peregrin. dict. art. 23. num. 64.* præſertim quando in legitimatione exorbitanti, vti eſt iſta, de qua agimus, non exprimitur aliqua cauſa *Socin. Iunior. conſil. 142. num. 24. lib. 1.* nam cum nulla ſubſit cauſa, cur Papa voluerit legitimare in pręiudicium agnatorum, ſequitur, ipſum feciſſe contra ſuam conſcientiam, quod non eſt dicendum idem *Socin. conſil. 121. num. 22. lib. 2.* Neque enim præſumendum eſt quod Princeps voluerit dare legitimato in pręiudicium vocatorum, id quod ipſi dare non poterat eius pater, idem *Socin. conſil. 14. num. 3. & conſil. 65. per totum lib. 2.*

21 Ex quibus patet, quid dicendum ſit, ſi legitimatio fiat cũ clauſula de poteſtatis amplitudine, omiſſa regulę derogatione fiat videlicet eã regulę derogationem, non importare *Mandoſ. ſuper eadem regula 17. quæſt. 8.* Et in hanc ſententiam videtur inclinaſſe Sanctiſſimus Dominus Noſter Vrbanus VIII. nam cum vocati ad fideicommiſſa de Blanchis cõtra confirmationem de qua ſupra, peterent audiri, eamque ad viam iuris reduci, ponente cauſa in Signatura Gratiæ, Reuerend. Patre Domino Oliuera ſub die 13. Iunij 1628. Sanctiſſimus reſcripſit, quod partes prius audiantur in Rota: nam ſi non conſtaret de intereſſe prętenſorum vocatorum, fruſtra per eos peti reformationem gratię Prędeceſſoris.

22 Verum quia ſupra diximus, Principem poſſe de plenitudine poteſtatis pręiudicare vocatis, & nunc firmamus hoc ipſum non fieri per clauſulas ampliſſimas, etiam derogatorias regulę, videtur fruſtratoria illa poteſtas ſi non poteſt reduci ad actum; ſed reſpondemus, tunc indifferenter inferri præiudicium vocatis tam natis, quam naſcituris: quãdo Papa procedit non ſolum per reſtitutionem Natalium, & maculę abolitionem, ſed per diſpenſationem ſuper radice Matrimonij. *Peregrin. d. art. 23. n. 7. Mantic. de Coniect. lib. 11. tit. 12. n. 8.* quando autem Papa cenſeatur diſpenſare in radice dicemus in cap. de diſp. Matrimon. Nunc exoluamus debitum ſecundę quæſtionis, quam ſupra recepi me daturum circa Conſtitutionem Pij Quinti, & Emphytheuſim Eccleſiaſticam illegitimis interdictam. Addam quid de hac materia, ſentit *Roſental. cap. 7. concluſ. 19. gloſſ. aa*, & ibi allegati quod videlicet Princeps legitimans naturalem in præiudicium agnatorum, non habet pręoculis iuſtitiam honeſtatis, ſed eſt vnum pecus.

QVÆSTIO X.

An Conſtitutio Pij Quinti contra illegitimos obſtet quominus ſint Capaces Emphytheuſis Eccleſiaſticæ tranſitoriæ ad extraneos.

FVit hęc quęſtio diſcuſſa in Rota coram Eminent. Cardinal. Virile tunc Rotę Auditore in cauſa Aquen. Emphytheuſis ſub die 27. Martij 1628. quę
23 deciſio cum pendeat ſub reuiſione, & mihi in parte reſolutoria non arrideat, extendenda hic eſt ad verbum, vt conſideratis deciſionis rationibus, & argumentis contra eam adductis poſſimus ſtatuere noſtram ſententiam.

» Firmarunt Doctores Emphytheuſim, de qua
» agitur eſſe tranſitoriam ad hęredes extraneos,
24 nam Emphytheuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro hę-
» redibus in perpetuum, tranſit ad hęredes extra-
» neos, quando concurrunt coniecturę etiam leues
» iuxta notata in *cap. conſtitutus de religio. domibus*
» *Cephal. conſil. 9. numer. 13. verſic. ſed tamen, Bero.*
» *quæſt. 14. num. 3. & num. 4.* & fuit dictum in Me-
» diolanen. bonorum de Buffalora 10. Iulij 1585.
» coram bonæ memoriæ Bubalo, & in Romana Do-
» mus prima Decembris 1600. coram Domino
» Cardinale Millino, & in Nonantulana bonorum
» 14. Iunij 1610. coram bonæ memoriæ Cardinale
» Marquemontio. Vnde cum in conceſſione facta
» Equiti Antonio Marię de Anno 1569. narretur,
» quod pręceſſerat alia inueſtitura facta Nicolao
» Spedię in perpetuum, & in ſęculum ſęculi, & quod
» fuerat declaratum; quod d. Eques Antonius Ma-
» ria, qui erat extraneus erat de vocatis, ſequitur,
» quod Emphytheuſis prędicta ſit tranſitoria ad hę-
» redes extraneos, & ad hunc effectum ſufficit quod
» Eccleſia ita ſit ſolita concedere. *Bartol. in Auth.*
» *qui rem ad finem. Cod. de Sacroſanct. Eccleſia Bald. in*
» *leg. ſi quis num. 1. verſic. tu dic eodem titul, Butr. in*
» *cap. præſentiam numer. 13. verſic. ſi tamen conceſſio*
» *vbi Felin. num. 27. in fin. de probat. Alexand. conſil.*
» *189. num. 19. lib. 2.*

25 » Firmarunt quoque quod licet reſpectu ſuc-
» ceſſionis ſpurius non comprehendatur in inueſti-

tura

tura Eccleſiæ, niſi expreſſè dicatur, Bart. in l. ex fa-
cto §. ſi quis rogatus num. 5. in fine, ff. ad Trebell. vbi
Alexand. num. 17. Rota deciſ. 474. num. 1. part. 1. di-
uerſ. Seraphin. deciſ. 478. & deciſ. 458. Clar. in §. Em-
phytheuſis quæſt. 30. Alexand. conſil. 128. nu. 7. lib. 1.
concurrente etiam Bulla Pij V. & tradit Gabr. conſ.
83. num. 11. cum ſequentibus lib. 2. & conſil. 30. nu. 25.
lib. 1. tamen poteſt Eccleſia inueſtire ſpurios, qui
etiam poſſunt de nouo acquirere. Seraphin. deciſ.
1358. num. 2. & deciſ. 478. num. 3. Rota d. deciſ. 474.
num. 3 & num. 4. par. 1. diuerſ. Mantica de tacit. d. lib.
22. tit. 10. num. 10. Et in caſu renouationis, quod
27 ſpurius proximior de æquitate inueſtiatur, ſi Ec-
cleſia non vult retinere pro ſe. Bero. conſil. 98. nu. 9.
cum ſequentibus lib. 1. & fuit dictum in Bonon. bo-
norum 2. Decembris 1583. coram bon. mem. Ro-
buſterio, & in Ciuitatis Caſtelli Emphytheuſis 23.
Iunij 1586. coram bon. mem. Card. Plato, quam vis
enim renouatio debeat fieri cum pactis prioris in-
ueſtituræ, ſecus eſt quo ad qualitatem perſonarum
Bero. conſil. 99. num. 1. lib. 1. Mareſcott. var. lib. 1. c. 3.
num. 5. cum ſeqq.

Firmarunt etiam, quod cum Iulianus Michael
hæres Equitis Antonij Mariæ, cuius teſtamentum
præſupponitur ſuſtineri, legauerit ſpurio hæc bona
Emphytheutica Eccleſiæ, & poſtea fuerit facta
concordia, & ſpurius poſſeſſionem acceperit quam
vis Eccleſia ex æquitate teneatur reinueſtire iuxta
doctrinam Bartoli in leg. 1. §. permittitur num. 1. ff. de
acqu. quotid. eſtiu. Mantica deciſ. 10. Gozad. conſil. 86.
num. 24. & fuit dictum in Rauennaten. bonorum
20. Nouembris 1597. coram bon. mem. Cardin. Sa-
28 crato, tamen huiuſmodi concluſio procedit quan-
do Emphytheuſis deuoluitur ob lineam finitam,
ſecus quando culpa vocati, ſeu recipientis finitur,
vel ob non ſolutum Canonem, vel ob alienationem
irrequiſita Eccleſia, factam, tunc enim Eccleſia
non tenetur inueſtire proximiorem, ſed eſt in eius
libertate inueſtire quem voluerit, l. nemini C. locati.
Iaſ. in l. 2. num. 2. Cod. de iure Emphyth. Gabr. de iure
Emphyth. concluſ. 1. num. 8 & num. 9. Bero. d. conſil.
98 num. 3. Roman. conſil. 212. in principio Socin. Sen.
conſil. 167. nu. 23. lib. 5. Gozad. conſ. 46. nu. 16. Pariſ.
conſ. 101. nu. 132. lib. 1. c. 3. nu. 10.

Quare cum hoc caſu Emphytheuſis fuerit fini-
ta ob alienationem legati facti ſpurijs; Eccleſia ir-
requiſita, cenſuerunt DD. eſſe locum gratificatio-
ni Eccleſiæ, quem voluerit ſibi bene viſum.

Non obſtat, quod Abbates receperint Canones
à ſpurio, quem, & eius filium à radice infecta na-
tum permiſerunt poſſidere: quia cum non probe-
tur, quod ſciuerint eſſe ſpurium, & ob legatum
ſpurio factum intrare caducitatem, non dicitur fa-
cta remiſſio cum præiudicio Eccleſiæ. Iaſ. in leg. 2.
num. 130. C. de iure Emphyth. Bero. conſil. 116. nu. 13.
lib. 1. Surdus deciſ. 181. num. 7. Honded. conſil. 55. nu.
89. lib. 1. Specul. in titul. de Emphyth. §. nunc aliqua
num. 34. Et ita, &c.

Hæc deciſio in parte deciſiua non ſubſiſtit: nam
prætendit, illegitimum eſſe incapacem Emphy-
theuſis Eccleſiaſticæ tranſitoriæ in extraneos de
29 iure, & hoc non ſubſiſtit; nam illegitimus poteſt
acquirere Emphytheuſin Eccleſiaſticam Afflict.
deciſ. 386. num. 4. & num. 5. Alciat. conſ. 34. num. 4.
lib. primo, & admittit deciſio numer. 26.

Quibus non obſtat Caldas de Nominat. Emphyth.
lib. 2. quæſt. 19. num. 28. vbi firmat ex libera facultа-
te nominandi conceſſa per Eccleſiam inueſtien-
tem non poſſe ad Emphytheuſim Eccleſiaſticā no-
minari ſpurium. Quia primo quidem longe diſtant
termini, facultatis conceſſæ ad vnicam nominatio-
nem à facultate tradendi cui placuerit, qui eſt ca-
ſus noſter. Deinde auctores per Caldas allegati
eius intentionem non probant: cum nullus eorum
(excepto Decio, & Gama, quos particulariter mo-
do examinabimus) loquatur in hoc caſu, ſed om-
nes nempe. Felin. Abbas, Salicet Alexand. Gozad.
Paleot. Bald. loquuntur in Emphytheuſi ex pacto
ad certas perſonas, vel certum tempus reſtrictum;
non autem conceſſum in ſeculum ſeculi, vel certe
de legitimatione facta in præiudicium legitimo-
rum, vt patet legenti. Gamma vero deciſ. 37. num. 5.
loquitur quidem in caſu noſtro, & firmat negati-
uam pro qua allegat. Alexand. conſil. 124. num. 5.
lib. 5. qui tamen hoc non dicit, ſed loquitur vt ſupra
allegati omnes in diſpoſitione primi recipientis,
30 quæ erat, quod Emphytheuſis tranſiret ad hære-
des vniuerſales, & ſucceſſionis vniuerſalis ſolum
modo in emphytheuſi Eccleſiaſtica ſunt incapa-
ces ſpurij, ſeu quando petunt recipi iure proprio,
non autem titulo particulari, vt bene diſtinguit
Rota apud Seraph. d. deciſ. 1358. num. 3. ibi. In iſtis
feudis vocatos non ſuccedere iure ſucceſſiuo, &
vniuerſali, aut pro hærede, ſed proprio iure & be-
neficio dantis, à quo illud, & non à parentibus
habent.

Et idem Gama licet deciſ. 37. vt vidimus firmaue-
rit contrariam concluſionem, poſtea tamen deciſ.
149. num. 2. denuo multa adducens pro hac nega-
tiua, ab ea tamen ſub num. 3. recedit, probatq; ſen-
tentiam contrariam, ita vt vnus Dec. conſ. 171. con-
31 ſuluerit pro negatiua, & male, vt notat ibi additio-
ne quam vis, & hoc verum eſt, quod caſus Decij nō
coincidit cum hoc noſtro: quia ibi aderat pactum
prælationis pro Eccleſia, in caſu noſtro conceſſio
eſt libera.

Nec dicatur illegitimum eſſe quidem incapa-
cem nouæ acquiſitionis emphyteuticæ, ab Ec-
cleſia tamen, non à priuato. Reſpondetur enim,
quod quando Emphytheuſis eſt conceſſa ab Eccle-
ſia in perpetuum, vt hic, tunc quia Eccleſia omnem
traditionem, quo ad vtile dominium transfudit in
recipientem, & habentes cauſam ab eo; factum ip-
ſorum cenſetur factum Eccleſiæ: quia vt inquit
Alciat. Reſponſ. 39. num. 3. apparet non eſſe limita-
tum, cui ſit dandum. nec fuiſſe conſideratum quis
nam hic eſſet qui reciperet legitimus, an illegiti-
mus, an extraneus, & Rimin. Iun. ad hunc caſum
conſil. 447. num. 24. Quando (inquit) agitur de vtili
dominio, nihil intereſt quis ſuccedat etiam in bo-
nis recognitis ab Eccleſia.

Immo rationem illam, quam afferunt contrariæ
ſententiæ, Auctores, Eccleſiam in conceſſione non
cogitaſſe de illegitimis, quia non cogitauit de pec-
cato merito tanquam inſulſam ridet doctiſſimus
Card. Paleott. d. tractat. de nothis, & ſpurijs cap. 31.
quia ex verbis conceſſionis, & inueſtituræ patet,
quod cogitauit de omnibus nemine excepto vnde

eo ipſo, quod ſpurius non eſt incapax acquiſitionis Emphytheuſis Eccleſiaſticæ non poteſt dici ab hac generalitate excluſus, & propterea ſubdit idem *Paleoti.* vbi ſuprà rationem, de qua ſupra, nullo iure fulciri; ſed ſtolide ſatis à maioribus noſtris ad inueniam; cum Eccleſia peccatum ipſum adulterij damnet, non filium adulterinum, ſi alias probus ſit odio proſequatur, & profecto videtur inſolens, & exorbitans, quod ad emphyteuſim Eccleſiaſticam admittatur, meretrix, quę proſtat in fornice, & quilibet alius nebulo, & excludatur illegitimus nullas habens partes culpæ in concupiſcentia Patris.

Ex quibus patet concluſionem deciſionis aduerſari illius aſſumptis, nam ſi conceſſa Emphytheuſis in perpetuum tranſit ad extraneos, & illegitimus poteſt acquirere, & Eccleſia tenetur ipſum in renouatione, ſi proximior ſit alijs præferre, non poteſt his poſitis decerni, quod idem ſit incapax ſucceſſionis titulo particulari, quam non petit iure hæreditario, aut ſucceſſorio, hinc exiſtimo ſi deciſio iſta denuo ſit examinanda DD. ab illius reſolutione receſſuros.

Quo vero ad Conſtitutionem Pij V. ipſa non eſt inductiua noui iuris quantum ſpectat ad ſucceſſio-
32 nem illegitimorum in Emphytheuſi Eccleſiaſtica, ſed ſolum reuocatoria facultatum teſtandi ad fauorem illegitimorum de rebus, & bonis prouenien. ab Eccleſiâ vt non ſolum colligitur ex verbis rubricæ, ſed ex ſæpius repetitis in nigro ibi. *Quæcumq; priuilegia, licentias, diſpoſitiones, & indulta faciendi teſtamenta, donationes, ſiue inter viuos, ſiue cauſa mortis, legata, ac quaſcumq; alias diſpoſitiones, &c. in quoſcũq; illegitimos, ſiue ſuos ſiue extraneos*, &c. & paulo infra, *cæteraſq; huiuſmodi facultates, ac permiſſiones, ac etiã habilitates, & capacitates ſuccedendi in bonis, & rebus feudalibus. ſiue emphytheuticis*, &c. Ex quibus verbis clare conſtat, Pij intentionem fuiſſe reuocandi id quod competebat indulto prædeceſſorum Cardinalibus Prelatis, &c. non autem præiudicandi, quibus competebat ius in re de iure communi. Et ex tenore noſtræ inueſtituræ poterat Emphytheuſis dari, concedi, ſeu vendi cuicumq; *Socin. Iun. conſil.* 72. *num.* 35. & ita hanc Conſtitutionem interpretata eſt Rota coram *Seraphino dict. deciſ.* 1358. *& deciſ* 478. & ita in feudo camerali reſoluerunt DD. de Camera in Cauſa Interamnen. ſucceſſionis Redisluci 9. Iunij 1606. coram D Maluaſia.

S V M M A R I V M.

Formula Confirmationis ſtatutorum, 1.
Hæreſi ſub Cœlo nihil miſerabilius, 2.
Statutum per vnius contradictionem impeditur, 3.
Inferior non poteſt ſtatuere in præiudicium ſuperioris, 4.
Imperator, & alij Principes non poſſunt ſtatuere in præiudicium Papæ, 5.
Doctoris Marthæ de Iuriſdictione tractatus damnatur, 6.
Ætas ordinandorum de iure communi, & Concilij, 7.
Iuramentum ſupplet, & confirmat probationem, 8.
Confirmatio ſtatutorum in forma communi quæ ſit, 9.
Confirmatio ſtatuti in forma communi non operatur, ſi non ſit vſu receptum, 10.
Confirmatio ſtatutorum addit robur confirmato reſpectu iuris, non facti, 11.
Clauſula quatenus ſint in vſu transfert onus probandi in allegantem, 12.
Statutum de iure præſumitur vſu receptum, niſi contrarium probetur, 13.
Clauſula licita tamen, & honeſta &c. quid operetur, 14.
Statutum contra ius, & præter ius, 15.
Statutum contra ius commune indiget confirmatione Apoſtolica, 16.
Statuta Laicorum an vnquam comprehendat Clericos, 25
Statutum Vrbis an comprehendat Clericos, 26.
Confirmatio ſtatutorum non trahitur ad diſpenſationem iuratam, 17.
Iuramentum non venit in generali diſpoſitione, 18.
Confirmatio ſtatuti tollens iuramentum debet fieri ex certa cauſa, 19.
Confirmatio ſtatuti confirmat conſuetudinem ab eo approbatam, 20.
Statuta non confirmata ſunt in parua conſideratione, 21.
Statuta confirmata à Papa non poſſunt ab inferiore infringi, 22.
Statuentes an poſt confirmationem Apoſtolicam poſſint à ſtatuto recedere, 24.

§. III.

De Confirmatione Statutorum.

1 » PRæmittam hic Confirmationis ſtatutorum
» formulam, vt clauſulas materiæ proprias
» ſuis vbiq; interpretemur locis. Pius Epiſcopus Ser-
» uus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam
» Paſtoralis Officij debitum, &c. ſane pro parte dile-
» ctorum filiorum moderni Decani Capituli Cano-
» nicorum Eccleſiæ Conſtantien. Prouincię Mogun-
» tinen. nobis nuper exhibita petitio cõtinebat. Quod
» alias ipſi conſiderantes prouide, ſe lutheranorum,
» ac aliorum hæreticorum, qui eorũ facultatibus, ac
» bonis inhiare non ceſſant cinctos eſſe domiciliis:
» ac ita illorum inſidiis obnoxios, vt niſi imminenti-
» bus ab eis periculis Altiſſimi gratia, Canonicorum
» doctrina, & ſenili ætate, conſilioq; mature obuie-
» tur, occurrat inq; formidandum eſſe, ne breui ab
» illis opprimerentur, vel ſaltem eorũ redditus, & bo-
» na per illos occupata in prophanos vſus diſſipen-
» tur: ob quas cauſas tùm apud ſe meditarentur,
» quam ardua, & tractatu difficilia ipſis negocia im-
» penderent, quorũ procuratio non pueris, & adole-
» ſcentibus rerum imperitis, ſed ætate prouectis, ma-
» gnaq; virtute, & ſcientia prędítis committenda eſ-
» ſent, &c. Idcirco Decanus, Capitulum, & Canonici
» prædicti ex pręmiſſis, &c. vnanimi conſenſu ſtatue-
» runt decreuerũt, conſtituerunt, & ordinauerũt, fir-
» miterq; & inuiolabiliter obſeruari voluerũt. Quod
» nullus de cętero Canonicus, ſiue iſte Canonicatu
» eiuſdem Eccleſiæ, etiã in menſe Apoſtolico vacan-
» te ex quacumq; conceſſione, auctoritate Apoſto-
» lica prouiſus, ſiue etiam Ordinario iure in dicta
» Eccleſia prębendam aſſecutus foret ad Capitu-
» lum, fructuumque redditunm, & prouentuum,
» Canonicatum, & prębendarum eiuſdem Eccleſię
» perceptionem, niſi ad minus vigeſimum quin-
» tum ſuę ętatis Annum attigiſſet, & id ſufficienter,
» etiam mediante iuramento probauiſſet, admitti
» recipi ve deberet, & poſſet, prout in ſtatuto, &c.

dicitur

„ dicitur plenius contineri. Cum autem ſicut ea-
„ dem petitio ſubiungebat minoribus natu rerum
„ domeſticarum adminiſtratio per leges ciuiles in-
„ terdicta ſit, &c. Nos igitur, &c. Capitulum, & Cano-
„ nicos prædictos, &c. huiuſmodi ſupplicationibus
„ inclinati ſtatutum Conſtitutionem Decretum, Or-
„ dinationem præfata, & prout illa concernunt om-
„ nia, & ſingula in inſtrumento, ſeu ſcripturis, & alijs
„ documentis prædictis contenta, licita tamen, &
„ honeſta, Apoſtolica auctoritate tenore præſen-
„ tium approbamus, & confirmamus, nec non ab
„ eis, quos illa concernunt perpetuo, & inuiolabili-
„ ter obſeruari debere, ac ſi ſecus, &c. Non obſtan.
„ præmiſſis, Conſtitutionibus, & Ordinationibus A-
„ poſtolicis. Nec non d. Eccleſiæ iuramento con-
„ firmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia
„ roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus contrarijs
„ quibuſcumq; Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud
„ S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, 1563.
„ 10. Kal. Iulij Pontificatus Noſtri, IV.

Lutheranorum, ac aliorum hæreticorum, &c. de tempore huius reſcripti, non dum ortus erat Caluinus in Gallijs, poſt Lutherum tamen in Germania prodiere Suuinglius, Muntzerus, Melanchton Oliander Oecolampadius, & alia monſtra orco excitata quos omnes damnat, tanquam Satanæ veneno plenos, perdiabolatos, tranſdiabolatos, ſuperdiabolatos hæreticos, ipſe omnes impietatis Magiſter, & Corypheus Lutherus. Sed præcipuè Andream Caroloſtadium huius Eccleſiæ Conſtantien. Canonicum, & ipſius lutheri in hæreſi, & impietate diſcipulum, quem tamen vt ſe nequiorem execratus eſt, vt tradit *Stanislaus Rexius lib. 1. de Atheiſmis cap. 6.* & longè fuſius pius, & de *Religione Catolica optimè meritus Ioannes Coebleus de actis, & ſcriptis lutheri*, ex quo liquet videre quanta ſit hæ-
2 reticorum infelicitas: qui inter ſe ſciſſi, vix in vno articulo fidei conueniunt. Sancta vero Eccleſia Catholica Romana ſemper, & in omnibus ſibi cõſtans vni nititur fundamento veritatis. Perditiſſimi ſunt ſeductores, miſerrimi ſeducti, qua miſeria nihil miſerius. Ego inter maxima beneficia à Deo accepta primum refero, quod me ex infinita ſua bonitate naſci fecerit in Ciuitate Catholica, adeo vt cum lacte imbiberim odium, nedum erga hæreſim, ſed etiam erga hęreticos, quorum miſeria tanta eſt, vt præſtaret quem viuum ad inferos in ſupplicia æterna abripi, quam incidere in hæreſim, vel ea de cauſa, quod Deum minus eſſet offenſurus ſi abriperetur. Dixi natum me in Patria Catholica, & ſane talis erat, & nulli Vrbi, pietate ſecunda Ciuitas Buſcoducenſis, quæ dum hæc ſcriberem poſt quadrimeſtrem arctiſſimam obſidionem ob defectum pulueris tormentarii Hollandis hæreticis ex pacto fuit tradita, quid futurum in poſterum Deus nouit, hoc vnum omnes Eccleſias illico Caluiniſmo fuiſſe conſpurcatas, ſentiet Chriſtianus Orbis quale hoc damnum futurum ſit Catholicę Religioni, dabunt Deo iuſto ſcelerum vindici debitas pęnas ij, ad quos ſpectabat defenſio, qui occupatione alienæ ditionis occupati adegerunt alios Catholicos Principes in auxilium Hollandorum quos etiam manet ſua, & maior pœna. Vtroſque perdet iuſtas ſcelerum Vindex Deus.

Cinctos eſſe domicilijs, &c. Svvinglius enim ſeduxit Heluetios Conſtantienſibus finitimos, quos religionis cauſa iuſta acie dimicare coegit, in qua ipſe ductor, & ſeductor acerrime dimicans primus occubuit. Mirum ſane, quam ſit naturale hæreticis omnem Rempublicam ſubuertere, graſſari cædibus, & direptionibus præcipuè in bona Eccleſiaſtica, vt hic exponitur, de qua re vide quæ tradit Reſcius vbi ſupra lib. 2. & fuſiſſime qui ex hæreticorum ad noſtra confugit caſtra Floremundus Remundus de ortu, progreſſu, & exterminio hęreſeos præteriti ſeculi lib. 2. verſus finem,

In prophanos vſus diſſipentur, &c. immo in vſus damnatos, & impios, qua de cauſa hæreticus eo ipſo ac hæreticus eſt amittit bonorum adminiſtrationem, vt per *Farinac. de hæreſi quæſt. 190. cum ſequentibus*. Sane nec aura veſci debent, qui tot animas ad orcum ducunt; qui vero ducuntur, moneri debent, & inſtrui, an velint reſipiſcere, & ſane maxima digni ſunt commiſeratione, ſi peccant non malitia, ſed vitio intellectus, & ideo pro ijs in Paraſceue Deum orat Sancta Mater Eccleſia, & non pauci errori renunciant, & qui hoc ex vera animi ſententia agunt, ſolent erga Eccleſiam eſſe valde venerentes. Retulit mihi dum adhuc Cardinalis dignitate fulgeret Sanctiſſimus Dominus Noſter Vrbanus Octauus; quod ipſum cum Nuncij Apoſtolici munere Pariſijs fungeretur ſtatis temporibus inuiſebat. Nobilis quidam ex hæreſi ad Catholicam fidem diuina miſeratione reuerſus (cuius nomen excidit) non alia de cauſa, quam venerandi Romanum Pontificem in perſona ſui Nuncij, & hoc tanta cum pietate, tantoq; ſenſu vt ſubinde ſæpiſſime ploraret quandoq; præteritum errorem in memoriam reuocans.

3 *Vnanimi conſenſu ſtatuerunt*, &c. vno enim contradicente, ſtatutum non ſubſiſteret, cum quod communiter fit ab omnibus debeat approbari *cap. bo. me. 36. de elect.*

4 *Etiam in mente Apoſtolico vacante*, &c. de hoc Capitulum diſponere nõ poterat: quia carebat iuriſdictione iuxta quam regulariter eſt facultas ſtatuendi *Butr. in c. quod Clericis de foro compet. Dec. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 89. & in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 38. eodem tit.* immo neq; Imperator, aut quilibet alius Princeps poteſt ſtatuere in
5 præiudicium ſummæ Sedis abſque expreſſo conſenſu *Abb. in cap. 1. num. 4. verſic. vnde ibi de tregua & pace. Prapoſ. in cap. in iſtis §. leges num. 3. verſic. niſi dato conſenſu Papæ 4. diſtinct.* Et nihilominus non deſunt inepte ſcituli, qui Regibus, & Principibus conantur perſuadere, vt ſe in Pontificiam ingerant iuriſdictionem, ac Romanam Curiam, & Decreta inde emanata limitent, reſtringant, & ſi Deo placer penitus tollant. Prodijt nuper ſcriptura quæddam lingua Hiſpanica Matriti ſub die 18. Auguſti 1629. typis ęditum. cui titulus informe, y conſulta a V. Mageſtad en razon de los memoriales dados en nombre de los Reynos, y diuerſas Igleſias, a cerca de algunos deſpacois, y negocios de Roma, &c. in qua auctor præſcribit Regi normam corrigendi, admittendi, reijciendi quæcumque reſcripta emanantia, e Rom. Curia, tam Dataria, Cancellaria, quam Signatura, Rota,

& C. A. cui non diſſimilis liber qui ante paucos annos in Hiſpania prodijt Trattado della fuerca, cuius auctor docet miniſtris Regijs licere adeſſe eos cuicumque Clerico aduerſus ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici vim inferentem: quaſi vero Iudices Eccleſiaſtici vim inferre ſoleant, & hoc ſub prætextu non inuertatur omnis Eccleſiaſtica iuriſdictio, cum Regij ſemper violentiam cenſare poſſint, & confirmat hanc ſuam tranſcendentiam ex principijs iuris naturalis, quo vim vi repellere licet, ſane fatetur cognitionem Laici eſſe violentam, & non probat violentam eſſe cognitionem Eccleſiaſtici. Verum nec videtur probe intelligere hoc principium iuris naturalis hic auctor, cum exiſtimat licitum eſſe iure naturæ repellere vim illatam tertio; cum tamen debeat interpretari de vi illata propriæ perſonæ, ſiue ei, qui habeatur loco parentis, vel liberi, vt ſupra oſtendi, cum agerem de reſtitutione aduerſus lapſum quinquennij, Et hæc contagio omnes fere inuaſit prouincias. Neapolis Regnum requirit Regium illud exequatur, pro quo obtinendo tantumdem fere exponitur, ac expoſitum fuit pro litteris Apoſtolicis; demum nullus ferè Principum eſt in Italia, qui non deputet Magiſtratum Laicum, cui prouiſi Apoſtolici tenentur offerre litteras ſuæ prouiſionis prius quam capiant beneficij ſibi collati poſſeſſionem, & vtinam oblatio ſufficeret, ſed quod indignius eſt ſæpiſſime friuolis ſub prætextis, & vt mihi contigit ex mera ignorantia Canonum executionem impediunt. In Belgio Cancellaria illa Brabantiæ non permittit, quod litteræ Apoſtolicæ exequutioni mandentur, niſi habeant illud Placitum, pro quo nihil quidem exponitur ſed ſuper poſſeſſorio beneficiorum pleniſſime cognoſcunt, quod quia plerumque ex petitorio pendet, vtrumque decidunt. In Gallia reſcripta Apoſtolica offeruntur Parlamentis, quæ nihil non ſibi arrogant, & nunc dum hæc ſcriberem delatus eſt ad Vrbem liber, qui ex illis ſcholis prodijt, cui titulus Ordonnance du Roy, &c. in quo plura habentur ſpectantia ad reformationem Regni, ſed in principio non pauca tangunt concernentia iuriſdictionem Eccleſiaſticam. Scio horum omnium pijſſimos Principes inſontes eſſe, & ideo ab eorum miniſtris ſub pulchra ſpecie boni ad huiuſmodi permiſſiones adigi proteſtatus ſum. Scio etiam eoſdem miniſtros cauſare intolerabilem Eccleſiaſticorum audaciam in prorogando, & extendendo iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & inde ſemper in mundo extitiſſe huiuſmodi controuerſias, adeo vt Laicus renuat obedire, & Eccleſiaſticus conetur iuriſdictionem ſuam quoquomodo aſſerere, & alter alterius munera exercere: hinc tumultus, & non paucæ controuerſiæ, vt notat *Alciat. conſil. 201. per totum, & conſil. 206.* quod etiam de temporibus ſuis notat Dantes Poeta ille Florentinus in Purgatorio cantu 16.

Solena Roma ch'el buon mondo feo
Due ſoli hauer, che l'vna, e l'altra ſtrada
Facean veder, e del Mondo, e di Deo.
L'vn l'altro hà ſpento, & è giunta la ſpada
Col paſtorale, e l'vno, e l'altro inſieme,
Per viua forza mal conuien che vada.

Vbi expoſitor notat, quod Imperator volebat ſe immiſcere iuriſdictioni ſpirituali. & ſane quia Principes à Deo ſunt, vt *Petri 1. cap. 2.* & cenſuerunt etiam lumine naturali Ethnici: vt Tacitus tertiò annalium dixerit Principes Imperium a Deo habere eoſque inſtar Dei eſſe, & longe prius Callimachus.

ΕΚ ΔΕΛΙΟΣ ΒΑΣΙΛΗΕΣ.

Ex Ioue ſunt Reges.

Debetur ipſis omnis honor, & obedientia: vt inquit Apoſtolus, & Tacitus 4. Annalium *Principibus ſummum rerum iudicium Dij dederunt ſubditis obſequij gloria relicta eſt.* Si igitur Princeps vices Dei agit, & Reipublicæ ſumma penes ipſum exiſtit, neceſſe etiam eſt, vt eidem concedatur omne id, quod eſt neceſſarium ad Reipublicæ adminiſtrationem, alioqui munus ſibi iniunctum explere non poterit: uam ſi alius in prouincia præter Principem iuriſdictionem exerceat, quæ iuriſdictioni Principis neceſſariæ contraria ſit, totus ſtatus Reipublicæ ſubuertatur neceſſe eſt. Quapropter quemadmodum Eccleſiaſtici non poſſunt latum vnguem ab Eccleſiæ libertate recedere, ita non debēt iuriſdictionem temporalem inuadere. Sane ſunt aliqui zelo aliquando inordinato, qui præclare ſe egiſſe exiſtimant, ſi Iuriſdictioni Eccleſiaſticæ tribuerint, quod nulla Sacrorum Canonum auctoritate tributum fuit; Sanctiſſimus D.N. Vrbanus maxima in hac materia vtitur circumſpectione, & quemadmodum iuriſdictionem Eccleſiaſticā acerrime, vt decet tuetur, ita ſecularem vult ſartam tectam. Et retulit mihi idem Sanctiſſimus tunc adhuc Cardinalis (licet diu ante in Parentem omnium a Deo deſtinatus, & de ſalute omnium ſollicitus.) Quod Regi Iacobo Angliæ Principi hæretico percarus erat Dux Suffoldiæ Catholicus Vir apprime doctus. Inter hos ſæpe fuiſſe ſermonem de religione, & cum die quadam veritate argumentorū Ducis premeretur Rex, vt nihil vel probabilis reſponſi haberet, ſubintulit. Clerici iſti veſtri & Monachi (Dux) ſcriptis ſuis hoc egerunt; vt Religionem Catholicam amplecti non poſſim. Reſponſio mala. Sed ſcripta etiam plurium excuſari poſſent, quid enim attinet diſputare. Verum Papa abſque vlla cauſa, ſed ex ſimplici voluntate poſſit mutare Regnum Franciæ in Rempublicam, & Venetorum Dominium conſtituere in Regnum? & quid aliud eſt inferre pro affirmatiua: quia altas Pontifices Romani Reges Regnis ſuis exuerunt, quam Principibus alapam impingere tempore non congruo? Nouit Chriſtianus Orbis, nullam eſſe auctoritatem, ſiue iuriſdictionem quantum vis amplam, quæ Pontifici Romano Chriſti Vicario, non congruat, vel iſta in diſputationem deducenda nō ſunt, vel in tempus opportunum, & cum caſus ſiue
6 euentus poſtulat differenda. Doctor Martha Iureconſultus Neapolitanus ante paucos annos edidit tractatum de Iuriſdictione inter Eccleſiaſticum, & Sæcularem: quo tantum abeſt, vt ſingulis ſua aſſignarit, quod immo vtrumque confunderit, & vel eo nomine (licet multis blaſphemijs ſcateat) cum mihi ab Reuerendiſſimis Patribus Sancto Officio Inquiſitionis contra hæreticam prauitatem præpoſitis oblatus eſſet, vt iudicium ſuper cōtentis in

libro

libro ferrem: maxime damnaui, quod aliquibus
locis Eccleſiaſtico maiorem tribuat auctoritatē,
quam Sacris Canonibus aſſeri queat, nulla alia de
cauſa, quam inimicis Eccleſiæ, & noſtris anſam da-
re reſpondendi, & calumniandi. Ad Eccleſiaſticos
vero, quod attinet, notaui, doctiores, & ſanctiores
Eccleſiarum Prælatos raro, aut numquam cum ſæ-
culari poteſtate habere diſſidium, morum enim
ſanctitas efficit, vt monitis ipſorum nedum præ-
ceptis grex commiſſa ipſis obediat: non tamen in-
fero, quod ſi contumax & peruicax fuerit, telum
exerendum non ſit, ſed tunc demum, quando aliter
iuriſdictioni Eccleſiaſticæ ſuccurri non poteſt. At
ſi quis imperitus zelo indiſcreto iuriſdictionem
Eccleſiaſticam exercuerit, non debet Laicus San-
ctum Domini violare, vel enim proceſſus reſpicit
intereſſe priuatum, & prouinciam moderandi ex-
ceſſum Eccleſiaſtici relinquat grauato, ſi publi-
cum, ſæcularis non debet cognoſcere ſuper pro-
ceſſu Eccleſiaſtici. ſed recurrat ad communem om-
nium parentem Romam, vbi ſolent reprimi, ani-
maduerſione etiam adhibita exultantes, & teme-
rarij ſpiritus, practicemus rem exemplo. Epiſcopus
aſſumit ſibi cognitionem cauſæ laicalis inter Lai-
cos, eo quod inſtrumentum inter eos celebratum
continet iuramentum, quod vti quid ſpirituale, ad
ipſius cognitionem ſpectare prætendit ad text. in
cap. licet mulieres de Iureiur. in 6. Hæc prætenſio
nō ſolum concernet intereſſe priuatum, ſed publi-
cum. quia hodie de ſtylo omnia inſtrumenta ſunt
iurata, adeovt ſi ratione iuramenti Eccleſiaſticus
eſt competens Iudex inter Laicos ceſſabit prorſus
omne laicale tribunal, & tamen aliquis Eccleſia-
ſticus hoc cœpit prætendere non conſiderans hoc
caſu non agi de iuramento per ſe, ſed de conuentio-
ne cui acceſſit iuramentum, quod ſumit naturam
eius, cui appoſitum eſt, vt multa cumulans probat
Rota in cauſa Romana cambiorum 17. Decem-
bris 1584. coram Ginptio, & non immutat, in ali-
quo naturam contractus, cui apponitur vt in alia
Romana nullitatis obligationis 24. Nouembris
1617. coram Buratto, ſed nimis prolixa digreſſio,
reuertamur ad rem noſtram.

7 *Niſi ad minus 25. ætatis ſuæ annum attigiſſet*, &c.
quam quis debeat habere ætatem Canonicatum,
ſeu aliam dignitatem obtinens de iure communi
valde erat controuerſum vt latè per *Garziam de be-
nef. par. 7. cap. 4. num. 15. & ſeqq.* quæ tamen diffe-
rentia deinde fuit ſublata per Concil. Trid. cap. 12.
ſeſſ. 24. quod diſponit, Canonicatus in Cathedrali-
bus requirere ordinē Presbyterij, & in prouiſo re-
quiri ætatem congruentem ad ſuſcipiendum hunc
ordinem *Nauar. conſ. 8. num. 2. de præbendis*, ſtatu-
tum autem, de quo agimus emanauit ante Con-
cilium, quod clauſum fuit 4. Decembris 1563. &
ſtatutum fuit confirmatum de menſe Iulij præ-
cedentis.

*Et id ſufficienter etiam mediante iuramento proba-
uiſſet*, &c. Non ſolum ſtatutum requirit probatio-
nem, ſed etiam iuramentum aſſumendi ad capitu-
lum ſe habere ætatem a ſtatuto requiſitam, quaſi
8 in ſupplementum, & confirmationem probatio-
nis factæ ad textum in *cap. vlt. §. ſane cum Gloſſ. vlt.
in fine de Iureiurand. & leg. admonendi*, vbi ſimiliter
Gloſſa Verſic. ex acto ff. eodem titul.

9 *Pro vt in ſtatuto dicitur plenius contineri*: hæc
clauſula denotat confirmationem in forma com-
muni. *Rota deciſ. 780. par. 1. num. 5. diuerſ.* & ſi non
10 eſſet vſu receptum ſtatutum, confirmatio nihil
operaretur facta in forma communi *Bero conſ. 176.
11 num. 12. lib. 1.* Confirmatio enim addit robur ſta-
tuto reſpectu Iuris, non tamen ſupplet factum. *Se-
raphin. deciſ. 971. num. 7.* & propterea additur clau-
12 ſula quatenus ſint in vſu, quæ facit, quod vſum al-
legans teneatur ipſum probare. *Rota deciſ. 56. n. 1.
p. 1. diuerſ.* alias enim ſtatutum de iure præſumitur
vſu receptum, niſi contrarium probetur. *Dec. conſil.
534. ſub num. 9. verſ. Non obſtat Natta conſ. 160. nu.
13 22. lib. 2. verſic. ſed non eſt opus Roland. conſil. 90.
num. 53. lib. 1. Than. deciſ. 25. Rota Bononien. de-
ciſ. 13. num. 10.*

Licita tamen, & honeſta, &c. hæc clauſula opera-
14 tur, vt nihil cenſeatur confirmatum, quod ſit con-
tra ius, aut æquitatem. *Rota deciſ. 21. num. 3. par. 2.
recent. Seraphin. deciſ. 734. num. 1. lib. 1.* & propte-
rea non intelligitur confirmata præſcriptio cum
mala fide idem *Seraphin. deciſ. 614. num. 5. lib. 1.* ne-
que ſtatutum nullum vel alteri præiudicium infe-
rens *Bero. conſil. 107. num. 12. lib. 1.* etiam ſi confir-
matio eſſet concepta ex certa ſcientia. *Roland.
conſil. 29. num. 32. & 34. lib. 1.* & hoc ſolum quo ad
præiudicium tertij, non autem quo ad nullitatem:
quia illa ex certa ſcientia ſuppletur. *Rota dec. 339.
num. 5. par. 2. recent.* in qua deciſione eſt notandum,
quod aliquando in confirmatione enunciātur alia
ſtatuta præter id, quod confirmatur, quo caſu ad-
uertendum, an clauſula licita, & honeſta ſit appoſi-
ta ſtatutis enunciatis, ſeu potius ei, quod confir-
matur: quia ſi enunciatis appoſita eſſet non quali-
ficaret, quod confirmatur. Non tamen hæc clau-
15 ſula infringeret ſtatutum præter ius, quia licet nō
poſſet ſtatui contra ius, poteſt tamen ſtatui præter
ius, *cap. fin. vbi Gloſſ. & Doct. de Coniect. Bald. in cap.
cum dilectus, num. 13. de conſuetud. Calder. conſil. 5.
num. 2. de Conſtit.* omnis autem vniuerſitas poteſt
condere ſtatuta pro regimine iuri non contraria,
vt dicunt *Doct. in l. omnes populi ff. de Iuſt. & Iure, &
§. vis autem ciuile Inſtitut. de iure nat. gent. & Ciuil.*
Collegia vero artificum imperfectam referunt
Vniuerſitatem, & ideo requiritur eorum ſtaturo-
rum confirmatio. *Bero. conſ. 158. num. 2. lib. 3. Marc.
Mant. quæſt. 627. p. 2.*

*Non obſtan. conſtitutionibus, & ſtatutis confirmatio-
ne Apoſtolica roboratis*, &c hæc clauſula derogato-
16 ria eſt neceſſaria quia vt ſupra oſtendimus, confir-
matio nunquam tacite cenſetur reuocata, *Seraph.
deciſ. 433. num. 7. lib. 1.* deinde ſtatutum Capituli
confirmatum dicitur ipſius ius commune, contra
quod denuo ſtatui non poteſt abſq; confirmatione
Apoſtolica, c. quod ſuper his, vbi *Felin. num. 2. de
maior. & obed. Calder. conſil. 5. num. 2. de Conſtitut.
Alexand. conſil. 106. num. 2. lib. 2. late Oieda de benef.
incompatibilitate part. 1. cap. 23. num. 61. & part. 2.
cap. 11. num. 32.*

Nec non iuramento firmatis, &c. confirmatio enim
17 ſtatutorum, licet Apoſtolica non trahitur ad diſ-
poſitionem iuratam. *Grat. conſil. 41. num. 21. lib. 1.*
18 quia iuramentum non venit in generali diſpoſi-

tione,ſed expreſſa illius debet fieri mentio. *Gloſſ.in c,cum non deceat de elect.in 6. per textum in c,conſtitutus de reſcript.vbi Felin.num.5.Ioann,Andr.in reg. quod ſemel in fine de regul.Iur. Alexand.conſil.37.nu, 24.lib.2 Corn.conſil.328. lib.1. & conſil.180. in fine lib.3. Grat.qui de communi conſil.41. num.14. lib.1.* cum alijs per *Gabr.de ſtatut.concluſ.11.in princip. & de Iureiur.concluſ.5.in princip.& nu.12. & per Moder.de priuileg.iuram priuil.22.num.53.*& huiuſmo-
19 di confirmatio ſtatuti, quæ tollit iuramentum debet fieri ex certa cauſa, *Gabr. de ſtatut. concluſ 11.*
20 *num.13.* expreſſio igitur iuramenti, quod tollitur eſt neceſſaria adeo vt *Bero.conſil.107.num.12.lib 1.* exiſtimauerit, confirmationem annullantem iuramentum in forma communi, nihil operari, quod tamen verum non eſt, cum vſus, & conſuetudo ſit in contrarium, & priuilegio iuramenti ſit ſatisfactum per expreſſam illius mentionem.

Ex conſuetudinibus contrarijs quibuſcumque, &c. quemadmodum per hanc clauſulam derogatur
21 conſuetudini contrariæ, ita confirmatur conſuetudo à ſtatuto confirmata *Seraph.deciſ.326.num.6. Rota deciſ.112.num.4.p.1.diuerſ.*

Nulli ergo, &c quemadmodum ſtatuta non confirmata à Principe ſunt in parua conſideratione,vt
22 dixit Rota in Peruſina Dotis 10. Maij 1602. coram Card. Millino, ita poſt quam acceſſit confir-
23 matio præſertim Apoſtolica, non poteſt ab Inferiore infringi, quando vero ipſi ſtatuentes poſt confirmationem Apoſtolicam poſſint mutuo con-
24 ſenſu à ſtatuto recedere, vide *Creſcen. deciſ.1. de pactis Hippol.tamen ſing.567.* opinatur,quod in ſtatuto à Superiore confirmato inferior nullo modo amplius ſe poſſit ingerere.

Verum contingit hic non ineptè dubitari, an vnquam ſub Statutis Laicorum comprehendantur Clerici, & ſub quibus, & Rota in cauſa Romana Reſciſſionis contractus 22.Iunij 1633. coram Domino Dunozetto cenſuit Eccleſiaſticos numquam
25 comprehendi ſub ſtatutis Laicorum; poſſe tamen illos vti ſtatutis eorumdem Laicorum ſibi fauorabilibus, quod ipſum magnam admittit difficultatem, quam vt probe examinemus præmittenda eſt prædicta deciſio.

,, Cum Patres miniſtrantes infirmis prætenderent
,, ſe fuiſſe læſos in pretio domus per ipſos emptæ à
,, Domina Caſſandra Guarnella, egerunt in Tribu-
,, nali Eminentiſſimi Vicarij Vrbis, pro reſciſſione
,, venditionis, & ſententiam fauorabilem reporta-
,, runt, à qua cum pro parte Caſſandræ fuiſſet appel-
,, latum, & cauſa mihi fuiſſet commiſſa, propo-
,, ſui dubiũ an eſſet locus reſciſſioni dicti cõtractus.
,, Cuius quidem dubij reſolutio à duplici inſpe-
,, ctione pendebat. Primò videre an Patres prædicti
,, tenerentur probare læſionem vltra tertiam partem
,, prætij iuxta diſpoſitionem ſtatuti Vrbis cap.154.
,, lib.1. vel tenerentur eam probare vltra medieta-
,, tem iuxta textum in leg. 2. Cod. de reſcindend.
,, venditio.
,, Secundò an dicta læſio fuerit pro parte dd. Pa-
,, trum concludenter probata.
,, Quoad primum licet loca pia non cõprehendan-
,, tur ſub ſtatutis Laicalibus etiam quod ea fuerint à
,, Sede Apoſtolica confirmata cum confirmatio nec
,, augeat,nec ampliet,ſed adimat dumtaxat defectũ
,, iuriſdictionis, iuxta diſpoſita,& propoſita cum ſta-
,, tutum in d. cap. non loquatur de locis pijs non vi-
,, deatur illa comprehendere,vt alias firmauit Rota
,, in Romana penſionis Prioratus 4 Febru. 1630.co-
,, ram R.P.D.Pirouano,& in Romana Liberationis à
,, fideiuſſione 4. Martij 1630. coram R. P. D. meo
,, Merlino, attamen DD.non dubitarunt quin ſtatu-
,, tum in d.c ſit fauorabile dd. RR. & alijs locis pijs;
,, vnde quamuis non compræhendantur in eo, ſi ta-
,, men volunt vti poſſunt beneficio dict. ſtatuti non
,, quidem virtute compræhenſiua d. ſtatuti quæ defi-
,, cit in Laicis ex defectu iuriſdictionis, ſed quia om-
,, nes leges, & conſtitutiones Laicales extendantur
,, quoque ad Clericos,& loca pia cum ex diſpoſitio-
,, ne Sacrorum Canonum omnes Conſtitutiones
,, Clericis,& locis pijs fauorabiles præſumantur cõ-
,, firmatæ, & approbatæ, ea ratione quia Laici fa-
,, cientes leges fauorabiles Eccleſijs non dicuntur
,, lædere ſed augere Eccleſiaſticam libertatem ad
,, tradita per *Dec.in cap. Eccleſia Sancta Mariæ num.*
,, *107.de conſtit.& conſil.282.num.8.& Burſatt.conſil.*
,, *93.num.45.lib.1.Surdus conſil.301.num.24.& conſ.*
,, *2.num.19.& 38.Maſcard. de German. interp.ſtatuti*
,, *concluſ.1.num.192.& 193 cum ſequentibus,Carol.de*
,, *Graſſis de effectu Clericat. effect.2. num.42.& nu.44.*
,, *cum ſeqq. Add.ad Gregorio XV. deciſ.279.num.24.*
,, *Rota in Papien. Bonorum 18. February 1578. coram*
,, *Lancellotto, & in Mediolanen. hæreditatis 11. Martij*
,, *1596.coram Card.Pamphilio.*

Hæc deciſio firmat quod Clericus poteſt vti ſtatuto Laicorum fauorabili,& repellere odioſum quod verum eſt ſi duo concurrant ſtatuta; vnum nempe fauorabile, & alterum odioſum, quia tunc fauorabili poteſt vti modo ſit generale,& non cõceptum in Clericos iuxta cap Eccleſia Sanctæ Mariæ de Conſtit. quod prohibet Clericis vti ſtatuto Laicorum ad Clericos concepto;Secus ſi ſtatutum nullam facit Clericorum mentionem quia tunc eo vtuntur non vt ſtatuto laicali, ſed vt eſt fauorabilis diſpoſitio. Quando vero ſtatutum de ſui natura non eſt fauorabile, nec odioſum, ſed indifferens prout eſt ſtatutum Vrbis, de quo ſuprà quod videlicet ad reſciſſionem contractus ſufficiat læſio in tertia parte, & non in dimidia; Quia ponamus quod Eccleſia hodie in emptione lædatur vltra tertiam iuuabitur hoc ſtatuto ita etiam ſi ipſa læſerit alium,ligabitur eodem ſtatuto quod diuerſimode non poterit allegari hodie, videlicet illud acceptãdo, & cras reijciendo; ſed fauorabilitas illa debet eſſe perpetua, & non mutabilis pro caſuum contingentia verbi gratia, quod Clerici in odioſis de ſui natura non habeantur pro ciuibus in fauorabilibus vero,de ſui natura habeantur, & ita procedit cap.dilecti de foro competenti & cap ſi in adiutorium diſtinct.10.

In caſu poſito ſtatutum eſt indifferens,& poteſt modo eſſe odioſum Clerico, & modo fauorabile, quo caſu debet ſeruari æqualitas latè *Carolus de Graſſis de effectum Cleric. effect 2,num.25.* nam Clericus qui vtitur ſtatuto Laicorum pro ſe,ligatur eodem ſtatuto quatenus ſit contra ipſum *Abb. in d. cap. Eccleſia Sancta Maria num.43.verſic.ſed hoc caſu diſtingue Felin.num.81. verſic. Quartus caſus, Dec. conſ.257.*

conſil.257 Surd deciſ.2.num.3. Curnuit. Rit.166.nu. 34. vide hoc ſtatutum non poterit dici fauorabile Clerico, quia æque facile datur caſus quod illi vertatur in odium, immo facilius cum Eccleſia ſoleat lædi in venditione: non autem in emptione, & in ſpecie *Butr. in d.cap. Eccleſia S. M. num.*17. declarant quomodo Clericus côpræhenditur ſub ſtatuto in fauorabilibus dicit hoc procedere, ſi illud ſit generaliter fauorabile, & bene explicat *Abb. in d. cap. Eccleſia S. Mariæ in 2. lectura num.*37. videlicet procedere in ſtatuto fauorabili, hoc eſt priuilegio generaliter per ſtatutum conceſſo, & hunc ſenſum habuit Rota in Romana donationis de Caſtellanis
26 17. Iunij 1631. coram D. Coccino Decano, vbi negat R. P. D. Caſtellanum quamuis Clericum ſub ſtatuto Vrbis compræhendi, vt eo ad ſui fauorem vti poſſet.

Obiter etiam firmandum, Clericos comprehendi ſub ſtatuto Vrbis quoad ſingula Capita, cum ſit confirmatum a Papa, & proinde dicatur papale, vt liget etiam Clericos, & non eſt admittenda interpetratio deciſionum in cauſa Romana penſionis prioratus 4. Februarij 1630. coram Domino Piro-uano, & in Romana Liberationis à fideiuſſione 4. Martij 1630. coram D. Merlino Clericos videlicet non comprehendi ſub ſtatuto niſi in ijs Capitibus in quibus ſtatuentes eos comprehendere voluerũt videlicet quando hoc expreſſerunt. Nam ſi hoc verum eſt, fruſtratoria erit illa concluſio toties à Rota Canonizata Clericos ligari ſtatutis Vrbis cum numquam in hoc ſtatuto fiat expreſſa Clericorum mentio prout volunt dictæ deciſiones.

Nec facit quod ſaltem aliquando eorum fiat mentio, ſi non expreſſa ſaltem tacita, quæ importat expreſſam, vt *cap.24.lib.*1. videlicet, quod duæ conformes habeant vim trium; nam ex hoc ſequitur, quòd ſtatutum Vrbis non compræhendet Laicos niſi, quoad vnicum caput, quod eſt omnino ridiculum, vt ſtatutum dicatur generaliter, compræhendere Clericos & hoc non verificetur niſi in vno illius capite. Sanè ſtatuentes voluerunt habere Clericos pro Ciuibus, & cum eis ex æquo côtrahere, & hæc proculdubio fuit eorum intentio quam comprobat Gregor. XIII. confirmans Statutum, & præcipiens, diſpoſita in ſtatuto ſeruari in ipſa Vrbe & diſtrictu, & propterea Rota antiquior, & proximior Confirmatione ſemper tenuit pro comperto, & explorato, ſtatutum Vrbis ligare Clericos quo ad omnia, & ſingula eius capita *Rot. dec.*452. *p.*1. *diuerſ. Seraph. deciſ.*794. *& deciſ.* 1170. & alias ſæpiſſimè.

SVMMARIVM.

Confirmatio Vnionis omnium maximè neceſſaria, & expediens, 1.
Vniendi facultas, data Ordinario multis modis limitatur, 2.
Clauſula cum ſuſpenſione quarumcumq; vnionum quando apponatur, 3.
Clauſula hæc non diſſoluit vnionem ſed illam ſuſpendit, 4.
Formula confirmationis Vnionis, 5.
Societas Ieſu inſtitutum laudabile, 6.
Vnio ſine cauſa non ſubſiſtit, 7.
Vnio non probatur niſi ſcripturis, 8.
Gratia Principis non probatur per teſtes 9. *& quando probetur,* 11. *neq; quo ad qualitatem, neq; quoad ſubſtantiam contra Rotam,* 10.
Suppreſſio, & Vnio in quo differunt, 12.
Vnionum ſpecies quot ſint, 13.
Vnio quando dicatur effectum ſortita, 14.
Confirmatio in forma communi eſt actus neceſſitatis, & de iure debitus, 15.
Clauſula, & quod alia vniones, &c. ad quem effectum apponatur, 16.
Vnionis cauſa quæ, & quot ſint, 17.
Vnionem factam ex cauſa non legitima Dataria non confirmat, ſed potius concedit nouam vnionem, 18.
Clauſula quod valeat in vim nouæ conceſſionis confirmat vnionem nullam, quæ alias non confirmaretur, 19.
Clauſula vocatis, &c. requiritur in confirmatione vnionis, 20.
Vnio, ſiue illius confirmatio requirit expreſſionem valoris vniti, 21.
Regularia beneficia non vniuntur Secularibus, poſſunt tamen vniri ſecularia regularibus, 22.
Vniri non poſſunt beneficia diuerſarum Diœceſium, 23.
Vniri non poſſunt beneficia iuriſpatronatus, 24.
Vniri poteſt beneficium iuriſpatronatus beneficio libero ad vitam obtinentis, 25. *ſi ſint curata, ſecus ſi non ſint curata,* 30.
Vnita beneficia non dicuntur vacare, 26.
Priuilegia vnitorum ſunt promiſcua, & omnibus vnitis conueniunt, 27.
Iuſpatronatus pro duabus partibus Eccleſiaſticum & pro vna laicale non cadit ſub concurſu, 28.
Vnitorum ad vitam, quorum vnum eſt iuriſpatronatus alterum liberum, & ſimul ſunt ſolita obtineri, quomodo ſit facienda collatio, 29.

§. IV.

De Confirmatione Vnionum.

1 NVlla alia confirmatio magis neceſſaria eſt, quam Vnionum ab Ordinario factarum; Li-
cet enim habeat facultatem ex cauſa vniẽdi ex di
poſitione Concilij Tridentini ſeſſ.24.cap.13. de re-
2 form. tamen facultas illa limitatur multis modis
tum ibi, tum ſeſſ.6.cap.6. tum ſeſſ.14.cap.9. in fin. vbi obiter notaui poſtrema verba, Decretum huius Sanctæ Synodi ſuper huiuſmodi vnionibus in hoc declarando, quod nam ſit illud Decretum, quod hic declaratur, non video: quia ſolum videtur declarari cap.13. ſeſſ.24. quod de tempore huius decreti latum non erat, & vltra limitationem & reſtrictiuam vnionum per Ordinarios faciendarum: quia vnio debet fieri, cum primum beneficium per ceſſum, aut deceſſum vacauerit c.1. ne ſed. vacan.
3 *Stuphil. de litt. grat. titul. de ſecunda forma mandat. de*
*prouiden. nu.*3. ſi vacatio contingat in menſe reſeruato, datur locus impetrationi cum clauſula, & cũ ſuſpenſione quorumcumq; Vnionum &c. *Rebuff. in praxi tit. de reuocatione Vnionis, num.*32. ſcio eundem *Rebuff. paulo poſt & Stuphil. de litter. Gratia tit. de ſecunda forma mandatorum de prouidendo affirmare*, quod clauſula iſta ſoleat caſſari: quod eſt verum, ſed non ſemper, & primo quidem non caſſatur in permutatione, aut reſignatione vt poſt *Oldrad.* no-

tat

tat vbi ſuprà *Rebuff.* deinde non caſſatur in vaca-
tione beneficij affecti, ſed ſolum ſolet caſſari in
ſimplici reſeruatione menſis, & vacatione extra
Curiam, & tunc nec quidem per neceſſe, ſed de
conueuienti, cum ſemper Papa poſſit conferre
vnione non obſtante, quæ propterea non diſſoluit
vnionem, ſed rantum ſuſpendit, vſque ad aliam va-
cationem *Rebuff. vbi ſuprà*. Ex quibus patet dari
4 plures caſus, quibus clauſulæ locus ſit, quam qui-
bus non ſit locus, & propterea illico poſt decretum
vnionis vtile eſſet petere confirmationem ante ceſ-
ſum, vel deceſſum, vt tollatur omnis anſa impetran-
di, ſed veniamus ad formulam.

» Beatiſſime Pater. Nuper deuota creatura Ve-
» ſtra Alphonſus del Bene Epiſcopus Albien. proui-
» de conſiderans, quam Vberes in agro Domini fru-
» ctus pium Inſtitutum Societatis Ieſu ſemper attu-
» lerit. Inſtituroq; in Ciuitate Albien. Collegio d. So-
» cietatis illius primordia feliciter promouere cu-
» piens, Prioratum Sæcularem Curatum Sancti Aphri-
» cani d. Ciuitatis, cuius ædificia ita contingua dict.
» Collegio, vt eius parietes contingant, materiamq;
» præbeant grauium aliquando naſciturarum litium
» inter Rectores, & Collegiales d. Collegij, & Priorẽ
» d. Prioratus pro tempore exiſtentes non ſine boni
» publici iactura, ad obuiãdum igitur futuris litibus,
» & vt opportuno aliquo remedio d. Collegij neceſ-
» ſitatibus pro beneuolo erga d. Societatem animo
» prouideret, per liberam reſignationem deuoti Ve-
» ſtri Bernardi Dany tunc Prioris, &c. vacan. ordina-
» ria ſua auctoritate perpetuo vniuit, annexuit, &
» incorporauit, prout in ſcripturis deſuper confectis
» plenius continetur. Cum autem P. S. deuoti S. V.
» Oratores moderni Rector, & Collegiales d. Colle-
» gij plurimum cupiant vnionem huiuſmodi, quæ iã
» pridem effectum habuit pro firmiori illius ſubſi-
» ſtentia, & obſeruatione inuiolabili S. V. & Sedis A-
» poſtolicæ patrocinio communiri. Supplicant igitur
» humiliter eiuſdem S. V. Oratores prædicti. quate-
» nus, &c. vnionem annexionem, & incorporationem
» prædictas, ac deſuper confectas ſcripturas prædi-
» ctas, & in eis contenta quæcumq; cum omnibus, &
» ſingulis inde legitime ſequutis, & ſequen. Apoſto-
» lica auctoritate perpetuo approbare, & confirma-
» re illiſq; perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ firmi-
» tatis robur adijcere, ac omnes, & ſingulos tam iu-
» ris quam facti, & ſolemnitatum quorumcumq; de
» iure, vſu, conſuetudine, aut alias quomodolibet, ne-
» ceſſariarum, & quoſnis alios etiam quantumuis
» ſubſtantiales defectus, ſi qui deſuper quomodoli-
» bet interuenerint, in eiſdem ſupplere, ac Vnionem,
» &c. & ſcripturas deſuper confectas ſemper, & per-
» petuo validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſq; plena-
» rios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, & ab
» omnibus, ad quos nunc quomodolibet ſpectat; &
» ſpectabit pro tempore perpetuo firmiter, & inuio-
» labiliter obſeruari, & adimpleri debere, ab illiſq; re-
» ſiliri, aut recedi nullatenus vnquam poſſe, ſicq; per
» quoſcumque Iudices, &c. irritum, &c. Non obſtan.
» præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus
» Apoſtolicis, ac Lateranen. Concilij nouiſſime cele-
» brati vniones perpetuas, niſi in caſibus à iure per-
» miſſis fieri prohiben. cæteriſque contrarijs quibuſ-
» cumque cum clauſulis opportunis.
» Et cum abſolutione, &c. & quod aliæ vniones d.
» Collegio hactenus quomodolibet factæ, &c. Verũ-
» que, & vltimus dicti prioratus ſtatus, &c. in toto,
» vel in parte fieri poſſint in litteris, &c & ad perpe-
» tuam rei memoriam. Ita quod litteræ deſuper in
» forma ſimplicis vnionis gratioſæ ſurrogationis,
» &c. aliorumq; &c. expreſſio fieri poſſit in litteris. Et
» citra confirmationem vnionis, ſed de noua vnione,
» ac diſmembratione, & applicatione, quæ commit-
» tatur Ordinario Viciniori cum clauſula vocatis,
» &c. & ſine alicuius præiudicio.

Pium inſtitutum Societatis Ieſu, &c. quam fructus
vberes in Vinea Domini proferat hæc ſocietas, nõ
eſt meum hic narrare, ſufficiat dixiſſe: quod ſpeciali
prouidentia Dei, & bonitate orta ſit cum monſtro
illo Luthero, vt haberet dæmon, quo cum colluctar-
ret, & à quo vinceretur. Cauſantur non nulli, pa-
tres ſocietatis conficere diſtinctam quandam ho-
minum ſpeciem, vt pote quod moribus, inſtitutis,
vitæ conſuetudine, ac rerum praxi à reliquo cœtu
viuentium prorſus differant, quod vel ex eo ſolo li-
ceat colligere: prudentiam ipſorum nulli adhuc
vnquam mortalium innotuiſſe. Opponunt alij
magnas, & inexhauſtas diuitias ex hæreditatibus
magnatum Principum donatijs, Pontificum largi-
tionibus congeſtas, ſed vtriſq; verbo reſpondeo, in
primis decere Religioſum virum remotum eſſe, à
reliquis, vt proximum tamen iuuet, in quo totus
ſtat cardo ſocietatis, quod ſi Ieſuitas excluda-
mus ab Eccleſiæ prouentu ab agrorum cenſu: ab
omni deniq; Reipublicæ munere, quod fructum tri-
buat: poſſumus etiam eos excludere à vita huma-
na, quæ ſine neceſſarijs non ſubſiſtit. Sane vna illa
continentiæ Virtus, quæ in hac ſocietate emiuet
delere poſſet, nubeculã, ſi quæ adeſſet priuati quæ-
ſtus, totum quinquennium apud hos viros Romæ
in puerorum Seminario vixi, quo tempore didici:
nihil ab immũditia carnis hiſce viris eſſe alienius,
ligneos: & lapideos verius dixeris, quam oſſibus, &
carne compactos. Hinc videmus, quod rarus ſocie-
tis deſertor eſt, niſi qui carnis illecebris reſiſtere
nequiuit. Societas enim iſtos, vt mare cadauera eij-
cit; Sed de his alias fuſius.

Cuius ædificia ita contingua, &c. hæc fuit cauſa vnio-
nis, ſine qua non ſubſiſtit. *Card. conſ. 96. per tot. Fe-
lin. conſ. 35. num. 11. Dec. conſ. 233. Caſſad. deciſ. 1. de
7 Vnion. & deciſ. 8. num. 6. de conceſſ. præbend. Garzias
de benef. par. 12. cap. 2 num. 113. cum ſequentibus*, vbi
alios refert: an autem hæc cauſa ſit ſufficiens infra
videbimus.

8 *Ac deſuper confectas ſcripturas*, &c. Vnio, ſiue ſup-
preſſio non probatur niſi ſcripturis, *Bald. in c. 2. n. 3.
de reſtit. ſpol. Aym. conſ. 258. nu. 11. Maſcard. de prob.
concluſ. 586. nu* 1. non autem teſtibus vt contra *Ze-
rolum, & Caccialupum tenet Garzias de benef. d. p. 12.
9 c. 2. nu.* 228. vbi firmat ita alias tenuiſſe Rotam, &
hoc commune habet cum gratia Principis, quę non
probatur per teſtes.

Verum difficultatem facit *deciſ. 210. p. 1. recent.
nu. 2. in fi.* vbi quod confirmationis qualitas poteſt
probari per teſtes exempli cauſa conſtabat in ge-
nere de gratia Confirmationis; dubitabatur vtrum
Papa confirmaſſet ex certa ſcientia nec ne, & licet
10 de hoc ex ſcriptura non conſtaret Rota reſoluit,
quali-

qualitatem illam ſcientiæ certæ poſſe probari per teſtes, quod non videtur admittendum nam ſupra fusè explicauimus, hoc totum colligi ex tenore confirmationis, vnde probatio teſtium vel non eſt releuans, vel eſt ſuperflua: licet enim qualitas facilius indicatur quam ſubiectum hæc concluſio non videtur poſſe hic applicari, nam certa ſcientia facit differre ſpecie gratiam à forma communi, adeovt qualitas iſta ſit potius ſubſtantia, quam accidens, & poſita hac concluſione, ſequitur magnum abſurdum, ponamus enim ex tenore gratiæ colligi confirmationem eſſe conceſſam in forma communi, & teſtes deponant Principem conceſſiſſe ex certa ſcientia, deſtruetur receptiſſima concluſio, qua
11 ſtatuitur, probationem per teſtes non eſſe admittendam, vbi fieri poteſt per ſcripturas. *Rota deciſ. 40. de teſtibus in antiq. Ægid. deciſ. 9.* Vnicum reperio caſum, quando gratia Principis per teſtes probari poſſit, quem ponit *Mandoſ. Reg. 17. quaeſt. 6. nu. 1. & 5.* videlicet ſi poſt ſignaturam ſupplicationis, & ante regiſtrationem illa ab Officialibus amittatur, vel quod in idem incidit, apud ipſos non reperiatur, hoc caſu poterit probari per teſtes, gratiam ſemel fuiſſe ſignatam, non quidem iudicialiter, ſed coram Datario, qui poterit huiuſmodi atteſtationem admittere, ſi illius rei aliquam habuerit non dico perfectam memoriam, ſed reminiſcentiam, & aliam ſupplicationem iuxta tenorem prioris ſignatæ Papæ, Officiali committere ſignandum. Verum hic alia oritur difficultas, quid ſtatuendum ſit de tenore: nam difficile videtur quod atteſtantes de gratia facta, & nullum in ea intereſſe habentes, poſſint tenorem adamuſſim meminiſſe, vel ſaltem res & clauſulas gratiam concernentes. exempli cauſa commendaueram Reuerendiſſimo Datario diſpenſationem ſuper ætate pro nobili Gallo ad Commendam, & fuit ſignata ſupplicatio, quæ deinde inter manus Officialium fuit amiſſa, reperiebatur tamen in libris notularum annotata huiuſmodi gratia videlicet. *Turonen. diſpenſatio Andreas*; adeovt de gratia tali quali non poterat dubitari, & proinde ſollicitator negocij aliam porrigebat ſupplicationem, in qua legebatur diſpenſatio in Anno 19. ætatis; Datarius quæſiuit ex me vtrum atteſtarer de gratia in ea ætate: quia poterat eſſe diſpenſationem fuiſſe cõceſſam in anno 20. & tamen ſollicitator meam implorabat fidem: qui cum ætatis præciſæ non recordarer, renui dicere huiuſmodi teſtimonium: quia in hac materia vt ſupra dixi, qualitas gratiæ, eſt ſubſtantia gratiæ, & non ſufficit probare gratiam in genere, ſed in ſpecie, videlicet de ætate præciſa.

Quod autem dixi non probari niſi ſcripturis, Vnionem, aut ſuppreſſionem, denotat vnam ab altera diſtingui, quod quomodo verum ſit, & in quo di-
12 ſtinguantur examinandum. *Garzias vbi ſupra c. 2. num. 5. par. 12.* quinque enumerat Vnionum ſpecies, prima quoad ſpiritualem communicationem tantum, ſed iſta non eſt Vnio propriè quæ reſpicit vltra titulum, etiam res corporales, non enim poterit dici, niſi vnio partialis illa, quæ non compræhendit, niſi ſpiritualia. Secunda quando vna Eccle-
13 ſia ſubijcitur alteri, & vnio propriè dici poſſet incorporatio, ſiue annexio, per quam quod vnitur efficitur membrum illius, cui fit vnio. *Caſſad. deciſ. 3. num. 1. de Iud. Oldrad. conſ. 275. num. 15. Calder. conſ. fin. de reb. Eccleſ.* Tertia quando vnio fit æque principaliter, vt ſi vniantur ad inuicem duæ Parochiales, vel etiam Cathedrales, & hæc eſt propriſſima Vnio, quæ efficit, vt Rector vnius ſit Rector alterius, vtroque beneficio in ſuo ſtatu remanente, de qua latè per eundem *Garziam d. cap. 2. 37.* Quarta cum ex duabus Eccleſijs fit vna: Sed hæc non videtur differre a ſecunda, vel tertia ſpecie: nam hoc caſu: vel remanet titulus vnius ex dictis Eccleſijs, & alia ſupprimitur, & tunc reducitur ad ſecundam ſpeciem, vel remanet vterq; & reducitur ad tertiã ſpeciem, vel neuter remanet, ſed inducitur illi titulus nouus ſeparatus ab vnitis, & tunc non erit propriè vnio, ſed potius ſuppreſſio. Quinta ſpecies, quando vna Eccleſia erigitur in Cathedralẽ vniendo illam alteri, vt vtriuſq; ſit idem Epiſcopus, & hęc remota commutatione ſtatus vnitæ, reducitur ad tertiam ſpeciem, adeo vt non dentur, niſi duæ ſpecies vnionum ſecunda videlicet, & tertia, quarum ſecunda continet ſuppreſſionem iuxta *Oldrad. dict. conſ. 257. nu. 15.* Propria tamen ſuppreſſio eſt, quæ reſpicit potius dignitates, & perſonatus, quam Eccleſias, vt quando in capitulo ſupprimitur decanatus Cantoria, vel dignitas ſimilis quia tunc nihil manet reliquum, neq; titulus, neq; Eccleſia, neque fructus, in quo ſignificatu ſumitur in cap. ex parte extra de reſcriptis; poſſunt tamen etiam ſupprimi ipſæ Eccleſiæ, vt ſi ob tenuitatem, & earum exigentiam penitus profanentur, provt nuper ſex Eccleſias Parochiales Diœceſis Beneuentanæ ad cultus Diuini exercitium, ac Miſſarum, aliorumq; diuinorum Officiorum celebrationem indecẽtes & ob illarum fructuum tenuitatem, & Parochianorũ inopiam ſine præiudicio earum Rectorum, Archiepiſcopus prophanauit, earumq; ſubditorum, curam, redditus, & onera ad quaſdam alias Parochiales Eccleſias viciniores tranſtulit iubens in eis Altaria cum Iconibus Sanctorum Eccleſiarum ſic ſuppreſſarum ædificari, cuius ſuppreſſionis confirmatio de Stilo fuit remiſſa ad Congregationem Interpretũ Concilij, quæ reſcripſit. Die 28. April. 1619. *Sacra Congregatio Conc. Trid. cenſuit, conualidationẽ ſupra petitam eſſe concedendam, Si S.D.N. viſum fuerit, concurrente tamen tenuitate redditũum Eccleſiarũ dirutarum inopia Parochianorum, & quod ſufficienter ſit prouiſum curæ animarum, & ſacramentorum adminiſtrationi, & ſine præiudicio eas obtinentium.* Dataria in cõformitatem huius decreti ſignauit ſupplicationem citra tamen aliquam confirmationẽ ſed de noua ſuppreſſione, & hoc quia Ordinarius ſuppreſſionem huiuſmodi facere non poterat, licet enim habeat facultatem erigendi nouas Parochias in vim Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 4. non tamen habet facultatem ſupprimendi. vt declararunt ijdem Interpretes in cauſa Taruiſina Parochialium de Cimadolmo de Anno 1617.

Vnionem huiuſmodi, quæ iam pridem effectum ha-
14 *buit*, &c. dicitur autem effectum habuiſſe quando illius vigore eſt capta poſſeſſio, & non alias, ita vt ſi litteræ ſuper vnione eſſent expeditæ, & executoribus traditæ: non tamen fuiſſet earum vigore capta poſſeſſio, & ſuperueniret regula reuocatoria Vnio-

num,vnio huiuſmodi cenſeretur ſuſpenſa ad aliam
vacationem. *Mandoſ.ad reg.12.q.5.nu.4. Chokier ad*
eandem regul.num. 21.pro quo *Gloſſator antiquus hic*
*nu.*5. allegat extrauagantem Martini V. quam ta-
men interpretatur, vt ſit intelligenda quando ſtat
per aliquem,cuius ſauore facta eſt vnio,quo minus
haberet poſſeſſionem: quia tunc in eius odium cẽ-
ſetur reuocata vnio,ſed ſi volebat capere poſſeſſio-
nem, & ſecit quantum in ſe ſuit, & non potuit ha-
bere,tunc eſſe ſatisfactum exceptioni regulę reuo-
catoriæ. Niſi ſortitæ ſint effectum, &c. ſed quic-
quid ſit de opinione Gloſſatoris, quæ ſane æquita-
tem habet, crederem exceptioni prædictæ ſine dif-
ficultate ſatisfactum eſſe per actualem poſſeſſionis
appręhenſionem,& non requiri perceptionem fru-
ctuum,& ita opinatur. *Garzias vbi ſuprà num.*290.
contra *Rotam,& Calderinum* vltra poſſeſſionem re-
quirentes fructuum perceptionem,eo quod poſſeſ-
ſio hæc debeat intelligi de pacifica: quia quatenus
hoc verum eſſet,non ſequitur illatio,cum poſſit da-
ri poſſeſſio pacifica abſq; perceptione fructuum
vt pote, quod tempus recollectionis non dum ad-
uenerit, & vice verſa poſſunt percipi fructus à poſ-
ſeſſore non pacifico.

15 *Cum omnibus, & ſingulis inde legitime ſecutis,&*
*ſequen.*hæc clauſula etiam importat formam com-
munem, quæ dicitur actus neceſſitatis, & debitus
de iure. Rota coram *Greg.XV.deciſ.*240.*num.*12.
non ſolum in electionibus, ſed etiam in ſtatutis
vnionibus,& reliquis,quæ de iure fiunt. *Caſſad.dec.*
1.*nu.*2.*de Confirm.vtil.vel inutil.*

16 *Et quod aliæ vniones d. Collegio hactenus quomo-*
dolibet factæ, &c. hæc clauſula ponitur ad caute-
lam, ne ad inſtar obtentorum poſſit dari de nulli-
tate Vnionis ex eo quod expreſſæ non fuerint aliæ
Vniones.

Et citra confirmationem vnionis,ſed de noua vnio-
ne,&c. licet enim Vnionis cauſa expreſſa fuerit:ta-
men quia illa non eſt ex ijs, quæ de iure, requirun-
tur ad vnionem, ideo Dataria eam noluit confir-
17 mare tanquam ſine cauſa, vel quod in idem inci-
dit ſine legitima cauſa. Duæ autem omnino ſunt
cauſæ legitimæ Vnionis,neceſſitas, & euidens vtili-
tas,de quo late per *Rebuff.tit.de Vnion.nu.*38.*Garz.*
vbi ſupra num. 108. quarum nulla cum concurrat
18 in hoc caſu,procedendum ſuit non per viam con-
firmationis,ſed nouæ vnionis,quæ importatur per
clauſulam, quod valeat in vim nouæ conceſſionis,
19 quæ confirmat vnionem nullam,alias non. *Rot.de-*
*ciſ.*672.*num.*5.*p.*2.*recent.* & coram *Seraphino deciſ.*
1432.*num.* 1.

Committatur Ordinario cum clauſula vocatis, &
ſine alicuius præiudicio, &c. hæc clauſula apponitur
20 ex præſcripto regulæ Cancellariæ 22. de Vnioni-
bus, & Vnionum confirmationibus, vbi ſtatuitur,
quod non expediantur confirmationes, niſi cum
clauſula Vocatis quorum intereſt, quæ regula duo
ſtatuit, nempe, quod exprimatur valor vniti, &
quod procedatur cum clauſula vocatis, quæ exe-
21 quenda eſt contra omnes intereſſe habentes,vt di-
xit Rota in Compoſtellana Parochialis 27. Iunij
1625. coram Manzanedo.

22 Prædicta procedunt in beneficijs,quæ vniri poſ-
ſunt: quia non datur omnium beneficiorum vnio,
& primo prohibentur vniri beneficia regularia ſæ-
23 cularibus à Conc.Trid.ſeſſ.24.cap.13.& 15.quam
vis e conuerſo poſſint vniri ſæcularia regularibus,
ſimiliter non poſſunt vniri beneficia diuerſarum
diœceſium eodem c. 15. nec beneficia Iuriſpatro-
24 natus ſine Patronorum conſenſu,c.ſignificatum de
præbend. & hæc omnia ſibi vendicant in Vnione
perpetua: quia vniri poſſunt ad vitam beneficia Iu-
25 riſpatronatus cum libero, quo caſu tamen vide-
tur difficilis impetratio exempli cauſa Eccleſia
Parochialis Sanctæ Lucię de Monte Bichiero,& SS.
Laurentij, & Stephani de Patiglione locorum no-
uæ Diœceſis S.Miniati ob earum tenuitatem ex di-
ſpenſatione Apoſtolica ſolent in ſimul conferri.
Occurrente earum vacatione Patroni Laici Eccle-
ſiæ S. Luciæ ad eum præſentarunt Petrum Clemen-
tis de Franciullis: & quia ab Ordinario inſtitutionẽ
ad d. Eccleſiam obtinuit, non tamen collationem
alterius SS.Stephani,& Laurentij: quia vacatio cõ-
tigit in menſe reſeruato, & illa S. Luciæ erat valde
tenuis, vt ad congruam ſuſtentationem Rectoris
non ſufficeret, petebat à me quomodo eſſet facien-
da impetratio: vna enim cadebat ſub concurſu, &
altera non, & vtraq; per ſe vacabat principaliter,
quod non contingit in vnione perpetua *Rebuff. tit.*
16 *de Vnion.num.*12.*Oldrad.d.conſ.*257.*Rota dec.*114.
*nu.*15.*p.*2.*diuerſ.*

*Garzias d.p.*12.*nu.*10. *firmat*, Vnionem operari,
quod priuilegia competentia vni ex vnitis compe-
tat etiam alteri,& ſi ſint contraria inter ſe meliora,
27 & fauorabiliora eſſe attendenda: quod valde con-
ſonum videtur declarationi Eminentiſſimorũ In-
terpretum Conc.Tridentini ſtatuenti, quod Eccle-
ſia de iurepatronatus mixto videlicet pro duabus
partibus Eccleſiaſtico,& vna parte Laicali, nõ ca-
dit ſub concurſu,ea ratione quod hoc ſit fauorabi-
lius Patrono Laico,cui nunquam eſt præiudicandũ,
28 quod à me mutuatus eſt D. Viuianus in ſua praxi
Iuriſpatronatus: nam me pro hac parte ſcribente
in cauſa Florentina Parochialis S. Mariæ de Vghis
emanauit prædicta declaratio,quam vis eam vehe-
mentiſſime oppugnaret D.meus Io:Camillus Maſ-
cambrunus, provt de hac concluſione latius tra-
ctabimus p. 2. & ſecundum hanc opinionem non
29 eſſet faciendus concurſus de altera Parochiali,ſed
inſtitutio ad primam, quia de eius approbatione,
& idoneitate conſtat,licet non per concurſum dan-
da prouiſio de altera Parochiali videlicet cum ex-
preſſione,quod ambę ſimul conferri ſolent,& quod
ad vnam obtinuerit inſtitutionem.

Verum hæc concluſio vt habet locum in Vnio-
ne perpetua, ita non videtur applicabilis vnioni
diſſolubili, quæ ceſſante vita obtinentis, non eſt
amplius in rerũ natura,ſed deficit omnino,adeo vt
non extet ſubiectum communionis priuilegiorum
& nihilominus niſi ita dicamus magnum ſequitur
abſurdum: nam ſi inſtitutus ad Eccleſiam Iuriſpa-
tronatus,ſubijciat ſe examini in cõcurſu pro altera
Eccleſia, & non fuerit ab exa minatoribus magis
idoneus iudicatus; Sed tertius quis,non poterunt
Eccleſiæ inſimul conferri; quia ab inſtituto ad pa-
tronatum non poterit ius auocari, & libera nõ po-
terit conferri inſtituto: quia non eſt denunciatus
magis idoneus,nihilominus quia ſatius eſt pręiudi-
care

care concurſui, quam iuri patronatus Laicorũ, cui Concil. Trid. nunquam intendit inferre prçiudiciũ, vt ſeſſ. 25. cap 9. exiſtimo Eccleſiam liberam ob neceſſitatem tenuitatis conferendam prçſentato ab Exammaroribus Synodalibus, non tamen in concurſu approbato. In aliis beneficiis non curatis
30 non cadit hçc neceſſitas, & proinde non datur vnio neq; ad Vitam.

S V M M A R I V M.

Diſſoluere poteſt qui potuit vnire, 1.
Diſſolutio Vnionis facit quod Eccleſia remaneat in eo ſtatu, in quo erat ante vnionem, 2.
Parochiales nouas erigere poteſt Ordinarius, erectus non poteſt ſupprimere, 3.
Diſſolutionis cauſæ quæ ſint, 4.
Congregationis Concilij reſcriptum in gratijs Diœceſum, vbi Cardinales ſunt Diœceſani, 5.
Eccleſia eſt incompatibilis, tam cum Commenda Monaſterij, quam cum Monaſterio, 6.
Hoſpitale an, & quando detur in titulum, 7.
Hoſpitalium Adminiſtratores ſunt ad inſtar tutorum, 8.
Vnionis beneficij renocatio, vt non fit, niſi de conſenſu Capituli; ita Officij regularis non fit niſi de conſenſu Monacorum, 9.
Diſmembratio, & diſſolutio Vnionis in quo differant, 10.
Diſſoluere aut diſmembrare non poteſt Ordinarius, niſi de conſenſu, quorum intereſt, 11.
Hoſpitalia Laicorum viſitari poſſunt ab Ordinarijs 12.
Etiam priuata, non tamen ea, in quorum fundatione cauetur, quod viſitari non poſſint, 13.
Adminiſtrationis rationem petere eſt pars viſitationis, 14.
Adminiſtratores Hoſpitalium Laicorum tenentur Epiſcopo reddere rationes, 15.
Legatum ſub conſcientia Legatarij, non admittit Iudicem niſi Deum, 16.
Viſitare poteſt Epiſcopus de iure communi Hoſpitalia Laicorum, quando ſunt de iuriſdictione Eccleſiaſtica, 17
Hoſpitalium Laicorum Patroni, & Domini differunt inter ſe, 18.
Hoſpitalia Laitulia priuata viſitari non poſſunt ab Epiſcopo, 19.
Hoſpitale quando dicitur mere laicale, 20.
Conc. Trid. c. 8. ſeſſ. 22. de prohibitione viſitationis in fundatione appoſita quomodo debeat intelligi, 21.
Viſitationis hoſpitaliorum ſumma doctrina, 22.
Derogatio conſuetudinis non comprahendit immemorabilem, 23.
Conſuetudines non temere immutandæ, 24.
Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 8. quid velit per reſtrictiuam in caſibus à iure conceſſis, 25.
Delegatus Papæ debet procedere iuris ordine ſeruato, 26.
Confirmatio delegati Apoſtolici dicitur Apoſtolica, 27.
Viſitatio circa quæ potiſſimum verſetur, 28.
Viſitator in viſitatione poteſt cognoſcere de delictis, ſed extraiudicialiter, 29.
Viſitator in viſitatione non poteſt delictis imponere pœnas ordinarias, 30.
Viſitator non poteſt recuſari ſuſpectus, 31.
Viſitare non poteſt Epiſcopus Capellam Confraternitatis Laicorum, ſitam in Eccleſia exempta, 32.
Viſitari non poſſunt hoſpitalia, quę ſub immediata Regum protectione ſunt, 33.
Hoſpitalia quando dicantur ſub immediata protectione Regum, 34.
Protectoria de ſui natura non importat iuriſdictionem, 35
Epiſcopus eſt protector omnium Eccleſiarum ſuæ Diœceſis, 36.
Cardinales protectores quam habeant iuriſdictionem, 37.
Hoſpitale SS. Iacobi, & Ildephonſi Hiſpanorũ Romæ, 38.
Hoſpitaliorum Vrbis recta adminiſtratio, 39.
Laici melius gubernant hoſpitalia, quam Clerici, 40.

ſ. V.

De Confirmatione diſſolutionis Vnionis.

Diſſoluere vnionem poteſt qui potuit eam facere, *Rebuff. tit. de vnion. nu.* 15. adeo vt cum, vt ſę-
1 pius hactenus diximus, Ordinarius poſſit in vim
Concilij Tridẽtini vnire, poteſt etiam vnionem diſſoluere, etiam factam à Papa auctoritate Ordinaria, non tamen ſi de plenitudine poteſtatis Papa
proceſſerit. *Garz. p.* 12. *c.* 2. *ſ.* 3. *num.* 304. & tunc re-
2 manet Eccleſia in eo ſtatu, in quo erat ante vnionem. *Rebuff. vbi ſuprà nu.* 38. Hæc autem regula, vt vidimus capite præcedenti ſub *n.* 13. non habet locum in ſuppreſſione: quia Ordinarius vt ibi, poteſt
3 erigere Parochiales, non tamen ſupprimere.

Cauſæ vero, quæ admittuntur pro vnione, nempe neceſſitas, & tenuitas, non applicantur diſſolutioni, nam etiam quod Eccleſia vnita efficiatur diues, nõ inde ſequitur, quod poſſit diſſolui, niſi ſubſit neceſſitas, ſiue cultùs diuini augmẽtum, de quo per *Creſcen. dec. vnica de pactis*; ſed adhibeamus diſſolutionis formam.

» Beatiſſime Pater. Alias deuota creatura veſtra
» Ferdinandus de Longuij de Rye Archiepiſcopus
» Biſuntin., qui Monaſterium Abbatiam nuncupat.
» Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiectum S. Eugendi
» Ordinis S. Benedicti Lugdunen. Diœceſis in Com-
4 mendam ad ſui vitam ex conceſſione, & diſpenſa-
» tione Apoſtolica obtinet, prouide cõſiderans ho-
» ſpitale d. monaſterij, illiuſq; redditus per Elemoſi-
» narium eiuſdem monaſterij pro tempore exiſten.
» regi, & gubernari conſueuiſſe, ipſos vero redditus
» negligentia, & mala adminiſtratione d Elemoſina-
» rij valde diminutos eſſe, & ædificia ob exiguã eiuſ-
» dem Elemoſinarij curam, & ſollicitudinem proxi-
» mam ruinam minari; illudq; in eo ſtatu de præſen-
» ti reperiri, vt ex eis pauperes, & egeni, nihil ſolarij,
» aut ſubſidij prçter ſolum hoſpitium percipere poſ-
» ſint, indeq; hoſpitali, & monaſterio prædictis, tam
» circa bonam famam, & exiſtimationem, quam bo-
» norum, & redditũum deperditionem magnam ia-
» cturam inferri, ſed etiam ſcandalum ex malo gu-
» bernio vltimi Elemoſinarij, qui redditibus huiuſ-
» modi tanquam proprijs magno eorundem paupe-
» rum damno vtebatur, non ſecus ac proprijs: ac ſi
» proprietas, & plenum ius apud ipſum fuiſſet; orti,
» habito prius cum Priore maiore Officiarijs Reli-
» gioſis d. Monaſterij deſuper conſilio Officium ope-
» rariæ d. Monaſterij ab Officio elemoſinariæ, cui an-
» nexum erat ſeparauit & diſſoluit. Supplicat pro-
» pterea S. V. &c. dictam ſeparationem, & diſſolutio-
» nem perpetuo approbet, & confirmet, &c.

Quem-

Quemadmodum confirmatio vnionis,ita etiam
confirmatio diſſolutionis remittitur ad Congrega-
tionem Concilij, cuius Interpretes, quando Epiſ-
copus,ſiue Archiepiſcopus,& Diœceſanus loci,ſu-
per quo impetratur gratia, eſt Cardinalis reſcribūt
gratiam concedendam arbitrio Reuerendiſſimi
Archiepiſcopi ob reuerentiam dignitatis.
6 *Ex conceſſione & diſpenſatione Apoſtolica obtinet*,
&c. quia Eccleſia ne dum incompatibilis eſt cum
Monaſterio, ſed etiam cum Commenda Monaſte-
rii. *Sarnen.ad reg de trien. poſſeſſ.qu.5.verſ.in primis
circa med. de quo dicemus lib.3.* & ideo non ſufficie-
bat dixiſſe ex conceſſione, ſed etiam addendum
erat ex diſpenſatione.
7 *Hoſpitale d.Monaſterij* &c.de Hoſpitalibus,eorū-
que neceſſitate, & meritis plura tradidi in libello
meo de Pietate Romana p.1. ad hunc locum quod
attinet,licet beneficia non ſint, vt in Clem. per lit-
teras de præbendis, & ſoleant dari in adminiſtra-
tionem,non in titulum,nihilominus quando alteri
beneficio ſiue Commendæ vnitum eſt hoſpitale,
habetur loco beneficii. *Clem. quia contingit de relig.
domib.*latè *Garzias de benef.p.1.cap.3.num.1. Gonz.
8 Gloſſ.5.§.4.nu.16.* & hoſpitalium Adminiſtratores
ſunt ad inſtar tutorum,vt idem *Gonzalez d.§.4.n.8.*
Vnde bene in hac formula ſubditur pro cauſa diſ-
ſolutionis, quod hoſpitalarius conuertebat reddi-
tus hoſpitalis in vſus proprios, ſed de hac mate-
ria mox diſputationem inſtituemus.
9 *Habito prius cum Priore maiore, & Officiarijs re-
ligioſis deliberatione*,&c.Vnio non reuocatur nec fit
diſmembratio beneficii, niſi de conſenſu Capituli.
Garzias vbi ſuprà cap.2.num.307. ita etiam nec re-
uocatur vnio Officii Regularis, niſi de conſenſu
Monachorum.

Quæ diximus de vnionis diſſolutione applican-
tur ad diſmembrationem, quæ quandoq; ſumitur
10 pro diſſolutione, cum proprie diſſolutio reſtituat
beneficia; vt diximus in priſtinum ſtatum;diſmem-
bratio vero fieri poteſt etiā nulla præcedente vnio-
ne,& quamvis ſupra firmauerimus diſſoluere vnio-
nem poſſe,qui vnire poteſt;hoc tamen intelligendū
11 de conſenſu quorum intereſt,vt reſcripſit Congre-
gatio Concilii in cauſa Valentina videlicet Paro-
chialis, de Caſtalla Valentin. Diœceſis habet duas
Eccleſias annexas, alteram loci de Mil, in quo ſunt
240. domus, alteram loci de Ibi, in quo ſunt. 240.
domus circiter, & in iis Eccleſiis adeſt fons Baptiſ-
malis, & proprius Vicarius Sacramenta admini-
ſtrans: quæritur, an Epiſcopus poſſit ſine conſenſu
Rectoris. Matricis Eccleſiæ erigere has Eccle-
ſias vnitas in nouas Parochiales eiſq; partem red-
dituum Eccleſiæ Matricis applicare? Congrega-
tio Sacri Concilij die 21.Mart.1596.reſpondit non
poſſe. Hie. Card. Matthæus.

QVÆSTIO XI.

An, & quæ Hoſpitalia poſſint viſitari ab Ordinarijs,

QVia de Hoſpitalibus mentionem fecimus, vt
inſtituti noſtri ordo ſeruetur, examinanda eſt
quæſtio illa, vtrum omnia,& ſingula hoſpitalia lai-
calia ſubijciantur Ordinariorum Viſitationi. Sanè
Conc.Trid.ſeſſ.22.cap.8.diſponit in ſequentia ver-
ba. *Epiſcopi tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati &c.
12 habeant ius viſitandi hoſpitalia, collegia quæcumq; ac
Confraternitates Laicorum*, quod Verbum Laicorū
referri etiam ad hoſpitalia,ſæpe declararunt Emi-
nentiſſimi Interpretes ad hoc cap. Concilij, & no-
tant omnes *Leon.in Theſauro for. Eccleſ.p.2.cap.31.
num.121. Fuſcus de Viſitatione quæſt.8. Altamirano
de Viſitatione Verbo teſtamentorum à num.17.ad 29.*
etiam ſi fuerint priuata vt declaratio hic *num.5.
Congregatio cenſuit,Ordinarium poſſe viſitare hoſpita-
le priuatum,ex hoc decreto corrigere, & reformare in
his tamen, quæ ad obſeruantiam voluntatis fundatoris
13 pertinent. Et rurſus num. 7. Ordinarius hoſpitalia
etiam priuata viſitare, & corrigere poteſt in his tan-
tum quæ pertinent ad obſeruantiam voluntatis teſtato-
ris*. Verum hæ declarationes non mediocrem ha-
bent obſcuritatem propter dictionem taxatiuam,
nam ponamus, quod quis ordinauerit in ſuo teſta-
mento. Quod hæres ipſius hoſpitalitatem exer-
ceat in ędibus proprijs pro decem pauperibus,hoc
opus iuxta declarationes prędictas poterit per Or-
dinarium viſitari an nec ne decem recipiantur an
congruè,& ſimilia,quæ omnia concernunt teſtato-
ris voluntatem,& vltra quæ nihil ſupereſt quod vi-
ſitari poſſit; vnde dictio taxatiua tantum videtur
ſuperflua,cum non ſuperſit, in quo poſſit verificari
exceptio:nam omne id, quod circa hanc hoſpitali-
tatem poterit excogitari concernet voluntatem te-
ſtatoris, dicendum igitur, Ordinarios in vim huius
decreti, iuxta declarationes prædictas abſolutè
poſſe viſitare hoſpitalia laicorum,quantum vis pri-
uata. Ita ſimiliter ſi poſuerimus alium caſum quo
teſtator mandauerit in ædibus ſuis per hęredes eri-
gi hoſpitale,cui aſſignet talem fundum pro dote,vt
ex fructibus illius alantur tot pauperes Chriſti,
quot ex fundo illo ali poſſunt, poterit Ordinarius
etiam rationes fructuum fundi exigere, & videre
vtrum in alendis pauperibus expendantur:nam to-
tum hoc dicitur concernere volūtatem teſtatoris.

Videtur autem Concilium Trid. ſaltem ex de-
14 claratione Interpretum; rationum redditionem à
viſitatione non ſeparare, vt videlicet vbicumque
competat Viſitatio, competat etiam exactio ra-
tionum, *cum tamen adminiſtrationis* rationem exi-
gere, ſit pars Viſitationis, non tota viſitatio, quæ
poteſt fieri,abſq; exactione rationum. Dixi ſaltem
ex declaratione Interpretum,ipſi enim ad d.*cap.8.
aſſumentes ex cap. 9. ſubſequenti*, quod de Admini-
ſtrationis ratione eſt iſta verba. Niſi aliter cauea-
tur in fundatione,& inſtitutione,&c.reſcripſerunt.
*Nam ſi in fundatione fuerint expreſſe exempta ab Ordi-
narijs, tunc non poterit Ordinarius viſitare etiam vir-
tute huius decreti,per quod nihil eſt eis derogatum.* Et
rurſus *An ſtante prohibitione in fundatione hoſpita-
lis,quod Ordinarius non poſſit ſe intromittere, in eius
Viſitatione poſſit nihilominus Ordinarius vigore præ-
ſentis capituli d.hoſpitale viſitare.* Congregatio cen-
ſuit non poſſe. Ex quibus declarationibus habe-
mus duobus caſibus Ordinarijs Viſitationem hoſ-
pitalium laicorum eſſe interdictam. Primò ſi in
fundatione habeatur priuilegium exemptionis ab
Ordinarijs,quod tamen intelligendum eſt de ſolis

hoſp.-

hoſpitalibus laicorum, nam non laicorum viſitare
poſſunt Ordinarij qñtumciſque exēpta vt ex ver-
bis Conc. d. cap. 8. *Etiam ſi exceptionis priuilegio ſint
munita.* ſecundò quãdo Teſtator diſpoſuit in fun-
datione, quod Ordinarius viſitare non poſſit.

Verum quæſtio principalis eſt an lex huiuſmodi
in fundatione apponenda, quod Ordinarius viſita-
re non debeat, alijs quam expreſſis verbis, & æqui-
ualentibus induci poſſit? quæ quæſtio vt melius
explicetur, requirit caſum expoſitum, qui mihi
alias de anno 1622. obuenit valde appropriatus
huic quæſtioni: DD. de Serreſtorijs habēt hoſpita-
le gentilitium in Terra Fighini Feſulan. Diæceſis in
cuius fundatione Teſtator diſpoſuit, quod omnia
bona immobilia hoſpitali aſſignata ſemper rema-
nere debeant penes ſuos hæredes, & ad ipſos per-
tinere pleno iure, non tamen ad commodum, ſeu
vtilitatem ddi. ſuorum hæredum, ſed per dd. ſuos
hæredes diſtribuantur, & conuertantur in alendo,
& ſuſtentando pauperes Chriſti, & pauperes per-
ſonas in dd. domibus pro d. hoſpitale deputatis,
ſeu in alijs domibus in quibus dd ſuis heredi-
bus videbitur abſque eo, quod in d. vſufructu, red-
ditu, & prouentu, alicui alij teneantur reddere ra-
tionem &c. Hoſpitale hoc numquam fuerat ab vl-
lo Ordioariorũ ſub quocumque prætextu viſita-
tum, donec de anno 1622. tunc exiſtens Epiſco-
pus Feſulan decreuit & hoſpitale prædictum in
vim huius decreti viſitare. DD. vero de Serreſtorijs
prætendebant enim viſitare non poſſe, eo quod vi-
deretur hoc ipſum lege ſcripta per Teſtatorem ve-
titũ; Cauſa introducta in ſacra Cõgregatione Emi-
nentiſs. Card. Concilij Trid. Interpretum & mo
pro parte DD. de Serreſtorijs Aduocato dicebam
Epiſcopum hoſpitale, de quo ſupra in vim decreti
Concilij *ſeſſ. 22. cap. 8.* viſitare non poſſe, licet enim
Epiſcopus viſitare poſſit generaliter omnia hoſpi-
talia, quorum cura ad laicos pertinet *vt d. c.* 8. &
per modernos poſt Conc. Trid. ſcribentes *Paris. de
reſig. benef. lib. 11. quæſt. 3. n. 54. leon. in theſauro fo-
ri Eccleſiaſtici par. 2. c. 31. tit. de Viſit. n. 26. & ſeqq.
Marcus Antoninus Variar. reſol. lib. 1. reſol. 14. n. 6.*
Nihilominus in caſu præmiſſo vltra curam lai-
corum, de qua ibi per Cõc. fundatio alia plura ſu-
peraddit, quæ ſimplicē curam excedunt ex quibus
arguebam teſtatoris mentem fuiſſe excludere Or-
dinarium ab omni Viſitatione.

Primo quidem quia licet laici habeant curã ho-
15 ſpitalis, ipſaque tota ſit penes ipſos tenētur nihi-
lominus in Viſitatione Epiſcopo reddere rationē
adminiſtrationis de iure *Borgnin. deciſ. 17. n. 78. lib.
2. Paris. de reſig. vbi ſupra.* fundatio vero, de qua ſu-
pra excludit omnē rationis redditionē, eãq; totã,
cõſolidat penes heredes, & ſucceſſores, & ſic ceſſat
pars præcipua Viſitationis, ceſſat etiã alterã nēpe
inſpectio, an obſeruetur voluntas teſtatoris: nam
ne hæredes deſuper moleſtarentur Teſtator eo-
rum conſcientiæ remiſit omnē curã, & adminiſtra-
tionem: quo caſu non habent, niſi ſolum Deum ſu-
periorem, quoad hanc diſpoſitionem. *Gloſ. in cap.
16 ſtatutum §. Aſſeſſorem in verbo relinquatur de reſcript.
in 6. Lap. alleg. 15. in fin. alleg. 60. numer. 4. Dec. conſil.
72. n. 2.* Cum igitur Epiſcopo ex declarationibus
allatis ſolum competat Viſitatio in huiuſmodi ho-
ſpitalibus, quoad obſeruantiam voluntatis Teſta-
toris, & Teſtator omnem ſuam voluntatem remi-
ſerit arbitrio hæredum, ſatis liquet non ſupereſſe, in
quo Epiſcopus viſitare poſſit, aut debeat.

17 Rurſus dicebam, quod Epiſcopus de iure cõmu-
ni poteſt viſitare hoſpitalia laicorum, quando ſunt
de iuriſdictione Eccleſiaſtica *c. de xenodochijs de
relig. domib. Auth. hoc ius porrectum C. de ſacroſanct.
Eccleſ. Garzias de benef. par. 5. cap. 1. n. 502.* non ta-
men quando non ſunt de iuriſdictione Eccleſia-
ſtica, ſed mere laicalia, adeo vt non ſolum cura
ſpectet ad laicos, ſed omnimoda diſpoſitio, & ad-
miniſtratio, nec non inſtitutio, & deſtitutio hoſpi-
talarij, quamobrem non dicuntur ſimpliciter pa-
18 troni, ſed DD. regentes auctoritate propria. *Felin.
in cap. de Quarta. num. 5. de præſcript. Roch. de Iure-
patr. Verbo in Eccleſia. n. 9.* quo caſu hoſpitale dici-
tur locus priuatus, & à iuriſdictione Ordinarij exē-
19 ptus, etiã quoad viſitationem Doct. *in Clem. quia
contingit de relig. domib. Bald. in d. auth. hoc ius por-
rectum n. 11. C. de ſacroſ. Eccleſ. & in conſ. 5. num. 1.
Verſ. quia ſecus eſt lib. 3. Paris. conſ. 34. nu. 46. lib. 4.
Gabr. conſ. 195. num. 15. lib. 2.*

20 Signum vero Eccleſiaſticitatis, ſiue meræ laica-
litatis dicunt eſſe Doctores, quando hoſpitale ſit,
vel non ſit fundatum auctoritate Epiſcopi. Si Epi-
ſcopus auctoritatem fundationi appoſuerit, tunc
dicunt eſſe aliquid Eccleſiaſticũ, quãdo vero fuerit
fundatum abſque vlla auctoritate Epiſcopi, tūc di-
cunt mere laicale *Gonzalez. Gloſ. 5 §. 4. num. 21. &
ſeqq. Roman. conſ. 477. Calder. conſ. 4 de relig domib.
Menoch. conſ. 1025. nu. 8. Rota deciſ. 725. par. prima
diuerſ.* Aliqui tamen addunt, quod etiam ſi funda-
tio non fuerit auctoritate ordinaria approbata, ſi
tamen hoſpitale quantumuis priuatum habeat ſa-
cellum licet priuatum, vel ipſum hoſpitale, cam-
panellam ſupra tectum domus, qua pauperes cõ-
uocentur, cenſeri locum Eccleſiaſticum, vt Epi-
ſcopus illud viſitare poſſit, quod magnam mihi fa-
cit difficultatem: nam priuatum ſacellum, hoc
non videtur poſſe operari, cum illud Viſitationi
Ordinarij non ſit ſubiectum, niſi in primæua ap-
probatione, vt vidimus ſupra, neque quidem ra-
tione campanellæ, nam hanc poteſt habere in pri-
uatis ædibus quilibet priuatus, &. ſi faſtidium pa-
riat habere eam ſuper tectum ponatur ſub te-
cto: nam de his etiam minutiſſimis vidi diſpu-
tare in ſummis tribunalibus, hoc vnum eſt ex his
duobus non poſſe quid effici Eccleſiaſticum, ſi
de ſui natura, & alia de cauſa Eccleſiaſticum
non eſt.

Hæc deducebam in prædicta Congregatione
Interpretum Concilij pro eo quod hoſpitale, de
quo ſupra non ſubiaceret Viſitationi Ordinarij,
& nihilominus Congregatio cenſuit, Epiſcopum
poſſe viſitare ea ratione, *quod in fundatione non ſit
21 prohibita Epiſcopo Viſitatio.* contra quam ratio-
nem opponebam, eam poſſe applicari hoſpitali-
bus fundatis poſt Concilium, & poſt huiuſmodi
decretum, non autem fundatis ante Concilium:
nam clarum eſt etiam apud Eminentiſſimos Inter-
pretes Epiſcopum de iure canonum hoſpitale, de
quo ſupra viſitare non poſſe, ſed ſolum in vim hu-
ius decreti Cõc. requirere autē, quod fundatio pro-

hibeat viſitationem, quæ de iure fieri non poterat,
nihil aliud eſt quam exigere, quod fundatores an-
te Conc. Trid. fuerint præditi ſpiritu prophetico
coacturum nempe aliquando Concilium, quod
Epiſcopis contra ius commune permitteret viſita-
tionem, nemo enim tenetur cauere de ijs, pro qui-
bus habet iuris aſſiſtẽtiam, & hinc Eminentiſſimi
Interpretes cauſa denuo poſita, licet reſolutionem
non retractarint poſitiue, per aliam videlicet op-
poſitam. Epiſcopo non licere viſitare: ordina-
runt tamen, ne Epiſcopus reſolutione vteretur,
aut eam publicaret.

Duas igitur in hac materia firmo concluſiones.
22 Primam decreto Concilij, niſi aliter in fundatione
caueatur &c. ſatisfieri poſſe per æquippollens, vi-
delicet ſi verba fundationis hoc implicite conti-
neant, quando hoſpitale, eſt laicale, & priuatum.
Alteram decretum prædictum, non poſſe intelligi,
niſi de fundationibus poſt Conciliũ nõ autem ante
nõ obſtãte derogatione immemorabilis, de qua d.
cap. 8. quia exceptio, de qua ſupra, niſi ſecus, &c.
non legitur in cap. 8. ſed in c. 9. quod ſolum con-
23 tinet derogationem, conſuetudinum, & priuile-
giorum, ſub qua nõ comprehẽditur immemorabi-
lis. latiſſime *Gonzalez. Gloſ. 33. n. 2. & ſeqq.* quam
derogationem huic capiti non appoſuerũt Patres
quia reſpicerent D. Auguſtini illud. *Conſuetudinis*
24 *mutatio, quãtũ vtilitate adiuuat tantum nouitate per-*
turbat. & Auguſti poſt Ariſtotelem, & Thucydi-
dem apud Dionem monitum. *Non tantum prodeſſe*
correctio poteſt quantum nocet innouatio auctoritatem
detrahens conſuetudini, quæ diu radices egit.

Cæterum non omittendum, difficilem captũ ha-
bere reſtrictiuam illam d. c. 8. in caſibus a iure con-
25 ceſſis &c. ea enim referri non poteſt ad loca viſi-
tanda: quia vt vidimus de iure ad Ordinarium non
ſpectabat eorum viſitatio, & ſi de iure compete-
bat, non erat neceſſe tribuere Ordinario faculta-
tem, vt procederet tanquam apoſtolicæ Sedis de-
legatus, nec videtur referri poſſe ad modum, & ef-
fectus Viſitationis vt ſenſus ſit. Ordinarius viſita-
bit hoſpitalia, Confraternitates &c. quas de iure,
vt Ordinarius viſitare nõ poteſt tanquã Sedis Apo-
ſtolicæ delegatus, in ijs tamen, quæ de iure cadunt
ſub viſitatione, adeo vt tantum poſſit Ordinarius
vti Apoſtolicæ Sedis delegatus in Viſitatione Ho-
ſpitalium, confraternitatum &c. ac idem Ordina-
rius, vti Ordinarius in locis non exemptis, ſed Or-
dinariæ ſuæ iuriſditioni ſubiectis: quia hic ſenſus,
licet videatur naturalis, & neceſſarius, nihilominus
illi obſtant plures declarationes, de quibus ſupra,
nempe, Ordinariũ viſitare poſſe hoſpitalia laico-
rum, in ijs tantum, quæ ſpectant voluntatem Te-
ſtatoris. quæ dictio taxatiua, tantum limitat ali-
quid de toto eo, quod cadit ſub viſitatione de iu-
re, & ſic non erit verum, quod Ordinarius poſſit
viſitare in omni caſu a iure conceſſo, ſi ſumatur
hæc interpretatio, & vix alia videtur ſumi poſſe, nã
ſi dicamus, Concilium voluiſſe, quod Epiſcopus
26 licet viſitet tanquam delegatus Sedis Apoſtolicæ,
loca exempta non tanquam Ordinarius teneatur
in Viſitatione ſeruare regulas iuris, & non poſſe
procedere de facto, hoc nõ videbatur neceſſarium:
quia delegati etiam ſedis Apoſtolicæ non poſſunt
27 procedere contra ius *c. ſuper litteris de reſcript.*
Gloſ. in Clem. 2. in fin. de off. ord. quantumuis factum
ab ipſo delegato cẽſeatur factum a Papa: & quod
noſtram materiam ſpectat confirmatio delegati
Apoſtolici dicatur Apoſtolica. *Bero. conſ. 88. num.*
16. lib. primo. licet igitur Viſitatio varias habeat
partes, & concernat multa: quorum præcipuus
28 ſcopus, eſt, ſanã, orthodoxamque doctrinam ex-
pulſis erroribus inducere, bonos mores tueri, pra-
uos corrigere, populum cohortationibus, & admo-
nitionibus ad Religionem pacem, innocentiáque
accẽdere &c. *c. 1. §. ſane de Cenſ. in 6. & c. 1. §. florẽt.*
85. diſtinct. & Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 3. §. Viſitationum,
&c. aliquæ earum requirunt proceſſum iudicia-
lem, aliquæ non, in, ijs, quæ requirunt iudicialem
cognitionem, non poterit procedere abſque pro-
ceſſu; ſenſus igitur Concilij erit quod Epiſcopus
licet tanquam delegatus viſitare poſſit, quod ab-
ſque hoc decreto non poſſet, teneri tamen eum
ſeruare ordinem iuris videlicet procedat in Viſi-
tatione eo modo, quo de iure ſibi permittitur, &
29 non alias, exempli cauſa in vna Gerunden. Con-
gregatio cenſuit. *De omnibus delictis poſſe Epiſco-*
pum in Viſitatione cognoſcere ſi tamen ſine ſtrepitu,
& figura iudicij, abſque proceſſus compilatione proce-
dat, & pœnas imponat non ordinarias delictorum, ſed
eas tantum, quæ morum emendationem, & correctio-
30 *nẽ reſpiciunt.* Et Epiſcopo Abulen. reſcripſit. *Am-*
plitudo tua recuſari nõ poteſt, cum generalẽ Viſitatio-
nem aggreditur, nec cum ad ſpecialẽ deſcendit; ſi modo
ſine ſtrepitu, & figura iudicij pœnas imponat delictorum
31 *non ordinarias, ſed eas tantũ, quæ emendationẽ reſpi-*
ciũt & modũ corrigẽdi nõ excedant. Si igitur Epiſco-
pus vellet in Viſitatione procedere iudicialiter ad
condemnationẽ delictorũ, iiſque imponere pœnas
ordinarias per hoc decretum ſibi id non liceret.
32 Rurſus poteſt interpretari reſeruatio prædicta,
vbi Confraternitas laicalis haberet Capellam in
Eccleſia Regularium exempta, & vellet viſitare
non ſolum confraternitatem, ſed etiam Capellam
ſitam in Eccleſia exempta: quia hoc Epiſcopo non
licet, vt ſæpius reſcripſit vtraque Congregatio vt
ex reſcripto Congregationis negotijs Epiſcoporũ,
& Regularium Præpoſitæ ad Epiſcopum Papien.
ſub die. 21. Auguſti 1615. *Et ſi per Eminentiſſimorũ*
Cardinalium negotijs Regulariũ Præpoſitorum ſacriq;
Conc. Trid. Interpretum Congregat. reſpectiue Epiſco-
pum capellanias, & altaria in Regularium Eccleſijs,
etiam per ſecularium cõfraternitates conſtructa, peni-
tus viſitare non poſſe, multoties ſtatutum fuerit, nihilo-
minus Epiſcopus Patauinus in vim litterarum quibus
Confraternitatem SS. Roſarij in Eccleſia Sãcti Thomæ
ordinis fratrum S. Dominici erectam viſitandi facultas
ſibi conceditur, dictæ Confraternitatis altare in dicto-
rum fratrum Eccleſia, vt ſupra erectum viſitandi ius ſi-
bi competere prætendebat; Sacra autem Congregatio
facultatem in dd. litteris præſeruatam, non ad altaris,
ad Confraternitatis dũtaxat viſitationem extendi de-
clarauit. Et rurſus ad Epiſcopũ Nucerin ſub die 22
Ianuarij 1616. *Sacra Congregatio pluries reſoluit, vt*
Capella, & altaria in Regulariũ Eccleſijs, & ſi per ſe-
culariũ confraternitates erecta per Epiſcopũ nullatenus
viſitari valeant. Ex quibus luculenter videtur inter-
pretata exceptio illa. *in caſibus à iure conceſſis. &c.*

Sed

Sed huic expreſſæ exceptioni, quæ legitur in textu, contrariare videtur alia declaratio Interpretum Concilij circa illa verba eiuſdem capitis 8. *Ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentandos inſtituta ſunt, ipſi ex officio ſuo iuxta Sacrorum Canonum ſtatuta cognoſcant.* ad hæc verba inquam reſcripſere Interpretes. *Congregatio cenſuit, decretum hoc habere locum etiam extra viſitationem, & in caſibus à iure non expreſſis,* &c. hæc inquam declaratio videtur cõtraria textui: nam verba illa, ac omnia, &c. ſunt connexa Viſitationi, vnde quia, quod hoc capite ſtatuitur, reſpicit viſitationem, ſeu partem illius, licet igitur Epiſcopus poſſit etiam extra viſitationem, & in caſibus à iure non expreſſis ſtatuere circa ea, quæ cultum diuinum, aut animarum ſalutem reſpiciunt, non tamen hoc poterit in vim huius decreti, vt habet declaratio, ſed iure Canonum vt inquit textus. Verum hoc ipſum rurſus admittit difficultatem. Declaratio enim concedit facultatem Epiſcopo ſtatuendi extra viſitationem, etiam in caſibus à iure nõ expreſſis, & textus Concilij vult, ipſum cognoſcere iuxta Sacrorum Canonum ſtatuta, quæ duo vidẽtur prorſus contraria. Sed concilianda interpretatio cum textu, vt videlicet declarationi ſermo ſit de omnibus caſibus, qui infiniti eſſe poſſunt & quorum regiſtrum non habetur a iure, in quibus tamen cognoſcet iuxta Canonum ſtatuta, hoc eſt ad formam iuris.

Super eſt, vt percurramus ſecundam exceptionem hoſpitalium, à quorum viſitatione hoc decre-
33 to arcentur Epiſcopi, videlicet eorum, quæ ſub Regum immediate protectione ſunt, quod intelligi debet de protectione particulari, non autem generali illa, quam habẽt Reges ſuper omnibus Eccleſijs, & domibus Religioſis ſitis in eorum Regnis vt declaratio hic mihi nu. 10. & non ſolum protectio debet eſſe particularis, ſed immediata, quod difficilẽ habet explicatũ, & deſuper poſſe oriri difficultates nouerũt Interpretes, dum ad hoc caput 8. mihi nu. 11. reſcripſerunt. Congregatio cenſuit ſi Epiſcopo hoſpitale aliquod viſitare volenti iuxta caput hoc opponatur exceptio, quod ſub immediatã Regum protectione exiſtat, vtiq; non ad Sæcularem Iudicem, ſed ad ipſummet Epiſcopum
34 talis exceptionis cognitionem & diffinitionẽ pertinere. Sed tamen nunquam declararunt, quod ego ſciam, quid, & qualis ſit illa protectio immediata, ſi per protectionem immediatã intelligamus, omnem adminiſtrationem Regi, vel cui ipſe iuſſerit competentem, adeovt ſuo iure rationes exigat, & adminiſtratores deputet, hæc non eſt proprie protectoria, quæ de ſui natura nõ importat iuriſdictio-
35 nem. *Doct. in c. ex parte de priuileg. Gemin. conſ. 81. in fine,* & nihilominus in huiuſmodi hoſpitalibus exiſtimo non competere Epiſcopis ius viſitandi. Si vero per protectionem intelligamus ſuper intendentiam quandam, vt ita dicam, qua Reges tenentur
36 hoſpitalibus aſſiſtere, eaque defendere, & iuuare, prout de Epiſcopo in Eccleſijs ſuæ Diœceſis notant ſcribentes in c. omnes baſilicæ 16. quæſt. 7. & de hac protectione non intelligit Concilium, cum ſit generalis, & ſupra de mente Interpretum firmauimus, omnia hoſpitalia Regni ſub hoc decreto non complecti. Si vero per protectionem intelligamus deuotionem quandam, & animi propenſionem, quam habet Rex erga aliquod hoſpitale, illique propterea priuilegia indulſerit, & commendarum ſibi, ac ſucceſſoribus haberi voluit, de quibus latè per *Renat. Chopin. In Monaſtico lib. 2. tit. 2. nu. 3.* & de hac, neq; protectoria videtur loqui Conciliũ: quia poſſet Rex omnes Eccleſias commendare ſibi, & ſucceſſoribus. Supereſt igitur, vt intelligamus de ea protectoria fuiſſe ſermonem Concilio, qua fulgent Eminentiſſimi Cardinales, vel erga Regna, & Prouincias, vel erga Ordines, & Monaſteria, de
37 qua per *Caſarubios in Compendio priuil. mendicant. Verbo protector ordinis, & Roderic. q. Reg. to. 3. q. 42. art. 1.* qui licet non omnimodam, aliquam tamen habent ſuperioritatẽ iuriſdictionẽ, & correctionẽ.

Verum vt Cardinales in protectionem Prouinciarum, aut Ordinum, nec propria auctoritate ſe intrudunt, aut poſtulati ſe protectioni ingerunt, niſi poſtulatio per Papam confirmetur; ita etiam intelligendum eſt, Concilium de protectione Regum, vt videlicet non ſufficiat inferiorum poſtulatio, Regem in protectorem petentium, niſi petitioni etiam annuat Sedes Apoſtolica, alias enim omnes omnium hoſpitalium adminiſtratores, vt ſe à Viſitatione Ordinarij eximerent, protectionem Regum aucuparent, & hoc videtur indicaſſe idem Concilium c. 9. videlicet immediate ſequenti ibi, *quod ſi ex conſuetudine, aut priuilegio, aut Conſtitutione ratio reddenda eſſet,* &c. & clarius dicitur in Clemen. quia contingit de relig. domib. cuius diſpoſitio repetitur in d. c. 8. Conc. Trid.

Ex quo liquet, quam immerito (vt alias etiam litteris prodidi) menſibus elapſis, adminiſtratores Hoſpitalis SS. Iacobi, & Ildephonſi Nationis Hiſpanorum in Vrbe recuſarint admittere Viſitatores
38 à Sanctiſſimo D. N. ad Generalem Vrbis Eccleſiarum locorumq; piorum Viſitationem deputatos: nam primo quidem non conſtat de hac immediata Regis Hiſpaniæ protectione, aut Apoſtolico priuilegio, & quatenus de ijs doceretur, non ideo poſſet ſe ſubtrahere à Viſitatione Pontificis, vt eſt illa, quæ ſpecialiter a Sanctiſſimo præcipitur, quam ne dum in Vrbe ſua Roma, vbi neminẽ viuere decet præceptis ſuis renitentem, ſed etiam in Hiſpaniæ, ac alio quocumq; Regno inſtituere poteſt. Vnde quæ tunc ab Adminiſtratoribus afferebantur de Regia fundatione, non faciunt niſi contra Ordinarium procedentẽ vti delegatum, non autem contra Papam (licet revera fundator hoſpitalis fuerit Alphonſus de Paradinas Epiſcopus Ciuitaten., vt ex marmorea tabula parieti Eccleſiæ affixa); Clem. enim quia cõtingit de relig. domib. præcipiens Ordinarijs locorum, vt negligentiam adminiſtratorũ hoſpitalium ſuppleant, non eximit hoſpitalia, quæ ſub Regum protectione, ſunt, ſed procedit indiſtincte: Concilium poſtea Trid. ſeſſ. 22. c. 8. inhærens diſpoſitioni d. Clem. quia contingit, licet illius mẽtionem non faciat ſpecialem, ſed ſub generali Sacrorum Canonum nomine, ob Regum Maieſtatẽ, voluit particulariter eximere hoſpitalia ſub immediata protectione Regũ, nẽpe in Viſitatione Epiſcoporũ, etiam tãquam Sedis Apoſt. delegatorũ delegatione generali, & cõciliari, non aũt à viſitatione

delegatorum, non Epiſcoporum, ſed aliorum ſpe-
ciali delegatione Viſitantium de ordine Papæ.
Immo hoſpitale, de quo agimus, ſaltem quoad
Eccleſiam, nec quidem eſſet iuxta hoc decretum
exemptum à Viſitatione Ordinarij, vt ex declara-
tione Interpretum hic mihi nu. 3. *Hoſpitalia vnita*
Eccleſijs, vbi aſſiduè diuina Officia celebrantur, & bo-
na eorum, & earum non ſunt diſtincta, debent ab Ordi-
narijs viſitari, huiuſmodi eſt hoſpitale, de quo agi-
mus, & omnia alia Vrbis Romæ nationalia, nam vt
oſtendimus in libello de pietate Romana p. 1. ſunt
conſtructa, vel ſaltem aucta piorum legatis, ſiue
inſtitutionibus, quorum tenor eſt, inſtituo hæredem
Eccleſiam, & Hoſpitale, vel lego Eccleſiæ, & Hoſpi-
tali; in Eccleſiam vero, non dubium, Epiſcopum ha-
bere iuriſdictionem, vt videat, an diuina officia rite
peragantur, & Eccleſia debitis non fraudetur ſer-
uitijs: quo vero ad hoſpitale, cum habeat, vt vidi-
mus bona cum Eccleſia indiſtincta, & viſitatio,
quoad bona Eccleſiæ competat Ordinario, com-
petet etiam quoad bona hoſpitalis, cum non poſ-
ſint ab alijs ſecerni. Licet in hoc crediderim nul-
la opus eſſe viſitatione: cum Eccleſiæ, & Hoſpita-
lia nationalia, & præſertim hoc SS. Iacobi, & Ilde-
39 phonſi rectiſſime gubernentur, & vtinam in hac
parte non magis deficerent Clerici, quam Laici, hi
enim perfecta charitate adminiſtrant bona hoſpi-
talium, aliorumq; locorum piorum tanquam Deo,
eiuſq; pauperibus debita; illi vero ab adminiſtra-
40 tione, & Viſitatione facile labuntur in Commen-
das, & titulos, vt notat. *Gamb. de poteſt. legati lib. 4.*
tit. de poteſt. legati in commendando beneficia n. 269.
& pluribus ſequentibus.

SVMMARIVM.

Electio de iure debet confirmari, nu. 1.
Confirmatio electionis denotat ſuperioritatem, 2.
Electio eſt potentior confirmatione, 3.
Electio inualida, non eſt confirmanda, 4.
Electionum duæ formæ principaliores, 5.
Electio non ſeruata forma c ſi. de elect. non confirmatur, 6.
Electio non ſeruata forma cap. quia propter de elect. non confirmatur, 7.
Scrutatores debent redigere vota electorum in ſcriptis, 8.
Excipere vota quid importet, 9.
Scrutatores ſuffragiorum in electione debent eſſe de Collegio, 10.
Actus non vitiatur per ſuperabundantiam, 11.
C. quia propter de elect. tollit omnem conſuetudinem contrariam ſine ſcientia Papæ, 12.
Præſcribi non poſſunt Canones, 13.
Præſcriptio conſiſtit in vſu hominum, 14.
Principis auctoritas eſt à Deo mediante populo, 15.
Papæ auctoritas eſt à Deo immediate 16.
Papæ abſq; ipſius ſcientia præiudicari non poteſt, 17.
Eccleſia tenetur ad Gabellas propter bonum publicum impoſitas, 18.
Concilium Baſileen., an & quomodo receptum, 19.
Conſtitutio Papæ ſchiſmatici, recipitur non vt ſchiſmatici, ſed tanquam rationabilis diſpoſitio, 20.
Electio in vim concordatorum Germaniæ debet eſſe canonica, 21.
Teſtamentum perfectum condere, & in electione diſpoſitionem c. quia propter ſeruare difficillima ſunt 22.
Electio ſi cœpta fuerit per ſcrutinium poteſt terminari per compromiſſum, & per inſpirationem, 23.
Forma confirmationis electionis, 24.
Electiua beneficia non comprehenduntur ſub regula reſeruatoria in corpore iuris clauſa, 25.
Dignitate vacante apud ſedem, datur in litteris de reſeruato ratione vacationis apud ſedem, non tanquam de dignitate ex regula tertia Cancellarlæ, 26.
Electio competit Collegijs ex priuilegio Papæ, 27.
Indultum Sixti V. conceſſum Capitulo Leodien., quod Collegiatarum Eccleſiarũ Capitula eligant ad huiuſmodi dignitates Canonicos Cathedralis actu reſidẽtes, 28.
Dignitates, et perſonatus de iure ſimul retineri nequeũt, 29
Qualitas adiecta diſpoſitioni requiritur pro forma, 30.
Diſpoſitioni cuilibet ineſt interpretatio, quæ ſumatur ex veriſimili, vel puncto rationis, vel lege ſcripta, 31.
Delegatio ſub nomine proprio, & ſub nomine dignitatis an & quando expiret, 32.
Qualitas requiſita ſufficit, quod adſit a principio 33.
Non tamen ſemper, 34.
Indultũ Capituli Leod. quod ad dignitates Collegiatarũ, non poſſint eligi, niſi Canonici Cathedr. actu reſidẽtes, 35
Electiuum beneficium comprehenditur ſub regula 8. reſeruatoria menſium. 36.
Indultum de conferendo eſt ſolum remotio obſtaculi, 37.
Indultum de conferendo an, & quomodo comprehendat beneficia electiua, etiam ad fauorem Capituli non gaudentis indulto, niſi ex conſortio indultarij, 38.
Priuilegium habens propter alium, non poteſt eo contra illum vti, 39.
Indultum de conferendo in ſingulis menſibus, non auget iuriſdictionem ordinariam, 41.
Familiaritate Cardinalis, & indulto de conferendo alterius præfertur indultum familiaritati, 42.
Vacans per obitum familiaris Cardinalis prouidetur de conſenſu eiuſdem Card. ſi præſens ſit, 43.
Familiaritate vnius Cardin. & collatione ordinaria, ſiue alia inferiori alterius concurrẽte, vtra præferẽda ſit, 44
Collatio eſt potẽtior nominatione, & eam comprehẽdit, 45
Cardinalibus prouidet Papa propter merita Cardinal. 46
Collatio omnimoda alicuius beneficij in aliqua Eccleſia ſpectans ad inferiorem collatorem, ille dicitur collator Ordinarius, 47.
Collatio Cardinalis inferioris collatoris etiam ex vacatione in Curia ſi præſens eſt poteſt conferre, & eius collatio non indiget noua prouiſione, 48.
Indiget tamen ſi vacatio contigit ex perſona familiaris alterius Cardinalis, 49.
Confirmatio electionis legitime facta ſupponit ſimiliter legitime factam electionem, 50.
Confirmationis vltimus ſtatus attenditur, quemadmodum electionis, 51.
Confirmatio electionis, quæ ſortitur effectum æquiparatur prouiſioni Apoſtolicæ, 52. adeo vt contra poſſeſſorem vigore confirmationis non poſſit procedi executiuè, 53.
Electus, & confirmatus, quamuis poſſit agere tam poſſeſſorio, quam petitorio, non tamen ſine apprehenſione dicitur eſſe in poſſeſſione, 54.
Conditio in confirmatione appoſita ſuſpendit effectum, non tamen facit, quod non ſit canonica, 55.
Appellatio ſuſpendit confirmationem, 56.
(onfirmatio electionis regulatur, vt appellatio, 57.
Confirmatio, an, & quomodo ſit actus iudicialis, 58.

Confir-

Confirmationem electi debet præcedere citatio, 59.

Confirmatio iudicialis ſupplet defectum electionis, 60.

Confirmatio facta per Superiorem, cum cauſa cognitione habet vim diffinitiuæ, 61.

Confirmatio in vno inducit infirmationem in reliquis, 62.

Confirmatio præſumitur potius facta ſecundum ſubſtantiam, quam ſecundum accidens, 63.

Confirmatio eiuſdem diſpoſitionis trahitur ad omnia conſequentia ad d. diſpoſitionem, 64.

Confirmatio non extenditur ad illicita, 65.

Confirmatio actus ſubreptitij nihil operatur, 66,

Etiam ſi haberet clauſulam ex certa ſcientia, 67.

Etiam ſi habeat clauſulam de nouo concedimus, 68.

Confirmans actum ſubreptitium ſemper cenſetur circumuentus, 69,

Confirmatio extenditur per verba pinguiora, 70.

Confirmatio non extenditur vltra ſuos terminos, 71.

Confirmatio electionis nulliter facta non inficit ipſam electionem legitime factam, 72.

Confirmatio nulla an excuſet à pœna. c. auaritiæ de elect. in 6, 73.

Electus ante confirmationem non adminiſtrat, 74.

Cōfirmatio tribuit exercitium eorum, quæ ſunt iuriſdictionis non eorum, quæ ſunt ordinis, 75.

Confirmatio electi non expectato edicti termino an ſuſtineatur. nu. 76.

Abbatiſſarum tres ſpecies, 77.

Abbatiſſæ non poſſunt ſine cauſa cognitione amoueri, 78.

Viſitatoris decretum an, & quando admittat appellationem, 79.

Remoueri non poſſunt ſine cauſa, etiam Officiales ad nutum amouibiles, 80.

Contrarium tenuit Rota etiam in Officio ſubſtituti conceſſo ad vitam, 81.

Reformatio facienda eſt iuxta regulam profeſſam, 82.

Reformare contra regulam, & profeſſionem valde periculoſum, 83.

Monaſteria Monialium non poſſunt redigi in Congregationem, 84.

Moniales, quæ clauſuram profeſſæ non ſunt ad eam ſeruandam cogi non debent, 85.

Moniales ad clauſuram aſtringere quomodo poſſit, & quibus de cauſis, 86.

Moniales egredientes ſepta ex cauſa neceſſaria non dicuntur violare clauſtra, 87.

Abbatiſſarum electiones, vt plurimum nullæ ex defectu ætatis, 88.

Abbatiſſarum electio non requirit formam cap. quia propter de elect. ad formam traditam per Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 6. 89.

Electus non confirmatus ingerens ſe quomodocumque per ſe, vel alium adminiſtrationi, cadit à iure ſuo, 90

Translatus ad aliam Eccleſiam per propoſitionem in Conciſtorio vtrum amittat adminiſtrationem prioris Eccleſiæ ante poſſeſſionem ſecundæ, 91.

Scientia facti probanda ab eo, qui ei incumbit, 92.

Capitulum habita notitia de ſede vacante, eam illico publicare tenetur, 93.

§. VII.

Erectio alia propria, alia impropria, 94.

Capellam erigere in Parochialem poteſt Epiſcopus concurrente cauſa, 95.

Eccleſiæ ſtatum mutare, & beneficij ſtatum mutare ſunt diuerſa, 96.

Intellectus c. ad audientiam de Eccleſ. ædifican. & cap. 4. Conc. Trid. ſeſſ. 21. 97.

Parochialis erigitur aliquando in Collegiatam, 98.

Epiſcopo in ſua Diœceſi permiſſa ſunt omnia ea, quæ de iure non reperiuntur prohibita, 100.

Epiſcopi propria auctoritate Collegiatas nequeunt erigere, 101.

Epiſcopi non poſſunt, dignitatibus concedere nouas præminentias, 102.

Signi noui delatio non poteſt concedi per Ordinarium, 103.

Erectio Eccleſiæ iam fundatæ facit ceſſare omnia iura, quæ ibi erant prius, 104.

Secus ſi contrarium caueatur in erectione, 105.

Eccleſiæ Regulares ſecularizantur, non è contrario, 106.

Regularibus hodie non conceditur prouiſio beneficiorum, quorum de iure communi ſunt capaces, 107.

Canonici Regulares de iure communi ſunt capaces Parochialium ſæcularium, 108.

Canonici Regulares pro obtinenda Parochiali Sæculari, non indigent diſpenſatione Apoſtolica, ſed tantum licentia Papæ, 109.

Regularis non eſt capax penſionis ſecularis, 110.

Translatione vnius Eccleſiæ ad aliam transferuntur ſimul omnia iura, 111.

Etiam ſi translatio fuerit declarata nulla 112: præſertim quando iura non competunt ratione loci, 113. quia tunc iura tranſeunt in locum, non in perſonas, 114. clauſula apponi ſolita in translatione Parochialis, 115. clauſula apponi ſolita in translatione Capellaniæ, 116. clauſula in translatione monaſterij monialium cum licentia prophanandi, & vendendi, 117.

Translatio venit nomine mutationis, 118.

Eccleſia vna, & eadem poteſt eſſe Parochialis, & Collegiata, immo Cathedralis, 119.

Monaſteria fratrum poſſunt conſtrui cum licentia Ordinarij, 120. non tamen Monachorum 121. & de fratribus quibus conditionibus hoc ſit receptum, 122.

Monaſteria vero monialium hodie abſque licentia Papæ non eriguntur, 123.

Erectio monaſterij monialium in Dataria ſoluit compoſitionem, 124.

Transferri poſſunt moniales de vno Monaſterio ad alterum cum cauſa, 125.

Transferri non poſſunt moniales de vno Monaſterio ad aliud abſq; licentia Papæ, 126.

Transferre moniales in Indijs poſſunt Epiſcopi, 127.

Translatus de vno monaſterio ad alterum non tenetur emittere nouam profeſſionem, 128.

Tranſire poteſt Regularis ad ſtrictiorem de licentia Superioris, 129.

Ordo ſtrictior, qui ſit, eſt explicatu difficile. 130.

Tranſeundi licentiam quis ſuperior concedere poſſit, 131.

Tranſitus hodie non permittitur inconſulta Congregatione negocijs regularium præpoſita, 132.

Tranſiens an portet ſecum dotem, vel remaneat ad primum monaſterium, 133.

Monachus factus ſuperior alterius monaſterij an ſuperioritati cedens, remaneat Monachus ſecundi, vel primi Monaſterij, 134.

Monaſterium illud ſuccedit Monacho, cuius ipſe eſt filius, 135.

Dominicanorum circa ſucceſſionum conſtitutio, 136.

Poſt tranſlationem hæreditas defertur ſecundo Monaſterio, 137.

Tranſeunti ex Capucinis ad Dominicanos an hæreditas poſt tranſitum obuenta cedat monaſterio, 138.

Regula de iure quæſito non tollendo, non habet locum in iure acceſſorio, 139.

Tranſlatus de vno Monaſterio ad alterum an teneatur rurſus profiteri, 140.

Iuramentum fidelitatis ſæpius exigi poteſt, 141.

Ieſuitæ ſingulo decennio exigunt votorum emiſſorum ratificationem, 142.

Profeſſio vbiq; in ſubſtantia eſt eadem, 143.

Statuta Religionum poteſt Papa pro ſuo arbitrio mutare, 144.

Monaſterio in erectione aſſignanda dos congrua, 145.

Profeſſus mutat nomen : quia profeſſio dicitur ſecundus baptiſmus, 146.

Priuilegia conceſſa per communicationem cenſentur conceſſa in ſpecie ſingulis, 147.

Priuilegium ad inſtar, quando operetur pariformitatem, 148.

Cardinales quomodo æquiparentur Regibus, 149.

Cardinales ex Conſtitutione Vrbani VIII. appellantur Eminentiſſimi, 150.

Conſtitutionis Vrbanæ ſuper Eminentiſſimi titulo, interpretatio, 151.

Derogatoriarum derogatoria ampliſſima, quando cenſeantur reuocatæ, 152.

Clauſula ad perpetuam rei memoriam apponitur in erectionibus, 153.

Erectiones, quibus Card. Congregationibus examinandæ remittuntur, 154.

Congregationes Cardinalium fuerunt introductæ à Sixto V. 155.

Congregationis Conſultæ Auctor Sanctus Carolus Borromæus, 156.

Moniales an ſine labe ſimoniæ poſſint ab ingredientibus recipere dotes, 157.

Dotes exceſſiuæ peſtis Reipublicæ, 158.

Eccleſiæ vnius iura poſſunt transferri in aliam, etiam noue adificatam, 159.

Clauſula in tranſlatione Parochialis apponi ſolita, 160.

Cæmenta Eccleſiæ prophanatæ venduntur, & applicantur Ordinarij arbitrio, 161.

Ordinarius in tranſlatione Capellæ, ſiue Eccleſiæ non poteſt onera in aliquo mutare, 163.

Prophanatio Capellæ facilius conceditur, quam Parochialis, 162.

Prophanatio Monaſterij facilius conceditur, quam beneficij, 164

Romani ſuperſtitionis ſuæ obſeruantes, 165.

Eccleſia Cathedralis poteſt etiam eſſe Parochialis, 166.

Cauſæ erectionis de Parochiali in Cathedralem, 167.

C. Felix Epiſcopus 16. q. 1. interpretatur, 168.

Archiepiſcopi, vel Epiſcopi conſenſus requiritur regulariter in erectione noui Epiſcopatus, 169.

Montiſalti oppidum à Sixto V. erectum in Ciuitatem : quia eius Patria, 170.

Conſenſus Ordinarij vicinioris in erectione nouæ Cathedralis non requiritur, 171.

Erectio nouæ Cathedralis fieri non poteſt ſine alterius Eccleſiæ diſmembratione, 172.

Applicatio fructuum nouæ Eccleſiæ poteſt fieri etiam reclamantibus poſſeſſoribus, 173.

Diſmembratio non extinguit beneficium, ſed illud alterat in fructibus, 174.

Pro erectione nouarum Cathedralium quandoque ſuppreſſa integre monaſteria, 175.

Indultum de conferendo in ſingulis menſibus conceſſum Cardinalibus, non iuuat Capitula in beneficijs ſimultaneæ collationis, 176.

Indultum de conferendo conceſſum Cardinalibus eſt reſtrictum ad Eccleſiam, cui actu præſunt, aut cui vltimo loco ceſſerunt, 177.

Diſmembrationis iuſta cauſa non eſt locorum diſtantia, ſeu numeroſitas populi. 178.

§. VI.

De Confirmatione Electionum.

ELectioni proprie reſpõdet cõfirmatio *c. fi. de elect.*
in 6. c. poſt quã, vbi Abb. in 1. not. Dec. nu. 1. eod. tit.
adeo vt cõcluſio illa cõfirmationẽ eſſe quid neceſſi-
1 tatis, ſoli applicetur electioni, cum reliqua poſſint,
& non poſſint à Papa confirmari, electionem vero
de iure confirmare tenetur. *Caſſad. deciſ. 1. nu. 2. de*
Confirm. vtil. vel inutil. Rota dec. 369. n. 2. p. 2. recent.
& ideo licet confirmatio denotet ſuperioritatem
in confirmante, & ſubiectionem in confirmato *Se-*
2 *raph. deciſ. 637.* electio tamen eſt potentior confir-
matione *Ang. cõſ. 348. n. 3. Dec. in d. c. poſt quam nu.*
3 *38. in fi. Rota dec. 240. nu. 17. coram Ludouiſ.* Et quia
diximus confirmationem eſſe neceſſitatis, hoc de-
4 bet intelligi de electione valida : quia inualida, cõ-
tra formam ſacrorum Canonum, non eſt de neceſ-
ſe confirmanda *c. quamquam de elect. in 6.*
Duæ autem principaliter iure Canonum præſ-
5 cribuntur formæ vna in *c. fi. de elect. in 6.* altera in *c.*
quia propter eod. tit. de prima videlicet electionem
6 factam non ſeruata forma *d. c. finalis* non cõfirmari
eſt deciſio coram *Seraphino 598. nu. 3.* De ſecunda
nempe de forma cap. quia propter non ſeruata eſt
deciſio in cauſa Treueren. Abbatiæ S. Maximini,
cuius cauſæ facti ſeriem, deinde Rotæ deciſionem,
licet prolixam, quia multum conferet pro explica-
tione totius materiæ confirmationis electionis ex
integro referam.

Vacante Abbatia S. Maximini nullius Diœceſis Prouinciæ Treueren. quæ dignitatem annexam habet ſacri Imperij principatus per obitum poſtremi illius poſſeſſoris. Monaci de more congregati: elegerunt nouum Abbatem inſtituendo à principio electionem per ſcrutinium, deinde miſſa ea via, omnes concorditer conuenerunt in Ioannem, cui fauebat etiam ſcrutinium, huius electionis petebatur ab electo tempore debito confirmatio : ſed quia Sereniſſimus Princeps Elector Treueren. prætendebat electionem inualidam ob non ſeruatam formam c. quia propter, petebat Abbatiam ſibi cõferri. Cauſa per Sanctiſſimum commiſſa in Rota DD. reſoluerunt electionem non eſſe confirmandam, contra quam deciſionem, cum plura opponerentur, cauſa fuit rurſus poſita, & DD. perſtiterunt in deciſis, & quia in ſecunda deciſione repetuntur ſancita in priori, nos ſecundam ſolummodo dabimus quamvis ſatis prolixam.

n Reuerendiſſimo Coccino Decano Treueren.

Abba-

7 Abbatiæ S. Maximini 24. Iannarij 1625. Contra decisionem in hac cauſa ſactam, in qua fuit reſolutum electionem non ſuſtineri, tria opponebãtur, primnm qnod non omnes nullıtates oppoſitę ſubſiſterent, ſecundum quod electores poſſunt iuuari conſuetudine hoc modo eligendi. Tertium quod in omnem euentum iſta erat electio per compromiſſum cum ſcrutinio mixtum, & ideo poterat ſuſtineri. His tamen non obſtantibus, & cauſa mature bis diſcuſſa DD. vnanimi voto perſtiterunt in deciſis. Nullitates enim in deciſione firmatæ ſubſiſtunt, nam cum fuerit actum per viam ſcrutinij, in pluribus non ſuit ſeruata forma tradita in c. quia propter de elect. Primo quia fuerunt electi tres ſcrutatores extra Collegium, & tres de Collegio, & tamen nnmerus non poreſt augeri, nec ſumi extra Collegium. Secundò quia ſcrutatores extra Collegium ſcrutati ſunt votum fratris Antonij primi ſcrutatoris & deinde præſente d. Antonio votum Matthæi ſecundi ſcrutatoris, & demum præſentibus Antonio, & Matthæo votum Valentini tertij ſcrutatoris, vnde vota Antonij, & Matthæi corruũt. Tertio quia exquiſitio ſuffragiorum fuit facta à ſcrutatoribus, ſolum extra Collegium, aſſidentibus tantum tribus ſctutatoribus de Collegio. Quarto quia ſuffragia non ſuerũt in ſcriptis redacta. Quinto quia non fuerunt publicata vota, ſed tantum electio, qnæ ideo corruit, vt in c. quia propter de elect. & late in alia deciſione fuit adductnm, ille enim textus haber decretum irritãns, vt probat *textus in c. ſi cui de elect. in 6.* ibi decernens ſi aliter fierent nõ valere, & *Gloſ. ibid.* dicit non valere ipſo iure. Quare cum electio non fuerit Canonica S.D.N. illam cõfirmare non tenetur tam ex diſpoſitione iuris cõmnnis, vt in c. qnamquam de elect. in 6. quod licet procedat in electione Epiſcopatuum, habet tamen locum etiam in alijs beneficijs Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectis. *Roman. conſ. 332. n. 11. Gloſſ. in d. c. quamquam in figurat. caſus,* quam etiam vigore Concordatorum Germaniæ, ibi, & lapſo dicto tempore (de quo ſcilicet in c. pupientes de elect. in 6.) ſi non præſentatæ, vel ſi minus canonicè prę́ſentatæ ſnerint electiones, prouidebimus.

Neque eſt inſiſtendum in eo, quod pleriq; Doctores circa prædictas nullitates varient: quia vt fuit in prædicta deciſione firmatum omnes nullitates deducuntur, ex quo ſecundum communem opinionem DD. ſunt contra ſubſtantialia formæ c. quia propter, quæ communis opinio operatur, vt ita debeat intelligi textus, & ſi aliquid contrarium fiat non fit contra communem ſententiam DD. ſed contra ipſum text. quem communis ſchola ita interprætatur. *Suarez de legib. lib. 6. c. 1. n. 5. verſ. de hac igitur interpretatione.* Nec ex verbo exceperunt, deduci poteſt, quod vota in ſcriptis fuerint recepta, cnm nõ ſuerit additum in ſcriptis, prout loquitur Suetou. Tranq. de Tito ibi. *E pluribus comperi votis quoque excipere velociſſime ſolitum,* &c. licet ſcriptores & Notarij vocentur exceptores in *§. deinde vbi Gloſſ. in verbo exceptorem auth. de defenſ. Ciu. & in l. exceptores, vbi Gloſſ. 1. C. de Numer. actuar. lib. 12.* id tamen non concludit, quod dicendo exceperũt, in ſcriptis excepiſſe intelligendum ſit, quid enim hoc verbum de per ſe poſitum importet, grãmatici bene diſcutiunt. Ad id vero quod in deciſ. dicitur, nempe ſcrutatores tantum extra Collegiũ vota exquiſiuiſſe aſſidentibus ijs de Collegio, quod eſt contra formam cap. quia propter dum reſpondebatur, quod ſufficit præſentia, & conſenſus ex *Innoc. in c. in Geneſ. n. 5. de elect. & ex Gloſ. in c. ſicut in verbo per vnum de elect. in 6.* ſuit replicatum, quod *Gloſſ. Innoc.* & alij non loquuntur in his terminis. Quicquid autem dicẽdum eſſet, an vnus ex ſcrutatoribus tantum poſſit ſcribere, ceduláſq; recipere, illud certum eſt, quod omnes ſcrutatores debent exquirere, hic vero tres tantum ſcrutatores extra Collegium exquiſiuerunt. Scrutatoribus de collegio aſſidentibus. Nec debuit allegari, quod decretum irritans in d. *c.* quia propter appoſitum referatur ſolummodo ad formulas electionũ, ita vt prohibeat omnem aliam formam, quam ſcrutinij, cõpromiſſi, & quaſi per inſpirationem, non autem referatur ad ſolennitates contra ſcrutininm diſpoſitas; quia iſte intellectus ne dum eſt valde ſubtilis, & nouus ſed contra tex. expreſſum in *c. Eccleſia veſtra 57. §. denique de elect. Rom. conſ. 332. n. 52.* & contra alium tex. in *c. ſi cui eod. tit. in 6.* ibi. talis electio cum præter formas, quas generale Concil. ſeruari ſtatuit in electionibus celebrandis decernens, ſi aliter fierent non valere.

Quantum attinet ad ſecundùm Caput, quod ſcilicet in hac electione fuerit ſeruata forma conſuetudinum huius Eccleſiæ, & ideo non fuerit opus ſeruari formam c. quia propter, cum lex per cõtrariam conſuetudinem, etiam quod habeat decretũ irritans abrogetur. *Suar. de legib. lib. 7. c. 19. nu. 14.* tres fuerunt datæ reſponſiones; prima illam conſuetudinem non probari. Secunda non ſuffragari: qnia non adeſt ſcientia Papæ. Quod non probetur conſuetudo ſatis patet: quia illa non inducitur, ſi vario modo fuit ſeruatũ: quia requirit actus vniformes. *Bart. in L. 2. in princ. ff. ſol. matr. Dec. conſ. 214. nu. 2. verſ. ſecundo hoc idem, & conſ. 129. col 2. Alex. conſ. 5. lib. 5. & conſ. 173. per tot. lib. 6. Roland. conſ. 2. n. 118 & ſeq. lib. 1. & conſ. 87. n. 53. lib. 2. & conſ 13. nu. 18. & 20.* vbi quod nullus diſcrepat *lib. 4. Aym. conſ. 96. n. 5. Rim. Iun. conſ. 264. n. 28. & 29. lib. 3. & conſ. 265. num. 25.* Et qnando conſuetudo eſt varia, quod non recedatur à iure communi. *Natta conſil. 132. in fi. & conſ. 309. nu. 9. Roland. d. conſ. 87. nu. 53. lib. 2. Curt Iun. conſ. 260. n. 20. lib. 3.* In propoſito autem electiones, in quibus fit fundamentum, vniſormes minime ſunt, in illa enim de Anno 1502. ſub Alex. VI. vota fuerunt redacta in ſcriptis, & tam ſcrutatores de Collegio, quam extra exquiſiuerũt in alia facta de Anno 1514. ſub Leone X. fuerunt electi Scrutatores tres de Collegio, & vota in ſcriptis redacta; in alia de Anno 1525. ſub Clem. VII. tres tantum de Collegio Scrutatores fuerunt electi, & ſuffragia pariter redacta in ſcriptis; ſub Pio V. de Anno 1565. tres etiam Scrutatores de Collegio tantnm fuerunt adhibiti, ſub Greg. XIII. de Anno 1581. ſuffragia fuerunt per Notarios ſcripta, quod eſt de iure permiſſum *Gloſſ. in d. cap.* quia propter in verbo redacta, ſola enim quæſtio eſt, an Laicus Notarius poſſit ſcribere, vt per Doct. ibidem. Vltima vero ſub ſan. mem. Gregor. XV. de Anno 1621. ſatis annuit vota in ſcriptis fuiſſe redacta, cum in

ea

„ ea dicatur, quod in præſentia Notarij vota ſcrutata
„ fuerunt.
„ Fuit præterea ex abundanti conſideratum quod
„ tempore Clementis VII. fuit electus Ioannes de
„ Cellis, & non datur alia electio vſq; ad tempus Pii
„ V. & tamen electiones inter medias affuiſſe non eſt
„ ambigendum, cum ſub Pio V. non fuerit facta ele-
„ ctio per obitum d. Ioãnis, ſed cuiuſdam Petri, pro-
„ vt fuerunt etiam electiones intermediæ inter Gre-
„ gor. XIII. & S. M. Greg. XV. tempore enim illius fuit
„ electus quidam Bernerus, & ſub vltimo Greg. fuit
„ facta electio per obitum Nicolai, & ſic non recte
„ deducitur ſtatus electionum. Fuit inſuper ponde-
„ ratũ quod in electione ſub Alex. VI. fuit facta men-
„ tio electionum, de quibus in c. quia propter, & ſub
„ Pio V. dixerunt Electores, quod volebant procede-
„ re per viam ſcrutinii, ſub Greg. XIII. expreſſe etiã
„ fuit dictum, quod ex tribus modis eligendi, nimirũ
„ per ſcrutinium, per compromiſſum, & quaſi inſpi-
„ rationem, viam ſcrutinii elegerunt, & in poſtrema
„ ſub S. M. Greg. XV. dicitur, quod iudicatæ Eccleſiæ
„ per viam ſcrutinii intendebant prouidere. Ex quo
„ igitur viam ſcrutinii cenſuerũt eligendam, cenſen-
„ dum eſt, viam ordinariam elegiſſe, ſcilicet iuxta ter-
„ minos *c. quia propter ſpecul. in Rubr. de elect num.* 12.
„ Si vero dictam formam ſeruare neſcientes errarũt,
„ non poteſt dici aliquam conſuetudinem induxiſſe,
„ quæ ex certa ſcientia, non ex errore debet induci.
„ *Gloſ. in c. fin. in verbo legitime. verſ. Item quod ex certa*
„ *ſcientia*, & ibi etiam *Abbas n. 12. de conſuet. Silueſter*
„ *in verbo conſuetudo q. 4. Tabien. not. 7. n. 8. Medic. de*
„ *leg. p. 2. q. 14 nu. 5.*
„ Secundo fuit principaliter reſponſum, quod ad
„ inducendam conſuetudinem contra Canones, re-
„ quiritur ſcientia, & expreſſus conſenſus Papæ alias
„ nunquam per contrariam conſuetudinem lex ab-
„ rogatur. Quia Summus Pontifex non habet pote-
„ ſtatem à populo, ſed immediate à Deo, & ideo non
„ eſt populus, qui inducit cõſuetudinem contra Ca-
„ nones, ſed authoritas Papæ permittentis. *Abb. in c.*
„ *fin. num. 8. in fin. de conſuetud. Salas de legib. quæſt. 97.*
„ *tract. 14. diſput. 19. ſect. 6. nu. 59. verſ. hae ſententia.*
„ Quod in lege ciuili ſecus eſt, nam lex ciuilis tendit
„ ad bonum publicum, & in vtilitatem priuatorum,
„ vnde ſi populus vult ſibi præiudiciũ inferre, Princi-
„ pes ab eodem populo poteſtatem habentes nõ cu-
„ rant; *l. de quibus verſ. nam eum ipſe ff. de leg. S. Thom.*
„ *p. 2. quæſt. 47. art. 3. in reſp. ad 3. Abbas in c. final. n. 9.*
„ *de Conſuetud. Driedon. de liber. Chriſt. c. 11. ante fin.* Ius
„ autem Canonicum principaliter intendit hominẽ
„ in Deum dirigere, & venit ad bonum publicũ Ec-
„ cleſiaſticum, & cum ſit inſtitutum à poteſtate ſpiri-
„ tuali, illa non poteſt in laicos cadere *Abb. & Drie-*
„ *don. in locis praecitatis*. Hinc ergo, cum conſenſus
„ Papæ operetur ad iſtam conſuetudinem inducen-
„ dam, requiritur illius certa ſcientia, & voluntas in-
„ ducendi conſuetudinem, ita vt non ſufficiat error,
„ *Gloſ. in d. cap. fin. in verbo legitime, vbi Abb. nu. 17. &*
„ *facit text. in l. 1. C. quæ ſit long. conſuet.* Quare ſi con-
„ ſenſus Papæ eſt ille, qui conſuetudinem inducit, &
„ etiam ad hunc effectum requiritur certa ſcientia,
„ & voluntas inducendi conſuetudinem, non poteſt
„ deduci volũtas niſi expreſſus conſenſus adſit, mul-
„ ta enim per patientiam tolerantur, quæ deducta
„ in iudicio, exigente iuſtitia, toleranda non eſſent,
„ vt dicit *tex. in c. cum iam dudum 18. in fin. de prabend.*
„ quem in puncto allegat *Gloſ. in §. leges in verbo ab-*
„ *rogata diſtinct. 4.* & ex iſtis rationibus conuincitur,
„ *Vaſqu. par. 2. art. 97. diſput. 177. cap. 12.* dum dicit ni-
„ hil referre, quod Papa recipiat poteſtatem à Deo,
„ & non à populo, vt conſenſus eius tacitus non
„ poſſit operari ad derogandum ſuæ legi, vt enim ex
„ prædictis apparet multum refert, quod Papa im-
„ mediate poteſtatem habeat à Deo. In hoc autem
„ caſu, ne dum non adeſt expreſſus conſenſus Sum-
„ morum Pontificum, ſed nec etiam ſcientia vt in
„ tertia reſponſione oſtendemus.
„ Et quod requiratur ne dum ſcientia, ſed etiam
„ expreſſus Papæ conſenſus ad inducendam conſue-
„ tudinem contra Canones, etiam quãtocumq; tem-
„ poris ſpacio illa fuerit ſeruata tenet. *Gloſ. in d §. le-*
„ *ges in verbo abrogat diſtinct. 4. Archid. in cap. cum de*
„ *benefic. num. 2. circa med. verſic. nam & ibi notat. de*
„ *præbend. in 6.* vbi optime dicit, caſum eſſe expreſ-
„ ſum in c. *conſequens & in cap. nolite 11. diſtinct. cap.*
„ *facta quæſt 3. & cap. illud & cap. ridiculum 12. diſt.*
„ *Ioann. Andr. in d cap. cum de benefic. poſt princ. Gem.*
„ *num. 6. Franc. num. 3. & 4. S. Antonin. in ſumma par.*
„ *1. tit. 16. cap. vnico §. 2. ante finem verſic. dicit autem*
„ *Ioannes Io: de Salas de legibus quæſt. 97. tractat. 14.*
„ *diſput. 19. num. 62. in fin.* quam ſententiam ſequu-
„ ta fuit Rota in Romana obſeruationis contractus,
„ 23. Octobris 1551. coram Chiſſanen, relata apud
„ *Verall. deciſ. 204. num. 3. par. 3.* & ita in Romana
„ Concordiæ S. Petri 18. Februarij 1610. coram Re-
„ uerendiſſimo Domino meo Caualerio nunc S. D.
„ N. Datario, quæ eo magis de plano procedunt,
„ cum cap. quia propter habeat decretum irritans,
„ vt conſiderant, *Archid. Io. Andr. Gemin. & Franc,*
„ locis prædictis, cui ſententiæ conſonat etiam di-
„ ctum *Goffr. & Innoc. in cap. ad noſtram in princip. de*
„ *probat.* vbi lex, quæ eſt contra ius commune, non
„ debet ſeruari, cum non ſit inducta de certa ſcien-
„ tia eius, cuius eſt condere, & mutare legem *leg. de*
„ *quibus ff. de leg.*
„ Tertio principaliter etiam fuit reſponſum, quod
„ communis, & indubitata concluſio eſt, legem Papæ
„ non poſſe abrogari ſaltem abſq; illius ſcientia, vt
„ egregie probat *Driedon. de libert. Chriſt. d. lib. 1. c. 2.*
„ *in fin. Vaſquez ad S. Thom. 1. 2. quæſt. 97.* & hanc o-
„ pinionem ab omnibus teneri affirmat *Petrus de*
„ *Lorca ad 1. 2. S. Thom. in tit. de legib. diſputat. 29. in*
„ *princip.* & late fuit deductum in d. Cauſa Romana
„ Concordiæ S. Petri. Quæ ſcientia, ex qua arguitur
„ conſenſus, hic non adeſt, ſed error, qui non ſufficit
„ ad inducendam conſuetudinem, vt ſupra eſt di-
„ ctum; ſcientia enim Summorum Pontificum, quæ
„ deducitur ex confirmationibus, non adeſt, cũ ele-
„ ctiones nullas confirmauerit abſq; certa ſcientia.
„ *Bart. in l. ſi conſtet 12. num. 2 ff. de appellat.* vbi quod
„ per confirmationem non confirmatur electio in-
„ ualida, niſi fieret ex certa ſcientia. *Bald. in l. nomi-*
„ *nationes 27. num. 2. verſic. Tu dic C. de appellat.* Vbi
„ quod confirmatio ſuperioris non purgat vitium
„ electionis, niſi Princeps confirmet ex plenitudine
„ poteſtatis, & loquitur in terminis electionis, in qua
„ non fuit ſeruata forma c. quia propter. *Frãc. Marc.*
„ *deciſ. 227. num. 5. & num 6. par. 1. Innoc. in cap. cum*

dilecti 32.*nu*.1.*de elect.Alex.conſ*.59.*nu*.8. *lib*.1. vbi quod nec certa ſcientia præſumitur, niſi probetur. In propoſito autem ſine dicamus, verba confirmationum de per ſe importare, quod Papa ex certa ſcientia confirmauerit, ſiue non. Nihilominus vtcumq; ſit, Veritas eſt, quod cum Summi Pontifices confirmauerunt electiones tanquam Canonicas, & vere non ſint tales, cum in illis non fuerit inſertus tenor, præſumuntur circumuenti ab ijs quibus electiones examinandas mandarunt *Felin. in c. cum à vobis nu*.3.*de teſtib.Rum.conſ*.41.*n*.15.*Verſ.ſecundo reſpondendum.lib*.1.*Gabr.concluſ*.2.*num*.42. *& ſeqq. de probat.*

Neq; facit, quod quando interuenit conſenſus de iure naturali requiſitus, electio dicatur canonica. *Innoc.in c.cum ſicut nu*.7. *Compoſt.col*.6.*in princ.n*.17.*verſ.item quæro de elect.Archid.in c.nullus,n*.2.*eod.tit.Franc.Marc.dec*.1322.*nu*.1. *in fi.p*.1. & in dictis electionibus interuenerit cōſenſus de iure naturæ requiſitus, & propterea tanquam Canonicæ potuerunt confirmari, *Innoc.in d.c.quod ſicut n*.23. *verſ.circa primum Io: Anan.nu*.7.*Bellem.n*.50. Quia fuit reſponſum, electionem triplici modo dici canonicam, large, ſtricte, & ſtrictius, vt per *Gem.conſ*.88.*nu*.4. ſtrictius dicitur canonica electio, quando omnia interueniunt quæ ſunt de ſubſtantia, & ſolemnitate, quæ ſi omittantur electio eſt nulla, vt in d.c.quia propter; ſtricte dicitur, quando ſeruantur illa, quæ ſunt de ſubſtantia, omiſſis tamen his, quæ pertinent ad ſolennitatem, vt puta vocatio abſentium, & iſto caſu electio non eſt nulla, ſed venit annullanda, vt in c.quod ſicut 28. de elect. large dicitur canonica, quando non ſunt ſeruata ſubſtantialia, nec alia ſolennia requiſita à iure poſitiuo, ſed habet tantum validitatem iuris naturalis: quia ſcilicet habet conſenſum eligentium, & iſta de iure non eſt valida, vt in d.c.quia propter, & in c.ſicut de elect.in 6. Vbi autem Papa appellat electiones canonicas, cenſendum eſt intellexiſſe de electionibus Canonicis ſtrictiori modo, cum iura tales approbent, & illud eſt proprium ſignificatum, quod communiter iura recipiunt, dum enim dicitur canonica intelligunt de valida, vt patet in *c.poſtulaſti in princ. de Cler. excomm miniſtr.* & à propria verborum ſignificatione recedendum non eſt *l. non aliter ff. de leg*.3.*c.in noſtra de iureiuran. & in cap. propterea de verb.ſign.* Ita egregiè *Gemin.d.conſ*.88.*nu*.4. & bene *Rebuff. in praxi tit. Inſtitutio canonica quæ dicatur*, vbi quod ſolum illa dicitur canonica, quæ fit ſecundum Canones, *c.cum aliter de dolo, c.grauis de cenſibus, c.vnico de ætat.& qualit.in* 6. nec poteſt dici canonica, quæ iure facta non ſit, *c*.1.*de elect*. Et ſi diceremus, Summos Pontifices non ita ſenſiſſe electiones canonicas, confirmationes tanquam non factæ ex certa ſcientia corruerent, vt ſuprà oſtenſum eſt.

Neq; debuit allegari, quod in concordatis habeatur, Papam confirmaturum electiones canonicas, & concordatá debeant intelligi iuxta terminos Conc.Baſileen.*ſeſſ*.38. de elect. in quo fuit ſtatutum, quod electiones factę ab omnibus vel à maiori parte, etiam ſi reliqua, electionis formam concernentia omiſſa fuerint, confirmari deberēt. Nam vt plenè ſatisfiat huic prætenſæ vanitati, & minus dignæ, vt à Catholicis allegetur, concordata continent. Placet nobis quod in Metropolitanis, & Cathedralibus, &c. Monaſterijs immediatè ſubiectis Sedi Apoſtolicæ, fiant electiones canonicæ, quæ ad d.Sedem deferantur. quas etiam ad tempus conſtitutum in Conſt.fe:re:Nicolai PP.III.incipit cupiētes, expectabimus, & lapſo d.tempore, ſi non pręſētatæ fuerint, prouidebimus, &c. & ſi canonicæ fuerint, eas confirmabimus, niſi ex rationabili, & euidenti cauſa, &c.de digniori, & vtiliori perſona duxerimus prouidendum, &c. Huiuſmodi concordata quod ſint intelligenda de electionibus ſtrictiori modo acceptis, hoc eſt iuxta formam *c. quia propter* dicit *Henric. Caniſ. in annotat.* ad d. Concordata, & probatur ex verbis illis ſi præſentatæ minus canonicę fuerint, quæ verba ſunt deſumpta ex textu in *c.quanquam de elect.in* 6. vbi minus canonicas appellat illas electiones, quæ fiunt contra formam Cōc Generalis, quæ eſt forma *c.quia propter*, vt notat *Gloſ. ibid.* & hæc ſatis probant omnia ſuperius deducta ad interpretationem verbi, canonicas, poſiti in Confirmationibus, & Aeneas Siluius in eius Epiſt.338. Martino Mayer Archiepiſcopi Maguntini Cancellario miſſa, ſub Datum Romæ 12. Kal. Octobris 1457. & ſic ſtatim poſt concordata videtur illa intelligere de elect. Canonicis, prout de iure communi. Inquit enim nulla electio reiecta eſt, quam conſtitit fuiſſe canonicam. Pontificalis Eccleſia in Alemania, nulla reſeruata eſt ſpecialiter D.N. contra concordata veſtra, &c.

Et hoc poſito, inanis etiam eſt prætenſio, quod concordata ſint intelligenda iuxta determinationem Concil.Baſileen.: quia licet illud in principio fuerit Oecumenicum, eo quod auctoritate Summi Pontificis fuerit indictū ſub præſidio Iuliani Card. Cæſarini, & proſequutum, donec illicita poteſtate vſurpata, & in Pōtificem Romanum omni iudicio, & ſubiectioni coactiuæ iure diuino exemptum iudicium ſuum ipſi conuerterent, & Pontifex legatum ſuum omneſque alios Epiſcopos auocaret; Quando verò poſt huius diſceſſum Synodus ſub præſidio Cardinalis Arelaten. continuata, inuitoq; Pontifice prorogata eſt, non tantum Oecumenica, verum etiam legitima Synodus eſſe deſijt. Nam eo tempore, quo Concilium in Pontificem ſententiam pronunciare auſum eſt, omneſq; præcipui Epiſcopi diſceſſerant, & Cardin. Arelatenſis præſidendi ſibi munus aſſumpſerat: quia Epiſcopi pauciſſimi erāt, introduxerunt in Synodum ingentem Presbiterorū multitudinem, itavt contra omnem formam Conciliorum non Epiſcoporum, ſed Presbiterorum Synodus eſſet, & Deus opt.max.ſententiam ſuam dicere volēs tam horribili peſte Baſileam affligebat, vt maior pars eorum, qui remanſerant in conciliabulo, vel extincti, vel recedere coacti fuerint, vt refert Aeneas Siluius in Hiſt.Conc Baſileen., cui ipſe interfuit. Quod Conc.in Conc. Lateranen.vlt.ſub Iulio II. ſeſſ.8.ſub Leone X.ſeſſ.11.appellatur ſciſmaticum, ſeditioſum, & nullius prorſus auctoritatis; & S. M. Eug. IV. ad Orationem habitam per Ioannem Bacchenſtein, & petitionem factam nomine Concilij Baſilien., inter alia cum peteretur obſeruatio decreti de Electoribus præmiſſa reſpōſione, quod ſemper eius intentionis fuit inuigilare in his, quæ honorem Dei, ſalutem animarum, ac

bonum totius Eccleſiæ, & Reipublicæ Chriſtianæ concernerent ſignanter ad extirpationem hæreſũ reformationem morum, ac pacem populi Chriſtiani ad ſpecialiter petita ſic reſpondit. Quantum autem ad negocium Indulgentiarum, Electionum, Annatarum, Cauſarum, & Vacationum ſcriptorũ, & Abbreuiatorum Rom. Curiæ, quia materiæ grãdes ſunt, & diſcuſſione, & declaratione indigent ſe vna cum fratribus ſuis. S. R. E. Card. decreuiſſe reſpondere per ſuos, Concilio, quod quam primum facere intendit, ſperans reſponſiones ſuas tales eſſe debere, quæ iuſtitiæ, & honeſtati conueniant, ipſiq; Concilio, & omnibus pie ſentientibus ad Dei honorem, charitatem, & pacem, ac bonum Vniuerſalis Eccleſiæ gratæ, & acceptæ merito ſint futuræ. Ita habetur tom 4. part. 1. Conc. Colon. impreſſ. in app. fol. 177 cum ſequentibus, & fol. 179. habetur prædicta reſponſio.

Neq; dici poteſt concordata eſſe intelligẽda iuxta Cõc. Baſil. ex quo Nicol. V. qui cõcordata fecit, decreta Conc. Baſil. confirmauerit, vt patet in eius Bulla, & refert Aeneas Siluius, & Gobi locis citatis. & ideo concordata debeant intelligi iuxta ſtatuta Conc. Baſilien. per eundem Pontificem confirmata. Quia hoc eſt merum figmentum cum Concordata habeant Datum Kal. Apr. 1447. Bulla autem habet datam ſub 14. Kal. Iul. 1449. & ſic de tempore Concordatorum Bulla non erat in rerum natura. Veritas tamen eſt, quod Nicolaus V. non confirmauit decreta Concilij, ſed pro bono pacis electiones factas in obedientia Concilij Baſilien., vt patet in prædicta Bulla, quæ habetur in d. tom. 4. p. 1 fol. 96. cuius hæc ſunt verba formalia. Nicolaus &c. quaſcumq; promotiones, electiones, confirmationes, poſtulationum admiſſiones, translationes, commendas, adminiſtrationes, prouiſiones, reſeruationes, vniones, incorporationes, reuocationes, pallij dationes, conſecrationes, perſonarũ benedictiones, de ordine ad ordinẽ translationes, infeudationes, abſolutiones, liberationes, quietationes ſuper quibuſcũq; debitis ratione decimarũ, Indulgentiarũ, annatarum. diſpenſationes, tam ſuper ætatis, quam natalium, & aliarum inhabilitatum defectus &c. ac omnia, & ſingula, tam iuſtitiam, quam gratiã concernentia, ſiue in foro conſcientiæ, vel contentioſo in perſonis, & locis, quæ tempore conceſſionis, & aliorum præmiſſorum obediuerunt prædicto Væner. ac Cariſs. fratri Noſtro Amodeo Cardinali Felici V. nuncuparo ac congregatis (.ſ. in Conc. Baſilien) aut alterius eorum anctoritate, etiam de latere legatos, ſeu delegatos ab eis poteſtatem habeu. coniunctim, vel diuiſim qualitercumq; facta, geſta conceſſa indulta data diſpoſita, & ordinata, etiam ſi maiora, aut grauiora, aut alterius cuiuſcumq; naturæ à pręmiſſis exiſtant, & ſpecialem requirentia expreſſionem cum omnibus inde ſequutis, & etiam omnia, & ſingula per Ordinarios in dictis locis facta pro bono pacis, & Vnionis Eccleſiæ motu proprio, & ex certa ſcientia, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine de conſenſu Venerabilium fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium pręſentiũ ſerie approbamus, ratificamus, & confirmamus, rataq; & firma fieri volumus. Et quamvis prædicta clariſſima ſint, poteſt tamẽ addi, quod ſi geſta Cõc. Baſilien. fuiſſent confirmata, fruſtra in Concil. Lateranen. ſub Iulio II. & Leone X. ſeſſ 4. & 11. vt ſupra relatum eſt, illud fuiſſet appellatum ſchiſmaticum, ſeditioſum, & nullius prorſus auctoritatis, & incaſſum dum in eod. Concil. Lateranen. improbãtur acta Baſilien. fuiſſent facta concordata cum Rege Franciæ.

Et Aeneas Siluius Epiſt. 369. ſub Datum Romæ 8. Auguſti 1457. Scribens d. Martino Mayer Cancellario Archiepiſcopi Moguntini, nõ dicit, decreta Concilij fuiſſe confirmata, immo totum oppoſitum, ſicq; aliter dicere falſum eſſet. Audiatur ipſemet loquens ibi. Sed vt ad querelas tuas veniamus, dicimus tibi, dignum eſſe, vt compactata cum veſtra natione ſeruentur, &c. Verum cum dicis, decreta Conc. Baſil. non cuſtodiri, idq; putas iniurioſum eſſe nationi, indignam dicimus eſſe querelam tuam, propter decreta enim Baſilien. Concil. inter Sedem Apoſtolicam, & Nationem Veſtram diſſidium cœpit, cum vos illa prorſus tenenda diceretis, Apoſtolica vero Sedes omnia reijceret, itaque fuit deniq; compoſitio facta (.ſ. Concordata) in qua Nos Imperatorio nomine interfuimus cum certã legem dedit, deinde inuiolabiliter obſeruandam, per quam aliqua ex decretis Conc. prædicti recepta videntur, aliqua reiecta, &c. hoc eſt fuerunt facta concordata, per quę aliquid fuit conceſſum nationi, non autem ſimpliciter dicit, quod per concordata, geſta in Conc. Baſilien. fuerunt confirmata, & ſubditur. Itaq; non iuſte agis, ſi per omnia ſeruanda eſſe decreta contendis, &c. & ſequitur ibidem. Sed venio ad electiones, quas paſſim cõtemni refers, hoc non inuenimus ita eſſe, vt aſſeris nam poſt quam ex Alemannia huc venimus, plures Eccleſiæ Cathedrales eiuſdem nationis vacauerunt, in quibus, vel poſtulationes factæ, vel electiones fuere. De poſtulationibus nihil eſt, quod obijci poſſit, nam illæ ex gratia pendent, etiam vetuſto iure, liberumq; eſt Pontifici maximo eas admittere, vel reijcere. Electiones autem ſi Canonicæ fuerint compactatorum vigore, confirmationem merentur, nec repelli poſſunt, niſi de vtiliori perſona Romanus Pontifex de Conſ. fratrum ſuorum S. R. E. Card. duxerit prouidendum. Sed neq; hic eſt aliquid, quod repræhendi merito poſſit. Et ſic apparet, quod refert tenorem concordatorum, & intelligit de Electionibus Canonicis, prout de iure communi non autem iuxta diſpoſita in prædicto Conciliabulo, & ſubſequitur idem Aeneas. De tempore dicimus, quo Roman. Cur. ſequimur, neq; enim a biennio, quod hic ſumus, vlla electio huc allata eſt, quæ rite, & canonice comperta ſit. Nam Traiectenſis electio, de qua magni rumores habiti ſunt, in perſonam excommunicati acciderat. Aliæ vero alios defectus habuere, & concludendo dicit. Itaq; vides non eſſe, cur veſtra Natio circa electiones iuſtam querelam habeat.

Et non aduerſatur idem Aeneas Siluius, ſed fauet in Apologia ad eundem Martinum Mayer fol. 672. ſecundum pariam impreſſionem, ibi enim recenſet obitum Eugenij IV. & Creationem Nicolai V. quodq; miſerit Legatum in Germaniam Ioannem Card. S. Angeli, coram quo inquit diſceptatum eſt, quo nam pacto Pontifici Nicolao parendum

dum eſſet, erant qui decreta Baſillien. Conc. omnia ſuſcipienda contenderent, illiſque ſaluis Papæ obediendū. Cōtra legatus Apoſtolicus eius Conc. legibus, quod Romana Sedes refutaſſet nullam ineſſe vim aiebat, alij, quibus media ſentētia placebat, verum aliquando Baſileæ Conc. affirmabant, eiuſque temporis cōſtitutiones haud quaquā reijciendas eſſe putabant. Poſtremo eo modo cōcordiæ locus fuit, vt ſententia quorumdam decretorū Baſilien. Conc. reciperetur; Reliqua vero eius ſtatuta reiecta viderērur. Hæc verba non ſunt intelligēda, quod decreta Conc. Baſilien. fuerint approbata, ſed quod in cōcordatis aliquid fuerit conuētum, prout diſpoſitum fuerat in Concil. Baſilien. & quoad formā electionum, quod concordata non ſequantur diſpoſita in Conc. Baſilien. rotundis litteris idem Aeneas aſſerit ibi. Sed pergis vlterius, & concordiæ formulam attingens decretum ſuper electionibus in Baſilea promulgatum tanquam receptū in conuentionibus videatur infringi, reijciq; contendis, inexcuſabilem eſſe Rom. Pont. arbitraris, & prorſus iniuſtum, qui cunctis electionibus aduerſetur, nec tolerabile hoc tuæ genti eſſe exiſtimas, nec tibi reſpōderi poſſe cōfidis: falleris modice noſtro iudicio quēadmodū nihil deeſt clarius tibi oſtēdemus, nā formula concordię, quæ reſpicit electiones, hūc ſēſum habet, illas enim in Eccleſijs Cathedralibus, & ex monaſterijs exputari iubet per tēpora, quæ ſunt à Iure ſtatuta, eoſque ſi canonice fuerint cōfirmare, niſi Rom. Pont. de perſona, quæ ſit magis idonea electo vacanti Eccleſiæ de Conſ. fratrū ſuorum S.R.E. Card. prouidendū duxerit &c. Et ſic verbis, quibus nihil poteſt obijci dicit, concordata circa electiones non eſſe intelligenda, vt ſcilicet electiones ſubſiſtant ſi iuxta tenorem Conc. Baſilien. fiant, ſed ſolū quod ſuſtineantur, ſi ſecundum canones factæ fuerint, & tamen recuſet plures electiones, quas ſummi Pontifices tāquam canonicas cōfirmarunt alias vero tanquam minus canonicas reiecerunt. Denique Gobelin. in Com. Pij. II. qui fuit idē Aeneas Siluius, ita in minoribus appellatus. fol. 1 a. ſecundum magnam impreſſionē, & fol. 20. ſecundum paruam Verſ. Interea Ioānes refert quod Legati Romani miſſi retulerunt; Eugenium duriſſimè reſpondiſſe, & quod Aeneas Siluius alias notulas cōpoſuit, quæ Eugenio mitterentur, vt vere poſtea Romam miſſæ fuerunt, ſed hoc non tangit negotij veritatem, quæ clare eluceſcit ex ſupra deductis

Quantū attinet ad. 3. principale caput oppoſitū, nempe quod iſta non fuerit electio ſimpliciter per ſcrutiniū, ſed per cōpromiſſum cū ſcrutinio mixtū, quæ forma eligēdi eſt canonica, puta ſi ita cōpromiſſum ſit, vt compromiſſarij ipſi excipiant vota ſingulorū, illūque in quē maior, & ſanior pars cōſenſerit, vt eſt Conſtit. Innocentij. III. de qua *in c. cum dilectus 32. de elect.* quæ non fuit reuocata per Conſtit. Alex. III. in Cōc. Generali de anno. 1215. de quo *in d. c. quia propter*, vt declarat Bonifacius VIII. *in c. cum expediat 29. de elect. in 6. c. ſi cut. 27. eod. tit. Cauſ. in cōpend. Iuris Canonici in tit. de elect. cap. de concurſ. compromiſ. cū ſcrutin. Bais. de elect. par. 3. cap. 17. n. 4. Verſ. aliquando autem.* Cæterum quod iſta forma ſit canonica non negatur, ſed factum negatur, non enim fuit proceſſum per viam compromiſſi cum ſcrutinio mixti, quia cōpromiſſum aut fit expreſſe, aut tacite ex verbis inducitur, vt ſentit *Petrus de Bais. ead par. 3. cap. 17. n. 1. in fin. de elect. & ſpecul. in rubrica eiuſdem tit. n. 13.* In hoc autē caſu neutrū adeſt. Nō expreſſum: quia cōgregato capitulo is, qui habet in capitulo primā vocē vel alius de mandato Capituli, ſeu quiuis etiā ſine mandato, Capitulo tamen nō contradicēte requirit primo ſingulos ſigillatim, an placeat procedere hac forma compromiſſi, & omnibus conſentientibus, ita vt nullus omnino diſcrepet, debet requirere eos iterum, quibus nam perſonis, & per quem modum velint eis committere vices ſuas, & omnibus de perſonis concordantibus, & de modo, tunc omnes ſimul, vel vnus nomine omniū in perſonas huiuſmodi eligendas transferat poteſtatem ſi vero Capitulū nolit in compromiſſarios conuenire, poſſunt eo caſu, vt citius ad concordiam deueniatur, vni, vel pluribus, qui vice omnium eligant cōpromiſſarios cōmittere vices ſuas. Ita *Mandag. de cler. par prima. c. 39. Compoſtell. in c. quia propter. nu. 26. Verſ. quero. modo, et ibi. Bellam. in §. vel ſaltem. n. 7. eod. tit. & de hoc debet confici publicum inſtrumentū. Specul. in tit. de elect. §. 2. in princ. Bertach. de Epiſc. par. prima lib. 3. quæſt. 49. n. 93. Idem Specul. in cap. de via compromiſſ. n. 4. & hoc caſu quæſtio eſt, vt per Bart. in l. inſtitutio. n. 3. ff. de Cond. Inſtit.* an duo ſint conficienda inſtrumenta, vt ſcilicet vnū cōtineat; nos eligimus quem tales compromiſſarij nominabunt, tamen idem Bart. concludit, quod licet de iure duo eſſent conficienda, de conſuetudine contrarium ſeruatur. Hanc autem formam hic non fuiſſe ſeruatam certum eſt cum nihil tale legatur in inſtrumento S. D. N. tranſmiſſo.

Reliquum eſt, vt videatur an adſit compromiſſū cum ſcrutinio mixtum, ſaltem tacite Abbas Ricardottus fuit electus Præſidens Capituli, & ea quæ vti talis geſſit in præſentia Abbatis Treueren. & S. Matthiæ; fuerunt etiam electi tres ſcrutatores de Collegio, quibus, & ante nominatis Abbatibus fuit data, & conceſſa omnis auctoritas, & poteſtas ſecreto, & ſigillatim vota omniū, & ſingulorum ſcrutandi, qua propter hi fuerunt electi ſcrutatores non compromiſſarij, vt ſcilicet eligerent per compromiſſum cū ſcrutinio mixtum vt enim ſuperius firmatū eſt, debet dari facultas, vt compromiſſarij vota ſingulorum exquirāt, illumque eligant in quē maior, & ſanior pars conſenſerit. *d. cap. cū dilectus. 32. de elect. quem ita explicat Gloſ. in c. cum expediat quæ eſt prima, & incipit pro intellectu. de elect.* Et quamuis in d. inſtrumento ſubdatur, & facta collatione numeri ad numerum zeli ad zelum, & meriti ad meritum fuit data poteſtas illum in Abbatem nominandi, & publicandi, in quem omnes, vel maior pars conſenſerit, hæc tamen verba ſunt intelligenda, vt ſcilicet ſcrutatores poſſint nominare hoc eſt verbo pronunciare, ſeu proclamare, & publicare electionem factam à Capitulo, non autem quod ipſi tāquam compromiſſarij poſſint eligere; quia poſt electionem factam à Capitulo electio pronunciatur, & publicatur, vt bene per *Rebuff. ſuper concord. rubr. de reg. ad Prælat. nomin. §. vltimo in verbo forma n. 13. 15. & 16. requiſit. f. 230. 231.*

& tunc

& tunc demum data facultate nominandi cenſeretur etiam data facultas eligendi, ſi conſtat arbitros fuiſſe electos, & in iſtis terminis procedit *textus in c. cũ in iure peritus. 33. de elect. vbi Hoſtien. n. 13. verſ. ſed quicquid dicat Io: Andr. n. 8. Rebuff. in praxi de nomin. quæſt. 1. n. 24.* hic autem non fuerunt electi arbitri, ſed ſcrutatores, vt dictum eſt, & ideo illa facultas nominandi debet quoad publicationẽ cenſeri, vel ad ſummũ data ad electionem nomine Capituli faciendam, cum de ſubſtantia ſit, vt vnus nomine capituli eligat, vt in *c. quia propter, & ibi Doct.* quod clarius ex modo procedendi, de quo ſtatim dicam colligi poteſt.

Ceſſat deniq; omnis difficultas, quia in inſtrumento, quo petitur confirmatio Capitulum his verbis loquitur. Atq; pro publicatione noui electi Abbatis, & paſtoris, inſtantes per ſæpedictum D. Præſidem expreſsè rogari num factam per nos electionem, ratam, firmamq; haberemus ex qua ſerie apparet, quod Abbas non vocatur compromiſſarius, ſed Præſidens, & non agitur de electione facta à cõpromiſſarijs, ſed ab ipſomet Capitulo, & quãuis in compromiſſis Capitulum cenſeatur eligere, quem arbitri nominabunt. *Compoſt. in c. licet n. 17. de elect. Hoſt. n. 14. verſ. vtiq; quia ex compromiſſis.* Hic tamen Capitulum non loquitur de electione ipſius nomine facta à compromiſſarijs, ſed ab ipſomet Capitulo facta, quod euidẽtius demonſtratur quia Capitulum proclamare, & publicam fecit electionem per ipſum præſidentem Richardotum, quod proprie conuenit electioni per ſcrutinium, facta enim collatione, debet ſequi communis electio per vnum nomine Capituli per verba ſingularis numeri. *c. cum ab vno de re Iud. in 6. c. ſicut de elect. in 6. Franc. Marc. deciſ. 922. n. 2. lib. 1.* & iſta communis electio poteſt etiã fieri per extraneum dummodo electores tacite, vel expreſſe conſentiant. *Baſ. in direct. elect. par. 3. cap. 33. n. 4. & ſeq.* Si igitur fuiſſet proceſſum per viam compromiſſi, vnus compromiſſarius omnium compromiſſariorum vice eligere debuiſſet, vt puta dicendo Ego N. compromiſſarius de conſenſu, & voluntate compromiſſariorum meorum eligo &c. hanc formam ponit *Miranda in man. Prælat. regul. par. 2. quæſt. 33. art. 38. concluſ. 2.* & bene adaptatur quando pronunciatio fit ſine ſcriptis. *Mandagot. de Elect. quæſt. 59. forma. 9.* ponit aliam, quæ idem in ſubſtãtia continet, & ſubijcit opus eſſe, vt vnus iure omnium eligat alias electio eſt nulla, *Oldrad. conſil. 184. in princip. Roman. conſ. 216. n. 4. verſ. 4.* eiuſdem nullitas. In propoſito autem, neque expreſſe, neque per equipollens verba poſſunt importare, quod Præſidens tanquã compromiſſarius nomine aliorum compromiſſariorum elegerit.

Dato tamen abſque eo, quod veritati præiudicetur, quod electio fuerit per compromiſſum cum ſcrutinio mixtum, nec etiam ſuſtinetur, licet enim iſta dicatur melior, & expeditior forma, cum non omnes formam ſcrutinij bene ſciant, vt ait *Gloſ. in c. cum expediat in verbo inquiſitis de elect. in 6. Mandag. de elect. c. 41. in littera E;* nihilominus iſto caſu non poſſunt omitti ſubſtantialia ſcrutinij. *c. ſi cui de elect. in 6.* vbi ſi fuerit actum, quod electio facta per compromiſſum cum ſcrutinio mixtum, vt ſcilicet eligatur ille, in quem maior pars reſpectu numeri, non autem reſpectu totius capituli conſenſerit, valeat, non tenet, & Gloſ. exemplificat ibidẽ in verbo ſecreto. Si fuerit actum quod vota non ſint ſecreta: quia ſemper habet locum ratio finalis illius textus, & merito hoc dicit, ex ea enim ratione textus dicit electionem factam vigore compromiſſi non tenere, niſi actum fuit, vt eligatur nominatus à maiori parte reſpectu minoris, cum hoc ſit præter formas, quas generale Conc. ſeruari ſtatuit in electionibus celebrandis, decernens eas ſi aliter fierent non valere, & Gloſ. ibidem explicat ipſo iure; & ſic iſta ratio militat quotieſcumque omittitur aliquid ſubſtantiale, de quo *in c. quia propter, & bene Abb. in d. cap quia propter §. vel ſaltem. n. 2. Verſ. non tamen* vbi dicit & ſi prædicta *Gloſ. in c. cum expediat* hanc formam vtiliorem nominet, non tamen intelligas, quod compromittentes poſſint in aliquo tollere *huius c. ſubſtantialia (ſcilicet c. quia propter) Butr. in d. c. ſi cui. num. 5. in fine de elect. in 6. vbi Abb. num. 2. Caniſ. in ſumma iuris canonici tit. de elect. cap. de Concurſ. ſcrut. cum compromiſs* & expreſſe ſentiunt Doctores mox allegandi dum firmant, quod in electione per cõpromiſſum cum ſcrutinio mixtum, non requiratur collatio plena, ſed aliqualis, cum forma compromiſſi non requirat eam de per ſe, quam requirat forma ſcrutinij, illa enim arctior iſta liberior, nec tenetur compromiſſarius ad aliud quã ad id, quod in compromiſſo expreſſum eſt, quia non eſt neceſſaria collatio meriti ad meritum zeli ad zelum, ſed numeri tantum ad numerum vt nimirum videatur an adſit maior pars totius capituli. *Monach. in c. cum expediat. n. 29. n. 9. Verſ. item quæro, & n. 10. de elect. in 6. Io: Andr. in princip. Gemin. num. 3. Verſ. quæro an iſta forma Compoſtell. in cap. in geneſi. 59. col. 3. Verſicul.* in forma vero compromiſſi ſcrutinio mixti poteſt ſecundum d. Gloſ. vtilior appelari. In noſtro caſu autem omnes defectus conſiderati in forma meri ſcrutinij, in hac etiam electione militarent excepto tamen quod non dicerentur adhibiti ſex ſcrutatores, quia tres primi extra Collegium compromiſſariorum nomine venirent, & alia nullitas poſſet addi, quod vnus ex compromiſſarijs nomine aliorum compromiſſariorum electionem minime publicauerit. Et ex forma ipſius compromiſſi rueret etiam electio, quia ſcrutatores de Collegio non perquiſiuerunt ſuffragia, & illa non fuerunt redacta in ſcriptis, prout fuerat ordinatum in inſtrumento compromiſſi, quæ omiſſio formæ vitiat compromiſſum, cum forma data ſit ſeruanda, & illius verba debeant potius reſtringi, quam ampliari vt per Doct. *in illo cap. cum expediat. loco citato, & bene Bald. conſil. 101. numer. 8. Verſ. Videtur concludendum in fine, & conſil. 103. lib. 3. in princip. Sacin. conſil. 20. in princip. lib. primo.* vbi quod eſt ſtricti iuris, & in ea veniunt ſolum ea, de quibus ſpecialiter eſt dictum *Dyn. conſil. 45. incip. quæſt. quæ vertitur.* Et ita concluſum.

Ex hac prolixa deciſ. videtur poſſe ſumi integra
8 cognitio materiæ electionis quam propterea (ſalua
ſẽper ſũmi Tribunalis reuerentia) opere precium
erit in ſuis concluſionibus ſtrictius examinare.

Et

Et primo quidem iuxta d.c. quia propter ſcrutatores debent redigere vota eligentium in ſcriptis, cui diſpoſitioni Deciſio in propoſita facti ſpecie negat ſatisfactum, licet in electione dicatur, quod ſcrutatores exceperunt vota: quia non ſunt addita illa verba in ſcriptis. Verū quia latino ſermone vt fatetur ibidem deciſio excipere poteſt interpreta-
9 ri de exceptione in ſcriptis, videtur actus interpretandus, vt ſubſiſtat:

10 Secūdò ſcrutatores debēt eſſe de Collegio iuxta d.c. quia propter, ex quo deciſio infert duo: primū ſcrutatoribus de Collegio nō poſſe iungi ſcrutatores extra Collegiū, & ſuffragia exquiri debere a ſcrutatoribus de Collegio, non ab alijs; Ego licet exiſtimem, electionem, de qua hic, eſſe nullā ex eo quod ſcrutatores de Collegio non exquiſiuerunt, ſed tantum illi, qui non erant de Collegio: tamen illationes videntur habere difficultatem, nō enim ex eo, quod c. quia propter diſponit in electione debere adeſſe tres ſcrutatores de Collegio neceſſario ſequitur non poſſe adhiberi alios extra Collegium argumento regulæ vtile per inutile non vitiari, & *l. teſtam. C. de teſtam.* vbi communiter dicūt DD. quod forma tradita a iure condendi teſtamētum cum ſeptem teſtibus, non vitiatur, ſi ſubſcri-
11 bant plures, ſed ſolum lex requirit, quod non ſint pauciores ſeptē; ita in ſimili de Examinatoribus Synodalibus per Conc. Trid. *ſeſ.* 24. *c.* 18. in examine ad Eccleſias promouendorum requiſitis cenſuit Rota in Dertuſen. Parochialis 18. Decēbris. 1581. corā Litta, vbi quod licet Conc. ad huiuſmodi examen, requirat ſaltem tres examinatores ſynodales, poſſe tamen Epiſcopum ijs adhibere non Synodales, nō quidem vt ſuffragium ferant deciſiuum, ſed conſultiuum. Verum hanc deciſionem impugnat *Garzias de benef. par.* 9. *c.* 2. *nu.* 324. & quia materia reſpicit materiam concurſus, diſputationem ſeruabimus ſuo loco vbi agemus de concurſu, hoc vnum in præſentiarum non omittendum, quòd argumentum l. teſtamentum non videtur applicari electioni: quia plures ſeptem teſtibus non poſſunt obeſſe reuerentia vero ſcrutatorum extra Collegiū poſſet electores proprio ſenſu deuiare.

12 Tertiò deciſio firmat diſpoſitionē c. quia propter tollere omnem conſuetudinē in cōtrarium, ſi non adſit ſcientia Papæ, & deinde negat, cōſuetudinem hanc probari in caſu poſito, eo, quod illa, nō ſit vniformis, & oſtendit electionum difformitatem. Sed poſſet reſponderi ibi non allegari conſuetudinem electionum, & quod ſemper ſub eadem forma celebratæ fuerint, ſed quod licet formæ ſint diuerſæ, in nulla tamē fuit ſeruata forma c. quia propter, in quo conſiſtit vniformitas, quæ hic prætenditur.

13 Quartò firmat deciſio cōtra canones præſcribi nō poſſe, quemadmodum præſcribitur contra leges Principum ea ratione, quod authoritas Papæ canones condentis non ſit ab homine, ſed a Deo, quā
14 rationē temere reijcit *Vaſquez. par.* 2. *art.* 97. *diſp.* 177. *c.* 12. & ideo rectè reprehenditur a deciſione: quia præſcriptio conſiſtit in vſu hominū contrario legi, cōditor legū recipit iuriſdictionem a populo, a cuius obedientia pendet immediate ipſius authoritas, licet mediante electione, ſiue ſucceſſione,
15 cauſam habeat a Deo, bene *Chokier in Theſauro politic. Aphoriſ. lib.* 1. *c.* 2. hinc abſolute Principis poteſtas iuri gentium ſubiecta eſt *c. ſunt quadā* 25. *queſt.* 1. *late Petra de poteſt. Princip. c.* 3. *queſt.* 3. *n.* 75.
16 *& ſeqq.* Romani Pontifices cauſam habent immediate a Deo nullo populi ſuffragio mediāte *c. nouit de Iud.* vnde cum authoritas Papæ ab homine non pendeat, non poteſt facto hominis præiudicari per conſuetudinem Cōſtitutioni contrariam abſque ipſius ſcientia, ex qua argumentetur ad tole-
17 rantiam, vt bene deciſio hic, & coram Card. Caualerio *deciſ.* 77. *n.* 3. & hanc optimam exiſtimo differentiam inter Conſtitutiones Summ. Pōtif. & leges Principum, quo ad hunc effectum, vt illis cōtraria conſuetudine præſcribi poſſit. Aliam reddit differētiam deciſio, nēpe quod lex ciuilis tendit ad bonum publicum, & vtilitatem priuatorum, ius vero canonicum tēdit ad bonū publicum Eccleſiaſticū; hęc differentia ita probata mihi non placet nā, ne membra diſtinctionis in idem incidant, neceſſe eſt ſupponere bonum publicum ſimpliciter differre a bono publico Eccleſiaſtico, quod ipſum tamen vix poteſt intelligi: nam bonum publicum ſimpliciter nō excludit bonum publicum Eccleſiaſticū: immo Eccleſia defert bono publico, vti proprio, adeo vt propter bonū publicum recedat a ſuis priuilegijs, vt videre eſt in ſolutione gabellarū a qua eius bona libera ſunt, vult tamen teneri quando propter publicum bonum ſunt impoſitę *Felin. in. c.* 1. *nu.* 5. *de præſcript. Lucas de Penna in l fin. in fi. de annon. & tri-*
18 *but. lib.* 10. *Dec. in l. ſi emancipati C. de collat. & in auth. caſſa. C. de Sacroſ. Eccleſ.*

Quintò examinat deciſio tenorem cōcordatorū Germaniæ, quę ſtatuūt, electiones canonicas a Sede Apoſtolica eſſe cōfirmandas: ſuper quo magna cadit diſputatio. Vtrum electio hæc canonica metiri debeat iuxta *c. quia propter*, vel potius iuxta canones Conc. Baſilieen. pro cuius difficultatis reſolutione ſupponēdū cum deciſione, Cōc. Baſilieen. a principio fuiſſe œcumenicum vt pote Pontificis Romani authoritate indictū, ſed deinde effectum fuiſſe Conciliabulum, cum nempe authoritatē ſuā ſuper Rom. Pont. conaretur extendere, quod multas, cauſauit turbulentias in Germania adò vt tunc ferè vniuerſa ab Eccleſia Rom. deſciſceret, quod vel ex eo liquet, quod refert deciſio. Vers. Et non aduerſatur, nēpe veniſſe in diſputationē quo modo Pont. Rom. obediendum eſſet, diſputatio Sane, quæ ſine ſpiritu ſciſmaticæ impietatis in publicum deduci non poterat. In hac diſputatione aliqui
19 cenſebant Pont. Rom. obediendum non eſſe, niſi ſaluis ſtatutis Conc. Baſilieen. Alij veri Catholicæ fidei, Eccleſiæ filij ſentiebant, & bene ſtatuta Conc. Baſilieen. a Pōt. Rom. reprobati nullā habere vim, ſiue efficaciam Conc. quę duo cum inter ſe ex diametro pugnarent, vt diſſidium ad concordiam reduceretur inuenta eſt media via, qua vtrique parti videbatur ſatisfactum, nēpe aliqua in d. Conc. Baſilieen ſtatuta approbādo, improbādo reliqua. Approbata ſunt ea ſancita Conc. quæ nullū errorem, aut irreuerentiā in Summ. Pont. contineot, & ſubſequuta ſunt Concordata inter Sedē Apoſtolicā, & Nationē Germanicā, quæ deinde fuerunt per Nicolaum V. Concordātem in bulla ſub. 14. Kal. Iulij. 1449. interpretata. Videlicet *quod ipſe qualcū-*

que promotione electiones &c. iuxta ſtatuta Conc. Baſileen. factas confirmat. Ex qua declaratione habemus, quod Pontifex licet reiecerit Conc, nō tamē reiecit modum eligēdi in Conc, tantum, immo approbauit, vnde hic modus cēſeri debet canonicus, & validus ad effectum, vt electio huiuſmodi facta mereatur confirmationem. Nec obſtat, quod Cōc. Baſileen. ſit ſciſmaticum, & ſeditioſum auctoritate vtrinſque Conc. Lateranen, quia hoc non facit, quin Nicolaus V. potuerit, aliqua ibi rectè facta approbare, non quidem tāquam ſancita Conc. Baſileen. aut vllam ex Conc. authoritatē trahentia, ſed tanquam ex ſe non mala; exemplum habemus in Pontifice ſchiſmatico, cuius priuilegio deferunt veri Petri ſucceſſores, non vt i ſchiſmatici eſt, ſed tāquā rationabili diſpoſitioni, Rota corā Greg. XV. *deciſ.*
20 *289. n. 3.* & expreſſe habetur in d. Bulla Nicolai V. vbi confirmātur geſta per Amodeum Card. nominatum in Schiſmate Felicē Quintū, Nihilominus cenſeo concordatis ſermonem fuiſſe de electionibus faciendis iuxta *c. quia propter*, non autem iuxta tenorem Conc. Baſileen. propter verba expreſſa Concordatorum ibi *expectari per tempora, quæ ſunt a iure ſtatuta, electioneſq. ſi canonicæ fuerint cōfirmari.*
21 vbi verbum canonicę debet referri ad ſtatuta a iure, non autem ad ſtatuta Conc. quod nullum ſtatuit jus, immo penitus fuit reiectum, & ſi concordata voluiſſent, diuerſo iure cenſendam eſſe, expectanda tempora ad eligēdum, & ipſam electionem, hoc vtique expreſſiſſent.

Verū magna hic oritur difficultas, an electio cæpta per ſcrutinium poſſit mutare formā, & diuerſa forma terminari, Rota hic firmat ideo quod electores ſemel ſe alligarint ſcrutinio non potuiſſe ab ea forma recedere, quæ cōcluſio videtur valde dura, & pro explicatione cōſiderandum, nihil difficilius eſſe, quā teſtamentū recte cōdere, & electionē ſeruata forma c. quia propter rite peragere, & fatetur *deciſ. in fin. Verſ. dato tamen &c.* quo præmiſſo ſic arguebā, Teſtator licet valide teſtatus ſit, nihi-
22 lominus ſciens, quam hoc ſit difficile, ne ex iuris ſolennitate non rite ſeruata voluntas eius poſtrema infringatur addit ſalutarem cauſam, & ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure Codicilli &c. quia ipſe enixe vult teſtari proue ſcripſit, & illa eſt ipſius vera, & naturalis volūtas. Simili modo electores, licet a principio ſtatuāt vti ſcrutinio, tamē quia vident difficile multum eius formā ſeruare, non videntur prohiberi naturali conſenſu electionē perficere ſane ipsū c. quia propter huiuſmodi electionem, quam quaſi per inſpirationem, vocat, vti canonicam admittit nulla autem videtur poſſe aſſignari ratio cur a principio licita ſit electio per inſpirationem hoc eſt communi, & naturali cōſenſu facta: & non ſit licita ſi electio cæpta fuerit per ſcrutinium modo vt inquit textus, ſit abſque vitio celebrata, ſane deciſio hic admittit electionem cæptam per ſcrutiniū poſſe terminari per cōpromiſ-
23 ſum, ergo etiam per inſpirationem, quia textus vtrumque modum refert, & probat, nec poteſt aſſignari ratio congrua, cur licitum ſit tranſire a ſcrutinio ad compromiſſum, quod eſt implicita electorum volūtas, & non ad inſpirationem, quæ eſt eorundem voluntas explicita, Immo præcedēs ſcrutinium videtur multum cōducere ad communem omnium conſenſum detegendum, & compromittentes, licet conſentiāt in compromiſſarios, vt electionem perficiant, non tamē immediate conſentiunt electioni, quia aliquis compromittentium, ſe moto compromiſſo forſan in electionem nō deſcenderet, vbi in electione per inſpirationē, omnes libere conſentiunt electioni, eamque omnes probant. Sane non eſt exiſtimandum, Rom. Pont. hanc eligēdi formam impletu difficilem adinueniſſe ad inſtar naſſarum, vt ea, propter illius difficultatem non ſeruata, electio ad Sedem deuoluatur, & electores formulæ difficultate, non alio electionis vitio, eligendi facultate deſtituantur. Ego exiſtimo Santiſſimis Pontificibus cordi fuiſſe ſolum, ne indignus quiſquam contra electorum voluntatem in ſuperiorē aſſumatur, non autē electoribus technas ſtruere; nulla autem via videtur planior ad detegendum eligentium voluntatem, publico, & mutuo conſenſu, quem ne dum a principio electionis, ſed quādocumque, electione non dum per aliam formam completa, iure ſuperuenire exiſtimo, quam opinionem ſaltē quoad diſpoſitionem c. quia propter tenet *Garz. par. 5. c. 4. n. 186.* quicquid dicendū eſſet, vbi particularis Conſtitutio requireret vota ſecreta *ſecluſa* omni alia forma, vt ſubdit. *n. 204.*

Verum de deciſione hactenus, nunc formam ponamus confirmationis electionis.

24 Beatiſſime Pater Alias Præpoſitura ſecularis, &
„ Collegiatæ Eccleſiæ S. Petri Leodien. quæ inibi di-
„ gnitas principalis exiſtit per obitum q. Ioannis
„ Chapeauij illius vltimi dum viueret poſſeſſoris ex-
„ tra Ro: Cur. de menſe Maij proxime præterito de-
„ functi vacan. deuoti veſtri Decanus, & Capitulū
„ d. Eccleſiæ ad quos electio perſonę idoneę ex gre-
„ mio Canonicorū maioris Eccleſię Leodien. ad ip-
„ ſam præpoſituram dum pro tempore vacat iuxta
„ priuilegia Apoſtolica deſuper conceſſa pertinet
„ pro futuri eorum Præpoſiti electione celebranda,
„ vocatis omnibus, & ſingulis, qui electioni huiuſmo-
„ di intereſſe poterant aut debebāt die ad eligendū
„ præfixa, videlicet 26. eiuſdem mēſis Maij, vt moris
„ eſt, conuenientes in vnum via Spiritus Sancti per
„ eos eligendum aſſumpta, deuotum S. V. oratorem
„ Ioannē Fourier Canonicū d. maioris Eccleſiæ Leo-
„ dien. in d. Eccleſiæ S. Petri Præpoſitum ad præpoſi-
„ turam ſic vacantem vnanimiter, & concorditer in-
„ fra debitum tēpus videlicet 30. dies a die d. vaca-
„ tionis elegerūt ipſeque orator electioni de ſua per-
„ ſona factæ huiuſmodi, illius ſibi pręſētatæ decreto
„ ſponte conſenſit. Cum autem Pater S. iuxta indul-
„ torum, & priuilegiorum prædictorum diſpoſitionē
„ ſimilium electionum confirmatio infra ſex menſes
„ à die cuiuslibet electionis numerādos a Rom. Pō-
„ tifice pro tempore exiſtente, a quo confirmari, vel
„ infirmari debet prout æquitas, & iuſtitia ſuadebūt
„ petēda ſit. Supplicat humiliter eidem S. V. d. Ora-
„ tor quatenus in præmiſſis opportune prouiden.
„ eumque ſpecialis gratiæ fauore proſequen. ele-
„ ctionem de ſua perſona prout rite celebrata fuit
„ approbare, & confirmare, ratamque gratam, & ac-
„ ceptam habere, & nihilominus præpoſituram prę-
„ dicta, quę ex indulto Apoſtolico per Canonicos ip-
„ ſius maioris Eccleſiæ obtineri ſolet, cuiuſque for-

ſan,& illi annexorum fructus duc. XXIIII. non ex-
cedunt, & ſine præmiſſo &c. eidem oratori con-
ferre Non obſtantibus &c.
Decanus, & Capitulum d. Eccleſiæ, ad quos
electio perſonæ idoneæ ex gremio Canonicorum
maioris Eccleſiæ Leodien. ad ipſam præpoſituram
dum pro tempore vacat priuilegia Apoſtolica de-
ſuper conceſſa pertinet, & rurſus inferius. Quæ ex
indulto Apoſtolico per Canonicos ipſius maioris
Eccleſiæ obtineri ſolet &c.
25 Regula tertia Cancellariæ expreſſe reſeruat di-
gnitates principales Collegiatarum Eccleſiarũ ab
hac tamen reſeruatione excipiuntur beneficia ele-
ctiua, *Gonzalez ſuper reg. 8. Gloſ. 1. t. n. 73.* non tamẽ
a reſeruatione generali procedẽte per viam legis,
& in corpore iuris clauſa idem *Gonzalez. gloſ. 19. n.
8. Verſ. & quã vis*: quia illa videlicet eſt potentior,
& ſpeciali nota digna, adeo vt ſi vacaret apud Se-
dem dignitas principalis dabitur in litteris reſer-
26 uatio, non ex reg. 3. tanquam de dignitate princi-
pali ſed ex. c. 2. *de prabend.* ex obitu videlicet apud
Sedem Mandoſ. ad reg. 3. Canc. in proemio in fine,
electio vero dignitatum non ſpectat ad Capitulum
niſi ex priuilegio Papæ, apud quem antiquitus re-
ſidebat exercitium prouidendi omnibus Eccleſijs
de Rectore, vt ex Card. Bellarminio probat *Garz.
27 par. 5. c. 4. n. 7. & ſeqq.* & propterea dicitur in ſup-
plicatione ex indulto Apoſtolico in caſu propoſi-
to. Indultum, ſiue priuilegium, de quo ibi ſermo eſt
Sixti V. qui vt illuſtre Capitulum Leodien. deco-
raret pulcherrimo priuilegio ſtatuit, & conceſſit,
quod Capitula Collegiatarum Eccleſiarum totius
Dominij Epiſcopatus Leodien. poſſent, & deberẽt
28 eligere ad primas dignitates, non quidem vnum
ex gremio Collegiatæ, ſed vnum ex canonicis Ec-
cleſiæ Cathedralis capitularem, & actu reſidentẽ,
priuilegium ſane valde a iure communi exorbitãs,
nam licet fortaſſis electio fieri poſſit de extraneo,
iuxta *Gloſ. in c. ne pro defectu in verbo ipſius de ele-
ctio.* ſane de iure communi non fuit reſtricta ad
Canonicos Eccleſiæ Cathedralis.
Sed occaſione huius priuilegij pulchra incidit
quæſtio. An videl. ſufficiat, quod electus in digni-
tatem primã ſit Canonicus Cathedralis Capitula-
ris, & actu reſidens de tempore electionis, etiam
ſi poſtea Canonicus eſſe deſinat, vel certe dignitas
adeo Canonicatui connexa ſit, vt ſi electus deſinat
eſſe Canonicus, vacet etiam dignitas, quæ quæſtio
incidit annis præteritis in Abbatia Cinacen. vna
ex principalibus dignitatibus Collegiatarum Leo-
dien. vbi Vbertus Canonicus Eccleſiæ Cathedra-
lis, & Abbas Collegiatæ Eccleſiæ Cinacen. Cano-
nicatum prædictum reſignauit ad fauorem certæ
perſonæ Capitulum d. Eccleſiæ exiſtimans ex d.
reſignatione vacare ſimiliter dignitatem, ad eam
elegit Vuinãdum de Marotte, inter quos fuit lis in-
troducta in Rota coram Vbaldo ſeniore: & me pro
electione ſcribente exiſtimabam electionem ſuſti-
neri, & dignitatem ex reſignatione Canonicatus
vacaſſe, & mouebar, quod Indultum Sixti requirit
qualitatem in eligendo de iure communi, ne dum
29 non neceſſariam, ſed immo iuri contrariam, cum
dignitas vnius cum perſonatu alterius obtineri ſi-
mul non poſſint. *c. 1. de conſuet. in 6. c. litteras cum ibi
not. de prabend. Nauarr. conſ. 26. Verſ. 5.* præmitto
eod. tit. vnde hanc qualitatem videtur requirere
pro forma *Anchar. conſ. 36. n. 1. Aym. conſ. 182. nu.
30 10. Socin. Iun. conſ. 37. n. 6. lib. 2.* quæ cum det eſſe
rei *l. Iulianus §. ſi quis ff. ad exhiben.* non videtur vl-
lo tempore poſſe abeſſe re ipſa ſubſiſtente *l. quod
tamen in maius ff. quib. mod. vſusfruct. amitt.* adeo vt
dignitates huiuſmodi non poſſint auelli a Canoni-
catibus, quibus ex liberalitate Principis acceſſe-
runt: directo Rota in his fere terminis *deciſ. 70. n.
9. par. 1. deciſ.* vbi ex priuilegio Apoſtolico indul-
tum fuit, quod ſcriptores Apoſtolici eſſent etiam
Sedis Apoſtolicæ Notarij ſcriptoria reſignata re-
ſolutum fuit ceſſare Notariatum.
31 Corroborabam dictum eo argumento, quod
cuilibet diſpoſitioni ineſt neceſſaria interpreta-
tio, quæ proueniat, vel ex veriſimili, vel puncto ra-
tionis, vel ex natura rei, vel ex æquitate ſcripta.
Bald. conſ. 343. Examinanda ſunt in principio, *&
conſ. 421.* Quidam Mediolanen. in caſu noſtro Pri-
uilegium Sixti non prouenit ex tribus vltimis ca-
pitibus, vt per ſe ſatis clarum; ſupereſt vt ex veriſi-
mili decentia, qua Pontifex voluit prouidere de-
cori Canonicorum capitularium actu reſidentium
quibus fructus ſunt tenues, & dignitas præcellens
proueniat: quia alia ratio commode aſſignari non
poteſt *Dec. in c. ſuggeſtum n. 1. de appellat. Socin. Iun.
conſ. 1. n. 53. lib. 1. Curt. ſen. conſ. 80.* quos refert &
ſequitur Rota, & teſtatur de communi d. deciſ.
70. ſub num. 4.
Quibus non videbantur obſtare *c. ſtatutum de re-
ſcript. in 6. & c. dudum 22. de elect.* vbi habetur, qua-
litatem requiſitam verificandam eſſe de tempore
electionis; nam c. ſtatutum loquitur in commiſſio-
ne cauſæ videlicet delegatione, cuius termini mul-
tum diſtant a terminis electionis: nam vel in com-
miſſione exponitur nomen dignitatis tantum, vt
32 Vicario Epiſcopi, & tunc ſi Vicarius eſſe deſierit,
expirat illius delegati iuriſdictio, vel certe expri-
mitur nomen proprium, & delegatio cenſetur per-
ſonalis, nõ realis, vt poſt plures, quos cumulat *Pa-
riſ. de reſig. lib. 1. quaſt. 11. n. 12.* vnde eo caſu licet
deficiat dignitas, tamen remanet perſona, & per
conſequens iuriſdictio, quo vero ad *c. dudum ibi
Gloſ. in verbo electionis* firmat quidem qualitatem
requiri a principio electionis, non tamen dicit, eã
deinde poſſe abeſſe, immo videtur innuere con-
trarium in fine, quãdo res eſt ſucceſſiua, & perpe-
tua iuxta doctrinam *Rota d. deciſ. 70.*
33 His non obſtantibus fuit in hac cauſa ſubdie 17.
Maij 1621. coram prædicto Vbaldo ſeniore reſo-
lutum ſufficere, quod qualitas adfuerit a princi-
pio actus vt ſequitur.
Vbertus Canonicus Eccleſiæ maioris Leodien.
idemque Abbas Collegiatæ Eccleſiæ Cinacen. re-
ſignauit Canonicatum ad fauorem Nicolai de la
Piers, & Capitulum elegit in Abbatem Vvinandũ
de Marotte quaſi per dimiſſionem vacaret, poſtea
idem Vbertus Abbatiam reſignauit ad fauorem
eiuſdem Nicolai qui per executorem fuit in poſ-
ſeſſionem immiſſus, quam tamen Rota reſoluit
fuiſſe attentatam, vt in deciſione ſub 6. Nouem-
bris præteriti coram RR. D. Card. Sacrato, & pro-
inde appoſito ſequeſtro dubitaui, an conſtaret de

bono iure partium,& DD.reſoluerunt conſtare de bono iure Nicolai,& quidem alijs pro nunc omiſſis,tota difficultas reducebatur ad vacationem Abbatiæ,an ſcilicet per reſignationem Canonicatus Leodien. factam ab Vberto, vacauit Abbatia; quod ſi non vacauit, potuit eam Vbertus reſignare prout reſignauit,nec Capitulum potuit eligere, nec gratia Apoſtolica cõfirmationis electionis valuit. *Seraph.deciſ.997.n,1.* An autẽ vacauerit nec ne dependet ab Intelligẽtia indulti Apoſtolici cõceſſi per felic rec .Sixtũ V. in quo diſponitur ne ad principales dignitates exiſtẽtes in quibuſdam Collegiatis Eccleſijs Diœceſis leodiẽs inter quas adeſt Abbatia Cinacen. de qua agitur,aliæ perſonę prę terquam Canonici eiuſdem maioris Eccleſiæ actu prębendati,& perſonaliter in ea reſiden. eligi poſſint,& debeant,vnde punctus in eo cõſiſtit, an qualitas Canonicatus requiratur momento temporis vlterius de tẽpore electionis, vel ſucceſſiue, vt declarat *Gemin.in c. licet canon un, 6 Verſ.1. caſu de elect.in 6.Bald.in l. generaliter 40.n.7. Verſ. ſed ego dico C.de Epiſcopis & Clericis,& late Lazar.Fenot.de momento temp c,10.n,5.& 34.* Et DD. exiſtimabãt nos verſari in actu potius momẽraneo: quia indultum dicit, quod nullæ perſonę præter quam Canonici eligantur , & ſic requiritur de tempore electionis; vnde ſufficit adeſſe de eo tempore prout Vbertus erat Canonicus de tempore electionis, licet poſtea deſierit eſſe.

Huic dediſioni conſonat alia in cauſa Dertuſen: Archidiaconatus 13. Nouembris 1619. coram Card. Sacrato,quam hic lubet adijcere.

Vacante Archidiaconatu , de quo agitur in Cathedrali Dertuſen. Ordinarius illũ contulit Ioſepho Simo eiuſdem Eccleſiæ Canonico pęnitentiario; Ioſeph autem Clares valles eundem Archidiaconatum impetrauit á Sede Apoſtolica vigore regulæ primæ Cancellariæ. Dubitaui An gratia d. Ioſephi Clareſualles eſſet iuſtificata,& difficultas reducebatur ad prætensũ modũ vacãdi narratum, nempe an collatio fuerit facta cõtra formã Conc. Tridentini, & pro affirmatiua dicebatur, quod in Eccleſia Dertuſen adeſt ſtatutum , quo cauetur in d.Eccleſia numerum Canonicorum eſſe debere vicenarium, & quod nullus valeat in ipſa Eccleſia obtinere,percipere, vel habere,aut quauis auctoritate conſequi dignitatem, perſonatum, adminiſtrationẽ, vel officium, aut domos, & hoſpitia Canonicis aſſignari ſolitum,vel ſolita niſi dũtaxat illi, qui fuerunt de numero Vicenario &c. hinc inferebatur quod ex quo vt cenſuit ſacra Congregatiõ ſuper Conc. Trid. Canonicus Pœnitentiarius, non poteſt in eadẽ eccleſia obtinere dignitatẽ, etiam ſi adſit conſuetudo, quod Canonicus poſſit obtinere dignitatẽ cũ Canonicatu in eadẽ Eccleſia, inferebatur inquam, quod huiuſmodi collatio Ordinarij fuit nulla tanquam facta contra formã Conc.Trid. ſed quicquid dicendũ ſit de poteſtatę retinẽdi quo ad poteſtatẽ cõſequendi,de quo modo agitur,viſũ fuit DD. quod huiuſmodi collatio non poſſit dici facta contra formã Conc.Trid.etenim Sac.Concil. Trid. vt loquitur reſolutio ſacræ Congregationis, cuius copia fuit data, non prohibet Canonico Pœnitentiario,vt poſſit aſſequi dignitatẽ, ſed tantum vt poſſit illam retinere ſimul cum Canonicatu Pœnitẽtiario, & merito quia de Iure communi, a quo recipit interpretationem paſſiuam ſacr. Cõc.Trid. ſicut quælibet alia Conſtitutio. *Bart.in l.omnes Populi n,60.verſ.2.caſu ff.de iuſt. & iure Calder. cõſ.12. & conſ.15.de conſt.* non eſt prohibita aſſecutio incõpatibilium,ſed retentio. *Nauar. conſ.26.verſ.2.prænitto de præbend. Mohed.deciſ.14.eod tit.de præbẽd.* & fuit in hac eadẽ cauſa corã me dictũ ſub die 22. Iunij 1618. Ideoque cũ Ioſeph Clareſualles impetrauerit Archidiaconatum tanquam vacantẽ ob collationem nulliter factã ob contrauentionẽ formæ Conc. Trid. concluſum fuit eius gratiã in hoc nõ eſſe iuſtificatam, neque ex iſs apparet nõ releuare ad effectum,de quo agitur, ſtatutũ,de quo ſupra.Nã in primis valde dubitabatur. An illud ſtatutum velit, quod non poſſit retineri Archidiaconatus niſi ſimul cũ Canonicatu, ſed tantum requirat,quod non poſſit impetrari dignitas per illũ,qui non fuit Canonicus,vt ſcilicet hoc modo gratificetur illis , qui diu ſeruierunt Eccleſiæ, & hoc caſu ſtatutũ nullatenus haberet obſtare Ioſepho Simo: quia ipſe de tẽpore aſſecutionis Archidiaconatus fuit Canonicus & eſt paratus quãdocũque hoc ius diſponat dimittere Canonic. & ceſsãte pertinacia, non induceretur vacatio iuxta notata per ſcriben. in c.de multa ibi,& ſi forte illud retinere contẽderit,& ibi gloſ. in verb. contenderit,& Abb.in princ. de præben. quod antẽ ſtatutum nõ loquatur de retẽtione,ſed tantũ de conſequutione videbatur aliqualiter probabile:quia licet vtatur verbis obtinere,vel habere, de ſui natura poſſunt importare retentionẽ ex alleg. pro Ioſepho Clareſualles,tamẽ ſtatutũ vlterius progreditur loquendo de ſimplici aſſecutione ibi,aut qua vis authoritate cõſequi, & ſic apparet fuiſſe contentũ, quod Canonicus poſſit conſequi,etiã ſi alias nollet retinere, & ita dicebatur eſſe intelligendũ ſtatutum, vt minus exorbitet a iure communi permittẽdo ſcilicet retentionem incõpatibiliũ iuxta not. in c.cũ dilectus vbi Gloſ.in verb. ne Iuri cõmuni de conſuetud. *Alex.conſ.117 n.12.lib.6.Roman.conſ.299.n.2.* ſecundò dubitabatur cum ſtatutum loquatur de omnibus dignitatibus tempore ſtatuti ſolitis conferri Canonicis , ibi Canonicis aſſignari ſolitum ,vel ſolita,quo caſu incumberet onus Ioſepho Clareſualles probandi, quod iſta dignitas eſſet de ſolitis tẽpore ſtatuti cõferri Canonicis :quia qui ſe fundat in qualitate ſtatuti,tenetur probare d.qualitatẽ. *Bart in l.denũciaſſe §. quid tamen ſub n.2.ff. ad l. Iuliam de adulter. & conſ.10.n.11 lib.4.* Tertiò fuit dubitatum de validitate iſtius ſtatuti,cũ ſecũdum lecturã ipſius Clareſualles permittat retentionẽ duorum beneficiorum in eadem Eccleſia,quod eſt de iure prohibitũ, *c.1.de conſuetud.lib.6.c. litteras cũ ibi not.de conceſs. pręben.Nauarr.cõſ.26.verſ.5.prænitto eod.tit.de prębend.* & cum non appareat de confirmatione Sedis Apoſtolicę, tale ſtatutum eſſet nullum, cũ Epiſcopus,& Capitulum non poſſint facere ſtatuta cõtra ius commune,*c.quod ſuper his vbi Fel.n.2.de maior. & obed.Calder.conſ.5.n.2.de conſt Alex.conſ. 106.n. 2.vol.2.late Oieda de benef. incompatib.par.1.c.23 n. 61.& par.2.c 11.n.32.* Poſtremo dato millies,quod Ioſeph Simo obſtante d.ſtatuto non poſſet retinere

Archi-

„ Archidiaconatū ſine Canonicatu. nō ex hoc poſſet
„ dici impetratio iſtius Archidiaconatus facta à Si-
„ mo contra formam Conc. Trid. vt loquitur gratia
„ Ioſephi Clareſualles, ſed potius impetratio eſſet
„ nulla contra formam ſtatuti, hoc eſt tanquā facta
„ Canonico ex ſtatuto inhabili ad retinen. Archi-
„ diaconatum, & ſic modus vacādi eſſet valde diuer-
„ ſus ab expreſſo per Clareſualles in ſua, gratia quæ
„ propterea poſſet dici non iuſtificata, nec intraret
„ reſeruatio, de qua in d. regula prima nēpe quia d.
„ regula loquitur de collationibus factis contra for-
„ mam Concilij Trid. non autem de factis contra
„ particulares conſtitutiones Eccleſiarum.

Ex his duabus deciſionibus liquet ſenſū Rotæ
eſſe, ſufficere, quod qualitas requiſita in aliquo
actu cōcurrat a principio, quod ipsū, vt plurimū, &
regulariter vt verū credo, ita nego cōcluſionē vni-
uerſaliter admittendam, nā quando conſtat, men-
tem requirentiū qualitatem fuiſſe, quod qualitas,
quæ pręſcribitur non ſolum adſit a principio, ſed
concomitetur actum ſucceſſiuum, tūc non videtur
vllo tēpore abeſſe, poſſe in caſu noſtro, licet qua-
litas canonicalis videatur reſpicere electionem, &
ſic ſufficere, quod qualitas verificetur de tēpore e-
lectionis iuxta *l. in delictis ſ. extran. ff. de noxa*, ni-
hilominus quando qualitas nō tam reſpicit execu-
tionem, quam diſpoſitionem, vt hic tunc videtur
requirere tractum tēporis ſucceſſiuum iuxta do-
ctrinam Bartoli, & aliorum poſt eum in *l. centurio.
Verſ. quæro circa prædicta ff. de vulg. & pupilli*, qua
propter cum certa mens Pōtificis indulgentis fue-
rit ſubuenire tenuitati. Canonicorum actu reſidē-
tium, non poteſt Canonicus in dignitatem electus
renunciare Canonicatum, & retinere dignitatem,
quia fructus dignitatis hoc caſu non acedēt tenui-
tati Canonicatus. Hinc duximus contra deciſio-
nem in hac cauſa factam reſilire, eo quod poſſemus
35 eius obtinere reuocationem, pro qua cum inſta-
remus de ordine Sanctiſſimi fuit dilata cauſæ poſi-
tio, & Emminentiſs. D. Datarius obtinuit pro Ca-
pitulo totius orbis celeberrimo, cuius ipſe Cano-
nicus exiſtit per Sanctiſſimum declarari, dignitates
non poſſe obtineri, niſi a Canonicis, actu & perma-
nentibus quæ declaratio. ſatis indicat rationem
vniuerſalem in deciſione adductam caſui noſtro
non applicari.

Nunc vt ad indultum eligendi redeamus, dixi-
mus ſupra n. 25. beneficia electiua ſub regula re-
ſeruatoria 3. non cōprehendi videndum, an cōpræ-
hendantur ſub reg. 8 reſeruatoria menſiū, & nō cō-
pręhendi dicendum videtur quia generaliter nulla
reſeruatio extendit ſe ad beneficia electa, aut prę-
ſentata, vt inquit *Gonzalez. Gloſ. 1 1. n. 73.* attamen
ſi electiuum beneficium ſub regula 8. compræ-
hendebatur, electio fieri non poterat, dicēdum eſt
36 nihilominus electiua beneficia ſub regula 8. com-
præhendi, quia hoc ipſum ſtatuit expreſſis verbis
ibi, ad prouiſionem præſentationem, electionē, &
quamuis aliam diſpoſitionem &c. quæ expreſſio
electionis fuit neceſſaria ad hoc, vt electioni præ-
iudicaretur, vt bene *Gonzalez. Gloſ. 19.* & hoc pro-
cedit, etiā ſi ex priuilegio, ſiue indulto electio paſ-
ſiue ſpectet ad vnū genus perſonarū. vt hic in caſo
noſtro. *Rota deciſ. 240. in princip. apud Greg. XV.*

Sed magna hic oritur difficultas, an beneficia
huiuſmodi electiua compræhendantur ſub indulto
de conferendo in ſingulis menſibus ordinarijs cō-
ceſſo: nam cum indultum de cōferendo non ſit niſi
remotio obſtaculi quoad Ordinariū Collatorem,
37 vt dicit votum *Robuſter, & Seraphin.* de quo infra
larius videbimus, & per huiuſmodi remotionē Or-
dinarius non conſtituatur collator beneficiorum
electiuorum, videtur ius cōferendi circa huiuſmo-
di electiua in menſibus reſeruatis remanſiſſe penes
38 Papam indulgentem. Hæc difficultas fuit mota in
ſacro Rotę auditorio & deſuper emanarūt tres de-
ciſiones vno & eodem die quas infra cōmodius vna
39 cū tota diſputatione dabimus nēpe huius *lib. c. 29*

Verum cōtigit caſus diebus pręteritis, quod per
obitū familiaris Cardinalis Veroſpij vacauit Cle-
ricatus in Baſilica S. Petri, cuius collatio ſpectabat
ad Cardinalem Lantes, vti Titularem Eccleſiæ S.
Praxedis, & concurrentibus ambobus Cardinali-
bus alter pro collatione, pro nominatione alter.
Dataria expediuit ſupplicationem ad nominatio-
nem Cardinalis Veroſpij, quod mihi viſum fuit cō-
trariare verbis huius regulæ, niſi fortaſſis dicamus
differe inter ſe pertinentiam collationis ad Car-
dinalem vti ordinarium collatorem, & pertinentiā
44 collationis ad eundem, vti collatorem inferiorem,
cum Card. Lantes Titularis S. Praxedis non poſſit
eſſe ordinarius Collator beneficiorum exiſtētium
in Baſilica S. Petri, cuius ordinarius eſt Cardinalis
Archipresbiter eiuſdem Baſilicæ. Quærenda igi-
tur eſt differentia quo ad hoc, de quo quærimus,
alias ſtatuendum idem ius in Cardinale ordinario
collatore, ac in collatore inferiore; nulla autem
videtur maior facultas in Card. ordinario collatore
ac in collatore inferiore quoad beneficia exiſtēn-
tia in Vrbe, quia vterque excipitur nedum in Re-
gula 8. ſed etiam in reſeruatione in corpore iuris
clauſa cap. 2. de præbend. in 6. Nec obſtat, quod re-
gula dicat *Ceſſantibus Apoſtolicis reſeruationibus ad
alterius Cardinalis collationem pertinere &c.* quia
ablatiui illi abſoluti non ſtant conditionaliter, ſed
aſſertiue, & affirmatiue videlicet collatio ſpectat
ad Cardinalem omni reſeruatione remota, ſiue eā
non obſtante, vt bene in d. Voto Seraphini & Ro-
buſterij de quo infra alias enim regula eſſet fruſtra-
toria, nam ſi collatio nō ſpectaret ad Cardinalem
concurrente aliqua reſeruatione, nunquam eſſet
locus collationi, cum ex obitu familiaris reſultet
reſeruatio regulæ tertiæ.

Pro corroboratione concluſionis notandū, quod
textus Regulæ primo habet ad *alterius Cardinalis
collationem, ſeu aliam diſpoſitionem &c.* nulla facta
mentione Ordinarij, deinde in fine, ad collationē,
& quamuis aliā diſpoſitionem Card. Ordinarij col-
latoris, vt præfertur libere ſpectare cenſeantur, vbi
cōpilator Regulæ ex libidine videtur addidiſſe no-
mē Ordinarij, præſertim cum dicat, vt præfertur &
tamen ſupra nulla fuit facta mentio Ordinarij.
45 Corroboratur ſecundò concluſio: quia collatio
eſt potentior nominatione, & illam compręhendit
non e conuerſo Clem. fin. vbi gloſ. in verbo pro-
uiſioni de elect. Vnde concurrente facultate nomi-
nandi, & facultate conferendi collatio præferen-
da eſt nominationi.

46 Corroboratur Tertiò quia Papa indulget, & prouidet Cardinalibus propter merita Cardinalatus, non autem ex eo, quod ſint Ordinarij, cum hoc ſe habeat ad Cardinalatum per accidens *Mandoſ. ad d. reg. 32. quæſt. 1. n. 3.* vnde cum ius conferendi competens Cardinali excipiatur a regula de præbendo conſenſu, nihil refert an Cardinali competat ratione ordinariæ iuriſdictionis an vero iuriſdictione inferioris collatoris.

47 Corroboratur quartò quia licet verum ſit, quod Cardinalis Lantes nõ ſit collator Ordinarius beneficiorũ exiſtentiũ in Baſilica S. Petri, ſed eiuſdẽ Baſilicæ Cardinalis Archipresbyter, tamẽ quia beneficia huiuſmodi numquam cõferri poſſunt ab alio, quam ab hoc Cardinale titulari S. Praxedis, ille dicetur Ordinarius Collator, non quidem vniuerſalitatis beneficiorum huius eccleſiæ ſed illius beneficij, cuius ipſe eſt ſolus collator, licet in Eccleſia non habeat iuriſdictionem, late *Garzias par. 5. c. 4. num. 1. & 2.* quæ ſi admittantur, prout admittenda videntur, non reperio rationem cur Dataria dederit prouiſionem nominato familiari potius, quam nominato per inferiorem collatorem.

Hoc vnum notandum, quod Cardinalis inferior
48 collator poteſt conferre etiam ex vacatione in Curia, ſi præſens ſit iuxta *c. 2. de præbend. in 6.* & votum prædictorum Auditorum, & collatio ipſius non indiget noua prouiſione Papæ ſi tamen vacatio contingat per obitum familiaris Cardinalis, & beneficium ſpectet ad collationem alterius Cardinalis, tunc ille, ad quem ſpectat prouiſio
49 non poteſt conferre, ſed ſolum præbere conſenſum, ſuper quo Dataria det prouiſionem, ita diſponit regula 32, in fine.

Poſtquam hæc ſcripſi emanauit deciſio firmans contrariũ in cauſa Cremonen. beneficij 28. Iunij 1631. corã Coccino cuius tenorẽ hic ſubijcimus.

Per obitum familiaris Eminentiſſimi Cardinalis Camporei Epiſcopi Cremonen. vacauit in dicta diœceſi beneficium, de quo agitur; vnde cum idem D. Cardinalis illud contulerit Petro figino Sanctiſs. autem de illo prouiderit D. Bartholomeũ Caunigam familiarem Eminentiſſimi Cardinalis S. Honufrij; dubitaui ad quem ſpectaret collatio d. Beneficij an ad Datariam vel ad præfatum D. Card. & Rota cenſuit ſpectare ad Datariam quæ habet intentionẽ fundatam in regula hodie quarta Cancell. per quam inter alia expreſſa reſeruantur beneficia vacantium per obitum familiariũ Card. Non enim obſtat indultũ Conceſſum D. Card. quia habet moderatoriam in ventre ibi. *Et quoad beneficia vac ãtia per obitum fami Cardinalium iuxta formam Conſtitutionis falic. record. Pauli V. predeceſſoris noſtri moderatoris indultorum ijſdem Cardinalibus conceſſorum.* huiuſmodi namque clauſula in fine poſita moderatur & reſtringit indultũ alioquin ampliſſimum ad terminos & limites *d. Conſtit. l. talis ſcriptura §. final. ff. de Leg. primo, Caſſad. deciſ. 5. nu. 2. & 3. de præbend.* quam quidem Pauli V. Conſtitutionem nec non aliam ſimilem Gregor. XIII. Rota habuit pro perpetuis in hoc quod indultum conceſſum cum moderamine d. Conſtitutionis per obitum Papæ non expiret vt fuit reſolutum in cauſa Aſſiſien beneficiorũ 7. Maij 18. Iunij 1607. coram bon. mem. Card. Sacrato & coram me in Cauſa Ferrarien. Canonicatum 30. Martij 1626. neque etiam obſtat quod caſus iſte videatur mixtus, cum Cardinalis ſit Ordinarius collator, & patronus, & ideo non videtur comprehenſus ſub dicta moderatoria Indultorum quia cũ Cardinalis ſubſtineat duplicem Perſonam, & habeamus duplicem diſpoſitionem factam ſeorſin videlicet reſpectu collatoris reg. 4. & reſponsũ Cardinalis patroni moderatorium Indultorum Regula & indultum comprehendunt hunc caſum quia diſpoſitio de vtroque ſimplici facta ſeorſim & de per ſe habet etiam locum in caſu mixto. *Bald. & Imol. in l. ſi ita facta ff. de Leg. 1. cum alijs per Surdum in d. 169. n. 8. neque ſuffragatur D. Card. Reg. 33.* quia aduertendum eſt præcedenti regula diſponi quod impetrans per obitum familiarium Cardinalium teneatur exprimere nomen & cognomen titulum Cardinalis Patroni & quod adhibeatur cõſenſus Patroni, & in regula ſequẽti 33. præſupponitur caſus in quo collatio ſpectat ad Ordinarium Collatorem vigore indultorum ibi. *Ceſſantibus apoſtolicis reſeruationibus alterius Card. collationem vel aliam diſpoſitionem pertinere deberent.* Et inferius ibi *ſed beneficia huiuſmodi ad collationẽ ordinarij Collatoris libere ſpectare Cenſeantur,* & ſic ſtãtibus verbis illis vt præfertur dicendum eſt id intelligi quatenus ad illorum Collationem vigore indultorum pertinere deberent prout ad litteram dicit *Sarnen. in Regula de Interpetran. benef. per obit. fam. Card. quæſt. 19. n. 1. in fine* vbi quod Regula indulto deſeruit & famulatur vnde ſit quod Regula 33. loquitur quando Card. Collator habet indultum, & vult, quod in cõcurſu Car. Patroni præferatur Card. ordinarius collator indultũ obtinẽs, ac propterea quidquid dicendum eſſet ſi Card. Ordinarius haberet indultum, certum eſt quod hæc Regula ei, non poteſt ſuffragari cum d. indultum non habeat vt patet ex prædictis, nec ad hũc effectum ei opitulatur Reg. 32. vt Card. Patronus debeat præſtare conſensũ quia loquitur quando Card. Patronus eſt prǽsẽs in Curia qualis nõ eſt ordinarius Collator & quãuis replicetur quod eo magis debeat d. Reg. ei opitulari cũ reſideat in ſuo Epiſcopatu attamen hoc non facit ad effectũ quod debeat gaudere priuilegio huius regulæ cũ nec Legatus Sedis Apoſtolicę hoc priuilegio gaudeat vt dicit. *Alfonſus Soto ſuper hac reg. nu. 16. nu. 18.* vbi quod etiã ſeruatur in medijs annatis, de quibus non participãt Card. abſentes, & ſubdit quod eſt neceſſaria licentia abeſſendi cũ prærogatiuis pręſentium quam ſummi Pontifices non multum libenter concedunt quia non eſt iuſtum quod remaneant ſoli, & quod non poſſint habere cõſil. maxime in arduis, & ita concluſum vtraque parte informante.

Hęc deciſio licet non coincidat cum caſu prępoſito, ſupponere tamẽ videtur familiaritatẽ pręferri facultati ordinarij collatoris, quod tamẽ in eo caſu cõtingit eo quia indultũ habet, moderationem in ventre circa vacationem per obitum famil. Cardinalium. In caſu noſtro ordinarij Collatores, ſiue inferiores Collatores in Vrbe õn habent moderationem, & ſic eſt differentia inter Card. Collator. in Vrbe, & Card. obtinen. Epiſcopatus vtroq; tamẽ

caſu

caſu vt nominationi Patroni locus ſit debet eſſe præſens in Vrbe; illud obiter notandum quod deciſio allegat Gomez ſuper regula de impetrando beneficia vacantia &c. obitum Card. q. 19. qui non fauet deciſioni cum firmet locum eſſe collationi ordinarij, non tamen facit contra deciſionem, quia indultum ibi de conferendo nõ habebat moderatoriam a Greg. XIV. & Paulo V. introductam.

Ex regula igitur 32. ſiue 33. non videtur poſſe elici quod cõcurrente collatore ordinario & Card. patrono debeat præferri patronus nihilominus ſtylus Curiæ eſt quod præferatur vt retulit mihi Em. Card. Pius a quo ideò non eſt recedendũ præſertim quia ratio finalis propterquam eſt introducta hæc Reg. illa eſt vt conſolatur honori Card. & addatur ſpes familiaribus & conſoletur Card. Patronus, ob mortem amiſſi familiaris vt notat Gomez vbi ſupra verſ. in contrarium tamen facit. adebat aliam rationem D. Card. Pius nempe quod cauſa Card. Patroni erat titulo oneroſo quia familiaribus præbet victum.

Et iuxta has rationes videtur determinandus alius caſus, qui quandoque in hac materia contingit videlicet quando aliquis in familiaritate A. obtinuit beneficium & hoc Card. decedente ipſe transfert ſe ad familiaritatẽ Card. B. in cuius familiaritate decedit. Dubitatur enim ad quem ſpectet Collatio ad Datariam ne iuxta regulam 3. an vero ad Card patronum & nominationem ſpectare ad Card. patronum dicendum eſt quia reuera beneficiatus contraxerat nouam familiaritatẽ vt eſſet locus regulæ 32.

Neque in hoc caſu differt an ſi ille familiaris ante hanc ſecundam familiaritatẽ habuerit prius aliam, nec ne? quia hoc eſt indifferens & quemadmodum regula 32. comprehendit beneficia etiam ante familiaritatem obtenta: ita pari modo comprehendit beneficia aſſecuta in priori familiaritate nec facit quod beneficium obtentum in familiaritate cadat ſub reſeruat. regulæ 3. etiamſi familiaritas deſierit quia verum eſt niſi ſubſequatur alia familiaritas nam tunc intrat regula 32. quæ hoc diſponit expreſſis verbis, ibi *aut antea obtinuiſſent* firmat Mandoſ. ad hanc *Reg. 32. quæſt. 29. n. 3.* vbi reſpondet argumentis in contrarium.

Nunc reuertamur ad materiam cõfirmationis
electionis, in qua illud in primis monendum eſt,
50 quod confirmatio electionis legitime facta ſup-
ponit ſimiliter legitime factam electionem. *Rota*
deciſ. 13. n. 2. de reſcript. in antiq. & iuxta hanc con-
cluſionem male firmat deciſio Treueren. de qua ſu-
pra, electiones antiquas, quæ ibi exhibebantur, li-
cet legitime confirmatas, fuiſſe nullas, ſed Pontifi-
cem fuiſſe deceptum per ſuos officiales, quia hoc
contrariatur huic concluſioni iuris. & impingit
crimen officialibus inauditis, conſultius igitur
erit ex confirmationibus antiquis per longum tẽ-
poris curſum vniformibus arguere ad electionis
51 validitatem, quandoquidem vltimus ſtatus atten-
ditur in cõfirmatione prout in electione *Seraphin.*
deciſ. 1432. num. 1. & propterea confirmatio, quæ
ſortitur effectum æquiparatur prouiſionis Apo-
52 ſtolicæ. *Bellom. deciſ. 531. num. 2.* adeo vt contra
poſſeſſorem in vim confirmationis non minus
procedendum ſit ordinarie, ac contra vere pro-
53 uiſum Apoſtolicum. *Gonzalez. Gloſ. 5. §. 6. nu. 25.*
& 26. & a ſua poſſeſſione amoueri non debet, non
tamen per confirmationem conſtituitur quis in
54 poſſeſſione, quamuis electus, & confirmatus poſ-
ſit agere tam poſſeſſorio, quàm petitorio. *Caſſad.*
deciſ. 7. num. 13. de cauſ. poſſeſſ. & propriet; nam
ſi conditionalis ſit, debet conditio purificari ante
illius exequutionem: quia conditio poteſt ſuſpen-
55 dere effectum, non tamen facit quod confirmatio
non ſit canonica Bellam. *d. deciſ. 531. numer. 5.*
56 & ſi poſt confirmationem extiterit appellatũ poſ-
57 ſeſſio poſt appellationem capta non ſuſtinetur.
Seraphin. deciſ. 598. num. 3. lib. 2. nam confirmatio
electionis regulatur vt appellatio, *idem. Seraphin.*
deciſ. 615. Ex quo videtur ſequi confirmationem
58 eſſe actum iudicialem, quod tamen debet intelli-
gi vt explicat *Gonzalez. gloſ. 9. in annot. nu. 43.* vi-
delicet vt materia confirmationis reguletur ad in-
ſtar executionis litterarum Apoſtolicarum, vt vi-
delicet appellatio ſuſpendat confirmationem, ſi
natura negotij, & rei confirmatæ appellationem
59 admittit, ſecus ſi non admittit. Confirmatio vero
electionis vt plurimum habet naturam iudicij,
quia poſt electionem ante confirmationem debet
præcedere citatio *Marian. ſocin. de citat. art. 7. n. 36.*
& hoc ordine iudiciali ſeruato confirmatio ſup-
plet defectum electionis. *Henric. Boich. in c. poſtulaſti*
60 *nu. 4. de Cler. excom.* nam hoc caſu habet vim dif-
61 finitiuæ *Gemin. conſ. 52. num. 1.*

Secundò principaliter aduertendum, quod ſi
plura petantur confirmari, & expreſſe confirmetur
62 vnum, reliqua cenſentur confirmata, & e contra-
rio ſi plura expreſſe confirmentur, & vnum omit-
tatur, illud cenſebitur infirmatum. *Roland. conſil.*
61. num. 11. lib. 3. Si autem contingat, quod plura
ſimpliciter confirmentur, quorum vnum ſe habeat
tanquam principale, reliqua tanquam acceſſoria,
& accidentia, tunc ſi id quod principaliter con-
firmatur ſubiacet ſubreptionis, ſiue obreptionis
63 vitio, cætera corruent, quia principale ſublato tol-
lantur etiam accidentia neceſſe eſt, ſed ſi princi-
pale ſubſiſtit, accidentia vero aliquo vitio labo-
rent, tunc non erit habenda ratio accidentium,
ſed illius, quod principaliter confirmatur. *Grat.*
conſil. 42. numer. 2. lib. 1. quod autem intelligen-
dum eſt, niſi accidentia narrata iuuent diſpoſi-
tionem principalem: nam quemadmodum con-
firmatio alcuius diſpoſitionis trahitur ad omnia
conſequentia ad illam diſpoſitionem etiam non
64 expreſſa. *Rota deciſ. 668. numer. 4. par. prima di-*
uerſ. ita quæ ſunt illicita, ſiue quæ ſubreptionem
65 cauſant, vitiant totam gratiam *Alex. conſil. 53.*
66 *numer. 9. lib. primo*, & confirmatio nihil opera-
tur, etiam ſi haberet *clauſulam ex certa ſcientia.*
67 *Rota deciſ. 36. numer. 6. par. 2. diuerſ. Roland. conſ.*
68 *57. numer. 36. lib. 3.* etiam ſi haberet clauſulam
confirmamus actum quatenus eſt validus, alias
de nouo concedimus *Rota diuerſ. deciſ. 738. par.*
69 *prima numer. 3. & deciſ. 31. numer. 6. par. 2.* quia
nihilominus confirmans ſemper cenſetur circu-
muentus per extorſionem violentam. *Roland. conſ.*
6. numer. 35. lib. 3. & conſil. 2. numer. 156. lib. 1.
70 Hinc licet verba pinguiora extendant gratiam
confir-

confirmationis. *Alex. conſil.* 122. *numer.* 15. *&*
*conſil.*123. *num.* 20. *lib.* 4. *Rota coram Canal. deciſ.*
385. *nu.* 2. nunquam tamen extendetur ad actum
71 ſubreptitium, aut egredietur ſuos terminos, ſiue
ad ea, quæ confirmans veriſimiliter ignorauit.
Rota coram ludouiſ. deciſ. 159. *numer.* 4. *& deciſ.*
264. *n.* 8. etiam ſi ſit ex certa ſcientia. *Rota deciſ.*
555. *& deciſ.* 369. *& deciſ.* 114. *n.* 4. *par.* 2. *recent.*
Seraphin. deciſ. 981. *numer.* 5. *& deciſ.* 615. *num.* 8.
72 Tertiò principaliter notandum, quod confir-
matio electionis nulliter facta non inficit electio-
nem legitimam factam *c. confirmationem de elect.*
in 6. Seraphin. deciſ. 1274. *num.* 2. hoc autem poteſt
contingere ex defectu iuriſdictionis cõfirmantis,
quo caſu voluit *Rota deciſ.* 83. *num.* 7. *lib.* 3. *& deciſ.*
140. *num.* 5. *lib.* 2. *par.* 3. *diuerſ.* confirmatum non
fugere pœnam *c. auaritiæ de elect. in 6.* inflictam
electo ingerenti ſe muneri ante confirmationem,
quod tamen intelligendum videtur ſi confirma-
tus ſciuerit confirmãtem iuriſdictione carere, nam
73 ſi probabili ignorantia ducatur electus, non vide-
tur incurrere pœnam ſi adminiſtret poſt confirma-
tionem, quia c. auaritiæ pœnam infligit admini-
ſtranti ante cõfirmationem, quod licet debeat in-
telligi de valida, non tamen videtur eadem pœna
infligenda confirmato, & non confirmanti, ſed di-
uerſa, cũ textus hoc non dicat, & sẽper poterit peti
confirmationis reualidatio. *Bella. deciſ.* 531. *in fine.*
Quartò principaliter notandum quod licet ele-
ctio fortior ſit confirmatione. Confirmatio tamen
adeo neceſſaria eſt, vt electus ſi ante confirmatio-
nem adminiſtret cadat a iure electionis *c. qualiter*
74 *de Elect. in 6.* & incidat in alias pœnas, de quibus
in d. c. auaritiæ, vbi quod electo non licet ſub alio
quocumque titulo de quo infra particularem in-
ſtituemus diſputationem *ſub nu.* 90. Et confirma-
75 tio non tribuit exercitium eorum; quæ ſunt ordi-
nis, ſed ſolum eorum quæ ſunt iuriſdictionis *c.*
transmiſſa de elect. An vero valeat confirmatio
electi non exſpectato ædicti termino diſputat *Cal-*
76 *der. conſil.* 1. *de elect.* & firmat confirmationem
ſuſtineri quia quoad validitatem actus principiũ
attendi debet, & electus non videtur habere cul-
pam præproperæ confirmationis, ſed culpa ſi
quæ eſt ſpectabit ad ſuperiorem confirmantẽ, qui
77 ſi ſit Ordinarius punietur iuxta *Calder. d. conſ.* 1.
ſi vero ſit Papa, tunc ſolẽnitas cenſetur ſuppleta.
Quamuis prædicta de confirmatione applicen-
tur tam electioni mulierum, quam virorum nihi-
lominus quia multa hodie decernuntur per Viſita-
tores ſub prætextu reformationis inducẽdę operæ
pretium erit de Monialium Abbatiſſis inquirere,
vtrum illæ ante, vel poſt confirmationem poſſint
ab eorum officio amoueri. Abbatiſſarum hodie
78 tres videntur eſſe ſpecies, aliquæ obtinent digni-
tatem in titulum ex Apoſtolica confirmatione, &
79 iſtæ cum ſint perpetuæ non poſſunt ſine cauſæ co-
gnitione proculdubio amoueri, aliquæ non confir-
mantur à Sede Apoſtolica, ſed eliguntur ad tem-
pus, & nullum obtinent titulum, & an iſtæ licet
confirmationem non obtinuerint, poſſint necne
ab officio amoueri infra videbimus, de obtinenti-
bus dignitatem in titulum eſt deciſio in cauſa Ru-
remonden. 3. Decembris 1619. corã Veroſpio.

Cum Annam Abbatiſſam, & moniales Cœnobij in Ciuitate Ruremõden. nobilis, & perantiqui ſub innocatione B. Mariæ Virginis in Munſter Laurentius Beuer Abbas Campiueteris eo prætextu, quod articulis à ſe datis in Viſitatione ſuper correctione morum parere recuſauerint priuaſſet Abbatiſſam poſſeſſione monaſterij, præſcripto tã eidem Abbatiſſæ, quam reliquis ſacris Virginibus breui termino, vt ab eodem monaſterio ſe cederẽt ſpacio 24. horarum. Cauſa appellationis ex parte monialium in vim reſcripti Apoſtolici commiſſa officiali Colonien. decreuit ille contra Abbatem Laurentium citationem cum inhibitione; ac deinde mandatum reuocationis attentatorum eoquod idem Abbas neglecta inhibitione, baculi vſum Abbatiſſæ interdixerit, & impetratis litteris a Sereniſſimo Belgij Principe in eo monaſterio alias moniales introduxerit. Vnde cum ab hoc vltimo officialis decreto Abbas appellauerit, cauſa in Rota mihi cõmiſſa, dubitaui, An dictæ Annæ, & monialibus concedendum eſſet mãdatum de manutenendo quod dublum hodie Domini affirmatiue reſoluerunt ex anteriori poſſeſſione, quæ reſpectu aliarum monialium, de ipſius monaſterij ſede, & domicilio, reſpectu vero Annæ, de eiuſdem monaſterij Præfectura controuerti non poterat *§. hodie, & §. retinendæ. Inſtit. de Interdic. Doct. communiter in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquiren. poſſeſ. Bart. in l. prima §. fin. ff. vti poſſidetis num.* 2. Conſtat enim vel ex ipſa Abbatis confeſſione tam curam bonorum monaterij, & Abbatiſſæ dignitatem fuiſſe penes Annam, quam ab ea vna cum ſuis monialibus idem monaſterium inhabitatum fuiſſe cum eorumdem bonorum adminiſtratiõne ipſi Annæ interdicta illam ſuæ dignitatis inſignibus ſpoliatam, & quibus ipſa præerat ex eodem monaſterio recedere iuſſit, earumque loco alijs de facto immiſſis. Et quibus, & bene inferre licet ad anteriorem poſſeſſionem, ſine qua priuatio eſſe non poterat *l. manumiſſionis. ff. de Iuſt. & iure Bart. in l. decem* 116. *nu.* 1. *&* 6 *ff. de verb. oblig. & in l. Titio* 95. *ff. de condit. & demonſtr. Rota deciſ.* 371. *n.* 1. *par.* 1. *deciſ.* 242. *&* 307. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* & in Burgen. Cappellanię 22. Aprilis 1611. coram R. P. D. Pirouano, & ipſa Abbatis confeſſio ſuper eadem poſſeſſione, quæ & pluries fuit repetita, & plene probat in præiudicium ipſius confitentis *l. Cum te C. de tranſact. Verall. deciſ.* 107. *par.* 3. *Rota deciſ.* 92. *par.* 2. *diuerſ. ſatis etiam* eſſe poterat ad effectum manutentionis. *Aym. conſ.* 150. *nu.* 5. *Ruin. conſ.* 115. *n.* 16. *lib.* 3. *Rota deciſ.* 802. *n.* 1. *par.* 1. *diuerſ. deciſ.* 652. *n.* 6. *par.* 2. *recent. & coram Ludouiſio deciſ.* 200. *& deciſ.* 458. *n.* 5. Neque hac poſſeſſione ſpoliatas fuiſſe Annam, & Moniales dicendum erat ex ſententia priuationis lata ab Abbate. Quia primum eiuſdem Abbatis decretum, quo declarata Annæ, & reliquarum monialium inobedientia illis diſceſſum a monaſterio impetauit, dum non fuit executioni demandatum, non priuauit eaſdẽ moniales, & Abbatiſſam ſua poſſeſſione, quæ tãquam quid facti non poterat ſine facto ipſius Iudicis ab ijs auferri *l.* 1. *& ibi Bart. nu.* 25 *ff. de acquir. poſſ. Angel. in l. qui Vniuerſitas §. Item cum Prætor ff. eod. tit. Caſſad. deciſ.* 7. *de cauſ. poſſ. & propriet. nu.* 10. *Rot.*

10. *Rot. deciſ. 3. num. 7. de reſtit. ſpoliat. in nouis.* Eiuſdem vero ſententiæ executio, qua Abbas neglecta Inhibitione Iudicis ad quem, & appellatione a monialibus interpoſita, monaſterium alijs inhabitan. conceſſit, quibus loco Annę aliam etiã præfecit tanquam nulla, & attentata, neque in ſua poſſeſſione ipſis monialibus præiudicauit *l. 4. §. condemnatum ff. de reiudic. Angel. in l. Clam poſſidere §. qui ad nundinas. nu. 2. ff. de acquir. poſſeſ. Rota deciſ. 159. n. 4. par. 2. & deciſ. 661. n. 3. par. 1. recent.* Sed ratione ciuilis poſſeſſionis, quam animo retinuerunt debetur eidem Annæ, & ſocijs manutentio. *Iaſ. in d. l. Clam poſſidere §. qui ad nundinas. n. 62. ff. de acquir. poſs. Menoch. retinend. poſs. remed. 3. n. 22. Rota deciſ. 660. n. 4. par. 1. & deciſ. 314. nu. 1. par. 2. recent.* Et quam vis dum idem Abbas hæc omnia in viſitatione geſſit, nulla viderentur dici poſſe ab eo commiſſa attentata, cum ex decreto Sacri Conc. Trid. *ſeſſ. 13. de refor. c. 1. & ſeſſ. 24 de reform. c. 10.* in cauſis viſitationis, & correctionis morum, appellatio vel nõ admittatur ante diffinitiuam, vel admiſſa poſt diffinitiuam non ſuſpendat ipſius ſententiæ executionem, quod etiam antea conſtitutum fuerat in *c. irrefragabilis de off. Iud. ordin. & cap. ad noſtram de appell.* & late proſequitur *Lancellot. de attent. par. 2. c. 12. limit. 18 num. 6.* Non potuit tamen ratio, quæ fauore Eccleſiæ, & diuini cultus viam delationis præcludit, & ex qua diſpoſitione S. Concilij in decretis factis in viſitatione prohibetur appellat, io impedimẽto eſſe hoc caſu deuolutioni cauſæ, etiam ad effectum ſuſpenſiuum, cum hæc duo poſitiue & iura, & Conc. requirant, ne Viſitator excedat officium, & munus Viſitatoris, vt ideo ſi proceſſum fuerit in forma Iudicis non cenſeatur denegata appellatio, vt reſoluit Sac. Congregatio Emminentiſs. Card. Interpretum. 16. Octobris anno 1600. & poſt eam Rota in Carpentoraten. Prioratus. 15. Iunij. 1601. coram Corduba. Et quæ idem Viſitator in viſitatione conſtituit, vt corruptis moribus, & ad reſtitutionem ſolutæ diſciplinæ conducant. Ex quo neque cẽſetur prohibita appellatio, vbicumque correctio exceſſum contineret. *franc. in cap. Ad noſtrã n. 2. & 3. in c. de priore ſub num 2. in gloſ. 1. de appell. Specul. eod. tit. §. in quibus autem caſibus nu. 14. Maranth. in ſpecul. par. 6. ſub rubr. Et quandoque appellatur. n. 333. Nauar. in rubr. de Iudic. n. 83. & cõſ. 2. eod. tit. de appell.* Et optimis rationibus exponẽdo hoc idem Decretum Sacri Concilij, & ex interpretatione S. Congregationis comprobauit *Gõzal. Mendez. diu Iuris arg. lib. 2. c. 19. n. 9.* Hæc vero ſeruata non fuiſſe ex eo apparebat, quod Abbas non præceſſerit citata parte, atque adhibita cauſæ cognitione, neque peculiari, ſiue aliquarum ſiue omnium culpæ occurrere voluerit, ſed noua viuendi lege in dicta arctiorẽ vitæ rationem, ac normam eiſdem monialibus præſcribere contra primęuum ordinis inſtitutum. Ex quo ſatis deduci poſſet grauamen, cum non licuiſſet id Abbati ipſis monial. inuitis. *Gloſ. in c. Geſta in ver. creſcere 74. diſt. Dec. in c. ad noſtram n. 18. & ſeq. de appell. Oldrad. conſ. 96. Nauarr. conſ. 9. & conſ. 81. nu. 3 de Regula.* Niſi pœna ipſa priuationis, & diſpoſitionis, quæ omnem modum correctionis excedit, & nunquam incurritur, niſi in caſibus a iure expreſſis ſatis eſſet ad eiuſdem grauaminis iuſtificationem. *Abb. in c. vlt. de Iure patr. Creſcen. 9. n. 1. de probat. Surd. deciſ. 489. n. 3. par. 2.* Et omnis difficultas ſublata videri poterat, quod neque pendet hodie cauſa appellationis Monaſterij, quam & Papa admiſit, & ex decreto officialis Colonien. Iudicis, ad quẽ interpoſito ſuper reuocatione Attentatorum conſtat fuiſſe conſumptam, ſed ab hoc vltimo eiuſdem officialis decreto, & ad ipſiuſmet Abbatis inſtãtiam, vt ideo pendente interim cauſa, & donec de iuribus huius vltimæ appellationis cognoſcitur non poſſit denegari Monialibus, & Abbatiſſæ manutentio, quæ debetur in qualibet inſtantia. *Caſ. de Graſſ. deciſ. 4. de cauſ. poſſeſ. & propriet. Rota deciſ. 350. par. prima diuerſ. & deciſ. 111. nu. 8. par. 1. recent.* Et ita &c.

Ex hac deciſione notandum, quod a ſententia,
79 ſiue decreto Viſitatoris regulariter nõ admittitur appellatio ex diſpoſitione Conc. Trid. *ſeſſ. 3. c. 1. de refor. & ſeſſ. 24. c. 10. de reform.* quod Conc. decretũ de verba ad verbum fere fuit ſumptum ex *c. irrefragibilis de off. Iud. ord. & ex c. ad noſtram de appell.* & debet intelligi potius de ordinatione quadam circa mores, quam de ſententia, quæ non fertur abſque iudicio, vt ſtatuit deciſio hic, & alias interpretati ſunt Card. *Interpretes ad cap. 10. ſeſſ. 24. nu. 4.*

Quod ipſum tamẽ aliquam admittit difficultatem, nam ſi Viſitans exceſſerit in præcepto, & reuera grauarit, & nihilominus præceperit ſibi obediendum eſſe non quidem ſimpliciter, ſed ſub pœna V. G. priuationis, etiam ſi hoc decretum non fuerit iudiciale, admittet nihilominus appellationem; neque enim canones decretalis, ſiue Concilij prohibent appellationem a pœna in decreto, ſiue Ordinatione appoſita, ſed ab ipſo decreto. Vnde in caſu deciſionis recte fuit dictum. Viſitatorem non poſſe apponere decreto ſuo pœnam priuationis, cum non habeat hanc facultatem, neque ex diſpoſitione decretalis, neque ex diſpoſitione Cõcilij, & ratio eſt quia poſſeſſor nunquam eſt ſine cauſæ cognitione a ſua poſſeſſione amouendus & illico ac proceditur cum cauſę cognitione & locus appellationi quod non ſolum habet locum in poſſidentibus titulo perpetuo, ſed etiam amouibili, &
80 officio manuali ad textum in *l. teſtamento vbi Gloſs. fin. ff. de manum. teſtam. Franc. deciſ. 8. in fin. par. 1. Menoch. conſ. 263. n. 7. Gonzal. Mendez. diuerſ. argum. Iuris lib. 1. cap. 16. nu. 15.* Et hoc idem cenſuit Rota in Burgen. amotionis Magiſtri Capellæ 6. Februarij 1584. coram Blanchetto. fuit reſolutum, modernum Epiſcopum iuſte recuſare votum pro amotione, & Capitulum non moueri iuſta de cauſa ad remotionem, mouit DD. peritia Muſicę Petri approbata per teſtes, & approbata etiam iudicio Capituli cum in concurſu illum præferendũ cenſuit. Non obſtant teſtes deducti ad oſtendendũ, quod male verſabatur tam in non retinendo quoſdam famulos Chori, quam in eos male tractando, nam quoad primum non probatur perſeuerantia ſecundò res ipſa indicat, quam ſit difficile pueros ad canendum aptos reperire, qui deſeruiant Eccleſiæ Metropolitanæ tam inſigni, non enim quilibet eſt aptus, & vox non permanet in eodem ſtatu.

Quo

Quo vero ad tractatũ, DD. viſum eſt, teſtes Capituli nimis animosè deponere, & contrarium probari per teſtes eiuſdem Petri, vnde cum octo ex Canonicis contrarium iudicarint, de voto bo: me: Card. Paceco non plenè conſtat, cum coniecturæ alias ponderatæ ex atteſtatione prouiſoris conquaſſentur DD. viſum fuit non probari talẽ causã, ex qua vir approbbatus debeat cum damno, & opprobrio ab hoc officio, quod virtutis merito fuerat conſecutus amoueri &c. idẽ cenſuit Rota in cauſa Regien. ſpolij. 24. Ianuarij 1611. corã Mãzanedo.

Fuit reſolutum D. Darium eſſe reintegrandum, de primo enim, & ſecundò extremo, neceſſario ad obtinendum in ſpolio, nec DD. dubitabant, nec inter partes controuertebatur, tota enim vis fiebat in eo, quod cum ſimus in beneficio ad nutum amouibili, & ſic manuali nõ detur reſtitutio iuxta *deciſ. primam de reſtit. ſpol. in antiq. Rebuff. de pacif. poſs. n. 273. Verſ. Vnde Doctores.* Controuertebatur tamen, an eſſet neceſſaria cauſa ad amouendum etiam in manualibus, & pro vtraque parte adducebantur rationes, & Doctrinæ, de quibus *Io: Andr. in c. cum ſingula n. 1. & 2. de præbend. in 6. & ibi Franc. n. 5. & per Card. in Clem. prima §. præmiſſa n. 4. de ſupplen. neglig. Prelat. & per Rot. deciſ. 778. par. 1. diuerſ. & per Rebuff. vbi ſupra nu. 275.* & in vna Pacen. Capellaniarum 22. Iunij 1609. coram Caualerio, in qua queſtione Rota ſentit pro non neceſſitate cauſæ, ceſſante tamen odio, vel malitia in amouente, vt in ſupradictis deciſ. & in alia Burgen. amotionis magiſtri Capellæ 10. Decembris. 1581. coram Card. Blanchetto per Doctrinam *Card. vbi ſup. n. 4. Verſ. ego puto & ibi Imol. poſt Butr. n. 44. & Franch. vbi ſupra Siluan. de benefic. par. 3. quæſt. 68. Rebuff. vbi ſupra nu. 275.* malitiam autẽ in amotione Darij, vnus ex DD. elicebat ex eo, quod Darius ſit Sacerdos ſenex, & per annos pluſquam 30. inſeruiuerit iſti Eccleſiæ, & nunc ſine cauſa fuerit expulſus. Sed quod præcipue DD. mouit fuit quia non conſtat, quod Darius fuerit amotus ab illis, qui eum præſentarunt, nec ab alijs legitimis eorum ſucceſſoribus, vnde cenſetur amotus ab extraneis, quo caſu etiam in manualibus competit reſtitutio, vt in *d. deciſ. 1. ante nu. 2. de reſtit. Spol. in antiq.* & ſic Darium reintegrandum cenſuerunt &c. Ab hac opinione receſſit Rota in cauſa Romana officij ſubſtituti ſummiſtę 11. Mar-
81 tij 1626. coram Remboldo, & quidem in fortioribus terminis nempe vbi officium fuit conceſſum ad vitam non concedentis, ſed officialis, quæ deciſio fuit confirmata 10. Iunij 1626. nos more noſtro dabimus vtramque, prior deciſio. Dubitatum fuit an D. Nicolaus ſubſtitutus a bo: me: Card. Montalto in officio ſummatoris poſſit amoueri a d. officio per Emminentiſs. D. Card. Ludouiſium Montalti ſucceſſorem, & DD. affirmatiue reſoluerunt, licet enim regulariter officia ſine cauſa tolli non poſſint auth. de referendar. poſt princip. cum alijs per *Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæſt. 55.* quod procedit ſiue officialis ſit creatus ſimpliciter, ſiue ad libitum, & beneplacitum concedentis. *Guliel. de Benedictis in c. Rainutius in verbo duas habens filias n. 37. de teſtam. Boer. deciſ. 149. nu. 11.* Hæc tamen regula fallit in ſubſtituto, ſeu locum tenente deputato ab officiali; talis enim poteſt etiam ſine cauſa remoueri. *Gloſ. in l. ſolent. in verbo debet de off. proconſ.* & tradunt communiter DD. *in l. cum precario ff. de precar. & in l. prima §. penultimo ff. de poſit.* & fuit dictum in Romana officij Hebræorum 17. Martij 1621. corã R. P. D. meo Pirouano, quin etiam mortuo officiale expirat officium ſubſtituti. *Marc. deciſ. 798. par. 1. Couar. pract. quæſt. c. 4. n. 4.* Subſtitutus enim gerit officium periculo ſubſtituentis, *l. nullus qui nexu C. de Dec. lib. 10. l. obſeru. §. proficiſci, & ibi Gloſ. ff. de proconſ.* Ac propterea cum in præſenti agatur de ſubſtituto deputato ab officiale, merito poteſt amoueri, & reſoluto iure officialis, qui eum deputauit, fuit etiam reſolutũ ius Nicolai l. lex vectigali ff. de pignor. Non obſtat, quod Nicolaus fuerit deputatus ad vitã: quia iſta deputatio non tenet in præiudicium ſucceſſoris, late *Gonzal. ad reg. 8. Gloſ. 5. §. 1. nu. 17. & 27. Afflict. deciſ. 180. nu. 20.* Non obſtat, quod Paulus III. motu proprio erexiſſe dicatur d. officium ſubſtituti in officium perpetuum, vt apparet ex quadam eius Conſtitutione cuius copia datur. Quia prẽterquam quod d. Conſtitutio non eſt in actis, & nõ conſtat etiã, quod fuerit publicata, prout requirebatur ad trad. per *Paul. de Caſt. cõſ. 51. n. 2. lib. 1. Pariſ. cõſ. 47. n. 33. & ſeqq. lib. 3. Verall. deciſ. 203. n. 35. par. 3. Put. deciſ. 274. n. 2. lib. 1.* nec propterea fuit de ea habita ratio, aut facta mentio in Conſtitutione Pij V. de qua mox dicetur. Ceſſat difficultas ex d. Conſtit. Pij V. quæ eſt in Bullario recentiore 105. quia per eam fuit receſſum a d. Conſtit. Pauli III. & loco d. ſubſtituti fuit per Piũ V. erectum officium Præſidentis qui vices ſummatoris pro tempore exiſtentis gerere deberet cũ expreſſa declaratione, quod talis Præſidens eſſet nutu, & verbis Summatoris amouibilis. Nec obſtat, quod officium Præſidis erectum per Pium V. nõ eſſet idem cum officio ſubſtituti, atque ita potius videatur per Pium V. fuiſſe erectum vltra officium ſubſtituti iam prius per Paulum III. erectũ, etiam officium d. Præſidis quia quod d. officium Præſidis ſit in ſubſtantia idem cum officio ſubſtituti colligitur duplici ratione. Primo quia ex litteris Pauli III. colligitur officium ſubſtituti erat loco ſummatoris litteras recipere, & expedire, & idem munus iniungitur per Conſtitutionem Pij V. d. Præſidi, quem voluit. Pius V. gerere debere vices d. ſummatoris, vt in d. Conſtitutione diſponitur, atque ita negari non poteſt, quin re vera officium Præſidis ſit idem in ſubſtantia cum officio ſubſtituti, licet nomine differant, & nomen Præſidis ſit ſpecioſius titulo ſubſtituti: ſecũdò quia licet Pius V. enumerauerit etiam infimos miniſtros ſummatoris, tamen nullam mentionem fecit d. Subſtituti, ſignũ euidens, quod ipſius intentio erat, quod d. Præſidens in locum ſubſtituti ſuccederet, neque enim alias veriſimile eſt, quod prætermiſiſſet mentionẽ facere de d. ſubſtituto, qui vices ſummatoris fungebatur. Nec obſtat, quod in eadem Conſtitutione ſit etiam mentio ſubſtitutorum; quia Papa dat ibi facultatem ſummatori, quod poſſit habere ſubſtitutum, vel ſubſtitutos in officijs Præſidis, & Recognitorum. Vnde duo ſequentur. Primum eſt quod Papa ibi non loquitur de ſubſtitutio in officio

ſummatoris, ſed de ſubſtitutis in dd. officijs ſecũdum quod etiam quod dd. verba poſſent referri ad ſubſtitutum ſummatoris, non poſſunt tamen intelligi de officio ſubſtituti, prout erat tempore Pauli III. quia d. diſpoſitio Pij V. non conuenit ſtatui, in quo erat officium ſubſtituti poſt mortem Pauli III tunc enim officium erat perpetuum, & iuxta d. diſpoſitionem Pij V. erat in facultate ſummatoris habere, vel non habere ſubſtitutum, vel ſubſtitutos, & ſic poterat non habere, nam verbum poſſit quo vſus eſt Papa importat facultatem, & non neceſſitatem. Non obſtat Bulla Sixti V. in qua ſupprimendo officia Præſidis, & recognitorum, reduxit officium ſummatoris ad priſtinum ſtatum: quia non propterea ſequitur, quod voluerit reſtituere in eundem ſtatum, prout tempore Pauli III. etiam officium ſubſtituti. Quinimo quod Papa nõ intellexerit reſtituere d. officium ſubſtituti in priſtinum ſtatum colligitur etiam ex verbis ibi, Tibi per te ipſum, vel a te deputandum, ſeu deputandos regendum, & adminiſtran. cõcedimus, & aſſignamus, ex iſtis enim verbis colligitur quod Papa voluit quod eſſet in facultate Card. Montalti deputandi vnum, vel plures ſubſtitutos quod repugnat ſtatui d. officij ſubſtituti tempore Pauli III. vt ſupra dictum eſt. Nec dicatur, quod Papa cenſeri debet voluiſſe, quod ſubſtitutus deputaretur per Card. Montaltum iuxta formam Conſtitutionis Pauli III. quia hoc non dicitur in litteris Sixti V. & in dubio potius cenſeri debet, quod Papa voluerit ſe cõformare cũ diſpoſitione iuris communis præſertim cum hoc etiam eſſet magis fauorabile ipſi Cardinali Montalto, cui magis expediebat habere miniſtros ad nutum amouibiles &c.

Alia Deciſio. DD. ſteterunt in deciſis, quod Nicolaus ſubſtitutus in officio Sũmatoris a bo: me: Card. Montalto poteſt amoueri: quia vt in deciſione tunc extenſa dicitur iure communi inſpecto ſubſtitutus poteſt amoueri, & officium ſubſtituti expirat mortuo officiali, a quo fuit ſubſtitutus. *Couar. pract. quaeſt. c. 4. nu* 4. cum alijs in deciſione allegatis. Nec obſtat, quod d. regula non procedit quando eſt ſubſtitutus ab officiali auctoritate ſuperioris. Tunc enim cenſetur electa induſtria perſonæ, nec poteſt remoueri, quia Nicolaus non fuit electus a ſuperiore, ſed ab ipſomet officiali, hoc eſt a bo: me: Card. Montalto tunc ſummatore, nec probatur, quod talis electio fuerit facta auctoritate ſuperioris, ita vt cenſeatur a ſuperiore electa induſtria perſonæ, in quibus tamen terminis procedunt allegata pro Nicolao, quæ propterea in caſu iſto non applicantur. Nec obſtat, quod d. electio fuit facta vigore litterarũ in forma motus proprij Pauli III. quibus non ſolum datur facultas Cardinali ſummatori eligendi ſubſtitutum, ſed & vlterius etiã diſponitur, quod officium ſubſtituti ſit perpetuum, & non amouibile. Quia dd. litteræ fuerunt abrogatæ per alias litteras Pij V. in Bullario nouo 105. vt in alia deciſione fuit deductum, nec propterea potuit fieri d. deputatio vigore dd. litterarum Pauli III. Nec obſtant ea, quæ denuo repetuntur ad demonſtran. quod per dd. litteras Pij V. non fuit immutatum officium ſubſtituti erectum per Paulum III. quia quod etiam d. officium fuerit immutatũ euidenter colligitur ex litteris Pij V. ſi bene perlegantur. In primis enim Pius V. in dd. eius litteris referendo ſtatum officij ſummatoris, dicit fuiſſe litteris Apoſtolicis conceſſum ſummatoribus, vt non ſolum per ſe ipſos, ſed etiam per alios poſſent regere officium ſummatoris, quodq. ſubſtitutus in d. officio habebat manſionem, ſeu Cameram in Palatio Apoſtolico nec non victum pro ſe & vno famulo in Tinello. Deinde profitetur ſe velle, ad Sedis Apoſtolicæ ornamentũ, & ſalubriorem litterarum expeditionem, perfectiorem huius officij ſtatum conſtituere. Poſtea vlterius procedendo, & nouam formam d. officio inducendo, inſtituit vnum Præſidentem, qui ſummatoris pro tempore exiſtentis vices gereret ipſius ſummatoris nutu, atque arbitrio ſumendum, & remouendum. Ac denique diſponit, quod omnes litteræ præſente ſummatore, vel Præſidente examinentur, & ipſi deferantur, vt illis ſubſcribat; & ipſas de more expediri faciat: Et finaliter mandat tam ipſum ſummatorem, quam ab eo ſubſtituen. & ſubſtituendos, ac Præſidentem, & Recognitores admitti, & recipi: Vnde ex tota ſerie dd. litterarum, & etiã ex ipſa principali diſpoſitione clare colligitur, quod totum officium ſũmatoris fuit per dd. litteras immutatum, quodque mens, & intentio Pij V. fuit loco d. ſubſtituti inſtituere Præſidentem, & Recognitores, qui vices d. ſummatoris gererent, atque ita in effectu eſſent ipſius Card. ſummatoris in d. officio ſubſtituti. Nec propterea dubitari poteſt, quin re vera officium ſubſtituti erectũ a Paulo III. remanſerit per dd. litteras extinctum, præſertim quia vt dictum eſt Pius V. ſocularem, & expreſſam mentionem d. officij ſubſtituti fecit, & profeſſus fuit, ſe velle nouam formam huic officio inducere, ac denique idem munus, quod per ſubſtitutum explicabatur d. Præſidenti iniunxit, nec vlterius vllam prorſus mentionem de d. officio ſubſtituti fecit, quod certe facere, non prætermiſiſſet, ſi ipſius intentio fuiſſet, quod d. officiũ ſubſtituti in eodem ſtatu prout fuit erectum a Paulo III. permaneret, maxime, cum aliorum omnium officiorum ad ſummiſtariã ſpectantium mentionem fecerit, vt etiam in alia deciſione fuit ponderatum. Nec propterea obſtat, quod prætenditur, officium ſubſtituti fuiſſe compatibile cum officio Præſidentis. Vnde prætenditur à Pio V. fuiſſe inſtitutum d. Præſidentem vltra ſubſtitutum, non autem loco d. ſubſtituti quia ex iam dictis apparet, quod Pius V. voluit nouã formã d. officio inducere, & priorem ſtatum in melius immutare, ac propterea officium ſubſtituti vt prius fuerat erectum a Paulo III. erat penitus incompatibile cum officio d. Præſidentis licet non negetur quod etiam poſtquam emanarunt litteræ Pij V. potuerit Cardinalis ſummator vnum, vel plures ſibi etiam in d. officio Præſidentes ſubſtituere cum hoc ei expreſſe fuerit indultum, etiam in dd. litteris Pij V. vt in alia deciſione fuit deductum, ſed non propterea potuit Card. ſummator poſt quam emanarũt litteræ Pij V. deputare ſubſtitutũ iuxta formam litterarũ Pauli III. quia nempe vt dictum eſt ſtatus officij fuit a Pio V. immutatus, & loco d. ſubſtituti d. Præſidens inſtitutus. Atque hinc patet

reſponſio

reſponſio ad alias probationes ex teſtibus,& ſcripturis pro Nicolao deductas, quod tempore, quo aderat d.Præſidens,aderat etiam ſubſtitutus, Vltra enim quod teſtes inducti ad proban. quod dd. Aruinus, & Duuius gererent officium Subſtituti prout illud fuerat erectum à Paulo III.& poteſt eſſe,quatenus ipſi fuerint deputati ſubſtituti tempore,quo aderat Præſidens, qui fuerint deputati Subſtituti in officio d.Præſidentis, quod potuit facere Card.Summator, vt modo dictum eſt, atque ita ex dictis teſtib. nulla prorſus reſultat probatio, quod tempore Præſidentis adeſſet Subſtitutus iuxta formam litterarum Pauli III. quod tamen neceſſe eſſet probare, quatenus prætendatur, quod ex iſta prætenſa obſeruantia colligi poſſit argumentum, quod per Pium V. Iuſtitutus loco d. Subſtituti dict. Præſidens,ſed quod potius fuerit vltrà d.Subſtitutū d.Præſidens inſtitutus,vt dictum eſt.Idemq. dicitur de libris,& ſcripturis,in quibus Aruinus,& Duuius enunciantur Subſtituti,quia ex illis non colligitur, quod dictū officium gererent prout erat erectum à Paulo III. & non ſequitur Aruinus, & Duuius fuerunt Subſtituti à Card. Summatore, ergo officium ſubſtituti erectum à Paulo III.non fuit immutatū, non enim negatur,quod Card Summator non poſſit etiam poſtquam emanarunt dd. Litteræ Pij V. deputare ſubſtitutos, nam vltra quod hæc facultas data eſt Cardin. vt dictum eſt per dd litteras Pij V. potuit etiam circumſcriptis dd. litteris Cardinalis alios ſubſtituere,ſaltem quia conſuetudo introduxit,vt Cardinales in officis, quæ hābent,alios ſubſtituant, quæ conſuetudo ſuffragatur ad effectum alium ſubſtituendi,etiam vbi eſſet electa induſtria perſonæ, *Bart.in l.nemo eſt ff.de duob.Reis,Bart.Bald. & alij in l.obſeruare ff.de off.proconſ. Carocc.de locat. quæſt.2.latè Martius de magiſtr.tom.1.lib.3.c.29.nu. 1.cum ſeqq.* ſed negatur, quod d.Cardinalis poſſet poſt dd.litteras Pij V.deputare ſubſtitutum perpetuum vltra vitam Card. & ſic in præiudicium ſucceſſoris,hoc enim repugnat & d. Conſtitutioni Pij V. & Iuris communis diſpoſitioni, iuxta quam mortuo officiali expirat officium ſubſtituti *Gram. deciſ.353.nu.5.Maſtrill.d.c.20.nu.50.* Ad Conſtitutionem Sixti V. fuit reſponſum in alia deciſione,& tātum abeſt,vt illa poſſit refragari Nicolao, vt imò ex ea detegatur, quod intentio Sixti V. fuerit vt Card. Summator poſſet quandocumque amouere ſubſtitutos ab eo deputatos;quia in ſpecie dedit ei facultatem exercen. officium per ſe ipſum, vel ab eo deputan. ſeu deputandos. Vnde videtur dicen. quod dederit facultatem ei deputan. plures,& eodem tempore cum præſertim d. Conſtitutio emanauerit fauore Cardinalis, cui erat magis fauorabile exercere officium per ſubſtitutos amouibiles. Alia contraria obſeruantia non merebatur allegari,cum potius conſtet, quod à bon.me. Card.Montalto fuerunt poſt mortem Duuij plures deputati, & ſic obſeruantia ſi qua probatur potius demonſtrat officium eſſe amouibile, & bene fuit deductum à ſcribentibus pro Eminen. D.Card.Summatore, quod etiam eſt conforme iuris communis diſpoſitioni,vnde eo magis videtur d.ſent. amplectenda, in qua DD.vnanimi omnium voto iuerūt.

Ex his deciſionibus elicitur bona diſtinctio ſuper amouibilitate, vt videlicet amotio ſine cauſa fieri non poſſit,etiam in officijs amouibilibus, quæ ſuo iure, & nomine munus exercent, ſecus in ijs officijs,quæ alieno nomine exercentur, alias enim ſequeretur,quod non poſſet ad nutum, & ſine cauſa amoueri Vicarius Inſtitor, & Procurator.

82 Ad reformationem autem, de qua in deciſione Ruremonden. vt redeamus illud præcipuè notandum, quod reformatio fieri debet ad normam, & inſtitutum regulæ profeſſæ,eamque non excedere, vt expreſſis verbis ſtatuit Synodus Tridentina ſeſſ. 25.cap.1.de regul.videlicet, vt omnes Regulares, tam viri, quam mulieres ad regulæ, quam profeſſi ſunt præſcriptum vitam inſtituant,& componant, de qua re plura *Caſarubios de priuil. mendic. verbo Reformatio. Leon.in Theſauro fori Eccleſ. par.2.cap. 31. Fuſius tract.de viſitat.lib.1.cap.3.& Rodriquez quæſt.regul.47.verſ.Hæc autem ratio*,vbi quod regulares non debent cogi ad aliud, quam comprehenſum ſit in regula,quam profeſſi ſunt,& quod reformationem facere debent Prælati eiuſdem Ordinis, quia reliqui non poſſunt ſcire obſeruantiam regulæ,quam non ſunt profeſſi, vnde ſi aliquando contrarium actum eſt,vti violentum non fuit durabile, duo omnino hac in re habeo exempla, primum in
83 Gallia, vbi per diuerſas Prouincias plura reperiuntur extincta monaſteria monialium diſcalceatarū ſub regula Sanctæ Tereſæ ſanctè viuentium. His omnibus obtinuit deputari Viſitator perpetuus Petrus Berullus Congregationis Oratorij in Gallia Præpoſitus, & deinde Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis contra hanc deputationem quinque vel ſex monaſteria reclamarunt in Rom.Cur. aſſerentià ſe profeſſionem emiſiſſe, vt ſub obedientia Prælatorum ſui ordinis viuerent, ſed cum nihil obtinerent,& Berullus ſub cenſuris moniales ad illius obedientiam adigeret, ipſæ tandem faſtidij pertæſæ medio die apertis oſtijs, palàm monaſteria deſeruerunt, & partim ad ſuos ſe receperunt, partim verò in Brabantiam ad ſimilia monaſteria eiuſdem inſtituti, & ordinis tranſmigrarunt. Alterum in Lotharingia Princeps Henricus Epiſcopus Virdunen. & Abbas monaſteriorum Sanctorum Vitonis, & Hidulphi monaſticæ diſciplinæ ſtudioſus plura illius Prouinciæ monaſteria iuxta mentem Concil.Trident. ſeſſ.25. cap.8.de Reg.in Congregationem vniuit ſub tit. Sanctorum Vitonis, & Hidulphi ſub regula Caſſinenſium, in qua omnes profeſſi ſunt, quæ quidem Congregationis inſtitutio fuit auctoritate Apoſtolica primò per Clementem Octauum, deinde Paulum Quintum, & demum Sanctiſſimum Dominum noſtrum Vrbanum Octauum confirmata. Inter cæteras Caſſinenſium ſanctiones, illa primas obtinet, quod Viſitator ſupremus Congregationis Magiſtratus tantum annalis ſit; hanc ſanctionem aliqui monachorum, vt perpetuo magiſtratui incumbant, obtinuerunt per Congregationem Eminentiſſimorum Cardinalium ad id ſpecialiter à Sanctiſſimo deputata moderari, vt videlicet magiſtratus poſſit protrahi in ſecundum, & tertium annum, ſi neceſſitas aut euidens vtilitas hoc poſtulet, quod meo iudicio

nihil

nihil aliud eſt, quam quærere latebram periurio, cum nunquam deerit mendacio pallium neceſſitatis, ſiue euidentis vtilitatis, & donec deſuper cognoſcatur, tota Congregatio hærebit in tricis, nunquam enim ſemel recte ſtatuta videntur leui de cauſa ſubuertenda, vel immutanda.

84 Monaſteria monialium in Congregationem redigi non poſſunt: quia fere omnia paucis exceptis ſunt redacta ſub clauſura, & ſic nulla poteſt inter moniales eſſe communio, dixi paucis exceptis: quia extra Italiam plura ſunt monaſteria Canonicarum, quæ clauſuram tanquam fundationi eorum contrariam nunquam admiſerunt, & huiuſmodi moniales non videntur ad clauſuram cogi poſſe, cum ipſæ tria vota ſolennia abſque clauſura in profeſſione, quam emiſerunt ſeruare iurarint,
85 licet declaratio Eminen. Interpretum Concilij ad cap. primum de regul. ſeſſ. 25. videatur ſenſiſſe contrarium explicans verba textus *ad ſua profeſſionis &c.* videlicet. *Cenſuit tamen Congregatio, quod Ordinarius permittere debet tertiarias moniales S. Franciſci ſub obedictia Fratrum Minorum, quemadmodum ante fuerunt, & perficere, vt profeſſionem trium ſolẽnium votorum quam primum emittant ex inſtituto Religionis S. Franciſci, cui ſunt addictæ, ſi forte non emiſerunt, nec eas cogere debet, vt habitum mutent, vel vt velo nigro vtantur, ſi illarum ordo id non requirat, poſtremo inter ſepta monaſterij illas claudere debet.* Verum hoc Corduba in Annot. ad Caſarubios in priuil. mend. verbo clauſura vult ſolum ſeruari a Tertiarijs S. Franciſci, non autem a reliquis monialibus aliorum ordinum, Bernardi, Benedicti, & ſimilium, vel certe interpretanda eſt declaratio, quod Ordinarius cogere debeat ad clauſurã moniales volentes in monaſterio remanere, non autem recuſantes clauſuram recipere, & volentes abire prout Conſtitutionem Pij V. in Bullario nouo 8. interpretatur Rodriquez qq. Regul. 44. art. 2. in reſponſ. ad argumenta, vbi quod Conſtitutio Bonifacij VIII. de qua in c. 1. de ſtatu monachorum, præcipiens indiſtincte monialium clauſuram, non fuit vſu recepta immo a Summis Pontificibus ſaltem tacite abrogata.

Poteſt tamen Eccleſia aſtringere moniales in ipſa profeſſione, vt cum reliquis tribus votis ſolen-
86 nibus etiam clauſuram profiteantur, & ſi nolint eas reijcere, vt late per Rodriquez. vbi ſupra art. 1. Corduba vbi ſupra Leon, in Theſauro fori Eccleſiaſt. cap. 16. n. 48. quod ipſum tamen in monaſterijs, in quibus clauſura non eſt in vſu, & vbi priores profeſſæ, clauſuram recipere recuſant magnũ habet incommodum, nam eas dimittere e monaſterio, in quo ab adoleſcentia Deo ſeruierunt, vt videtur præcipere Cõſtitutio Pij V. videtur iniquũ, & in eodem monaſterio degere moniales clauſuram profitentes, & a clauſura exemptas, videtur abſurdum, & periculoſum, qua propter in hoc Ordinarij debẽt eſſe valde cauti, ne cum ſcandalo antiqua inſtituta ſubuertãt. Sane decreuerat officialis Leodien. tanquã Viſitator, quod in Monaſterio de Hocht. prope oppidũ Traiecten. ne in poſterũ in d. monaſterio ad profeſſionem admitterentur nouæ moniales, niſi etiam clauſuram vouerent, ab hoc decreto moniales appellarunt ad Congregationem Cardd. negotijs Regularium Præpoſitam, quæ appellationem non reprobauit, aduertens, quod, ſi nouæ moniales non recipiantur, & profeſſæ paulatim decedant, monaſterij bona in laicorum poteſtatem facile tranſitura ſint.

Illud tamen aduertendum, quod egredientes, ſepta ex cauſa neceſſaria nõ dicuntur violare clau-
87 ſtra, & præcipue ſi ex agro nõ tuto transferantur ad oppidum prout in Belgio quotidie euenit ob deplorandam hæreticorum inſolentiam & ſacrilegam violentiam, & dum hæc ſcriberem nempe 6. Iulij 1630. obtinui a ſupradicta Congregatione licentiam pro prædicto Monaſterio de Hocht. vt d. de cauſa Moniales eo relicto poſſint tranſmigrare ad oppidum.

Reuertamur ad electionem monialium, cui Synodus Tridentina magis proſpectum voluit, quã
88 electionis Monachorum. Abbatum enim reliquit in diſpoſitione iuris cõmunis, ſeu ſtatutorum ordinis, in electione vero Abbatiſſarum vltra prædicta appoſuit ſeſſ. 25. cap. 7. de Regul. quod ſint annorũ 40. & non minoris ætatis: quia videlicet mulier viro imbecillior non ante acquirit prudentiam ad regimẽ monaſterij requiſitam, ſane electiones Abbatiſſarum plerumque irritãtur ex defectu ętatis, vt *deciſ. 11. par. 3.* quæ deciſio eſt reperita *lib. 2. deciſ 140. & lib. 3. deciſ. 83. ead. par. 3. diuerſ.* magna ſane incuria compilatoris.

89 Et licet in electione Abbatiſſarum non requiratur forma c. quia propter de elect. in 6. requiritur tamen vt electio fiat per vota ſecreta iuxta formã traditam per Cõc. Trid. ſeſſ. 25. c. 6. vt reſoluit Rota in Tarraconen. Abbatiæ 14. Ianuarij 1630. coram Duran. cuius verba ſunt.

„ Fuit hodie reſolutum, ſententiam de partibus,
„ qua fuit declaratum, D. Annam Mariam Sulla
„ fuiſſe legitime electam in Abbatiſſam Monaſterij
„ Vallis bonæ Ordinis Ciſtercien. eſſe infirmandam.
„ Tum quia electio facta fuit contra formam Sac.
„ Concilij Trid. *ſeſſ. 25. cap. 6. de Regular.* vbi quod
„ debet fieri per vota ſecreta ſingularum monialiũ
„ eligentium. Ita vt earum nomina nunquam publi-
„ centur, & tamen electio D Annæ non fuit ſic fa-
„ cta, quia eligentium ſuffragia fuerunt ſuſcepta, &
„ deſcripta per Notarium publicum narratis, & ſi-
„ gillatim deſcriptis in publico electionis inſtru-
„ mẽto ſingulis monialium votis, & nominibus; Vn-
„ de electio fuit nulla *Garzias de benef. 5. par. cap. 4 n.*
„ *187. & Zerol. in praxi Epiſcop. verb. Abbatiſſa.*
„ *Verſ. ad ſextum dico.* Tum etiam quia, cum Mo-
„ niales elegerint iure Collegij, & non vt ſingulæ, &
„ quæ fuerunt ad eligen. congregatæ eſſent numero,
„ vndecim, ex quibus D. Anna ſolum habuit quin-
„ que, aliæ vero ſex in minores partes diuiſę, & ſic
„ non habuerit maiorem partem habito reſpectu
„ ad totum Capitulum Eius electio etiam ex hoc
„ capito fuit de iure nulla *cap. Eccleſia veſtra 48. de*
„ *elect. Gloſ. in C. ſi cui in verb. minorum de elect. in 6.*
„ *Felin. in c. cum omnes col. 14. n. 14. de conſtitut. & ibi*
„ *Gloſ. verb. conſtitutionem. Franc. Marc. quaſt. 1304.*
„ *n. 1. Roceb. de Inrep. verb. honorificum quaſt. 58. Lã-*
„ *berti eod. tract. par. 3: quaſt. 4. art. 2. & alij allegati*
„ *per Modern. Piſan. in Prax. Iurisprr. par. 2 lib. 12.*
„ *cap. 8. n. 3. & in terminis Miranda in manuali prelat.*

regul. tom. 2. quæſt. 23. art. 27. Quod vero vlterius deducebatur in electione Abbatiſſæ requiri duas ex tribus partibus Capituli per *text. in cap. indemnitatibus §. ſane in princip. de elect. in 6.* DD. dixerunt non eſſe verum, ſed ſufficere maiorem partẽ eligentium habito reſpectu ad Capitulum, vt dictum eſt ex *reg. text. in c. quia propter. 42. x. de elect. & in c. dudum* cum alijs eiuſdẽ tituli *de elect. lib. 6.* & clare deducitur *ex text. in d. §. ſane verſ. verum ſi qua vſque ad fin. Nauarr. conſ. 5. de election. in ſpecie Miranda d. art. 27. concl. 2. & idem in tract. de monial. quæſt. 7. art. 40. n.... Cucb. Inſtit. moral. canon. lib. 4. tit. 1. n. 291. Rodriquez tom. 2. quæſt. reg. quæſt. 55. art. 4. qui ibid. art. 1. in princip.* dicit hoc idem cautũ eſſe in ſtatutis ordinis Ciſtercien. Neque obſtat textus in d. §. ſane in princ. quia quod ibi dicitur de duabus partibus, procedit ad effectũ vt electa a duabus partibus poſſit confirmari appellatione remota. Etiam ſi a maiori parte contra eius perſonam defectus obijciantur, non autem vt propterea electio a minori parte facta nõ teneat: quia aliter text. ille eſſet ſibi contrarius *in d. verſ. verum. Miranda de monial. & Cucb. vbi ſupra.* Aliud vero, in quo informantes magis inſiſtebant, videlicet quod moniales proceſſerunt ad electionẽ per viam ſcrutinij, & tamen non ſeruarunt formã electionis per ſcrutinium, de qua in *d. c. quia propter de elect.* ex quo non elegerunt tres ſcrutatrices ſed duas, de quarum nominibus non conſtat in d. electionis inſtrumento, prout nec quod ſcrutatrices prius vota ſua fuerint ſcrutatæ, & alia huiuſmodi contra formam d. Capituli DD. aliquantulum diſcuſſerunt, ſed reſoluere noluerunt: quia non fuit opus, ſtante maxime quod in iure ſit multum dubium. An forma d. Cap. ſit ſeruanda in electione Abbatiſſæ per ſcrutinum facien. An vero ſit in iure alia ſpecialis forma in huiuſmodi electione præſcripta *in d. §. ſane Gemin. enim in d. §. & Paul. de Caſtr. conſ. 346. n. 1.* reſoluunt formam d. cap. quia propter eſſe ſeruandam, contrarium vero *Panormit. in c. ad proban. n. 19. in fin. de ſenten. & re iud.* quem alij plures ſequuntur, & nõ parum pro eius ſententia conducere videntur declarationes Sac. Congregationis Conc. cumulatæ apud *Garz. vbi ſupra, & apud Ricc. in deciſ. Curiæ Archiepiſcopalis. Neapol. deciſ. 197.*

Et ita vna tantum parte informante &c.

Supereſt, vt quæſtionem ſupra promiſſam pro coronide præſentis §. adijciamus.

QVÆSTIO XVI.

An, & quando electus, vel præſentatus ante confirmationem, vel inſtitutionem reſpectiue, ingerens ſe in adminiſtratione per ſe, vel alium, cadat ipſo facto a iure per electionem, ſeu præſentationem, ſibi quæſito, & quid poſt propoſitionem in Conſiſtorio.

EST textus apertus in c. auaritiæ de elect. in 6. quo cauetur, electum ingerentem ſe quomodo-
90 cumque adminiſtrationi cadere a iure ſibi quæſito per electionem, & inſuper in futurum inhabilem eſſe, quod Doctores interpretantur, ſiue ſe ingeſſerit per ſe, ſiue per alium. *Lãbertin. de Iure Patr. lib. 2. par. 2. quæſt. 5. princip. art. 11. Creſcen. deciſ. 5. de Iure patr. Gabr. conſ. 199. nu. 4. & ſeqq. nu. 1. Gomez ad reg. de Trien. quæſt. 5. Verſ. poſtremo Rota deciſ. 6. de elect. in nouis, & deciſ. 83. lib. 3. par. 3. diuerſ. Put. deciſ. 45. lib. 3. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 5. caſ. 203. n. 1. & ſeqq. Gonzal. ad reg. 8. Gloſ. 15. n. 53.* & omnes communiter, & extẽdunt quomodocumque ſe ingeſſerit ſiue fructus perceperit, ſiue non, modo adminiſtrationi ſe immiſcuerit, & ſi ſit præſentatus ſe intruſerit ante inſtitutionem eſſe locum diſpoſitioni c. auaritiæ, *Viuian. in praxi Iuris patr. lib. 13. cap. 5. reg. 25. hoc eſt nu. 11.* vbi quod huiuſmodi intruſus non iuuatur regula de triennali *Garzias de benef. par. 11. cap. 10. n. 223. & 224. Gonzal. Mendeſ. diuerſ. arg. Iuris lib. 2. c. 5. nu. 12. Rebuff. in praxi tit. de miſſione in poſſ. num. 8.* & eſt locus impetrationi, vt Dataria poſſit libere conferre *Creſcen. deciſ. 6. n. 12. de Iurepatr.* & per ſimilem impetrationem de anno 1631. Dataria contulit Capellaniam maiorem in Parochiali Eccleſia S. Geneſij oppidi Mattiti Toletan. diœceſ. Ioann. Lopez de Salzedo. Verum nuper alter contigit caſus in vna Vrbeuetana; Vacante beneficio ſimplici, de fabrica patroni præſentarunt Robertum, qui non obtinuit inſtiutionem quia alios obtinebat titulos ita vt cogeretur adire Datariam, pro expeditione litterarum, quod tamen non fecit: ſed litteris, non expeditis, & poſſeſſione non habita reſignauit ad fauorem Ioannis reſeruata ſibi penſione qui litteras expediuit, dubitabatur, an beneficium vacaret, & ex quo capite, & vacare dicebatur adhuc per obitũ, quia Roberto nullum ius erat quæſitum: propter conſtitutione Iulij III. licet enim ipſe poſſeſſionem non cepetit, tamen reſignauit, quod poſſeſſionem ſuppoitit, faciens ſine litteris actum poſſeſſorium contra d. Conſtitutionem Iulij III. adeo vt hæc cõcluſio non videatur admittere difficultatem.

Difficultas maior eſt, an qui per reſignationem, ſeu aliam viã transfertur de vna Eccleſia ad aliã poſt propoſitionem in Conſiſtorio poſſit vſque dũ ſucceſſor adipiſcitur poſſeſſionem inhærere adminiſtrationi, quod dependet ab eo. An per huiuſmodi propoſitionem fuerit abdicatum ius à transferendo in quo articulo negatiuam opinionẽ ſecuti ſunt videlicet ius per ſimplicem propoſitionem abſque certioratione non abdicari *Put. deciſ. 170. lib. 2. Mohed. deciſ. 29. de renunc.* & alij, quos allegat *Garzias de benef. par. 5. cap. 1. nu. 245. & par. 11. c. 6. nu. 41,* vbi de vſu, & conſuetudine Hiſpaniæ, & hanc opinionem quamuis titubans
91 videtur ampleti Rota in Seguntina beneficiorum, quæ habetur ad extenſum apud eundem *Garziam d. 5. par. cap. 1. nu. 249.* quam pro contraria opinione allegabat D. Odoardus Pinto coram Eminentiſſimo Datario in cauſa Aurien. concurſus vbi Epiſcopus Aurien. translatus fuit ad Eccleſiam Dertonen. & poſt propoſitionem in Conſiſtorio, ſed ante ipſius de eo notitiam vacauit Parochialis, ſuper qua habuit concurſum, & Capitulum opponebat de nullitate concurſus ex defectu iuriſ-

dictionis

dictionis propter propoſitionem ſupradictam; SS. D. N. Vrbanus ad tollendam hanc controuerſiam inhærens declarationi Cardd. Interpretum Conc. declarauit per litteras in forma Breuis vacare quidem per tranſlationem, hoc eſt propoſitionem in Cõciſtorio Eccleſiam, etiam ante adeptam poſſeſſionem ſecundæ, ſeu litterarum expeditionem. Sed iuriſdictionem in prima tunc demum ceſſare, quando ex teſtimonio, ſiue documẽto Secretarij Congregationis Interpretum Conc. huiuſmodi tranſlatus habuit notitiam. Hanc autem notitiam dicebam non præſumptiue, ſed con-
92 cludenter probandam a Capitulo agente de iure ſibi acquirendo, & damno Ordinario inferendo, vt bene diſtinguit *Put. deciſ. 6. in fine de probat. & melius Mohed. deciſ. 160 in fin.* ad notata per *Gloſ. penult. in Clem. 1.* & ibi *Anchran. n. 26. Card. num. 8. cum ſeqq. & bene Vitalin. num. 21. & 27. de conceſs. prabend.*

Opponebat D. Pinto licentiam Epiſcopi ſatis probari ex poſſeſſione eius nomine capta de Eccleſia Dertonen. ante habitum concurſum, reſpõdebam, quod Breue Sanctiſſimi ad tollendum etiam omnem ambiguitatem circa notitiam & modum ſciendi, circa quem multum etiam variãt Doct. *vt per Abb. conſ. 18. nu. 4. & 7. lib. 2. Roman. conſ. 481. num. 2. lata Gabr. de Reg. Iuris concl. 5. num. 33.* præſcribit, probationem notitiæ faciendam eſſe ex documento Secretarij Congregationis. Conc. quæ forma ſola eſt attendenda. *Caſſad. deciſ. 10. de reſcript.*

Addebam, quod cum Epiſcopus longe diſtaret ab Eccleſia, & Vicarius eſſet ignarus, actus poſſeſſionis Epiſcopi, edicta ab illo affixa, & concurſus poſtea ſequutus, ob illam ignorantiam admittuntur, vt in d. Seguntina.

Et hæc eo magis procedere dicebam, quod hic non agimus de infringenda collatione Apoſtolica, aut impediendo reſeruationem, vt notat *Garzias d. par. 11. cap. 6. nu. 42:* ſed ſolum de concurſu inter Epiſcopum, & Capitulum, cum præſumptio ſtet pro Epiſcopo; & de iure antiquo nullum ius habebat Capitulum, ſed tranſibat ad ſucceſſorem, *vt deciſ. 442. par. 1. diuerſ.*

93 Nec obſtare dicebam proteſtationem Capituli de ſede vacante: quia licet de ea poſſet habere ſuſpicionem, non tamen habebat notitiam, quam ſi habuiſſet debuiſſet publicare illico ſedem vacare, vt præſcribit Breue Sanctiſſimi cuius tenorem opportuniore loco dabimus lib. 2. vbi agemus de concurſu. Et hæc de confirmatione electionis ſufficiant.

§. VII.

De confirmatione Erectionum.

QVoniam erectiones multiplices ſunt, vt ſunt varia genera beneficiorum nos vnicam dabimus Confirmationis formulam, quæ paucis mutatis, eſt eadem omnibus, & quia immediate egimus de monialibus, & earum monaſterijs, dabimus formam Confirmationis erectionis Monaſterij monialium.

Beatiſſime Pater Alias ſcilicet de anno Domini 1594. bo: me: Alphonſus Guerta dum vixit Epiſcopus Mechoacan in Indijs occidentalibus conſiderans pro eius pio religionis, & charitatis zelo in Ciuitate Mechoacan, quæ Ciuitas in illis partibus ſat celebris exiſtit nullum adhuc monaſterium Monialium, in quo ingenuæ virgines ſpretis huius mundi illecebris Chriſto ſponſo accenſis lampadibus obuiam ire, eique virginitatem ſuam dicare, & illibatam conſeruare, ac gratum ſub ſuaui religionis iugo famulatum exhibere valerent inſtitutum eſſe vnu monialium monaſterio in prædicta Ciuitate ordinis S. Dominici, quæ ſub regula S. Catherinæ Senen. viuere deberent principium dedit, ſed cum ob mortem ipſius Alphonſi Epiſcopi huiuſmodi opus finem ſuum conſequi nequiret; tunc exiſtens Decanus, & Capitulũ Eccleſiæ Mechoacan. illius ſede Epiſcopali vacante. prædictum monaſterium a prædicto Alphonſo Epiſcopo ſic inchoatum ad debitam, & perfectã ſtructuram nullo Sedis Apoſtolicæ reſcripto deſuper obtento, reduxerunt, & ad illud pro monialiũ inibi pro tempore introducendarum, felici directione, ac in ritu, moribus, ac regularibus inſtitutis inſtructione, quatuor moniales ex alio monaſterio Ciuitatis Taxcalan. ſimiliter in Indijs de Ordinarij Taxcalan. & ſuperiorum ſuorum licentia induxerunt, quarum vna Prioriſſa primo d. monaſterij, & reliquæ tres aliæ, vt nouitias, ac inibi tunc temporis profiteri volentes Virgines prædicta regula, alijſque præceptis illam concernentibus erudirent electæ fuerunt. Cum autem Pater Sanctæ in prædicto monaſterio moniales magno in numero hodie reperiantur, non nullique Chriſti fideles, ac etiam diuerſę primo dicti monaſterij moniales varia bona, proprietates, & redditus annuos intuitu, ſiue in actu illius ingreſſus primo d. monaſterio reliquerint, & donauerint. & in ipſo hactenus ſub bona fide laudabiliter vixerint; proptereaque deuotæ S. V. Oratrices modernæ Prioriſſa, & moniales primo d. Monaſterij cupiant illud in monaſterium monialium per Sedem Apoſtolicam erigi, aliaque infraſcripta fieri, & decerni; ſupplicant igitur humiliter S. V. oratrices prædictæ quatenus in præmiſſis opportune prouiden. eaſque &c. primo d. monaſterium cum illius Sacriſtia, Campanili, campanis, Cœmiterio, refectorio, hortis, hortalitijs, alijſque officinis, & mẽbris neceſſarijs, & opportunis in monaſterium monialium ordinis S. Dominici ſub regula eiuſdem S. Catherinæ Senenſis viuentium quaſcumque dotes, ſiue dotales elemoſinas eidem primo dicto monaſterio per moniales huiuſmodi donatas & erogatas, nec non omnia alia, & ſingula bona proprietates redditus, iura obuentiones, & emolumenta quæcumque eidem primo dicto monaſterio hactenus, & in futurum illius, ac monialium intuitu, ac tam ante, quam poſt ingreſſum, ac etiam in actu ingreſſus monialium earundem in eo introductarum, & pro tempore introducendarum, & cuiuslibet earum quomodolibet relicta donata, & erogata, ac relinquenda, donanda, & eroganda,

„ ita quod liceat primo d. monaſterij Prioriſſæ, & Conuentui nunc, & pro tempore exiſtẽtibus illorum omnium veram realem, & actualem poſſeſſionem earum, ac primo dicti monaſterij nominibus libere apprehendere, & apprehenſam perpetuo retinere, illorumque fructus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcumque percipere, exigere, leuare, & arrendare, ac in ſuos, & primo dicti Monaſterij communes vſus, & vtilitatem conuertere *Dioceſani loci*, vel cuiuſuis alterius licentia deſuper minime requiſita, etiam perpetuò applicare, & appropriare, ac inſuper eidem primo dicto Monaſterio, illiuſque Prioriſſæ, conuentui monialibus, & perſonis pro tempore exiſtentibus, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs immunitatibus libertatibus, exemptionibus, prærogatiuis, præeminentijs, ante lationibus, facultatibus conceſſionibus indultis, fauoribus, & gratijs vniuerſis, tam ſpiritualibus, quam temporalibus, quibus alijs Monaſterijs, & Eccleſijs monialium ſub eadem regula viuentium, earumque Prioriſſis, monialibus, & perſonis in genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet conceſſis, & conceden. ac quibus illa, & illæ de iure vſu, & priuilegio aut alias quomodolibet vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, dummodo tamẽ illa ſint in vſu, nec reuocata, aut ſub aliqua reuocatione comprahenſa. & Sacris Canonibus, & Sacri Conc. Trid. decretis, inſtitutiſque regularibus ordinis, & regulæ huiuſmodi minime contrariæ ſimiliter, & pariformiter, & abſque vlla prorſus differentia vti, frui, potiri, & gaudere libere, & licitè valeant, non ſolum ad illorum inſtar, ſed pariformiter, & æque principaliter, ac abſque vlla prorſus differentia in omnibus, & per omnia perinde ac ſi illa primo dicto monaſterio, illiuſque Prioriſſæ conuentui Monialibus, & perſonis huiuſmodi ſpecialiter, & expreſsè conceſſa fuiſſent dicta auctoritate perpetuo indulgere, ac nunc, & pro tempore exiſtenti ſuperiori primo dicti monaſterij quocunque ſtatu ordinationes, capitula, & decreta illius, curam regimen gubernium, directionem, & adminiſtrationem concernen. & alias vtilia, licita tamen, & honeſta ſacriſque &c. minime contraria per Ordinarium loci pro tempore exiſtentem examinanda, approbanda, faciendi, & condendi, & quoties pro rerum, & temporum qualitate, aut alias expediens videbitur immutandi, corrigendi, moderandi, & in melius mutandi, aliaque ex integro cum paribus examine, & approbatione edendi, ac per Prioriſſam, & moniales, ac alias perſonas primo dicti Monaſterij firmiter, & inuiolabiliter ſub pœnis ad id infligendis obſeruari, ac adimpleri faciendi liberam, & abſolutam licentiam, & facultatem huiuſmodi ſimiliter concedere, atque impartiri præſentes quoque, & deſuper conficien. litteras, & in eis contenta quæcumque nullo vnquam tempore ſub quibusvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, aut alijs contrarijs diſpoſitionibus, etiam per S. V. & ſucceſſores ſuos Rom. Pontifices pro tempore exiſtentes conceſſis & factis comprahendi vel confundi, ſed ab illis ſemper excipi, & quoties illæ emanabunt toties in priſtinum, & validiſſimũ ſtatum. conſtitutas repoſitas, & plenarie reintegratas, ac de nouo, etiam ſub quacumque poſteriori data per Prioriſſam, & moniales pro tempore exiſtentes quandocumque eligen. conceſſas eſſe, & fore, ac Prioriſſæ, & Monialibus prædictis perpetuò ſuffragari, ſicq; per quoſcumq; Iudices Ordinarios, & Delegatos, quauis auctoritate fulgentes etiam Sacri Palatij Apoſtolici cauſarum Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & ViceLegatos, ac Sedis Apoſtolicæ Nuntios iudicari, ac deffiniri irritumque &c. decernere dignemini de gratia ſpeciali non obſtan. præmiſſis, ac quibuſuis Apoſtolicis, ac in Synodalibus, & Prouincialibus vniuerſalibuſque Concilijs editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus ordiniſque huiuſmodi etiam iuramenti Confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, & Conſuetudinibus ceteriſque contrarijs quibuſcumq; cum clauſulis opportunis.

„ Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum, &c. Et de perpetuis decreto, alijſque præmiſſis latiſſimè extenden. Et quod præmiſſorum omnium &c. cum clauſula perpetuo, & ad perpetuam rei memoriam expedien. Et ex voto Congregationis S. R. E. Cardinalium negocijs Regularium Præpoſitorum committatur Ordinario qui ſi, & poſt quam ei legitime, & concludenter conſtiterit primo dictum monaſterium neceſſaria clauſura, atque omnibus ſuis numeris, & partibus præſertim decenti Eccleſia interiori, & exteriori abſolutum, alijſque ad ſacrum, & prophanum vſum neceſſariis ſufficienter inſtructum, ac competentibus redditibus perpetuis, & ſecuris munitum eſſe, illud in Monaſterium arbitrio ſuo, & ſine alicuius præiudicio. Et præuia abſolutione à cenſuris per Moniales, quæ e ſuo Monaſterio ad primo dictum Monaſterium abſquè Sedis Apoſtolicæ licentia tranſlatæ fuerunt incurſis, impoſita eis aliqua pœnitentia ſalutari erigat, earumque monialium numerum in ipſo ſeruandum, qui ex iiſdem ordinariis redditibus, vel elemoſynis commode ſuſtentari poſſit præfigat. Et quod moniales quæ ad præſens in primo dicto monaſterio habitum ſuſcepiſſe, & profeſſionem regularẽ emiſiſſe reperiuntur denuo profeſſionem Regularem in manibus eiuſdem Ordinarii emittant, & ipſum Monaſterium eidem met Superiori, cui illud hactenus ſubiectum fuit, impoſterum ſubiectum ſit, & eſſe cenſeatur.

94 Dixi ſupra multiplices eſſe erectiones, quæ tamen ad duo genera reducuntur, propriam, & impropriam propriam erectionem dico, quando aliqua Eccleſia a planta conſtruitur, de qua per *Rocch. de Curte in verbo conſtruxit*, & de non Eccleſia fit Eccleſia. Impropriam dico, quando
95 Eccleſia iam reperitur conſtructa, ſed mutatur illius ſtatus, vt pote, quod Capella erigatur in Parochialem, & hoc poteſt Epiſcopus, *Rebuffus*

in præ-

in praxi tit. de Erectione in curatam , & Parochia-
lem per cap. ad audientiam il primo. de Eccleſ. ædifican.
quod tamen in *d. c. non ſtatuitur*, vt benè notat *Gar-*
zias de benef. par. 12. *c.* 5. *n.* 2. ſed malè ſe explicat,
nam ſacultas, de qua ſupra continet duo; mutatio-
nem nempe Capellæ in Parochialem, & hoc face-
re permiſſum eſt Ordinario. *Garzias* vero non di-
cit vtrum iſtorum non dicatur in *d. c. ad audientiam.*
Sane ratio quam reddit derumpta ex *Seſſ.* 25. *c.* 16.
Conc. Trid. videlicet. Nec beneficia ſimplicia, in cu-
rata conuerti ab Ordinario poſſunt denotar *Garz.*
cenſuiſſe *per d. c. audientiam*, Ordinario non eſſe li-
citum mutare beneficia ſimplicia in curata , quod
licet ſit verum, non tamen ſequitur quatenus Epiſ-
copus poteſt de nouo erigere Parochiales , quod
non poſſit Capellam erigere in Parochialem, aliud
96 enim eſt mutare Statum Eccleſiæ aliud mutare
ſtatum beneficij , reperiuntur enim Capellæ anti-
quæ indotatæ, in quibus diſpoſitio Conc. non pote-
rit verificati deinde poterit mutari ſtatus Eccleſiæ
beneficio in Eccleſia ſito in ſuo ſtatu permanente
vnde licet c. ad audientiam expreſſe non dicat, Epi-
ſcopum ex cauſa poſſe mutare Capellam in Paro-
chiam, nihilominus quia præcipit, vt nouæ Paro-
chiales ex cauſis ibi expreſſis erigantur per conſe-
quens cenſetur etiam permiſſum mutare ſtatum
Eccleſiæ, in qua mutatione nulli infertur præiudi-
cium. Alterum, quod dicebamus non contineri in
c. ad audientiam eſt erectionem iſtam non fieri au-
ctoritate ordinaria, quod eſt veriſſimum, quia tan-
tum abeſt, vt decretalis iſta, tribuat hanc auctori-
97 tatem Ordinario, quod immo potuis innuit con-
trarium *ibi quatenus ſi ita ſe res habet Eccleſiam ædi-*
fices, &c. quæ verba habent vim delegationis. Vn-
de erectio nouarum Parochialium nullo iure Or-
dinarijs expreſsè permittitur, quam per *Conc. Trid.*
d. c. 4. *ſeſſ.* 21. *de reform.* vbi licet dicatur iuxta for-
mam Conſtitutionis Alex. III. quę incipit ad audiẽ-
tiam &c. non tamen hoc debet referri ad facultа-
tem Ordinarij, ſed ad cauſas erectionis, de quibus
in d. c. ad audientiam.

Vel etiam dicitur erigi Eccleſia, quam vis iam
ſit conſtructa, ſed mutatur ex Parochiali in Colle-
giatam vt per *Garziam d. c.* 5. *n.* 4. *& Rebuff. in pra-*
98 *xi tit. de erectione in Collegiatam*, vbi dicunt aliquos
exiſtimaſſe hoc poſſe fieri per Epiſcopum, ſed hoc
nullo iure aſſeritur, niſi ex regula generali, quod vi-
delicet Epiſcopo in ſua Diœceſi permiſſum eſt
99 omne id, quod non reperitur prohibitum *c. ſi quis*
venerit de maior. & obed. c. vt animarum, & ibi *Gloſ.*
in verbo ſtatuto de Conſtit. in 6. *Bald. cap. fin. num.* 6.
100 *de off. leg.* Hac tamen regula generali non obſtan-
te vſus inoleuit, quod Epiſcopi propria auctoritate
101 Collegiatas nequeunt erigere ſed hoc omnino
reſeruatum eſt D. Papæ *Mandoſ. de ſignat. Gratiæ tit.*
electiones verſ. nouas dignitates; ita de anno 1612.
reſcripſerunt Interpretes Concilij Archiepiſcopo
Meſſanen., qui Eccleſiam Matricem Caſtri Regalis
erexerat in Collegiatam annullantes erectionem,
cum omnibus inde ſequutis.

Et ita etiam reſcripſit eadem Sacra Congrega-
tio in Conſulicien. Cantoriæ , quod tamen Rota
conatur aliter explicare, in eadem Conſulicien.
Cantoriæ prima Iulij 1620. coram Sacrato. Te-
nuerunt Domini &c. Non obſtant litteræ Sacræ
Congregationis ſuper negocijs Epiſcoporum , &
directæ Epiſcopo Licien., in quibus habetur. *Che*
hauendo il Signor Card. Lancellotto riferito nella Sa-
cra Congregatione, ciò che V. S. ſcriue circa la dignità
del Cantore eretta da lei nella ſua Chieſa. Queſti Il-
luſtriſſimi Signori m'hanno ordinato di riſponderle.
Che eſſendo la ſudetta erettione nulla , è neceſſario di
mandarne la confirmatione di queſta Santa Sede, &c.
Quia viſum fuit Dominis ex huiuſmodi litteris
non poſſe inferri, quod Sacra Congreg. iudicarent
ſuper nullitate cantoriæ, ſed ſolum hoc præſuppo-
ſuit vnde intrat concluſio, quod qui ſupponit nihil
diſponit in præſuppoſito *Alex. conſ.* 17. *nu.* 7. *lib.* 2.
Aym conſil. 966. *num.* 10. *lib.* 2. quia non demanda-
uit Epiſcopo vt annullaret, cantoriam ſed ſolum
conſuluit, eſſe petendam confirmationem, ſi enim
Sacra Congreg. intellexiſſet deuenire, ad annulla-
tionem, & ſic ad rem magni præiudicij ſorte vo-
luiſſet maiorem probationem quam aſſertionem
Epiſcopi, cui de iure non creditur in præiudicium
tertij *Bald. conſ.* 319. *numer.* 2. *lib.* 3. *Rebuff. conſil.* 3.
num. 3. *in fine Rota deciſ.* 17. *de probat. in antiqu.* Et
præſcripta eo magis procedunt quia non defi-
ciunt rationes pro validitate cantoriæ etenim tota
prætenſio eſt quod fuerit erecta in dignitatem ſi-
ne conſenſu, ſeu confirmatione Apoſtolica quod
de iure tamen poteſt fieri, iuxtà notata in *cap.* 1. *di-*
ſtinct. 22. *Felin. in cap. cum acceſſiſſent num.* 14. *verſic.*
tertia concluſio de Conſt. &c. Verum hæc inter præ-
tatio Rotæ eſt ſane contraria menti, & tenori di-
ctarum litterarum Sacræ Congregationis quæ ne-
dum ſupponit erectionem Cantoriæ eſſe nullam,
ſed hoc declarat cum vult petendam eſſe confir-
mationem. Neque Epiſcopi iuuari poſſunt au-
ctoritate Doctorum ſentientium, ipſos poſſe nouas
dignitates erigere quia quatenus de iure hoc ipſis
aliàs licuiſſet, facultatem illam per abuſum, & vſũ
contrarium amiſerunt & hoc iure hodie vtimur.
102 Et non ſolum Epiſcopi non poſſunt erigere no-
uas dignitates, ſed nec dignitaribus concedere no-
uas præeminentias puta vſum capparum, vel earũ
mutare colorem, aut quid ſimile, ſed hoc totum
hoc petendum eſt à Dataria, in quo articulo repe-
rio variaſſe decreta Congregationis Rituum, illa
enim de anno 1616. Archiepiſcopo Hidruntin. re-
ſcripſit vt infra, Archiepiſcopis Hidruntin. Eccle-
ſiæ, Sacræ Rituum Congregationi expoſuit per
ſuos Prædeceſſores fuiſſe permiſſa, & conceſſa di-
gnitatibus, & Canonicis d. ſuæ Eccleſiæ Metropoli-
tanæ caputia, ſiue almutia coloris nigri ſuper cot-
tas deferen., & per ipſum declaratum fuiſſe, vt di-
gnitates, & Canonici d. caputia, ſiue almutia colo-
ris violacei deferre poſſent, & valerent, Presbyteri
vero collectitij eiuſdem Eccleſiæ coloris nigri, &
ideo modernus Archiepiſcopus in Vrbe hodie prę-
ſens pro ſuo Eccleſiæ decore, & dignitate, quæ in
confinibus Chriſtianitatis prope Græcos, & Schiſ-
maticos, Turcas, & Albanenſes ſita eſt ab eadem
Congregatione confirmari, & approbari humiliter
petijt id, quod ab ipſo, & Prædeceſſoribus ſuis cir-
ca habitum, & ſigna Canonicorum, & Presbytero-
rum prędictorum factum fuit. *Quæ quidem Sacra*
Congregatio Rituum Almutia , & Caputia conuenire

Canonicis, & Presbyteris d. Eccleſiæ Metropolitanæ dixit, & ideo potuiſſe tam modernum, quam Prædeceſſorem Eccleſiæ Hydruntin. Archiepiſcopum aſſignare, & concedere Archidiacono, & Canonicis in ſignum, caputia, ſeu almutia violacei coloris., & Presbyteris collectitijs Eccleſiæ Metropolitanæ coloris nigri quæ vt in futurum tam Archidiaconus, & Canonici, quam Presbyteri Collectitij vt ſupra deferre poſſint, & valeant in Eccleſia Hydruntin. cenſuit, & declarauit, & conceſſit. Die 30. Ianuarij 1616.

Hoc decretum eum de anno 1620. pro Manſionarijs Eccleſię Placentin. in eadem Congregatione allegarem, non fuit habitum in conſideratione, ſed ab eo penitus receſſum, & dictum, Epiſcopo non licuiſſe concedere Manſionarijs delationem ſigni, quod prius non haberent, & negocium remiſit ad Datariam, & meo iudicio rectè; nam nouum ſignũ non debet ab vniuerſitate aſſumi propria auctoritate, ſiue etiam auctoritate ordinaria, ſed requiritur auctoritas Principis: quia per eam delationem
103 poſſet inferri præiudicium alijs in eodem loco, vel alibi exiſtentibus, *Abb Butr. & Anchar. & cæteri in c. dilecta de exceſs. prelat. Bald. in l. 1. C. quæ res vend. non poſſ. Felin. in c. Tertio loco nu. 1. extra de probat. & ante hos Bart. in tract. de Inſig. & armis nu. 5. cum ſeqq. & poſtea Caſſan. in Catalogo Gloriæ mundi concluſ. 23. & 48. Alban. conſ. 71. in fine.*

Aliquando etiam Eccleſia Collegiata erigitur in Cathedralem, & Cathedralis in Metropolitan. *Garzias d. c. 5 n. 1.* quod fit propter populi multitudinem *Rebuff. in praxi tit. de erectione Eccleſiæ in Cathedralem &c. nu. 3.* aliquando tamen Metropolita conſtituitur ob Ciuitatis decorem, vt nuper Epiſcopus Patiſien. creatus fuit Archiepiſcopus ob Regiæ Ciuitatis dignitatem, & in dubium eſt hoc nulli niſi Summo Pontifici licere, ſiue licuiſſe vt bene *Rebuff. vbi ſuprà*, vbi reſpondet *ad l. vnicam C. de Metropol.* in qua dicitur, Imperatorem poſſe conſtituere nouos Metropolitas, nempe quod lex illa debet interpretari de priuilegijs Metropolitæ ſecularibus, non autem quod ipſe creare poſſit Epiſcopum, ſiue Archiepiſcopum.

Huc etiam ſpectat, quando Collegium regulare mutatur in Collegium ſeculare, quod vulgo dicitur ſecularizare Eccleſiam, quo caſu mutatur ſtatus Eccleſiæ, adeo vt ceſſet omnis iuriſdictio, quam Prælatus haberet in Eccleſia, poſt quam per Papam fuit ſecularizata, vel mutata in alium ſtatũ iuxta notat. per *Hoſtien & alios in cap. cum inferior de maior. obed.* Hoc tamen Rota in Lauretana Iu-
104 riſdictionis prima Iunij 1618. coram Card. Sacrato voluit habere locum vbi nullum adeſſet indi-
105 cium contrariç mentis Papæ, & latius in Cæſarauguſtana lectoriæ 9. Februarij 1629. coram Reuerendiſſimo Coceino Decano.

„ Iterum dubitaui an Archiepiſcopus poſt ſecu-
„ lariżationem Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ teneatur
„ Lectori Sacræ Scripturæ ad ſolutionem eiuſdem
„ Salarij, quod ab immemorabili tempore in ſtatu
„ regularitatis ſoluebat, & DD. perſtiterunt in reſo-
„ lutis ſub die 21. Februarij præteriti. Solutio enim
„ iſtius Salarij ab immemorabili tempore facta ab
„ Archiepiſcopo induxit ad fauorem officij, vel per-
„ ſonæ ſubſtinentis officium lectoris, titulum, & obli-
„ gationem *l. hoc iure § ductus aquæ ff. de aqu. quotid.*
„ *& æſtiu. c. 1. de præſcript. in 6. Bart. in l. cum de in rem*
„ *verſo num. 2. verſ. veniamus ad ſecundum ff. de vſur.* &
„ quidem iure præſcriptionis immemorabilis, quæ
„ operatur, vt omnia ad ſubſtantiam, ſolennitatemq;
„ obligationis, & tituli prçſumantur interueniſſe.
„ *Bald. Angel. & alij in l. qui aliena § 1. ff. de aeq. hæred.*
„ *Io. Andr. Butr. & cæteri in c. peruenit de cenſibus, &*
„ *in c. Albericus de Teſtibus, & not. Imola, & alij in c.*
„ *cognoſcitur de ijs, quæ fiunt à Prælatis ſi. con. cap. Curt.*
„ *Iun. conſ. 20. nu. 6. lib. 1.* vbi dicit id quoq; ſibi ven-
„ dicare locum, etiam in caſibus, in quibus ius com-
„ mune reſiſtit, latè *Pariſ. conſ. 111. n. 50. lib. 1.* Ita vt
„ poſſit allegari contracta huiuſmodi obligatio ex
„ meliori titulo de mũdo, ac dici onus iſtud in fũda-
„ tione Archiepiſcopatus fuiſſe appoſitum, vt ex *tex.*
„ *in c. ſuper quibuſdam §. præterea vbi Gloſ. in ver. non*
„ *extat de verb. ſignific. & Dec. in conſ. 586. num. 2.* fuit
„ dictum in prætetita deciſione. Nec obſtat muta-
„ tio ſtatus Eccleſię, quia cum litteræ ſecularizatio-
„ nis prçſeruent omnia iura in ſtatu regularitatis
„ competentia, & expreſsè diſponant, quod omnia,
„ & ſingula, quæ in Eccleſia pro Canonicis, & perſo-
„ nis regularibus erant, ſint de cætero pro Canonicis,
„ & perſonis ſecularibus, vtiq; ſequitur, quod huiuſ-
„ modi ſalarium tanquam emolumentum officio, ac
„ perſonç lectoris deſtinatum, & ius vni ex Canoni-
„ cis certo, velut generi perſonarum competens, &
„ vt tale relatum inter onera mitrę Archiepiſcopa-
„ lis pro Canonico hodie ſeculari lectore, eidemq;
„ tanquam repræſentanti perſonam, & ſuſtinenti of-
„ ficium lectoris in anteriori ſtatu regularitatis præ-
„ ſeruatum cenſeri debeat, cum Papa in hoc præſer-
„ uando ſtatum antiquum voluerit integra remane-
„ re iura primęua, & ſic non tollere anteriorem obli-
„ gationem Archiepiſcopi circa ſolutionem iſtius ſa-
„ larij ex *Baldo, Oldrado*, & alijs in prçterita deciſione
„ allegatis. Nec inſtitutio Canonicatus lectoralis
„ cum aſſignatione prçbendç ſuſtulit eandem obliga-
„ tionem: quia ſicuti per inſtitutionem d. Canoni-
„ catus vti factam ad mentem Concilii officium le-
„ ctoris conſideratum tanquam proueniens ex ante-
„ riori ſtatu regularitatis, non fuit extinctum, ſed po-
„ tius per viam translationis conſolidatum cum d.
„ Canonicatu lectorali; ita per aſſignationem prç-
„ bendç nõ poteſt dici ſublatam fuiſſe obligationem
„ Archiepiſcopi, cum ad ipſam cumulatiue veniret
„ d. aſſignatio, vt latius fuit comprobatum in eadem
„ deciſione. Neq; etiam obſtat, quod in ſtatu regu-
„ laritatis lectores eſſent ad nutum, & nominationẽ
„ Archiepiſcopi manuales, atq; amouibiles, & ideo
„ reſpectu ipſorum nulla pc conſiderari poſſeſſio
„ ad effectum prçſcriptionis, vt fuit reſolutũ in cauſa
„ Salamantina ſtipendiorum 6. Iunii 1603. coram me:
„ Card. Lancellotto iuniore; quia fuit reſponſum, d.
„ deciſionem non applicari cum loquatur de Capel-
„ lanis manualibus, & ad nutum amouibilibus, quo
„ caſu deficit ſubiectum capax poſſeſſionis ad effe-
„ ctum prçſcribendi tum ratione perſonarum, tum
„ ratione rei. Ratione quidem perſonarum quia cũ
„ poſſint ad nutum amoueri, non acquirunt ius ali-
„ quod petendi ſalarium niſi pro tempore, quo inſer-
„ uiunt de voluntate deputantis ad regulam in fa-
„ cultatiuis non cadit prçſcriptio, licet immemora-
bilis,

„ bilis *l.cum notiſſimi C.de præſcr.30. annorum. Aneb.*
„ *conſ.339. num.8. verſic. & ſic eſt quædam facultas.*
„ Ratione vero rei, quia huiuſmodi Capellaniæ ma-
„ nuales carent titulo, penes quem poſſit eſſe poſſeſ-
„ ſio, vt ex *Calder.conſ.26.de præbend.* firmatur in ea-
„ dem deciſione Salamantina, in hoc autem caſu
„ quo ad perſonas videbatur non deficere ſubiectum
„ capax poſſeſſionis, quia vltra quod non iuſtificatur
„ in facto, quod Archiepiſcopus poſſet quandocũq;
„ amouere lectorem à ſe prius nominatum, tamen
„ in omnem euentum Archiepiſcopus non habebat
„ ius nominationis facultatiuum abſolute, ſed reſtri-
„ ctum, ac limitatum ad certum genus perſonarum,
„ nempe ad vnum ex Canonicis Capituli, quatenus
„ habilis reperiebatur, quod certum genus perſona-
„ rum, ſiue Capitulum, non poteſt dici perſona ma-
„ nualis, aut amouibilis ad nutum quia ſemper eſt
„ idem *gloſ.fi.in cap.alienationes 17.q.2.Feder. de Senis*
„ *conſ.295.in fi.Gemin.conſ.65.nu.10. verſ.non obſtat,*
„ & ſic dubitari non poteſt, quin eſſet capax poſſeſ-
„ ſionis *l.1.§.fi.cum l.ſeq.ff.de acquir.poſſ. & notat in l.*
„ *ſigni §.item municeps ff ad exhibendum, Alex.conſ.99*
„ *nu.12.lib.5.* præſcriptio enim non prætenditur ſim-
„ pliciter acquiſita ex poſſeſſione cuiuslibet lectoris
„ tanquam perſonæ particularis: quia modo vnus,
„ modo alter ad nutum Archiepiſcopi deputabatur,
„ in quibus terminis procedit d. deciſio Salamanti-
„ na, ſed tanquam vnius de certo illo genere perſo-
„ narum, ad quas ius nominationis Archiepiſcopi re-
„ ſtringebatur ad tradita late per *Pariſ. conſ.11 t. nu.*
„ *64 & ſeqq.* & præſertim *n.68. & 71. lib.1.* Vbi quod
„ factum à ſingulis de Vniuerſitate, dicitur factum
„ ab Vniuerſitate ad effectũ acquirendi præſcriptio-
„ nem, quãdo illud tale fit pro executione iuris quę-
„ ſiti per ſingulos tanquam de Vniuerſitate. Quo ve-
„ ro ad officiũ lectoris illud non erat manuale, neq;
„ ad nutum amouibile, ſed perpetuum, ac fundatum
„ in ſtatutis, & ordinationibus capitularibus, vnde
„ penes ipſum poterat eſſe poſſeſſio ad effectum prę-
„ ſcribendi, & quãuis perſonæ amoueretur, ius tamen
„ apud ipsũ officiũ exiſtens, non reſoluebatur. *Bald.*
„ *conſ.121.nu.6.verſ.quædam vero lib.3.* qui quamuis
„ loquatur de dignitate, attamen poteſt etiam intel-
„ ligi de officio. cum dignitas, & officium æquipatẽ-
„ tur *c.1. & ibidem Arch.in gloſ.magna in fin.de conſuet.*
„ *in 6.* Maximè ſi officium ſit perpetuum, & agatur
„ de acquirendo ipſi officio *Federic. de Senis conſ.20.*
„ *nu.4.verſ. & quod officium, & n.8 verſ.non obſtant iu-*
„ *ra, quæ innuunt,* & in ſimili quod licet decedat Præ-
„ latus, poſſeſſio tamen ſit apud Eccleſiam, *Innoc. in*
„ *c.cum in officij, de teſtam. & in c.cum ſuper de cauſ.poſ.*
„ *& prop. Alex.in l.cum hæredes §.item quæro ff.de ac-*
„ *quir.poſſ.* Et quod ideo poſſeſſio continuetur in ſuc-
„ ceſſorem ſine noua appręhenſione, *Guidop.dec.355*
„ Secundo principaliter DD. conſiderabant ceſſare
„ omnem difficultatem in caſu iſto, cum Archiepiſ-
„ copus etiam poſt ſecularizationem per ſpatiũ 17.
„ annorum continuauerit in ſolutione eiuſdem ſala-
„ rij. quæ ſatis deſeruiunt pro obſeruantia, cuius in-
„ tellectum, atq; interpretationem ſequi debemus.
„ *Hond conſ.92.n.30 lib.1.Rota deciſ.608.nu.6.p.2.in*
„ *recent. Adden.ad deciſ.184.n 8.ſa.me.Greg.XV.cum*
„ *alijs allegatis in præterita deciſione.* Cętera quę hodie
„ repetuntur per informantes, vel non indigent reſ-
„ ponſione, vel abundè fuerunt ſublata in eadem
„ deciſione cum qua DD. tranſierunt. Et ita &c.

Hoc idem ſenſit *Mandoſ.vbi ſupra tit.reductiones*
ad ſecularitatem Veeſ.an autem vbi in verſ. Eccleſia,
106 ſecularis affirmat facilius Eccleſiam ſecularem
tranſire ad regularitatem, quàm è contrario, quòd
tamen de temporibus antiquis intelligendum eſt.
vt notat *Choppin.in monaſtico li.1.art.3.n.6.* vbi prò-
bat nedum Francię plures Eccleſias ex ſecularibus
107 regulares effectas, ſed ferè omnes Eccleſias An-
gliæ quæ modò (pro dolor) omnem regulam, & pie-
tatem deſeruerunt, hodierna praxis tamen eſt con-
108 traria, & non ſolum Eccleſia ſecularis non tranſit
ad regularitatem ſed nec conceditur regularibus
prouiſio Eccleſiarum, quarum ipſi de iure cõmuni
ſunt capaces, puta Parochialium ratione iure, &
prædicationis verbi Dei iuxta *c. quod Dei timorem*
de ſtatu Monach. vbi latè Gloſ. in verbo Eccleſiarum
Parochialium. Sed requiritur diſpenſatio Apoſtoli-
ca vt dicit. *Gonzal.Reg.8.Gloſ.7.n.53.* vbi ponit de-
clarationem Concilij videlicet, *SS.D.N.Greg.XIII.*
noluit licere Canonicis Regularibus Congreg. Lateran.
109 *etiam de licentia ſui Generalis abſq; permiſſu Summi*
Pontificis aſſumere curam animarum, etiam ad tem-
pus, multoq; minus beneficium curatum ad tempus, ex
qua declaratione apparet, hallucinatum eſſe Gon-
zalem cum dicit, regularem pro obtinenda Paro-
chiali ſeculari indigere diſpenſatione Apoſtolica;
quia hoc non dicit declaratio, ſed dicit *abſq; permiſ-*
ſu Summi Pont. &c. & ita etiam hallucinatur *Mand.*
in Signat.Gratiæ tit.Diſpenſatio Monachorum in prin-
cipio quem ſequutus eſt *Gonzalez*, qui etiam dicit
requiri diſpenſationem pro regulari volente obti-
nere curatum ſeculare, pro quo allegat *text.in cap.*
Monachi de ſtatu Monachorum & in c. cum de benefi-
cio de præbend.in 6. quia neuter textus hoc dicit, vt
patet legenti, dicit quidem hoc *Gloſ.in d.c.Monachi*
verbo Parochiales, ſed abutitur vocabulo diſpenſa-
tionis pro licentia ſiue permiſſione vt loquitur de-
claratio Interpretum, de qua ſupra, & rurſus alia
Veronen.die 17. Nouembris 1629. Sacra Congre-
gatio Card.Concilij Trid.Interpretũ cenſuit D.Io.
Iacobũ Canonicũ S. Georgij in Alga *Oratorem eſ-*
ſe, capacem pro obtinenda Eccleſia Parochiali ſecula-
ri, concurrente tamen expreſſo Sedis Apoſtolicę per-
miſſu, & ſic permiſſio ſolum requiritur, non diſpen-
ſatio: quia c. quoad Dei timorem nunquam fuit
abrogatum, & ideo litterę huiuſmodi prouiſionis
nullam continent diſpenſationem, qua prouiſus
non indiget, ſed ſola permiſſione tacita ex ſcien-
tia Papę.

110 Incidit hic quęſtio an regularis ſit aliquo mo-
do capax penſionis ſuper beneficio Eccleſiaſtico
ſeculari, & regulariter non eſſe capacem arguitur
per *textum in dicto cap.cum de beneficio.* Verùm ha-
bui caſum de tempore Pauli V. pro Nicolao Ba-
ratterio Placentino Canonico Regulari Lateranen.
qui iuxta cap. quoad Dei timorem obtinebat Pa-
rochialem ſecularem, quam reſignare intendebat
ad fauorem Præsbyteri Secularis reſeruata ſibi ſu-
per illius fructibus annua penſione, ſuper quo fuit
porrecta ſupplicatio Papę, tunc Tuſculi ruſticanti-

quo

quo quotidie mittebantur ſupplicationes, & illi Papa mann propria ſubſcripſit. *An Orator obtinuerit Parochialem ex diſpenſatione Apoſtolica exprimatur.* huic reſcripto ego reſpondi non indiget diſpenſatione Apoſtolica; quia de iure communi eſt capax, & cum hoc meo reſponſio ſupplicatio iterum ſuit miſſa Tuſculum, reſponſioni meæ Papa ſubiecit *non eſt penſionis capax*. Ego ſubintuli fuit capax omnium fructuum ergo, & partis, & cum hac reſponſione Papa ſignauit ſupplicationem, quam vis illa reſponſio non eſſet adæquata, nam licet regulariter verum ſit, quod Regularis obtinens Parochialem ſecularem, ſit capax eo ipſo omnium ſtuctuum Eccleſiæ, hoc tamen prouenit propter curam animarum, qua deficiente non ſupereſt ratione cuius poſſit eſſe capax. Nihilominus Pontiſex videtur reſpexiſſe in hac gratia ad curam præteritam, & Nicolao tanquam e merito militiæ bene functo indulſiſſe quietē adeout longe facilius ſit regulari obtinere penſionem ſuper beneficio reſignato quam ex obitu, ſiue de conſenſu, vel alia de cauſa. Indiſtinctè autem poteſt cuicunque regulari reſeruari penſio, ſuper cuiuſcumque beneficij fructibus ſine diſpenſatione ſed ſufficit quod regularitas exprimatur *Gygas de Pen. q. 15.*

Quod dixi Regulari non eſſe opus diſpenſatione intelligi debet de merè Parochialibus non autem de Curatis. Vt ſi dignitas haberet annexam Curam animarum Regularis non eſſet illius capax. Immò difficillimè cum eo diſpenſatur. Habui tamen nuper caſum in Eccleſia Nemauſen., in qua cum vacaret Archidiaconatus prima illius Eccleſiæ dignitas, cui incumbit cura animarum, & quæ de Iurepatronatus Regio exiſtit, ipſe Rex ad eam vacantem nominauit quendam Canonicum Regularem virum, doctum, & Theologum, & per ſuos Oratores inſtetit apud Sanctiſſimum pro diſpenſatione quam obtinuit, eo quod nominatus concionando contra Hæreticos multum proficeret.

Seenndò quando dixi Regularem non indigere diſpenſatione ad obtinendum Parochialem ſæcularem debet intelligi de Canonico Regulare tantùm non de alijs Regularibus. Immò Congregatio Negotijs Regularium præpoſita Fratri Franciſcano ab Epiſcopo Mantuano tempore Peſtis ad regimen. Parochialis deputato deneganit vlteriorem adminiſtrationem etiam ad tempus, quamuis Epiſcopus, & Populus inſtarent. Quia videlicet ceſſauerat cauſa deputationis.

Tertiò notandum quod licet de iure Canonum vt ſupra oſtendi Canonicus Regularis non egeat diſpenſatione ad obtinendum Parochialem Sæcularem; vſus tamen hodiernus eſt contrarius ex declaratione Interpretum Concilij.

111 Huc etiam ſpectant translationes, quæ fiunt dupliciter, vt notat *Mandoſ. in Sig. Grat. tit. Translationes vno modo*, quando Eccleſia mutatur de vna in aliam altera quādo perſona mutatur de vna Eccleſia ad aliam, de quibus in *c. mutationes 7. q. 1. & per Rebuff. in praxi tit. de translationibus &c.* vbi affert cauſas, quando debeat ſiue poſſit fieri translatio. Quando fit translatio de Eccleſia ad aliam transferuntur ſimiliter omnia iura, *c. & hoc diximus vbi Gloſ. 16. q. 7.* & ſuſe probat Rota in Montis Regalis, ſeu Foſſanen. bonorum 26. Ian. 1622.

DD. informantibus tantum Monialibus, &c. Non obſtat, quod in translatione Monaſterij Cellæ nouæ ex loco campeſtri intra menia Ciuitatis Regalis fuerunt d. bona à d. Monaſterio Cellæ nouæ diſmembrata, & Monaſterio Foſſanen. applicata: quia omnia bona, & iura Monaſterij Cellæ nouæ tranſierunt in Monaſterium, in quod fuerunt d. moniales translatæ, *c. & hoc diximus, vbi Gloſſ. 16. quæſt. 7. Io: Andr. in c. cum perſona ſub nu. 9. de priu. in 6. Lap. alleg. 608. ſub nu. 3. Oldrad. conſ. 267. nu. 2. Seraph. deciſ. 1149. nu. 16.* Nec potuerunt a d. Monaſterio ſine ſolemnitatibus de iure requiſitis diſmembrari, & Monaſterio Foſſanen. applicari *Cald. conſ. 23. ſub nu. 1. verſ. & licet dubitetur de regul. Socin. conſ. 52. nu. 15. lib. 4.* & per conſequens etiam d. diſmembratione non obſtante competit dd. monialibus reintegratio. *Verall. deciſ 170. p. 3. & fuit dictum in Toletana Parochialis de Madrid 27. Iunij 1601. coram Corduba &c.*

Idem & quidem in fortioribus terminis, nempe
112 in translatione declarata nulla firmauit Rota in Forolinien. Parochialis 15. Maij 1626. coram Buratto, quam deciſionem hic nō exhibeo: quia propediem typis data, & à D. Io: Franciſco Ferentillo, (qui mecum iſti cauſæ aderat) notis illuſtrata prodibit publice, & hoc præſertim ſibi vendicare
113 locum in iuribus non competentibus ratione loci, notat Rota in Toletana Decimatum de Sazedon 5. Aprilis 1593. coram Card. Arrigonio.

Cnm Eccleſia &c. Nec obſtat, iura ſuper illius decimis ſpectaſſe antiquitus ad Eccleſiam del Biſpo, & Eccleſiam de Sazedon non poſſe dici in iuribus illius ſubrogatam, cum ſit ædificata ab immemorabili tēpore, & vt poſſit dici ſubrogata, oportet, quod eſſet ædificata poſt dirutionem, prout dicitur de Caſtro diruto. Quia fuit reſponſum non conſtare an fuerit ædificata antea, vel poſtea, & licet in articulis ponatur de memoria hominum excedente, tamen cum etiam non eſſet memoria, quando d. Eccleſia del Biſpo diruta fuerit, fieri poteſt, quod d. Eccleſia de Sazedon poſtea fuerit ędificata. Vltra quod iura vnius Eccleſiæ poſſunt etiam transferri in aliam antea ædificatam *Gloſ. in c. priu. circa med. verſ. itē ſi auctoritate Superioris de reg. Iur. in 6. Innoc. in c. 2. ſub. n. 3. verſ. Idē videtur de noui operis nunciat addit ad Bart. in l. inter ſtipulātem §. ſi verū in verb. Eccl. deſtructa in fine ff. de verb. oblig.* Et præſertim quia non ſumus in iuribus cōpetentibus ratione loci tantum, quo caſu forſan attenditur an ſit idem locus renouatus, & alter poſtea loco illius ædificatus ſed in iuribus, quæ cōpetunt ratione populi cui adminiſtrantur Sacramenta, vnde in qua parte ipſius termini del Biſpo adminiſtrarentur prædicto populo, & transferatur, cum in Eccleſijs etiam antea ædificatis nihil intereſt dummodo ſint intra eundem terminum; facit id, quod dicitur de priuilegio conceſſo vel ratione populi, vel Caſtri, vt *Petr. Antibo. in tract. de Mun. in 3. p. princip. nu. 44.* Eodem modo fuit reſponſum
114 ad id, quod dicebatur, quod fieri poterat hanc Eccleſiam de Sazedon fuiſſe Capellam Succurſus

infra

„ infra eoſdem limites, & non eſſe inconueniens in-
„ fra eundem terminum duas Eccleſias adminiſtra-
„ re Sacramenta, quia cum vna ſit diruta & ſolo æ-
„ quata, & remaneat populus infra eundem termi-
„ num, omnia iura cenſentur remanſiſſe, vel trans-
„ lata in iſtam de Sazedon, quæ d. populo admini-
„ ſtrat Sacramenta, & nõ acquiſita portionariis, &c.
115 Hodie vero ne contingat dubitari, an aliqua
Eccleſia fuerit vnquam Parochialis, ſi illius fiat
translatio apponitur clauſula. Et cum ſuperficie
terrę & oſſibus mortuorum ibi exiſten. & dimiſſo
inibi aliquo Sacello, ſiue Oratorio in ſignum
translatæ Parochialis Eccleſiæ huiuſmodi, &c.
quando vero transfertur Parochialis ad nouam
Eccleſiam in commodiori loco ædificandam, &
prior Eccleſia remanet tunc dicitur. *dummodo præ-
ſens Parochialis non deſtruatur, ſed integra remaneat.*
116 vt in ea Miſſæ arbitrio Ordinarii celebrentur.

In translatione vero Capellaniæ de Eccleſia ad
aliam reſcribitur. Et committatur Ordinario,
qui de præmiſſis ſe diligenter informet, & ſi, &
quatenus ei videbitur pro *diuini cultus augmento,
ac ſalute, & ſpirituali conſolatione animarum expe-
dire ſuper* quo eius conſcientia oneratur transferet
dictam Capellaniam vt ſupra, vel illam relinquat
in ſuo ſtatu, & de conſenſu moderni Capellani
poſſeſſoris d. Capellanię ſeu ex nunc, prout ex tunc
cum primum ex eius perſona quomodolibet va-
cauerit, nec alias &c. & quo ad translationem d.
Capellaniæ faciat prout ſibi, habita ratione nu-
meri Miſſarum in vtraque Eccleſia huiuſmodi
celebrari ſolitarum, & populi ad eam confluentis
concurſus magis videbitur expedire eius conſcien-
tiam deſuper oneran. ſolent huiuſmodi transla-
tiones eſſe ſatis frequentes, vt pote quia ante hac
plures Eccleſiæ ſeculares conceſſę ſint regularibus,
in quibus exiſtebant beneficia ſimplicia onus Miſ-
ſarum habentia, & clerici ſeculares vix cum regu-
laribus poſſint conuenire: quapropter conceſſio-
nes huiuſmodi ſunt valde reſtrictæ, & hodie non
conceduntur Eccleſiæ ſeculares regularibus, ſed
ſolummodo earum vſus, quod ipſum etiam cau-
ſat moleſtias, & tricas, cuius culpa non eſt meum
terminare.

In idem ferè incidit quando non Capellania,
ſed paruum legatum, ſiue onus celebrandi Miſſas
transfertur de Eccleſia ad Eccleſiam, & tunc re-
ſcribitur *Ordinario conſtito ſibi de præmiſſis, & ſine
alicuius præiudicio, & facto prius augmento d. legati
arbitrio eiuſdem Ordinarij &c.*

Quandoq; etiam transferuntur Monaſteria vi-
rorum, vel monialium cum facultate prophanan-
117 di ob redditũum paucitatem, vel aliam ob cau-
ſam, & tunc apponitur clauſula. Ita tamen, vt in
habitu, & regularibus inſtitutis monialium ipſius
monaſterij ſe omnino conformare debeant, & cõ-
mittatur eidem Ordinario, qui ſi & poſt quam dd.
moniales translatæ fuerint, vt præfertur quoad
prophanationem ſeruata forma Concilij Tri-
dent. & quoad venditionem, & alienationem præ-
dictas coniunctim cum obtinente dignitatem in
Eccleſia, ſeruata forma Conſtitutionis fe. rec. Pau-
li Papæ II. quæ incipit cum in omnibus iudiciis
&c. procedat, & pretium inde proueniens in præ-
dictos vſus omnino conuertat.
118 Quocumque autem modo fiat translatio illa
communiter venit ſub nomine mutationis *Mandoſ.
d. tit. translationes in princ. & ad reg. 19. q. 11. num. 3.
Rebuff. in praxi eod. tit. in princip. Pariſ. de reſig. lib. 3.
q. 18. nu. 32.* adeo vt vnio, & quælibet alia incor-
poratio rectè dicetur translatio.

Poſtremo notandum, quod licet ſupra dixerimus,
Eccleſiam Parochialem quandoq; mutari in Col-
119 legiatam, & Collegium in Cathedralem hoc non
debet intelligi, quod ea ſint incõpatibilia, & quòd
ſuperueniẽte Collegialitate deſinat Parochialitas:
quia immo poteſt vna, & eadem Eccleſia eſſe Pa-
rochialis, & curata, & quandoq; cura pertinet ad
Capitulum, quandoq; de licentia Capituli ſpectat
ad vnam dignitatem, de quo latè per *Garziam p. 9.
cap. 2. §. 1. nu. 189. & 190.* Immo vna Eccleſia po-
teſt eſſe ſimul Parochialis, & Cathedralis habens
omnia iura Parochialia, ſicut haberet Eccleſia in-
ferior *Abbas in c. cum ſuper nu. 3. de ſepulturis.*

De translatione pro nunc ſatis, reliqua de tran-
ſlatione perſonarum dabimus in expoſitione ſup-
plicationis, quam nunc aggredimur.
120 *Nullo Sedis Apoſtolicæ reſcripto deſuper obtento.*
Monaſteria virorum poſſunt extrui cum licentia
ſolius Ordinarii ex diſpoſitione Concilii Trid. ſeſſ.
25. cap. 3. de regul. quamvis ante Concilium de
iure communi requireretur auctoritas Apoſtolica
per *textum in cap. 1. de exceſſ. prælat. in 6.* quam de-
cretalem licet non abrogarit Concilium, inhæret
tamen priuilegiis Apoſtolicis regularibus con-
ceſſis, quibus ipſis permittitur ædificatio nouorũ
Monaſteriorum de Ordinarii conſenſu, quæ priui-
legia habent vim iuris communis, vt notat *Rodriq.
quæſt. Regul. tom. 2. quæſt. 50. art. 3. verſic. aduerten-
dum tamen, Rota deciſ. 745. p. 2. recent.* quod de ſo-
lis mendicantibus videtur intelligendum ſtante
121 declaratione Interpretum Concilii ad d. cap. 3.
mihi num. 8. videlicet *Monachi non poſſunt monaſte-
ria ædificare in Parochia, in qua ius non habẽt ſine co-
gnitione, & licentia Papæ ex decreto Congregationis,*
122 & expreſsè firmat *Choppin. de Iure Cœnobitarum,
lib. 1. tit. 3. num. 11.* Mendicantes etiam in conſtru-
ctione nouorum Monaſteriorum tenentur ſeruare
certas leges, de quibus per *Caſarubios in comp. pri-
uil. Mendic. Verbo ædificare,* vbi annotatio *Cordu-
ba, & Capuccini* explicat quæ nam ſint in vſu, &
123 quibus per contrariam conſuetudinẽ derogatũ.

Monaſteria vero monialium abſq; licentia Papę
hodie non eriguntur ex declaratione Interpretum
Concilii, & ratio eſt, quia Ordinarii quandoq; non
adhibent erectioni eam quam debent diligentiam
præſertim in aſſignatione dotis, cum ſæpius eue-
nerit, quod propter aſſignationem dotis in erectio-
ne minus cõgruam, neceſſe fuerit Monaſteria iam
pridem erecta prophanare.

Pro huiuſmodi erectionibus ſoluitur in Data-
ria compoſitio, cũ regula, ſit quod pro omni ere-
124 ctione exigatur, vt latius dicam lib. 3. vbi de cõ-
poſitione agemus, pro nunc tamen aduertebam
adhibendam forta ſſis eſſe aliquam diſtinctionem
non ſolum quo ad bona, videlicet an Monaſterium
erigatur de bonis laicalibus, vel de bonis Eccleſia-
ſticis, quo caſu nullum dubium, quin compoſitio
ſit de-

ſit debita, ſed etiam quo ad perſonas nempe ſi erectio fiat per Eccleſiaſticos, ſiue per Seculares, nam de prioribus ſemper viget præſumptio, quod erectio proueniat ex bonis Eccleſiaſticis, licet in dominio Eccleſiaſtico non ſint, ſed penes perſonam, *vt latius dicemus lib.2.* vbi agemus de patronatu, & hoc caſu non eſt abſonum exigere compoſitionem. Verum quando laicus feruore deuotionis, & intuitu pietatis de bonis mere laicalibus erigit, & fundat Monaſterium, tunc nulla videtur cauſa aſſignari poſſe, ob quam Orator debeat componere, & Officiales in hac parte fortaſſis ſunt aliquantulum rigoroſiores, qui rigor efficit, vt multoties laici a ſimilibus erectionibus retrahantur pertæſi compoſitionis pro opere bono, vel ſine erectiones fiant Sede Apoſtolica inconſulta, quod non eſt boni exempli, nã in ſimilibus ſufficit incœpiſſe; vtriuſque caſus ponam exemplum. Paulus Puteus Placentinus ſenior, prole carens instituit ſibi hæredem vſufructuariam eius vxorem ſimiliter vetulam; poſt cuius obitum voluit conuerti ædes ſuas, quas habitabat in Monaſterium monialium, in quo reciperentur Virgines Placentinæ pauperes præſertim nobiles, & bonæ famæ, inibique educarentur omni Monaſterii ſumptu, vt nec nihilũ poſſent de domo propria afferre ad d. Monaſterium. Sed ſi quid veſtium ex neceſſitate attuliſſent, id illico deberet remitti ad domum parentum, & virgo ſic recepta veſtiri ex prouentibus monaſterij, inibique educari donec perueniret ad ætatem nubilem, & tunc vel regulam profiteri, vel ſi hoc minus placeret, nuptui tradi, dote ei ex prouentu Monaſterij iuxta perſonæ qualitatem aſſignata: Deceſſit Paulus Teſtator, eiuſq; Vxor pio ipſius conatui inhærens ipſa viuente, tantum opus voluit ne dum perficere, ſed eidem vltra hæreditatem viri aſſignare, & appropriare etiam dotem ſuam aureorum nempe bis mille annuorum, & illico domum ad clauſuram redegit, & ad conſtructionem ſe accinxit, cuius confirmationem cum peteret à Sede Apoſtolica, fuit de more petita compoſitio, quam ipſa omnino ſe ſoluturam negauit, mox intra paucos menſes deceſſit, & voluntas Teſtatoris non fuit effectuata, ſed omnia iſta bona peruenerunt ad manus conſanguineorum, qui de opere pio per Teſtatorem inſtituto, nec cogitarunt quidem. Alter caſus: Sereniſſimus, & Piiſſimus Princeps Archidux Albertus Princeps Belgij &c. erexerat, & fũdauerat de proprijs pecunijs Bruxellis Monaſterium monialium Capuccinarum, in cuius conſtructione expoſuerat vltra quinquaginta aureorum millia, petijt huius erectionis confirmationem à Sede Apoſtolica, & Dataria petijt compoſitionẽ, de qua certior redditus, Princeps alioqui religioſiſſimus reſpondit, ſe promptiſſime ſoluturum obuentiones, & emolumenta debita officialibus, qui oneroſo titulo tales ſunt, pro compoſitione vero ſe daturum nihil, adeovt confirmatio non fuerit expedita, & Monaſterium hodie exiſtat ſine confirmatione, qua propter exiſtimo magnam per Officiales Datariæ adhibendam eſſe in ſimilibus materijs diſcretionem, & cautelam: quia inferuntur Sedi Apoſtolicæ vulnera non facile medicabilia, fidem etiam, & pietatem per agentes, vt non ita auſtere partibus reſcribant, ſed petentiũ mentes, qua poſſunt ratione deliniant, aſſerentes, ac demonſtrantes peculium, quod in compoſitione exponitur in pauperum ſubuentione, & alios optimos vſus conuerti, nec tędere quemquam debere, quod qui in ipſo opere exponit millia, centũ exẽpli cauſa exponat in recognitionem ergà ſupremum Eccleſiæ caput, verum vt dixi de hac re fuſius tractabimus, *lib.3.*

125 *Quatuor moniales ex alio Monaſterio, &c.* ex cauſa poſſe regulares de vno Monaſterio ad aliud transferri ſupra firmauimus, licet generaliter trãſitus huiuſmodi ſit prohibitus *c. non eſt vobis, & c. ſanè de regul.* cauſæ autem poſſunt eſſe plures, ſed pręcipua aer loci Regulari ibi degẽti infeſtus: quæ cauſa non tam militat in Viris in Congregatione degentibus, quàm in monialibus, quibus vnicum Monaſterium eſt, & hac de cauſa vidi aliquot meo tempore moniales de vno Monaſterio ad alterum transferri de licentia Papæ, quam in translatione monialium requiri introduxit vſus, & tunc reſcribitur. Et de licentia Superioris primi Monaſterij, & committatur Ordinario, qui eidem oratrici de primo dictis Monaſterio, & ordine ad ſecundo dictum de conſenſu tamen Abbatiſſæ, & maioris partis Conuentus eiuſdem transeundi licentiam tribuat, & concedat, que poſt quam ſic canonice translata fuerit vitam regularem in ſecundo dicto monaſterio ſub illius regularibus inſtitutis perpetuo ducere ſtatuat, ſpondeat, & promittat, & dummodo in ſecundo dicto Monaſterio ſtrictior vigeat obſeruantia regularis, & translatiõ huiuſmodi intra ſex menſes proximos, nec ad euitandum aliquam commiſſorum criminum pęnam fiat, alioquin præſens gratia nulla ſit eo ipſo, &c. In Indijs tamen, quando magna concurrit cauſa, vt monialis debeat transferri, quia ob locorum diſtantiam licentia vt plurimum non veniret
127 tempore habili, vidi translationem per Ordinarium ex legitima, & iuſta cauſa factam in Curia Romana confirmari, & approbari.

Notanda etiam ſunt verba ſub illius Regularibus inſtitutis viuere ſpondeat, & promittat, &c.
128 quæ non important nouam profeſſionem emittendam eſſe, quia translatus de vno Monaſterio ad alterum non tenetur emittere nouam profeſſionẽ. *Rebuff. in praxi tit. de translatione Monachorum nu. 1. & 2.* Reuiſores in Dataria apponunt clauſulam in translationibus, in Regno Franciæ vbi non expediuntur litteræ: videlicet & cum decreto quod d. Orator habita poſſeſſione d. Prioratus de Monaſterio in quo profeſſus eſt ad Monaſteriũ à quo dictus Prioratus dependet, dummodò inibi par vel arctior vigeat Regularis obſeruantia, alioquin præſens gratia nulla ſit transferri ibique in Monachum, & Fratrem recipi debeat, &c. extra Franciã vbi expediuntur litteræ, reuiſores nullum apponunt decretũ ſed illud permittunt Cancellariæ.

Quo vero ad translationem Monachorum, & Fratrum illa poteſt fieri cum licentia Superioris
129 abſq; alia licentia Papæ, ſi tranſitus fiat ad ſtrictiorem, & ſufficit licentia petita, licet non obtenta *Rebuff. loco proximè allegato nu. 5. & 6. Rodriqu. quæſt. reg. tom. 3. quæſt. 52. art. 3.* adeo vt tranſitum huiuſ-

huiuſmodi Superior non valeat impedire *c. licet de*
130 *reg.* quia autẽ dicatur ordo ſtrictior non eſt facile
explicatu, vt notat idem *Rodriq. vbi ſupra q. 4. & 5.*
& propterea ſinguli ferè Ordines obtinuerunt in-
dulta, nè quis ex ipſis poſſit tranſire ad talem, ſiue
talem regulam nominatim recuſando ordines, qui
communiter cenſentur ſtrictiores, vt videre eſt in
d. *Compendio priu. Mendic. verbo recipere.*

Prædictæ autem concluſioni, quod videlicet li-
ceat Regularibus petita licentia, & non obtenta
tranſire ad ſtrictiorem, quæ fundatur in *c. licet de*
regul. videtur aduerſari Conſtitutio *Pij V.* in Ord.
89. in Bull. nouo. Verum Conſtitutio iſta reuocat
ſolummodo priuilegia, quibus quis transferri po-
teſt ad alium ordinem, non autem ius commune,
vt benè notat *Rodriq. vbi ſupra q. 8.* Vnde reſtat in
ſuo robore diſpoſitio *c. licet.*

Rurſus magna eſt quæſtio quis ſit ille ſuperior,
qui poſſit, vel debeat impartiri licentiam tranſeũ-
131 di, de quo late per eundem *Rodriq. vbi ſuprà art.*
9. qua propter licet in puncto iuris opinio *Rodriq.*
de tranſitu de licentia Superioris, vera ſit, ad tol-
lendas nihilominus omnes difficultates inoleuit
praxis, quod etiam ſi tranſeundum ſit ad ſtrictio-
rem, nihilominus hoc non fiat niſi auctoritate A-
poſtolica, & Congregationis Cardd. negocijs Re-
gularium præpoſitæ, & tunc non apponitur clau-
ſula (De licentia ſui Superioris) vt notat *Mandoſ.*
de Sig. Grat. tit. licentia Verſic. Quando vero religio-
ſus, &c. Hodie tranſitus nullo modo permittitur
132 inconſulta Congregatione negocijs Regularium
præpoſita ſiue fiat ad laxiorem, ſiue ad ſtrictiorẽ,
vel ſaltem inconſulta Sacra Pœnitentiaria, & vtra-
que ſolet reſcribere, dummodo beneuolum inue-
niat receptorem.

Quaſcumque dotes, ſiue dotales elemoſinas eidem
primo dicto Monaſterio per moniales huiuſmodi dona-
tas, & erogatas, &c. Quæ bona quando, & quo-
modo remaneant in translatione Monaci, ſiue
Monialis primo Monaſterio, vel tranſeant ad ſe-
cundum, habet aliquam difficultatem, quam par-
ticulari quæſtione enodandam cenſui.

QVÆSTIO XVII.

An tranſiens ad ſecundam Religionem deferat ſecum omnia, quæ tulit ad primam.

N*Auarrus conſ. 56. de reg. lib. 3.* indiſtinctè firmat
apud primum Monaſterium remanere omnia
133 bona legitime per inibi profitentem acquiſita.
Rebuff. ſuper Concord. de reg. ad prelat. nomi §. vltim.
in verbo conceſſa. Verſic. Quid ſi Monachus dederit,
Cald. conſ. 23. de reg. Lap. alleg. 62. & alij adducti per
Rebuff. Mandoſ. vero de litt. Grat. tit. Translationes,
verſ. ſed quero Monachus, diſtinguit de vſufructu, &
proprietate, hanc vult remanere penes prius mo-
naſterium, vſufructu cum Monacho ad ſecundum
translato; diſtinctionem hanc licet veritatem con-
tineat arctius examinat *Rodriq. q. regul. 52. art. 27.*
tom. 3. & Renat. Choppin. Monaſticon. lib. 2. tit. 3. n. 24
poſt Abbatem in c. non eſt de Regul. & tranſ. ad relig.
& in c. licet eod. tit. Vel agimus de tranſmittenda
proprietate, & ſunt diſtinguendi duo caſus. Primus
caſus eſt, quando Religioſus tranſit ſine iuſta cau-
ſa, & ſine auctoritate Prelati ad aliud Monaſteriũ,
& tunc non defert ſecum bona primo Monaſterio
acquiſita, quia tranſitus non eſt legitimus, & in
hoc non videntur auctores diſſentire, vt per ſcribẽ-
tes in *c. quod a te de Cler. coniug. & Socin. conſil. 52.*
nu. 14. & 18. lib. 4. ſed ponderanda ſunt verba *ſine*
iuſta cauſa, quæ videntur ſuperflua: nam accedẽ-
te conſenſu, & auctoritate Superioris iuſtam cau-
ſam concurriſſe præſumitur, vel enim loquimur
de Superiore Ordinario, & tunc nulla poteſt con-
currere iuſta cauſa præter tranſitum ad arctiorem
quæ patenter eſt iuſta, vt ea concurrente Superior
etiam ſi velit non poſſit tranſitum impedire *c. licet*
de regul. vel loquimur de Summo Pontifice, & ſi ip-
ſe cauſam translationis approbat, non eſt amplius
quærendum, vtrum cauſa fuerit iuſta nec ne; ſed
ſolum poſſet controuerti factum, pro quo tamen
eſt præſumendum, ſi tranſitus fuerit ſequutus, &
propterea in hoc membro diſtinctionis poſſent o-
mitti verba illa *ſine iuſta cauſa,* cum totum hoc re-
ducatur ad auctoritatem Superioris, ex cuius de-
fectu etiam poſſet cauſari tranſitus non legitimus
puta. ſi Superior Regularis Ordinarius approba-
uerit aliam cauſam, quam tranſitum ad arctiorẽ.

Secundus caſus eſt, quando Religioſus legitima
auctoritate, tranſit ad alium ordinem & hoc caſu
Menoch. per Nauarr. relat. per Rodriq. vbi ſupra exi-
ſtimant, idem dicendum, quod in primo caſu, nem-
pe bona non tranſire ea ratione, quod bona Ec-
cleſiaſtica ſine ſolennitate alienari non poſſunt.
Verum hæc ratio, vt benè *Bart. & Dec. ibi allegati,*
non eſt bona, quia dos Religioſo conceditur ratio-
ne perſonæ, quam concomitari debet, & acquiri-
tur primo Monaſterio ſub conditione quadam, vi-
delicet, donec Religioſus in eo maneat.

Vel agimus de tranſmittendo vſufructu, & tunc
ſimiliter conſiderandum, an iuſta de cauſa fiat trã-
ſitus, & cum legitima auctoritate. nam ſi ea defi-
ciat, nec quidem defertur vſusfructus ſecundo mo-
naſterio, nec quidem ratione alimentorum, & ſibi
imputet ſecundum monaſterium, quod recipiendo
indebitè Religioſum alterius profeſſionis, conie-
cerit ſe in neceſſitatem alendi. Tertius eſt caſus.
quando Religioſus ob ſua demerita transfertur, ad
ſecundum monaſterium, quod cogitur eum ſuſci-
pere, & tunc non defert nec proprietatem, nec vſũ
fructum, ſed ſolum aſſignatur ei portio quædam
congruens vitæ ſuſtentationi arbitrio boni viri ta-
xanda *c. de lapſis 16. q. 6.* Dixi arbitrio boni viri, ſed
iuriſdictione legitime delata, non enim debet quis
ſibi ſumere iuriſdictionem arbitrandi, niſi defera-
tur, & propterea grauiter peccant Parlamenta, ſi-
ue Concilia Principum ingerentia ſe in huiuſmodi
arbitrio ad petitionem Monaci, quandoque Apo-
ſtatæ, & profugi, vt ſunt ſaluo guardiæ Parlamen-
ti, ſiuè arreſtas, & firmæ Regni Arragoniæ. De
anno præterito habui cauſam in Signatura pro
Monaſterio de Florin ordinis S. Benedicti Leodien.
Diœceſis contra quendam Fratrem Andream Cu-
lot qui certis de cauſis ex Monaſterio profugus
adiuit Conſilium Brabantiæ, & pro eius ſuſtenta-

tione

tione, obtinuit ſibi adiudicari fructus, & redditus
bonorum d. Monaſterij in Brabantia ſitorum, ſed
monitum Conſilium a decreto receſſit.

Aliam ponit quæſtionem *Choppin. loco allegato*
134 *nu. 24. in fine videlicet.* An Monachus alieno mo-
naſterio ſuperioritate præfectus, & præfecturæ ſe
abdicans, tranſmittat bona ſua ad primum, vel ad
ſecundum Monaſterium. Hæc quæſtio videtur pen-
dere ex illa alia, an cedens ſuperioritati, remaneat
Monachus primi, vel ſecundi Monaſterij quam *Ro-
driq. vbi ſupra art. 26. ita reſoluit.* Vel Monachus fa-
ctus Superior alterius monaſterij emiſit profeſſio-
nem in ſecundo monaſterio, & eſt effectus Mona-
chus illius monaſterij, & ſecundum hanc doctrinã,
dicendum erit bona tranſire ſaltem quo ad vſum
fructum. *Coppin. vero loco allegato diſtinguit de bonis
videlicet*, vt peculiares Monachi res priori mona-
ſterio aduoluantur, pecunia vero ſecũdo monaſte-
rio acquiratur, & ita Areſto Pariſienſi. 7. Idus Se-
ptembris Ann. 1546. fuiſſe iudicatum ea ratione
quod res peculiares fuiſſent apud translatum an-
te translationem, peculium vero acquiſiuerit ex
magiſtratu.

Quo verò ad ſucceſſionem bonorum in transla-
tione ad monaſterium eiuſdem ordinis viget vſus,
135 quòd ſuccedat monaſterium, cuius translatus eſt
filius; pulchram deſuper habetur Conſtitutionẽ Do-
minicani *diſtinct. 1. c. 14.* quam libet adijcere. *Bona
fratris defuncti, quæ ab aliqua Prouincia, vel Cõuen-
tu habuit ſint illius, quæ vero aliter acquiſiuit, ſint con-
uentus, cuius eſt filius ſi in alio Conuentu non eſt aſſi-
gnatus ſimpliciter, ſed ad tempus propter ſtudium, vel
,, propter officium aliquod.* Quæ vero hæreditate ob-
,, uenerint, erunt Conuentus ſui Originalis, etiam ſi
,, alterius Conuentus factus ſit filius. Si vero eſt aſ-
,, ſignatus in aliquo Conuentu ſimpliciter, & pro ta-
136 li ibidem præſentialiter receptus, qui illi proui-
,, deat de toto victu, veſtitu, & alijs huiuſmodi diui-
,, dentur hæc aliter acquiſita mobilia æquis portio-
,, nibus inter Conuentum in quo eſt aſſignatus, &
,, Conuentum, cuius eſt filius. Alioquin quarta pars
,, tantum erit Conuentus, in quo ſimpliciter eſt aſ-
,, ſignatus. Immobilia verò non hæreditate obue-
,, nientia ſemper erunt Conuentus, cuius eſt filius.

Hæc de bonis ante translationem quæſitis, quæ
vero poſt translationem legitime factam obue-
niunt, deferuntur ſecundo monaſterio *Couar. de te-
ſtam. c. 1. n. 8. vſq; in finem. Rodriq. q. 80. art. 2. tom. 2.
Choppin. Monaſticon lib. 1. tit. 3. nu. 24. & omnes com-*
137 *muniter*, ſed habui caſum de anno 1628. vbi fra-
ter quidam Siluanus addictus, & profeſſus in Sac.
Eremo Camaldulenſium Tuſculum aufugit, & de-
inde obtinuit à Sede Apoſtolica facultatem tran-
ſeundi ad Auguſtinianos certis ibi expreſſis de
cauſis, & fortaſſis veris, non tamen narrato, quod
ipſe eſſet profugus ex Eremo, deinde cum apud
Auguſtinianos degeret obuenit ei hæreditas, dubi-
tabatur vtri monaſterio cederet, & priori mona-
ſterio cedere conſului ea ratione, quod Siluanus
non expoſuiſſet Sanctiſſimo ſe Apoſtataſſe, & pro-
fugũ eſſe ex primo monaſterio de quo debuit fieri
mentio, vt notat *Rodr. d. q. 55. art. 14. & eſt doctri-
na Abb. in c. ne Religioſi de reg. & tranſ. ad relig. n. 3.*

Rurſus alia, & quidem grauior hic incidit quæ-
138 ſtio. Vtrum Capuccinus, qui apud eos profeſſio-
nem emiſerat obtinens facultatem tranſeundi ad
Dominicanos ſi poſt translationem ei obuenerit,
hæreditas illa cadat ſecundo monaſterio, ratio du-
bitandi eſt ardua, nam cum frater ille illico, ac pro-
feſſionẽ emiſit apud Capuccinos ſit mortuus mũ-
do, & omnis ſucceſſionis incapax videtur, acquiſi-
tũ ius agnatis in ſucceſſione ad ipſius excluſionem.
Neq; videbatur gratia Papæ præiudicium voluiſſe
inferre agnatis & ius ipſis quæſitum tollere admit-
tendo tranſitum, ſed ſolum voluiſſe gratificari trã-
ſeunti, & ita contra fratrem illum Artuſium del
Hoſpital ex Capuccino militem Hieroſolimitanũ
effectum, de quo ſupra, iudicauit parlamentum
Toloſanum de anno 1618. & videtur conſonum
doctrinæ *Abb. in c. ſi quis ante de reg. & tranſ. ad rel.
& in c. 10: eod. tit. n.* 8. vbi expreſsè dicit, gratiã tran-
ſeundi eſſe perſonalem, & nihilominus tranſeuntẽ
huiuſmodi dici aliquo modo Apoſtatam. Sed ma-
le, nam eodem tempore. idẽ caſus accidit Romæ,
vbi Capuccino fuit data facultas tranſeũdi ad Do-
minicanos, & poſt tranſitum huiuſmodi, & emiſsã
profeſſionem obtigit illi hæreditas, a qua ipſum, ſi-
ue potius Monaſteriũ eius nomine excludere co-
nabantur agnati, & cauſa coram Cardd. Interpre-
tibus Conc. Trid. introducta, iudicatũ fuit, me pro
hac parte ſcribente, Conuentum Dominicanorum
pro fratre eius profeſſo ſuccedere debere, moti ea
ratione, quod Papa transferens Monachũ de mo-
naſterio ad monaſterium, efficit eum monachũ ſe-
cũdi monaſterij pariformiter ac ſi in nullo alio an-
tea profeſſus fuiſſet, & ideo reſcribit Dataria. *Itavt
ex nunc eiuſdem Monaſterij Monachus cenſearis, & in
eo recipiaris in Monachum Rebuff. in prax. ti. de trãsl.
Monach. nu. 2. Mandoſ. de Sig. Grat. tit. licentia, verſic.
Religioſis.* Et ſi tranſiens efficitur Monachus ſecũ-
di Monaſterij, neceſſe ſequitur, quod ſit liberatus à
primo monaſterio, cum vtriq; obedire non poſſit,
adeo vt omne ius competens Monachis ſecundi
monaſterij, competat etiam translato pariformi-
ter, ac ſine vlla diminutione, *Rodr. d. q. 52. art. 26.*

Non obſtat quod tranſiens huiuſmodi per pro-
feſſionẽ apud Capuccinos emiſsã mortuus fuerit
mundo, & illico ius ſuccedendi acquiſitum fuerit
agnatis: quia ius illud erat reſolubile ex gratia Pa-
pæ, qui potuit profitentem, & ficte mortuum reſti-
tuere, vt dicimus de reuerſis poſtliminio, & nulla
ratio permittit, quod translatus efficiatur in om-
nibus Monachus ſecundi monaſterij excepto iure
ſuccedendi, ſine quo ſecundum monaſterium eum
non recepiſſet, & ſic præiudicium agnatorum non
cõſideratur primo, & principaliter, ſed venit in ne-
ceſſariam conſequentiam translationis, & non eſt
locus regulæ, quando quis vtens iure ſuo alteri in
139 conſequentiam ſit præiudiciũ *Gom. in reg. de iure
quæſit. non toll. q. 3. n. 10. verſ. vt tamen omnis ſcrupu-
lus, Caſ. de Graſſ. dec. 1. nu. 9. de ſepult.* & Papa in his
habet plenitudinem poteſtatis, *Abb. in c. non eſt de
Regul.* Verum quia delatio iſta bonorum in tranſi-
tu Regularium pendet ab ea inſpectione an, &
quando translatus cenſeatur effectus Monachus
ſecundi Monaſterij, videamus an ad hunc effectum
translatus teneatur denuo profiteri in ſecundo
Monaſterio.

QVAE-

QVÆSTIO XVIII.

An tranſlatus profeſſus de vno Monaſterio ad alterum teneatur etiam in ſecundo profiteri.

MAndoſ. de Signat. Grat. tit. licentia verſ. Religioſis tangit hanc quæſtionem, ſed
nihil reſoluit remittens ſe ad Abbatem, &
140 alios, *Rebuff. in praxi tit. de tranſlatione Mona-
chorum, num. 2. poſt Fed. de Sen. conſ. 5. de regul.*
tenet negatiuam ea ratione quod vtrobique
facta profeſſio in idem tendat, & ideo non
eſſe neceſſariam ſecundam profeſſionem,
cum totum id, quod Deo vouendum erat,
votum fuerit in prima profeſſione. *Rodriq.
quæſt. reg. tom. 3. quæſt. 5 5. art. 25.* tenet affirma-
tiuam ea ratione quod qui ſimilem vitam
cum alijs ſuſpiciunt, ſimilem debent ſentire
in legibus diſciplinam, quod aliter fieri non
poteſt, niſi per ſimilis profeſſionis emiſſio-
nem argumento *c. in noua 16. quæſt. 7.*

Hæc quæſtio ſanè eſt ardua ſatis, & ad-
uerti, Datariam circa huiuſmodi reſcriptum
ſæpiùs variaſſe; quia antiquitus non appone-
bat clauſulam, ita quod denuo profeſſionem
in ſecundo Monaſterio, teneatur emittere
Regularem, quæ hodie vt ſupradictum in
tranſlationibus ſaltem in Francia apponitur,
& proinde examinandæ ſunt vtriuſque opi-
nionis rationes, deinde firmandus Stylus
Datariæ.

Ratio Rebuffi pro negatiua non videtur
efficax: quia licet verum ſit, quod vtrobique
emittatur trium votorum profeſſio, & ſic il-
la eadem ſit apud omnes. Nihilominus nul-
lo iure prohibetur profeſſionis iteratio, &
quam vis *Hoſtien. in c. ad Apoſtolicam de Regul.*
notet, Sacros Canones contentos eſſe vna
generali profeſſione, in quocumque tandem
Monaſterio emittatur, non tamen firmat
141 profeſſionem ſecundo emitti non poſſe,
prout Principes Seculares ſæpius, & itera-
to exigere poſſunt iuramentum fidelitatis, &
Patres Ieſuitæ in vim ſuarum Conſtitutio-
num, (vt mihi refertur) ſingulo decennio exi-
gunt à ſuis votorum emiſſorum ratificatio-
nem, ne videlicet longioris temporis curſu,
quo diſplicere potuerunt incipere, hebeſcat,
eorum obſeruantia.

142 Ratio vero Rodriquez pro affirmatiua
ſimiliter non concludit: nam licet verum ſit
quod qui cum alijs communem vitam ſuſci-
piunt, ſimilem debeant in moribus recipere
diſciplinam, non inde ſequitur, quod noua
143 debeat emitti profeſſio: quia ſimilis diſci-
plina inducitur ex priori profeſſione, quæ in
ſubſtantia vbique eſt eadem, vt notat Re-
buff. loco allegato, & licet ſingula Monaſte-
ria propria habeant inſtituta, pro eorum ob-
ſeruatione tranſlatus poterit particulari iu-
ramento aſtringi abſque reiteratione pro-
feſſionis ſemel rite emiſſæ, quod abunde
præſtatur per clauſulam in tranſlationibus
apponi ſolitam *ſub illius Regularibus inſtitutis
viuere ſpondeat, & promittat, &c.* quæ non
importat votorum ſolemnium reiteratio-
nem. Nec obſtat, *c. in noua 16. quæſt. 7.* quia
ibi non eſt ſermo de profeſſione regulari,
ſed de profeſſione Vitæ, videlicet quod lai-
cus non debeat eſſe Iudex immo nec œco-
nomus Clerici.

Ego in hac quæſtione firmo Stylum cum
diſtinctione. Vel tranſlatio fit, eo, qui
transfertur nolente, & tunc non eſt exigen-
da reiterata profeſſionis emiſſio, ſed ſatis
eſt, quod alligetur Statutis ſecundi Mona-
ſterij, quod poteſt facere Papa, quemadmo-
dum potuiſſet mutare ſtatuta primi Mona-
ſterij, & profeſſum ad ea aſtringere, cum ea
nihil habeant commune cum profeſſione,
ſed ſint Leges à profeſſione trium votorum
144 ſubſtantialium extrinſecæ, quæ iuxta mu-
tationem temporum poſſunt variare *Rodriq.
quæſt. 54. artic. 9. tom. 2.* vnde ſtatutorum ob-
ſeruationi abunde prouidetur per d. clauſu-
lam *ſub illius Regularibus inſtitutis, &c* & pro-
feſſus remanet alligatus voto ſemel rite
emiſſo, & ſic ceſſat inconueniens, quod Pa-
pa tollat liberum arbitrium, quia non adigit
ad emiſſionem profeſſionis, quæ libera eſſe
debeat, ſed ad obſeruantiam ſtatutorum,
quæ ſunt quid neceſſario conſequens ad
profeſſionem, quia nullibi eſt Congregatio
abſque Ordinationibus, & Statutis. Si
vero tranſlatio fiat petente tranſlato, tunc
videtur poſſe apponi clauſula, quod denuo
profiteatur, quia nulla illi infertur vis ad
ſecundam profeſſionem emittendam, ſi re-
manere velit in prima vocatione, & nul-
lum eſt inconueniens, vt modo dixi ſecun-
do profiteri an vero in ſecunda profeſſione
nomen mutari poſſit, prout fieri ſolet in
prima profeſſione vix auſim affirmare: quia
in profeſſionis emiſſione mutatur profiten-
tis nomen, eo quod profeſſio ſit ſecundus
Baptiſmus, nam vtrobiq; renunciatur mun-
do, & pompis eius, vt notat *Copb. in Mona-
145 ſtico lib. 2. tit. 3. nu. 17.* ſed qui ſemel profeſ-

ſus eſt iam renunciauit, vnde quemadmodum Baptiſmus ita nec profeſsio videtur reiteranda nunc redeamus ad ſupplicationis expoſitionem.

Illorumque fructus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcumque percipere Diœceſani licentia, vel cuiuſuis alterius deſuper minime requiſita, &c. Dataria in huiuſmodi materijs omnia permittit Diœceſani arbitrio, vt ſunt ſtatuta condere, Eccleſiam decentem, & clauſtrum conueniens extruere, mores Regulares introducere, & ſimilia; ſed quod attinet ad bonorum adminiſtrationem, hoc nemini, niſi ipſis profeſſis iniungitur: quia poſſet Ordinarius iniquior eſſe, & exactionem impedire, ſine qua Monaſterium ſuſtineri non valet, vnde adminiſtratio permittitur ipſis profeſſis, vel ad hoc deputatis iuxta *cap. in nona 16. quæſt. 7.* Committitur ta-
146 men Ordinario congrua dotis aſſignatio, vt infra in clauſulis. *Ac competentibus redditibus perpetuis, & ſecuris munitum eſſe, &c.* quia ſæpiſſimè vidimus Monaſteria monialium ob incongruentem dotem, vel prophanari, vel in alios vſus conuerti. Et propterea Congregatio Cardinalium negocijs Regularium præpoſita multum inuigilat, vt in erectione Monaſterij monialium concurrat congrua dos, & ſecura, ne aliquando ob inopiam contingat profeſſas inde dimitti.

Vt omnibus, & ſingulis priuilegijs, &c. ponitur hic exactiſſima priuilegiorum communicatio, quæ operatur ac ſi omnia, & ſingula in ſpecie, & nominatim eſſent conceſſa, *Rodr. reg. quæſt. 17 artic. 4 tom. 1. Modern. de priu. med. verbo priuilegium,* & vt omnis tol-
147 latur difficultas. Subditur. Non ſolum ad illorum inſtar, ſed pariformiter, & æque principaliter, &c. Inualuit hodie opinio, quod priuilegium ad inſtar non habeat vim ſpecificæ conceſſionis, & fundatur in *conſ. Burth 19. num. 10.* qui tamen hoc non dicit,
148 ſed quod priuilegium ad inſtar conceſſum perſonæ diuerſæ qualitatis, non poteſt adæquari primo priuilegiato in ijs, quæ ſtatui proprio repugnant, puta adequatio Abbatis ad poteſtatem Epiſcopi intelligi debet, & referri ad illa; quorum eſt capax Abbas, & in ſibi proportionabilibus, vt dicitur ad litteram in c. ea, quæ de ſtat. Monac. & ſic priuilegium ad inſtar operabitur quo ad omnia quorum eſt capax priuilegiatus, alias enim priuilegium nihil operaretur, ſed eſſet mera deluſio concedentis, quod eſt abſur-
149 dum. Ita dicimus, Cardinales æquiparari Regibus, hoc eſt quo ad dignitatem, non autem quo ad potentiam, ſeu maieſtatem.

Sub quibuſuis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum reuocationibus, &c. valde hodie laboratur à Confectoribus minutarum ad inueniendum derogationis formulam, cui deinde per derogationes generales non derogetur, eſtque magna controuerſia inter Doctores, an derogatoriæ particularis diſpoſitionis continentes derogatoriarum derogatorias cenſeantur reuocatæ in ſecunda diſpoſitione generali cum ſimilibus derogatoriarum derogatorijs, & per clauſulam quorum tenores, quando prior diſpoſitio (vti iſta quam habemus præ manibus) continet clauſulam, quod ſub derogatoriarum derogatorijs non comprehendatur, niſi illius de verbo ad verbum fiat mentio. Magna in quam eſt controuerſia, & a Doctoribus non intellecta, ſaltem non bene explicata, vt notat *Gonzalez Gloſſ. [illegible]* et totum,
152 vbi quinque ponit concluſiones cum ſuis limitationibus, quæ omnes tendunt in hoc, quod diſpoſitio generalis tunc derogat priori particulari, quando conſtat, diſponentem voluiſſe reuocare, hocque elici ex eo, quando diſpoſitio generalis recipit vires a derogatione derogatoriarum diſpoſitionis particularis præcedentis, & alias ſuum non ſortiretur effectum, ſed redderetur inutilis.

153 *Cum clauſula perpetuo, & ad perpetuam rei memoriam,* in erectionibus, & ſimilibus quando litteræ ſunt gratioſæ ſecus in Commiſſarijs gratijs apponitur clauſula ad perpetuam rei memoriam in litteris ſub plumbo; in alijs verò gratijs non fit mentio alicuius temporis, in litteris vero in forma Breuis, & ſub annulo Piſcatoris apponitur vel iſta clauſula ſi gratia in perpetuitatem concernit, vel ſi temporanea eſt, apponitur altera ad futuram rei memoriam.

Et ex voto Congregationis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinal. negocijs Regularium præpoſitorum, &c ſupra oſtendimus omnes gratias erectionem concernentes, ad aliquam ex Congregationibus Cardinal. exami-
154 nandas remitti, ſi de erectione beneficij, vel Eccleſiæ agitur ſupplicatio remittitur ad Congregationem Concilij, ſi de
155 erectione Monaſterij ad Congregationem Regularium, in qua examinantur erectionis requiſita. Congregationes autem illæ excepta Congregatione Concilij fuerunt introductæ a Sixto V. vt ſupra
156 dictum eſt; antiquior reliquis eſt Congregatio illa, quæ dominij Eccleſiaſtici regimen adminiſtrat, & Sacra conſulta appellatur, cuius auctorem ferunt S. Carolum

Bono-

Borromeum, non tamen reperitur aliqua eius in-
ſtitutio, ſed ipſius inſtitutum Summi Pontifices ſe-
quuti ſunt.

157 *Ac competentibus redditibus munitum, ac mo-
nialiũ numerum in ipſo ſeruandum &c.* Quemadmo-
dum proſpici deber de cenſu Monaſterij, qui per-
petuus, & ſecurus ſit, ne contingat ob inopiam
Monaſteriũm deſeri, ita poſt quam ſufficienti cen-
ſu dotatum eſt, non videtur vlterius eſſe locus re-
ceptioni dotium. Et propterea *Concil. Trid. ſeſſ. 25.
cap. 3. de regul. inhærens, c. in periculoſo §. ſane de ſta-
tu regul. in 6.* præſcribit in ſingulis Monaſterijs eſſe
præfigendum monialium numerum, quæ ex ipſius
redditibus commode ali queant, vltra quem nulla
alia recipiatur, & propterea *Nauarr. de reddit. Ec-
cleſ. monit. 61.* indiſtincte affirmat, receptionem do-
tium pro ingreſſu monialium eſſe ſimoniam, tamẽ
Rodriq quæſt. regul. 49. art. 2. reſtringit, hanc cõclu-
ſionem ad monaſteria locupletiora. *reliqua art. 1.*
exiſtimat excuſari propter vſum. Re vera articu-
lũs hic eſt ſatis arduus, nam luxus per Italiam im-
menſum excreuit, & in conſequens dotium quan-
titas adeo vt nobilis, vel ciuis plurium filiarum pa-
ter, non valens ſingulis ingentem dotem dare, co-
gatur eas educare in ſpem Monaſterij, & hinc nu-
merum in Monaſterijs præſcriptum augere neceſſe
eſt, & monialium auctione neceſſe etiam eſt, quod
ſumptus ſuppeditentur largitione nouarum dotiũ,
quibus tamen aliquis deberet ſtatui terminus, o-
mitto alios pręter dotem ſumptus ſane exceſſiuos,
158 qui fiunt in ipſa habitus ſuſceptione, quorum li-
mitatio, quia ſpectat ad eos, qui inde lucellum re-
cipiunt fieri non poteſt. Cæterum exceſſiuitatem
dotium plurima in Republica cauſare incommo-
da notum ſatis, ſed nõ ſatis prouidetur, licet enim
Ciuitates aliquæ ſtatuerint dotibus terminum vt
Romæ Senatusconſultoſta tutus eſt, & motu pro-
prio ſanctione Pontificia per Pium V. confirmatus,
nihilominus tàm Senatus Conſultum, quàm illius
confirmatio nihil aliud operatur, quam vt vtriuſq;
petatur derogatio, quæ negatur nemini.

Expoſitis clauſulis ſupplicationis apponenda
quæ ſuperſunt de Eccleſiarum erectione, & trans-
latione, & quia diximus iura vnius Eccleſiæ trans-
ferri ad aliam Eccleſiam poſſe, hoc non ſolum de-
bet intelligi, quando extruitur. V. G. noua Paro-
chialis, quæ amplior ſit veteri, & commodior, &
ius Paręciæ transfertur in nouiter extructam ſed
contingit etiam, vt nulla noua Eccleſia erecta trã-
sferãtur iura vnius Eccleſiæ ad aliam ſiue amplio-
rem, ſiue commodiorem, etiam antea ædificatam.
159 *Gloſſ. in cap. priuilegium circa medium. verſic. Item
ſi auctoritate Superioris de regul. Iuris in 6. Innoc. in
cap. 2. ſub num. 2. verſic. Idem videtur de Noui oper.
nunciat addit. ad Bart. in l. inter ſtipulantem §. ſi certam
in verbo Eccleſia deſtructa in fine ff. de verbor. obligat.*
160 & tunc apponitur clauſula, *Et cum ſuperficie
terra, & oſſibus mortuorum ibi exiſten., & dimiſſo
inibi aliquo Sacello, ſiue Oratorio in ſignum translata
Parochialis Eccleſiæ huiuſmodi.* nam prophanatio-
nes Parochialium non facile conceduntur diſpo-
nente Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 7. *Quod ſi nimia ege-
ſtate omnes laborent ad matrices, ſeu viciniores Ec-
cleſias transferantur cum facultate tam dictas Paro-
chiales, quam alias Eccleſias dirutas in prophanos
vſus non ſordidos, erecta tamen ibi cruce, conuertendi,*
qui ſint vſus ſordidi relinquitur arbitrio Ordinarij
ex reſcripto Interpretum Concilij ad d. c. 7. mihi
numer. 15. & hoc caſu cęmenta poſſunt vendi ex
Conſtitutione Leonis X. de qua apud *Modern. de
priuil. mendic. Verbo Eccleſiæ fratrum*, & relinqui-
161 tur Ordinatij arbitrio in quam Eccleſiæ vtilita-
tem conuerti debeant, vt habet declaratio ad d.
cap. 7. mihi num. 16. & an pecuniæ ex dictis rui-
nis contractæ conuertendæ ſint in bona ſtabilia
pro Eccleſia, vel erogandæ in pios vſus ſimiliter ex
voto Interpretum relinquitur arbitrio Ordinarij,
vt habet alia Declaratio ſub num. 3. Et non ſolum
cęmenta Eccleſiæ dirutę poſſunt conuerti in vſus
profanos, ſed etiam area, & locus vbi exiſtebat
Eccleſia iuxta doctrina *S. Thomæ ſecunde ſecundæ
quæſt. 100. ad ſecundum.*

162 Longe facilius conceditur translatio, & profa-
natio Capellæ ad Parochialem, ſeu aliam Eccle-
ſiam, ita tamen vt tranſeant omnia onera tam
miſſarum, quam alia ad Eccleſiam, ad quam trans-
fertur, iuxta diſpoſitionem, dicto cap. 7. vbi Inter-
pretes, num. 7. quod Ordinatius onera huiuſmo-
di non poteſt in aliquo mutare, minuere, ſiue au-
gere, & tunc reſcribitur. *Et committatur Ordinario,*
163 *qui de præmiſſis ſe diligenter informet & ſi, & qua-
tenus ei videbitur pro diuini cultus augmento, ac ſalu-
te, & ſpirituali conſolatione animarum expedire, ſu-
per quo eius conſcientia oneretur, transferat d. Capel-
laniam vt ſupra, & de conſenſu moderni Capellani
poſſeſſoris d. Capellaniæ, ſeu ex nunc prout ex tunc,
cum primum ex eius perſona quomodolibet vacaue-*
164 *rit*, qui tamen conſenſus quando profanatio eſ-
ſet neceſſaria, non requiritur ex diſp. Conc. dicto
cap. 7. facilius ſimiliter conceditur profanatio
Monaſterij cum venditione, quando ad alium trãs-
fertur locum, & tunc reſcribit Dataria. *Et com-
mittatur Ordinario qui ſi & poſtquam dictæ moniales
translatæ fuerint, vt præfertur quoad profanationem
ſeruata forma Concilij Tridentini, & quoad vendi-
tionem, & alienationem coniunctim cum obtinente di-
gnitatem in Eccleſia ſeruata forma conſtitutionis fel.
rec. Pauli Papæ II. quæ incipit, cum in omnibus indi-
cijs &c. procedat, & pretium inde proueniens in pios
vſus omnino conuertatur.* Et non ſolum profanatur
Monaſterium, quando moniales alio transferun-
tur, ſed etiam aliquando cum totali ſuppreſſione,
vt pote quando fuit cęptum ſine congruenti dote,
& moniales ob deficientiam alimenti, non poſ-
ſunt ſeruare clauſuram iuxtà præſcriptum Con-
cilij Tridentini; quia tunc ſupprimitur Monaſte-
rium interdicto, ne aliæ ad habitum recipiantur,
vti accidit in loco Vallo nuncupato Spoletan.
Diœc. dum Sanctiſſimus D. Noſter Vrbanus illi
præeſſet Eccleſiæ, in quo extabat Monaſterium
paucis redditibus cęptum, quod Sanctiſſimus tunc
ordinaria auctoritate ſuppreſſit, redditusque pue-
rorum Seminario applicauit, contra quam appli-
cationem reclamarunt homines, & Commune de
Vallo prætendentes in dicto Monaſterio patrona-
tum, & per conſequens quod applicatio huiuſmo-

di Seminario fieri non poſſet. Sed cauſa fuit per concordiam illico terminata, quia fuit conceſſus locus in Seminario pro pueris aliquot de dicto loco Valli; ſi ad ſcientiam iudicarentur habiles.

Cęterum quo ad Eccleſiarum profanationem, variæ diuerſis temporibus Eccleſiaſticorum fuerunt opiniones, cum aliqui cenſuerint Eccleſias antiquitate, & populi deuotione inſignes, etiam ſi hiſcant, & rimas agant, reſtituendas potius, quam vaſtandas, & nouas, ac ampliores in earum locum erigendas; quia vt auguſtiores erigi poſſunt, non videtur reſtituta deuotio, & antiquitatis veneratio, eam ob rem multi improbarunt Baſilicæ Conſtantinianæ S. Petri in Vaticano demolitionem, etiam ſi poſtea ſurrexerit opus toti orbi conſpicuum. Romani etiam in Sacris ſuis ſumme ſuperſtitioſi admittebant Templi translationem, niſi obſtaret religio; de quo extat Epiſtola Plinij tūc in Aſia Proconſulis ad Traianum, quam adſcribere libuit, vt appareat, quanta diligentia in cęcitate antiquiores illi curabant Sacra. *Ante* (inquit) aduentum meum Domine, Nicomedenſes priori foro nouum adijcere cęperunt, cuius in angulo eſt ædes vetuſtiſſima matris magnæ, aut reficienda, aut transferenda, ob hoc pręcipue, quod eſt multo depreſſior opere eo, quod nunc ſurgit. Ego cùm quęrerem, num eſſet aliqua lex dicto templo, cognoui aliam hic apud nos eſſe morem dedicationis. Diſpice ergo Domine an putes ędem, cui nulla lex dicta, ſalua Religione poſſe transferri, alioqui commodiſſimum eſt, ſi Religio
165 non impedit. Epiſtolę Plinij reſpondet Traianus. Potes mi Secunde chariſſime ſine ſollicitudine Religionis, ſi loci poſitio hoc videtur deſiderare ędem matris Deum transferre in eam, quę eſt accommodatior, nec te moueat, quod lex dedicationis nulla reperitur, cum ſolum peregrinę Ciuitatis capax non ſit dedicationis, quę fit noſtro iure, ex quibus Epiſtolis habemus duo primum profanationem nulli licuiſſe inconſulto Pontifice maximo, alterum eam non concedi obſtantę dedicationis lege. Similiter ſepulcrorum translationem referebant ad Pontificem maximum, vt ex altera Plinij ad Traianum Epiſtola. Petentibus quibuſdam vt ſibi reliquias ſuorum, aut propter iniuriam vetuſtatis, aut propter fluminis incurſum, aliaq; his ſimilia quęcumq; ſecundum exemplum proconſulum transferre permitterem. Quia ſciebam in Vrbe Noſtra ex eiuſmodi cauſis Collegium Pontificum adiri ſolere, te Dominę Maximum Pontificem conſulendum putaui, quid obſeruare me velis. Plinio reſpondet Traianus. *Durum eſt iniungere neceſſitatem Prouincialibus Pontificum adeundorum, ſi reliquias ſuorum propter aliquas iuſtas cauſas transferre ex loca in alium locum velint. Sequenda igitur potius tibi ſunt exempla eorum, qui iſti prouinciæ præfuerunt, & ex cauſa cuique ita aut permittendum, aut negandum. Ex hac Epiſtola deſumpta eſt lex prima, Cod. de Religioſis, & ſumptibus funerum fere in eadem verba videlicet. Si vt fluminis reliquiæ filij tui contingantur, vel alia iuſta, & neceſſaria cauſa interuenit, exiſtimatione Rectoris Prouinciæ transferre eas in alium locum poteris.*

166 Et hæc de translatione, & profanatione ſatis; nam de translatione penſionis non eſt præſentis loci agere, ſed agemus lib. 3. Si modo tetigero illam quæſtionem; an Epiſcopus ſiue Abbas poſſit inuitus de vna Eccleſia, ſiuè Monaſterio transferri ad alium. quem caſum habui de hoc anno. videlicet. Mamertini Archiepiſcopum Meſſanen. eorum præſulem, multis criminibus reum, fecerunt, apud Pontificem, qui eum è Diœceſi euocauit ad Vrbem, & deinde remiſit ad ſuos. illi hoc ægrè ferentes, inſteterunt apud Regem Hiſpaniarum Eccleſiæ Mamertinæ Patronum, vt Archiepiſcopum nominaret, ad Eccleſiam Mazarien. ditiorem, Meſſanenſi quod Rex in gratiam dictæ Ciuitatis effecit. rogans. Pontificem vt cogat Archiepiſcopum. pro bono dictæ Ciuitatis ad huiuſmodi translationem. Pontifex voluit audire de cauſis, & quia ego aderam Archiepiſcopo. Dicebam nullum dubium eſſe. Quin Pontifex, poſſit Epiſcopum, etiam inuitum transferre ad aliam Eccleſiam. vt toto *titulo de transl. Epiſcop.* & de ſtylo, & modo teſtatur *Hoſtien. in c. 1. & cap. licet eodem titulo*, de æquitate tamen non poteſt Milis, in repertorio in Verbo Papa. *Verſic. Papa licet de æquitate, &c.* ſaltem ſine iuſta cauſa, vt conſuluit *Roman. conſil.* 345. *num.* 5. dicebam autem in caſu noſtro non adeſſe iuſtam, ex odio Ciuium, cum *textus in cap. mutationes 7. quæſt. 1.* firmet non conſiderari niſi cauſam magnæ vtilitatis, vel neceſſitatis. Accedebat quod Archiepiſcopus transferebatur ad Eccleſiam Epiſcopalem contra *textum in cap. 1. de translat. Epiſcop.* ibi, paruificaſti maiorem de Archiepiſcopare præſumens, & maior redditus Eccleſiæ non ſupplet dignitatem; *iuxta d. cap. mutationes 7. quæſt. 1.* proinde prætenſa translatio non habuit effectum. licet Rex ad Eccleſiam Meſſanen., nominaſſet Eminentiſſimum & Reuerendiſsimum Dominum Cardinal. Sanctæ Ceciliæ. ſuperſunt modo aliqua circa erectionem dicenda, præcipuè quod Eccleſia Cathedralis ex Parochiali effecta, remanet Parochialis, & vtramque qualitatem ſimul retinet. *Abb. in cap. cum ſuper num. 3. de ſepult.*, & plures ſcio eſſe huiuſmodi Cathedrales tam in Italia, quam extra. ita nuper de voto Congregationis Cardd. negocijs Conſiſtorialibus Præpoſitæ Eccleſia Græcenſis, Cæſare Flagitante ex Parochiali in Cathedralem euecta eſt, me hanc cauſam (petente Excellentiſſimo, & Illuſtriſſimo Domino Paulo Sabello Albanenſium Principe, & Cęſareo Legato) patrocinante, & duas difficultates habebat negocium, primam, an erectio fieri deberet, alteram circa nouæ Eccleſiæ Dotem, ſuſtuli vtramque, vt ex ſcriptura tunc oblata, quam hic, quia explicat hanc materiam lubet ſubijcere.

Eminentiſſime, & Reuerendiſſime Domine. In erectione nouæ Eccleſiæ præſertim Cathedralis, primò, & principaliter conſideratur vtilitas, & prope modum dixerim neceſſitas ex accretione populorum latè inter ſe diſtantium, ita in puncto firmatur in *cap. præcipimus 16. quæſt. prima*, &

ſufficit,

ſufficit, quod concurrat vel vtilitas, vel neceſſitas,
Rebuff. in praxi tit de erect. Eccleſiæ in Cathedralẽ n. 2
Augmentum vero populi vtrumq; inducit: quia ne-
dum vtile, ſed etiam eſt neceſſe, quod paſtor in ſin-
gulorum ſuæ curę commiſſorum vultus valeat in-
ſpicere, vt inquit *Mandoſ. de litt. gratiæ, tit. Erectiones*
verſ. Vndecim Epiſcopatus.

In caſu noſtro adeſt huiuſmodi cauſa erectionis
nempe populi augmẽtum, & quod proprio paſto-
re indigeat, ex proceſſibus deſuper confectis refe-
168 rer Eminentiſſimus, & Reuerendiſſimus D. meus
Card. Biſcia Ponens, adeovt ceſſet *diſp. c. felix Epiſ-*
copus ead. diſtinct. 16. q. 1. vbi ſtatuitur, quod Diœce-
ſes, quæ nunquam habuerunt Epiſcopum, neq; ha-
beant in poſterum: quia hoc *c. interpretari debet per*
d. c. præcipimus, vt videlicet procedat rebus in eo-
dem ſtatu permanentibus, non autem quando per
augmentũ populi res mutantur in ſtatũ ampliorẽ.
169 Secundo principaliter in erectione huiuſmodi
conſideratur conſenſus Archiepiſcopi, vel Epiſco-
pi, in cuius Diœceſi nouus erigitur Epiſcopatus, *c.*
multis ead. diſtin. 16 q. 1. qui conſenſus licet multum
operetur; non tamen eſt neceſſarius, quin minus
Summ. Pont. etiam eo non concurrente non poſſit
ad erectionem deuenire, *d. c. præcipimus late Azor.*
2. p. inſtit. moral. lib. 5. c. 29. q. 25. & habemus noſtra
memoria erectiones Eccleſiarum Ripan. Ciuitatis
plebis, & S. Miniati, & patrum memoria aliarum
plurium in Belgio de quibus *per Mandoſ. vbi ſupra*
inter quas fuit Eccleſia Buxcoducẽ. vt olim felicis
ita nunc miſerrimæ patriæ meæ.

Verum hoc de conſenſu opitulatur noſtræ ere-
ctioni concurrente expreſſo conſenſu Archiepiſ-
copi pro noua Diœceſi conſtituenda, & erigendo
nouo Epiſcopatu, adeovt erectio ſit vndequaq; iu-
ſtificata accedente præſertim flagitatione Cæſaris
vt notat Mandoſ. loc. alleg. & iuſta cauſa nempe po-
puli augmentum *iuxta c. Saluator Noſter ex. de præb.*
& dign. & magna decentia: vt pote quia Oppidum
Gręcenſe eſt Prouinciæ Styriæ caput, & clarus Au-
guſti Ferdinandi Imperatoris natalibus. Non alia
de cauſa Sixtus V. Pont. Max. Oppidum Mõtisalti
170 in Agro Piceno erexit in Ciuitatem, quam quod
Felicem ipſius dederat Ortum natalibus, vt Conſt.
in Bullario nouo 48. Et ſi Pontificalis dignitas Im-
periali Maieſtati comparanda non eſt, vtriuſq; etiã
Oppidi Gręcenſis nempe & Montisalti ea compa-
ratio eſt, qualis inter Viburna, & Cupreſſus.
171 Non obſtat diſſenſus Epiſcopi Secouien. Ordi-
narij vicinioris: quia ipſius conſenſus de iure non
requiritur, ſed illius tantum, intra cuius limites, &
Diœceſi ſitum eſt Oppidum in Ciuitatem erigen.
d. c. multis.

Supereſt ſola difficultas de dote nouæ Eccleſiæ
aſſignanda, & ſumenda ex diſmembratione à Mo-
172 naſterio de Stamps Oppido Gręcenſi vicino, pro
cuius reſolutione. Supponendum primo nouam
erectionem ſine diſmembratione, ſeu applicatio-
ne fieri non poſſe, *vt notat Mandoſ. ad reg. 22. q. 13.*
nu. 7. Vnde ſi in applicatione requireretur conſen-
ſus fratrum Monaſterij de Stamps, nunquam poſ-
ſet fieri erectio ipſis contradicentibus, prout tamẽ
173 admittit, immo expreſsè firmat *d. c. Saluator No-*
ſter, & dicto cap. præcipimus, quando concurrunt
cauſæ, vt hic ad erectionem idoneæ.

Præſertim quia diſmembratio, de qua agimus
non immutat ſtatum antiquum monaſterij, ſed ſo-
lum refert ea, quæ recenter induſtria Præpoſiti
moderni in primum Epiſcopum promouendi, &
priorum largitione d. Præpoſiti contemplatione
accreuerunt Monaſterio antiquo cenſu ſatis diui-
ti, quo caſu diſmembratio non debet impedire
erectionem vtilem, ſeu neceſſariam, *Rebuff. d. tit. de*
erectione Eccleſiæ in Cathedralem nu. 3.

Et in vniuerſum diſmembratio non extinguit
beneficium, ſed illud tantummodo alterat in fru-
174 ctibus ſuperfluis *Garz. de benef. p. 12. c. 3. nu. 1.* Nouę
autem Cathedralis erectio adeo fauorabilis eſt, &
Eccleſiæ vniuerſali proficua, vt nedum per diſmẽ-
brationem illi fuerint ſæpius applicati fructus ali-
qui alicuius monaſterij, ſed etiam integra mona-
175 ſteria ſuppreſſa illorum prouentus Eccleſiæ Ca-
thedrali integre applicati; vt contigit in erectione
176 Eccleſiarum Buſcoducen., & Antuerpien. Atta-
men non omnis diſtantia locorum, ſeu numeroſi-
tas populi ſuperueniẽs præbet iuſtam cauſam diſ-
membrationis aut nouæ erectionis, ſed quando
aliter Sacramentorum adminiſtrationi ſuccurri
commode non poteſt. *Rota deciſ. 484. n. 1. & ſeqq.*
p. 1. recent. nunc Lector habe Conſtitutiones quas
ſupra promiſi.

SANCTISSIMI D. N. VRBANI Diuina Prouidentia Papæ VIII.

DECLARATIO.

Quod Capitula Eccleſiarum Cathedralium, quibus S. R. E. Cardd. præſunt ex indultis conferendi beneficia Eccleſiaſtica reſeruata, vel affecta eiſdem Cardd. conceſſis nullum ius prætendere poſſint.

177 SAnctiſs in Chriſto Pater, & D. N. D. Vrba-
nus Diuina Prouidentia Papa VIII. Quod
S. R. E. Cardinales ſuper indultis, & facultatibus
diſponendi de beneficijs Eccleſiaſticis Sedi Apo-
ſtolicæ reſeruatis, & affectis a Sede prædicta ſibi
conceſſis per Capitula, & Canonicos Cathedraliũ
Eccleſiarum, quibus illi ex conceſſione, & diſpen-
ſatione Apoſtolica præſunt impediuntur ſub præ-
textu quod ipſi Capitula, & Canonici ius nominã-
di, vel præſentandi, aut alias quomodolibet diſpo-
nendi de beneficijs in menſibus nõ reſeruatis pro
tempore vacantibus, cum prædictis Cardinalibus
locorum Ordinarijs coniunctim, vel diuiſim ha-
bentes, tanquam membra capiti adhærentia à
Cancellariæ, Apoſtolicæ regula menſium reſerua-
toria, a qua Cardinales præſeruantur etiam exci-
pi, & facultates, ac indulta, quæ ceterarum reſer-
uationum obſtacula tollunt ſibi quoque ſuffraga-
ri debere prętendunt, & attendentes priuilegium,
quod Cardinales in prędicta regula pręſeruentur
eis intuitu Cardinalatus conceſſum eſſe, neque ra-
tioni conſonum fore, vt Capitula, & Canonici,

dum ſui Præſules Cardinalatus honore præfulgent plus iuris in præiudicium Sedis Apoſtolicæ, ſeu ipſorum Cardinalium Præſulum ius, & indultū conferendi ab ipſa Sede habentium obtineant, quam ſi ipſi Cardinales non forent. Motu proprio ſub die vigeſima nona Decembris anni ab Incarnatione Domini milleſimi ſexcenteſimi vigeſimi quinti declarauit intentionis, & voluntatis ſuæ eſſe, quod Cardinales Præſules de omnibus, & ſingulis beneficijs Eccleſiaſticis quomodolibet nuncupatis, & qualificatis ad eorum etiam cum alio, vel alijs collationem prouiſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam ſimilem, vel diſſimilem diſpoſitionem ratione Eccleſiarum, quibus ipſi Cardinales præſunt coniunctim, vel diuiſim ſpectan. non tamen in libris Cameræ Apoſtolicæ deſcriptis, nec ex perſonis familiarium Suæ Sanctitatis, vel Conclauiſtarum aut ratione vacationis apud Sedem prædictam reſeruatis, vel affectis, quæ omnia Sanctitas Sua ſibi, & Succeſſoribus ſuis pro tempore exiſtentibus ſpecialiter, & expreſsè reſeruauit ad præſens vacantibus, & in futurum vacaturis ſoli, per ſe ipſos vel alios ad id deputandos abſq; Capitulis, & Canonicis, alijſq; quamcumq; ordinariam diſpoſitionem eorundem beneficiorum ſimiliter coniunctim, vel diuiſim cum eiſdem Cardinalibus habentibus, dummodo alias ſub indultis eis conceſſis comprehendantur libere prouideant, neq; Capitula, aut Canonici huiuſmodi priuilegio, quod Cardinalibus Præſulibus nullo habitu Capitulorum, & Canonicorum reſpectu conceſſum eſſe dignoſcitur gaudere frui, aut ius aliquod inde prætendere poſſint. Decernens declarationem prædictam a dicta die vigeſima nona Decembris robur obtinere debere, etiam ſi nec dum publicata fuiſſet ac irritum, &c.

Huc ſpectat alia declaratio eiuſdem S. D. N. qua ſtatuit, quod Cardinales, qui ad plures Eccleſias tranſlati ſunt non gaudeant indulto conferendi, niſi in Eccleſia, quam obtinent, aut cui vltimo loco ceſſerunt, cum ante hanc declarationem gauderent indulto conferendi in omnibus Eccleſijs, quarum regimini præfuiſſent.

SANCTISSIMI D. N. VRBANI Diuina Prouidentia Papæ VIII.

DECLARATIO.

Quod S. R. E. Cardd. Eccleſiarum Præſules indulto conferendi beneficia Eccleſiaſtica ratione Eccleſiarum, quibus præſunt, vel quorum regimini vltimo loco ceſſerunt dumtaxat vti poſſint.

VRBANVS PAPA VIII. Motu proprio, &c. licet nullus Epiſcoporum poſt quam regimini Eccleſiæ, cui præerat ceſſerit in beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpoſitione ratione eiuſdem Eccleſiæ ſibi antea competenti ingerere ſe valeat, attamen nonnulli ex venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ſub prætextu indultorum Apoſtolicorum eis pro tempore conceſſorum beneficia, ne dum vnius, ſed etiam plurium Eccleſiarum, quarum regimini ceſſerunt, vel à quarum vinculo ad alias tranſlati abſoluti reperiuntur contemplatione alias ad ſe ſpectantia conferre perſeuerant. Quare motu ſimili declaramus de cętero non licere cuiuſuis perſonæ, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeat prætextu cuiuſuis indulti Apoſtolici conceſſi, ſeu concedendi facultatem huiuſmodi etiam expreſſe continentis conferre, vel quouis modo diſponere de quibuſvis beneficijs Eccleſiaſticis, quorum collatio, præſentatio, nominatio, vel quævis alia diſpoſitio ſeparatim, vel coniunctim cum alijs ad eum ſpectabat ratione cuiuſcumque Eccleſiæ Cathedralis etiam Metropolitanæ, Primatialis, vel Patriarchalis, cui regimini ceſſerit, ſi quidem ad aliam Epiſcopalem, Archiepiſcopalem, Primatialem, vel Patriarchalem Eccleſiam translatus, vel poſtmodum aſſumptus fuerit, ſed Indulto tantum ratione Eccleſiæ, cui actu præſit, vel cuius regimini vltimo loco ceſſerit ſibi conceſſo vti poſſe, & debere ac irritum, &c. Oſtien., & Veliternen. inuicem perpetuo vnitis, & Portuen., ac Sabinen., nec non Tuſculan., & Præneſtin., ac Albanen. Eccleſijs dum taxat exceptis quo, ad quas Cardinalibus illarum pro tempore Præſulibus facultate diſponendi de beneficijs huiuſmodi etiam vna cum indulto ſibi ratione aliarum Eccleſiarum, quibus actu præſunt, vel antea nouiſſime præfuerint, vt præfertur frui licere decernimus, ſtatuentes præſentium, etiam abſq; eo, quod regiſtrentur, aut illis data apponatur ſolam Signaturam noſtram ſufficere, & vbiq; in iudicio, & extra, regula contraria non obſtante, fidem facere. Ac inſuper illas in Cancellaria Apoſtolica deſcribi debere, & deinceps omnes, & ſingulos Cardinales etiam abſentes, præſentes, & futuros, & alios quoſcumq; quorum intereſt, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum afficere, & ligare, nullumq; earum ignorantiam prætendere poſſe non ſecus ac ſi ei perſonaliter intimatæ forent, ſtatuto, & ordinatione decreto, & declaratione per nos in craſtinum aſſumptionis noſtræ ad Summi Apoſtolatus apicem editis, quod Cardinales in Conſtitutionibus, & regulis per nos poſt Priorum noſtrarum Conſtitutionum, & Regularū editionem, & publicationem in poſterum faciendis non includantur, niſi illæ eorumdem Cardinalium fauorem concernant, vel ipſæ edendæ Conſtitutiones de illorum, ſeu maioris partis eorum conſilio editæ fuerint, nec non prædictis, & quibuſcumq; alijs regulis, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cęteriſq; contrarijs quibuſcumq; nequaquam obſtantibus.

SVMMARIVM.

Concordia iniri poteſt ſuper beneficio, aut re Eccleſiaſtica cum clauſula ſaluo beneplacito &c. 1.

Concordia ſine confirmatione nihil operatur, 2.

Concordia ſine reſeruatione beneplaciti Apoſtolici eſt nulla, 3.

Confirmatio duplex vinculum inijcit, 4.

Concordia concepta ſub beneplacito poteſt peti per alterum

rum contrahentium tantum, numer. 5.

Concordiæ renunciari non poteſt per vnum ex contrahentibus poſt confirmationem licet non conſtet, quod ad ipſius inſtantiam fuerit confirmata, 6.

Concordiam ſat eſt fuiſſe confirmatam à Papa ante reuocationem Procuratoris vel pœnitentiam principalis, 7.

Concordia expediri poteſt dupliciter, in forma nempe commiſſaria, & gratioſa, 8.

Prælati Rom.Cur.quomodo intitulentur in litteris Apoſtolicis, 10.

Breue de capienda poſſeſſione nomine Cameræ datur ante expeditionem litterarum cum obligatione tamen, quod intra ſex menſes litteras teneatur expedire, 11.

Prorogatio ad expediendum litteras datur ad tres menſes, & raro conceditur ſecunda 12.

Breue de capienda poſſeſſione nomine Cam. non datur niſi in beneficio reſeruato, 13.

Breue de capienda, &c. contra intruſum, debet iuſtificari, 14.

Cauſidici vt plurimum impudentes, 15.

Litium inuolucra quare, 16.

Lites ſemel ſuſceptæ difficillime dimittuntur, 17.

Litigium ex ſententia antiquorum mundi origo, 18.

Confirmatio concordiæ per ſe non valentis obtenta pro firmiori cautela nihil operatur, niſi inſeratur tenor 19.

Confirmatio contra pactum inutilis eſt, 20.

Confirmatio concordiæ de conſenſu partium præſumitur vſu recepta, 21.

Concordia confirmata omnino ſeruanda, 22.

Prouiſus ab Ordinario in confirmatione concordiæ debet ſumere prouiſionem Apoſtolicam, 23.

Tranſigentibus prouiſo Apoſtolico, & prouiſo ab Ordinario. Dataria vult beneficium remanere penes prouiſum Apoſtolicum, 24.

Status vltimus ſumitur etiam ex confirmatione, 25.

Confirmatio concordiæ ſumit vires a data, 27.

Confirmatio concordiæ ex certa ſcientia. ſuper diuiſione collationum facit locum alternatiuæ, niſi adſit clauſula ſaluis reſeruationibus, 26.

Confirmari poteſt inualidus contractus ſine tamen præiudicio tertij, 27.

Concordantes ſi conueniant de aliqua ſumma pecuniarum illa debet exprimi, 28.

Confirmatio ſumit vires à Data, 29.

Confirmatio Concordiæ nõ indiget iuſtificatione in ijs, quæ concernunt intereſſe partium, & ambæ partes ſupplicarunt, 30.

Concordiæ robur pendet a confirmatione, 31.

Confirmatio fit cum clauſula ſi eſt ita, 32.

Confirmationis litteræ expediri debent ante concordiæ effectuationem, 28.

Confirmationis litteræ debent executori exhiberi, 29.

Iuramentum non conualidat actum nullum, 33.

Confirmationis tempus attenditur etiam ad effectum inducendi præſcriptionem, 34.

Clauſula ceſſantibus reſeruationibus. quid importet, 35.

§. VIII.

De Confirmatione Concordiæ, & contractuum.

LIcet partes ſuper beneficio, aut re Eccleſiaſtica concordare poſſint cum clauſula ſaluo benepla-
1 cito Sedis Apoſtolicæ. *Mohed. deciſ.35. de renunc.*
debet tamẽ neceſſario ſubſequi confirmatio, adeo
vt concordia illa non habet vires, niſi à die confir-
mationis, ſaltem in præiudicium tertij, *Verall. dec.*
205.p.1.Caual.dec.109. n.7. dixi quo ad præiudiciũ
2 tertij: nam contrahentes etiam ante cõfirmationẽ
obligantur ad contractum, donec fuerit porrecta
ſupplicatio, & illa fuerit reiecta, nam antequam
fuerit reiecta res hæret in ſtatu implicito, & du-
bio, quam dubietatem contrahentes ex ſe decla-
rare non poſſunt. ſi contraxerint ſub beneplacito
Sedis Apoſtolicæ; ſi vero contraxerint ſimpliciter,
tunc quia contractus eſt nullus, ſimiliter eſt nulla
3 obligatio contrahentium, & nulli competit actio.
Si vero beneplacitum fuit reſeruatum tunc confir-
matio duplex iniicit vinculum, primum, quod ori-
tur ex contractu; alterum quod oritur ex facto cõ-
firmantis. *Rota dec.457.nu.9.p.1.diuerſ.* Et quan-
4 do concordia habet clauſulam ſub beneplacito,
&c. tunc poteſt peti confirmatio per alterum ex
contrahentibus, *Rota deciſ.810.lib.2.p.3.diuerſ.* &
5 poſt confirmationem per alterum concordiæ re-
nunciari non poteſt ſub prætextu quod ipſe confir-
6 mationem non petierit. *Seraph.dec.696.nu.5.* quia
ſufficit fuiſſe confirmatam a Papa ante reuocatio-
7 nem Procuratoris qui concordiæ conſenſit, vel an-
te pœnitentiam principalis. *Cæſar.de Graſſ.deciſ.3.*
nu.6. de ſent. excom.

8 Concordia autem confirmatur dupliciter, hoc
eſt duplici via poteſt expediri, ſi inſeratur totus
concordiæ tenor, expeditio datur in forma gra-
tioſa, ſi vero non inſeritur, tunc datur in forma cõ-
miſſaria *Seraph.dec.775. nu.6.lib.1.*

Vt autem ſeruemus ſtylum hactenus per nos ſeruatum formulam confirmationis concordię hic ſubijcimus:

9 „ BEatiſſime Pater. Alias vno, ſeu vna in de
„ Cilleruero, & altero, ſeu altera in de Vil-
„ laſcuſa, locorum, ſeu Oppiden. Burgen. Diœc. Pa-
„ rochialibus Eccleſijs præſtimonijs, ſeu præſtimo-
„ nialibus portionibus, aut perpetuis ſimplicibus
„ beneficijs Eccleſiaſticis per obitum q. Andreæ de
„ Paſquera illorum, ſeu illarum dum viueret vltimi
„ poſſeſſoris. & Sedis Apoſtolicę vt prætenditur No-
„ tarij extra Rom.Cur.de menſe Octobr.anni 1610.
„ defuncti, vel alias certo alio modo vacan. de illis
„ ſic vacan. magiſtro Franciſco de Queſada Clerico
„ Giennen. Diœc. & in vtraq; Signatura veſtra Re-
„ ferendario, Apoſtolica, Ioannis vero de la Torre
„ Clerico Burgen. Deuotis S.V.Oratoribus ordina-
„ ria auctoritatibus prouiſum fuit. Cum vero dictus
„ Franciſcus litteras in forma Breuis de capienda
„ poſſeſſione præſtimoniorum, ſeu portionum, aut
„ beneficiorum prædictorum nomine Cameræ Apo-
„ ſtolicæ, & earum vigore poſſeſſionem huiuſmodi
„ nomine d. Cam. captam vna cum quibuſdam fru-
„ ctibus eorundem prꝫſtimoniorum, ſeu portionum,
„ aut beneficiorum decurſis ſibi aſſignari obtinuiſ-
„ ſet, d. autem Ioannes à ſententia deſuper a Curiæ
„ cauſarum d. Cam. Generali Auditore lata appel-
„ lauiſſet, cauſam tamen ſuæ appellationis huiuſmo-
„ di quadriennio minime committi feciſſet, poſt mo-
„ dum rebus ſic ſtantibus ipſi Oratores volentes li-
„ tium anfractus, & inuolucra vlteriora euitare, la-
bori-

,, boribuſq; & diſpendijs,etiam vlterioribus parcere
,, ad infraſcriptam ſub S. V. & Sedis Apoſtolicæ be-
,, neplacito deuenerunt inter ſe concordiam vide-
,, licet quod dicti Oratores liti, & cauſæ huiuſmodi
,, cedere teneantur, & Franciſcus primo dictum,
,, ſeu primo dictam de Cilleructa Ioannes vero præ-
,, dictus ſecundo dictum, ſeu ſecundo dictam de Vil-
,, laſcuſa præſtimonia, ſeu portiones, aut beneficia
,, vigore prouiſionum eis, vt prætenditur ſactarum
,, vnà cum eorum fructibus hinc inde perceptis ha-
,, bere, & retinere debeant, & alias prout in d. con-
,, cordia verbo vel in ſcriptis inita plenius contine-
,, tur. Cum autem Pater Sancte Franciſcus, & Io-
,, annes prædicti cupiant concordiam prædictam
,, auctoritate Apoſtolica confirmari. Supplicant
,, propterea.
14 *Magiſtro Franciſco de Queſada*, &c. ita intitulan-
tur Prælati Rom. Cur. *Hieronym. Paulus in practica*
Cancell. tit. de Iudicibus, & eorum ordine.
11 *Cum vero d. Franciſcus litteras in forma Breuis de*
capienda poſſeſſione nomine Cameræ. huiuſmodi Bre-
uia dantur prouiſo ante expeditionem litterarum,
vt earum vigore nomine Cameræ Apoſtolicæ poſ-
ſit capere poſſeſſionem cum clauſula tamen, quod
infra ſex menſes teneatur expedire litteras, quod
ſi ob aliquod impedimentum prouiſus præſtare
nequit, datur prorogatio ad alios tres menſes, ra-
to autem datur ſecunda prorogatio, niſi releuans
12 allegetur cauſa, Breue autem huiuſmodi non da-
tur, niſi liquido conſtet de reſeruatione, in qua
fundatur intereſſe Cameræ vt colligitur ex clau-
13 ſula Conſlito in Breui contenta. *Gonzal. ad reg. 8.*
Gloſ. 9. in annot. con. nullit. nu. 262. de benef. p. 8. cap. 9.
nu. 3. & dixit Rota in Gerunden. Prioratus 4. Martij
1619. coram F. Vbaldo, & ideo Breue quo ad hoc
debet iuſtificari contra intruſum. *Seraph. dec. 1041*
num. 1. & ſeqq. relati per Garziam de benef. d. par. 8.
14 *cap. 3. num. 39.* & quidem concludenter vt non ad-
mittat turbiditatem, exempli cauſa, vacatio contin-
git in menſe Februarij, qui, Ordinario alternatiua
non gaudente, eſt reſeruatus, non dabitur execu-
tio Breui, niſi prouiſus oſtendat, Ordinarium non
gaudere alternatiua, quia Ordinario alternatiua
gaudente, menſis Februarij, non eſt reſeruatus.
Rota in Placentina Parochialis 13. Ianuarij 1623. co-
ram D. Merlino. quomodo autem probetur negati-
ua dicemus infra, vbi agemus *de Alternatiua. Hoc*
eodem libro.

Ipſi Oratores volẽtes litium anfractus vitare, &c.
hoc epiteto rectè notantur lites ad inſtar procella-
rum, & turbinum maritimorum. Clamoſi rabioſa
fori iurgia vendens, improbus; inquit Seneca in fu-
renſe, & Cornelius Agrippa in libro de Vanitate
ſcientiarum, in reliquis merito ab Eccleſia dam-
nato, illud probe notat Cauſidicos raro profice-
15 re, niſi admodum ſint impudentes, & plus vocis
habeant quam litterarum, qua collitigantes op-
primant, in quo Aduocatos à Cauſidicis diſtinxe-
rim, quorum munus eſt ſcripto non ſolum voce
conſulere, & ſi quando ad contradictionem res
deuenerit, decertarur, non inordinatis clamori-
bus, ſed ſolidis auctoritatibus, & rationibus de-
core, officij, perſonarũ, ac muneris in omnibus ſer-
uato, qui ſecus facit ad cauſidicos detrudendus.

Et inuolucra vlteriora euitare, &c. rectè in volu-
cra, nam ſæpiſſimè in principio cauſę diſcutitur, &
controuertitur vnus articulus, & vix pede illato
16 ſcribentium, neſcio dixerim cauillo, ſeu ingenio
excitantur plures alij quos litigantes, nec per ſo-
mnium quidem nouerant, aut cogitarant, & hæc
potiſſima cauſa eſt diuturnitatis litium, quæ à
principio ſunt perſonales deinde fiunt familiares,
adeovt plerumq; integrum non ſit ipſis collitigan-
tibus ad concordiam venire impedientibus tran-
ſactionem agnatis, qui litem ſibi fecerunt propriã,
& propterea valde penſitãdum, antequam aliqua
17 lis ſuſcipiatur, nam ſemel ſuſcepta difficillime di-
mittitur, quod non ſolum contingit in imperitis,
ſed in ipſis cauſarum patronis, & iuriſperitis, qui
ſi aliquando propriam litem habeant, in ea tuen-
da, ſunt tenaciſſimi, ne dicam obſtinati, adeo vt à
lite nulla ratione poſſint diuelli. Sanè peſſimam
hanc occupationem Deus dedit mortalibus (in-
quit ille) vt continua litis moleſtia vexarentur, &
18 ideo antiqui litigium ex Demogorgone, quia liti-
bus omnia viderent conuelli, ſtatuerunt mundi
originem, vt ex Platone, & Marco Tullio notat
Boccacius de Genealogia Deorum lib. 1. Sane fe-
ſtiuiſſimus Martialis inter ſupremas mortalium fe-
licitates repouit lite carere ad Quintilianum li. 3.

Sit mihi verna ſatur, ſit non doctiſſima coniunx
Sit nox cum ſomno, ſit ſine lite dies.

Et ad ſuum cognominem lib. 10.

Vitam quæ faciunt beatiorem
Iucundiſſime Martialis hæc ſunt.
Res non parta labore, ſed relicta.
Lis nunquam, toga rara, mens quieta &c.

Franciſcus primo dictum de Cilleructa. Ioannes
ſecundo dictum de Villaſcuſa præſtimonia. Hoc eſt
caput principale, ſuper quo inita fuit concordia,
quod debuit exprimi cum ſuis circumſtantijs, &
pactis : nam ſi concordia per ſe non ſubſiſteret, &
peteretur pro firmiori cautela, niſi inſeratur tenor
19 nihil operaretur *Seraph. decis. 460. nu. 1. & num. 6.*
ſimiliter debent exprimi pacta, nam confirmatio
contra pactum inutilis eſt. *Rota deciſ. 676. num. 4.*
20 *par. 2. recent.* quando vero ambo tranſigentes con-
21 firmationi conſentiunt præſumitur vſu recepta.
22 *Seraphin. deciſ. 738. nu. 1. & 6.* adeovt contra eum
reſilire non poſſint *Creſcent. deciſ. 79. Rota dec. 585.*
num. 1. & 4. p. 1. recent. Mohed. deciſ. 290. Seraphin.
deciſ. 475. num. 1.

Vigore prouiſionum eis factarum, &c. ne videlicet
nouam teneantur facere litterarum expeditionẽ.
Et ſeruat Dataria, quod ſi inter prouiſum Apoſto-
licum, & prouiſum ab Ordinario ineatur concor-
dia, & deſuper petatur confirmatio, quod proui-
23 ſus ab Ordinario teneatur ſumere prouiſionem
Apoſtolicam, quod omnino tolerandum eſt, ſed
ſatis videtur durum, quod litigantibus duobus
prouiſis Apoſtolico videlicet, & Ordinario ſi ve-
24 lint tranſigere, quod beneficium remaneat penes
prouiſum ab Ordinario, & penſio reſeruetur pro-
uiſo Apoſtolico Dataria egrè huiuſmodi concor-
diam confirmat, ſed omnino procurat beneficium
remanere penes prouiſum Apoſtolicum, etiam ſi
parum iuris in beneficio habere dignoſcatur. Scio
Datariam, ſiue Officiales Datariæ hoc agere, ne
ille

illi inferatur præiudicium in vltimo ſtatu, qui de-
25 ſumitur ex confirmatione non minus ac ex ele-
ctione. *Seraph.deciſ.*1432. *nu.* 10. ſed Dataria non
debet iura ſua nemini extorquere. Verum hoc vt
plurimum procedit ab Officialibus moroſioribus,
quos ſcio hanc afferre excuſationem, quod ipſi ne-
minem cogunt ad accipiendam confirmationem,
ſed liberum eſſe vnicuiq; litem proſequi. Sed reſ-
ponſio iſta eſt contra charitatem, vt pote quæ lites
non velit dirimere ex æquo; & iuxta partium con-
nentiones, iura vero Dataria præſeruari poſſunt
per clauſulas reſtrictiuas, ſuſpendentes vltimum
ſtatum, vt videmus fieri in confirmatione concor-
diæ ſuper diuiſione collationum quæ ſi ſiat ex cer-
26 ta ſcientia, facit locum alternatiuæ, niſi appona-
tur clauſula ſaluis reſeruationibus. *Gonzalez Gloſſ.*
45.*num.* 1. 73. & 74. Poſtremo confirmantur con-
27 tractus inualidi cum clauſula ſine præiudicio ter-
tij, *Rebuff.in praxi tit.de Reſcripto etiam, & perinde
valere num.*33.

Et hæc de confirmatione concordiæ ſufficiant,
quæ vt conſtat ex prædictis ſumit vires a Data,
28 quod fuit intentionis noſtræ oſtendere, & propte-
rea quando in concordia, quæ initur vbi lis eſt ſu-
per vnico beneficio vni ex collitigantibus cedit be-
neficium, & alteri reſeruatur penſio, & exponitur
de penſione in Feſto Natiuitatis Domini, & S. Io:
Baptiſtæ, ſeu alijs terminis inter partes concorda-
tis perſoluen. Dataria apponit reſtrictiuam. *Non
tamen datam præſentis gratiæ antecedeu.*, & propte-
rea non debet concordia effectuari ante cõfirma-
tionis expeditionem executori directæ ad tradita
per *Specul. tit. de reſcript. præſentaud.* & executo-
ri exhiben. *Bellam. deciſ.* 667. *Gabr. conſil.* 186.
num. 26. *lib.* 1.

Similiter aliquando conueniunt partes, quod
vltra penſionis reſeruationem, ille, qui remanet in
beneficio refundet expenſas factas in expeditione
litterarum, quæ ſumma debet exprimi, & tunc
apponitur clauſula. *Dummodo expenſæ prædictæ*
29 *in expeditione litterarum Apoſtolicarum, &c. vt
præfertur factæ ad talem ſummam vere, & realiter
aſcendant, & non alias &c.*

Iſta tamen, & ſimilia per partes communiter
expreſſa, & intereſſe partium tantummodo tan-
30 gentia non indigent iuſtificatione. *Seraph.dec.*709.
nu. 2. in ijs vero quæ reſpiciunt naturam beneficij
controuerſi, vel ſeriem facti, quod vltra intereſſe
partium reſpiciat aliquid amplius; debet iuſtifi-
cari; quia concordia de per ſe nullius eſt roboris,
31 ſed omne robur pendet à confirmatione. *Doct.in c.
ex parte de Conſtit. Ruin.conſ.*12. *ſub num.*26.*lib.*3.
*Crot.conſ.*55.*nu.*17.*Pereg.conſ.*63.*num.*6. *lib.*1. *latè
Surd.conſ.*349. *num.*7.& *conſ.*361.*num.*37. confir-
32 matio autem non fit niſi cum clauſula ſi eſt ita,
quæ vt infra videbimus requirit iuſtificationem.

Adeo vt deficiente confirmatione, partes non
queant cogi ad concordiæ obſeruantiam, nec qui-
dem in vim iuramenti, quod interceſſerit, quia il-
33 lud non poteſt reddere validum, & efficax, quod
de ſui natura eſt nullum *Bart.in l.ſi quis pro eon.* 13.
*ff.de iure iuran.Bald.in c.cum contingat, nu.*20.*eodem
tit.latè Modern.in tract.de Abſol. forenſi promiſ. p.*3.
quæſt. 14.*num.*9.

Demum confirmationis tempus, & non concor-
34 diæ attenditur etiam ad effectum inducendi præ-
ſcriptionem. *Rota deciſ.*304. *num.* 3. *part. prima
diuerſorum.*

Poſtremo examinemus caſum ſcitu non inuti-
lem, quem habui de anno 1612. videlicet. Eccleſia
Parochialis S. Mariæ de Vghis Ciuitatis Florentin.
exiſtit de Iure patronatus, mixto partim Eccleſia-
ſtico nempe Abbatis Sanctiſſimæ Trinitatis Flo-
rentiæ Ordinis Sancti Benedicti Congregationis
Vallisvmbroſæ, & partim Laicali videlicet familiæ
de Vghis. Vacante dicta Parochiali Archiepiſco-
pus pretendebat illam conferre prænio Concurſu,
ſuper qua prætenſione cauſa introducta in Sacra
Congregatione Cardinalium Conc. Trid. Interpre-
tum. Patres reſcripſerunt, Parochialem prædictam
non cadere ſub concurſu eo quod reſeruatio, &
Concurſus pari paſſu procedant. Partes deinde de-
uenerunt ad Concordiam inter ſe, vt alternatim
præſentarent, quæ Concordia fuit à Sede Apoſto-
lica confirmata cum clauſula ceſſantibus reſerua-
tionibus, &c. Quæ magnum negocium faceſſebat
tranſigentibus quia illa videbatur, nedum gratiam
reddere inutilem, ſed immò Patronis inferre præ-
iudicium in menſibus Ordinarij, quaſi ablatiuus
ille abſolutus conditionem de ſui natura impor-
tans qualificet totam gratiam.

Verum contrarium omninò dicendum aſſere-
bam; licet enim ablatiuus abſolutus de ſui natura
conditionem importet vt Rota ſæpiſſime, & præ-
ſertim apud *Greg.dec.*492. *n.*7. non tamen ſuſpen-
ſiuam, quæ ſola inducitur per particulam, *ſi*, *Gonz.
Mendez var.argum. Iuris lib.*1.*cap.*3.*n.*34.& quam-
uis Rota hodie ſeruet hunc Stylum, quod ablati-
tiuus abſolutus ſuſpendat effectum reſcripti vt ſe-
pius reſoluit in terminis clauſulæ, non retardata
ſolutione de qua apud *Marcheſanum de commiſſ. p.*
1.*fol.*513. tamen Vrbanus Octauus in vna Cauſa
Alben. penſionis pro Epiſcopo contra penſiona-
rios cenſuit contrarium, & mihi oretenus dixit, per
hanc clauſulam, ſe nunquam intellexiſſe ſuſpende-
re iuriſdictionem Iudicis ad quem, ſed præſeruare
voluiſſe iuriſdictionem Iudici à quo circa execu-
tionem faciendam, alias enim reſcripſiſſet per hanc
aliam clauſulã non niſi facta ſolutione, & propte-
rea in hoc non differre hanc clauſulam conceptã
per ablatiuum abſolutum ab illa alia, ſiue præiu-
dicio executionis, quæ præſeruat ſolum facultatẽ
procedendi ad executionem non autem operatur,
quin Iudex ad quem non poſſit procedere in nego-
cio principali, vt in Mediolanen. Beneficij 1611.
coram Card. Vbaldo.

Et inſuper notandum Rotam cenſere ablatiuũ
abſolutum eſſe conditionalem in reſcriptis Iuſti-
tiæ, ſecus videtur ſenſiſſe in Reſcriptis gratiæ, quã-
doquidem conditionem importatam per ablati-
uum non importare conditionem ſuſpenſiuam di-
xit apud *Greg. dec.*117.*nu.*4. quod ipſum conuinci-
tur ex alio reſcripto, etiam *Litteris non expedi-
tis, &c.*

Vnde quo ad Concluſionem illam quod ablati-
uus abſolutus importet conditionem eſt diſtin-
guendum vel enim loquimur in reſcripto Iuſtitiæ,
& eſt interpetranda iuxta expoſitionem modo ad-
ductam,

ductam, vel loquimur de reſcripto gratiæ; & ablatiuus eſt appoſitus ad fauorem impetrantis, vt in Clauſula litteris non expeditis, & tunc non poteſt inducere ſuſpenſionem, quia præbet facultatem impetranti: vel per ablatiuum iniungitur onus impetranti, vt per clauſula *verificato priùs coram te &c.* & tunc importat ſuſpenſionem, donec conditin huiuſmodi impleatur: Vel ablatiuus abſolutus ſtat indifferent. vt hic, & tunc non importat ſuſpenſinnem, ſed interpetratur *pro quatenus*, ſiue pro quia videlicet concedimus alternatiuam ceſſantibus Reſeruationibus, hoc eſt quatenus reſeruationibus ſit locus, & non ceſſent, vel concedimus, quia ceſſant.

Cum igitur in caſu noſtro vt ſupra oſtenſum Parochialis prædicta non comprehendatur ſub regula reſeruatoria, gratia alternatiuæ cum clauſula ceſſantibus reſetuatinnibus non poteſt eam illi Regulæ ſubijcere, ſed eam relinquit, quo ad hoc in ſtatu, in quo erat ante gratiam, quæ nemini debet eſſe damnoſa, adeo vt tota hæc materia pendeat à mente diſponentis ad normam Iuris interpetrandæ iuxta dictam deciſionem *Gregor. 117. & Mendez loc. allegat.*

Non obſtat *Garz. de benefic. p. 5. c. 1. nu. 234.* quia loquitur in terminis diuiſionis, & alternatiuæ collationis ſimultaneæ, quæ ſub Regula 8. comprehêditur vnde ex diuiſione, ſiue alternatiua non potuit inferri præiudicium Regulæ in caſu propoſito.

Per diuiſionem vero, ſiue alternatiuam, nullum infertur præiudicium Regulæ 8. quia Parochialis iſta vt ſupra aſſumpſimus ſub d. Regula non compræhenditur.

SVMMARIVM.

Confirmatio iudicialium ob defectum ſolemnitatum vocatur ſanatio, 1.
Papa confirmat iudicialia, etiam ſine partis citatione, 2.
Papa confirmat ſententias ad ſupplicationem partium, & non aliter, 3.
Confirmatio ſententiæ nullæ, vel notoriæ iniuſtæ corruit ex defectu intentionis, 4.
Formula confirmationis ſententiæ. 5.
Sigiſmundi III. Regis Poloniæ religioſa munificentia, 6.
Guſtauus Regni Svveciæ occupator, 7.
Vladislaus Poloniæ Princeps pius, 8.
Societas Ieſu Religio dicitur, 9.
Societas Ieſu in caſta educatione puerorum præ reliquis excellit, 10.
Societatis Ieſu indulta Apoſtolica, quod poſſint in eorum Collegijs prælegere quaſcumq; facultates, 11.
Sciẽtiarũ, & litterarũ nimietas an inutilis Reipublicæ, 12
Lutherus damnat ſcientias, 13.
Scientiæ ſunt neceſſariæ, 14.
Clauſulæ eorumq; tenores, etiam veriores in toto, ſeu parte exprimi poſſint in litteris quomodo intelligen. 15.
Abbreuiatores iudicant ſolum modo ſuper recta expeditione litterarum, 16.
Clauſula perpetuo, & ad perpetuam rei memoriam an ſint idem, 17.
Brachium Sæculare quomodo, & quando ab Eccleſiaſtico ſit implorandum, 18.
Dietarum derogatio, & materia, 19.

§. IX.

De Confirmatione ſententiarum, & iudicialium.

1 NOn hic agemus de confirmatione iudicialiũ debita ſolemnitate carentium, quæ vocabulo magis proprio Curia ſanationem nuncupat, & ad *Signaturam Gratiæ* ſpectant, de quibus fusè *Petra de poteſtate Principis tit. de clauſula ex certa ſciẽtia. Staphil. de litteris grat. & Mandoſ. de ſignat. grat.* ſed tantum de ea, quæ per Datariam conceditur. *Staphil. enim, & Mandoſ.* in prædictis tractatibus confundunt materias gratiæ ſpectantes ad Signaturam, & ad Datariam. Nobis Signatura erit prorſus intacta, nec meſſem ingrediemur alienam, niſi quatenus neceſſariam, cum Dataria habeat dependentiam.

Principio ſupponendùm Papam poſſe confirmare iudicialia, etiam ſine citatione aut cauſæ
2 cognitione. *Imol. Abb. & alij in c. 2. de confirm. vtil. vel inutil.* hoc tamen non facit, niſi plene fuerit informatus de iuſtitia, & propterea non confirmat
3 ſententias, niſi ad ſupplicationem partium, & ſi pars victrix tantummodo ſupplicet, alteri parti ius præſeruat, illiq; in nihilo præiudicat, etiam ſi adſint tres conformes: quia poſſet eſſe locus reſtitutioni in integrum, vel ex nullitate ex tribus, vel ex notoria iniuſtitia, & tunc confirmatio, etiam con-
4 ceſſa corrueret ex defectu intentionis. *Seraph. dec. 972. num. 17.* Verùm ex formula confirmationis huiuſmodi obſeruabimus clauſulas apponi ſolitas.

5 » BEatiſſime Pater. Alias Sereniſſimus Prin-
» ceps Sigiſmundus Tertius Rex Poloniæ
» prouide conſiderans, Religionem Societatis Ieſu
» inter alias ad caſtam eruditionem, veramq; pie-
» tatem, & rectam in Deum Fidem per totum terra-
» rum Orbem diffundendas diuinitus inſtitutam eſ-
» ſe, & in Regni ſui ditionibus ab annis quam pluri-
» mis egregiam ea in parte præſtitiſſe, & præſtare
» operam cum magno animarum, & Reipublicæ
» Chriſtianæ bono, diuiniq; cultus, ac bonorum ope-
» rum incremento, ac Religionis, & Fidei Catholicę
» propagatione, propterea q; pios, & cunctis Chriſti
» Fidelibus vtiliſſimos ipſius ſocietatis labores, &
» ſtudia tueri, & promouere cupiens in Ciuitate
» Cracouien. Vnum prædictæ ſocietatis Collegium,
» cuius Rector, & Collegiales, ſeù Presbyteri, & Re-
» ligioſi in eo pro tempore commorantes, inibi om-
» nia ipſius ſocietatis exercitia, & miniſteria tam
» Collegiorum ſuorum propria, quam omnia cum
» alijs eiuſdem ſocietatis domicilijs, tàm priuatim,
» quàm publice libere obire, ac ſine vllo impedimẽ-
» to exercere iuxta iura, & priuilegia eidem Socie-
» tati à Sede Apoſtolica, & præſertim à fel. rec. Pio
» PP. V. & Greg. XIII. Romanis Pontificibus Præde-
» ceſſoribus Veſtris poſſent, & valerent, fundauerit,
» & ad effectum fundationis, & inſtitutionis Colle-
» gij huiuſmodi ſitum ad id opportunum, & decentẽ
» cum Templo, ſeu Eccleſia per d. Sigiſmundum Re-
» gem ad eum finem conſtructa, ac nonnullis domi-
cilijs,

,, cilijs, & areis realiter, & cum effectu donauerit,
,, & aſſignauerit, ipſaq; domicilia, & areas, nec non
,, alia bona eiuſdem Societatis ad ipſum Collegium
,, ſpectau. etiam iuriſdictionalia Eccleſiaſticis liber-
,, tatibus, & immunitatibus Eccleſiæ Orthodoxæ
,, Romanæ ad inſtar aliorum bonorum Spiritualium,
,, ſeu Eccleſiaſticorum aſcribi, ipſiuſq; Collegij Re-
,, ctorem, & Presbyteros, ſeu Collegiales pro tem-
,, pore exiſtentes omnibus ſuis iuribus, & priuilegijs
,, eidem Societati à Sede Apoſtolica prædicta con-
,, ceſſis, & conceden. libere, & ſine impedimento vti,
,, gaudere, & frui inuiolabiliter, quo ad omnia re
,, nulla penitus excepta expreſſe voluerit. Ac ſubin-
,, de d. Pius Prædeceſſor per eum accepto, quod li-
,, cet ipſa ſocietas in Collegijs tam intra quam ex-
,, tra Studiorum generalium Vniuerſitates conſtitu-
,, tis varios *Philoſophiæ, & Theologiæ profeſſores*, ma-
,, nutenere ſtuduiſſet ad effectum, vt non ſolum d. ſo-
,, cietatem ingreſſi ab illis eruditi ſperatos in Vinea
,, Domini fructus reportare poſſent. Verum etiam
,, vt diuerſarum nationum iuuenes, qui magiſtrorum
,, penuria litteris operam dare deſiſtebant ea com-
,, moditate allecti, recte viuendi normam edocti, ſa-
,, pientięq; donum amplexi in litteris ſimul, & bonis
,, operibus proficerent, ac propterea, prout etiam
,, Sedis Apoſtolicę auctoritate ſuffulti, id facere om-
,, nino poterant, ſemper curauiſſent, vt illarum ſtu-
,, dioſi, tam lectionibus, quã diſputationibus, & alijs
,, ſcolaſticis exercitationibus excolerentur, nihilo-
,, minus cum in quibuſdam Vniuerſitatibus quorũ-
,, dam priuilegiorum prætextu eueniret, vt qui in
,, Collegijs Societatis huiuſmodi eorum curſus con-
,, fecerant illi eis ad gradum ſuſcipiendum minime
,, ſufficerent, interdum etiam ſcholaribus ipſis pro-
,, hiberetur, ne huiuſmodi lectiones ſub pęna exclu-
,, ſionis à gradibus prædictis, & alijs forſan cenſuris
,, audirent in magnũ inibi proficere ſtudentium de-
,, trimentum, ac legere, & laborare ſatagentium vili-
,, pendium, & grauamen per ſuas ſub Dat. Romæ
,, apud S. Petrum 10 Martij 1571. Pontificatus ſui
,, anno ſexto expeditas litteras Apoſtolica auctori-
,, tate declarauerit, & decreuerit. Quod præcepto-
,, res huiuſmodi Societatis, tam humanarum litte-
,, rarum, quam liberalium artium Theologiæ, vel
,, cuiuſuis earum facultatum in ſuis Collegijs, etiã
,, in locis, vbi vniuerſitates extarent ſuas lectiones
,, etiam publicas legere, dummodo per duas horas
,, de mane, & per vnam horam de ſero cum Lectori-
,, bus Vniuerſitatum non concurrerent libere, & li-
,, cite poſſent. Quodq; quibuſcumq; ſcholaſticis li-
,, ceret in huiuſmodi Collegijs Lectiones, & alias
,, ſcholaſticas exercitationes frequẽtare, ac quicũq;
,, in eis Philoſophiæ, vel Theologiæ Auditores fuiſ-
,, ſent in quauis Vniuerſitate ad gradus admitti poſ-
,, ſent, & curſuum, quos in Collegijs prædictis con-
,, fecerant ratio haberetur, ita vt ſi in examine ſuffi-
,, cientes reperti forent, nõ minus, ſed pariformiter,
,, & abſq; vlla prorſus differentia, quam ſi in Vniuer-
,, ſitatibus prædictis ſtuduiſſent ad gradus quoſcũq;
,, tam Bacchalaureatus quam licentiaturæ Magi-
,, ſterij, & Doctoratus admitti poſſent, & deberent,
,, eiſq; ſuper pręmiſſis ſpecialem licentiam, & facul-
,, tatem d. auctoritate conceſſerit, prout in Patenti-
,, bus Sigiſmundi Regis, ac Apoſtolicis Pij Prędeceſ-
,, ſoris litteris huiuſmodi continetur. S. V. Collegiũ
,, Cracouien. illiuſq; Rectorem, & Collegiales, ſeu
,, Scholares ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſe-
,, quen. fundationem Regiam prædictam, & inſtitu-
,, tionem Collegij Cracouien. huiuſmodi, necnon lit-
,, teras Apoſtolicas Pij Prædeceſſoris, omniaq; & ſin-
,, gula in eis reſpectiue conceſſa Apoſtolica aucto-
,, ritate approbare, eiſq; perpetuę, & inuiolabilis A-
,, poſtolicæ firmitatis robur adijcere, ac omnes, &
,, ſingulos tam iuris, quam facti, & ſolemnitatum a-
,, lioſq; quantumvis &c. defectus ſupplere, ſenten-
,, tiaſq; Rotales deſuper legitime latas confirmare,
,, &c. non obſtan. &c. quibuſuis indultis, & litteris
,, Apoſtolicis prædictæ Vniuerſitati &c. nec non ip-
,, ſi Ciuitati Cracouien., ac toti Regno Poloniæ ſub
,, quibuſuis tenoribus, & formis, &c. ac alijs decretis
,, &c. ac alias quomodolibet conceſſis, ac quibusvis
,, prohibitionibus per d. Vniuerſitatem dicto Colle-
,, gio, illiuſq; profeſſoribus, & ſcholaribus quomo-
,, dolibet, vt prætenditur factis, ac alijs quibuſcũq;
,, in contrarium quomodolibet facien., & quæ præ-
,, ſentis gratiæ effectum impedire poſſent, quibus
,, omnibus, etiam ſi de illis, &c. illorumq; tenoribus,
,, &c. latiſſime derogare, cęteriſq; contrarijs quibuſ-
,, cumq; cum clauſulis opportunis.
,, Et cum abſolutione à cenſuris &c. & quod fun-
,, dationis Collegij, litterarum Apoſtolicarum, ac sẽ-
,, tentiarum Rotalium, aliorumq; præmiſſorum, ac
,, quorumvis neceſſariorum, etiã de neceſſitate ex-
,, primendorum tenores, etiam veriores, ac dat. ha-
,, beantur pro expreſſis, ſeu in toto, vel parte expri
,, mi poſſint in litteris, & de Confirmatione appro-
,, batione, defectuum ſuppletione, decreto, declara-
,, tione, derogatione, alijſq; præmiſſis vt ſupra in for-
,, ma gratioſa, etiam cum clauſula perpetuo, & ad
,, perpetuam rei memoriam, etiam, opportuna Iu-
,, dicum exequtorum deputatione, qui in præmiſſis
,, aſſiſtant, & poteſtatem habeant citan., & inhiben.,
,, etiam ſub cenſuris Contradictores, &c. in illas in-
,, cidiſſe ſeruata forma Concil. Tridentini declaran.
,, auxiliumq; brachij ſæcularis inuocan., etiam cum
,, derogatione dictarum non tamen trium latiſſime
,, extenden., & quod præmiſſorum omnium, & ſin-
,, gulorum etiam denominat., qualit., nuncupat., in-
,, nocat., aliorumq; neceſſariorum maior, & verior
,, ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in litteris per
,, officium contradictarum expedien.

Sereniſſimus Princeps Rex Poloniæ &c. non vide-
tur ab officio Commentatoris alienũ referre quæ-
dam, etiam ſi ad ſcopum præfixum non dirigantur
circa ea, quæ obiter in exemplis incidunt, & proin-
de cum nos poſuerimus exemplum confirmationis
6 ſententiæ ad fauorem Collegij per Sereniſſimum
Sigiſmundum Tertium Poloniæ Regem fundati
eius Religioſa munificentia meretur vt ſub ſilẽtio
non prætereatur. *Vladislaus Rex Svveciæ reliquit
poſt ſe Sigiſmundum Filium impuberem, cuius curam,
& tutelam demandauit Guſtauo fratri. hic in fratrem,
& in Deum, iuxta, impius, Nepotem Regno, Regnum
Catholica Religione ſpoliauit, incendijs, & cędibus fę-
7 dauit; de qua re videndus Floremundus Remundus de
Ortu Hæreſeos noſtri Seculi lib. 6.* Sigiſmundus de-
inde Dei beneficio ad Poloniæ Regnum per ordi-
nes vocatus memor Diuini beneficij Religioſiſſi-
mum

mum ſemper ſe oſtendit Regem, & vtinam Chri-
ſtianus Orbis plures illi ſimiles haberet Principes.
Vladislaus Filius in certam ſpem Regni educatus
8 à Patris pietate non abſcedet, indicium dedit cum
Romæ eſſet de anno 1625.

*Religionem Societatis Ieſu inter alias ad caſtam
eruditionem, veramq; pietatem &c.* Societas Ieſu
Religio vocatur à Concilio Tridentino, ſeſſ. 25.
cap. 16. *Religio Clericorum Societatis Ieſu*, &c. il-
lius merita non ſunt in præſentiarum perpenden-
9 da, quod modo ad propoſitum facit annotaſſe ſuf-
ficiat in caſta educatione puerorum præ reliquis
excellere Patres Societatis, adeo vt tot annorum
curriculo nihil probri vere ipſis opponi potuerit.
Sanè non parum huic ſodalitati debet Chriſtianus
10 Orbis, cum à recta adoleſcentium inſtitutione pẽ-
deat totius Reipublicæ ſalus, vt poſt alios multis
pro ſequitur Petrus Primaudæus Academiæ Frãcię
tom. 1. c. 51. Hanc autem probam iuuentutis inſti-
tutionem videmus Societati Ieſu propriam, vt nul-
la alia Congregatio, ſiue Vniuerſitas illi poſſit æ-
quiparari. Immo ante paucos dies fuit factus con-
greſſus Cracouiæ inter Rectores Vniuerſitatis il-
lius Ciuitatis, cum quibus pẽdet lis, de quà in ſup-
plicatione, & patres Collegij Societatis Ieſu eiuſ-
dem Ciuitatis ſuper inſtitutione iuuẽtutis, & nor-
ma inſtitutionis, quã ſeruat Societas ab omnibus,
licet nomini Ieſuitarum non multum addictis fuit
iudicata melior, magis proficua Reipublicæ, & ac-
commodatior vitæ Chriſtianæ.

11 *Iuxta iura, & priuilegia eidem Societati à Sede A-
poſtolica, & præſertim à fe: re: Pio V. & Greg. XIII.
&c.* Pius V. indulſit omnibus Lectoribus ſingulorũ
Collegiorũ Societatis Ieſu, vt poſſint in dictis eorũ
Collegijs prælegere non ſolum litteras humanio-
res, ſed etiam artes liberales Philoſophiam, Theo-
logiam, ac omnes alias quibuſcumq; eorum Colle-
gia frequentantibus, contra quæ priuilegia oppo-
ſuit ſe Vniuerſitas Cracouien., & cauſa fuit per tri-
nas ſententias terminata in Rota, quarum hic pe-
titur confirmatio, in quibus inſtantijs emanarunt
ſex deciſiones quarum nos poſtremam hic recen-
ſebimus, quia priores complectitur, & materia ip-
ſa Lectorem non offendet. R.P.D. Ghiſilerio. Cra-
couien. Iuris legendi Lunę 3. Decembris 1629.
„ Per binas ſententias Rotales fuit pronunciatum
„ Rectori, ac Patribus, & pręceptoribus, ſeù profeſ-
„ ſoribus Societatis Ieſu licuiſſe, & licere in eorum
„ CollegioCracouien. vltra humaniores litteras pu-
„ blice, ac libere legere etiam liberales artes Theo-
„ logiam, & alias facultates quibus vis ad d. Collegiũ
„ accedentibus iuxta formam priuilegiorum Apo-
„ ſtolicorum eidem Societati conceſſorum ac Vni-
„ uerſitati ſtudij generalis eiuſdem Ciuitatis non li-
„ cuiſſe, aut licere impedire, nec vllatenus moleſtare
„ eoſdem Rectores, Patres, & Pręceptores in tali fa-
„ cultate libere, & publice legendi. Verũ quia Vni-
„ uerſitas ad impugnandas ſupradictas ſententias
„ inſtabat pro remiſſoria, dubitaui. An d. ſententię eſ-
„ ſent confirmandę, vel infirmandę, & DD. cenſuerũt,
„ remiſſoriam non eſſe concedendam, ſed ſentẽtias
„ tanquam validas, & iuſtas eſſe confirmandas. De
„ validitate non dubitatur, cum per citationẽ ad di-
„ cen. cõtra commiſſionem fuerit firmata iuriſdictio
„ Iudicis. *Ægid. dec. 38. & Caſſad. dec. 7. de app.* cõſtat
„ de mandatis Procuratoris vtriuſq; partis, fuerunt
„ ſeruati termini ſubſtantiales, & reiterati, quibus
„ ſeruatis ſententia dicitur valida. *Verall. dec. 260. p.
„ 2.* eaq; ex reuolutione actorũ bene probatur. *Rota
„ dec. 545. n. 1. p. 1. dec. 178. n. 1. p. 2. rec.* Nec de iuſtitia
„ poteſt dubitari, cum ea probetur ex tot deciſioni-
„ bus factis in hac cauſa, in quibus reſpondetur ſin-
„ gulis obiectis per Vniuerſitatem Cracouien. de-
„ ductis, nam Patres Societatis Ieſu fundant ſuam
„ intentionem tam de iure communi, quam ex pri-
„ uilegijs Apoſtolicis, de iure communi per *tex. in c.
„ 1. §. licentia de Magiſtr. ibi nec docere quenquam qui ſit
„ idoneus petita licentia interdicat, & in c. quanto eod.
„ tit. ibi diſtincte præcipientes, vt quicumq; viri idonei,
„ & litterati voluerint legere ſtudia litterarum ſine mo-
„ leſtia, & exactione qualibet ſcholas regere permittan-
„ tur,* & ad hoc ipsũ videtur reſpexiſſe Sac. Cõc. Trid.
„ ſeſſ. 5. c. 1. & ſeſſ. 23. c. 18. de reform. vbi Sac. Conc.
„ inuitat Principes, vt plura ſtatuant loca, in quibus
„ iuuentus docere poſſit. *Et Caſſan. in Cath. Glor. mũdi
„ 5. p. conſid. 21.* refert, quod in ſola Athenarum Ciui-
„ tate ſeptem extiterunt gymnaſia, quinimo *Ægid.
„ Rom. lib. 3. p. 2. cap. 8.* Curare Rex debet, vt in Re-
„ gno ſuo vigeant ſtudia litterarum, vt ibi ſint multi
„ ſapientes, & induſtrij ex Theologis Iuriſperitis,
„ Medicis, & alijs doctis viris. Hinc legimus, quod cũ
„ Iulianus Imperator Apoſtata vellet radicitus Chri-
„ ſti legem deſtruere illud primum curauit, ne Chri-
„ ſtiani Grammaticam, & Rhetoricam docerent, vt
„ refert hanc legem Iuliani improbans *Ammianus
„ Marcellinus lib. 22. & 25. idq; S. Aug. lib. 18. de Ciuit.
„ Dei c. 52.* inter perſecutiones Eccleſiæ Dei recẽſet,
„ & ob hanc quoq; rem acerrime in Iulianum inue-
„ hitur *S. Greg. Nazianz. Orat. 1. in Iulianum*, vbi hoc
„ eius factum appellat ſcelus, & Tyrannidem, quãvis
„ ille Theologicas Lectiones Chriſtianis Magiſtris
„ non interdixerit. Et ex priuilegijs Apoſtolicis Pauli
„ III. Iulij III. Pij IV. & aliorum Summ. Pontific. & in
„ ſpecie ſa: me: Pij V. ſub Dat. Romæ 10. Mar. 1571.
„ in cuius diſpoſitione habetur. *Decernimus, & de-
„ claramus, quod Præceptores huiuſmodi Societatis tam
„ litterarum humaniorum, quam liberalium artiũ Theo-
„ logiæ* vel cuiuſuis earum facultatum in ſuis Colle-
„ gijs, etiam in locis, vbi Vniuerſitates extiterint,
„ ſuas lectiones etiam publicas legere libere, & li-
„ cite poſſint. Et tale priuilegium tanquam conceſ-
„ ſum Collegijs, & Societati, extenditur etiam ad
„ Collegia futura. *Alex. conſ. 178. num. 7. & 10. &
„ num. 13. lib. 2 Natta conſil. 160. nu. 23. & ſeq.* & pro-
„ pterea non applicatur, quod ſit intelligendum de
„ Collegijs tunc ædificatis, ex quo priuilegia non
„ compræhendunt bona poſt illorum conceſſionem
„ acquiſita. *Clem. acquiſita de reſcript. vbi Vitalin.
„ num. 13. & ſeqq.* Nec facit quod de iure commu-
„ ni ſine licentia Principis non poſſit aperiri publi-
„ ca Vniuerſitas Gymnaſij, cum iſtud ius ſit de reſer-
„ uatis Principi *Vitalin. in Clement. prima numer. 25.
„ de Magiſtr.* quia pręter priuilegia Regum Polo-
„ nię, quę Patres Societatis Ieſu pro fundatione
„ ſui Collegij adducunt, Indulta quoque plurium
„ Roman. Pontific., & ſpeciatim Sanct. Memor. Pij
„ V. tollunt difficultatem, cum in eis concedatur
„ facultas iſta in omni Vniuerſitate, & eo ipſo, quod

à Papa

à Papa conceditur aliquid etiam contra ius commune; omnia impedimenta cenſentur ſublata, cum habeat omnia iura in ſcrinio pectoris. Et cum in ſupradicto indulto Pij V. adſit ampliſſima derogatio quibuſcumque priuilegijs, conſuetudinibus, ſtatutis, indultis, & litteris Apoſtolicis quibusvis Vniuerſitatibus, & Collegijs conceſſis ſub quibus vis derogatoriarum derogatorijs, cum clauſula quorum tenores &c. non poteſt Vniuerſitas Cracouien. allegare aliquod ius ſpeciale, quod non fuerit ſublatum. Iſta namq; generalis derogatoria habet vim ſpecialis expreſſionis, etiã iuris prohibendi *l. ſi duo in fin. ff. de admin. tutor. Gonzal. ſuper reg. 8. Gloſ. 9. § 56. Verall. deciſ. 296. num. 2. par. 2. Rota deciſ. 11. & ibi adden. num. 4. de præbend. in nouiſ.* Nec obſtat quod præſcriptione immemorabili poſſit acquiri ius prohibendi, ne poſſit aperiri publicum gymnaſium: quia procedit, vt non poſſit fieri ſine licentia Superioris, *vt in cap. primo, & c. quanto de magiſtr.* qui textus generaliter diſponunt, & ſunt fundati in eo, quod ad docendum multum valet amor magiſtri, & acceptus modus legendi: quia aliquis cum vno proficit, qui cum altero non proficeret vt poſt *Hoſtien. tradit Io: Andr. in d. cap. quanto, de magiſtr. in fine,* & propterea non applicatur, quod diſpoſitio ſupradictorum textuum ſit reſtricta ad caſum, quando in illis locis non eſt ſufficienter prouiſum de Magiſtris, ſed vnus tantum Magiſter regit ſcholam. Sed cardo difficultatis in eo verſatur. An ſit concedenda remiſſoria qua Vniuerſitas probare intendit ſe eſſe in poſſeſſione prohibendi ab immemorabili tempore, ne alij legant. Et DD. inhærendo reſolutionibus alias factis eam non eſſe dandam reſoluerunt ea ratione, quia cum Patres Societatis Ieſu habeant ſua priuilegia clara, vt poſſint vbiq; legere, non ſunt admittendi articuli ſuper eo quod Vniuerſitas Cracouien. ab immemorabili tempore eſt in poſſeſſione prohibendi, ne alij legant: quia immemorabilis videtur potius imaginata, vt fiant articuli releuantes, quam quod verè ita ſe res habeat, & ideò remiſſoria eſt deneganda. vt fuit reſolutum in cauſa Hiſpalen. de Eceza 16. Nouembris 1579. coram Sanct. Mem. Clemente VIII. & San. Mem. Greg. XV. *deciſ. 211. num. 5.* Quod autem immemorabilis fuerit articulata, vt articuli appareant releuantes ſatis apparet quia, ad nullum alium effectum articulatur. d. immemorabilis, niſi ad euitandas deciſiones, quæ canonizant prædicta priuilegia, & propterea prædicta immemorabilis videtur materia imaginata, dixit Rota in Mediolanen. bonorum 9. Maij 1597. coram bon. memor. Card. Pamphilio, & in Vlixbonen. iuris conferendi 7. Februarij 1607. coram bon. mem. Card. Lancellotto *adden. ad d. dec. 211.* San. Mem. Gregor. XV. *deciſ. littera C.* Secundò dicta remiſſoria non videtur concedenda, quia immemorabilis articulata eſt inuerisimilis, qua inueriſimilitudine ſtante reijciuntur articuli & illa denegatur, *cap. quia veriſimile. & ibi Imol. num. 1. de præſumpt. Specul. de probat. §. nunc dicendum nu. 1. Tiraquel. in l. ſi vnquam in prædicto num. 38. in fine, C. de reuocan. donat. Rota deciſ. 23. de teſtibus in antiq. & deciſ. 99. num. 1. p. 4. diuerſ. ſanct. mem. Gregor. XV. deciſ. 414. num. 3. &* fuit reſolutum in cauſa Toletana penſionis 10. Maij 1595. coram Reuerendiſſimo Pacen. Inueriſimilitudo autem ex eo deducitur: quia quicumq; idonei poſſunt regere ſcholas, & tranſgreſſores officijs, & dignitatibus ſpoliantur, & etiam excommunicantur, vt in *alleg. cap. quanto de Magiſtr.* Et cum huiuſmodi pœnæ non imponantur à Canonibus, niſi propter crimina *Silueſter in verbo excommunicatio il primo num. 7.* inueriſimile eſt quod Summus Pontifex voluiſſet concedere priuilegiũ, quod de ſui natura continet materiam criminoſam, punibilem, improbam, & irrationabilem prout dicit *textus in eod. c. quando,* & quod in materia tam exorbitanti voluiſſet ſibi & ſucceſſoribus ſuis ligare manus contra omnes regulas, *c. dudum, & c. quantum il ſecondo de præbend. in 6. Alphonſus Sotus in reg. 24. num. 23. Aym. conſ. 126. nu. 24. verſic. itaq; ſi Papa Cephal. conſ. 155. num. 14. & conſil. 168. num 8.* Non obſtat, quod hæ concluſiones limitentur, quando datur fumus in contrarium; vt de prima dicit dicta *deciſ. 414. Gregor. XV. num. 4. & de ſecunda, Imol. loc. cit.* quia hic nullus datur fumus. Nam Teſtes in Curia examinati, qui deponunt de certa prohibitione, non deponunt de prohibitione facta perſonis habentibus talia priuilegia Apoſtolica, qualia habent Patres Societatis Ieſu. Vltra quod iſta prohibitio eſt ſatis moderna, vndè ex illa nullo modo poteſt argui ad immemorabilem, ita vt ex illo poſſit colligi præſumptio, quod materia non ſit imaginaria, & quod articuli non contineãt inueri ſimilia. Neq; poſſet ſuffragari immemorabilis prætenſa ab Vniuerſitate, niſi haberet priuilegium Apoſtolicum concedens, vt nemo ſine licentia Rectoris Vniuerſitatis poſſit legere in illa Vniuerſitate, etiam ſi haberet licentiam à Papa, quod eſſet abſurdum, immo monſtruoſum, & detraheret auctoritati Apoſtolicæ, non enim eſt credendum, quod Papa dederit tale priuilegium, per quod ſibi manus ligauerit, & ſua licentia ſit manca, & inutilis, & quod plus poſſet licentia Vniuerſitatis, quam licentia Papæ, & propterea ſtante hac improbabilitate, & improbitate tituli Remiſſoria non poteſt dari pro probanda immemorabili. *Put. dec. 457. lib. 2. per tot.* Ex quibus cum priuilegia Apoſtolica ſint clara ex deciſionibus in hac cauſa factis DD. vtraq; parte audita dixerunt ſententias Rotales confirmandas eſſe, & remiſſoriam denegandam.

12 Hactenus deciſio, Ex qua apparet, quam fuerint optimi Principes anxij, vt ingenua iuuentus litteris à probis Magiſtris imbueretur. Politicorum non nulli damnant nimiam hodie in Republica Chriſtiana ſcientiarum omnibus communicationem tanquam illi exitialem, quia ſi omnes litterarum ſtudijs ſe dedant defuturi ſunt tempore, qui agrum colant, qui velles ſarciant, qui militiam exerceant, vbi Turca ſcientias, & litteras damnans militia ſtrenuus, orbi Chriſtiano, quod reliquum eſt continuum faceſſit negocium, hanc propoſitionẽ tuetur Io: Barclaius in Argenide, cui ego non aduerſor, ſed modum habendum cenſeo, ſine quo Reſpublica rite inſtitui & diu conſeruari non poteſt, ad inſtar humani corporis quo ſingula membra propria exerceant officia neceſſe eſt. Carôdes, vt re-

O

vt refert Diodorus Siculus publica inſtituit Gram-
maticæ Gymnaſia, quam reliquis præferebat ſciē-
tijs, & recte, nam videtur pueris permittendum,
quod grammaticam addiſcant, vt adulti ſcientes
ſcribere, & legere valeant, ac Interprete non indi-
geant, & in illa ætate tenella alterius vſui eſſe non
poſſunt, cum vero adoleuerint, ſi ad ſpeculationem
animum adijciant vileſcunt, & quodammodo effę-
minantur corpora, & ſedentarij languent, vt ſpiri-
tus ad fortia attollere non poſſint; ſcientias dam-
nate, vt Barbarum eſt, ita periculoſum, hinc vi-
demus in plurimos errores impegiſſe Cornelium
Agrippam omnes ſcientias damnantem, omnino
in hoc Lutherizans cum ne quam ille, ne dū ſcien-
tias, ſed libros vna excepta Biblia ſuis prohiberet,
præſertim Theologiam ſcholaſticam, quam maxi-
mè verebatur, vt pote errorum, & blaſphemiarū
ſuarum detectricem. Sunt itaq; ſcientiæ neceſſarię
13 ad expellendas ignorantiæ tenebras, vt inquit au-
ctor. Acad. Franc. loco allegato. Sed non om-
14 nibus communicandæ, ijs præſertim, quorum ge-
nium litterarum ſtudia non expoſcit, vnde pręſta-
ret pauciores quidem ad litterarum ſtudia admit-
tere, & excellentes colere, & munificentia proſe-
qui. Verum diuerſum, plerumque eſt Principum
ingenium, quibus virtus non eſt amoris, ſed potius
odij cauſa, vt late in quadam Epiſtola mea ad
Card. Magalottum typis data.

Sententiaſq; Rotales deſuper latas confirmare &c.
Dataria apponit reſtrictiuam *validas tamen, & iu-
ſtas*; quia vt ſupra diximus, Papa non intendit con-
firmare ſententias nullas, ſiue iniuſtas.

15 *Et quod fundationis &c. tenores etiam veriores &c.
habeantur pro expreſſis, ſeu in toto vel parte exprimi
poſſint in litteris &c.* dicitur etiam veriores, non
quod verus tenor exprimatur, ſed hoc intelligendū
eſt, quatenus non ſit contrarius expoſitis, licet am-
plior, & quod non contineat abſurda, vt ſupra di-
ximus ad confirmationem priuilegiorum, dicitur
in toto, vel parte, ne ſi velit aliquid expreſſorum
litteris inſerere teneatur exprimere omnia. Clau-
ſula autem iſta de tenore priuilegiorum in litteris
exprimendo non vidi practicari, niſi prius inſertus
ſit ſupplicationi, nihilominus debet gratia hæc Pa-
pæ operari, vt poſſit per impetrātem inſeri tenor,
ſi ita voluerit, quomodo autem Cācellaria in hoc
habere ſe debeat non eſt adeo facile, nam ſi ſuppli-
cans exhibuerit Abbreuiatori copiam priuilegij
non authenticam, non videtur, quod ei ſit fides ad-
hibenda: nam poſſet confringi priuilegium, quod
nullibi extat, & licet contra poſſit opponi de falſi-
tate, interim litteræ habebunt executionem, &
fortaſſis nemo curabit opponere, & tunc acquire-
retur priuilegiū ex falſa expreſſione, proinde Ab-
breuiator nō poterit inſerere tenorem, niſi ipſi ex-
hibeantur litterę originales, vel ſumptum ex regi-
16 ſtro, & inſtrumentum alias authenticum non ſuffi-
ceret, quia iuriſdictio Abbreuiatoris non ſe exten-
dit ad iudicandum ſuper inſtrumentis, ſed ſolum
ſuper recta expeditione litterarum originalium,
vel quod idem eſt ex regiſtro ſumptarum.

*Cum Clauſula perpetuo, & ad perpetuā rei memo-
riam, &c.* Clauſula perpetuo valitura, & ad perpe-
17 tuam rei memoriam non differunt, ſed idem ope-
rantur, non poſſent tamen ambæ inſeri litteris, ni-
ſi eſſent conceſſæ, clauſula enim perpetuo valitura
ponitur in fine, clauſula vero ad perpetuam rei
memoriam in principio, & ideo vtriuſq; facienda
eſt mentio.

*Et cum opportuna Iudicum exequutorum deputa-
tione &c.* ſupra vbi de executore litterarum Apo-
ſtolicarum egimus explicauimus in gratioſis nullo
eſſe opus Iudice, ſed tantum Executore, qui man-
datum Papæ abſque vlla cognitione exequatur, &
contra non parentes procedat per cenſuras, & ſi
opus ſit, brachij ſecularis inuocationem, quod ipſi
aſſiſtat tanquam miniſter; quomodo autem exe-
cutor, & quando debeat procedere per excommu-
17 nicationem, & deinde brachium ſeculare inuoca-
re, latè tradit *Marcheſan. de comm. app. in Rom. Cur.
p. 1. c. 5. nu. 211. & ſeqq.*

Et cum derogatione Dietarum non tamen trium &c.
quod quis non poſſit euocari ad litigandum vltra
Dietam hoc eſt vltra iter vnius diei ſtatutum fue-
rat *in c. ſtatutum §. cæterum de reſcript. in 6.* Verum
19 quia intra illud ſpacium difficile aliquando erat
reperiri Iudex Commiſſarius in dignitate conſti-
tutus terminus vnius dietæ extenſus fuit ad duas
dietas per *textum in c. nonnulli eodem tit.* horum au-
tem Canonum regulariter petitur derogatio in
Commiſſionibus cauſarum, vt videlicet reus poſſit
euocari ad Iudicem vltra duas Dietas. Verum
ne euocatio iſta fiat nimis longingua Stylus Curiæ
apponit reſtrictiuam, dummodo non vltra tres,
nam illi diſtantiæ non derogatur, & ſi huiuſmodi
clauſula fuiſſet omiſſa per Referendarium, debet
addi per Reuiſorem. *Marcheſan. de comm. appell. in
Roman. Cur. p. 1. cap. 6. numer. 98.* Iter autem hoc
vnius diei, quod dictam appellamus metitur
20. milliaribus, *cap. præſenti §. loca vero de præb.
in 6. Mandoſ. ad reg. 30. quæſt. 4. num. 2. & num. 3.*
Et hæc de confirmatione ſententiarum ſufficiant,
in qua libuit pro exemplo afferre ſupplicationem,
de qua in themate, quia vt cauſæ iudiciali adfui
Aduocatus ita patrocinaui pro gratia. Inſtante
R. P. Nicolao Lanciſio Collegij Societatis Ieſu
Cracouien. Rectore digniſſimo, & noſtro quōdam
a puero Præceptore. Viro, (quem hic honoris cau-
ſa nomino) integerrimo, ac antiquæ ſimplicitatis,
& probitatis.

S V M M A R I V M.

*Alienationi rei Eccleſiaſticæ interuenire debet iuſta cau-
ſa, & ſolemnitas ſimul,* 1.
*Alienationis rei Eccleſiaſticæ iuſta cauſa non eſt niſi ce-
dat in euidentem Eccleſiæ vtilitatem,* 2.
*Translatio quæcumq; ſuper re Eccleſiaſtica indiget con-
firmatione Apoſtolica,* 3.
Alienationis confirmatio ſufficit pro licentia, 4.
*Alienationi ſufficit, quod ſubſequatur confirmatio,
numer.* 5.
Confirmatio de ſui natura fit ex interuallo, 6.
*Alienationis confirmatio iuxta inſtrumentum celebra-
tum nihil operatur ſi inſtrumentum celebratum non
eſt,* 7.
*Alienationi præſumitur interueniſſe ſolennitas per tem-
poris curſum,* 8.

Etiam

Etiam ſi in inſtrumento non legatur reſeruatum beneplacitum, 9.

Confirmatio quò tempore rectè petatur & obtenta executori offeratur ibid.

Tempus inducens ſolennitatem præſumptam in alienatione rei Eccleſiæ debet eſſe 30. annorum, 10.

Alienationis contractus effectuari non poteſt ante obtentum beneplacitum Apoſtolicum, etiam ſi in inſtrumēto eſſet reſeruatum, 11.

Formula confirmationis alienationis ſi in euidentem 12.

Alienationis iuſta cauſa neceſſitas, 13.

Battaui non poſſunt habere iuſtum dominium, neque præſcribere, 14.

Hæretici ſunt incapaces omnis acquiſitionis, 15.

Alienationis confirmatio in forma communi non valet, 16.

Valor vero rei ex quo reſultet, 17.

Valoris probatio diuerſimodè fit habito reſpectu ad diuerſos effectus, 18.

Valor rei generaliter probatur ſecūdum communem exiſtimationem hominum, 19.

Valor rei fructiferæ quomodo probetur ex fructu, 20.

Valoris probatio, vt plurimum reſultat ex depoſitione teſtium, 21.

Producens inſtrumentum non præſumitur habere melius quomodo procedat, 22.

Valoris expreſſionem rei alienandæ non ſolum in proprietate, ſed in fructibus etiam requirit Dataria, 23.

Gratia ſi in euidentem, quando expediatur per litteras, & quando per Breue, 24.

Alienatio rei Eccleſiaſticæ ſine licentia Capituli non ſuſtinetur, 25.

Secus ſi res ſit modica, 26.

Vel adſit neceſſitas, ſiuè euidens vtilitas, 27.

Clauſula alienationis appoſita ad infraſcriptum effectum, & non alias, 28.

Defectus in contractu alienationis, quomodo ſuppleatur per Confirmationem, 29.

Confirmatio actus nulli an retrotrahatur in præiudicium tertij, 30.

Confirmatio alienationis non ſupplet defectum cauſarum, 31.

Extrauag. Ambitioſæ prohibet alienationem immobilium, 32.

Pretioſa mobilia quæ dicantur, 33.

Exprimenda non ſunt minima in confirmatione alienationis, 34.

Clauſula. Et quod præmiſſorum omnium maior, & verior, &c. in confirmatione alienationum quid operetur, 35.

Clauſula ſuperflua in reſcriptis non vitiat, 36.

Clauſula prout in publico inſtrumento deſuper confecto plenius continetur, 37.

Alienatio rei Eccleſiaſticæ committitur duobus executoribus, 38.

Conſtitutio Paulina circa modum alienandi res Eccleſiæ inſeritur in litteris, 39.

Supplicationes gratiarum ſi in euidentem non proponuntur hodie in Signatura Gratiæ, ſaltem omnes, 40.

Pont. Rom. nomina, qui circa alienationem rei Eccleſiæ ſtatuerunt, 41.

Decimæ non poſſunt poſſideri à Laicis, 42.

Decimarum Laici capaces ſunt quo ad fructus, 43.

Retractus ius an, & quomodo cedi poſſit, 44.

Decimales fructus non ſunt ſpirituales, 45.

Decimæ alienari poſſunt de licentia Papæ, 46.

Decimæ alienatæ in Laicos efficiuntur quid prophanū, 47.

Decimæ alienari poſſunt in concomitantiam, & minus principaliter, 48.

Iuſpatronatus tranſit cum Vniuerſitate bonorum, 49.

Decimæ, quæ non competunt ratione adminiſtrationis Sacramentorum videntur alienabiles in Laicos, 50.

Neceſſitas, quæ dat iuſtam cauſam alienationi rei Eccleſiaſticæ qualis eſſe debeat 51.

Fatum quid ſit, 52.

Caſus quid ſit, 53.

Neceſſitas facit, vt bona Eccleſiæ alienentur abſque ſolennitate, 54.

Alienatio bonorum iuriſdictionalium Eccleſiæ difficillime confirmatur, 55.

Alienatio bonorum iuriſdictionalium Eccleſiæ conceditur ex cauſa neceſſitatis, 56.

Alienatio bonorum iuriſdictionalium Eccleſiæ competit ex maxima vtilitate, 57.

Iuriſdictionalia æſtimari poſſunt, 58.

Alienationis iuſta cauſa quies populi, 59.

Lis præbet iuſtam cauſam alienationi, rei Eccleſiaſticæ, 60.

Tranſigi poteſt ſuper rebus Eccleſiæ 61.

Tranſigi poteſt ſuper Decimis, 62.

Vaſſallagium Eccleſiæ ob neceſſitatem, ſiue euidentiſſimam vtilitatem alienari poteſt, 63.

Caſus fortuiti non mutant pretia rerum, 64.

Pretia rerum ſunt diuerſa ſecundum varietatem Prouinciarum, 65.

Clauſulæ. Et conſtito de narratis, & ſi in euidentem expoſitio, 66.

Alienationis rei Eccleſiaſticæ ſupplicatio continet omnia, quæ conducunt ad euidentem vtilitatem, 67.

Contractus, ex quo Eccleſia nec fit pauperior, nec locupletior tenet, 68.

Alienatio rei Eccleſiæ non legitime facta non obſtante decreto exequutoris poteſt reſcindi, 69.

Epiſcopus ad quam ſummam poſſit concedere licentiam alienandi rem Eccleſiæ 68.

Cenſus impoſitio ſuper re Eccleſiæ requirit eaſdem ſolennitates, ac alienatio 66.

Eccleſia an ad effectum reſciſſionis teneatur docere de læſione, ſeu potius illi ſufficiat non fuiſſe ſeruatam formam Conſtitutionis Paulinæ ex defectu cauſæ, nempe vtilitatis, 70.

Eccleſia in temporalibus vtitur iure communi, niſi ſit aliter ſtatutum, 71.

Eccleſia prætendens damnum ex contractu emptionis, illiuſq; reſciſſionem tenetur docere de læſione, 72.

Vtilitas an concurrat in alienatione rei Eccleſiæ nec ne debet metiri de tempore contractus, 73.

Alienatis bonis ſtabilibus Eccleſiæ, debent ſurrogari alia ſtabilia, 74.

Res ſtabilis, vt conuertatur in annuum cenſum difficillime conceditur, 75.

Verſionem in vtilitatem Eccleſiæ nō tenetur probare contrahens cum Eccleſia, 76.

Verſionem probare tenetur contrahens, quando cōtractus fuit initus pro ſoluendis debitis Eccleſiæ, 77.

Verſione probata, & deficiente ſolennitate Eccleſia tene-

tur ad reſtitutionem eius, quod recepit, 78. Immo ad fructus compenſatiuos in eo, in quo eſt facta locupletior, 79.

Pactum de reinueſtiendo cenſum redemptum eſt validum, 80.

Decretum de inueſtiendo in vtiliora, quomodo debeat intelligi, 82.

Vtilitas Eccleſiæ in contractu ſufficit, quod ante, vel poſt interuenerit, 83.

Verſio bonorum ſtabilium Eccleſiæ in locis montium aliquando conceditur, 84.

Loca Montium Rom. Curiæ ſunt fundata in fide Principis, 85.

Cenſus à principio redimibilis, ex poſt fieri poteſt non redimibilis, 81.

Fundo cenſuali ſterili effecto cenſus redditur inutilis, 86.

Loca montium reputantur bona immobilia, 87.

Loca montium an ſint vtiliora, quam cenſus, 88.

Locorum montium extractiones, 89.

Decreta eluſoria vitari debent ab Officialibus Datariæ 90.

§. X.

De Confirmatione alienationum ſi in euidentem.

1 MAteria huius cõfirmationis eſt reliquis frequentior: quia ſæpiſſime contingit per Eccleſiam aliquid diſtrahi, quod de iure fieri non poteſt, niſi duobus concurrentibus, nempe ſolennitate, & iuſta cauſa, adeo vt ſi vnum horum defecerit alienatio ſit ipſo iure nulla *c. 2. de reb. Eccl. nõ alien. in 6. Clem. 1. eod. tit.* iuſtam autem cauſam concurrere non poſſe, niſi alienatio cedat in euidentem
2 Eccleſiæ vtilitatem ſtatuit Paulus II. in Extrauag. Ambitioſa de rebus Eccleſiæ non alien., vt notant *Nauarr. de alien. rer. Eccleſiæ n. 14. Barbat. conſ. 48. n. 3.* & non ſolum in venditione expreſſa, ſed in quacunq; tranſactione ſuper re Eccleſiæ, ſeu ſpiritua-
3 li, aliàs non extenderetur vltra vitam alienantis, ſeu tranſigentis, *Gloſ. in c. veniens in verſ. confirmat. & ibi Abb. nu. 2. de tranſact. Oliuer. ad dec. Greg. 152 num. 3.* ſolennitas autem, ſine licentia dicitur ſu-
4 peruenisſe ex confirmatione *Seraph. dec. 1070. n. 3.*
5 quæ confirmatio ſufficit, quod ſequatur factum.
6 *Bero. conſ. 84. n. 11. l. 1.* Nam confirmatio de ſui natura fit ex interuallo. Idem *Bero. conſ. 63. n. 9 l. 1.* immo alienationis confirmatio iuxta inſtrumen-
7 tum celebratum, nihil operatur, ſi inſtrumentum celebratum non eſſet, ſed poſtea celebraretur. *Rot. dec. 452. nu. 1. p. 2. recent.* & quod confirmatio ſuppleat ſolemnitates & quo tempore recte petita dicatur, & executori oblata, fuſiſſimè dixit Rota in cauſa Romana Domus 13. Iunij 1633. coram D. Durano quam deciſionem non eſt per extenſum quia dicti Auditoris deciſiones modo typis dantur ab amico Meo D. Ferdinando Sciamannu: Hic monitum volo Lectorem nè ægrè ferat, ſi viderit alicuius deciſionis tenorem inſeri, huic operi quæ impreſſa reperitur. quia volumen hoc non eſt vno vel altero menſe conſcriptum, vnde de illo tempore quando fuerunt allegatę, nondum erant impreſſæ, & non potui diuinare quod imprimerentur.
8 Confirmatio vero, ſine licentia, vel quæuis alia ſolẽnitas requiſita præſumitur interuenisſe per temporis curſum. *Seraph. dec. 536. num. 5. & dec. 507. nu. 3. Gonzalez ad regulam 8. Gloſ. 12. num. 78. & 79.* Etiam ſi in contractu non legatur reſeruatum beneplacitum Apoſtolicum. *Rota dec. 208. par. 4. diuerſ.* tempus autem illud quod dicitur aptum in-
9 ducendi præſumptionem ſolennitatis debet eſſe 30. annorum. *Rota dec. 813. nu. 1. p. 4. diuerſ. Oliuer.*
10 *vbi ſupra num. 4.* ſi vero poſt contractum, in quo fuit reſeruatum beneplacitum, & ante beneplaciti expeditionem contrahentes effectuarent con-
11 tractum, confirmatio poſtea ſuperueniens nihil operaretur. *Rota dec. 11. lib. 1. p. 3. diuerſ.* Immò ſi hoc exponatur Dataria, tunc confirmat præuia abſolutione à cenſuris incurſis, inflictis nempe per extrauag. ambitioſa, videlicet; Et attento quod poſſeſſio domus iam tradita fuit, committatur Ordinario, vt eaſdem Abbatiſſam, & conuentum, ac etiam F. & L. ſi id ab eo humiliter petierint abſoluat, iniuncta eis pœnitentia ſalutari &c. Sed ponamus formulam huius confirmationis.

„ BEatiſſime Pater. Alias Deuoti Sanctitatis Ve-
„ ſtræ Oratores Laurentius de Beaer Abbas,
„ & Conuentus Monaſterij Beatæ Mariæ Veteris
„ Campi nuncupati Ciſtercien., Ordinis Colonien.
„ Diœceſ. attente conſiderantes dictum Monaſte-
„ rium antea celebre, multo, & vix reſarciendo
„ ære alieno; per illius *Abbates, & Conuentus*, pro
„ tempore exiſtentes eorundem Oratorum Præde-
„ ceſſores *neceſſitatibus*, & incommodis, temporum-
„ que difficultatibus oppreſſos cõtracto grauarum,
„ illudque propterea ob calamitoſos bellorum tu-
„ multus adeo depopulatum, & illius bona *exactio-*
12 „ *nibus, & impoſitionibus* publicis adeo depreſſa
„ fuiſſe, & eſſe, vt vix aliquid ex prouentibus illius
„ bonorum eorum maxime, quæ dominio Batauo-
„ rum ſubiecta, & præſertim in diſtrictu Neomagi
„ ſita eſſe reperiuntur exigi, & percipi poſſet infra-
„ ſcripta bona, iura, & redditus vnum, videlicet cum
„ domuncula, hortis, pratis, & adiacentijs Horten
„ de Horſen nuncupatis capacitatis LXX. & alia-
„ rum Rerizzhoff nuncupatam etiam capacitatis
„ cum ſuis pertinentijs XLIII. ac alteram de Alden,
„ Voirrhell vulgo dictam nouiter extructam capa-
„ citatis pariter cum eiſdem annexis, horto, pratis,
„ terris arabilibus, piſcatura, & alijs LX. in pago
„ de Borcharem ſitas, nec non aliam de Moncho
„ nominatam, Villas, poſſeſſiones, ſeu curtes etiam
„ capacitatis cum ſuis attinentijs LXI. iugerum ter-
„ ræ, vel circiter. Præterea vnam molam ala-
„ riam, quæ vento ducitur cum Monte Molenberg
„ nuncupato, ac iure venti, & tribus cum dimidio
„ plus minus iugeribus Terræ ad illam ſpectan., è
„ regione ipſius molæ ſitis vulgo ipſius molæ cam-
„ pus nominatus, nec non vno cum dimidio iugere
„ terræ dar Malenhofken vulgo dicto, è regione
„ in d. pago de Borcharem ſituato, in quo mola e-
„ quina olim extitit, ac duos diuerſos inuicem iun-
„ ctos vulgariter Hoſmeiſter Kempgen nominatos
„ in palude Harenſi capacitatis octo, aliumque de
„ Schaethoueel nuncupatum eis mare capacitatis

quinq;

„ quinq; iugerum, nec non partem agri, etiam eis dictum mare ſiti vulgo in dar Harenshceuel nuncupatam, ac etiam quaſdam bonorum circa Horen ſit. in 4. partes diuiſas vulgo Bloth nominatas, quarum vna de Haueraendt, & alia der Benningeeſt, quarta vero partes huiuſmodi der Loffart vocantur, & alias in Haren itidem in 4. partes, quarum etiam vna aen Die Bergerkint vocata altera cis mare Harenſe, ſeu Harenſchemeer ſita, & alia int Velt, reliqua vero partes IngKenVvilth vulgo appellantur, nec non reliquas decimas bonorum circa Loer exiſtentium in tres partes diuiſas, quarum prima ind erp. ſecunda vero Rijerdam, tertia autem partes huiuſmodi in het Loercheuelt vulgariter dicuntur. Inſuperq; alia iura Een bolthsken tienden, met den Smalen tienden aen die eſche Bergen. nec non der Smalen tienden tot locer inibi vulgariter dictas, ac redditum quatuor gallinarum, quæ loco domicilij Kenkdijth nuncupantur, aliaq; deniq; omnia in eodem diſtrictu ad dictum Monaſterium quomodocunque ſpectantia, & pertinentia cum omnibus, & ſingulis pertinentijs. & dependentijs ſuis vniuerſis valoris inſimul in proprietate 91. m. florenorum Brabantinorum monetæ Hollandię ad rationem 20. ſtuferorum pro quolibet floreno huiuſmodi ſummam 21. m, vel circiter ducatorum auri de Camera conficien. Ioanni de Biſcop, & Lucæ Claeſſen, & Ioanni de Vinnenghen laicis oppidanis Amſterdamen. pro ſumma 91. m. florenorum huiuſmodi in diſſolutione æris alieni prædicta conuerten., nouaq; ſingulis d. Monaſterij Fratribus, & Abbati veſte ſemel eroganda ſub Sedis Apoſtolicæ beneplacito, & de licentia Capituli, ſeu Generalis eiuſdem Ordinis vendiderunt, & alienarunt prout in publico deſuper confecto inſtrumento alijſq; ſcripturis deſuper confectis plenius continetur. Cum autem Pater Sancte venditio, & alienatio prædictæ pro maiori damno vitando, & vrgentibus eiuſdem Monaſterij neceſſitatibus ſubleuandis æreq; alieno diſſoluendo factæ, & à deuoto Veſtro Nicolao Boncherat totius Ordinis huiuſmodi Abbate generali de euidenti vtilitate d. monaſterio ex venditione huiuſmodi proueniente plene informato approbatæ fuerint, & timendum ſit, ne bona huiuſmodi in Territorio Hollandorum ſita, & grauiſſimis vixq; ſupportabilibus impoſitionibus grauata, ſemel hiſce bellorum temporibus per Fiſcum occupentur, cupiantque Oratores prædicti illas etiam per S. V. approbari, & confirmari. Supplicant igitur. E. S. V. Oratores prædicti quatenus præuia eorundem à cenſuris propter præmiſſa quomodolibet incurſis abſolutione, ſibiq; ſpecialem gratiam facien. ac einſdem Monaſterij vtilitate prouiden. Aliquibus probis viris in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, in partibus illis commoran., vt ſe de præmiſſis diligenter informent, & ſi per informationem eandem venditionem, & alienationem prædictas in euidentem d. Monaſterij ceſſuras eſſe, & ceſſiſſe vtilitatem reperetint illas ad infraſcriptum dumtaxat, & non alium effectum Apoſtolica auctoritate approbēt, & confirment, omneſque, & ſingulos, tam iuris, quam facti defectus, ſi qui quomodolibet interuenerint in eiſdem d. auctoritate ſuppleant committere, & mandare de gratia ſpeciali. Non obſtantibus præmiſſis ac fe: re: Pauli PP. II. Prædeceſſoris veſtri de rebus Eccleſiæ non alien. ac alijs Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinationibus cęteriſque contrarijs quibuſcumque cum clauſulis opportunis.

„ Et cum abſolutione a cenſuris ad effectum &c. etiam quod terræ iugerum, & bonorum huiuſmodi ſituat. confines, vocabula, denominationes, veriore ſq; inſtrumenti, & ſcripturarum prædictorum tenores, ac datæ habeantur pro expreſſis, ſeu in toto vel parte exprimi poſſint in litteris. Et de approbatione confirmatione defectuum ſuppletione, aliiſq; præmiſſis vt ſupra in forma gratioſa in litteris latiſſime extenden., & quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum, etiam denominat. qualit., nuncupat., inuocat., aliorumq; neceſſariorum maior, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in litteris. *Et committatur Ordinario*, & dignitatem in eius Eccleſia obtinenti, qui coniunctim procedant, & citra translationem iuris decimandi vel bonorum iuriſdictionem aliquam annexam habentium, & conſtito de narratis. Et ſi in euidentem. Et cum decreto, quod non antea feratur. confirmationis ſententia, quam inuenta fuerint alia bona ſtabilia, in quorum emptionem d. ſumma 91. mill. florenorum vnico contextu conuertatur.

Neceſſitatibus, & incommodis, temporumque difficultatibus &c. Monaſterium Veteriſcampi, de quo agimus, ſitum eſt in aperto loco prope hollandos ſes qui die a Ciuitate Colonienſi diſtante, ſed ab Hæreticis diſtructum, quapropter Monachi coacti ſunt referre pedem ad municipium Rynsbergenſe in Archiepiſcopatu Colonien. ſitum, habet hoc Monaſterium bona duplicis generis, vna in Territorio ab Hæreticis occupato, & alia in ſolo Catholico, vt priora ſeruarent oppignorarunt bona in ſolo Catholico ſita, nempe vt perſoluerent impoſitiones Hollandis pro bonis in eorum Territorio ſitis, quod ſi fiat diutine exhauriri continget ære alieno, etiam bona, pro quibus Hollandis impoſitiones non ſoluuntur. Et ſi dicatur, quod poterunt Monaci impoſitiones non ſoluere ſed expectare tempora meliora, & interim vti bonis Hollando-
13 rum Imperio non ſubiectis. Reſpondetur, quod ſi impoſitiones non ſoluantur. Hollandi pro decurſis impoſitionibus bona prædicta Fiſco addicent, & ſic non erit ſpes vnquam ea recuperandi, & inde bene probatur neceſſitas, ex qua debita eſt confirmatio. *Redoan. de rebus Eccleſ. non alien. q. 19. in principio.*"

14 „ *Quæ dominio Battauorum, &c.* quo ad detentionem videlicet, & occupationem, quia legitimũ dominium, cum ſint rebelles habere non poſſunt, vt recentius *Aiala de Iure belli, lib. 1. cap. 2.* non ſolum in Principem, erga quem rebellionis fortaſſis poſſent prætendere cauſam, ſed in Deum, & in Catholicam Religionem, quę nullam admittit iuſtam cauſam rebellandi, ſed de iure ſunt incapaces omnis acquiſitionis *Farinac. de Hæreſi quæſt. 198. num. 68.* Vtinam hoc perpenderent viri alioqui fortes, & intelligerent ſe ſeduci ab iis, qui perſuadent libertatem tot laboribus, & periculis

quæſitam, vna cum Religione Catholica ſeruari
non poſſe. Sed de his fuſius in politicis Noſtris.
Vnum videlicet cum domuncula Hortis &c. non
tædebit lectorem tot auribus noſtris in concinniũ
vocabulorum expreſſio, quia ea omnino eſt neceſ-
ſaria, nec ſufficit expreſſio generalis, ſed requiri-
tur omnium alienandorum, ſiue alienatorum ſpe-
cialis, *vt Pontifex eorum* poſſit habere perfectam
16 notitiam, *e qua* procedat confirmatio ex certa
ſcientia, cum in forma communi non ſuffragetur
in materia alienationis ſi in Euidente m. *Seraphin.*
dec.1312. num.3.
Valor inſimul in proprietate florenorum 91. mill.
Brabantinorum, &c. Dataria non ſolum requi-
rit expreſſionem valoris in proprietate, ſed etiam
expreſſionem annui reditus, ex quibus duobus ſi-
mul iunctis, reſultat certa rei æſtimatio *Redoan.*
vbi ſupra quæſt.20. num.171. & æſtimatio fieri de-
bet de tempore alienationis non de tempore an-
tecedente, vel ſubſequente, vt notat idem *Redoan.*
17 *d. quæſt.20. num.146.* quod ipſum tamen difficile
eſt, vt per *Bald. conſ.325. num.5. lib.2.* & propterea
ſolet Rota ſtatuere aliquem terminum annorum,
intra quem computẽtur fructus, & ex ijs vnà cum
æſtimatione proprietatis elicere verum valorem:
quia ſeparatim ſumpta æſtimatio non ſufficit; de
æſtimatione redditus eſt deciſio in cauſa Romana
Dotis Lunæ 23. Maij 1594. coram Card. Arrigono.
Fuit reſolutum non conſtare vineam, & domos
datas in ſolutum eſſe minoris valoris ſcutorum 3.
m. nec probari ex quibuſdam apocis, vel arrenda-
mentis; quia licet ſoleat dici, rem tanti valere,
quantum ex illa ſpacio 20. annorum percipi po-
teſt, & poſſit etiam reſponderi, illam probationem
non concludere indifferenter in omnibus bonis, &
locis, & eſſe periculoſum, vt poſt alios late *Cagnol.*
in l.2. ſub num.233. C. de reſcind. vend. tamen fuit
dictum dato quod concluderet, nõ per hoc illas lo-
cationes, ſeu arrendamenta in caſu de quo agitur
probare verum annuũ affictum, nec veros annuos
fructus, qui ex illis bonis percipi potuiſſent, ſed
probare tantum affictum conuentum. *Caſſad. in de-*
ciſ.20. ante num.2. ſuper regul. Sarnen. in reg. de valo-
re q.11. & ita etiam in vna Neapolitana cenſus co-
ram R.P.D. Lauretano 4. Decembris 1579. in qua
prætendebatur, ex locationibus probari quanti
redditus ex certis bonis ſpacio ao. annorum perci-
pi potuiſſent, fuit dictum, locationes non probare
concludenter veros annuos fructus: nam fieri po-
teſt, quod quis locet pro minori pretio ratione
amicitiæ, vel parentelæ, vel miſerationis cauſa, vel
quia neſciat gerere ſua, & vt probatio non con-
cludat ſatis eſt, quod aliquid fuerit poſſibile. *Paul.*
de Caſtr. in l. penult. §. decere nu.4. ff. ne quis cum eo.
Decius conſ.37. num.9. verſic. præterea. Ex qua de-
ciſione habemus duo: primum ex locatione, & ar-
rendamentis non bene inferri ad valorem proprie-
tatis, alterum ipſa arrendimenta, & locationes li-
cet ſint 20. annorum non probare verum valorem
fructuum, quod etiam poſtea reſoluit Rota in Ra-
uennaten. penſionis 20. Junij 1597. coram Litta.
DD. reſoluerunt &c. Quantum vero ad locationes, fuit
reſponſum illas non percutere tempus reſeruationis;
quod hac in re ſpectari debet, & vlterius ex illis non
probari verum valorem beneficij, cum nec arrendamẽ-
ta ipſa illud probent Ruin. conſ.35. nu.26. lib.1. Caſſad.
deciſ.20. num.3. ſuper regulis fuit dictum in illa No-
uarien. 14. Decembris 1595. coram R.P.D. Orano, &
in illa Spoletana beneficiorum 22. Iunij 1594. coram
Illuſtriſſimo Mantica, &c. verum de valore ad effe-
ctum ſuſtinendi penſionem fuſius agemus lib.3. &
ſic conſiderandus effectus, ad quem examinatur
valor, nam vidimus ex deciſione Cardin. Arrigonij
non ſufficere Rotæ arrendamenta 20. annorum,
quando videlicet ponendus eſt verus valor rei fru-
18 ctiferæ: quando autem agitur ad effectum regulę
de exprimendo vero valore, contenta eſt Rota cur-
ſu decem annorum, ſecus ad effectum priorem.
Vtrumq; probat Rota in Romana nullitatis per-
mutationis 28. Martij 1628. coram Vbaldo.
Dominus Valerianus Marcettus de anno 1626
permutauit Eccleſiam S. Simeonis de Vrbe cum
Eccleſia Sanct. Petri Abbatia nuncupata Theatinę
Diœceſis, quam obtinebat D. Iulius Cæſar Braui-
nus, qui narrauit dictæ Abbatiæ fructus aſcendere
ad ducat. auri de Camera 250. & ſuper illis obti-
nuit ſibi reſeruari annuam penſionem ducat. 75.
vltra aliam antiquam ducat. 45. Sed cum D. Vale-
rianus aſſecuta poſſeſſione d. Abbatiæ repetiſſet il-
lius fructus non excedere annuũ valorem duc. 200.
illarum partium, ex quibus, ſolutis dictis penſioni-
bus, nihil ei remanebat introduxit cauſam ſuper
nullitate permutationis in Rota, in qua propo-
ſito dubio: An permutatio eſſet nulla, fuit ſub die
28. Maii præteriti negatiuè reſolutum, quia D. Va-
lerianus non bene probauerat falſam expreſſio-
nem valoris, ſed cum poſtea quatuor Teſtes hic in
Curia examinauerit, hodie DD. receſſerunt à de-
ciſis, & firmarunt permutationem fuiſſe nullam,
quia ſupradicti Teſtes deponunt fructus dictæ Ab-
batiæ certos cum incertis computatos ab Anno
1624. 25. 26. & 27. non exceſſiſſe, nec excede-
re ducat. annuos 200. monetæ illarum partium
& concludenter probant, tum quia deponunt de
Anno ſterili cum fertili computato *iuxta trad. per*
Sarnen. in reg. de valor. quæſt. vltima, Rota diuerſ. de-
ciſ.648. num.4. parte prima in recentior. Put. deciſ.
9. lib. primo. Tum quia reddunt optimas cauſas
ſcientiæ, quia ſunt de eodem loco, & ſunt plene
informati de omnibus, & ſingulis fructibus di-
ctæ Abbatiæ, quos ipſi per plura annos exege-
runt, & inſuper coarctant negatiuam, quod aliter
eſſe non poſſit, quin ipſi ſcirent, vnde ex his depo-
ſitionibus plene, & concludenter remanet proba-
tum, quod fructus non excedunt ſupradictam
quantitatem annuorum ducatorum 200. monetæ
illarum partium, *Alex. in leg. pretia rerum num.2.*
verſic. poteſt etiam ff. ad leg. falcid. Rota diuerſ. deciſ.
200. num.12. par.2. in recentior. Cæſar de Graſſ. deciſ.
3. numer.11. de rebus Eccleſ. non alien. Et licet hæc
probatio ſufficeret, attamen comprobatur ex lo-
cationibus bonorum, & fructuum d. Abbatiæ pro
ducat. 240. ante demolitionem Molendini, nec
non ex nota introitus, & exitus Abbatiæ manu d.
Brauini conſcripta, qui etiam in alia ſua precedẽti
gratia expreſſit fructus non excedere duc. 150. vt in
Summ. Iurium nu. 3. quibus omnibus ſimul iunctis,
dubium non eſt, quin probatio ſit plena, & conclu-
dens

dens præſertim cum materia probationis valoris, & fructuum ſit difficilis, *Greg. XV. deciſ. 245. nu. 4. & 5.* vnde patet dictorum fructuum expreſſionem factam per Brauinum per aſſenſum ad ducatos auri de Camera 250. eſſe falſam, & erroneam, & conſequenter permutationem eſſe nullam, & inualidam ad *trad. per Surd. in conſil. 150. num. 49. & ſeqq.* in his terminis *Prob. ad Menoch. c. 2. ſub nu. 26. verſic. & hanc teneas de renunciat. Pariſ. de reſignat. lib. 13. quæſt. 4. per tot.* Non obſtat, quod ad probandum falſitatem valoris expreſſi requiratur decennium: quia hoc procedit ſolum ad effectum regulæ de valore, non autem quando, prout in caſu noſtro agitur de fructibus, & redditibus ad effectum videndi, an poſſit ex illis Rector ſuſtentari. *Caſ. de Graſſ. deciſ. 7. num. 13. de præbend. Rota deciſ. 550. num. 1. p. 1. in recent. & fuit tentum in Aquen. penſionis 19. Nouembris 1608. coram bo: me: Card. Lancellotto,* cuius copia data fuit, tunc enim ſufficit probatio valoris aliquorum annorum ante, & poſt arbitrio Iudicantis. *Gregor. Lopez tit. 5. leg. 56. gloſ. 5. & 6. & fuit dictum in Tiburtina Caſtri Arſularum 26. Iulij 1598. coram bo: me: Penia,* quæ loquitur in venditione, & Rota dicit ſufficere probationem per aliquot annos ante, & poſt, etiam ſi non ſit quinquennium, cum materia ſit arbitraria, & nos verſamur in permutatione, quæ regulatur ſicut emptio, & venditio, & eſt ſpecies alienationis *§. alienantes Authen. de non alienan. vel permutan. rebus Eccleſ. cap. nulli de rebus Eccleſ. non alienan. Mantica de tacit. lib. 25. tit. 6. num. 22. & ſeqq.* & dixit *Rota in Lucana Terrarum 16. Nouembr. 1613 coram bo: mem. Domino meo Vbaldo.* Nec impugnatio ſupradictæ permutationis videtur continere materiam obiectiuam, cum Valerianus non agat, vt Brauinus priuetur ſua Abbatia, quo caſu requireretur probatio decennalis. *Seraphin. deciſ. 485. num. 1. Rota diuerſ. deciſ. 189. num. 1. parte 1.* ſed agit ad reſciſſionem contractus permutationis ad effectum, ne cogatur ſoluere de ſuo onera dictæ Abbatiæ, & ſic cum tractet de damno vitando nō eſt probationibus onerandus in cauſa fauorabili, & in materia difficilis probationis. *Rota coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 345. num. 5. & 11.* ſed ſufficere debet ſupradicta probatio de tempore datę gratiæ, & per duos annos ante, & per annum poſt *Oldrad. conſil. 58. ſan. mem. Gregor. XV. dec. 13. nu. 1. & deciſ. 419. num. 1.* præſertim cum onus conſiſtat in reſeruatione penſionis, quam Papa non reſeruaſſet ſi ſciuiſſet valorem expreſſum non eſſe verum; & ad effectum reſſeruationis penſionis attenditur valor de tempore datæ *Rota in recent. dec. 444. num. 1. & ſeqq. par. 2. & in Monopolitana penſionis 17. Maij 1596. coram Orano.* Et pro corroboratione prędictorum fuit etiam conſideratū, quod ſuperflua fuiſſet probatio decennalis: quia valor Abbatiæ diminutus fuit propter deſtructionem Molendini, & deficientiam colonorum, quæ ſuperuenerunt longe poſt decennium, quod propterea probari non debet *iuxta dec. Gudop. 25. poſt med. in manuſcrip.* Non obſtat, quod valor d. Abbatiæ fuerit expreſſus in ſupplicatione, in qua vterq; ex permutantibus pro Oratore nominatur, & ſic Valerianus veniat contra propriam confeſſionem: quia confeſſio huiuſmodi intelligitur diſtributiue facta, adeo vt vnuſquiſq; ex permutantibus ſentiatur fateri de valore propriæ Eccleſiæ, & ideò confeſſio non præiudicat ſupplicanti, niſi reſpectu propriæ Eccleſiæ, de qua quiſque præſumitur informatus *Mohedan. deciſ. 16. de renunç. Mareſc. var. reſol. lib. 2. c. 1. n. 171.* ſed ceſſat difficultas quia in omnem caſum cum talis confeſſio ex probationibus poſtea factis detegatur erronea, non præiudicauit *l. cum falſa C. de iur. & fact. ignorantia leg. non fatetur ff. de confeſſ. Ancher. conſ. 291. nu. 3. Mant. dec. 191. nu. 3. Greg. dec. 125. nu. 10. & 522. nu. 14. & ſeqq.* Non obſtant Teſtes de nouo inducti pro Brauino: quia nō percutiunt tempus permutationis, quod attendi debet, vt in allegata Monopolitana Penſionis, & quia habent plures exceptiones late in facto pōderatas, & præſertim ſecundis teſtis tanquam intereſſatus, cum habeat penſionem ſuper hac Abbatia nihil probat *l. omnibus, C. de teſtibus, Rol. conſ. 72 nu. 15. lib. 2. Ioſ. Ludou. dec. Lucen. 14. n. 12. Rota dec. 700. n. 32. & dec. 235 n. 3. p. 2. in rec.* & omnes conuincuntur ex alijs Teſtibus D. Valeriani, quibus tanquam habētibus adminicula locationum fidei vniuerſitatis, & confeſſionis ipſiuſmet Brauini in ſua gratia magis ſtandum eſt, *Gloſ. in c. ſi teſtis 4. q. 3. & in c. in noſtro extra de teſt. Vin. dec. 377. n. 9. li. 2.*

Et ita deciſum, vtraq; parte informante.

Dependet itaq; valor, ſiue pretium rei non ex
fructu, qui ex re percipitur, ſed ſecundum com-
19 munem æſtimationem hominum, & ideo non ſuf-
ficiunt aliæ venditiones præcedentes vt ad inſtar
earum debeat ſumi probatio valoris *l. pretia rerum
cum ibi notatis ff. ad l. falc.* hinc inſtrumenta vendi-
tionum ad hunc effectum minime probant *Cagn.
in d. l. 2. n. 233. C. de reſc. vend. Soc. conſ. 149. n. 6. verſ.
ſecundo reſpondetur lib. 1. Veral. dec. 134. p. 3.* quia tā
vendentes, quam ementes poſſunt habere particu-
lares affectiones *Rot. dec. 170. nu. 2. & 3. p. 1. rec.*
20 Fructus autem annuus multum confert ad pro-
bationem pretij rei, habito reſpectu anni fertilis
cum ſterili. *Rot. dec. 648. n. 4. p. 1. rec.* & quia non eſt
ſtandum iudicio teſtium affectum aliquem habē-
tium, vt ibidem ſubditur conſiderandæ ſunt multę
circumſtantiæ, inter cęteras quoad annuum fructū
eſt habenda ratio prędiorum circumuicinorum
Gloſ. pen. in l. 2. ad fi. verſ. dic ergo inſpici, & ibi etiam
*Bart. Cagnol. n. 237. ante fi. verſ. ſed prædicta C. de reſc.
vend. idem Bart. in l. pretia rerum nu. 2.* & dixit *Rota
in Papien. fructuum, 1. Iul. 1574. coram Lancellott.* &
propterea Teſtes deponentes ſuper valore debent
habere rationem omnium circumſtantiarum, *vt d.
deciſ. 648. a qua deciſione fuit receſſum coram eodem
Pamph. Merc. 23. Ianuarij 1619.* non tamen in pun-
21 cto concluſionum aſſumptarum, ſed ex teſtiū exa-
mine, in quo multum verſatur hæc materia, quæ,
quia bene explicatur in hac deciſione erit hic
ſubiungenda.

Propoſito dubio die 4. Maij præteriti ſuper exceptionibus teſtium pro Pannonio examinatorum, ſuper quibus præcipuè erat fundata deciſio pro iuſtitia pretij ſubhaſtationis facta die 1. Decembr. 1617. DD. tunc noluerunt ſuper hoc aliquam reſolutionem capere ſed conſiderantes, quod melius eſſet de oppoſitis exceptionibus habere rationem

in di-

„ in diſcuſſione probationum, mandarunt, quod re-
„ uideretur d. deciſio facta ſuper iuſtitia pretij. Vnde
„ poſt modum iuxta prædictum ordinem propoſui
„ cauſam, & ſupradicta die 23. Ianuar. 1619. cenſue-
„ runt eſſe ab ea receden. quod ſcilicet non conſta-
„ ret de iuſtitia d. pretij, quam DD. non dubitabant
„ pro parte Pannonij eſſe probandam, quia cum ipſe
„ eam alleget, vt iuxta deciſionē in hac cauſa factam
„ die 30. Martij 1615. ſit locus arbitrio ad ſuſtinen-
„ dam ſubhaſtationem, quam nullam eſſe prætende-
„ batur, tenetur iuſtitiam pretij omnino probare
„ tanquam fundamentum ſuæ intentionis *l. cum, qui ff. de probat. cum ſimilibus*. Probationes autem pro
„ ipſius parte adductæ viſæ fuerunt ad hoc ei ſuffra-
„ gari non poſſe: quia ſunt principaliter reſtrictæ
„ ad tres teſtes pro eo examinatos, qui, licet conen-
„ tur deponere, quod tempore ſubhaſtationis, quæ
„ fuit facta anno 1603. pro ſcut. 1075. communis va-
„ lor prædij ſubhaſtari eſſet ſcut. 800. vel 900. atten-
„ to malo ipſius ſtatu propter inundationem flumi-
„ nis, vt alias d. die prima Decembris 1617. in deci-
„ ſione ponderatum fuit; tamen ex Teſtibus pro alia
„ parte examinatis de contrario apparet, 4. enim
„ ſuper 5. deponit de ſcut. 1600. & 1700. Quintus, &
„ vndecimus ſuper eodem de ſcut. 1600. & 1800. no-
„ nus ſuper eodem de ſcut. 1800. ad minus. Octauus
„ & decimus ſuper eodem de 70. & 75. pro ſingula
„ mina iuxta menſuram Peruſiæ, ſeptimus, & 13; ſu-
„ per eodem de florenis 10. pro ſtario, & omnes iſti
„ teſtes ſuper eodem, vel de communi valore expli-
„ cite deponunt. prout faciunt, 8. 9. & 10. vel per ver-
„ ba æquipollentia: nam 4. dicit, quod ſi fuiſſent fa-
„ cta bannimenta, oblationes multo maiores factæ
„ fuiſſent, & quod ita diceret quilibet practicus, &
„ informatus illud emiſſet. Vndecimus, quod illud
„ venditum fuiſſet ſcut. 1600. & 1800. 13. quod qui-
„ libet eius iudicio illud emere potuiſſet ad rationē
„ florenorum decem pro ſtario, & omnes ſimiliter
„ reddunt rationem: quia dictis annis 1602. & 1603
„ prędium erat liberum ab inundatione aquarum,
„ & ex quantitate redditum, qui ex fundo perci-
„ piebantur, quæ ratio ad probandum valorem ſuf-
„ ficiens reputatur. *Seraph. dec. 1030. nu. 2. verſ. aliqui vero cum alijs d. die 1. Decembr. 1617. in deciſione adductis*. Ac inſuper dicti Teſtes percutiunt non ſo-
„ lum tempus ſubhaſtationis, ſed etiam præcedens,
„ & ſubſequens, quod ſimiliter in probatione com-
„ munis valoris attendi debet *Bart. in l. pretia rerum, num. 2. in fin. ff. ad l. falc. cum alijs in d. deciſione deductis*, & comprobantur eorum depoſitiones, etiam
„ per alios primos tres teſtes, quorum primus iuxta
„ 11. dicit, quod annis 1601. 1602. & 1603. obtulit
„ pro d. prædio ſcut. 1450. cum pacto de retrouen-
„ dendo, & 2. ſuper 5. quod ipſe emiſſet d. prædium
„ pretio ſcut. 1700 & 3. iuxta 21. & ſuper 5. quod
„ volebat illud permutare cum alio eius prædio,
„ quod vendidit ſcut. 2000. licet enim iſti tres teſtes
„ videantur deponere de particulari eorum affectio-
„ ne, negari tamen non poteſt, quin deſeruiant cum
„ adminiculo cum alijs ſupradictis de communi va-
„ lore deponentibus *iuxta not. per Bald. conſ. 401. n. 2. Verſ. prædictæ conſultationi lib. 3. & per Rotam corā bo. me. Card. Seraph. dec. 293. nu. 2.* Vnde viſum fuit
„ non poſſe dici conſtare de iuſtitia pretij, quia te-
„ ſtes Veſpaſiani in concurſu potius videntur eſſe
„ præferendi ſupradictis aliis pro Pannonio exami-
„ natis, tum quia plures ex ipſis ſunt in arte periti, &
„ melius informati. *Gabr. de teſtib. concluſ. 4. num. 64.*
„ tum quia ſunt plures numero, *c. in noſtra*, & ibi *gloſ. de teſtibus Gabr. eod. tit. d. concl. 4. n. 50. & fuit dictum in cauſa Peruſina pecuniaria 23. Iunij 1617. coram R. P. D. meo Remboldo*, & alias ſæpe, tum etiam quia
„ teſtes Pannonii plures patiuntur exceptiones.
„ *Surdus conſ. 429. nu. 31.* Et in omnem euentum fuit
„ dictum, quod ſaltem probationes Pānonij ex alijs
„ pro hæredibus Veſpaſiani deductis conquaſſan-
„ tur, & turbidæ redduntur, quod ſufficit contra Pan-
„ nonium, qui probare tenetur. *Bald. conſ. 79. num. 7. verſ. ſciendum eſt autem lib. 2. Alex. conſ. 16 ſub nu. 23. verſ. & ſic non poteſt, lib. 5. Surd. conſ. 135. n. 122.*
„ Et ita &c.

Libuit deciſiones iſtas integre referre, vt ex iis poſſit ſumi norma probationis valoris, licet enim in iis agatur ad diuerſum effectum, nihilominus modus deponendi teſtium eſt generalis, & cuicumq. caſui applicabilis, ad caſum noſtrum facit deciſio in cauſa Sutrina Tenutæ Aiolæ Vener. 14. Ianuar. 1611. coram Penia hic minime omittenda.

„ Cum Hoſpitale S. Spiritus haberet Caſale Por-
„ careccia nuncupatum ad tria milliaria extra Vr-
„ bem confinatum circum circa cum amplo Caſale
„ DD. de Saxis, cuius occaſione homines vtrinſque
„ Caſalis frequenter veniebant ad arma. Ideo Ho-
„ ſpitale prędium emere, & cum Porcateccia vnire
„ decreuit & propterea Cap. Pompeio Guerrino te-
„ nutam Aiolæ 30. milliario ab Vrbe diſtantem, ex
„ qua regulariter valor 50. ſcutorum annuorum per-
„ cipiebatur pro pretio ſcutorum annuorum ... An-
„ no 1552. reſſeruato conſenſu Apoſtolico, quatenus
„ opus eſſet expediendo. Prætio cum effectu ſoluto
„ per Cedulas DD. de Bandinis. Cap. Pompeius te-
„ nutam Aiolæ egregie meliorauit, & pacifice vſque
„ ad obitum poſſedit, & poſſeſſionem etiam dum vi-
„ xit continuauit, melioramenta ſemper augendo
„ Benedictus Guerrinus eius filius Pater D. Clariciæ
„ Guerrinæ, quæ pariter in poſſeſſione pacifica per-
„ manſit, vſq; ad diem motæ litis. Interim vero Ho-
„ ratius de Statis, qui Clariciæ tutelam adminiſtra-
„ uerat pro adimplemento officii tutelaris Anno
„ 1576. nouas litteras Apoſtolicas ſi in euidentem
„ expedire curauit. Anno 1603. Hoſpitale Clari-
„ ciam maiorem effectam, & Fabritium Mutum
„ Nobilem Rom. eius maritum coram A. C. con-
„ uenit, & reſcindi prædictam venditionem tenutæ
„ tanquam enormiter læſiuam petiuit; & anno mox
„ ſequenti 1604. A. C. ad fauorem Clariciæ, & Fabri-
„ tii Coniugū pronunciauit. Cauſa introducta in Ro-
„ ta dubitaui. An prędicta ſententia eſſet confirmā-
„ da, vel infirmanda, & Rota vtraq; parte informante
„ confirmandam cenſuit, quia pro iuſtitia, & validi-
„ tate aderat iuris præſumptio *c. in præſentia de prob. l. venditor §. ſolet ff. de hæred. & act. vend.* nam ex in-
„ ſtrumento. Venditionis factæ à præceptore, & aliis
„ fratribus Hoſpitalis capitulariter congregatis re-
„ ſultabat præſumptio, quod interuenerant ſolenni-
„ tates requiſitæ ad notata per Canoniſtas in cap. ea
„ noſcitur de his, quæ fiunt à Pręlatis, ſiue conſ. cap.
„ Concurrebat præterea iuſta cauſa quaſi neceſſita-

tis,

„ tis,vel ſaltem euidentis vtilitatis *c.2.de reb: Eccleſiæ*
„ *non alien.lib.6.Couar.lib.2. var.reſol.cap.17. num.2.*
„ quaſi neceſſitatis cauſa oriebatur ex eo, quod ho-
„ mines vtriuſq; Caſalis frequenter veniebant ad ar-
„ ma, & mutua ſibi ipſis damna, & vulnera infere-
„ bant. Vtilitatis cauſa patentior erat,nam tenuta
„ Aiolæ alienata 30. milliario diſtat. ab Vrbe, &
„ pedica, ſeu predium, quod emerat Hoſpitale ſo-
„ lum diſtabat per tria milliaria,& vlterius erat con-
„ tiguum alijs prædijs Hoſpitalis, iſta enim commo-
„ ditas conſiderabilis erat, & conſiderauit Rota in
„ vna Bononien. S.Apollinaris 2. Aprilis 1582. De-
„ fectus beneplaciti Apoſtolici non reddebat ſen-
„ tentiam inualida, quia ex lapſu triginta annorum
„ interueniſſe præſumebatur. *Ancharan.conſil.136.*
„ *num.2.Alex.conſ.17.num.8.lib.4.Roland.conſil.99.*
„ *num.26.& 29.lib.2. Rum.conſ.66. num 4.lib.5.De-*
„ *cius conſ 152.nu.3.circa finem, verſic. & de Confir-*
„ *matione Papæ Put. deciſ. 365. num.4. lib. 2.* & fuit
„ ſæpe dictũ in Rota ſignanter,& ex profeſſo in cau-
„ ſa *Romana vaſalis Longbezza die 28.Iunij 1593.co-*
„ *ram Seraph.* Sed neq; vitiabat ſententiam factum
„ Tutoris Claricię, qui de anno 1576.videlicet an-
„ tequam eſſent lapſi 30.anni expediuerat benepla-
„ citum Apoſtolicum,quod citato Hoſpitali produ-
„ xerat coram Vicario,quaſi quod iſta realis produ-
„ ctio illius beneplaciti faceret ceſſare præſumptio-
„ nem alterius beneplaciti ex curſu longi temporis,
„ vt in cauſa Elnen. Mineriorum coram bo. memor.
„ Orano cum alijs allegatis per informantes pro
„ Hoſpitali. Quia præter alias reſponſiones illa po-
„ tiſſimum placuit, vt non procedat prædicta con-
„ cluſio quoties productio fit in alio iudicio,vt ſæpe
„ cenſuit Rota, & ſignanter in cauſa Vicen. Paro-
„ chialis 17. Iunij 1585. coram bo.mem.Orano, &
„ in cauſa Valentina Decimarũ de Gandia 14.Mart.
„ 1604.coram Card. Pamphilio,& in cauſa Burgen.
„ Canonicatus prima Febr.1608.coram Ludouiſio,
„ in quibus fuit conformiter dictum, productionem
„ factam ad vnum finem non excludere pręſumptio-
„ nem alterius tituli. Obſeruantia præterea ſubſe-
„ quuta ſuperabat omnem difficultatem, quia con-
„ tractus venditionis cum pacifica, & quieta poſſeſ-
„ ſione emptoris, & Succeſſorum ſuorum fuerat vl-
„ tra annos 50.obſeruatus, vnde reſultabat pręſum-
„ ptio beneplaciti Apoſtolici ex ſupra allegatis,qui-
„ bus accedit *Mohed.dec.2.de tranſact. Gabr.conſil.8.*
„ *num.32. & ſeqq.lib.2.* cum enim beneplacitum A-
„ poſtolicum requiratur pro ſolennitate illa præſu-
„ mitur ex temporis diuturnitate iuxta communem
„ opinionem, de qua *Mohed. & Gabr. præcitati.* Cui
„ præſumptioni non obſtabat confeſſio tutoris in d.
„ Breui de anno 1576. dicentis confirmationem
„ adhuc non fuiſſe petitam: quia iſta confeſſio vo-
„ luntaria in iudicio non præiudicat. *Pariſ.conſ.115.*
„ *n.21.lib.1.* Rota in vna Romana tutelæ 12. Febr.
„ 1582.coram fe:re:Clemente VIII.tunc Rotæ Au-
„ ditore,vbi reprobatur dictum *Pauli de Caſtro conſ.*
„ 34.*lib.1.* volentis ſecus eſſe in confeſſione tutoris
„ emanatæ circa actum cum ipſo geſtum ad eius
„ adminiſtrationem, nam id in iure non ſubſiſtit, &
„ in contrarium eſt communis opinio. Demum non
„ obſtabat, quod non conſtaret de conuerſione pre-
„ tij in emptionem alterius Caſalis, prout requirere
„ videtur *Zabar.in Clem.1 q.30.de reb.Eccl.non alien.*
„ *& Alex.conſ.4.n.4.& 8.lib.3.* quia communis ſen-
„ tentia eſt in contrarium. *Dec.conſ.36.n.8. verſ.ter-*
„ *tio principaliter,* & fuit dictum in cauſa *Anconita-*
„ *na terrarum 13.Iunij 1578.coram Seraph.* & in cauſa
„ *Romana cenſus de Romulis,18 Iun. 1599.coram Mc.*
„ Et ita, &c.

Et hæc de probatione valoris in præſentiarum
ſufficiant,ex quibus Exequutor poteſt ſumere re-
gulam pro executione litterarum ſi in euidentem
non nulla reſeruauimus dicenda in duobus ſequẽ-
tibus paragraphis,qui illi loco ſunt magis accom-
modata, illud modo notandum ex præmiſſa deci-
22 ſione, quod concluſio illa producens inſtrumen-
tum, non præſumitur habere aliud, non habet
locum, vbi temporis curſus elidit hanc præſum-
ptionem per aliam fortiorem, productio igitur in-
tra 30. annos facit præſumptionem aliud inſtru-
mentum non adeſſe; ſi vero lapſi ſint 30. anni ori-
tur alia præſumptio adeſſe quodcumq; inſtrumen-
tum neceſſarium, quæ præſumptio non tollitur
per productionem inſtrumenti non neceſſarij, &
ratio eſt, quod ante tempus 30. annorum nulla
poteſt præſumi productio, niſi realiter de ea do-
ceatur, præſumptio igitur exiſtentiæ inſtrumenti
neceſſarij, quæ oritur ex lapſu temporis,debet ne-
ceſſario intelligi de alio inſtrumento, quam de eo,
quod intra id temporis productum eſt, vel produ-
ci debuit, & ita interpretanda ſunt, quæ ſupra di-
ximus de præſumptione oriente ex centenaria,
nunc redeamus ad propoſitam materiam, in qua
ſciendum,quod Dataria hodie non ſolum requirit
expreſſionem valoris in proprietate, ſed etiam in
23 fructibus, & ſic clauſula illa attento quod preciũ
non excedit, &c. receſſit ab aula de qua per *Sta-*
phil.de litteris Gratiæ tit. licentia vendendi bona Ec-
cleſiaſtica, quomodo per Breue concedatur. *Mand.*
de ſignat.Grat tit.ſi in euidentem, §.1. & 3. Sarnen.
in tract.Breuium num.22. verſic. ſolet etiam concedi
per Breue, Rebuff. in praxi tit. de Breui Apoſtolico,
num.39. Redoan. de rebus Eccleſ. non alien quæſt 20.
num.92. vbi dicunt,quod quando valor in proprie-
tates non excedit centum ducatos, vel fructus nõ
excedunt 5. ducatos annuos, quod tunc fit expe-
ditio beneplaciti per Breue cum clauſula. *At-*
24 *tento quod precium non excedit centum ducatos, ſeu*
attento quod annuus redditus non excedit ſummam
quinque ducatorum auri de Camera. Sed iſtæ clau-
ſulæ propter vtramque expreſſionem tam proprie-
tatis, quam annui fructus hodie non apponuntur,
ſtylus autem qui hodie ſeruatur iſte eſt, quod in
clauſulis generalibus ponitur hæc. *Et per Breue S.*
V. ſeu Officium minoris gratiæ expedien. Et non ha-
betur reſpectus valoris in proprietate,ſed tantum-
modo annui fructus, adeo vt ſi ille non excedat
quinq; ducatos, apponitur clauſula,& per Breue,
non facta mentione officij minoris gratiæ. Si ve-
ro annuus fructus excedat quinque ducatos, tunc
deletur illud per Breue, & remanet altera pars
clauſulæ, ſeu officium minoris gratiæ, modo an-
nuus fructus non excedat ducatos decem, nam ſi
ducatos decem exceſſerit deletur tota clauſula, &
expeditio fieri debet per litteras, quod igitur de
triplici via expediendi gratiam ſi in euidentem re-
ſert

ſert *Redoan.q.20.num.97.* videlicet per litteras per
Breue, & per officium pœnitentiariæ, & tam ipſe,
quam *Sarnen.* mutuatus eſt à *Staphileo* licet neu-
ter ipſum alleget eſt verum quo ad primas duas
vias, tertia per officium pœnitentiariæ non eſt
amplius in vſu, ſed illi ſucceſſit officium minoris
gratiæ, quod in effectu eſt fere idem, vt latius Deo
dante dicemus tunc cum agemus de Stylo Can-
cellariæ.

25 *Et de licentia Capituli, &c.* alienatio rei Eccleſię
factæ per Prælatum quantumvis à Superiore con-
firmata, ſine conſenſu Capituli non valet, *c.cum de
his, quæ fiunt à Prælatis &c.* vbi Canoniſtæ commu-
26 niter, præſertim *Imola notab.1. ſecus ſi res ſit modi-
ca. Redoan. de rebus Eccleſ. non alien. quæſt.51. nu.8.*
27 Vel adſit neceſſitas, ſiue euidens vtilitas, idem
*Redoan. d q.51. cap.7. poſt Zabb. in Clem.1. de reb. Ec-
cleſ. non alien.* quod tamen videtur habere difficul-
tatem, nam alienatio nunquam conceditur, neq;
concedi poteſt niſi concurrente cauſa, vel neceſſi-
tatis, vel vtilitatis vt ſupra oſtendimus, vnde ſi
quando concurrit vna ex dictis duabus cauſis non
requiritur conſenſus Capituli, nunquam erit lo-
cus conſenſui Capituli, quapropter exiſtimo con-
ſenſum ſemper præeſſe requiri.

*Ad infraſcriptum dumtaxat, & non alium effectum
&c.* hæc clauſula operatur quod etiam ſi occurre-
28 ret alius effectus præter expreſſum, fortaſſis Ec-
cleſiæ vtilior expreſſo, non tamen venditio poterit
fieri ad illum effectum, ſed omnino reſtringenda
eſt ad effectum expoſitum, & licentia pro alio effe-
ctu nō ſuffragaretur, nec operaretur ſolemnitatem
Staph. vbi ſupra num.2. in fin.

*Omneſq; & ſingulos tam facti, quam iuris defectus,
&c.* De hac clauſula dixi ſupra de confirmatione
priuilegiorum &c. ad propoſitam materiam facit
quod notat *Hieronym. Paulus in praxi Cancellariæ*
29 *tit. ſi in euidentem notabilia, verſic. ſi petuntur ſup-
pleri*, videlicet quod ſuper ſuppletione defectus
non datur littera, niſi exprimatur defectus, quod
tamen intelligi debet de defectu, qui non retraxiſ-
ſet Principem à gratia. *Mandoſ. d. tit. ſi in euidentem
§.1. Redoan. d. tract. quæſt. 22. num. 87.* Retraheret
autem Papam à gratia quodlibet præiudicium ter-
30 tij, etiam minimum: quia confirmatio actus nulli
non operatur retrotractionem in præiudicium
tertij, *Greg. dec.233. num. 2. Canal. dec.47. num.4.
& 109. num.6. & nu.7. & dec.612. num 3. Roland.
conſil.2. num.143. lib.1. & conſil.1. num.157. lib.2.
Petra de poteſtate Principis tit. de clauſula ex certa
ſcientia, num.21. Achill. dec.1. de verb. ſign. Idem
Canal. dec.109. num.6.* dicunt tamen ſortiri ſuum
effectum à tempore datæ, quod ipſum principali-
ter quærimus. *Alex. autem conſil.1. nu.35. & 37.
lib.5. & Bero conſil.67. num.35. lib.1.* dicunt con-
firmationem conualidare actum à principio, quā-
do præiudicium tertij eſt expreſſum; & hanc opi-
nionem exiſtimo veram, quia per expreſſionem
præiudicij tertij Papa habuit ſcientiam illius, &
gratia eſt de ſui natura præiudicialis, vnde debet
ſumi illa interpretatio, quę eſt magis proficua gra-
tiato, & eſt conforme naturæ confirmationis, vt
trahatur ad præterita *Bero conſil 84. num.46. lib.1.*
31 Notandum autem eſt quod confirmatio, licet ſup-
pleat defectum ſolennitatum, non tamen ſupplet
32 defectum cauſarum, niſi fiat parte citata. *Redoan.
d. quæſt. 22. num.75.*

*Non obſtantibus præmiſſis, ac fe: re: Pauli PP. II.
&c.* Conſtitutio iſta eſt in corpore iuris inter ex-
trauagantes communes, quæ incipit, Ambitioſæ.
in qua prohibetur omnis alienatio rerum Eccleſia-
ſticarum, etiam mobilium prætioſarum, quomo-
do autem prætioſitas illa ſit æſtimanda tradit *Vi-
talis de Cambanis tract. clauſul. cap. 114. Redoan.
quæſt.6. num.2. & quæſt.25. num. 3. & quæſt. 51.*
33 *cap.3. num.2.* Inter mobilia autem prætioſa con-
numerari non poſſunt, quæ cum cura non poſſunt
ſeruari, & ideo illa non cadunt ſub extrauag. am-
bitioſæ *Redoan. locis mox allegatis.*

Et quod terræ iugerum denominat. ſitus, &c. licet
ſupra firmauerimus confirmationem alienationis
in forma communi nihil operari, ſed neceſſe eſſe
quod Papæ omnia particularia exprimantur, hoc
non debet adeo amare ſumi, vt ſi in narratione in
aliquo fuerit variatum, ſeu aliquid omiſſum quod
34 ſubſtantiam rei non tangat, & non retardaſſet
Papam ad concedendum, illius omiſſio, ſeu va-
riatio gratiam vitiet. *Redoan. dicta quæſt. 22.
numer. 87.*

Et quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum &c.
35 hæc clauſula non videtur diuerſa à præcedenti, &
ideo ſuperflua, & non apponenda. Sed primo
clauſulæ ſuperfluæ non vitiant *Rebuff. in praxi, ad
formam ſigni, ad clauſulam ſine præmiſſo, numer. 14.*
36 Verum etiam eſt, quòd iſtæ clauſulæ differunt,
nam prior illa reſpicit ſolum defectus circa res
venditas, & alienatas; hæc ſecunda reſpicit con-
tractum, conuentiones, & pacta, *Mandoſ. dicto tit.
ſi in euidentem in princ.* & refertur ad clauſulam ſu-
37 pra poſitam, *prout in publico deſuper confecto in-
ſtrumento alijs ſcripturis plenius continetur &c.* quæ
clauſula non poteſt repeti, & approbari, vt notat
*Hieronymus Paulus vbi ſuprà verſic. nota quod ſi ſe-
cundò*, quia Papa non habet notitiam non ex-
preſſorum.

*Et committatur Ordinario, & dignitatem in eius
Eccleſia obtinenti, qui coniunctim procedant, &c.*
38 Dataria vt plurimum in commiſſionibus conten-
ta eſt vno executore, in hac materia requirit duos
in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutos, quicumque
tandem illi ſint, de qua clauſula per *Mandoſ. d. tit.
ſi in euidentem in princ.* vbi quod executio huiuſ-
modi committitur Vicario Vrbis, ſi res agatur in
Romana Curia, ſi extra eam, aliquibus probis iu-
ris in illis partibus, ſtylus tamen eſt, quod non ni-
ſi in dignitate conſtitutis. Et verum eſt, quod ſub-
dit infra §. in reſcriptis in deputatione Iudicum,
quibus reſcripta ſi in euidentem diriguntur, & in
proceſſibus ſuper illa fabricandis maiorem hodie
curam adhiberi, quam antea conſueuerat, pro-
pter Conſtitutionem Paulinam, quæ in litteris
39 commiſſionis de verbo ad verbum inſeritur, vt
executores poſſint ſcire, quomodo ſe habere de-
beant in fabricatione proceſſus ſuper alienatio-
ne rei Eccleſiæ, quod autem ſubdit idem *Mandoſ.*
Supplicationes gratiarum ſi in euidentem pro-
ponuntur coram Sanctiſſimo, hodie non ſerua-
tur, ſaltem in omnibus, immo valde paucæ re-

mittun-

40 mittuntur ad Signaturam Sanctiſſimi. Sed ſi qua
ſubeſt magna difficultas, remittuntur potius ad
Congregationem Cardd. Interpretum Concilij.
Conſtitutionem autem Paulinam de qua ſupra vi-
deat Lector apud *Redoan. de rebus Eccleſ. non alien.*
prima in ordine vbi omnes aliæ Conſtitutiones A-
poſtolicæ alienationes rerum Eccleſiæ concernen.
apponuntur, quæ emanauerant de tempore Re-
doani, quibus alias addiderunt Greg. XIII. Sixtus
V. & Paulus V. quas Lector requiret in Bullario.,
41 ante quos ſtatuerunt Symmachus, Paulus III. Iu-
lius III. Paulus IV. Pius V. & Paulus V., & de-
mum Sanctiſſimus Dominus Noſter Vrbanus
Octauus.

Et circa tranſlationem iuris decimandi &c. De-
cimæ cum ſint res ſpirituales à Laico nequeunt
poſſideri c. t. 16. *quæſt. 7. & cap. cauſam quæ de præ-
ſcript.* & propterea Laici de decimis inueſtiri non
poſſunt. *Redoan. vbi ſupra, quæſt. 63. num. 1.* & ſic
reſtrictiua iſta eſt iuri conſona quæ tamen contra-
ctui, de quo in puncto magnum faceſſebat nego-
cium, nam emptores nolebant contrahere, niſi
etiam venderentur decimæ, & quia ſtante neceſſi-
tate contractus, de qua ſupra inſtabatur inſtantiſ-
ſime pro confirmatione. Sanctiſſimus reiecit ne-
gocium ad Interpretes Concilij. Coram quibus
42 cum cauſæ . . . . . adeſſem Aduocatus, ne
contractus, de quo ſupra adeo neceſſarius euane-
ſceret delendam eſſe hanc clauſulam, vel certè
aptandam, vt Sacris Canonibus non officiat aſſe-
rebam. Nam licet Laici incapaces ſint decima-
rum, vt decimæ ſunt, ſunt tamen capaces vtilita-
tis, & fructuum decimalium. *Redoan. vbi ſupra*
43 *nu. 16.* & ideo licet decimæ nec vendi, nec pigno-
rari poſſunt, ſecus tamen eſt in earum fructibus
idem *Redoan. quæſt. 17. num. 11.* poterit igitur tran-
ſferri in emptores non ipſum ius decimandi, ſed
fructus decimales, vt in ſimili dicimus de iure re-
tractus, quod quamvis cedi non poſſit poteſt ta-
44 men cedi vtilitas retractus, *Abb. in c. 2. de alien. Iud.
mutan. cauſa facta. Bald. in l. per diuerſa num. 159.
C. mandati. Afflict. deciſ. 354. num. 22. Aloyſ de Leo
in L. Vnica num. 9. de alien. Iud. mut. ca. fact.* vbi dicit
hoc eſſe quotidianum, & paucos hoc ſcire, immo
fere omnes errare, ita etiam poſſumus dicere de
45 decimis, quarum fructus, ſi non agitur ſuper ipſo
iure decimandi ſunt quid prophanum. *Greg. dec.
174. num. 1. vbi addit num. 7.* & in omnem caſum a-
lienatio, ſiue locatio decimarum eſt prohibita ſine
licentia Papæ, vt notant *Innoc. Io: Andr. Anton. de
Butrio, Abbas, Imola, & Alex. de Neuo. omnes nu. 6.
& Card. num. 1. in c. Venerabilis de confirm. Vtil. vel*
46 *inutil.* & tunc Laici poſſidebunt decimas, non tan-
quam quid ſpirituale, quaſi ipſi iure Eccleſiaſti-
co deciment, ſed tanquam quid prophanum
tranſlatum per Eccleſiaſticum in Laicos. *Gregor.
deciſ. 404.* vbi addit. Et licet Concilium Latera-
47 nen. prohibens in poſterum conceſſionem deci-
marum Laicis faciendam, videatur reſpexiſſe,
etiam ad conceſſiones Apoſtolicas nihilominus
non potuit ligare manus ſucceſſorum, quam vis
conceſſiones illas improbaret tanquam factas ex
neceſſitate non quidem reſpectu concedentium,
ſed reſpectu ementium, vt notat *Redoan. quæſt. 63.
num. 18.* quia ipſi coegerunt quodammodo Eccle-
ſiaſticos ad venditionem decimarum in tempori-
bus anguſtis. Demum Concilium Lateranen., &
48 alia iura alienationem decimarum prohibentia,
videntur loqui, quando decima principaliter alie-
natur, non autem quando minus principaliter, &
in concomitantiam vt dicimus de iure patronatus,
quod ſpirituale cenſetur, & ideo de per ſe vendi
non poteſt; adhærens tamen palatio, ſiue domui
bene venditur vnà cum Palatio, & Domo, & tran-
49 ſit cum illa vniuerſitate notant omnes in *c. ex lit-
teris, & in cap. cum ſecundum de Iurep. Bald. conſ. 1.
lib. 3. Dec. conſ. 127. Card. in conſil. 48. Couarr. lib. 1.
variar. reſol. cap. 13. num. 4. & cap. 18. ſub num. 7.
Verſ quarto conſtat Achill. deciſ. 1. de iurepatronatus.*
ita etiam videtur dici poſſe de Decimis quando
alienantur in conſequentiam rei cui ſunt annexæ
prout in caſu Noſtro, & cum Decimæ non perti-
neant ad Eccleſiam Parochialem, quo caſu abſq;
dubio alienari non debent, ſed ad Monaſterium
50 non competunt ratione adminiſtrationis Sacra-
mentorum, aut ratione Parochialitatis, & proin-
de non ſunt de neceſſe ſpirituales, ſed poſſunt eſſe
annui Canones, vt dicta *deciſ. 174. Gregor. XV.* &
ideo exiſtimabam delendam eſſe illam reſtricti-
uam à Dataria appoſitam. Difficultas igitur re-
manebat circa modum exprimendi alienationem,
an debeat dici vendere decimas, ſeu potius fru-
ctus decimales, & in hoc etiam eram illius opi-
nionis, quod tenor expreſſionis de decimis; non
debeat mutari, illud enim fructus decimales eſt
locutio impropria., & videri poſſet emptori ca-
ptioſa, qua propter cum nomen decimæ ſignificet
potius vtilitatem, quæ percipitur ex decimis, quã
ius ipſum decimandi, attenta præſertim perſona
emptoris; in quem ius decimandi non cadit, ſed
51 bene vtilitas decimarum relinquendum eſt pro-
vt iacet.

Sed hic queritur apte iſta neceſſitas, quæ præ-
bet iuſtam cauſam alienationi rei Eccleſiaſticæ
qualis eſſe debeat, & Scholiaſtes Bullarij noui
ad Conſtitutionem 104. Pij Quarti in Ordine
Scholio primò reſpondet; quod interpretandum
ſit de neceſſitate fatali, vel neceſſitate naturali:
fatalem neceſſitatem appellat, vt ſi quis incide-
rit in Latrones; naturalem neceſſitatem dicit in-
firmitatem, ſiue familiæ ſuſtentationem, & non
de alia, quod quidem ſumpſit ex *Boerio deciſ 44.
num. 27.* qui triplicem ponit neceſſitatem, prio-
res duas, quas recenſet Scholiaſtes, & tertiam
quandò quis ſe conicit in neceſſitatem æris alie-
ni vel delicti. Verum iſta non applicantur mate-
riæ alienationis rerum Eccleſiaſticarum, ſed a-
lienationi rei particularis alienari prohibitæ, in
quibus terminis loquitur *Boerius*, qui etiam non
intellexit vocabulum fatale, nam incidere in la-
trones caſuale eſt non fatale. Recepta enim eſt
definitio fati tradita a *Boetio de Conſol. Philoſ. de*
52 *qua Sanctus Thomas lib. 3. contra gentes cap. 93.* vi-
delicet. *fatum eſt inhærens rebus mobilibus diſpo-
ſitio, per quam Prouidentia ſuis quaque nectit ordi-
nibus*, quæ definitio incidentiæ in Latrones ap-
plicari

plicari non poteſt: quia latrones agunt ex electione, vt iugulent homines, ſurgunt de nocte latrones inquit Horatius, & ſic incidere in latrones eſt ca-
53 ſuale: quia qui proficiſcitur ex electione tranſit per ſaltus, & ſiluas: quia illa via conducit ad ipſius iter, ſed caſuale eſt, quod incidat in latrones, vt caſum definit *Ariſtoteles lib.2. Phiſicorum textu. 61. videlicet caſus eſt cauſa per accidens in ijs, quæ propter aliquid fiunt, cum non eius, quod euenit gratia fiunt*, proficiſcens itaque Romam. V.G. tranſit Bacchanum, vt iter conficiat, non vt ibi in latrones incidat. de hoc obiter monere lectorem oportuit, ne falſa Doctoris exemplificatione decipiatur. Ad neceſſitatem autem vt redeamus, de qua nobis ſermo eſt, dico neceſſitatem hanc interpretandam non eſſe pro neceſſitate præciſa: quia nedum neceſſe non eſt preciſè, vt bona illa conſeruentur, ſed neque omnino, quod Monaci ſint in mundo. Sed de neceſſitate ex ſuppoſito, & morali, vt poſita Congregatione Monachorum, bona Monaſterij alia via quàm præmiſſa ſeruari non poſſunt videlicet de ea neceſſitate, ex qua reſultet iuſta cauſa. *Redoan. quæſt. 19. num. 28.* & hac ne-
54 ceſſitate concurrente poteſt fieri alienatio bonorum Eccleſiæ, etiam ſine ſolemnitate. *Arsbid. in cap. placuit 12. quæſt. 2. Redoan. quæſt. 12. num. 45. & latiùs quæſt. 19. num. 3.* & deinceps per totam, vbi etiam videnda eſt additio, vt igitur Scholiaſtes errauit in d. Scholio 2. in diſtinctione neceſſitatis, ita errat in aſſignatione requiſitorum ad neceſſitatem. Scholio 2. vbi dicit ad neceſſitatem de qua nobis ſermo requiri quinque. Primò *quod neceſſitas ſit euidens*, quæ qualitas magis propria eſt vtilitati, quam neceſſitati, ſi tamen per euidens intelligit, quod non ſit fucata, tranſeat. Secundò *quod in eum modum ſit permiſſa venditio*: hoc eſt petere principium: nam ex morali neceſſitate, reſultat licentia vendendi. Tertiò *quod non ſit ſuperflua quantitas*, quid ſibi velit per hanc ſuperfluam quantitatem vix intelligo: nam ſi intelligit alienationem rei tanti pendere, quanti pendet id, quod de neceſſitate requiritur, hoc moraliter vix eſt poſſibile, quia alienatio non fit quantitatis, ſed corporis, vnde ſi aliquid ex pretio rei venditæ ſuperſit, de illo diſponetur vtiliter, vt infra videbimus, hoc ſufficit, quod neceſſario ad vtilem effectum fiat rei alienatio. Quintò *quod ceſſet omnis fraus*; hoc requiſitum coincidit cum primo, volui examinare hæc requiſita, non vt Scholiaſtem refellerem, ſed vt eò magis materiam hanc explicarem, illius autem monitum volo Lectorem, quod Scholiaſtes appingit hanc ſuam Doctrinam *Oſaſcho in deciſ. Pedem. 171.* qui nec verbum quidem de hac re, ſed fusè probat, ſolemnitates præſumi ex curſu temporis.

Vel bonorum iuriſdictionem aliquam annexam ha-
55 *bentium, &c.* Dataria in conceſſione alienationis bonorum iuriſdictionalium mirum quàm ſe reddat difficilem, & tamen ex cauſa neceſſitatis, quæ ſemper continet euidentem vtilitatem, nempe vt euitetur maius inconueniens, & damnum,
56 poſſunt alienari bona iuriſdictionalia Eccleſiæ. *Redoan. quæſt. 12. num. 37.* immò etiam ex euiden-
57 ti vtilitate, vt potè ſi vtilitas longè ſuperet omnem conſiderationem iuriſdictionis exemplo res clarior fiet: Aliàs in Prouincia Flandriæ in Dieceſi Tornacen., exiſtebat Præpoſitura S. Donatiani, quæ magni antiquitus fuit nominis, & auctoritatis, vt potè quæ iuriſdictionem aliquam, nec non Cancellariam comitatus Flandriæ, è qua illi magna auctoritatis acceſſio annexam haberet. Præpoſitura hæc ante aliquot ſecula in vnione illà Prouinciarũ Belgij ſub Principibus Burgundis fuit ſuppreſſa, & vnita Epiſcopatui Burgen., non tamen cum qualitate Cancellariatus, ex qua illuſtrior reddebatur dignitas, ſed ea penitus fuit ſublata. Iuriſdictio vero in aliquot Pagis, & Territorijs Burgen., Belliocen., Furnen., & Casletem in Diœceſi Iprenſi, remanſit penès Epiſcopum, ſed illi valde incommoda, nam licet eum extaret, & propè ſuam iuriſdictionem reſideret ex ea illi tunc reſultaret commodum, & vtilitas, poſt quam Præpoſitus eſſe deſijt, Et Epiſcopus longe quinquageſimo nempè, & ſexageſimo milliari à locis illius iuriſdictionis diſtet, paulatim eſt exinanita, & redacta in nihilum, vt penès Epiſcopum remanſerit nudum iuriſdictionis nomen, res ipſa penes alios. Iuriſdictio, quæ apud Epiſcopum remanſit, eſt nominandi Scabinos, apud quos eſt exercitium iuriſdictionis, qui eam exercent Epiſcopo inconſulto, nec in aliquo ei obediunt, aut eum recognoſcunt, ſed ipſe recipit ſolummodo pro iure ſuo quotannis ſcut. 309. pro omnibus, & ſingulis emolumentis tàm ordinarijs, quàm extraordinarijs, cœterum iuriſdictioni ſe in nihilo immiſcet, ſed omnis eſt penes homines illorum pagorum, ex quibus tenetur nominare Scabinos velit, nolit, accedit, quod habet litem valdè dubiam ſuper dicta iuriſdictione in Cancellaria Brabantiæ cum vicinis Communitatibus, quæ iuriſdictionem ſibi deberi aſſerunt, eo quod non ſinguli, & integri pagi ſpectant ad iuriſdictionem Epiſcopi, ſed alicuius pagi medietas, alterius pars tertia, quo fit, vt delinquentes deſiliant poſt delictum in vicinam iuriſdictionem, & delicta remanent impunita in detrimentum Reipublicæ. Hiſce ſic ſtantibus. Modernus Epiſcopus Brugen. ſupplicat pro licentia alienandi huiuſmodi iuriſdictionem in euidentiſſimam vtilitatem, videlicet pro precio ſcu. 32. mill. cum augmento Canonis annui ſcu. 41. & quod ex precio luetur æs alienum ſcu. 10. mill. menſæ Epiſcopali auctoritate Apoſtolica per eundem Epiſcopum ex cauſa neceſſaria contractum reliqua ſcu. 22. mill. reinueſtientur arbitrio Suæ Sanctitatis. Huic petitioni nolebat Dataria annuere, eò quod bona iuriſdictionalia non poſſint, aut debeant æſtimari ad inſtar bo-
58 norum allodialium. Sed reſpondebam obiectum eſſe verum, at verum itidem eſſe, bona iuriſdictionalia cadere ſub æſtimatione, alioqui non caderent ſub Commercio, cum tamen quotidie vendantur, & permutentur, æſtimatio autem bonorum iuriſdictionalium ad allodialia fit in duplo, & quincunce ad ſummum, vt exempli cauſa ſi allodialia æſtimantur ad quinque pro

cen-

centenario in annuo fructu, iuriſdictionalia æſti-
mentur ad vnum cum dimidio, vel etiam triente.
Hæc æſtimatio ſi adhibeatur caſui Brugenſi, nul-
la erit proportio rei venditæ cum vtilitate, quæ ex
venditione percipitur, nam remanet non ſolum
idem annuus canon venditori, ſed ille augetur fe-
re in 6. parte, & additur pretium, ex quo emi poſ-
ſent, quinque alij annui canones ſimiles, quæ vti-
litas cum ſit adeo exuperans, vt venditio huiuſ-
modi nullo vnquam tempore poſſit reddi Eccle-
ſiæ inutilis, non debet denegari licentia, & Eccle-
ſia priuari hoc bono, *cap. 2. de rebus Eccl. non alien. in 6. Clem. 2. eodem tit.*

59 Accedit altera iuſta alienationis cauſa, videli-
cet quies ſtatus publici, qui turbatur ab impune
delinquentibus ob iuriſdictionum vicinitatem;
vel potius promiſcuitatem, cui Eccleſiæ præcipuè
cum ſit prima cultrix iuſtitiæ debet prouidere, &
hanc cauſam iuſtiſſimam alienandi firmat *Bellam. in c. ſed notandum 12. q. 2.*

60 Accedit ſecundò lis ſuper dictis bonis, cuius
cum ſit dubius euentus præbet ſimiliter iuſtam
alienationis cauſam *Redoan. d. quæſt. 20.* quia nul-
61 lo iure prohibita eſt tranſactio ſuper re Eccleſia-
ſtica, & ſuper decimis, quæ ſunt quid ſpirituale, &
62 quarum alienatio difficilior eſt, quam bonorum
iuriſdictionalium, admittit Rota in Nouarien. bo-
norum XXVIII. Maij M. D. XCIII. coram Car-
dinal. Arrigonio.

Notanda tandem verba clauſulæ reſtrictiuæ,
quam interpretamur *iuriſdictionem aliquam anne-
xam, &c.* vbi dictio illa *aliquam* videtur inutili-
ter appoſita, & ſolùm ad intricandum negocium,
non enim adeò amare videtur reſtringendus ter-
minus iuriſdictionis, vt nulla prorſus iuriſdictio
transferri concedatur, cum abigere canes ex Ec-
cleſia, aliqua iuriſdictio ſit, vnde poſſet reſtringi
clauſula ad iuriſdictionem Vaſſallorum, quam vis
vaſſallagium etiam ex cauſa neceſſitatis, ſiue eui-
63 dentiſſimæ vtilitatis alienari poſſit. *Redoan. dict. q. 20. num. 82.*

Poſtremò difficultatem facere videtur in alie-
natione illa Colonien. concluſio ſupra allata *num.*
59. quod videlicet euidens vtilitas, ob quam per-
mittitur alienatio rei Eccleſiæ debeat eſſe talis,
quod nullo vnquam tempore poſſit infringi, quod
64 propter bellum, peſtem, ſeù tempeſtates non ve-
rificatur, nam illa non ſunt perpetua, & propterea
pretia rerum non immutant, vt infra dicemus de
confirmatione rei emphyteuticæ, ſed reſponde-
tur, vtilitatem ibi eſſe euidentem, immo neceſſi-
tatem, quia exactiones iam conſumpſerunt om-
nia, & non permittunt ſperare pacem, & neceſſi-
tas non capit dilationem. *Redoan. dicta quæſt. 19. num. 31.*

65 Vltimò notandum pretia rerum per ſingulas
Prouincias eſſe valde diuerſas *leg. pretia rerum, §. vltimo ff. ad leg. falcid. late Mantic. de tac. lib. 14. tit. 39. num. 17.*

Cum itaque in ſtatu, & dominio Eccleſiaſtico
bona iuriſdictionalia ſint maximi valoris, & ex-
cedant pretia iuriſdictionalium, vbicumque tan-
dem terrarum ſitorum, hinc eſt, quod, Officiales
Datariæ adeò ſint rigoroſi in æſtimatione huiuſmo-
di bonorum iuriſdictionalium.

66 *Et conſtito de narratis, & ſi in euidentem, &c.*
hæc clauſula videtur continere ſuperfluitatem,
vel contrarietatem, nam Datariæ exponuntur
omnia pacta, & omnes venditionis qualitates, ex
quibus ipſa iudicat vtilitatis euidentiam, vndè
executoris partes ſunt ſolummodo vt informet ſe
de expoſitis, quæ ſi vera ſunt ex ijs neceſſario re-
ſultat euidens vtilitas, alias non fuiſſent per Da-
tariam confirmata; clauſula itaque ſi in euiden-
tem eſt ſuperflua, adeo vt poſita vna clauſula,
alia non ſit ponenda, quod videtur notaſſe, *Hie-
ronym. Paul. d. tit. ſi in euidentem notabilia in prin-
cip. & Verſic. Item quando petitur.* Nihilominus
reuiſores in Dataria dicunt apponendam eſſe
hanc clauſulam ex forma præſcripta per Conſti-
tutionem Paulinam, quæ præcipit quidem, quod
alienatio rei Eccleſiæ fieri non debet, niſi cedat in
euidentem eius vtilitatem, ſed non determinat à
quo euidens vtilitas huiuſmodi iudicari debeat,
vndè ſi cognita fuit per Datariam, non videtur
denuo committenda executori, ſed ſolum cogni-
tio expoſitorum videlicet, *& Committatur Ordi-
nario &c. qui de narratis, ex quibus euidens reſultat
vtilitas ſe diligenter informet.* Nec dicatur, quod
propter exuperantiam pretij rei venditæ, vel an-
67 nui canonis augumentum, non ſemper inducitur
euidens vtilitas, quæ per alias circumſtantias poſ-
ſet excludi, nam in ſupplicatione exponuntur om-
nes circumſtantiæ, quæ poſſent pretium variare,
ſi exponuntur, Officialis Datariæ ante ſignatu-
ram petit ſibi deſuper reſponderi, vt nihil rema-
neat difficultatis.

Secundò, clauſula hæc ſi in euidentem in ſubie-
cta materia videtur ſuperflua, quia confirmatio
petitur ex cauſa neceſſitatis, quæ vel vtilitate non
indiget, vel vt ſupra diximus eam continet; & in
vniuerſum in alienatione rei Eccleſiæ ſufficit de
68 duobus alterum verificare, neceſſitatem videli-
cet, ſiue vtilitatem. *Rota quæſt. 19. numer. 27. ex
cap. primo de rebus Eccleſ. non alienan. in 6. & Clem.
1. eod. tit.* & probat Rota in Romana inualidita-
tis cenſus 24. Maij 1591. coram Pamphilio, quam
vti valde facientem ad hanc materiam hic libet
annectere.

» Pro informante, quia cum impoſitio cenſus
» dicatur alienatio, *Bald. in c. ad audientiam il ſecundo
» nu. 9. de reſcr. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. Gloſ. 6. ſub
» num. 6.* cum alijs allegatis in cauſa Romana Vi-
» nearum de Maximis de anno 1577. coram D. de
» Rubeis in ea facien. ſuper bonis Eccleſiæ requiri-
» tur ſolemnitas, & iuſta cauſa, prout in alienatione
» *c. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. Clem. 1. eod. tit. DD.
» in c. ſine exceptione,* & ibi latiſſimè *Lauren. de Rodul-
» phis 12. q. 2. Dec. conſ. 142. nu. 4. Couar. var. reſol. lib.
» 2. c. 17. ſub nu. 2.* Hic autem vtrumq; deficit, nam
» quantum ad ſolemnitatem non conſtat de aliquo
» beneplacito Sedis Apoſtolicæ, quod nec etiam in
» inſtrumento ipſo fuit reſeruatum, *Io: Paul. dec. 54*
» nec ex lapſu temporis poteſt præſumi, cum requi-
» rantur ad minus 30. anni. *Imol. in cap. peruenit, nu.
» 10. in verſ. nota ex prædictis de empt. & vend. Felin.*

„ *in c. illud, nu 6. in fine, Verſ. ſecundo eſt aduertendum,*
„ *de præſum, Alex. conſ. 1 n. 2. lib. 4.* & fuit reſolutum
„ in Ceſenaten. predij de menſe Octobris 1584. co-
„ ram Me, & alijs ſæpiſſimè. Quantum ad iuſtam
„ cauſam illa non apparet: quia licet dicatur huiuſ-
„ modi cenſus impoſitionem fuiſſe factam pro ex-
„ tinguendis alijs cenſibus, de illis tamen non con-
„ ſtat, nec ſtatur aſſertioni alienantium res Eccleſiæ
„ ſuper iuſta cauſa alienationis ad *Bart. in l. ſi forte ff.*
„ *de Caſtren. pecul. Fed. de Sen, conſ. 143. circa ſi. Rebuff.*
„ *de reb. Eccl. non alien. nu. 75.* cum alijs allegatis per
„ *Roland. conſ. 15. num. 19. lib. 1.* Vltra quod dubitari
„ poteſt an ſit ſufficiens: quia cum iuſta cauſa alie-
„ nationis dicatur neceſſitas, vel euidens vtilitas, *d.*
„ *c. 1. de reb Eccl. non alien. in 6. Clem. 1. eod. tit.* neceſ-
„ ſitas non adeſt, quia Eccleſia non poterat cogi ad
„ extinguendum cenſum, cum illius redemptio ven-
„ ditori tantum ſit conceſſa, aut prohibita iux. Con-
„ ſtit. Summ. Pont. & tradit *Corrad. de contract. q. 84.*
„ *in 5. concl. Sot. de iuſt. & iur. lib 6. art. 3. in 1. concluſ.*
„ Vtilitas Eccleſiæ euidens id eſt clara, & indubita-
„ ta, prout de iure requiritur, *cap. ſine exceptione ibi*
„ *quod non ſit dubium profuturum Eccleſiæ 12. quæſt. 2.*
„ *d. c. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6. Corn. conſ. 243. nu. 3.*
„ *verſ. præterea lib. 2. Barbat. conſ. 40. nu. 1. lib. 1.* minus
„ adeſt, quia ex impoſitione vnius cenſus, vt alius ex-
„ tinguatur, non dicitur Eccleſia effecta melioris
„ conditionis. Et ita &c.

Hæc poſtrema deciſionis concluſio indiget interpretatione, vel potius diſtinctione, nam ſi loquamur ad effectum exequendi commiſſionem gratiæ ſi in euidentem, dubium non eſt, quin executori debeat conſtare de euidenti vtilitate Eccleſiæ procedente ex alienatione iuxta Conſtitutionem Paulinam, alias incidit in pœnas in d. conſtitutione comminatas. Si vero loquamur poſt decretum executoris, & gratia effectuata, & agatur ad re-
69 ſciſſionem contractus, tunc ſufficeret, quod Eccleſia non eſſet læſa, quia contractus, ex quo Eccleſia non eſt locupletata, nec damnificata tenet, & quando Eccleſia non eſt facta pauperior, tunc intelligitur facta locupletior. *Redoan. quæſt. 20. n. 37.* vnde ſi adfuiſſent ſolennitates in caſu deciſionis, ex hoc capite contractus non potuiſſet reſcindi, quod tamen videtur intelligendum ſolum modo, quando alienatio, ſiue permutatio eſſet facta auctoritate Ordinarij: quia cum ipſe licentiam impertiatur abſq; huiuſmodi clauſula ſi in euidentem &c. videtur ſufficere, Eccleſiam non eſſe damnificatam, ſecus quando in vim reſcripti Pontificij requiritur euidens vtilitas: pro qua ſumma vero Ordinarius poſſit alienare, ſiue permutare rem Eccleſiæ non eſt omnino reſolutum, licet enim Congregatio Cardd. Concil. Interpretum id aliquando ſtatuerit in ducatos 25. auri de Camera: tamen alias ſanciuit Epiſcopum non debere excedere 25. ſcuta monetæ, & omnino reſoluit attendendam locorum qualitatem, in quibus maior, ſiue minor pecuniæ penuria ſit iuxta diſpoſitionem *d. c. terrulas, 12. quæſt. nam de modico non diſponere extra nag. Ambitioſæ oſtendit, Redoan. q. 9. number. 50. & ſequentibus*, hoc tamen modicum Prælati in Regno Neapolitano multum extendunt, vt nota. Ianuen. in praxi.

Sed alia incidit hic quæſtio. Vtrum poſt decretum exequutoris poſſit dari de non legitima alienatione, & quatenus ſic quæ requirantur ad infringendam huiuſmodi alienationem vtrum ſufficiat oſtendere defectum cauſæ vtilitatis, ſiue neceſſitatis, vel potius neceſſarium ſit docere de læſione iuxta diſpoſitionem *l. 2. C. de reſc. vend.* vt videlicet oſtendatur, Eccleſiam fuiſſe læſam vltra tertiam iuſti pretij partem.

Quo ad primam facilis eſt reſponſio, nempe non obſtante decreto exequutoris poſſe opponi de defectu cauſarum vtilitatis videlicet, ſiue ne-
69 ceſſitatis, *c. ſine exceptione 12. q. 2. cap. 1. de reb Eccleſ. non alien. & Clem. 1.* & ibi *Card. eod. tit. Bart. in l. enim ſic §. eam tranſactionem nu. 3. ff. de tranſact. Bald. in l. fin. §. neceſſitate num. 27. C. de bon. quæ lib. Iaſ. in leg. contra nu. 9. de pact. Felin. in c. cauſam il ſecundò n. 8. Verſic. contra hæc de Iud.* & ratio eſt quia vt ſupra vidimus confirmatio, ſiue ſolemnitas, quæ actui interuenit non ſuppleuit defectum cauſæ.

Maiorem difficultatem habet altera pars dubij, nam ſupra firmauimus, contractum cum Eccleſia initum ſuſtineri, ſi non ſit facta pauperior, & in
70 ſpecie ad reſciſſionem contractus requiri læſionem firmat idem *Redoan q. 78. nu. 6.* & ratio eſt quia Eccleſia in rebus temporalibus vtitur iure communi, niſi ſit aliter conſtitutum *cap. 1. de alien. feudi.*
71 *Gloſ. in c. peruenit de cenſibus.* nihilominus contraria ſententia videtur verior; nam Conſtitutio Paulina facit ius commune, & recedit a primo iure communi *Caſ. de Graſſ. dec. 4. nu. 26 de reb. Eccl. non alien.* Paulina vero Conſtitutio requirit pro cauſa neceſſaria vtilitatem inficiẽs contractum ob cauſæ defectum, ergo ob defectum huiuſmodi, Eccleſia poterit agere ad reſciſſionem contractus non ex capite læſionis, ſed ex capite defectus cauſæ requiſitæ pro forma, ita videtur ſentire *Mant. de tacit. lib. 3. tit. 10. num. 69* & hic etiam videtur ſenſus Rotæ in ſupra allegata Romana inualiditatis cenſus, addit ad *q. 20. Redoan. litt. B, & C*, quia Conſtitutio Paulina non ſolum requirit ſolennitatem quæ conſiſtat in licentia alienandi, ſed inſimul pro forma requirit cauſam, vel neceſſitatis, vel vtilitatis, adeo vt Eccleſia non tenebitur docere de læſione: quia hoc procederet ante Conſtitutionem Paulinam, vt *Caſ. de Graſſ. d. nu. 16.* hodie vero poſt cõſtitutionem ſufficit ei docere de defectu formæ.

Hæc autem locum ſibi vendicant, quando Eccleſia alienauit non autem quando ipſa emit, & ex illa emptione prætendat ſe damnificatam, & con-
72 tractus reſciſſionẽ quia tenebitur docere de enormi læſione *Redoan. d. q. 78. n. 6.* & intrat concluſio, quod Eccleſia vtitur in temporalibus iure cõmuni, & extrau. Paulina, quæ eſt exorbitans, & loquitur in alienatione non poteſt extendi ad emptionem.

Poſtremo quæritur de quo tempore debeat fieri æſtimatio vtilitatis, vel potius rei alienatæ, ex cuius alienatione vtilitas reſultare debet, & breui-
73 ter dicendum eſt nos vtilitatem per canones in alienatione rei Eccleſiaſticæ requiſitam metiri debere de tempore contractus, non autem inſpiciendum tempus, quod ſubſequitur. *Redoan. q. 78. num. 23.*

num.23. per textum in cap. ad aures de rebus Eccleſ.
non alien. vbi hoc notant omnes: & ita *text.in c.ſi-*
ne exceptione 12.q.2. ibi quod non ſit dubium pro-
futurum Eccleſiæ, interpretatur de Iudicio, quòd
probabiliter fieri poteſt de tempore contractus,
modificat autem hanc concluſionem *Mantica de*
tac. lib.3. tit.15. num.25. in contractibus habenti-
bus tractum temporis ſucceſſiuum, in quibus vult
permiſſam eſſe reſciſſionem ſi ex temporum mu
tatione damnum procedat, verum cum nullo exẽ-
plo Mantica hanc ſuam concluſionem declaret,
non video quomodo caſui noſtro applicari poſſit.

Et cũ decreto, quod non antea feratur confirmatio-
nis ſententia, quam inuenta fuerint alia bona ſtabilia,
in quorum emptionem d. ſumma 91.m. florenorum v-
nico contextu conuertatur.

Decretum hoc videtur exorbitans, quoad pro-
lationem ſententiæ: nam ſi pretium, quod ex re
alienata percipitur debet vnico contextu conuer-
ti in emptionem aliorum ſtabilium, & de hoc Iu-
dex exequutor iuxta conſtitutionem Paulinam
certus eſſe debet, ſequitur de neceſſe, ſententiam
ante conuerſionem fieri non poſſe. Et hoc decre-
tum non videtur in omnibus, & indifferenter ap-
ponendum, ſed ſolum quando fit alienatio vnius
rei ad effectum redimendi aliam meliorem, quo
caſu bene apponitur clauſula; *Et dummodo vendi-*
tio dictorum bonorum, & pretij inde prouenientis con-
uerſio in redemptionem, & recuperationem Villarum
huiuſmodi vnico contextu fiat, aut non prius confirma-
tionis d. Venditionis ſententia feratur, quam vt præ-
fertur pretium ipſum conuerſum fuiſſe conſtet, con-
uerſionem autem priùs feciſſe in omni, & ſimplici
alienatione. Et in euidentem, non videtur neceſ-
ſarium, nam poteſt dari caſus, immò ſæpiſſimè
contingit, quod Eccleſiæ offeratur occaſio ven-
dendi rem aliquam in euidentiſſimam ipſius vtili-
tatem, & non ſint bona in promptu, quæ emi poſ
ſint, & in locum alienatorum ſubſtituere, & emens
ſi expectandum ſit, emptionem proſequi non cu-
ret, vel aliàs animo mutetur hoc caſu reſtrictiua
hæc apponi non debebit ſed alia videlicet. *Et quod*
pecunia ex venditione huiuſmodi prouenien., apud a-
dem ſacram, aut aliquem probum virum, ſeù merca-
torem idoneum deponatur, donec pro alijs bonis ſtabi-
libus exponatur. Staph. vbi ſupra tit. de Breui Apo-
ſtolico num.2. Redoan. queſt.20. num.90. & nu.98.
præſertim ſi pretium non ſit magnum, hoc eſt ma-
gna pecuniarum quantitas ex pretio retracta, di-
cit autem reſtrictiua, quod conuerſio pretij fieri
74 debeat in tot bonis ſtabilibus, quia vix Dataria
permittit, quod pretium rei ſtabilis conuertatur in
75 annuum cenſum, niſi vtilitas ſit valdè exuperans,
& cenſus multum ſecurus, & tunc apponitur de-
cretum. *Et cum decreto, quod cenſus prædictus re-*
dimi, aut extingui nullo modo poſſit, nec debeat, niſi
vnico contextu illius pretium in emptionem aliorum
bonorum ſtabilium vtiliorum, vel alterius cenſus cum
ſimili conditione, & ſic deinceps perpetuo conuerta-
tur. Quod decretum videtur habere non modi-
cam difficultatem, quia Conſtitutio Pij V. ſuper
forma creandi cenſum reſpuit pactum, quod ven-
dens cenſum, illum arbitrio ſuo luere non poſſit,
& notat Rota apud *Cenc. de cenſibus, dec.152. nu.5.*
vnde videndum, an decretum huiuſmodi afficiat
tàm venditorem, quàm emptorem cenſus, & ven-
ditorem non videtur afficere, cum propter Conſti-
tutionem Pij, quam mox recenſuimus, tum pro-
pterea, quod nullo iure cautum legitur, quod con-
76 trahens cum Eccleſia teneatur probare verſionem
in Eccleſiæ vtilitatem, niſi in contractu mutui, in
quo eſt ſpeciale per rationes adductas a *Redoan.*
queſt.56. num.9. & ſeqq. Tamen ſi contractus eſſet
factus pro ſoluendis debitis Eccleſiæ; tunc etiam
ſi adſit ſolemnitas, nihilominus requiritur proba-
77 tio, quod debita fuerint extincta *Mantica de tac.*
lib.3. tit.10. num.70. & cenſuit Rota in præallega-
ta Romana inualiditatis cenſus coram Pamphilio,
ſi tamen deficiat ſolemnitas Eccleſia tenetur ad
78 reſtitutionem eius, quod recepit, ſi probetur ver-
ſio. Rota in cauſa Romana cenſuum S. Celſi 18.
Iunij 1599. co: Penia, quæ eſt *deciſ.159. p.4. diu.* & in
eadem cauſa 23. Iun. 1600. co: Millino quæ eſt *dec.*
160. ead. p.4. diu. immò tenetur Eccleſia ad intereſ-
79 ſe loco fructuum, vt in eadem cauſa 28. Iun. 1602.
co: Iuſto, quam deciſionem cum ſit magiſtralis, &
non repperierim impreſſam libet hic ſubijcere.
,, Capitulum, & Canonici Sancti Celſi impoſue-
,, runt duos annuos cenſus ſuper certis eorum bo-
,, nis, illoſque vendiderunt Romulo, ſed quoniam
,, non interuenerunt ſolemnitates, cenſus fuerunt
,, declarati nulli, & Romulus egit ad reſtitutionem
,, prætij, & obtinuit ea potiſſimum ratione, quia
,, pretium cenſus ceſſit in extinctionem aliorum
,, cenſuum grauiorum in vtilitatem Eccleſiæ Ro-
,, mulus hodie petit ſibi ſolum intereſſe loco fru-
,, ctuum, quia cum ipſe eoſdem cenſus ceſſerit, coa-
,, ctus fuit ſoluere fructus, qui ſibi ſunt reſtituendi
,, per Capitulum, & Canonicos, & Rota reſoluit ſi-
,, bi debere fructus ſolutos ceſſionario; licet enim
,, non valuerit cenſus, & pronunciatum fuit poſt de-
,, clarationem Eccleſiæ quia ante habebat implici-
,, tum ſtatum validitatis, ſcilicet volente Capitulo,
,, & Canonicis, vt fuit dictum in hac cauſa coram R.
,, P.D. meo Millino. Nihilominus idem dicendum
,, eſt ratione intereſſe, quod explicitè promiſſum eſt
,, in euentum nullitatis. Si quidem ſumus in con-
,, tractu emptionis, & venditionis, in quo; & ſi illa
,, primitiua obligatio eſt nulla, non tamen eſt nul-
,, la ſecundaria obligatio quo ad intereſſe, in quo
,, Romulus à principio ignorabat, quod Capitu-
,, lum, & Canonici vellent anullare contractum
,, cenſus ſibi vtilem, & proficuum ſecundum *diſtinct.*
,, *Bald. in leg. non dubium, numer.16.* & ibi *Iaſon.*
,, *numer.52. Cod. de leg. per leg. liber homo, vbi Gloſſa*
,, *ff. de contrahend. emption., & leg. prima de action.*
,, empti Eccleſia enim ex contractu, qui eam re-
,, gulariter non obligaret, tenetur in eo quod ver-
,, ſum eſt in eius vtilitatem, *cap. quibuſdam de fi-*
,, *deiuſſ. vbi Abb.* quia emptor ſine culpa ſua debet
,, eſſe in damno, nec Eccleſia locupletari cum alie-
,, na iactura, cuius cauſa ſoluti fuerunt annui cen-
,, ſus leuiores, cum teneretur ad grauiores cenſus
,, extinctos pretio iſtorum cenſuum. *Alber. in Au-*
,, *thent. qui res, num.2. verſic. aut ignorauit, Codic. de*
,, *Sacroſanct. Eccleſiæ leg. vbere, & leg. ſi prædium,*

P 2 *Cod. de*

Cod. de pred. minor. vbi Baldus, & Barbat. in addit. leg. at qui natura §. non tantum, vbi Caſtrenſ. ff. de negotijs geſtis, cum alijs allegatis per informantes. Non obſtat, quod dicatur, Capitulum, & Canonicos non fuiſſe in mora, quæ requiritur, vt debeatur intereſſe, nam pro mora requiſita ſufficit in hoc caſu retentio pretij, quod ipſos liberauit à ſolutione grauaminum fructuum, cum enim Capitulum teneretur reſtituere pretium ſtatim facta declarationis nullitatis, & ex non reſtitutione reſultauerit lucrum Capituli, quia cenſus primi remanebant extincti, nec non damnum Romuli, qui ſoluebat ceſſionario, vtique Capitulum tenetur reſarcire damnum, quod ſua culpa patiebatur, *cap. final. de Iniur. leg. qui occidit §. in hac, ff. ad leg. Aquil.* præſertim ſtante ſpecifica promiſſione damnorum in euentum nullitatis cenſus, quem Capitulum, & Canonici nullum eſſe voluerunt, & ita Romulus nihil recipit per modum lucri, ſed per modum rei ſibi debitæ, quia eſt ſolutio perpeſſi damni, & promiſſi. *Contard. de contr. q. 46. in princ.*

Et conſequenter non obſtat, quod ad hoc, vt non acquirantur fructus ſufficiat contractum eſſe nullum in rebus Eccleſiæ. *Laurent. de Rodulphis, in cap. ſine exceptione quæſt. penultima 12. quæſt. 2. Felin. poſt allegatos in cap. cum cauſa n. 27. de re Iud.* quia Romulus non petit per modum fructuum, ſed ne ſit in damno ex contractu vtili Eccleſiæ, licet ſine debitis ſolennitatibus.

Ex quibus ita fuit deciſum.

80 Quamvis prædicta omnia vera ſint, nihilominus decretum, de quo ſupra recte apponitur, vt qualificet tàm emptorem, quàm venditorem, nam ſi venditorem ſolùm reſpiceret Eccleſia non eſſet tuta, cuius Rectores mutantur in dies, & contra mortuos non daretur actio, & propterea licet redemptio cenſus ſimpliciter prohiberi non poſſit, tamen poteſt ex contractu paciſci reinueſtimentum in caſu redemptionis, quod Conſtitutioni Pij non aduerſatur, vt in ſpecie dixit Rota in Romana dotis XIII. Nouembr. MDCXXIII. coram Merlino.

Domini cenſuerunt, &c. neque obſtat, quod dos fuerit integrè ſoluta Auguſtino per Gaſparem, & ideo ſolutione debiti fuerit extincta omnis hypotheca *§. 1. Inſtitut. quibus mod. toll. obligat. leg. ſi rem §. omnis ff. de pignorat. act.* quoniam fuit reſponſum id verum eſſe, quoties ſolutio ipſa legitimè facta fuerit, vt declarat *Angel. in dicto §. 1.* ſolutio autem facta per Gaſparem non fuit huiuſmodi, vigore enim inſtrumenti dotalis pecunia erat in ipſo actu ſolutionis eroganda in aliquod inueſtimentum rei ſtabilis cenſus, ſeù locorum montium non vacabilium quæ perpetuo conſiſterent pro fundo dotali, & ad fauorem Angelicæ, tam dict. Gaſpar Pater, quam Notarius expreſsè fuerunt ſtipulati pacto etiam adiecto, quod eueniente caſu extinctionis dict. cenſus in fauorem Angelicæ, ſpecialiter hypothecati, illius pretium conuerteretur in emptionem identidem rei immobilis pro aſſecuratione eiuſdem dotis, & propterea huiuſmodi pactum inueſtimenti in actu ſolutionis faciendæ fuit principaliter adiectum in fauorem Angelicæ, & illi abſque ope alicuius expreſſæ ſtipulationis ius quæſitum fuit.

Et rurſus in eadem cauſa 7. Februarij 1624. coram eodem Merlino.

Permanſerunt DD. in deciſis coram Me ſub die XIII. Nouembris præteriti: quia pactum, quod cenſus eſſet hypothecatus donec, & quouſque dos integre fuiſſet ſoluta; hoc eſt inueſtita in emptionem alicuius rei ſtabilis, vt in Inſtrumento inferebat, adhuc dictum cenſum eſſe hypothecatum in fauorem Angelicæ, cum vſque adhuc pecunia dotalis non fuerit erogata in emptionem rei immobilis. Nec obſtare dixerunt DD. quod dictum inueſtimentum ex forma inſtrumenti eſſet facien. per Auguſtinum Maritum, non autem per Gaſparem Patrem; & quod obligationes non extenduntur ad tradita per *Doctor. in cap. ſi pro debilitate numer. 3. de offic. de legat.* & Rota in Ceſenaten. bonorum IX. Decembris M. D. XCVIII. coram Bubalo: quia obiectum intraret ſi Angelica ageret actione perſonali, quia vtique deberet agere contra Auguſtinum Maritum pro implemento promiſſionis de inueſtiendo nullo modo extenditur ad Gaſparem Patrem, qui nihil tale promiſit. Sed Angelica modo agit actione reali contra cenſum vigore hypothecæ ſibi competen. ex pacto expreſſe appoſito ab eodem Gaſpare Patre, donec dos fuerit ſoluta, & inueſtita, & hoc caſu nihil Angelicæ refert, quod inueſtimentum fieri deberet. Nec obſtat, quod dictio illa relatiua vt ſupra, de qua in Inſtrumento dotali, & ponderatur in deciſione, videatur referri ad tempus, quo dos erat ſoluenda, non autem ad qualitatem, & obligationem de inueſtiendo in rem ſtabilem, quoniam vltra quod hoc mera diuinatio viſa fuit, regula eſt in contrarium, quod relatio fieri debeat generaliter ad omnia, *litalis ſcriptura, §. hanc autem, vbi Bartol. numer. 3. ff. de leg. primo leg 3. § filius ff. de liber. & poſthum.* & ad tempus, & ad modum, & ad locum, & ad qualitates ſupra expreſſas. *Bartol. in leg. Sanctio legum, numer. 7. Verſic. præterea, ff. de pœnis Caſtr. conſil. 283. numer. 5. lib. primo, Roland. conſil. 58. numer 23. lib. 3.* & ratio in præſenti caſu ſuadet, dictam relationem eſſe faciendam ad qualitatem inueſtimenti, quia hypothecatio dict. cenſus fuit facta ne dum in fauorem Auguſtini Generi, ſed Angelicæ filiæ, dum autem conſultum fuit Auguſtino non fuit appoſita dictio vt ſupra, quia hæc qualitas; quod dos conuertatur in rem ſtabilem, reſpiciebat ſecuritatem ipſius filiæ, & ſic relatio eſt trahenda ad pactum inueſtimenti. Minùs etiam obſtare Domini dixerunt; quod ſoluens regulariter non debet eſſe ſollicitus, quod pecuniæ conuertantur in rem expreſsè deſtinatam ex *Surdus deciſio. 156. nu. 9.* & alijs: quia placuit reſponſio data in deciſione, quod hic non applicatur, quia d. pactum de inueſtiendo fuit fauore dotis Angelicæ, & proinde illi ex promiſſione patris, & viri, fuit illi ius quæſitum

„ ſitum in vim ſtipulationis legalis, de qua in *l. vnica*
„ *§. accedit, C. de rei vxor. act. cum alijs in prima deciſ.*
„ *alleg.* Vnde cum Pater fauore filiæ hypothecauit
„ cenſum vſq; quo dos eſſet integrè ſoluta, & inue-
„ ſtita non potuit deinde ipſe Pater ſoluendo dotem
„ marito, & prætermittendo inueſtimentum aufer-
„ re ab ipſa filia hypothecam, & cenſum in illius
„ præiudicium liberare, vt in ſimilibus terminis ar-
„ gumentatur *Modern. Bononien. diſcept. forenſ. cap.* 45.
„ *num.* 2. *&* 23.

Rectè igitur apponitur per Datariam prædicta
clauſula, quod cenſus extingui non poſſit, niſi re-
inueſtiatur, & onus illud imponitur emptori citra
81 iniuriam, quia ita paciſcitur, & ſine offenſione le-
gis, quia non ſimpliciter prohibetur redemptio,
ſed redemptioni imponitur onus reinueſtiendi, ad
quod vt vidimus contrahens poteſt ſe obligare,
immo omnino cenſus poteſt effici irredimibilis
ex pacto, modo fuerit redimibilis à principio *Rota
apud Cencium de cenſibus, deciſ.* 152. quod autem di-
cit decretum in emptionem bonorum ſtabilium
vtiliorum, illud vtiliorum videtur exorbitans, nam
82 ſufficit, quod vtilitas interuenerit ſemel in princi-
pio contractus, vt ſupra oſtendimus, vnde ſi in re-
demptione cenſus deberent emi bona ſtabilia vti-
liora, vtilitas procederet in infinitum, videlicet
quotieſcumq; cenſus redimeretur, cum velit om-
nem, & quamcumq; redemptionem fieri cum ſi-
mili conditione, & demum qualitas vtiliora non
refertur, nec referri poteſt ad alios cenſus in lo-
cum redempti emendos, quia ſufficit redimenti,
quod ematur alius cenſus ſimilis eiuſdem valoris,
ergo neque debet imponi eidem redimenti onus
inueſtiendi in vtiliora bona ſtabilia, ſed illud vti-
liora interpretandum eſt pro æque vtilia, vt ſupra
diximus ex Redoano, & non minus vtilia, & ita
ego reſcriberem ſi hoc mei muneris eſſet.

Illud etiam aduertendum eſt ſufficere vtilita-
tem illam interueniſſe ante, vel poſt contractum,
83 licet decretum dicat vnico contextu conuertatur,
cum æquum non ſit, Eccleſiam locupletari alieno
damno, vt reſpondit Rota in Capritana ſi in eui-
dentem 1. Iunij 1598. coram Penia.

„ Informantibus ſolum Ioanne Baptiſta Aruen-
„ dro, & litis conſortibus. Rota cenſuit inſtrumen-
„ tum cum ipſis celebratum fuiſſe confirmandum,
„ quia ceſſerat in euidentem Eccleſiæ vtilitatem,
„ cum enim terrena, de quibus agebatur eſſent prius
„ ſiluoſa, & aquoſa, ita vt Monaſterium S. Iacobi Ci-
„ uitatis Capritanæ, Ordinis Carthuſienſis, quod
„ erat in quaſi poſſeſſione capiendi decimas ex dd.
„ terris vix receperit octo ducatos, & poſt inſtru-
„ mentum celebratum recipiat quinquaginta quo-
„ libet anno vſque ad decennium integras decimas,
„ ſatis euidens Eccleſiæ vtilitas oſtendebatur eo ip-
„ ſo quod conditionem ſuam fecerit meliorem,
„ *cap. ad aures, & cap. vt ſupra, §. poſſeſſiones de*
„ *rebus Eccleſiæ non alienand. Curt. Iunior. conſil.*
„ 130. *nu.* 3. *Verſic. ſecunda cauſa eſt, Redoan. de rebus*
„ *Eccleſ. non alienand. rub.* 19. *num.* 54. *& nu.* 62. 98.
„ *&* 95. *& Rubr.* 25. *numer.* 22. *Verſic. alienatione,*
„ & in terminis de terris aquoſis ad culturam reda-
„ ctis cum aliqua reſponſione ad vtilitatem Eccle-
„ ſiæ extat *Doctr. Bero. conſil.* 158. *num.* 26. *lib.* 1. Nec
„ ſupradictis obſtabat, quod exſiccatio, & exbruſa-
„ tio dictarum terrarum eſſet facta ante Summi
„ Pontificis beneplacitum, & quod conductor ante
„ quam Iudex Apoſtolicus, acceſſiſſet ad exploran-
„ dum, an contractus fuiſſet factus in euidentem
„ Eccleſiæ vtilitatem iam fuerat expenſas, & melio-
„ ramenta, ita vt tempore, quo Iudex acceſſit non
„ appareret aliqua Eccleſię vtilitas, quemadmodum
„ Iudex retulit, quoniam reſpondebatur læſionem,
„ & vtilitatem Eccleſiæ ad iſtum effectum ab initio
„ tempore contractus, non autem poſt facta melio-
„ ramenta eſſe conſiderandam. *Calder. conſil.* 3. *tit.*
„ *de rerum permut. Ruin. conſ.* 35. *num.* 35. *lib.* 1. *Iaſon.*
„ *conſil.* 54. *num.* 20. *lib.* 1. *Cagnol. in l.* 2. *num.* 213. *&*
„ *ſeq. C. de reſcind. Vend.* & ſufficit vtilitatem à prin-
„ cipio interueniſſe licet poſtea per ſollicitudinem
„ colonorum res melior effecta fuerit, *Gloſſ. in d. cap.*
„ *ad aures in Verſic. tunc Decius conſil.* 309. *numer.* 3.
„ *verſic. & ſufficit tale onus.* Conſiderabatur poſtre-
„ mo iniquum eſſe, vt Monaſterium locupletaretur
„ cum notabili iactura mercatorum, cum quibus
„ contractum celebrauerat, qui pro cultura, & bo-
„ nificatione terrarum expenderunt ſcut. 20. mill.
„ ex quo etiam colligebatur euidens Eccleſiæ vtili-
„ tas, quæ non potuiſſet tantam impenſam facere
„ pro ſimili bonificatione.

84 Et hæc de conuerſione ſtabilium Eccleſiæ in
annuum cenſum dicta ſufficiant, ſolet etiam con-
cedi, quod bona ſtabilia Eccleſiæ vendantur, &
pretium conuertatur in locis montium cum iiſdē
pactis, & conditionibus, quæ apponuntur crea-
tioni cenſus, & quidem facilius conceditur huiuſ-
modi verſio, quam in cenſum; quia loca montium,
85 quæ fundantur in fide Principis, quæ nequit defi-
cere videntur magis ſecura, quam cenſus impoſiti
86 ſuper re priuati, quæ poteſt perire, vel reddi ſteri-
lis, & per conſequens cenſus inutilis. *Roman. conſ.*
417. *num.* 6. *Rota deciſ.* 757. *nu.* 2. *par. prima diuerſ.*
loca montium vero totaliter perire non poſſunt,
& habentur inter bona ſtabilia, *Gab. conſ.* 141. *n.* 23
87 *lib.* 2. & proinde quoad ſecuritatem, non eſt du-
bium, loca montium eſſe magis ſecura cenſibus,
non tamen videntur vtiliora. Nam licet Camera
88 Apoſtolica vendiderit ea ad rationem centum ſcu-
torum pro ſingulo, tamen curſus temporis effecit,
vt eorum valor aſcenderit in aliquibus ad ſc. 127.
& vltra pro ſingulo loco, adeo vt ſcutis 400. emi
poterunt tertia loca montium V. G. adinuenta eſt
paruo ab hinc tempore extractio, quam dicunt lo-
corum montium per quam fingitur loca iſta ſup-
primi, vel redimi, & Dominis, ſiue proprietarijs
locorum montium reſtituuntur centum pro ſingu-
lo loco, qui emptus fuit 127. adeo vt poteſt dari
caſus, quod emens quis 20. loca montium patia-
tur extractionem termino vnius anni bis. ſi reſi-
duum collocarit in alijs locis montium, & non ſo-
lum nullum recipiat fructum, ſed amittat de ſorte
89 principali tertiam partem valoris. Camera Apo-
ſtolica in huiuſmodi extractionibus vtitur iure ſuo
quia poteſt ſe debito illo, & ære alieno liberare, &
reſtituere centum: quia tantundem recepit, ſed
vtrum miniſtri rectè faciant proponēdo extractio-
nem, quæ non cędat in ſolutionem æris alieni Ca-
meræ, ſed ſolum deſeruit, vt damnum hoc infera-

tur particularibus, præſertim, Viduis, Orphanis, & ſimilibus miſerabilibus perſonis alias viderit, ad rem noſtram facit, quod huiuſmodi verſio aliquando per Datariam conceditur, quando magna adeſt vtilitas, & præſertim quando penes Cameram ſunt ſimilia loca diſtrahenda, nec promptum inueniunt emptorem.

Sed reuertamur ad decretum, à quo receſſimus ſupra relatum num. 73. & quod interpretandum nobis propoſuimus, in quo dicitur, quod non feratur ſententia niſi reperta fuerint bona ſtabilia, in quibus erogetur pretium ſcut. 91. mill. quod decretum eſt eluſorium totius gratiæ, & poterat ſupplicatio potius reijci, quam per huiuſmodi de-
90 cretum reddi fruſtratoria gratia, nam dictum fuit venditionem eſſe neceſſariam pro redemptione æris alieni, quod lui non poteſt, ſi pretium integre debet conuerti, vnde dicendum fuit, quod reſiduum pretij, quod ſupereſt æri alieno conuertatur in emptionem bonorum ſtabilium, non autem integrum prætium, præſertim ſtante clauſula irritanti ſuperius poſita ad infraſcriptum effectum, & non alias &c. quæ operatur, vt conceſſio non cenſeatur facta niſi ad effectum expreſſum.

S V M M A R I V M.

Permutatio eſt ſpecies alienationis, 1.

Permutatio rei Eccleſiæ requirit eandem ſolennitatem, ac venditio, 2.

Permutatio rei Eccleſiæ facilius conceditur quam venditio, 3.

Formula permutationis ſi in euidentem, 4.

Corporum permutandorum numerus non cauſat vtilitatem, ſed illorum valor, 5.

Corpus magnum plus æſtimatur, quam plura parua etiam eiuſdem valoris, 6.

Superfluitas in reſcriptis vitanda, 7.

Vicinitas auget rei pretium, & aliæ circumſtantiæ, 8.

Pretium rerum, ex quibus circumſtantijs varietur, 9.

Pretium rerum ex fructu deducendum debet colligi ex anno fertili cum ſterili, 10.

Permutatio ſtricte ſumpto vocabulo non eſt venditio, 11.

Reſignatio præſefert ſpeciem alienationis, 12.

Permutatio rei Eccleſiæ cum vtilitate non eſt prohibita, 13. nec requirit ſolennitates, 14. ſolennitate concurrente probatio læſionis incumbit Eccleſiæ deficiente ſolennitate, probatio non læſionis contrahenti cum Eccleſia, 15.

Permutatio facta cum Eccleſia ſine ſolennitatibus non reſcinditur, niſi Eccleſia volente, 16.

Prælatus ſucceſſor tenetur ſtare contractui prædeceſſoris, quando cedit in Eccleſiæ vtilitatem, & ipſe contraxit nomine dignitatis, 17.

Permutatio inter Eccleſias promiſcue eſt permiſſa, 18.

Permutatio ſi in euidentem expeditur per officium minoris gratia, quando res permutata excedit in annuo reditu ducatos quinque auri de Cam. ſiue res illa ſit Eccleſiæ, quæ transfertur in Laicum, ſiue Laici, quæ tranſit ad Eccleſiam, 19.

Caſſinenſium priuilegium de alienando ſtabilia non excedentia ſcutorum 400. ſine beneplacito Apoſtolico, 20.

Commiſſio executionis ſi in euidentem non cadit ſub diſpoſitione Conc. Trid. c. cauſæ omnes, 21.

Onus grauamen vinculum minuunt rei pretium, 22.

Æſtimatio rei facienda non iuxta culturam ſed naturam ſoli, 23.

Permutatio transfert dominium, ſed interueniente traditione, 24.

Prælatus, Rector, ſeu Adminiſtrator Eccleſiæ non poteſt in permutatione habere fidem de re permutata, num. 25.

§. XI.

De permutationis confirmatione ſi in euidentem.

1 QVamuis permutatio ſit ſpecies alienationis *c. nulli de rebus Eccleſ. non alien. Imol. in cap. 1. num. 3. & 4. eodem tit.* & proinde permutatione rei Eccleſiæ requiratur eadem ſolennitas, quæ requiritur in alienatione
2 *Redoan. in eodem tract. in rubrica de ſignific. Verb. alienatio c. 4.* Tamen facilius conceditur permutatio, quam venditio,
3 nec tantam in ea requirit Dataria vtilitatem, ac in venditione, quia in permutatione vterque contrahens ſolet ſe commodare ſine præiudicio proximi, vt patebit per examen formulæ hic noſtro more ſubnectendæ.

4 » BEatiſſime Pater. Exponitur humiliter pro » parte deuotorum illius Oratorum Prioris, » & Capituli Canonicorum Eccleſiæ Aſſiſien. quod » ipſi ſuam, & menſæ capitularis conditionem effi» cere meliorem cupientes vnum ſodiuum, & quer» cubus reſtrictum menſuræ illarum partium mo» diolorum quatuor, & ſtadiorum ſex in Communi» tate, ſeu Territorio Aſſiſij, & alia S. Gregorij vul» go gli Amoli iuxta deuoti etiam S. V. Oratoris » Baldi Saltelli de Caſtro Planelli bona à duobus & » viam publicam, nec non aliud in prædicto Terri» torio, & Balia ſub vocabulo il Noceto aratiuum, » & arboribus conſitum menſuræ ſtadiorum XIII., » puillorum II., & pedum XX. prope bona deuoti » etiam S. V. Oratoris Philippi Cicchini Presbyteri » Aſſiſien. Ciuitatis, vel Diœceſis à duobus, & fo» ueam, ac torrentem ab alijs lateribus, & aliud » etiam aratiuum in Territorio, & vocabulo præ» dictis, etiam iuxta eiuſdem Philippi a duobus, ac » Iacobi Antonij hæredum bona, ac torrentem mē» ſuræ ſtadiorum XV. puillorum VII. & pedū LXXX. » ac reliquum terræ petia menſuræ vnius ſtadij, & » puillorum quatuor cum dimidio in iiſdem Terri» torio, ac vocabulo, ac prope alia d. Eccleſiæ, & » prædicti Philippi bona, ac torrentem, aliaq; ſua » notiſſima latera reſpectiue ſita, & ad prædictam » menſam capitularem legitime ſpectantia valoris » inſimul in proprietate ſcutorum CVIII. & baio» chorum XV. monetæ Rom. LXXIV. annui vero re» ditus trium ſcutorum ſimilium II. ducat. aur. de » Ca: vel circa reſpectiuè conficien. primo dictum » videlicet cum Baldo pro vno etiam aratiuo, & » oliuato in eadem Balia, & iuxta eiuſdem Eccleſię » bona, & in comitum de Bigazzinis, & viam publi» cam, nec non alio ſimiliter aratiuo, & vitibus pro» pagato in prædicta Balia, & vocabulo la ſtrada » grande nuncupato, ac iuxta Iacobi Antonij, & viam

„ viam publicam menſuræ inſimul modiolorum duo-
„ rum, & ſtadij vnius, vltimo dicta verò terræ petia
„ huiuſmodi cum Philippo Oratoribus prędictis pro
„ alijs quatuor terræ petijs, vno videlicet in Territo-
„ rio, & Balia vocabulo la ſtrada grande, prope eiuſ-
„ dem Eccleſiæ, ac prædicti Iacobi Antonij, necnon
„ Septimij Caballutij Hæredum reſpectiue bona,
„ viamq; publicam menſuræ ſtadiorum XI. puillo-
„ rum VIII. & pedum X. ac alio in prædictis Balia,
„ & Territorio, ac iuxta prædictorum bona menſu-
„ ræ ſtudiorum IX. puillorum IX. & pedum LXXX.
„ alioq; in prædictis locis, & prope d. Eccleſiæ, Phi-
„ lippi, ac Septimij dictorum heredum bona, nec
„ non reliquum terræ petijs huiuſmodi prope præ-
„ dictorum reſpectiue bona, & alios ſuos notiſſimos
„ fines ſitis menſuræ ſtadiorum octo puillorum IX.
„ & pedum XCIII. & vnius tertij, valoriſque inſimul
„ etiam in proprietate CXXXIII. & baiochorum
„ LXXXV. ſummam XC. annui vero reditus *anno fer-*
„ *tili cum ſterili computata* octo ſcutorum monetæ
„ huiuſmodi ſummam VI. ducat. auri ſimil. etiam
„ conſtituen. in euidêtem d. Eccleſiæ vtilitatem per-
„ mutare decreuerunt. Si ſibi ad id S. V. & Sedis
„ Apoſtolicæ licentia ſuffragetur, & facultas. Sup-
„ plicant igitur humiliter eiuſdem S. V. Oratores
„ prædicti quatenus eis in præmiſſis opportune pro-
„ uiden. eoſque ſpecialis gratiæ, fauore proſequen.
„ aliquibus probis viris in partibus illis commoran.
„ & dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, qui ſe de prę-
„ miſſis diligenter informent, & ſi per informatio-
„ nem eandem permutationem huiuſmodi in eui-
„ dentem dictæ Eccleſię vtilitatem ceſſuram eſſe
„ repererint, illam auctoritate Apoſtolica confirmẽt
„ committere dignemini de gratia ſpeciali. Non ob-
„ ſtantibus præmiſſis, ac fel. rec. Pauli PP. II. S. V.
„ Prædeceſſoris de rebus Eccleſiæ non alien. alijſque
„ Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis
„ dictæq; Eccleſiæ etiam iuramento roborat. ſtatu-
„ tis &c. priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apo-
„ ſtolicis &c. cęteriſq; contrarijs quibuſcumque cum
„ clauſulis opportunis.
„ Et cum abſolutione à cenſuris ad effectum. Et
„ quod dictorum terræ petiorum ſituat. fieri poſſit
„ in litteris per officium minoris gratiæ expedien.
„ Et committatur Ordinario viciniori, & dignita-
„ tem in eius Eccleſia obtinen: qui coniunctim pro-
„ cedant, & ſi in euiden. Et dummodo terræ petia
„ per Priorem, & Capitulum prædictos accipienda
„ ab omni, & quocunq; onere, cenſu, Canone, fidei-
„ commiſſo, deuolutione, caducitate, & hypotheca
„ prorſus libera exiſtant, illaq; vere, ſex alia antẽ ter-
„ ræ petia per eoſdẽ Priorem, & Capitulum, & Cano-
„ nicos danda, non vltra duos duc. auri huiuſmodi
„ ex natura ſoli, non autem ex qualitate culturæ
„ annuatim reddant.

In præmiſſo contractu permutantur ſex corpo-
ra, ſiue terræ petia Eccleſiæ pro quatuor, quod ad-
uertens Officialis Datariæ corticem ſolum prima
facie intuens, ſupplicationem, vt vidi reiecit cum
reſcripto. Non bene permutantur quatuor pro
ſex ſatis inconſiderate ratus numerum corporum
cauſare vtilitatem Eccleſiæ, & non eorum valo-
5 rem, cum tamen valor debeat attendi, & eſſe poſ-
ſit, quod vnum corpus longe excedat in valore
plura corpora minuta. Immò præſtat habere vnũ
corpus magnum, quam plura corpora parua, etiã
ſi ſint eiuſdem valoris, & fructus, quia illud me-
6 lius, & minoribus expenſis cuſtoditur, & conſer-
uatur, & proinde in permutatione ſimili cum Ec-
cleſia acquirente pro pluribus corporibus paruis
vnum corpus magnum, etiam ſi ſint paris valoris,
debet dari confirmatio ſi in euidentem ob ratio-
nem prædictam, nam in permutatione præſertim
ſufficit, quod Eccleſia non ſit damnificata. *Redoan.*
q. 20. nu. 140. & 142.

7 *Ad menſam Capitularem legitime ſpectantia, &c.*
illud verbum *legitime* appoſitum eſt per Officialẽ
Datariæ, & ſuperflue: quia cum quid narratur ad
aliquem ſpectare legitime, ſubintelligitur, quia ſi
non iure ſpectaret, nullo modo ſpectaret cum il-
lud poſſimus, quod cum lege valemus, vnde appo-
ſitio clauſulæ legitime nihil operatur, quam for-
taſſis inijcere tricas ſcrupuloſo executori verbum
hoc per cauillum ponderanti.

8 *Et iuxta eiuſdem Eccleſiæ bona &c.* circunſtan-
tiæ, & affectus augent rei pretium, præſertim vici-
nitas, adeo vt ad effectum, quod bona longe diſſi-
ta poſſint alienari pro vicinis, etiam ſi illa ſint
maioris valoris, cum vnio illa multum importet,
cum ob alia multa, tum maximè propter commo-
diorem culturam vt colligitur ex *cap. terrulas 12.*
q. 2. Arius Pinell. in l. 2. p. 3. c. 4. num. 23. de reſcind.
vend. Rota deciſ. 170. nu. 2. p. 1. recent. quæ autem
9 circumſtantiæ augeant, ſeu minuent pretium rei,
vide apud *Manticam de Coniect. lib. 4. tit. 20 nu. 33.*
& ſequentibus.

Anno fertili cum ſterili computato &c. in §. præce-
dente poſuimus normam calculi faciendi bono-
10 rum fructiferorum, vt ex fructu poſſit argumen-
tari ad illius pretium, vbi diſtinximus quo ad di-
uerſos effectus, & propterea illud hic non repete-
mus: quod ad rem facit eſt, clauſulam hanc licet
de iure ſit, vt illam executor obſeruare tenea-
tur, recte nihilominus apponi pro maiori cautela
immo memoria debiti executoris.

11 *Permutationem huiuſmodi in euidentem Eccleſiæ*
vtilitatem ceſſuram &c. licet dixerimus, permuta-
tionem ſub alienationis vocabulo comprehendi,
permutationis tamen ſtricto ſumpto vocabulo a-
lienatio, prout alienatio venditionem ſignificat
non eſt. *Alex. conſil. 76. num. 8. lib. 5.* Et ideo vi-
demus etiam in permutatione beneficiorum non
requiri multa, quæ requiruntur in reſignatione,
12 quæ habet ſpeciem alienationis, & proinde dicit
Redoan. quæſt. 2. cap 4. num. 7. permutationem rei
13 Eccleſiæ prohibitam non eſſe, quando cedit in il-
lius vtilitatem & propterea hoc non requiri ſolẽ-
nitates, dixit *Rota deciſ. 70. num. 2. & 3. p. 1. recen.*
14 Vſus tamen inoleuit, quod ſemper ſolennitas ad-
hibeatur permutationi quantumvis cedat in eui-
dentiſſimam vtilitatem, vt videlicet ſit magis cau-
tum contrahenti cum Eccleſia, qui conueniri po-
terit per Eccleſiam ſi fuerit læſa vt ſupra oſtendi-
mus ſolennitate, & decreto executoris non obſtã-
15 te, ſed probatio læſionis incumbit Eccleſiæ, vbi
deficiente ſolennitate ſufficit Eccleſiæ opponere
de nullitate contractus, quem contrahens ſuſtine-
re non poteſt, niſi doceat ne dum Eccleſiam lęſam

non

non eſſe, ſed permutationem ceſſiſſe in eius vtili-
tatem iuxta textum in d.cap. terrulas. Claudicat
autem in hoc iudicium pro Eccleſia, quod permu-
16 tatio facta ſine ſolennitatibus, non reſcinditur ad
petitionem contrahentis cum Eccleſia, ſi ipſa vo-
luerit ſtare in contractu, *dicta deciſ.70.num.3.* Et
17 concurrente vtilitate, ac deficientibus ſolennita-
tibus, ne dum Rector Eccleſiæ, qui permutauit,
ſed nec ipſius ſucceſſor poteſt improbare contra-
ctum, quando ille contraxit nomine dignitatis *d.
deciſ. 70.n.4.* illud obiter notandum, permutatio-
18 nem rerum immobilium promiſcue inter quaſcũq;
Eccleſias permitti, nec aliqua ſolennitate indigere
Redoan, q.12. n. 28.

Per officium minoris gratia expedien. &c. ſupra
oſtendimus, quod quando res, quæ alienatur non
excedit in annuo fructu ducatos 5. de Camera ex-
peditio fit per Breue, quando vero d. valorem an-
19 nuum excedit, tunc expeditio fit per officium mi-
noris gratiæ, vt hic, vbi reditus annuus dicitur a-
ſcendere ad ſex ducatos quod verum eſt, ſiue re-
ditum hunc excedat res, quam Eccleſia transfert
in Laicum, ſiue res, quam Laicus transfert in Ec-
20 cleſiam, Monachi Caſſinenſes affirmant ſe habe-
re priuilegium Apoſtolicum, quod ipſi poſſint alie-
nare bona eorum Congregationis non excedentia
400. ſcuta monetæ ſine beneplacito Apoſtolico
cum ſolo conſenſu Abbatis Generalis Congrega-
tionis quod tamen priuilegium ego non vidi, im-
mo neq; Caſarubios de priuileg. mendic. aut Cor-
duba, ſiue Capuccinus eiuſdem Annotatores, qui
in verbo Alienatio recenſent fusè priuilegia Re-
gularibus conceſſa circa alienationem bonorum
per eos faciendam, nullum facit de priuilegio hu-
iuſmodi verbum, licet de Caſſinenſibus in ſpecie
in hac materia faciat mentionem, & ſcio, quod alij
Monachi ex Congregationibus, quas vocant gau-
dentium vti voluerunt hoc priuilegio ob Commu-
nicationem priuilegiorum, quam habent inter ſe
Congregationes gaudentes & fuerunt reiecti.

Et committatur Ordinario Viciniori &c. hæc cõ-
21 miſſio non cadit ſub diſpoſitione cap. cauſæ om-
nes Conc. Trid. quia licet iudicialiter debeat fieri,
non tamen iudicio contentioſo, & propterea quã-
do Ordinarius in huiuſmodi negocio poteſt habe-
re aliquem affectum, vt plerumque ſolet in nego-
tijs capituli præſertim exempti, tunc committi-
tur viciniori, ſiue alteri dignitati ad partium pe-
titionem.

*Et dummodo terra petia huiuſmodi per Priorem, & Capitulum accipienda, ab omni, & quocumq; onere
cenſu &c,* hæc clauſula eſt valde ſalutaris, ne exe-
22 cutor æſtimet, rem abſtrahendo à vinculo ſecun-
dum quod eſt, nam quodcumq; onus, grauamen,
ſiue vinculum minuit multum de valore rei iuxta
notata in *leg. fundi partem, ff. de contrah. empt. & in
l.1 §. ſi hæres, & ibi Ripa num. 15. cum pluribus ſeqq.
ff. ad Trebell, Cagnol. in leg. 2. num. 243. C. de reſcind.
Vend. Tiraq. de retract. Conuent. in præfat. n. 21. Surd.
conſil. 152. num. 76.*

23 *Sex autem alia terra petia per Priorem, & Capitu-
lum prædictos danda, non vltra duos ducatos auri de
Camera ex natura ſoli, non autem ex qualitate culturæ
annuatim reddant &c.* Quamvis in narratiua ex-
poſitum fuerit terram, quam Eccleſia dat permu-
tanti in annuo fructu non reddere vltra duos du-
catos auri de Camera, nihilominus Officialis vo-
luit hoc repetere per decretum cum explicatione
quod annuus reditus metiri debeat iuxta naturam
ſoli, non autem qualitatem culturæ, quæ ſi per an-
nos præcedentes fuerit mala ſolum erit inefficax
ad reddendum, & ſic æſtimatio fieri debet non ſe-
cundum menſuram perceptorum, ſed qui percipi
moraliter potuerunt, *Bald. conſ. 323. in fin. lib. 2. &
conſ. 53. ſimiliter in fine lib. 1.*

24 Illud poſtremo notandum, quod ex permuta-
tione transfertur dominium interueniente tamen
traditione *l. 1. ff. de rer. perm. l. cum qui § ſi permuta-
tio ff. de public.* & propterea Adminiſtratores, ſiue
Rectores Eccleſiarum quemadmodum in vendi-
tione non poſſunt habere fidem de pretio, ita in
25 permutatione non poſſunt habere fidem de re
permutata *Rota deciſ. 96. num. 1. par. 2. recent. &
coram Card. Caualer. deciſ. 288. num. 5.* In vendi-
tione vero rei, per decretum, quod non feratur
ſententia, ante quam pretium rei venditæ ſit inue-
ſtitum in alijs bonis ſtabilibus, bene prouidetur
indemnitati Eccleſiæ, quod non fit in caſu permu-
tationis, vnde Officiales omiſſis multis clauſulis,
& decretis non neceſſarijs huic rei deberent inue-
nire aptum decretum.

S V M M A R I V M.

Locatio rei Eccleſiæ ad longum tempus prohibita eſt, numer. 1.

Locatio ad 29. annos dicitur ad longum tempus, 2.

Renouatio locationis non debetur quando Eccleſia vult retinere pro ſe, etiam ſi interuenerit in locatione ſolennitas, 3.

Pactum de renouando locationem facit, quod Eccleſia non poſſit retinere pro ſe, 4.

Locationem quamvis Eccleſia renouare nan teneatur, nõ tamen poteſt locare alteri conductari.

Locatio rei Eccleſiæ ad decennium prohibita eſt 6.

Locatio ad nouennium, & quod ſint tot locationes, quot triennia non valet, 7.

Locatio rei Eccleſiæ vltra tempus permiſſum non ſuſtinetur, nec quidem pro tempore permiſſa, 8.

Succeſſor non tenetur ſtare locationi etiam ad tempus permiſſum, 9.

Locationi facta nomine Eccleſiæ tenetur ſtare ſucceſſor, 10.

Ager continuo ſeminari non debet, 11.

Prata quo ſolo conſtitui debeant, 12.

Italia cur paulatim reddatur ſterilior, 13.

Appeninus dorſus, ſiue ſpina Italiæ, 14.

Locator tenetur amouere omne impedimentum in re locata, 15.

Conductor propter impedimentum, ſiue vitium rei locatæ non agit ad reſciſſionem contractus, ſed ad remiſſionem affictus, 16.

Conductor agens pro adimplemento non retardat depoſitum conuentum, 17.

Conductor damo ruinam minante poteſt a contractu recedere, 18.

Conductori an liceat ob non adimplementum a contractu recedere, 19.

Con-

Conductori ſcienti periculum rei conductæ non debetur remiſſio. 20.

Conductor non repetit damnum modicum, 21.

Locatio quando dicatur facta ad corpus, & quando ad menſuram, 22.

Locatio poteſt dici facta iuſto pretio, etiam ſi fiat maior oblatio, 23.

Locator non poteſt recipere locationes anticipatas, 24.

Conductor non poteſt ſoluere anticipate, 25.

Melioramentum quid ſit, 26.

Meliorationes, & quæ reſtitui debeant locatione finita, 27.

Clauſula cum quibuſcumque melioramentis quid importet, 28.

Melioramentorum varia ſpecies, 29.

Clauſula abſque eo quod renouatio peti poſſit, quid operetur, 30.

Renouatio locationis de iure debita non eſt, 31.

Renouatio locationis aliquando de æquitate eſt debita, & quando, 32.

Locatio tempore præſcripto finitur, 33.

Decretum Dataria circa renſionem bonorum Eccleſiæ locatorum imperfectum, & quomodo ſupplendum, numer. 34.

Renouationis pactum quid operetur remiſſiue, 35.

Renouatio in rebus Eccleſiæ non eſt debita, 36.

Renouatio concesſionis bonorum Eccleſiæ difficilior eſt, quam prior conceſſio, 37.

Renouationis ſupplicatio remitti ſolet ad Signaturam Gratiæ, 38.

§. XII.

De locationis rei Eccleſiæ Confirmatione.

LOcatio rei fieri poteſt multipliciter de ſingulis igitur locationibus agendum, & quid Dataria circa hanc materiam ſit ſolita reſcribere, & quid iura, & Canones permittant explicandum. Primò

1 generaliter locatio ad longum tempus prohibetur per Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 11. de reform. locationes autem plures dici poſſunt ad longum tẽpus, ideo ſingulæ examinandæ. Dubio procul locatio indefinita, nempe ad vitam alicuius prohibita eſt tanquam locatio ad longum tempus iuxta *textum in Clem. 1. vbi Gloſ. in verbo eius, Aucharan. Card. Imola, & omnes communiter de rebus Eccleſ. non alienand. Mant. de tac. & amb. lib. 5. tit. 5. nu. 11.* rationem tradit idem *Mantica vbi ſupra tit. 5. nu. 40.* quia videlicet locatio huiuſmodi vnica eſt, nec poteſt diuidi, & hoc intelligi debet tam ad vitam locatoris, quam conductoris per extrauag. Ambitioſæ; ſi itaque non ſuſtinetur locatio ad vitam vnius, multo magis ſuſtinebitur ad vitam plurium, vt dicemus ſequenti §.

2 Secundò prohibita eſt locatio ad 29. annos, quia dicitur ad longum tempus, non quidem de iure communi, ſed per extrauagan. ambitioſæ, vt late *Redoan. q. 58. per totam,* multo magis cum pacto de renouando: quia renouatio non debetur, ſi

3 velit Eccleſia pro ſe retinere, etiam ſi interuenerit in locatione ſolennitas. *Mantic. deciſ. 10. numer. 4.*

4 ſi tamen huiuſmodi pactum de renouando appoſitum eſt in locatione facta cum ſolennitatibus, renouatio eſt debita, ſed iis, quibus eſt promiſſa, non extraneis, & ſi petant intra annum. *Rota dec. 315. & 290. p. 1. recent.* Si tamen Eccleſia, ſiue Prælatus dixerit velle retinere pro ſe, & poſtea aliis dederit conductor poterit compellere Prælatũ vt ſibi locationem renouet. *Mantic. d. deciſ. 10 nu. 9.*

5 immo etiam ſi nullum adeſſet pactum de renouãdo, ſed renouatio fuiſſet ſæpius data, & ex immemorabili præſcripta, non poſſet Eccleſia retinere pro ſe, ſed teneretur reinueſtire. *Rota deciſ. 11. p. 2. recentior.* Verum hodie vt mox videbimus propter decretum, quod huiuſmodi locationibus, ſeu conceſſionibus apponitur, tollitur omnis diſputatio.

6 Tertiò prohibita eſt locatio ad decennium, & ad quodcumque tempus excedens triennium per extrauag. Ambitioſæ, nec illud tempus poteſt eludi per machinamentum, vt locatio fiat ad

7 nouennium, & tot ſint locationes quot triennia. *Redoan. quæſt. 58. num. 30.* immo hoc caſu nec quidem locatio ſuſtinetur pro primo triennio. *Redoan. vbi ſupra num. 31. Mantic. d. tit. 5. num. 31.* quia lo-

8 catio facta vltra tempus permiſſum, nec ſuſtinetur quidem pro tempore permiſſo, ſaltem in præ-

9 iudicium ſucceſſoris, qui non tenetur ſtare locationi prædeceſſoris, neque etiam in locatione ad tempus permiſſum, *Redoan. quæſt. 57. num. 52.* niſi

10 contractus fuiſſet initus nomine Eccleſiæ, nam tunc ſucceſſor tenetur ſtare locationi, quando vero locatio cenſeatur facta nomine Eccleſiæ diximus in *§. 10. num. 83. & tradit Mantica de tac. lib. 5. tit. 13. num. 17.* Verum veniamus ad formam huiuſce confirmationis.

» BEatiſſime Pater. Alias Deuotus S. V. Orator Petrus Lucas de Vicecomitibus Nobilis Mediolanen. Frater Miles Hoſpitalis Sancti Ioannis Hieroſolymitan., volens bonæ, & vtili culturæ, ac manutentioni infraſcriptorum bonorum prouidere omnes, & ſingulas domos, ſtalla, & alias ſtantias, ac terras, prata, olineta, hortos, canneta, & vineas, aliaque iura, & iuriſdictiones ad d. præceptoriam pertinen., tam in Corneten. Tuſculan., & Montisflaſconen. Ciuitatibus, quam in terra Venalle, earumque Territoriis conſiſten. vna cum cenſu annuo octo ſcutorum per Capitulum, & Canonicos Eccleſiæ Montisflaconen. d. præceptoriæ perſolui, & præſtari ſolito deuoto etiam S. V. Oratori Antonio q. Marci Medianotti Laico Piſan. ad nouennium à Data præſentis confirmationis inchoandum ſub affictu annuo quinq; ſcutorum monetæ ad rationem decem iuliorum pro quolibet ſcuto huiuſmodi hic Romæ, aut alibi vbi dict. Petrus, ſeu eius Procurator ordinauerit, pro vna videlicet in Paſchatis Reſurrectionis Dominicæ, & altera medietatibus in Sancti Michaelis Archangeli de menſe Septembris celebrari ſolita feſtiuitatibus, & ſic de anno in annum durante præſenti locatione perſoluen. Cum hoc, quòd prædictus Antonius vltimo anno præſentis locationis, *tertiam partem ſupradictarum terrarum nullo modo ſeminare debeat,* nec poſſit, neque ei liceat

prata

„ ptata *in ipſam locationem* compræhenſa rumpere, vel rumpi facere, ipſeq; Eccleſiam d. prę ceptoriæ manutenere, ac ei per vnum Presbyterum deſeruiri facere, & eidem Presbytero quolibet anno duodecim ſummas grani, nec non domum ordinariã, & dari ſolitam, ac octodecim bocalia olei ad vſum lampadis dare, ac vineas in præſenti locatione cõprehenſas manutenere, & ad vſum Ciuitatis Cornetan. colere, & ſi in ſolutione affictus huiuſmodi per vnũm menſem poſt maturatũ triennium deſecerit pro ſolutione huiuſmodi, cautionem ad contentamentum, & ſatisfactionẽ Petri, aut eius Procuratoris prædicti pro tempore, quo præſens locatio durauerit præſtare teneatur, nec non ſub certis alijs, tunc expreſſis conditionibus, & pactis, licitis tamen, & honeſtis, ac d. pręceptoriæ vtilibus, & proficuis, reſeruatoq; S. V. & Sedis Apoſtolicæ beneplacito per d. Petrum, ſumptibus tamen, & expenſis ipſius Antonij impetrando locauit, prout in publico deſuper confecto inſtrumento plenius continetur. Cum autem Pater S. dicti Oratores cupiant locationem huiuſmodi pro firmiori eius ſubſiſtentia, & obſeruatione inuiolabili S. V. & Sedis Apoſtolicæ patrocinio communiri; Supplicant igitur humiliter &c. proſequen. dict. locationem, ac deſuper confectas ſcripturas, & in eis contenta quæcumque cum omnibus inde ſequutis, & ſequen. ad d. nouennium auctoritate Apoſtolica approbare, & confirmare, ac illis inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcere, omneſque, & ſingulos tàm iuris, quam facti, ac quoſvis alios, etiam quantumvis ſubſtantiales defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint in eiſdem ſupplere, ac locationem huiuſmodi ad d. nouennium validam, & efficacem eſſe, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac tam ab ipſis Oratoribus, eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus, quam quibusvis alijs, ad quos nũc quomodolibet ſpectat, & ſpectabit pro tempore firmiter, & inuiolabiliter obſeruari, & adimpleri debere, ab eaq; & ſcripturis prædictis quovis prętextu colore, *vel ingenio durante d. nouennio reſiliri, vel recedi* non poſſe, ſicq; per quoſcumque Iudices &c. etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores ſublata &c. iudicari &c. debere, irritumq; &c. decernere dignemini de gratia ſpeciali non obſtan. præmiſſis, ac fel. rec. Pauli PP. II. ac quorumcumq; aliorum Rom. Pont. S. V. prædeceſſorum de rebus Eccleſiæ non alienan., & vltra triennium non arrendan., quodque tempus ſimilium locationum à die datæ gratiæ computari debeat, ac quibusvis alijs Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Hoſpitalis, & præceptoriæ prædictorum, ſtatutis, etiam iuramento &c. roboratis, ſtabilimentis, vſibus, & naturis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis illi ac dict. Hoſpitalis magno Magiſtro conuentui, fratribus militibus, alijſq; eius, & pręceptoriæ ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque. Et dummodo d. locatio iuſto pretio, & non anticipatis ſolutionibus facta ſit. Et cum decreto, quod elapſis dictis nouem annis, ſtatim bona prædicta cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, & quibusvis melioramentis deſuper pro tempore quomodolibet factis ad dict. beneficium pleno iure reuertantur, illiq; libere cedant abſque eo, quod renouatio locationis huiuſmodi à quoquam quovis prætextu, vel ex quavis cauſa peti, vel prætendi poſſit, aut debeat.

Simili modo concipitur formula locationis ad Vitam, ſiue ad tertiam generationem, de quibus tamen particulariter agemus.

A Data præſentium confirmationis inchoandum, &c. aliás enim dubitari poſſet, quod á die contractus incipere deberet nouennium, vnde hoc caſu contractus ſumit nedum vires, ſed ipſum eſſe à confirmatione, ac ſi confirmationi non præexiſteret, & ita videmus quæſito illo., ratione cuius ad hunc tractatum de ſecundis gratijs deſcendimus vnica reſponſione ſatisfieri non poſſe.

Tertiam partem ſupradictarum terrarum, nullo modo ſeminare debeat &c. ad effectum nempe ne
ſolum reddatur effętum ſi ſingulis annis fieret aratio, & ſeminatio, nam moris eſt, vt agri ſtatis annis quieſcant ab aratro, vt expectatum reddant
11 fructum, alias enim ſi continuo nouennio ager
quo ad omnem ſui partem ſcinderetur, & ſeminaretur, redderetur, vel parui fructus, vel magnis ſumptibus, & curis ſtercoratione, & ouatione reducendus eſſet ad probam naturam, vt poſt Varronem Columellam, & Theophraſtum notat Porta Villæ ſuæ lib. 11. cap. 4. qua propter locationi adijcitur ſupradicta clauſula ne videlicet conductor in damnum locatoris agrum per integrum nouennium effętet, & ſequentibus annis inutilem reddat.

Nec poſſit, neq; ei liceat prata in locatione compræhenſa rumpere, &c. prata enim ſi ſcindantur duplici de cauſa vberiorem reddent fructum, quam ager; prima cauſa, quod prata conduntur in ſo-
12 lo imo, vel certe decliuo, & pluuiæ ſemper pinguiorem materiam in ima deducant, vt ex Plinio, & Palladio. idem Porta vbi ſupra lib. 12. cap. 3. & hanc ob cauſam audiui ſæpè à Marchione Vincentio Iuſtiniano viro omniſcio, Italiam paulatim reddi ſteriliorem, nempe quia Apenninus in lon-
13 gum veluti dorſus, non parum eleuatior interſecat, & aquæ ad ima deſcendentes flumina, reptant ſecum terræ pinguedinem, hinc ad ſuperum, il-
14 linc ad inferum mare. Altera cauſa, quia prata diu non proſciſſa, aut ſata tanquam ſolum virgo, & non effætum vberrimum fructum reddunt.

15 *Durante dicto nouennio reſiliri, ſeu recedi non poſſe, &c.* certum eſt locatorem teneri præſtare, vt conductor frui poſſit rebus locatis, ne dum per ſimplicem rei traditionem, & patientiam, ſed etiam per amotionem impedimenti *Cald. conſil. 5. tit. de locat. Socin. Senior. conſil. 156. num. 10. lib. 2. Pariſ. conſil. 40. num 2. & num. 3. lib. 1. Oſaſcb deciſ. 31. num. 8. & ſeqq.* non tamen ſi impedimentum extrinſecum ſuperuenerit, vel res ipſa vitioſa effe-
16 cta fuerit conductor poterit agere ad reſciſſionem contractus, ſed ſolum ſiue ad damnum, ſiue remiſſionem affictus. *Rota coram Gregor. XV. deciſ. 235. num. 2. & deciſ. 830. in fine par. 4. diuerſ.*

ſed

17 ſed interim non poterit retardare pro aſſecuratione locatoris depoſitum facere, ſi hoc fuerit conuentum Rota in Romana affictus 12. Februarij 1618. coram Dunozetto poſt *Becc. conſil. 45. num. 36.* Concluſio autem de non receſſione a contractu, habet locum in prædijs, non autem in do-
18 mo minante ruinam, nam hoc caſu licitum eſt conductori à locatione recedere. *leg. quod ſi domus ff. locati*, & non ſolum hoc caſu licitum eſt conductori à contractu recedere. Sed alijs multis, vt apud *Becc. d. conſil. 45.* & in concluſione illa, quod ob non adimplementum locatoris liceat necne conductori à contractu recedere. Ro-
19 ta variat, nam negatiuam tenet coram *Greg. XV. d. deciſ. 535.* & in dicta Romana affictus, *& deciſ. 728. num. 1. par. 4. diuerſ.* affirmatiuam vero tenet in Romana penſionis domus 16. Nouembr. 1611 coram Pirouano poſt *Caſtr. conſil. 10. num. 8. Verſic. nam ſufficit lib. 1. Alexand. conſil. 237. in fine lib. 6. Aymon. conſil. 192. num. 16 Marſ. ſing. 489. Menoch. conſ. 151. numer. 100. Magon. deciſ. Lucen 61 nu. 10.* vbi dicitur quod opponi poteſt, ad finem, non perſiſtendi amplius in promiſſis, & pœnitendi. *Cephal. conſil. 586. num. 4. & ſeqq.* comprobans *Becc. dicto conſil. 45. num. 50.* quæ deciſiones licet poſſint ad concordiam reduci, vt videlicet dicatur, quod *deciſ. 758. par. 4. diuerſ.* procedat in terminis venditionis, & contractus perpetui, deciſio vero Pirouani in terminis locationis contractus videlicet temporanei, in quibus terminis *deciſ. Gregor. & Dunozetti* abſolute non negant reſciſſionem conductori non competere, ſed non ſine iuſta cauſa, nihilominus *deciſ. 758.* indiſtinctè firmat in contractu vltro, citroque obligatorio ob non adimplementum non eſſe locum reſciſſioni, ſed remiſſioni, contractus autem locationis procul dubio vltro, citroque obligatorius eſt, & proinde ad tollendam omninò hanc difficultatem, apponitur clauſula, de qua agimus, quæ eſt impeditiua reſciſſionis, non autem petitionis remiſſionem.

20 Illud autem aduertendum, quod conductori ſcienti rei conductæ periculum imminere, remiſſio non debetur, *Aymon. conſ. 72. numer. 18. Riminald. Iunior. conſil. 49. nu. 5. Roland. conſil. 51, n. 59. lib. 2. Ioſeph. Ludou. concl. 12. verſ. declara 6.* quia ſcienti non committitur dolus, neque fraus, & ideo non agit ad intereſſe *Surdus conſil. 15. numer. 15. verſic.*
21 *Nec dicatur*, ſimiliter notandum, quod modicum damnum, ſiue modicæ expenſæ non repetuntur per conductorem *dicta deciſ. 830. par. quarta diuerſor.*

Ruſus aduertendum, quod ſi locatio fiat de corpore cùm expreſſione menſuræ non inde ſequi, vt locatio dicatur facta ad menſuram, & ſi menſura deficiat ſit locus reſciſſioni contractui. V. G. ſi quis locaret predium del Saſſo iugerum 54. & predium illud 101 iugerum non eſſet, non inde ſequeretur eſſe locum reſciſſioni contractus, aut remiſſioni affictus, niſi locata fuerint iugera 54. quia adiectio menſuræ factæ expreſſioni corporis, non facit, vt locatio dicatur facta ad menſuram, ſed ad corpus, vt benè explicatur per Rotam in Bononien. affictus XIV. Maij M.DC.VII. coram Cardin. Marquemontio cuius copiam placet ſubnectere.

„ DD. cenſuerunt non eſſe faciendam conductoribus aliquam penſionum conuentarum defalcationem, quæ fieri non ſolet, niſi quando caſu aliquo damnum infertur intolerabile, vel quando in rei conductæ vſu conductores impediuntur, *cap. propter ſterilitatem*, & ibi *Doct. de locat. not. in leg. ſi meo, §. vis maior ff. & leg. licet, Codic. eodem tit.* Hic autem conductores non debent dici impediti eo ſub prætextu, quod locata fuerint predia 34. corbium, & tamen inueniantur ſolum 27. vel 28. Cum enim locatio fuerit facta ad corpus nulla habita ratione menſuræ, ſeù numeri corbium, non debet occaſione menſuræ deficientis minui preſtatio penſionum *leg. Iuliano §. ſi tuus, & leg. ſi in qualitate, ff. de act. empti cum alijs deductis per Cagnol. in leg. 2. Cod. de reſcind. vend. numer. 177. & ſeqq.* Et quod locatio fuerit facta ad corpus patet ex quo contrahentes in locationis inſtrumento mentem ſuam explicare cœperunt à corpore, ibi affictum omnium terrarum loci di Anzola, neq; penſionem conſtituerunt in corbes ſingulas, quin imo nec aliquam menſuræ, ſeù corbium fecerunt expreſſionem. *Oldrad. conſil. 197. Iaſon conſil. 73. num. 1. lib. 1. Cagnol. vbi ſupra, & Surdus deciſ. 64. benè Corn. conſil. 59. num. 12. lib. 4.* Nec facit, quod pretenditur, locatores in tractatu aſſeruiſſe, quod predia erant 34. corbium, propter quam aſſertionem vtiq; contractui cauſam dederit ſuccurrendum ſit conductoribus ex remedio doli in locatoribus præſumpti, etiamſi locatio facta ſit ad corpus ex latè adductis per *Surdus dicta deciſ. 64. num. 28.* nam vltra quod ex illis, quæ tractata fuerint non bene infertur ad concluſionem, ſeù effectuationem. *Baldus in leg. multum intereſt Aut. num. 3. verſic. quandoque probatur Contractus, Cod. ſi quis alteri vel ſibi, & in cap. final. numer. 8. de Iur. Alexand. conſil. 18. numer. 2. & conſil. 28. numer. 3. lib. 1. Dec. conſil. 488. numer. 10. & in leg. non omnes numer. 2. ff. ſi certum petat.* preſertim quando talis tractatus non fuit in continenti ante contractum. *Ruin. de commun. conſil. 198. numer. 15. lib. primo.* adhuc non probatur, quod talis aſſertio 34. Corbium facta fuerit Conductoribus per locatores. Nam Teſtes, qui deponunt de traditione cuiuſdam deſcriptionis ſeù vt vulgo dicitur liſtę, in qua contineri dicebatur hęc aſſertio agnoſcunt ſe non legiſſe illam liſtam, nec ſcire quid in illa contineretur. Et quicquid illa liſta concerneret fuit lacerata in inſtanti concluſionis capitulorum tanquam illa non eſſet opus quandoquidem iam partes inter ſe conuenerant ſine aliqua Corbium expreſſione, quę nec in Capitulis, nec in inſtrumento facta fuit, vtq; equidem ſiue locatores liſtam dederint, ſiue ſenſalis, ſiue proxeneta eorum nomine, excluditur tamen omnis dolus, ex quo locatores noluerunt ſe aſtringere ad certam corbium quantitatem, ſed ſępiùs monuerint Conductores, vt inquirerent, ſeq; ipſos facerent certiores de prediorum qualitate, & menſura, ita vt applicare poſſint quæ in cauſa non diſſimili dicit

Alex.

Alex. conſil.242. numer.2. Verſic. ſed poſito lib.6. de eo qui oſtendit libros. & non dixit omnia in illis deſcripta eſſe vera. Non obſtat, quod aliqui Teſtes deponant, locatores ſibi dixiſſe, quod iſta prędia complebant 34. Corbes, quia dicunt etiam ſe neſcire an dicti locatores idem dixerint Conductoribus, & poteſt eſſe quod locatores putabant tot eſſe corbes, ſed quia id pro certo non habebant ideò monuerunt conductores, vt ipſi veritatem per ſe perquirerent. Non etiam obſtat, quod aliqui ex colonis dicant ſibi fuiſſe ſuggeſtum, vt perquirentibus Conductoribus affirmarent prędia eſſe 34. corbium, nam ſimul dicunt, id ſibi fuiſſe ſuggeſtum non per ipſos locatores, ſed eorum nomine per quendam, qui res eorum gerebat, & neſciunt, an fuerit de ordine, ſeù mandato locatorum, & addunt quicquid ſibi dictum fuiſſet, ſe tamen noluiſſe Conductoribus exponere illam Corbium quantitatem. Denique non obſtat *leg. Iulianus, §. ſi venditionem, Verbo Procurator. & §. Idem Iul. ff. de act. empti.* quia loquuntur in oneribus rei, & qualitatibus, quæ rem minoris faciunt, quas venditor exprimere, & illis dare, emptorem certiorem facere tenetur. *Curt. Iunior. conſil.177. numer.5. cum cumulat. per Surdum conſil.53. num. 33. & ſequentibus, &c.*

Et ex his &c.

22 Et dummodo dict. locatio iuſto pretio, &c. Hæc clauſula quid operetur, & quomodo ſit iuſtificanda, ſatis oſtenditur in duabus deciſionibus Rotalibus in cauſa Vigleuanen. locationis coram Corduba, quarum prima eſt ſub die XXVII. Nouembris M.DC. altera ſub die IX. Aprilis M.DC.I. quas hic ſubijcere operę pretium, quia vna eſt alterius reuocatoria, & in vtraq; ſatis explicatur materia huius clauſulæ de iuſto pretio. Prior deciſio.

Reuerendiſſimus Dominus Epiſcopus Vigleuanen. impugnabat locationem quorumdam bonorum ſuæ Eccleſiæ factam ad nouennium per ſuum Predeceſſorem, ſed quia ex aduerſo prætendebatur, illam eſſe confirmatam per felic. record. Sixti Quinti, ac inde ſanatos omnes defectus, Dominus Epiſcopus replicabat in dict. confirmatione adeſſe clauſulam. Dummodo locatio facta fuerit iuſto pretio, &c. cumq; pro iuſtificatione illius, hinc inde Teſtes examinarentur, contingit dubitari quale pretium requiratur in caſu, & ad effectum, de quo agitur. Domini dixerunt, attendendum eſſe commune, dummodo ſit vtile, & non reperiatur maior oblatio; moti quia prædicta clauſula apponitur ad effectum reſeruandi damna, & læſionem Eccleſiæ, cuius vtilitatem Papa ſemper habet præ oculis, vt per *Socin. conſil.15. numer.51. lib. primo.* Vnde ſi non appareat maior oblatio, pretium commune eſt attendendum, quod iuſtum præſumitur *leg. pretia rerum ff. ad leg. falcid. §. ſi quis Inſtitut. de act. leg. prima §. ſi hæres, ff. ad Trebell. Afflict. dec.316. numer.6. Aluar. Valaſc. conſultat. 43. & 44. Doct. in cap.1. de emptio. & venditio.* Alias ſtante maiore oblatione eſſet damnoſum Eccleſiæ, cui credendum non eſt Sanctiſſimum voluiſſe præiudicare auferendo maius pretium oblatum, etiam ſi illud alterum eſſet commune, vt fuit conſideratum in Placentina bonorum coram Reuer. P. Domino Seraphino atque hoc modo ſunt intelligenda illa verba clauſulæ, iuſto pretio, vt facile ſuadetur ex ſubiecta materia, & veriſimili mente Pontificis, clauſulæ enim recipiunt eandem interpretationem, quam recipiunt iura de eadem materia. *Verall. deciſ.261. numer.7. & numer.8. par.2.* Neque obſtat motiuum factum ex doctrina *Socin. in leg. qui Romæ §. cohæredes, numer.27. ff. de verborum obligat.* vbi dicit, quod quando lex, vel pactum obligat ad vendendum iuſto pretio, tunc attendi debet pretium commune attenta ſubiecta materia, cum illud dicatur iuſtum, non vero de oblato ſingulari affectione, nam hæc poſſunt procedere in ſuo caſu, nempe obligatione vendendi ſecus in locatione, quæ fit ex partium conuentione cum beneplacito Papæ, quod nunquam conceditur, niſi ſtante vtilitate Eccleſiæ ſine exceptione, *12. quæſt.2. cap. ad aures de rebus Eccleſ. cap. primo eodem titul. in 6. Clement. prima eodem titul. cum vtrobique notat. Cæſar. de Graſſ. deciſ.4. de rebus Eccleſiæ.* Et minùs obſtant quæ latè per informantes deducebantur, quod pretium continet latitudinem, cum detur ſummum medium, & infimum ad latè tradit per *Couarruu. lib. primo variarum reſolution. cap.3.* vt quodlibet ſit iuſtum, nam hæc habent locum ad effectum excludendi læſionem, non vero inducendi vtilitatem, nam ſi locatio potuit fieri pretio ſummo, cum eſſet qui offerret puta 50. & ſit medio nempe 45., vel infimo puta 40. nemo eſt qui negat in hac locatione nullam vtilitatem Eccleſiæ meſſe ad allegat. doctrin. *Corn. conſil.181. numer.34. lib.2.* vbi refert rex. in *cap. primo nu.19. de reſtitut. in integr.* qui dicit, quod ſi Eccleſia id quod potuit vendere maiori pretio vendidit pro minori, non erat contractus nullus, quia ſufficit, quod ſit vtilitas in vendendo licet non vtiliter alienetur reſpectu pretij fuit reſponſum, ex hac doctrina apparere alienationem fuiſſe vtilem Eccleſiæ, quamvis non adſit vtilitas in pretio, & contractus tenet tamen Eccleſiæ læſæ ſuccurritur per reſtitutionem in integrum ſecus in præſenti, vbi non concurrit iſta primaria vtilitatis cauſa, quo caſu contractus fuit nullus, vt traditur in *cap. primo de in integr. reſtit. Butr. numer.19. in principio, Abb. numer.17. Imol. numer. primo, & 16.* & tenuit Rota in Lucana bonorum Caſtri Franchi XV. Ianuarij M.D.XCI. coram bon. memor. Lancellott. & in Anconitana bonorum II. Martij M.D.LXXXIV. coram Bubalo.

Altera Deciſio.

Quia Dominus Ioann. Petrus de Nigris ſæpius monitus noluit informare, cauſa propoſita, & dato Summario Teſtium examinatorum pro Domino Ioanne à Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo informante ad dubium, an clauſula dummodo locatio ſit facta iuſto pretio fuerit ſufficienter iuſtificata. Domini reſponderunt negatiuè, nam Teſtes in Summario Epiſcopi numer.9. deponebant, locationem non fuiſſe factam

,, ctam iuſto pretio quoniam depoſitiones coadiu-
,, uabantur, tum quod bona Capituli, quæ ſunt eiuſ-
,, dem qualitatis, & bonitatis, fuerunt eodem tem-
,, pore locata, & aucta ad libras quatuor mill., &
,, bona, de quibus agitur in libris centum dumtaxat
,, *Cagnol in leg. 2. num. 233. Cod. de reſcind. vend.* tum
,, quia non fuerunt appoſita edicta, & tamen in
,, continenti fuerunt reperti oblatores in dd. libris
,, centum, quod magnam arguit iniuſtitiam *Bart. in*
,, *leg. poſt contractum, num. 7. verſic. quartus caſus, ff.*
,, *de donat.* præſertim quia publicata locatione, mul-
,, ti procurarunt habere ſocietatem in hoc contra-
,, ctu, cum d. Io: Petro, quos tamen ipſe noluit ad-
,, mittere. Nec obſtabat viſitatio Vicarij, nam ex
,, illa non poteſt aliqua certa probatio deduci, ma-
,, xime cum ipſe poſtea ſententiam protulerit ad
,, fauorem Eccleſiæ. Minus obſtabant Teſtes exa-
,, minati pro parte d. Ioannis dati in d. Summario,
,, qui videntur probare iuſtum, & commune pre-
,, tium iſtius locationis, nam omiſſis multis, quæ
,, contra dictos teſtes opponebantur cum d. clauſu-
,, la, dummodo iuſto pretio, ſit conditionalis, debet
,, plene, & concludenter probari tanquam neceſſa-
,, ria, *Bald. in leg. hac ſententia prima numer. 41. Cod.*
,, *de ſenten. quæ ſin. cert. quant. Ruin. conſil. 68. num.*
,, 18. *volum.* 1. & fuit reſolutum in Pampilonen. Be-
,, nefici 17. Maij 1577. *diuerſ.* 381. *par.* 1. Et cum Ec-
,, cleſia probet totum contrarium, cui ſatis erat eli-
,, dere, & offuſcare probationem contrariam eius,
,, qui iuſtum pretium plene, & concludenter probare
,, tenebatur, & fuit reſolutum in Pamplegnen. Be-
,, neficij 9. Martij 1594. coram bo. me. Orano, ſatis
,, viſum fuit DD. ad hoc, vt d. clauſula non videatur
,, ſufficienter iuſtificata.

Ex prædictis deciſionibus luculenter colligitur quid requiratur ad iuſtificationem clauſulæ dum-
23 modo iuſto pretio, &c. Notandum tamen, quod inter cetera præmiſſæ deciſiones requirunt quod non fuerit reperta maior oblatio ad hoc, vt locatio dicatur facta iuſto pretio, quod tamen ſemper non eſt verum, nam ſi alias legitimè conſtet, locationem factam fuiſſe iuſto pretio, & deinde vltra valorem, & fructus ſuperueniat maior oblatio, illa dicitur facta ad æmulationem, iuſto locationis pretio ſubſiſtente, vt dixit Rota in Rauennaten. Pineti XXVII. Martij M. DC. VII. coram Cardinal. Pamphil.

,, Concluſum fuit locationem, de qua agitur ſuſti-
,, neri &c. Et ex his remanet etiam ſublatum funda-
,, mentum, quod faciunt informantes pro Mona-
,, ſterio ſuper ſubſequenti locatione facta Guazzi-
,, manò pro maiori ſumma. Vltra quod DD. vide-
,, batur facta in odium huius locationis, & ad æmu-
,, lationem, & ideo ea minus attendenda, &c.

Et non anticipatis ſolutionibus, &c. licet Papa concedat facultatem Rectori rem Eccleſiæ locan-
24 di, non tamen hoc vult cedere in damnum ſucceſſoris, præiudicat quidem ſucceſſori, vt ille huiuſmodi locationi ſtare teneatur, contra, ac ius ipſum exigit, non tamen infert damnum ſucceſſori, quo ad penſionum in locatione conſtitutarum exactionem. Vnde ſi conductor ſoluat anticipa-
te pro fructibus non dum perceptis, & locator in-
25 terim cedat, vel decedat, tenebitur ad eandem ſummam ſucceſſori. *Redoan. q. 57. n. 64.*

Et cum decreto, quod elapſis dictis nouem annis, ſtatim bona prædicta cum omnibus iuribus, & pertinentijs, & quibuſcumque melioramentis deſuper pro tempore quomodolibet factis ad dictum beneficium pleno iure reuertantur, illiq; libere cedant &c.

26 Meliorationem, ſiue melioramentum definit *Garzias de expenſis, & melioramentis cap. 1. num. 8. circa medium,* vt ſit augmentum bonorum mutata eorum qualitate. Vnde ſi conductor Vineæ exempli cauſa eam vitibus magis refertam reddiderit, propagines plantauerit, non dicetur feciſſe melioramenta, quia res in qualitate Vineæ mutata non eſt, ſed ſi conductor in ſolo inculto, ſiue etiam prato plantaret Vineam, dicetur feciſſe melioramentum, quia res ipſa in ſua qualitate mutata eſt. Idem dicendum de domo, vt potè ſi conductor eam reſtaurauerit, vel firmiorem fulcris reddiderit, non dicetur melioraſſe domum ad effectum, vt repeti poſſint, ſed reparaſſe; ſecus ſi domum auxerit, eiq; Cameram, furnum, vel aliud membrum recens extructum adiecerit, quia tunc dicetur melioraſſe, & res ipſa licet non ſit mutata in eſſe domus quo ad qualitatem, eſt tamen mutata in quantitate, & debita eſt huiuſmodi melioramenti reſtitutio, ſiue illius loco prætium, ſi
27 quod domui adiectum eſt effectum ſit pars illius, & ſeparari nequeat. *Redoan. quæſt. 72. numer. 1.* certum igitur eſt, huiuſmodi melioramenta non
28 deuolui cum re locata: quia ipſi rei non ſunt connexa, & ſub clauſula, de qua ſupra non comprehenduntur.

Verum quia meliorationum plures ſunt ſpecies, naturales, ciuiles, & induſtriales, ſuper qui-
29 bus poteſt cadere difficultas an repeti poſſint, vel certe cedant ipſi rei, locatione finita, de quibus per *Redoan. d. q. 72. & Garziam de Melioramentis c. 15.* clauſula præmiſſa tollit omnem difficultatem, & operatur vt melioramenta cenſeantur pars prætij *Rota deciſ. 208. par. 2. diuerſ. Gralenzon. conſil. 96. num. 22.* & per conſequens reuertantur libere cum ipſa re.

Abſq; eo, quod renouatio locationis huiuſmodi a quoquam quo vis prætextu, vel ex qua vis cauſa peti, vel prætendi poſſit, aut debeat; &c. hæc clauſula, ſiue totius clauſulæ pars videtur appoſita per modum illationis ad primam partem, in qua ſtatuitur bonorum conceſſorum cum ſuis melioramentis integra, & totalis reuerſio, vt ſenſus ſit, bona cum ſuis melioramentis reuertantur, itavt renouatio fieri non poſſit, & pactum reuerſionis hoc ſolum operetur, quod non poſſit peti renouatio, & tamen longe diuerſa eſt mens reſcribentis, quando-
30 quidem non ſolum intendit excludere renouatio-
31 nem, quæ de iure debita non eſt, ſi Eccleſia eam facere nolit *leg. conductores, leg. ſi quis conductionis, Cod. locat.* quicquid ſit de æquitate, quæ ceſſat quando Eccleſia vult retinere pro ſe *Abb. in cap.*
32 *bonæ ſub numer. 28. Verſic. hoc dictum ego limitarem de poſtul. prælat. Ruin. conſil. 152. numer. 3. lib. 1.*

Mil. in verbo Emphitheuſi finita Verall. deciſ. 304.
*par.*1. & diximus ſupra *num.* 3. quia locatio tem-
pore præſcripto finitur *leg. idem quæritur* §. *quo im-*
33 *pleto ff. locati Dec. conſ.* 328. *in princip.* immo licet
ex cauſa, Eccleſia renouationem poſſit concede-
re, non tamen poteſt deſuper paciſci §. *nos igitur*
in auth. de non alien. & diximus in principio huius §.
Sed etiam intendit excludere ius repetendi melio-
ramenta per conductorem facta, vel etiam reten-
34 tionem donec melioramenta refuſa fuerint, de
quo per *Garziam vbi ſupra cap.* 6. *num.* 19. & ſic
decretum hoc videtur imperfectum, quod ego ita
ſupplerem. *Et cum decreto & cilliq; libere cedant,*
ita vt melioramenta nullo iure repeti poſſint, aut reten-
tio pro iis competat, & quod renouatio locationis hu-
iuſmodi, &c.
35 Quid autem pactum de renouando, quatenus
admiſſum eſſet operetur, vide apud *Manticam de*
tacit. lib. 22. *tit.* 23. *per totum*, & non operari ad fa-
uorem tertij poſſeſſoris, latè tradit *Gozzad. conſ.* 39.
Rota Me in ea cauſa ſcribente *deciſ.* 215. & 290.
p. 1. *recent.*
36 Illud notandum, quod licet de iure ciuili reno-
uatio ex æquitate debeatur *leg.* 1. §. *permittitur, ff.*
de Aqua quotid. & æſtiua iuxta tradita ibi per *Bar-*
tolum, hoc tamen non habet locum in locatione
rei Eccleſiæ, in qua difficilior eſt renouatio, quam
37 prima conceſſio propter ſtatuta Conc. Lateranen.
2. ac Pauli II. perpetuitatem locationum rerum
38 Eccleſiaſticarum damnantia, qua propter ſuppli-
cationes ſuper renouationibus non ſolent ſignari
in Camera, ſed remitti ad Signaturam. Et quia
in ſequenti §. de renouatione iterum agendum
erit quæ reſtant dicenda illuc reiicimus.

SVMMARIVM.

Locatio in quo differat ab emphytheuſi, 1.
Contractus non ſemper talis eſt, qualis in inſtrumento nominatur, 2.
Contractus denominatio per inſcitiam Not. perperam appoſita, non alterat illius naturam, 3.
Emphytheuſis conceditur multis modis, 4.
Formula ſi in euidentem ad tertiam generationem, 5.
Clauſula non tamen exceden., non ſemper, & indiſtincte eſt apponenda vbi fit mentio valoris, 6.
Eccleſia paciſcendo, poteſt reddere conditionem ſuam meliorem, 7.
Clauſula prout in publico deſuper confecto inſtrumento plenius continetur eſt vtilis, & proficua, 8.
Fœminæ regulariter ſuccedunt in Emphyteuſi Eccleſiaſtica, 9.
In Emphytheuſi Eccleſiaſtica ſucceditur ordine ſucceſſiuo, 10.
Emphytheuſis Eccleſiaſtica non datur vltra tertiam generationem, 11.
Emphytheuſis Eccleſiaſtica non tranſit in aliam Eccleſiam, & in manus mortuas, 12.
Clauſula, quod finita, vel deficiente linea huiuſmodi quid importet, 13.
Nominationis vim ad emphytheuſin habet inſtitutio, & ſubſtitutio 14.
Nominatio non præiudicat vocato ad Emphytheuſin, num. 15.
Nominatio eſt neceſſaria quando aliquis vocatur in defectum nominationis, 16.
Nominatio ad emphytheuſin ſubſtinetur etiam ex teſtamento nullo, 17.
Emphytheuſis etiam conceditur ad tertiam generationem, 18.
Conſanguinei multorum ſtatutis ad petitionem renouationis admittuntur, 19.
Ferrariæ priuilegium, quod conſanguinei admittantur ad emphytheuſim, 20.
Melioramenta præcipuè cauſant Eccleſiæ vtilitatem, numer. 21.
Bona emphytheutica finita locatione, ipſo iure reuertuntur ad Eccleſiam, 22.
Liberè reuerti, rem locatione finita, quid importet, numer. 23.
Pleno iure reuerti rem quid importet 24.
Hæres non tenetur petere nouam inueſtituram in re emphyteutica, 25.
Statuta continuantia poſſeſſionem in hæredem, non habet locum in bonis emphytheuticis, 26.
Inueſtitura ad tertiam, ſiue in quartam generationem idem operatur, 27.
Diſtinctio Bartoli de conceſſione ad tertiam, ſiue ad tertiam eius generationem, 28.
Diſtinctio Rotæ de generatione completa, & finita, numer. 29.
Ad, propoſitio aliquando excludit, 30.
Inueſtitura ad tertiam eius generationem quot perſonas comprahendat, 31.
Intellectus §. *Emphytheuſis Auth. de non alien. & permutat. &* §. *licentia, Authentic. de alien. & Emphyth.* 32.
Emphytheuſis conceſſa ab Eccleſia ad tertiam generationem non excedit nepotes, 33.
Emphytheuſis ad tertiam generationem comprehendit pronepotes, 34.
Prohibitio non incipit à perſona prohibentis, numer. 35.
Relatio quando fiat ad proximiora tantum, numer. 36.
Relatio regulariter refertur ad omnia præcedentia, numer. 37.
Emphytheuſis conceſſa ad tertiam generationem, ſi vltimus inueſtitorum obtineat renouationem, ſiue prorogationem à quo incipiat in renouatione, ſiue prorogatione, 38.
Alius, vel alia pronomina ſunt implicatiua ſimilium, num. 39.
Inueſtitura adhuc durante alter inueſtiri non poteſt niſi ſub conditione, donec prior fuerit terminata, 40.
Renouatio in contractibus emphytheuticis etiam cum Eccleſia eſt permiſſa, 41.
Emphytheuta, qui reddit fundos ſteriles fructiferos, non poteſt expelli, 42.
Prælatus non poteſt compelli ad renouandam emphytheuſim, ſi velit retinere pro ſe 43.
Renouatio eſt debita ex immemorabili conſuetudine, numer. 44.

Reno-

Renouatio requirit augmentum Canonis, 45.

Emphytheuta finita locatione præfertur, ſi Eccleſia non velit retinere pro ſe, 46.

Prælationis natura eſt vt fiat cum iiſdem pactis, & conditionibus, quibus conceſſio ſit alteri, 47.

Renouatio etiamſi adſit pactum non defertur, niſi fuerit legitimè petita, & extraneus petere non poteſt, numer. 48.

Renouatio peti debet intra annum, 49.

Renouatio non petitur ab emphytheuta, qua deteriorauit, vel quando emphytheuta deliquit, & generaliter quando, & quibus petitio renouationis competat, numer. 50.

Emphytheuſis finita linea, ſiue generatione ipſo Iure reuertitur ad Eccleſiam, 51.

Etiamſi emphytheutæ in inueſtitura fuerit data facultas libere de re emphytheutica diſponendi, 52.

Emphytheuta non poteſt imponere ſeruitutem rei emphytheuticæ in præiudicium Domini, 53.

Emphytheuſi finita per lineæ defectum dominus directus non poteſt propria auctoritate eam ingredi 54.

Dominus directus ſibi præiudicat conſentiendo impoſitioni oneris, 55.

Dominus directus ob alienationem irrequiſito Domino, ſiue ob non ſolutum canonem, non poteſt propria auctoritate poſſeſſionem capere Rota deciſ. 3. lib. 1. parte 3. diuerſor.

Poſſet tamen nemine poſſidente, vel contradicente, vel quando ius illius eſſet clarum, 56.

Vel quando eſſet periculum armorum, 57.

Laudemium non debetur in alienatione rei cenſualis, ſiue liuelli, 58.

Contractus in dubio potius cenſualis cenſetur, quam emphytheuticus. 59.

Contractus in dubio talis cenſeri debet, qualis à contrahentibus denominatur, 60.

In contractibus inſpicitur magis quod actum eſt, quam quod ſcriptum eſt, 61.

Contractus qualis cenſeri debeat pluribus denominationibus concurrentibus, 62.

Contractus emphytheuticus dicitur quando ſoluitur modica reſponſio cenſualis, non ſi magna 63.

Laudemium non debetur in alienatione rei pro qua ſoluitur annuus cenſus fructibus reſpondens, 64.

Laudemium dicitur pars pretij rei, 65.

Melioramenta pleno iure ſpectant ad emphytheutam, numer. 66.

Laudemium non debetur pro re propria, 67.

Laudemium non debetur quando res quæ conceditur mutat naturam, 68.

Caducitas non habet locum niſi in contractu emphytheutico, 69.

Tempus ad inducen. caducitatem ob non ſolutionem canonis quale ſit, 70.

Caducitas eſt pœna, 71.

Qualibet cauſa excuſat a caducitate, 72.

Dominium ad effectum caducitatis, ſiue deuolutionis difficilis probationis, 73.

Locatio iunctis adminiculis probat dominium ad effectum exigendi canonis, non autem ad effectum caducitatis, 74.

Niſi deuolutio intentetur ob tempus finitum 75. 81. ſecus numer. 76. & numer. 77. & demum quandocumque principaliter agitur ſuper dominio requiritur plena, & concludens probatio, quæ ex præſcriptis non reſultat, 78.

Quietantiam recipiens cum certa enunciatiua eam non probat, 79.

Dominium probari ad effectum deuolutionis, ſiue, quod principaliter de eo agatur in idem incidunt, num. 80. & num. 84.

Scriptura etiam informis facit adminiculum, 82.

Dominium rei plenæ probatur ex inueſtitura iunctis adminiculis ad quemcumque effectum, 83.

Statuæ & lapides reperti in ſolo emphytheutico ſpectant ad emphytheutam, 85.

Theſaurus repertus in prædio maioratus ſpectat ad poſſeſſorem maioratus, 86.

Theſaurus, ſiue ſtatuæ repertæ in ſolo feudi, acquiruntur Vaſſallo, 87.

Caducitatem ob non ſolutum Canonem excuſat abſentia 84. verbalis oblatio 89. quelibet cauſa etiam minus iuſta 90. & leuiſſima 91.

Caducitas non incurritur in re emphyteutica inter duos poſſeſſores in communi ſi vnus in ſolutione defecerit, numer. 92.

Caducitatem non incurrit qui non poſſidet 93.

Decretum Interpretatum Concilij iuſſu Vrbani VIII. editum prohibitorium alienationis bonorum regularium emanauit ad tollenda priuilegia, & indulta obtenta contra conſtitut. Paulinam, 94.

§. XIII.

De confirmatione Conceſſionis rei Eccleſiæ in emphytheuſim.

1 DIffert ſimplex locatio ab emphytheuſi in eo præcipue, quod locatio fit pro annua reſponſione valori rei, ac fructibus reſpondente, in emphytheuſi recipitur annuatim quid modicum *Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 2. nu. 52. Clar §. in emphytheuſis q. 1. verſ. & aduerte Afflict deciſ. 72. nu 4. & latiſſime Vrſil. ad Afflict. dec. 80. n. 6. & ſeqq. Rota in Romana ſeu Viterbien. Domus de Lanunijs 14. Maij 1601. coram Corduba.*

„ In hac propoſitione &c. ex aduerſo autem vltra
„ deducta in alia huius cauſæ poſitione dicebatur,
„ quod licet in inſtrumento anni 1581. aſſeratur,
„ quod vniuerſitas paucam conſequebatur vtilitatem,
„ ex hac domo, tamen fuit conceſſa ſub annua
„ reſponſione viginti ſcutorum auri in anno, largorum
„ quod demonſtrat potius fuiſſe contractum
„ quam emphytheuſim, cum reſpondeat fructibus,
„ quod principaliter attenditur ad hunc effectum,
„ etiam quod eſſet nominatus contractus emphytheuſis,
„ vt ſæpe fuit reſolutum maxime coram R.
„ P.D. meo Decano in cauſa Romana Caſalis Marſiliani
„ Veneris 19. Iunij 1587. & coram Me in alia
„ Spoletana remiſſionis mercedis 29. Maij 1600.
„ & licet d. Inſtrumentum, & illud alterum de anno
„ 1501. cantent in emphytheuſin, nihilominus potius
„ natura, quam verba eſt attendenda *Dec. conſ.*
„ *164. numer. 3.* nam pro emphytheuſi ſolum quid

,, minimum ſolet reſponderi vt tradunt *Doct. in cap.*
,, *potuit de locat. Bart. in leg. 1. Cod. de Iur. emphytheut.*
,, *Aretin. conſil. 55. numer. 4. Clar. in §. emphytheuſis*
,, *quæſt. 1.* cum alijs coram Me deductis in illa Spole-
,, tana, &c.

Hæc deciſio firmat concluſionem & bene, quod
denominatio in inſtrumento non dat eſſe, aut ve-
rum nomen contractui. ſi aliunde conſtet de illius
2 natura, quod idem multis probat *Mantic. de tacit.*
lib. 22. tit. 3. num. 12. Clar dicto quæſt. 1. verſic. vnum
ſcias, ſed denominatio naturæ contractui non
3 conueniens, cenſetur appoſita ex inſcitia Not.
Anton. Zazzera de error. Notar. cap. 99. num. 1. &
ſequentibus.

Reſiſtit autem naturæ emphytheuſis, quod ſol-
uatur annua reſponſio valori rei, & fructibus cor-
reſpondens, vt ſimiliter firmatur in deciſione, &
propterea emphytheuſis requirit meliorationem
quia videlicet res conceditur pro modico cenſo
ſiue canone, locatio vero nullam requirit meliora-
tionem, quia per eam recipitur reſponſio fructi-
bus coreſpondens.

Conceſſio autem in emphytheuſiu fieri poteſt
diuerſimodè. Primò, ad 29. annos de quo ſupra
4 fecimus mentionem, & hic modus hodie in Data-
rie non eſt in vſu, vel certè raro, ſaltem in aliqui-
bus Prouincijs vbi viget Stylus quod etiam contra
Eccleſiam admittatur præſcriptio 30. annorum,
& licet locationem contineat certo tempore defi-
nitam, oon tamen ſimplex locatio dicitur, quia
non admittitur niſi cum melioratione quam dixi-
mus in ſimplici locatione neceſſariam non eſſe.
Secundò, conceditur emphytheuſis ad vitam ali-
cuius, & hæc ſimiliter requirit meliorationes, ſine
quibus non conceditur, & eſt frequens, & quotidie
practicatur. Tertiò, fit conceſſio ad tertiam ge-
nerationem, & hæc eſt frequentiſſima, & qooti-
diana. Quartò, concedi poteſt emphytheuſis ad
generationem perpetuam maſculinam, vel fœmi-
ninam, & hæc fit rariſſimè, & quatenus concedere-
tur, deberet concurrere; ne dum euidens, ſed eui-
dentiſſima, & maxima Eccleſiæ vtilitas. Quintò,
concedi poteſt res in emphytheuſin perpetuam,
& in ſæculum ſæculi, ſed huiuſmodi conceſſiones
antiquitus quidem fiebant; Verùm hodie pœnitus
ſunt exploſæ, & potius admittitur totalis aliena-
tio. Harum conceſſionum vnicam ſufficiat appo-
nere formulam, eam ocmpe, quæ eſt frequentior
& vſitatior.

5 ,, BEatiſſime Pater. Aliàs, ſeù nuper denoti
,, S. V. Oratores. Canonici, & Capitulum
,, Collegiatæ Eccleſiæ S. Petri de Popleto nuncupa-
,, ti Aquilan. cupientes eorum menſe capitularis
,, conditionem meliorem efficere quandam terræ
,, aratiuæ petiam in Territorio Popleti vbi dicitur
,, Pettino, cui ſilanti Zonei ab vno, & Marci Anto-
,, nij Ciarichini ab alio, à reliquis verò lateribus ſui
,, notiſſimi fines cohæreot ſitam, & ad dictam men-
,, ſam legitimè ſpectantem capacitatis xxxvj. Cup-
,, parum menſuræ illarum partiū ac valoris in pro-
,, prieta te cxxxx. ducatorum monetæ illarum par-
,, tium, vel circa annui vero redditus anno fertili
,, cum ſtetili compotato ſeptem ducatorum, ſimi-
,, liom ſummam 4. ducat. auri de Camera cum di-
,, midio, vel circa conſtituunt deuoto S. V. Oratori
,, Mutio Gentileſcho ciui Aquilano pro ſe, ſuiſque
,, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque in em-
,, phytheuſim ad tertiam generationem ſub annuo
,, canone, ſeu annua reſponſione xiij. ducatorum
,, monetæ parium *octo ducatos auri ſimiles conficien.*,
,, *non tamen exceden.* cum hoc inter cœtera, quod
,, Mutius, aut alij emphytheuti præſenti quencum-
,, que eis placuerit dictum terræ petium *à reſponſio-*
,, *ne, & canone* huiuſmodi facta, prius per eum, ſeù
,, per eos legitima aſſignatione aliorum bonorum
,, ſtabilium maioris, ſeù ſaltem æquiualeotis valo-
,, ris, tàm in proprietate, quàm in annuo redditu,
,, quæ terræ petia prædicta reperitur eximere, &
,, liberare, ſeu affrancare poſſint, & valeant, ac ſub
,, certis alijs tunc expreſſis conditionibus, *& pactis*
,, *licitis tamen, & honeſtis dictaque menſa vtilibus, &*
,, *proficuis* reſeruato S. V. & Sedi Apoſtolicæ bene-
,, placito, dederunt, & conceſſerunt, prout in publi-
,, co deſuper confecto inſtrumento plenius contine-
,, tur. Cùm autem Pater Sancte datio, & conceſſio
,, huiuſmodi in euidentem dictæ menſæ ceſſerint, &
,, cedant vtilitatem, cupiunt propterea Oratores
,, prædicti, illas per S.V. & Sedem Apoſtolicam, vt
,, infra approbari, & confirmari; ſupplicant igitur
,, humiliter S. V. Oratores præſcripti, quatenus in
,, premiſſis opportune prouiden. eoſque ſpecialibus
,, fauoribus, & gratijs proſequen. aliquibus probis
,, viris in partibus illis commorantibus, & in digni-
,, tate Eccleſiaſtica Conſtitutis, vt ſe de præmiſſis
,, diligenter informent, & ſi per informationem ean-
,, dem, dationem, & conceſſionem huiuſmodi in eui-
,, dentem d. Eccleſiæ vtilitatem conceſſiſſe, & cede-
,, re repererint illas ad *tertiam generationem, tàm ma-*
,, *ſculinam, quàm fœmininam auctor.* Apoſtolica ap-
,, probent, & confirment omneſque, & ſingulos, tàm
,, Iuris, quàm facti defectus ſi qui deſuper interue-
,, nerint eadem auctoritate committere, & mandare,
,, dignemini de gratia ſpeciali non obſtan. præmiſſis
,, ac felic. record. Pauli PP. II. Prædeceſſor. Veſtri
,, de rebus Eccleſiæ non alienand. &c. alijs conſtitu-
,, tionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cœte-
,, riſque contrarijs quibuſcumque cum clauſulis
,, opportunis.
,, Et cum abſolutione à Cenſuris ad effectum,
,, &c. & quod petiarum terræ huiuſmodi ſituatio-
,, nes, confines, vocabula, & denominat. qualita-
,, tes, & quantitates habeantur, pro expreſſis, ſeu in
,, toto, vel parte exprimi poſſint &c. & per officium
,, minoris gratiæ expedic̄o. Et committatur Ordi-
,, nario, & dignitatem in Eccleſia obtinenti, qui
,, coniunctim procedant, & ſi in euidentem, & ad
,, *tertiam generationem tantum, reſciſſa conceſſione per-*
,, *petua quatenus adſit, & cum decreto, quod finita, vel*
,, deficiente tertia generatione huiuſmodi dicta pe-
,, tia terræ cum omnibus Iuribus, & pertinentijs
,, ſuis, nec non quibusvis melioramentis deſuper
,, pro tempore quomodolibet factis ad d. menſam
,, pleno iure reuertantur illique libere cedant abſq;
,, eo quod renouatio locationis huiuſmodi ab ali-
,, quo quouis prætextu, vel ex quauis cauſa peti, vel
,, prætendi poſſit,

Videbis Lector in hac formula plurès clauſulas repetitas, quæ pariter legebantur in formula confirmationis ſimplicis locationis de qua in §. precedenti eas etiam nos repetemus, vt preſtemus promiſſa & tradamus ea, quæ ſtudiò illic omiſſimus, & huc reiecimus illud notandum, quod hæc vna formula aptatur ad quamcumque in emphytheuſin conceſſionem, ſola petitione mutata.

Octo ducatos ſimiles conficien. non tamen exceden., &c. illa poſteriora verba *non tamen exceden.* appoſita ſunt ab Officiali, & non videò ad quem finem,
nam finis huius conceſſionis eſt vtilitas Eccleſiæ,
6 quæ cenſetur adeſſe quandocumque annua reſ-
ponſio aſcendit ad octo ducatos de Camera: ſi numerum hunc exceſſerit, erit maior vtilitas, & ſic reſtrictiua iſta videtur ſuperflua, neque enim poteſt dici appoſita ad effectum, vt ſi reſponſio annua excederet decem ducatos, deleretur clauſula per officium minoris gratiæ, quia ex narratiua conſtat contrarium, & rem valoris in proprietate centum non poſſe reddere fructum naturalem vltra decem, & quatenus etiam hæc fuiſſet intentio Officialis reſtringentis gratiam illa per reſtrictiuam, non ſatis explicatur, & eſt contra vtilitatem Eccleſiæ, quæ primo & principaliter conſideratur à concedente. Ponamus enim, quod 14. ducati illarum partium conſtituant nonem ducatos auri de Camera, & per conſequens excedant ſummam reſtrictam, decretum operabitur nullitatem gratiæ contra mentem concedentis, quæ eſt, & eſſe debet, vt Eccleſia, quam poteſt maxime locupletetur. qui vero, & qualis poſſit eſſe exceſſus in materia habili, vt gratia non irritetur dicemus parte ſecunda.

Cum pactis licitis tamen, & honeſtis dictæq; Eccle-
7 *ſia vtilibus, &c.* pacta huiuſmodi non debent mutare gratiam in ſubſtantia, ſi tamen eſſent vtilia contractus non reſcinderetur, quia poteſt Eccleſia conditionem ſuam paciſcendo reddere meliorem *Redoan. q.* 10. *nu.* 21.

Prout in publico deſuper confecto inſtrumento ple-
8 *nius continetur, &c.* Officialis Cancellariati dictionem plenius ſine fundamento, nam ſi adſunt pacta in ſupplicatione non expreſſa, eaque, continentur in inſtrumento, ſequitur neceſſe ibidem plenius contineri quam in ſupplicatione, non video vnde procedat ſcrupulus, nam hanc clauſulam integrè pro vt iacet eſſe proficuam & gratiæ apponendam oſtendimus ſupra §. 10. n. 37.

Ad tertiam generationem, tam maſculinam, quam ſœmininam, &c. expreſſio generationis fœminæ
9 non videtur neceſſaria; quia fœminæ regulariter ſuccedunt in emphytheuſi Eccleſiaſtica *Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 8. numer. 21. & numer. 22.* & ſucce-
10 ditur ordine ſucceſſiuo, intelligitur enim conceſſa filijs vti deſcendentibus, non vt hæredibus *Doctor. in leg. gallus, §. quidem recte, ff. de liber. & poſthum. Bartol. in leg. quod dicitur num. 6. ff. de verbor. obligation. Roman. conſil. 35. ſub numer. primo. Clar. in §. emphytheuſis quaſt. 35. Seraphin. deciſ. 89. num. primo*, vt videlicet primo loco ſuccedant acquirentium filij ſiue illi maſculi ſint, ſiue fœminæ, deinde nepotes, ſi tamen extaret ſtatutum excluſiuum fœminarum, etiam ſi conceſſio eſſet facta maſculis, & fœminis, fœminæ cum maſculis non ſuccederent, ſed tantum in eorum defectum Rota coram *Caualerio deciſ. 555. numer. primo, & deciſ. 583. numer. primo.* Per hanc clauſulam, ad tertiam generationem tam maſculinam, quam fœmininam non eſt prouiſum maſculis quod ipſi primo excluſis fœminis debeant ſuccedere: ſed hoc ſpecialiter ſi ita primus acquirens deſideraret deberet opprimere aliàs ſuccedere fęminæ cum maſculis ad ſupra allegata.

Et ad tertiam generationem tantum reſciſſa conceſſione perpetua quatenus adſit, diximus vltra ter-
11 tiam generationem emphytheuſin Eccleſiaſticam non concedi iux. *§. emphytheuſin Auth. de non alien.*
12 qua propter in aliam Eccleſiam, ſiue manus mortuas non tranſit, ſed ſi iure peruenerit dicunt bona redimi *deciſ. 543. nu. 3. p. 2. rec. & deciſ. 603. & 368. p. 1. recent.*

Et cum decreto, quod finita, vel deficiente generatione huiuſmodi, &c. dicitur finita, hoc eſt lapſa tertia generatione, & poſt quam acquirens filius,
13 & nepos poſſederint, & deceſſerint, dicitur deficiente hoc eſt etiam ſi acquirens filium, vel nepotem non habuerit vel ipſi prædeceſſerint, & pro-
14 pterea in defectum generationis ſolet ſtipulari nominatio, qua non facta ſuccedit hæres vniuerſalis *Rota deciſ. 799. numer. primo parte prima re-*
15 *centior.* quod tamen procedit niſi quis eſſet vocatus, nam illi præiudicare non poteſt etiam per nominationem expreſſam, vt dixit Rota in Cammerinen. domus IV. Iulij M. D. LXXXXIII. coram Gyptio.

Canonici, & Capitulum, &c.

» His ſic ſtantibus non fuiſſet opus reſpondere
» ad ſecundam partem dubij, tamen ex abundanti
» dictum fuit Ioann. Baptiſtam noluiſſe de dicta do-
» mo diſponere, quia de ea in eius teſtamento nul-
» lam mentionem fecit, prout fieri oportebat, cum
» in generali Inſtitutione non veniant bona emphy-
» theotica, maxime in præiudicium perſonæ expreſ-
» ſæ vocatæ *Bartol. in dicto §. ſi liberi, Ruin. Senior.*
» *conſil. 239. numer. 2. & numer 4. Soccin. Iunior. con-*
» *ſil. 72. numer. 35. ante finem, & numer. 47. volum. 1.*
» cum citatis per dict. Nicolaum Angelum, & dixe-
» runt Domini in illa Bononien. de Borgninis XII.
» Iunij M. D. LXXIII. coram Reuerend. P. Do-
» mino meo Decano, & ſuadetur ratione, quia te-
» ſtator in dubio ſolum cenſetur diſponere de rebus
» ſuis *Aymon. conſil. 15. num. 19.* Sed bona emphy-
» theotica non dicuntur ſua, niſi in vita, cum poſt
» eius mortem ad alium omnino tranſire debeant,
» id circo diſpoſitio, quę loquitur de ſuis bonis non
» eſt trahenda ad hec bona, quæ ſua non erant du-
» ratura *Corn. conſil 165. numer. 21. lib. 2. Aymon.*
» *conſil. 19. numer. 13. & conſil. 144. numer. 8.* & fuit
» dictum coram Reuerend. P. Domino Pamphilio
» in illa Bononien. Vſus fructus XI. Decembris
» M. D. LXXXIX.

» Nec obſtat deciſio in Romana Hoſpitij Mon-
» tis Iordani cum alijs citatis; quia ibi non ageba-
» tur de præiudicio alicuius comprehenſi in inue-
» ſtitura, nec obſtat, quod Diana non poſſit plus

petere de bonis Teſtatoris vt ſupra dictum eſt, & firmat *Bartol. in §. ſi liberi, Aymon, vbi proxime, &c.*

Quando vero quis eſt vocatus non ſimpliciter,
16 ſed in defectum nominationis, puta ſi dictum fuerit nomine per acquirentem nominato ſuccedat Thomas, tunc huiuſmodi conditionaliter nominatus non excluditur per inſtitutionem generalem, ſed nominatio fieri debet in ſpecie Rota in Romana domus XII. Iunij M. D. LXXXIX. coram Bubalo.

Domini reſpondendo ſtricte ad dubium circumſcripto eius effectu concluſerunt, domum de qua agitur non venire in generali inſtitutione hæredis, ſed requirere ſpecialem nominationem, cum enim Theodoricus de Palude in conceſſione ſibi facta in emphytheuſin ab Adminiſtratoribus Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Anima haberet facultatem nominandi vnum de natione Germanica, & qui ſi decederet nominatione non facta, intelligeretur nominatus Thomas eius Nepos, & aliàs Domin. Theodoricus facultatem nominandi non haberet, vtique facienda erat mentio ſpecifica, nec ſufficiebat inſtitutio generalis ad excluſionem illius, qui aliàs non ſequuta nominatione veniret, vt bene per *Corn. conſil. 165. numer. 21. lib. 2. Aretin. conſil. 53. poſt numer. 3. Verſic. ſed quamuis*, & faciunt notata per *Bartol. in leg. vt ius iurandum. §. ſi libere numer. 6. verſic. præterea poſſit, ff. de oper. libert.* Et fuit reſolutum coram Reuer. P. Domino Seraphino de anno M. D. LXXI. in vna Bononien. de Bologninis. Nec huic concluſioni refragatur deciſio aliàs facta coram Reuerend. Pat. Domino Brauo in illa Romana Domus in Monte Iordanno de Anno M. D. LXXIX. quia illa reſolutio procedit quando ſumus in ſimplici facultate nominandi, non autem quando, non facta nominatione alius cenſetur nominatus, & ita in dicta deciſione reſpondetur ad dictum conſil. Cornei 165. & ſic illa deciſio potius comprobat hanc reſolutionem. An autem ex hoc dicta domus veniat imputanda in falcidiam erit particulariter videndum.

17. Et ſubſtinetur huiuſmodi nominatio quandocumq; fiat etiam in teſtamento nullo, & reuocato vt in Rom. domus XVII. Octob. M. D. LXXXVI. coram Blanchetto.

Domini inclinarunt in eam ſententiam, quod Fortunatus noluerit nominare Antonium in ſecundo eius Teſtamento ad domum de qua agitur, licet enim hæres vniuerſaliter inſtitutus poſſit dici ſe nominatum, vbi defunctus facultatem nominandi habebat, vt fuit reſolutum in illa Romana hoſpitij coram Reuerend. P. Domino meo Brauo, intelligitur tamen quando eſt capax rei ad quam defunctus nominare poterat, quia tunc habet voluntatem defuncti pro ſe, cum autem Amatoria ratione illegitimitatis eſſet incapax, non præſumitur Fortunatum voluiſſe facere actum nullum, cuius validitas à voluntate Eccleſiæ pendebat, præcipue, cum præcedat nominatio perſonæ capacis, & pro hac placuit ſimile, quod generali diſpoſitione non veniat feudum *cap. 1. in §. generalis ſi de feud. fuer. contr.* ſi de feudis diſponi non poterat, ſecus ſi diſpoſitio erat permiſſa *Curt. Iunior. conſ. 26. nu. 5. Aym. conſ. 326. num. 5.* cum alijs alleg. per Arrigonium.

Accedit illa coniectura, quæ deſumitur ex ſubſtitutione facta Amatoriæ, cuius virtute non præſumitur Hoſpitale nominatum, cum non poſſit nominare, ex quibus non eſt præſumendum Fortunatum voluiſſe auferre ius validum alteri collatum, & transferre inutiliter in ſororem, & Hoſpitale An autem ex ſecundo teſtamento ſit reuocata nominatio gentili facta, licet regula ſit, quod per ſecundum teſtamentum primum reuocetur, cum illa nominatio ſit actus, qui poteſt fieri in vltima voluntate etiam nulla, vt aſſignatio liberti *leg. aſſignare ff. de aſſign. lib.* quamuis corruat teſtamentum; non tamen corruit ipſa nominatio, & pro hac opinione facit prima conſultatio Curtij in ſuis Conſultationibus, &c.

Et non ſolum in defectum generationis ſolet ſtipulari nominatio, ſed tot nominationes quot
18 generationes, puta ſi acquirens celebs viuat, aut aliàs filios non habeat, neque habere ſperat; & tunc reſcribitur cum huiuſmodi decreto. *Et attento, quod orator prole caret, & domum præſcriptam reſtaurare intendit ad tertiam nominationem tantum ad vitam ſcilicet ipſius Oratoris, & perſonæ per eum nominandæ, & demum alterius perſonæ, quã ipſa perſona ſic nominata duxerit nominandam nec vltra, itavt etiam ſi vtraque vel alterutrer perſonarum nominandarum filios procreauerint ad eos minime tranſeat domus huiuſmodi, ſed mortuis ipſis perſonis ſicut præſcribitur nominatis, vel aliàs finita emphytheuſi, domus præſcripta cum omnibus melioramentis in ea factis dictæ Capellæ libere cedant.* Hoc decretum pleniſſimum eſt & nullum aliud melius explicat voluntatem concedentis, neque relinquit locum dubio à quo incipiat, & in quem terminet generatio de quo mox agemus.

Dicta petia terræ cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, necnon quibuſuis melioramentis deſuper pro tempore quomodolibet factis ad dictam menſam pleno iure reuertantur, illique liberè cedant abſque eo quod renouatio locationis huiuſmodi ab aliquo, quo vis prætextu, vel ex quauis cauſa peti, vel prætendi poſſit.

Poſtrema huius decreti verba vidi aliàs diuerſimode concipi videlicet *abſque eo quod alij deſcendentes hæredes, ſucceſſores, Conſanguinei, vel affines aut alij quicumque, &c.* & fortaſſis non male,
19 quia ſtatuto, vel conſuetudine poteſt inductum eſſe, quod conſanguinei, vt à petitione renouationis excludantur, indigeant ſpeciali excluſionis nota *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 2. numer. 44. in fine Renat. Copin. de leg. Andin. lib. 3. tit. 5. nu. 22.* & hoc iure vtitur Ferraria ex priuilegio Bonifatij
20 Noni confirmato per Clement. VIII. in quacumque emphytheuſi, & modo etiam Ducatus Vrbini beneficio Vrbani VIII.

Bona cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, nec non quibuſcumque melioramentis deſuper pro tempore factis ad dictum, &c. pleno iure, ac omnino libere reuertantur illique cedant abſque eo

quod

quod alij deſcendentes, vel conſanguinei renouationem petere poſſint.

Hanc clauſulam in §. præcedenti in parte explicauimus, reſeruauimus tamen ibi non nulla hic 21 dicenda; & primo quod ob melioramentorum, cum re ipſa ad Eccleſiam reuerſionem, præcipuè, conceditur locatio emphytheutica, quia ex ea principaliter reſultat Eccleſiæ vtilitas Rota in Romana locationis domorum 14. Aprilis 1614. coram Cardinale Veroſpio, & reuerſio huiuſmodi competit Eccleſiæ ipſo iure *§. emphytheuſis* cum ibi notat *Authent. de non alien. rebus Eccleſ. Caſtr. conſil. 68. num. 1 lib. 2 Bero conſil. 102. num. 24 lib. primo Rim. conſ. 124. num. 18. lib. 2. Clar. in §. emphytheuſis* 22 *q. 42.* & quidem pleno iure, hoc eſt ſine vlla reſer-23 uatione alicuius iuris in re conductori Rot. in Foroliuien. Parochialis 15. Maij 1626. coram Buratto, & libere, hoc eſt ſine vlla diminutione *Tiraqu.* 24 *in leg. ſi vnquam in verbo reuertatur nu. 134. & 135 C. de reuoc. donat.* cum alijs multis adductis per *Arſoic. de emph. q. 75. nu. 5.*

Quòd aut diximus ſupra, rem emphytheuticam comprehendi in generali Inſtitutione, adeo verum eſt, vt hæres non teneatur durante tempore locationis petere nouam inueſtituram *Salicet. in leg. ſi num. 11. verſic. aut v'tra Cod. de iur. emphyt. Socc. iun. conſ. 7. num. 27. verſ. neq; iuris hæreditarij lib. 3.* debet tamen accipere poſſeſſionem etiam ſi adeſſet ſtatutum, quod poſſeſſio defuncti cenſeatur continuata in hæredem, quia ſtatutum huiuſmodi non habet locum in bonis emphytheuticis, vt dixit Rota in Romana Vineæ 13. Martij 1606. coram Penia.

„ Vita functo &c. Secundò fuit conſideratum huiuſmodi ſtatuta continuantia poſſeſſionem bonorum à defunctis poſſeſſorum in eorum hæredes non habere locum in bonis emphytheuticis, quæ cum ab Emphyteutis naturaliter tantum poſſideantur remanente poſſeſſione ciuili penes Dominum directum *leg. 3. §. ex contrario* cum ibi notat *ff. de acqu. poſſ.* non poteſt comprehendi ſub 26 hoc ſtatuto, per quod poſſeſſio tantum ciuilis transfertur *Rub. Alexandr. conſ. 122. num. 3. Cuman. conſ. 173. in fi.* & ſic etiam Rota cenſuit de ciuili ſtatuto Ferratien. in cauſa Imolen. bonorum 10. Aprilis 1594. coram Cardin. Pamphilio, & de ſimili ſtatuto Mediolanenſi in cauſa Mediolanen. bonorum 28. Martij 1594. coram Card. Millino verſ. non obſtat ſtatutum Mediolanenſe.

His ita expoſitis quinque quæſtiones circa ſubiectam materiam particulari diſputatione elucidantur. Prima, à quo incipiat, & in quem terminetur locatio facta alicui ad tertium gradum, ſiue ad tertiam generationem. Secunda, an locatione finita, dominus directus poſſit propria auctoritate ingredi poſſeſſionem rei locatæ. Tertia, an, & quando competat renouatio in locatione rei Eccleſiæ. Quarta, an, & quando in alienatione rei Eccleſiaſticæ ſit debitum laudemium. Quinta, an, & quando ob non ſolutionem canonum inducatur caducitas.

QVÆSTIO XIX.

Emphytheuſis conceſſa ad tertiam generationem à qua perſona incipiat.

IN hac quæſtione aliqui diſtinguunt exiſtimantes deciſionem illius pendere ex modo concipiendi conceſſionem videlicet ſi dictum fuerit ad tertiam 27 generationem, hoc caſu comprehendi tantum acquirentem, filium, & nepotem; ſi verò dicatur in tertiam generationem, tunc comprehendi etiam pronepotem, & generationem incipere à filio acquirentis. Sed hæc diſtinctio eſt friuola, & vt mox videbimus doctores paſſim confundunt iſtas duas propoſitiones, nec ex ijs aliquam ſtatuunt differentiam. Altera diſtinctio eſt Bartoli relata per *Bald. in auth. ſi quas ruinas num. 4. Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* nempe quod Emphytheuſis conceſſa ad tertiam generationem ſimpliciter comprehendat 28 tantum tres vitas, ſi additum ſit pronomen eius, tunc inueſtituram comprehendi quatuor vitas. Tertia diſtinctio eſt Rotæ apud *Verall. deciſ. 28. p. 2. & deciſ. 305. numer. 2. parte prima recentiorum* quod videlicet ſi additum ſit verbum completam, ſiue finitam, comprehendi quatuor vitas, ſecus 29 ſi ſimpliciter ſit dictum ad tertiam generationem; hanc poſtremam diſtinctionem ſequuta eſt Rota in Aſſiſien. Emphytheuſis XIII. Nouembris M. D. XCVIII. coram Gypſio alteram in alia Aſſiſien. Emphytheuſis XXVII. Iun. M. DC. XXIX. coram Merlino, nos vtramque apponemus ad extenſum, vt melius poſſint percipi fundamenta, quibus nituntur.

„ Prior deciſio. Canonici Eccleſiæ Sancti Saluatoris in Lauro de Vrbe Anno M. CCCC. XC. conceſſerunt in emphytheuſim bona, de quibus agitur cuidam Leonello in tertiam generationem finitam in lineam maſculinam dumtaxat, dubitaui, an prima generatio incipiat à Leonello primo acquirente, vel potius à perſona deſcendentis ad effectum, vt pronepotes dicti Leonelli cenſeantur vel ne comprehenſi in dicta inueſtitura? Domini vtraque parte informante reſoluerunt primam generationem incipere à filijs Leonelli, & conſequenter in illa comprehendi pronepotes, ratio deciſionis fuit, quia cum primus acquirens ſit cauſa, & origo generationis, non poteſt in ipſa prima generatione connumerari, vt per multa exempla declarat *Baldus conſil. 483. lib. 3. & conſil. 375 lib. primo, Cald. de locat. conſil. 9.* præſertim ſtante illa dictione, finita, *Alexand. conſil. 110. numer. 2. lib. 3. & conſil. 123. lib. 5. & Soccin. conſil. 25. num. 4. lib. primo, Gozad. conſil. 25. num. 4. & num. 17. Rum. conſil. 366. numer. 26. lib. primo. Decius conſil. 624. in princip. Gabriel. de Iur. emphytheut. concluſ. 4. numer. 5. Clar. in §. Emphytheuſis quæſt. 54. verſic. ſed certe,* vbi dicit hanc eſſe magis communem, & ſecuta fuit Rota apud bon. memor. Oradinum in vna Romana Domus, & in alia Farſen. Caprolæ coram Reuerend. P. Domino meo Penia 2. Maij 1592.

1592. vt patet ex eorum copijs, quæ circumferuntur, & ſic apparet non eſſe in iudicando tenendam opinionem *Specul. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua quæſt.* 155. *num.* 183. *Caſtr. conſil.* 326. *numer. primo lib.* 2. & aliorum executio citatorum completam, & finitam in idem tendit, quo verbo ſtante non eſt ingredi quæſt. *Bartol.* ſuper dictione generatione ipſius, &c. de quibus vide *Alex. conſil.* 125. *& Caſtr. loc. citato*. Non obſtan. *deciſ. Verall.* 28. *par.* 2. quia ibi non aderat verbum finitum & bene illi reſpondetur in deciſione Villa Caprolæ quicquid pro parte aduerſa dicatur &c.

Hæc deciſio generaliter firmat recipientem non eſſe generationem, deinde ſubdit hoc maxime procedere propter adiectionem verbi finitam, vnde contingit dubitari, vtrum ſi Inueſtitura non habuiſſet verbum finitum, nihilominus Rota tenuiſſet opinionem generaliter in principio deciſionis firmatam, ſane Bald. & Cald. allegati indiſtinctè tenent abſque verbo finitam, ſiue alio illi æquiualente inueſtituram ad tertiam generationem comprehendere pronepotes, & fundamentum huius opinionis eſt ratio illa, quod primus acquirens non eſt generatus, ſed generans, tam procedit in caſu, quo dictum eſt ad tertiam generationem, ſiue ad tertiam generationem completam ſiue finitam, quia adiectio illius verbi non facit generantem eſſe generatum.

Rurſus verbum finitum, ſiue completum, non ſuper addit generationem ſed tantum reſpicit principium, ſiue finem generationis expreſsè comprehenſæ.

Nihilominus dicen. eſt verbum finitam, ſiue completam ponere caſum extra controuerſiam; nam ſi dicatur tantummodo ad tertiam generationem poteſt intelligi, vt præpoſitio illa ſtet excluſiuè, quia aliquando excludit ad notat. per Al-

30 ber. in Dictionario, & tunc operabitur dictio finitam, ſiue completam, quia ſi completa eſſe debet non poterit dici eam ſtare excluſiue, & vera erit fundamentalis ratio, quod generans non erit generatus, quia conceſſio comprehendet ſolummodo ipſorum acquirentem deinde duas alias generationes, tertia per dictionem ad denotantem terminum ad quem excluſa, quicquid dicat *Honded. conſil.* 31. *numer.* 40. *& numer.* 41. *lib.* 2.

Videamus modo quid operetur dictio generica *eius* ad tertiam eius generationem, de qua late in ſupraſcripta. Aſſiſien. Emphytheuſis coram Merlino huius tenor eſt.

Vſque de Anno M.CCCC.XC. Reuerendi Patres Sancti Saluatoris in Lauro conceſſerunt in Emphytheuſin bona de quibus agitur Antonio ſtipulanti pro ſe, & filijs, & nepotibus maſculis, & fratribus carnalibus, & eorum filijs, ac nepotibus maſculis in tertiam generationem, & de Anno M. D. XXXI. ijdem Patres confirmarunt eandem emphytheuſin Barnabeo, & Feliciano, ac eorum Fratribus, & ibi dicitur, quod conductores eorumque ſucceſſores vſque in tertiam generationem maſculinam tenerentur ſeruare quædam pactà, & conuentiones, Modo quæſtio eſt, an huiuſmodi conceſſionibus comprehendantur Petrus Antonius, & Fratres, qui ſunt pronepotes Feliciani, ſuper qua extra Rotam hodie propoſui dubium & DD. dixerunt pronepotes non comprehendi, niſi ſuffragetur conſuetudo de qua alterius videndum erit. Vera enim, & communiter recepta eſt diſtinctio Bartoli relata per *Baldus in authent. ſi quas ruinas numer.* 4. *Cod. de Sacroſanct. Eccleſ.* quod vbi feudum, vel emphytheuſis conceditur alicui vſque ad tertiam generationem vnaqueque perſona dicitur conſtituere vnam generationem ita vt veniant ſolummodo recipiens filius, & nepos, ſecus autem ſi addatur ad eius, vel ad ipſius generationem, quaſi quod tunc diſtinguatur generatio à generante, cum nemo poſſit ſe ipſum generare, & hoc ſecundo caſu veniunt recipiens filius nepos, & pronepos, quam diſtinctionem ſequitur *Iaſon in leg.* 2. *numer.* 166. *Cod. de iur. emphytheuſ. Alexand. in leg. quod dicitur* 130. *numer.* 25. *verſic. item puto de verb. obligat. Bellon. ſenior. qui de communi conſil.* 80. *numer.* 7. *Cephal. conſil* 582. *num.* 24. *Gabr. conſ.* 90. *in princ. lib primo, Menoch. conſ.* 115. *numer.* 28. *& conſ.* 883. *num.* 2. *&* 1066. *numer.* 10. *Honded. conſ.* 54. *numer.* 12 *lib. primo, & conſil.* 30. *numer.* 38. *lib.* 2. *Modern. Bononien. variar. reſolutio. lib.* 2. *cap.* 52. *num. primo, Simon de Prei. conſil.* 88. *per tot. Hieronym. Papon conſil* 86. *&* 87. *per tot. Rauden. deciſ. Piſan.* 42. *numer.* 48. *parte prima*, & ita tenuit *Rota apud Verallum deciſ.* 18. *par.* 2. & in Farfen. Villæ Caprolæ XX. Martij M.D.XCII. coram Penia, & in Bononien. bonorum XVIII. Martij M. DC. XI. coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano quæ eſt *deciſ.* 305. *numer. primo parte prima recentior*. Ratio differentiæ aſſignari poteſt, quia quando ſimpliciter dicitur ad tertiam generationem dominus directus conſiderat generationes in abſtracto, & abſolutè, non autem reſpectiuè, & tanquam generationes alicuius certæ perſonæ, & ideo tot terminos, & gradus conſtituit in conceſſione, quot ſunt perſonæ, & ſic in tertia perſona terminatur conceſſio, veluti in tertia generatione, quoties vero apponit dictionem eius, vel ipſius, tunc in concreto, & reſpectiue conſiderat generationes tanquam prouenientes à primo receptore, & tunc bene intrat diſtinctio inter generantem, ſeu caſum generationis, & ipſam generationem, & hoc caſu debent dari tres ſucceſſiui ſucceſſores pronenientes à receptore, & ab eo diſtincti, & conſequenter ad eam conſtituendam comprehenduntur pronepotes, vt bene *Papon. in dicto conſil.* 86. *numer.* 14. *& ſequentibus*, & eſt deciſio Collegij Piſani. Nec obſtat, quod aliqui contrarium tenuerint prout *Roſent. de feud. cap.* 7. *concluſ.* 13. *numer.* 6. *& in Scolijs littera H*, *Mantic. de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 25 *numer.* 25. *& ſeqq.* qui dixerunt etiam in conceſſione facta alicui vſque in tertiam generationem comprehendi pronepotes, quia contra eos ſtat communis opinio, quam pluries Rota amplexa fuit; minus obſtant deciſiones in contrarium allegatæ, quia *deciſ.* 218. *par.* 4. *diuerſ.* loquitur vbi additur verbum finitam, qua dictione ceſſante ibi potius inclinabat Rota in aprobationem opinionis Bartoli

„ toli, vt bene in dicta Fatſen., vbi diſtinguuntur
„ caſus *deciſ. vero Seraph. 1362. & Sanct. Memor. Gre-*
„ *gor. XV. deciſ. 522.* quæ in eadem cauſa emanarunt
„ loquuntur quando adeſt pronomen, ipſius, & in di-
„ cta *deciſ. 522.* admittitur præallegata *deciſ. Verall.*
„ *18. par. 2.* Quæ certiora redduntur in præſenti
„ caſu ex duobus. Primò quia verſamur in Emphy-
„ theuſi Eccleſiaſtica, quæ regulariter non concedi-
„ tur, niſi pro filijs, & nepotibus, *§.* emphytheuſis
„ autem de non alienan. & permut. *Simon. de Prat.*
„ *dicto conſil. 88. numer. 3. & ſequentibus, Papon. dicto*
„ *conſil. 86. numer. 3.* & ideo ſtante dubietate, præ-
„ ſumen. eſt Eccleſiam inueſtientem ſe conformaſſe
„ cum diſpoſitione iuris communis, vt per *Menoch.*
„ *dicto conſil. 883. numer. 3. & numer. 4.* Et quamnis
„ in *§. licentia Authent. de alienat. & emphyth.* dica-
„ tur emphytheuſim Eccleſiaſticam poſſe concedi
„ etiam in perpetuum, & hinc apparet diſpoſitio-
„ nem dicti §. emphytheuſin fuiſſe correctam, vt
„ conſiderat *Angel. in dicto §. licentia, & dicto em*
„ *phytheuſim, & Menoch. dicto conſil. 1066. num. primo*
„ quoniam diſpoſitio dicti *§.* licentia, locum obtine-
„ ret, ſi expreſsè conceſſa fuiſſet emphytheuſis in
„ perpetuum, vel vſque in pro nepote incluſiuè, quo
„ caſu non poſſet dubitari de voluntate conceden-
„ tis, quia facultas in dicto *§.* licentia vere concedi-
„ tur, ſed in caſu noſtro dubium eſt, an dominus di-
„ rectus voluerit extendere conceſſionem ad pro-
„ nepotes, & ideo cenſetur potius voluiſſe ſe con-
„ formare cum dicto *§.* emphytheuſin, tanquam
„ magis vtili, & proficuo Eccleſiæ, & circa hoc non
„ videtur correctus per dict. tex. in §. ſi licentia, in
„ correctorijs enim facienda eſt ſtricta interpreta-
„ tio, vt minus cenſeatur correctum *cap. conſtitutio*
„ *vbi gloſ. in verbo immutata de elect. in 6. bene Decian.*
„ *conſil. 16. num. 36. lib. primo, Cephal. conſil. 55. num.*
„ *4.* & in his terminis *Pappon. dicto conſil. 86. num. 5.*
„ Secundò, & ex hoc Dominis videbatur ſublata
„ omnis difficultas, quia ſimpliciter non fuit conceſ-
„ ſa facultas emphytheuſis Antonio vſque in ter-
„ tiam generationem, ſed expræſſim fuerunt nomi-
„ natæ aliæ perſonæ ſub his verbis nempe pro ipſo
„ filijs, & nepotibus vſque in tertiam generatio-
„ nèm, quæ verba ſtant demonſtratiue, non autem
„ augent diſpoſitionem antecedentem, vt egregiè
„ poſt *Caſtr. conſil. 338. numer. 2. lib. 2.* qui in hoc di-
„ cto non reprobatur, imo eum ſequitur *Cephal. con-*
„ *ſil. 582. numer. 13. Honded. dicto conſil. 32. num. 38.*
„ *& numer. 41. lib. 2. Modern. Bononien. variarum re-*
„ *ſolut. dicto cap. 53. numer. 2. lib. 2.* vbi addit, quod
„ hoc caſu res caret dubitatione, & in his terminis
„ idem dixit Rota in Peruſina emphyth. XX. Martij
„ M. DC. XXVIII. coram Reuerend. Pat. Do-
„ mino meo Dunozetto, & nè verba in tertiam ge-
„ nerationem contrarientur antecedentibus debent
„ exponi ſcilicet pro dictis recipiente, eius filijs, &
„ nepotibus, & ſi Prælatus voluiſſet compræhendere
„ etiam pronepotes, facile fuiſſet nominare prone-
„ potes, quemadmodum nominauit filios, & ne-
„ potes. Nec tunc opus fuiſſet ponere verba vſque
„ in tertiam generationem, vel poſt nepotes addi-
„ diſſet dictionem, &, dicendo, & vſque in tertiam
„ generationem, tunc enim dictio, & ſtetiſſet augu-
„ mentatiue, vt perpendit *Caſtr. dicto conſil. 338. nu-*
„ *mer. 2. lib. 2.* Nec obſtat conceſſionem iſtius em-
„ phytheuſim fuiſſe confirmationem alterius prius
„ factæ Antonio per hæc verba, locarunt, vt in alijs
„ Inſtrumentis Antonio Ioanni alias de Termino
„ eorumque filijs, & nepotibus maſculis in tertiam
„ generationem, & ideo cum iſta conceſſio habeat
„ relationem ad alia inſtrumenta; & in quibus con-
„ ceſſiones fiunt ad tertiam generationem finitam,
„ quo caſu comprehenduntur pronepotes quem-
„ admodum hac ratiocinatione vſa eſt Rota in
„ dicta Bononien. coram Reuerendiſſimo Do-
„ mino meo Decano. Quia in caſu præſenti verba,
„ vt in alijs Inſtrumentis Domini putarunt referen-
„ da eſſe ad emphytheuſim, non autem ad perſonas
„ expræſſas in ipſa, quia verba locarunt, vt in alijs
„ Inſtrumentis adhærent ipſi locationi immediate,
„ non autem perſonis, nec Inſtrumentum dicit lo-
„ carunt pro ſe filijs, & nepotibus, vt in alijs Inſtru-
„ mentis; & ita vtraque parte informante.

Hactenus prolixa deciſio in qua examinandum primo quod dicit particulam, eius, generationi ſuper additam denotare tertiam generationem extendi ad pronepotem, vt etiam firmat *deciſ. 305. numer. 2. par. prima recentior.* vbi plures cumulantur Doctores repetiti in hac deciſione, Verum pronomen, eius non videtur cauſare differentiam, vt hoc caſu primus acquirens non ſit generans, & generatus potius quam ſi dictum fuiſſet ſimpliciter ad tertiam generationem abſque pronomine, eius, quod neceſſario debet referri ad acquirentem, vnde ſi illud abſit, ſiue adſit parum refert, quia expreſſum non poteſt referri niſi ad recipientem non expræſſum debet ſub intelligi. quia cum dicatur ad tertiam generationem Antonij vti recipientis clarum eſt hoc intelligi debere de generatione Antonij, non autem Petri, vel Pauli, vel alterius, qui eſt extra contractum.

Hanc obiectionem ſibi facit *Mantic. de tacit. lib. 22. titul. 25. numer. 17.* eamque non ſoluit, ſed tanti facit, quod cum *Claro in §. emphytheuſis quæſt. 34.* exiſtimet veriorem, & fortaſſis magis communem opinionem, quæ affirmat, quod inter generationes expreſſas in conceſſione Emphytheuſis nunquam computatur perſona recipientis quocumque modo concipiatur, cui ſententiæ ego ſubſcribo, & quod pronomen, eius, in nihilo conceſſionem diuerſificet, ſimiliter non admitto rationem deciſionis quod quando dicitur ſimpliciter ad tertiam generationem, tunc Dominum directum conſiderari generationes in abſtracto, non autem tanquam generationes alicuius certæ perſonæ, quia ratio diuerſitatis huiuſmodi nullo iure, ſiue auctoritate probatur immo in rei veritate non videtur ſubſiſtere, nam cum dicitur ad generationem tertiam Antonij, implicat, quod concedens conſideret generationem in abſtracto, cum illa terminetur in Antonio.

Longè magis videtur ſubſiſtere altera deciſionis ratio, qua dicitur concedentem voluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione §. emphytheuſim de non alien. & permut. in qua dicitur quod regulariter conceſſio emphytheutica Eccleſiæ non ſe ex-

tendit

tendit vltra nepotes, ex qua arguo, quod licet ve-
rum ſit indiſtinctè, generantem differre à generato
eamque eſſe extra, generationem, & illius princi-
pium quemadmodum vnitas non eſt numerus, ſed
principium numeri; habito tamen reſpectu ad
conſuetudinem Eccleſiæ, quæ eſt vt emphytheuſis
detur acquirenti filio, & nepoti, nec vltra exten-
datur iuxta d. §. emphytheuſim, conceſſio facta ad
tertiam generationem pronepotem non compræ-
hendat, non ideo, quod concedens conſideret ge-
nerationes in abſtracto, & idem efficiatur gene-
rans, & generatus, ſed quod dictio ad ſiue, in, ſtet
excluſiuè vt ſupra dixi attenta diſpoſitione dicti
§. *emphytheuſim*.

Huic interpretationi non obſtat §. *licentia auth.
de alienat. & emphyth.* in qua permittitur Eccleſiæ
conceſſio emphytheutica in perpetuum, & ſic vi-
detur corrigere aſſiſtentia illa Iuris communis
ſumpta ex dicto §. *Emphytheuſin*, Nam omiſſa pro-
lixa reſponſione deciſionis, quæ cum *Angelo*, &
Menochio admittit diſpoſitionem dicti §. *emphy-
theuſim* fuiſſe correctam per dict. §. *licentia*, breui-
32 ter reſponderi poteſt, quod duo iura prædicta non
habent ſe ad inuicem tanquam corrigens, & cor-
rectum ſed ſingula diſponant in ſuis caſibus §. li-
centia tribuat licentiam concedendi in emphy-
theuſin perpetuam §. emphytheuſim diſponat in
caſu, quo conceſſio perpetua non eſt, & hoc caſu
regulariter non extendi vltra nepotes.

Sit igitur concluſio, conceſſio emphytheutica
33 facta per Eccleſiam ad tertiam generationem
non excedit nepotes, eo quod attenta diſpoſitio-
ne Iuris communis præpoſitio, ad, ſtet excluſiuè,
dixi facta per Eccleſiam, nam emphytheuſis con-
ceſſa à priuato, quæ non habet hanc iuris aſſiſten-
34 tiam ex qua reſultet, quod præpoſitio ad ſtet ex-
cluſiuè extendet ſe ad pronepotes iuxta Doctri-
nam *Roſental. & Mantic. in deciſ. allegat.*, quia
generatio non incipit à perſona recipientis quem-
admodum nec prohibitio a perſona prohibentis
iuxta *auth. de reſtit. fideic.* & ponderat *Peregr. de fi-
deicom art.* 30. *nu.* 12.

35 Obiter notandum, in calce deciſionis obiectum
eſt, quod licet in inueſtitura de qua ibi agebatur
non legatur conceſſio ad tertiam generationem
finitam, dicitur tamen locarunt, vt in alijs Inſtru-
mentis Antonio, & Ioanni, eorumque filijs, &
nepotibus, &c. in alia autem locatione legitur
conceſſionem factam ad generationem finitam,
vnde cum ſecunda referat ſe ad primam, verbum
finitam, in ſecunda fuiſſe repetitum; huic obiecto
reſpondet deciſio, quod verba illa in alijs Inſtru-
mentis, &c. referri debeant ad emphytheuſim,
non autem ad perſonas, ea ratione, quod verba
prædicta connexa ſint, & adhæreant locationi,
non autem perſonis. Quæ ratio vt non ſubſiſtit,
ita nullam pro ſe habet auctoritatem. Quamvis
36 enim aliquando relatio fiat ad proximiora tan-
tum, vt *leg. ſi idem cum eodem ff. de Iuriſdict. omn.
Iudic.* hoc tamen contingit, quando relatio ad
omnia fieri commode non poteſt, vt potè quod
diſpoſitio redderetur inutilis, vel abſurda *Rota
deciſ.* 319. *numer.* 10. *parte prima recentior.*, vel
certe quando inter proxima, & remota adeſt ra-
tio diuerſitatis *Rota deciſ.* 530. *numer.* 8. & *num.* 9.
eadem parte prima recentior. Nulla autem ratio di-
uerſitatis aſſignari poteſt, ob quam magis dicatur
relationem faciendam ad proxima, quam ad re-
mota, cum omnia contineantur ſub vnica con-
ſtructione verborum videlicet conceſſit Antonio,
& Ioanni, & eorum filijs, & nepotibus ad tertiam
generationem finitam, vbi ademptو vocabulo, fi-
nitam, remanet poſtrema dictio generationem,
quæ eſt connexa cum reliquis, & de per ſe non po-
teſt ſubſiſtere, vt dicta *deciſ.* 530. *num.* 6. & hæc eo
magis vera ſunt, quia ponamus ordinem elocu-
tionis ſubuerſam eſſe, prout ordine contrario con-
cipi potuit, & debuit, vt perſonæ vltimo loco pe-
riodi nominentur, eo caſu non dubium, quin re-
latio fieri debeat ad omnia; ergo, & iſto caſu in quo
idem eſt conceptus verborum, hinc patet deciſio-
nis interpretationem iniquam eſſe, cum recedat
37 nulla allata ratione, a concluſione generali, quod
videlicet fiat ad omnia præcedentia *Corſet. ſingul.
verbo relatio Aymon. de antiquit. temp. parte prima
numer.* 21. *verſic. quæritur etiam*, *Cephal. conſil.* 539.
num. 97. *lib.* 4. & ita in puncto dixit *Rota deciſ.* 305.
num. 3. quæ deducitur quidem in noſtra deciſione,
ſed illi non reſpondetur.

Sed alterum hic oritur dubium, an in renoua-
tione emphytheuſis ad tertiam generationem
conceſſio incipiat ab acquirente, vel eius filio
exempli cauſa Antonius recepit Emphytheuſin
ad tertiam generationem, nempe pro ſe filio, &
nepote; nepos deinde obtinuit prorogationem al-
terius conceſſionis ad aliam tertiam generatio-
nem ſimilem, quæritur inquam ſecunda conceſſio
tertiæ generationis à quo debeat incipere: an à po-
ſtrema perſona prioris conceſſionis, qui proroga-
tionem ad aliam tertiam generationem obtinuit
ita vt Ipſe conſtituat finem primæ conceſſionis, &
initium ſecundæ, vel potius ab eius filio? Et di-
38 cendum dubio procul, ſecundam conceſſionem
incipere à filio obtinentis renouationem, vel pro-
rogationem; nam cum in renouatione dicatur ad
aliam ſimilem, tertiam generationem, recipiens
non poteſt ſtatuere initium ſecundæ generationis,
quæ ſpectat ad primam, nam ſi ipſe eſſet finis præ-
cedentis, & initium ſubſequentis conceſſionis in
duabus tertijs generationibus non numerarentur,
niſi quinque capita, cum tamen debeant nume-
rari ſex capita, etiam in ſententia eorum, qui ſin-
gulas generationes ad ſingula capita referunt,
nam certum eſt, priorem conceſſionem ad minus
comprehendere tria capita; vnde ſi extenſio, ſiue
prorogatio conceditur ad aliam ſimilem genera-
tionem, neceſſe ſequitur, quod altera tertia ge-
neratio huiuſmodi habeat pariter alia tria capi-
39 ta, hoc enim importat dictio aliam *Clem. Abbates
de reſcr. c. Sedes Apoſtolica, eod. tit.*

Non obſtat ſi dicatur obtinentem renouari, ſi-
ue prorogari; eſſe primum acquirentem reſpectu
ſecundæ conceſſionis, & hunc conſiderari tan-
quam primum ſecundæ conceſſionis ad tertiam
generationem: Quia verum eſt, eundem fuiſſe
comprehenſum in prima inueſtitura, & ideo di-
ſtinguen-

ſtinguendum de primo acquirente, vel vt intelligatur de primo acquirente emphytheuſis, ante quem non fuerit alius, & hoc eſt contra, ſuppoſitum, vel intelligitur quod ſit auctor ſecundæ inueſtituræ, & hoc eſt verum non tamen in præiudicium primæ, quæ adhuc durabat, adeovt illo viuente, emphytheuſis in alium transferri non poterat, & ſi alteri inueſtitura facta fuiſſet, erat ſubintelligenda conditio poſtquam prima inueſtitura erit terminata *Roſental, de feud. cap. 4. concluſ. 9 per totam*, quamuis plerique Doctorum hoc negent, aſſerentes hoc eſſe ſupplantare ſucceſſorem, vt videbimus in ſequenti quæſtione in fine deciſionis
40 ibi dandæ; Nihilominus in vna nullius, ſiue Fanen. Caſtri Montis Veteli Dominus Antonius Certus Cam. Apoſtolicæ, & S. Conciſtorij Aduocatus Vir doctiſſimus contra tenuit opinionem, & Coram Sanctiſſimo Domino Noſtro obtinuit.

QVÆSTIO XX.

An, & quando ſit debita Emphytheuſis renouatio.

QVamuis in præcedenti §. vbi de renouatione agebamus, plura tradiderimus ſatientia ad præſentem Quæſtionem, non tamen exiſtimo Lectori ſatisfactum, & ideo tunc recepi hic propria quæſtione propoſita diſputare, receptum, vt poſſum exoluo.

41 Primo quidem *Rota deciſ. 1. par. 1. recentior.*
quatuor format concluſiones. Prima, in contractibus Emphytheuticis, etiam cum Eccleſia permittitur renouatio. Secunda, Emphytheuta, qui
reddit fundos ſteriles fructuoſos, non poteſt expel-
42 li. Tertia Prælatus non poteſt compelli ad renouandum emphytheuſim ſi velit retinere pro ſe mo-
43 do non ſit immemorabilis conſuetudo in con-
44 trarium. Quarta pactum de renouando, & illius neceſſitas in emphytheuſi inducitur ex immemorabili conſuetudine, & hoc poſtremo caſu renouatio ita quidem neceſſaria eſt, vt non requirat augumentum canonum ſecus ſi renouatio daretur emphytheutæ melioranti de quo in ſecunda concluſione, quia tunc deberet augeri canon, ſiue an-
45 nua reſponſio, vt in Nucerina prædij 3. Mart. 1614
coram Card. Sacrato.

Reſolutum fuit &c. Non obſtat renouatio facta prædicto Galuano, quæ adhuc prætenditur durare, quia reſpondetur illam locationem fuiſſe nullam, tanquam ſine ſolemnitatibus, & ſine vtilitate Eccleſiæ, quæ duo copulatiuè requiruntur in alienatione rerum Eccleſiæ, *cap. 1. & 2. de rebus Eccleſiæ non alienand. in 6. Clement. 1. eodem titul. c. ſine exceptione 12. quæſt. 2 Gloſſ. in cap. 1. in verbo redire, & ibi Abb. numer. 17. de reſtitut. in integrum Socein. conſil. 52. numer. 10. lib. 4. Dec. qui de communi, conſil. 142. numer. 4. Cuman. qui de veriori in communi, variar. reſolution. cap. 17. numer. 2. lib. 2.* Rota in cauſa Auerſana Tenimenti XXIV. Nouembris M. D. LXXXI, coram Cantuec. relat. inter *diuerſ. impreſſ. deciſ. 160. numer. 1. par. 2.* in Mediolanen. Sediminis III. Iulij M. D. XCV. coram bon. memor. Iuſto, & in Toletana Parietum IV. Junij M. DC. IV. coram Me. Defectus ſolemnitatis probatur eo ipſo, quod non oſtenditur illam fuiſſe ſeruatam. Inutilitas vero, quia renouatio fuit facta pro eodem Canone, qui ſoluebatur antiquis temporibus, cum tamen notum ſit pretia rerum ab antiquo tempore citra fuiſſe valde aucta, & etiam bona de quibus agitur fuerunt ab initio conceſſa tanquam ſterilia, & poſtea fuerunt effecta fructifera, & tanquam talia pro certa penſione ad tempus locata vt patet ex dictis pro parte Rectoris, vnde ſatis apparet de læſione, tum quia ſaltem debebat augeri canon in renouatione, *Cæſar. de Graſſ. deciſ. 4. numer. 12. de rebus Eccleſiæ non alienand.*, & prædicta comprobantur, quia renouatio eſt facta à Rectore ſuis conſanguineis, quo caſu materia eſt ſuſpectiſſima ex not. per ſcribentes in anthent. quibuſcumque *Cod. de Sacro Sanct. Eccleſiæ, Alciat. de præſumpt. regul. 1. præſumpt. 29. numer. 3. Cæſar. de Graſſ. dicta deciſ. 4. numer. 24. de rebus Eccleſiæ non alienand.*, Rota in cauſa Lucana bonorum relat. inter *diu. impreſſ. deciſ. 181. numer. 5.* & in Bononien. Sancti Apollinaris relat. in *deciſ. 720. numer. 1. par. prima.* Nec facit, quod ſolemnitates minime requirerentur, ſtante quod res erat ſolita locari ad not. in *cap. 2. de feud. Cora. conſil. 181. numer. 16 lib. 2. Clar. in §. emphytheuſis quæſt. 6. verſic. ſi vero*, Rota in cauſa Barchinonen. Capellaniæ coram Paleotto relat. inter *diu. impreſſ. deciſ. 622. numer. 10. lib. 3. par. 2.* Primum quia omnino non conſtat de vna locatione ſolemni, vel de duabus per ſpatium quadraginta annorum effectum ſortitis prout requiritur ad illum effectum iuxta communem, de qua per *Iaſon conſil. 115. lib. 2. Clar. in § feudum q. 13.* & vt fuit tentum in ſupra allegata Auuerſana Tenimenti XXIV. Nouembris M. D. LXXXI. coram Cantuccio relat. inter *diuerſ. impreſſ. deciſ. 160. par. 2.* in Zamoren. Caſtri XIV. Decembris M. D. XXIX. coram bon. memor. Cardinal. Seraphino, & in Vlixbonen. Prædij XXIV. Ianuarij M. DC. III. coram Reuerendiſſimo Domino Attrebaten. etenim allegatur vna tantum conceſſio de Anno M. D. XXIV., quæ non probatur niſi per enunciatiuas à perſonis intereſſe habentibus, vel ad illorum ſuggeſtionem, vbi non probant etiam in antiquis *Soccin. conſil. 194. numer. 9. verſic. præterea dica lib. 2. Acchill. deciſ. 8. de Iur. patr.* Rota in cauſa Cluſina beneficij XVIII. Decembris M. D. LXXXVII. coram bon. memor. Cardinal. Pamphilio, & in Brixien. Feudi XXIV. Martij M. D. XCI. coram eodem, & ſignanter non probat confirmatio Pauli Quarti, cum ſit in forma communi, vt apparet ex illis verbis, vbi ſicut ritè, & proindè geſta ſunt, quæ important formam communem *Abb. in cap. 1. numer. 6. de confirmat. vtil. vel inutil. Alexand. conſil. 1. numer 40. lib. 5.* Confirmatio autem in forma communi nihil de nouo tribuit cap. quia diuerſitatem, vbi latè ſcribentes de *conceſſ. præbend. Anchar. conſil. 389. numer. 6. Oldrad. conſil. 164. Dec. conſ. 142, num. 6.*

circa

circa finem, verſic. ſecus videtur, Franc. deciſ. 2 numer.32. nec ſuffragatur prætenſa obſeruantia plus quam triginta annorum quæ regulariter facit pręſumi ſolemnitatem Anchar. conſil.136. numer. 2. verſic.præterea, Alexand.conſil.79. numer.t4.lib.1. Dec.conſ.36.numer.8.verſ.quarto principaliter, Put. deciſ.363. numer.3. & numer.4. lib.2. quia prædictum tempus minime adeſt ſaltem ad effectum de quo agitur. Secundò etiam ceſſante defectu ſolemnitatis hoc non eſſet ſatis, quia nihilominus deficiet vtilitas copulatiue requiſita in alienatione rerum Eccleſiæ ex ſupra allegat. nec facit, quod hoc non habeat locum quando ille, qui petit renouationem eſt, provt in propoſito caſu de hæredibus illius, qui fecit meliorationes, quia tunc debet præferri etiam ſi maior penſio poſſet reperiri ab alio Rip. poſt Ioann. de Plat. in leg.1. numer.t4. de prim. credit. quia illa opinio eſt multum dubia, vt dixit Rota apud Cæſar. de Graſſ. dicta deciſ. 4. de rebus Eccleſ. non alienand. vnde Bartol. per eundem Rip. allegar. nihil ſupra hoc voluit affirmare, & merito quia emphytheuſis datur ad melioran. dicitur enim à quodam verbo græco, quod importat meliorare gloſſ. in leg.2. verb. vel pœna, Codic. de Iur. emphyth. ſpecul. tit. de emphyth. §. nunc aliqua, numer.2. Alexand.conſil.117.numer.12. in fin.lib.3. Natt. conſ. 49. numer. 7. qua ratione pro canone ſoluitur quid modicum reſpectu melioris rei datæ Fulgoſ. conſ.9.num.2. in fin. Iaſ. in leg.1. in princip. Cod. de iur. emphyth. Rnin. conſ.77. numer.7. lib. 1. Clar. in §. emphytheuſis quæſt. 1. verſic. aduerte: vnde ſi Eccleſia cogeretur quando reperit plus ab alijs dare pro minori canone hæredibus primo inueſtitorum, nullum ſentiret commodum ex melioramentis, quorum cauſa conceſſit emphytheuſim. Item cum Eccleſia eſt ſtipulata, quod melioramenta non reficiantur, vt modernis temporibus communiter fit, vt non eſt ſtipulatum. Primò caſu videtur, quod non teneatur concedere pro eodem canone, quia ſtipulatio ibi ſeruiret de vento. Secundò caſu, hæredibus per Eccleſiam reficiuntur melioramenta, vt per Cuman. conſ. 57. numer.5. Dec.conſ.5 t8. numer.2. & numer.3. Bero. quæſt. 19. per tot. Decian. conſ.29. numer. 5. lib.1. Clar. in §. emphytheuſis quæſt.45. Rota in cauſa Romana alienationis ſitus 2. Decembris proximi coram Me, & ſic non habent de quo doleant: vnde opinio Ripæ poteſt dici parum practicabilis: verum hoc miſſo, fuit dictum non conſtare de melioramentis factis, expenſis, & laboribus inueſtitorum, illa autem, quæ proceſſerunt à natura pro-vt procreatio arborum, & ſimilia non ſunt habenda in conſideratione, cum ſit attribuenda naturæ, & ſolo Eccleſiæ, quæ illas procreaſſent, non autem ipſis inueſtitis, vnde de iure talia melioramenta minimè reficiuntur hæredibus inueſtiti Bero. quæſt.96. numer.2. & 3. Cuman. conſ.15. numer. 13. lib.4. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 24. numer. 4. Cæſar. de Graſſ. deciſ.5. numer.7. de rebus Eccleſ. non alienand. Tertiò fuit dictum etiamſi res fuiſſet ſolita locari, adhuc non potuiſſe Rectorem durante linea primo Inueſtitorum facere nouam locationem, quia hoc eſt ſupplantare ſucceſſorem, cap. 1. §. moribus ſi de feud. defunct. fuer. controu. cap. vnic., & ibi Bald. in princip. & num.2. qui ſucceſſ. ten. cap. vnic. & ibi Præpoſ. num.1. verſ. ſi autem de Cler. qui inueſt. facit Dec. conſ. t44. num.2. Gabr. conſ.83. num. 42. lib.1.

46 Ex prædictis habemus quando renouatio ſit debita, & quando ſimpliciter, & quando cum augmento Canonis, quibus addemus tertium caſum, nempe quando Eccleſia finita locatione non vellet retinere rem pro ſe, de qua latè per Honded. conſil.51. numer.6. cum multis ſequentibus, lib. primo, quia tunc præfertur emphytheuta alteri Rota deciſ.549. numer.2. par.2. recentior. quo caſu non debet augeri canon, quia de natura prælationis, eſt
47 vt præferendus ſubintret cum iiſdem pactis, & conditionibus, quibus locatio fieret alieri leg. debet ff. de edilit. edict. late Tiraquell. de retract. lignag. §. t. gloſſ.18. numer.7. & numer.8. & §.29. gloſſ. 2. & de retract. conuent. §.6. gloſſ. 2. numer.2. & ſequ. Fab. de Monte in tractat. de empt. & vendit. q. 3. in princip. num 43. & eſt conforme Conſtitut. Pij V. ſuper forma creandi cenſus.

48 Renouatio autem quatenus adſit pactum de renouando non cenſetur facta, niſi fuerit legitimè petita, nempe ab eo, qui habet ius petendi videlicet à ſucceſſore, ſiue herede, nam tertius hanc renouationem petere non poteſt, vt me ſcribente firmauit Rota deciſ.215. numer. 2. & numer.3. & deciſ.290. num.10 parte t. recentior. tempus au-
49 tem in quo renouatio peti debet, annus eſt, Rota deciſ.305. numer.5. part.1. recentior. illud autem aduertendum renouationem non deberi emphytheutæ, qui rem emphytheuticam deteriorauit,
50 & ſe reddidit inhabilem dicta deciſ.305. numer.5. quemadmodum non debetur renouatio quando eſt finita ob culpam, ſeu debitum emphytheutæ, Honded. conſil.32. numer.15. lib.2. & generaliter, quando, & quibus competat ius petendi renouationem declarat Rota deciſ. 195. parte 2. diuerſ. per totam.

QVÆSTIO XXI.

An aperta Emphytheuſi per lineam finitam dominus directus propria auctoritate poſſit illam ingredi, & capere poſſeſſionem.

51 QVia decretum conceſſionis emphytheuticæ confirmationi appoſitum habet, quod finita generatione bona reuertantur ad Eccleſiam quod eſt de iure §. emphytheuſis cum ibi notat Auth. de non alien. rebus Eccleſiæ Caſtr conſil.68. num.1. lib.2. Bero. conſil.102. numer.24. lib.1. Rim. conſil.124. numer. 18. lib.2. Clar. in §. emphytheuſis quæſt.42. & quidem vt vidimus libere reuertantur, licet enim emphytheuta poſſit imponere ſeruitutem rei emphytheuticæ, non tamen in præiudicium Domini, Baldus, Salicet., & Paul. de Caſtr. in leg.3. Codic. de ſeruit. & aqua Iaſ. in leg. vltima num.118. Cod. de iur. emphyt.

emphyt. etiam ſi illi in inueſtitura fuiſſet data fa-
52 cultas libere diſponendi de re, quæ illi concedi-tur, quia intelligitur locatione emphytheutica durante, vt in Farſen. Saluiani dixit Rota coram Reuerendiſſimo Coccino Decano Lunæ 14. Iunij 1627. quæ maxime facit pro interpretatione materiæ de qua agimus, & ideò provt iacet apponenda.

Baldaſſar Mutius Dominus vtilis cuiuſdam poſſeſſionis ſiuè prædij Farſenſis in loco nuncupato Venera, quòd in emphytheuſim habet ab Eccleſia Farſen. de anno 1557. impoſuit annuum & perpetuum cenſum ſcutorum 10. ſuper dicto prædio emphytheutico illumque vendidit Torquato Clarello, & cum poſt modum huiuſmodi prædium per eiuſdem Baltaſſarris obitum fuiſſet deuolutum ad Abbatiam, quæ de illo Plinium de Bonioannis inueſtiuit hodie Andreas de Carolis tanquam ſucceſſor prædicti Clarelli creditoris cenſus agit Saluiano ad dictum prædium pro ſatisfactione fructuum dicti cenſus. Vnde quæritur, an bona Abbatiæ Farſen. redeant ad Eccleſiam libera, vel cum onere ſuo in caſu, vt ad effectum de quo agitur: effectus autem dubij eſt, quia ſi dicta bona reuertuntur libera ad Abbatiam, & ſine onere vtique in caſu deuolutionis expirauit hypothæca ea quæ fuerat ab eodem Baltaſſare conſtituta ſuper dicta poſſeſſione, ſiue prædio ad fauorem prædicti Clarelli, & ſic ſuper eadem poſſeſſione, aut prædio non poſſet competere ſaluianum, quòd ſine hypothæca nequit ſubſiſtere, in hoc articulo viſa per omnes Dominos ac maturè diſcuſſa cauſa nemine diſcrepante, fuit reſolutum affirmatiuam opinionem omninò eſſe tenen. videlicet bona Abbatiæ redire ad Eccleſiam libere, & ſine aliquo onere ea ratione, quia ſuppoſito directo dominio Abbatiæ in iſtis bonis, quæ illius ſunt emphytheutica, vt alias firmauit Rota in Farſen. bonorum 17. Aprilis 1606. coram bon. mem. Penia, quòd non controuertitur, veriſſima eſt concluſio, quòd bona emphytheutica in caſu deuolutionis redeunt ad dominum directum liberè, & ſine aliquo onere, cum reſoluto iure datoris reſoluatur etiam ius acceptoris, vt vulgatus eſt *text. in leg. Vectigali*, ibi Reſpondi (ſi vt præponeretur) vectigali non ſoluto iure Dominus vſus eſſet etiam pignoris ius euanuiſſe *ff. de pignor. Bald. ibidem num. 1. & 2. & ibidem Addent.* vbi loquuntur de Emphytheuſi Eccleſiaſtica. *Ang. ibid. n. 1. & in fi.* vbi quòd emphytheuta donec durat emphytheutica, ſi facit aliquod pactum cum Vaſſallis ruſticis non præiudicat verò Domino Emphytheuſi ad illum reuerſa, immò quòd reuertitur res ad Dominum provt erat ante *leg. 3. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. ſolu Bart. in leg. ſi res in princ. ff. eodem tit.* vbi quòd ſi ius debitoris obligati reſoluitur ex cauſa antecedente neceſſaria reſoluitur pignus, & id exemplificat quando res venditur, & apponitur pactum de redimendo quia ſi interim pignoretur, & emptor cogatur reuendere pignus reſoluitur vt in *dicta leg. ſi res, facit text. in cap. 1. §. rurſus de controu. Inueſt. Tiraquell.* latè plures cumulans de *retract. conuent. §. 3. gloſſ. 1. num. 13. & Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut. Canon. ampliat. 34. Cacheran. deciſ. Pedem. 156. num. 9. cum ſeqq. Seraphin. deciſ 798. num. 2. 3. & nu. 4. & 1290. numer. 13.* & fuit dictum coram Me in Cauſa Romana Saluiani 8. Februarij 1602. & idem de feudo notatur in *cap. Imperialem, §. præterea, & §. caldis, in verbo libere reuertatur*, vbi *DD. de prohibit. feud. alien per Feder.* & latiſſimè idem *Tiraquell. & Oſaſch. loc. ſuperiùs cit.* obligatio enim Vaſſalli intelligitur reſpectu vtilis dominij quòd habet, non autem directi quòd remanet penès Dominum *Bald. conſil. 9. num. 6. lib. 1. Ruin. conſil. 4. numer. 6. lib. 1. Socc. conſil. 99. numer. 1. Verſic. ſed fortius; lib. 1. Clar. in §. Emphytheuſis quæſt. 21. per tot. & in §. feudum quæſt. 37. Corbul. de cauſ. priuat. ob alienat., limitat. 33. numer. 4. & ſequentibus*, per iſtam enim obligationem non fit aliquod præiudicium Eccleſiæ. *Iaſon. in leg. final. numer. 107.* & ibidem, *Salicet. numer. 7. Cod. de Iur. emphyth.* & ideò ad hoc ne aliquod præiudicium Eccleſiæ inferatur, neceſſe eſt dicere, quòd illa obligatio, ſeù Vinculum tandiù durat, quamdiù durat ius emphytheutæ, adeò, vt finita locatione, & ſic reſoluto iure, obligantis, reſoluatur etiam hypotheca, vt tradit *Corbul. vbi ſupra numer. 3. Afflict. deciſ. 380. numer. 2.* & ibi *Adden. Clar. in §. Emphytheuſis dicta quæſt. 2.* & tenuit *Rota in Cauſa Papien. bonorum 17. Iunij 1602. coram bon. memor. Penia*. Et quamuis in contrarium dicatur, quòd in Caſu Noſtro receden. ab hac regula. Primò, quia in inueſtituris conceditur emphytheutæ libera facultas alienandi cum clauſula ad habendum, &c. Secundò, quia videtur conſtare de conſuetudine, quòd huiuſmodi bona poſſint libere alienari per emphytheutam, ex quibus infertur, quòd ideò ſit in poteſtate emphytheutæ quamcumque ſeruitutem, & onus etiam in perpetuum duraturum ſuper dictis bonis imponere, vt videtur ſenſiſſe Rota in dicta Cauſa Farſen. bonorum XIX. Decembris M. DC. XIV. coram bon. memor. Buratto, quæ eſt *Deciſio 642. numer. 8. parte prima in recentior.*, & apud *Statil. de Saluian. deciſ. 172.* Tamen fuit reſponſum dd. deciſiones male interpretari, cum illarum caſus non applicantur, nam deciſio bon. mem. Peniæ loquitur durante linea, & in præiudicium aliorum vocatorum, non autem Eccleſiæ, ibi enim vltimus de ſua linea alijs exiſtentibus de alijs lineis compræhenſis in inueſtitura alienauerit bona, & dubitabatur, an illa alienatio ſubſtineretur, & Rota reſoluit pro validitate alienationis, alia verò Deciſio bonæ memoriæ Buratti loquitur in caſu, quo vltimus de linea Hæredem inſtituerat, & dubitabatur, an ille, vel conſanguineus eſſet præferendus in noua Inueſtitura facienda, & propterea quicquid ſit de Iure in caſu dictarum Deciſionum illæ non firmant, quòd bona debeant redire ad Eccleſiam, cum onere minus rationes dictarum Deciſionum, afficiunt in Caſu No-

» ſtro, quia licet per illam Clauſulam ad haben-
» dum, &c. videatur conceſſa ampliſſima facul-
» tas alienandi emphytheutæ, itavt huiuſmodi
» bona videantur in hoc reducta ad inſtar allodia-
» lium, vt latè conſiderauit Rota in dicta Farſen. 19
» Decembris 1614. coram bon. mem. Buratto, tà-
» men clarum eſt dictam facultatem eſſe reſtri-
» ctam, & limitatam ad tempus durantis locatio-
» nis, cum in prædictis inueſtituris ſemper appo-
» natur clauſula durante locatione, nec eſt admit-
» tenda illa interpretatio, quod dictà verba duran-
» te locatione operentur, vt huiuſmodi facultas in-
» telligatur actiue vt ſcilicet valeat diſpoſitio, vel
» alienatio fiat durante locatione, non autem paſ-
» ſiuè, itavt illius effectus terminetur, cum fine lo
» cationis, & ſic non ſint apposita ad inducendam
» aliquam reſtrictiuam, ſiue limitationem, quia
» huiuſmodi intellectus admitteret caſum indubi-
» tabilem, cui vanum eſſet, & fruſtratorium conce-
» dentes, voluiſſe prouidere; quis enim poteſt du-
» bitare; quòd emphytheuta velit alienare bona
» quæ poſt finitam locationem iam ſunt deuoluta
» ad Dominum directum, & in quibus non poteſt
» amplius ius aliquod prætendere, reſtringere, &
» limitare facultatem conceſſam alienandi ad tē-
» pus durantis locationis ſecundum ſenſum *Rota*
» *in deciſ. 11. num. 1. verſic. in ſecunda parte vſq; ad fi.*
» *par. 1. diuerſ. latè Oſaſch. dec. 164. num. 5.* vbi quan-
» do clauſula ad haben. &c. intelligatur reſtricta ad
» terminos præcedentis diſpoſitionis, vel ſtipula-
» tionis *Dec. conſil. 170. num. 3. verſic. quarto, & vlti-*
» *mo aduertendum eſt*, vbi firmat quod clauſula, &
» quibus dederit, quæ equipollet clauſulæ ad hà-
» bendum, &c. nullo modo alterat emphytheuſim
» quando limitatur, & reſtringitur per alias clauſu-
» las, & hanc opinionem paſſim ſequitur Rota in
» Imolen. bonorum 8. Martij 1596. coram Cardi-
» nali Pamphilio, & 6. Nouembris 1617. coram
» Cardinali Sacrato in Romana domus 9. Martij
» 1609. coram Reuerendiſſimo Patriarcha Hiero-
» ſolymitano in Bononien. prædij 10. Martij 1619.
» coram Cardinali Caualerio, in Romana Vineæ
» 21. Iunij 1598. coram Cardinali Seraphino in
» *impreſſ. deciſ.* 1290. & late in Romana Caſalis
» Marciliani 19. Iunij 1587. coram eodem Seraph.
» in *impreſſ. deciſ. 794 num. 7. & ſeqq. & deciſ. 642.*
» *numer. 5. parte prima, & deciſ. 294. num. 8. in fine*
» *par. 2. recent.*

» Minus obſtat allegata conſuetudo, quam ca-
» nonizauit Rota in dicta Farſen bonorum 17. A-
» prilis 1606. coram bon. mem. Penia, quia quic-
» quid ſit de hac conſuetudine, & an ſit attenden-
» da, de qua valdè dubitauit *Bald. d. conſil. 9. num. 6.*
» vbi illam ſacrilegio proximam appellat tan-
» quam præiudicantem iuri Eccleſiæ in caſu noſtro
» aduerten. eſt illam recipere interpretationem,
» tàm ex tenore conſueto inueſtiturarum, quam ex
» diſpoſitione ſtatutorum Abbatiæ Farſen. ad tex.
» in *leg. 1. §. lex falcidia ff. ad leg. falcid. vbi Bartol. &*
» *DD. Oldrad. conſil. 224. incip. iſta ſunt allegationes,*
» *colum. 7. in fin. Dec. conſ. 36. num. 7.* quos referr, &
» ſequitur *Cranett. de antiqu. temp. par. 4. ſect. videa-*
» *mus nu. 49* Quare cum tam in inueſtituris, quam
» ſtatutis Abbatiæ *cap. 84. & 86.* dum habet rela-
» tionem ad *cap. 84.* ſemper huiuſmodi facultates
» alienandi habeantur reſtrictæ per dictam clau-
» ſulam locatione durante, vtique dicen. eſt etiam
» huiuſmodi conſuetudinem ſe illis conformare &
» non poſſe inducere huiuſmodi facultatem alie-
» nandi, niſi reſtrictam ad terminos durantis loca-
» tionis, & quatenus etiam deficeret diſpoſitio ſta-
» tutorum, & tenor conſuetus inueſtiturarum, cù
» huiuſmodi conſuetudo recipiat interpretatio-
» nem à iure, vt ex deductis concludit *Cran. loc. cit.*
» vtique eſſemus etiam in claris, quòd huiuſmodi
» facultas diſponendi liberè de bonis emphytheu-
» ticis eſt intelligenda durante locatione, vt per
» text. in *d. leg. lex vectigali*, & idem *Ang. nu. 1. verſ.*
» *3. not. ff. de pignor.* vbi quod res emphytheutica
» poteſt pignorari durante ſolum emphytheuſi,
» cum illa reſoluta reſoluitur quoque ius pignoris
» *Bart. in d. leg. indebiti §. 1. in fin. ff. de cond.* & quam-
» uis in *d. deciſ.* Farſen. coram Penia dicatur, quod
» huiuſmodi bona cenſenda ſunt allodialia, quòd
» pariter fuit etiam dictum in alià Farſen. coram
» bon. mem. Buratto, conſiderandus tamen eſt tex-
» tura verborum dictæ deciſ. coram Penia, quæ ab-
» ſolutè non dicit, quod bona huiuſmodi cenſenda
» ſint allodialia, ſed dicit quo ad hoc nempe, quo
» ad facultatem conceſſam emphytheutæ diſpo-
» nendi de illis bonis etiam in præiudicium com-
» præhenſorum, quam facultatem, cum fuerit
» oſtenſum non extendi vltra terminos locationis,
» in conſequentiam dicendum eſt dictam qualita-
» tem allodialitatis dicta bona ſolummodo affi-
» cere durante locatione, & iſte intellectus optime
» etiam congruit deciſioni Farſen. coram Buratto.
» Non obſtat pariter, quòd valida ſit impoſitio
» cenſus ſuper re emphytheutica, vt firmatur in
» cauſa Romana Cenſus 17. Martij 1600. coram
» Iuſto. ſicuti etiam bona emphytheutica, validè
» poſſunt hypothecari, *Seraphin. deciſ 794. num. 9.*
» *& 819. num. 5.* cum alijs in contrarium deductis,
» quia quicquid dicant DD., qui volunt poſſe im-
» poni cenſum in perpetuum duraturum ſuper hu-
» iuſmodi bonis, quos refert *Cenc. de cenſibus part.*
» *1. quæſt. 2. artic. 2. in princip.* quorum opinio non
» videtur vllatenus poſſe ſubſtineri, vera eſt diſtin-
» ctio, quod aut in Inueſtitura fuit expreſsè pro-
» hibita alienatio, & tunc nullatenus ſuper re em-
» phytheutica poteſt cenſus imponi; Aut verò
» non fuit prohibita alienatio, & tunc cenſus qui-
» dem validè poteſt ab initio imponi, ſed reſolu-
» ta, aut deuoluta emphytheuſi reſoluitur cen-
» ſus, & res emphytheutica reuertitur libera ad
» dominum, vt in caſu noſtro, in quo non negatur
» ab initio non potuiſſe cenſum imponi, in quo pro
» affirmatiua habemus claram diſpoſitionem text.
» in *dicta leg lex Vectigali*, ſed dicitur vna cum loca-
» tione expiraſſe quoque, & fuiſſe reſolutum cen-
» ſum, & ſic Balthaſſarem non potuiſſe indu-
» cere hypothecam ſuper dictis bonis, niſi pro-
» portionabiliter ad ius ſibi competens in bo-
» nis Emphytheoticis, quod ius non eſſet re-
» ſtrictum ad tempus, quod durabat emphy-
» theuſis, illa finita ac reſoluto iure Balthaſ-

ſatis,

„ ſatis, reſoluta eſt quoque hypotheca ab eodem
„ Baldaſſare inſtituta, quia illa habebat depen-
„ dentiam à iure Baldaſſaris, vt benè *Angel. in*
„ *dicta leg. lex Vectigalis in principio*, vbi quod pe-
„ rempto iure datoris perimitur ius acceptoris,
„ quod à iure datoris habebat dependentiam, &
„ ſic potuiſſe hypothecare in præiudicium ſui ip-
„ ſius tantum, non autem domini, DD. in *leg. in*
„ *prouinciali Cod. de ſeru. & aqu & in cap. 1. §. rurſus*
„ *de controuer. in veſt.* vbi, quod hypotheca impoſita
„ emphytheuſi, tenebit, donec emphytheuſis apud
„ Emphytheutam manſerit, ea autem ad Eccleſiam
„ reuerſa omnis ſeruitus, & hypotheca reſoluitur
„ bene *Oſaſeb. d. decіſ. 156. num. 15.* vbi dicit ità in ſi-
„ mili Senatum cenſuiſſe. Dominum directum non
„ fuiſſe obligatum ſtare locationi à Vaſſallo, ſeù
„ Emphytheuta factа; quia reſoluta fuerat omnis
„ hypotheca *Corbul. de priuat. ob non ſolut. Can. d. am-*
„ *pliat. 34. num. 2.* bene in terminis *Redoan. de rebus*
„ *Eccleſ. non alien. tit. de Conſtit. annui cenſus ſuper re-*
„ *bus Eccleſ. num. 25.* vbi quod quamuis licita ſit im-
„ poſitio annui cenſus ſuper re emphytheutica, etiã
„ ſine conſenſu Domini, id tamen eſt intelligen. ſine
„ præiudicio iurium directi Domini, & durante
„ tempore emphytheuſis, & ſecundum prædictos
„ terminos loquitur etiam inferius num. 36. & in his
„ pariter terminis intelligendus eſt *Felician. Solis de*
„ *cenſibus lib. 2. cap. 24. num. 15. per tot. & in fin.* vbi
„ concludit poſſe emphytheutam imponere cenſum
„ ſuper rebus emphytheuticis, & pro hoc citat Re-
„ doan. loco præcitato ideoque ſecundum mentem
„ Redoani venit intelligendus, & quod in his termi-
„ nis intelligenda ſit dicta deciſio coram Iuſto fir-
„ mat, *Cenc. de cenſibus dicta par. 1. art. 2. num. 8.* vbi
„ conciliando opiniones dictam diſtinctionem ad-
„ ducit ex mente Rotæ, nec vlla ex deciſionibus,
„ quæ ex aduerſo deducuntur firmat, validam eſſe
„ impoſitionem in perpetuum duraturam, etiam
„ poſt reſolutum ius emphytheutæ ſuper bonis em-
„ phytheuticis: vnde debent interpretari iuxta ter-
„ minos d. deciſionis coram Iuſto, quam aliæ deci-
„ ſiones quæ ſolent in hac materia paſſim allegari.
„ Nec dicatur, quod Nos non ſumus in caſu, in quo
„ non adſit prohibitio alienandi, ſed in caſu in quo
„ eſt expreſsè conceſſa facultas alienandi, & ſic in-
„ trat regula, quod quando dominus directus con-
„ ſentit impoſitioni oneris, vel ſeruitutis, tunc res
„ emphytheutica non reuertitur libera, ſed cum o-
„ nere ſuo ad tex. in *leg. in diem ff. aqu. p luu. arc. Cor-*
„ *bul. de priuat. ob non ſolut. Can. d. ampliat. 34. num. 3.*
„ *Guidop. deciſ. 575. verſ. niſi Dominus conſenſerit Boer.*
„ *181. num. 4. verſic. pone Vaſſallus.* Quia reſponde-
„ tur, quod in caſu noſtro non conſtat de huiuſmodi
„ conſenſu, ſiue attendamus conſuetum tenorem in-
„ ueſtitutatum, ſiue conſuetudinem allegatam, nam
„ quamuis conſtet de facultate alienandi conceſſa
„ emphytheutæ dicta tamen facultas, vt ſæpius pon-
„ deratum fuit, reſtringitur ad tempus durantis lo-
„ cationis, vnde dici non poteſt, quod operetur ta-
„ lem conſenſum, itaut poſſit imponi hypotheca,
„ aut qualibet alia ſeruitus ad perpetuum duratura
„ ſuper illis ad libitum emphytheutæ; alias enim ſi
„ concederentur, huiuſmodi cenſuum, ac onerum
„ impoſitiones ſubſtineri, non ſolum durante loca-
„ tione, & iure emphytheutæ, verum etiam finita
„ locatione, & reſoluto iure emphytheutæ in per-
„ petuum, ſequeretur maximum, & irreparabile
„ damnum Eccleſiæ, quia primum huiuſmodi loca-
„ tiones, quæ ſecundum formam inueſtiturarum
„ ſunt limitatæ ad tertiam generationem fierent
„ quodam modo perpetuæ tanquam obligatæ il-
„ lis ad quorum fauorem huiuſmodi cenſus, ac o-
„ nera imponerentur. Secundò in caſu deuolutio-
„ nis, huiuſmodi bona tot, tantiſque oneribus gra-
„ uata reuerterentur ad Eccleſiam, vt magis ipſi
„ conduceret, illa potius habere pro derelictis
„ quam propria agnoſcere. Vnde, vt Eccleſiarum
„ indemnitati occurratur omnes Domini negotio
„ cum maxima maturitate diſcuſſo adhæſerunt,
„ quod in caſu, & ad effectum de quo agitur &c. bo-
„ na Abbatiæ Farfen. redeant ad Eccleſiam libera,
„ & ſine aliquo onere &c.

53 Ex deciſione habemus, quatenus emphytheu-
ta poſſit imponere onus rei emphytheuticæ, vide-
licet donec duret emphytheuſis, & nullo modo in
præiudicium domini, & ſi adſit præſcriptio *Sera-*
phin. deciſ. 789. num. 2. ſi tamen dominus directus
impoſitioni oneris conſentiret, ſibi præiudicaret
idem *Seraph. dec. 1290. nu. 10.*

Nunc veniamus ad propoſitam quæſtionem in
qua abſolutè dicendum domino directo non lice-
re emphytheuſi, ſiue etiam feudo finito, ſiue aper-
54 to per defectum lineæ propria auctoritate ingre-
di emphytheuſim, ſiue feudum, vt poſt plures de
communi teſtatur *Rota apud Gregor. XV. dec. 105.*
num. 11. quæ vt *deciſio 85. par. 2. recentior.* ſed æqui-
uocatum in titulo, cum dicat Bononien. pecunia-
ria, & cauſa ſit Mediolanen. pecuniaria, vbi dicitur
hoc etiam procedere etiam ſi conuentum eſſet,
quod dominus directus finita linea poſſit propria
auctoritate ingredi *num. 18.* & latè addit ſub *num.*
4. & num. 6.

55 Immò neque poteſt dominus directus pro-
pria auctoritate poſſeſſionem emphytheuſis ca-
ducatæ ob non ſolutum Canonem, ſiue ob alie-
nationem irrequiſito domino factam, ingredi,
Rota deciſ. 3. lib. 1. parte 3. diuerſor. quæ eſt repeti-
ta ſed valdè *Mendosè ſub deciſ. 58. eodem lib.* latè
Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut. Canonem quæſt.
12. poſſet tamen nemine poſſidente, vel con-
tradicente, aut quando ius illius eſſet cla-
rum *Roſental. cap. 7. concluſ. 60. num. 14.*
56 & ibidem addit ſub *littera O*, vel
etiam concurrentibus pluri-
bus auocare ad ſe poſ-
ſeſſionem cui de
iure teſti-
tuen-
dam, quando eſſet periculum armo-
rum inter competitores, qui eſt
57 caſus præſentis belli man-
tuani de quo particu-
lari diſputatio-
ne diſſe-
rui.

QVÆSTIO XV.

An, & quando in venditione Emphytheuſis Eccleſiæ domino directo ſit debita quinquageſima, ſiue laudemium.

HAnc Quæſtionem licet non adcò neceſſariam ad interprætationem decreti, de quo agimus, attingere libuit, quia in hac materia magnus videtur fieri exceſſus per dominos directos in exactione Laudemiorum, quando alienantur bona vtilia, quorum directum dominium, hoc eſt fundus, ſiue illius proprietas ſpectat ad Eccleſiam, ſiue etiam ad priuatum.

In hac autem Quæſtione inueſtiganda prius ſunt ſigna contractus emphytheutici, nam ſi ius dominij directi alio titulo, quam Emphytheuſis competit, puta liuelli locationis, ſiue perpetui cenſus, communis opinio eſt quod Laudemium ſiue quinquageſima, de qua in *leg. 3. Codic. de iure emphytheut.* ex alienatione rei poſſeſſæ in vim prædictorum contractuum non debeatur Domino directo: *Ioann. de Platea in leg.*
58 *final. Codic. de cenſibus*, & *cenſit lib. 11. numer.*
primo, Mantica de tacit. lib. 22. titul. 3. numer. 15. Boccacc. de cenſibus part. prima numer. 58. Boer. ad conſuetudin. Bituricen. de feud., & *cenſibus* §. *17. circa finem, Caſſan. ad conſuetud. Burgund. rubr. 11. §. primo gloſſ. prima numer. 1. Scola ad ſtatut. Sabaud. de Iure Emphyth. §. in caſibus, gloſſa prima numer. 36. Ioann. Deſſian. ad Conſuetudin. Aluern. titul. de Emphytheuſi, art. 5. circa finem, Bertran. de Argentorat. tractat. de Laudem. §. 40. in fine, Gamma deciſ. 91. numer. 3. addit ad Vincentium de Franch. deciſ. 430. numer 7. Franciſc. Clauper. deciſ. Fiſcal. cauſ. 15. quæſt. 2. numer 30. & numer. 35.* & hanc opinionem tanquam veriſſimam, & quæ refelli non poſſit ſupponit *Rota deciſ. 400. num. 3. part. 1. rec.*

59 In dubio autem contractus cenſetur magis Cen-
ſualis, ſiue locationis, quam Emphytheuticus iuxta communem de qua *Mantica dicto titul. 3. numer. 11. & lib. 5. titul. 2. numer. 53. Ruin. conſil. 42. numer. 7. lib. primo, Cephal. conſil. 297. lib. 2. numer. 9. Couarrun. variarum reſolutionum lib. 3. cap. 7. in principio*. Et licet regulariter contractus talis cenſeri debeat qualis à contrahentibus denominatur *Calder. conſil. 11. de vſur. Decius conſil.*
60 *32. num. 3.* nihilominus inſpicitur magis, quod
actum eſt, quam quod ſcriptum eſt *Rota dec. 304.*
61 *in fin. lib. 2. recentior.* nihilominus quando in vno
Inſtrumento idem contractus modo vocatur emphytheuticus, modo vocatur cenſualis, modo locationis, & iſti termini confunduntur, tunc contractus cenſeri debeat cenſualis, & non emphytheu-
62 ticus probat *Mantic. dicto lib. 22. tit 3 numer. 13.*
Clarus tamen in §. emphytheuſis quæſt. prima verſic. vnum ſcias, dicit attendi debere conuentiones, & pacta contractui appoſita, & ex ijs eruendum, & ſtatuendum naturam contractus, & hoc bene, ſed quod ſubdit, in dubio potius contractum cenſeri emphytheuticum, quam cenſualem hoc male, & contra communem opinionem de qua ſupra, vnde vel error irrepſit librarij, vel Clarus eſt ſibi ipſi in paucis verbis contrarius, nam immediate ſubdit ſi præſtatur modica penſio contractum cenſeri emphytheuticum, ſi magna, & fructibus rei correſpondens, cenſualem, quod ipſum deſtruit aſſumptam concluſionem; & in iure veriſſimum eſt contractum emphytheuticum dignoſci ex paucitate Canonis, ſiue annuæ reſponſionis, vt latè per *Mantic. de tacit. lib. 5. titul. 2. numer. 52. Afflict. deciſ. 72. numer. 4. Vrſill.* ad eundem *Afflict. deciſ. 80. numer. 6. cum ſequentibus*, & hanc opinionem multis alijs relatis indiſtinctè ſequitur Rota in Romana, ſeu Viterbien. de Lanuccijs XIIII. Maij M. DC. I. Coram D. Corduba.

„ In hac quæſt. &c. Secundò veriſimile quod multũ
„ videbatur quod fuerit contractus alius diuerſus
„ ab emphytheuſi, quia canon, ſiue cenſus quem
„ ſoluerunt ante ſeptuaginta annos vigore antiquæ
„ inueſtituræ, licet domus eſſet ſubiecta caducita-
„ ti, ac inde, quod voluerit ſe priuare iure caduci-
„ tatis recipiendo minorem Canonem ſeù Cenſum
„ executio autem vltra deducta in alia huius cauſæ
„ poſitione dicebatur, quod licet in inſtrumento an-
„ ni 1581. aſſeratur, quod vniuerſitas paruam aſ-
„ ſequebatur vtilitatem ex hac domo, tamen fuit
„ conceſſa ſub reſponſione viginti ſcutorum auri in
„ auro largorum, quod demonſtrat potius fuiſſe
„ contractum locationis, quam Emphytheuſis, cum
„ reſpondeat fructibus, quod principaliter atten-
„ ditur ad hunc effectum, etiam quod eſſet nomi-
„ natus contractus Emphytheuticus. vt ſæpè fuit re-
„ ſolutum maximè coram Reuerend. Pat. Domino
„ meo Decano in cauſa Romana Caſalis Marſilia-
„ ni Veneris XIX. Iunij M. D. LXXXVII. & co-
„ ram Me in Spoletana Mercedis Lunæ XXIX. Maij
„ M. DC. & licet dictum Inſtrumentum, alterum
„ de Anno 1501. cantet in emphytheuſim, nihi-
„ lominus potius natura, quam, verba debent atten-
„ di *Decius conſil. 164.* nam pro Emphytheuſi ſolum
„ quid minimum ſolet reſponderi vt tradunt *Docto-*
„ *res in cap. potuit de locat. in leg. prima numer. 5. vbi*
„ *Iaſon. numer. 39. Cod. de Iur. Emphyth. Aretin. con-*
„ *ſil. 55. numer. 4. Clar. in §. emphytheuſis quæſt. pri-*
„ *ma*, cum alijs coram Me deductis in illa Spole-
„ tana, &c.

Hactenus Deciſio, ex qua habemus contractum in quo ſoluitur annuus cenſus penſio, vel Canon fructibus rei correſpondens Emphytheuticum eſſe non poſſe, ſed cenſualem, vel locationis non ſolum ſi contractus diuerſimodè fuerit nuncupatus, ſed etiam ſi ſimpliciter eſſet dictus emphytheuticus, quia videlicet denominatio aduerſatur naturæ contractus initi, & totum hoc reijci debet in negligentiam, & inſcitiam Notariorum *Auton. Zazzerr. de error. not. cap. 99. num. 1. & ſeqq.*

63 Vbicumque igitur ſoluitur canon reſpondens,
fructui rei conceſſæ non debetur in alienatione
laudemium, & hæc eſt communis opinio, & ſecu-
rior, quicquid dicat *Gabr.conſil.84. lib.2.* quem ſe-
quitur *Mareſcott.variar.reſol.cap.76. num.10.lib.2.*
quod in proprietario priuato indubitatum qui-
dem eſt, vt videlicet laudemium non debeatur, ſed
ego puto idem iuris eſſe in Eccleſia concedente,
ſiue proprietaria, in quibus terminis loquitur *Ga-
briel. & Mareſcott.* quia vtrobique militat eadem
ratio, tam in Eccleſia, quam in priuato. Ratio
autem, quod in contractu ex quo ſoluitur canon,
ſeù annuus conſus fructibus rei conceſſæ reſpon-
64 dens laudemium ſolui non debeat hæc eſt, quod
laudemium debet ſolui de re conceſſa, cuius dici-
tur pars prætij *d. leg.3. Cod.de iure emphyth.* pona-
mus igitur quod quis concedat alteri rubrum ter-
ræ ad effectum in ea plantandi vineam ſub annua
reſponſione, vt videmus fieri 14. vel 12. ſcutorum
reſeruato ſibi iure directi dominij; recipiens vero,
ſiue conductor plantet in dicta terra Vineam, cu-
ius valor ſit ſcutorum quingentorum, provt ſimili-
ter quotidie accidit, ſi conductor voluerit vende-
re vineam per ipſum plantatam, hoc eſt meliora-
65 menta, quæ &c. pleno iure ſpectant ad emphy-
theutam, non tenebitur ſoluere laudemium ad va-
lorem Vineæ, quæ non ſpectat ad proprietarium,
ſed tantum habito reſpectu ad ſolum quod non
venditur, ſed tranſit cum ſuo onere, quia ſolueret
laudemium de re propria, quod prorſus videtur
iniquum, immo ſi quis paciſceretur ſoluere laude-
mium pro re ſua, contractus tanquam vſurarius
non ſubſiſteret, vt poſt plures quos allegat *Cæſar.
Menent.de iure contract. Liuell.par.9. numer.2. & 3.*
& propterea venditionem non teneri ſoluere lau-
66 demium pro re, quam non recepit notat *Giurb.
deciſ.105. numer. 6.* melioramenta quæ conductor
vendit non recepit ſed ipſe ſuper impoſuit ſi lau-
demium peteretur pro ſumma quanti æſtimatur
ſolum conceſſum hoc aliquam poſſet præſeferre
æquitatem, ſed vt diximus illud non venditur, nec
vendi poteſt, quia concedens illius dominium ſibi
reſeruauit, & iniquum vt dixi prorſus eſt, quod
pro re quæ in proprietate valet ſcut. 60. ſiue 70.
ad ſummum petatur laudemium pro ſumma 500.
& vltra, quanti valent melioramenta; proinde
67 laudemium non debetur quando conceditur ali-
quod ſolum ſatiuum ad plantandam vineam ad li-
bellum, ſiue annuum cenſum, ſiue reſponſionem
quia ſolum mutat naturam, & ex ſatiuo fit plan-
tatiuum tranſiens in ſtatum nobiliorem, quo caſu
conceſſio non poteſt dici emphytheutica, quæ ſo-
nat in melioramentum, nam illud debet eſſe circa
ſtatum rei permanentis in ſuo eſſe, vt ſi vinea in-
culta, & ex parte deſerta concedatur ad melio-
randum, tunc conceſſio dicetur emphytheutica,
ſecus quando quid de non vinea fit vinea, ſimili
modo ſi concedatur ſolum in vſum fabricæ, & ex-
truatur palatium, conceſſio non poterit dici em-
68 phyteutica, quia per prius nulla præexiſtebat fa-
brica, & proinde eo caſu non debebitur laude-
mium in venditione palatij, inſolens enim eſt,
quod in ſolo valoris 100. videlicet, ædificetur pa-
latium 10. m. & in illius venditione petatur lau-
demium pro prætio palatij, ſecus eſſet ſi conce-
deretur Palatium dirutum, quia tunc conceſſio eſ-
ſet emphytheutica, & rectè peteretur laudemium,
& hæc de laudemio quantum ad Interprætatio-
nem ſupp. ſufficiant. Exactiſſimum breui ea de re
dabit tractatum Dominus Antonius de Nigris
in quo nihil quo ad laudemium ſpectat deſidera-
bitur, & tunc Lector poterit abundanter ſatisfieri,
nunc procedamus ad quintam quæſtionem ſupra
receptam.

QVÆSTIO XVI.

An, & quando ob non ſolutum Canonem inducatur rei emphytheuticæ caducitas.

IN hac quæſtione quam fusè tractant *Clarius, Man-
tica de tacit. Caldas,* & ex profeſſo *Corbul.* dicemus
ſolum ea, quæ conducunt ad explicationem ſup-
poſitionis, & primo quidem in gratia de qua ſu-
pra non legitur pactum, quod deficiente condu-
ctore per biennium in ſolutione cadat à re condu-
cta, vnde ſi contractus ſit locationis ob non ſolu-
tionem non inducitur caducitas ſine pacto, quæ
ſolummodo ſibi vendicat locum in contractu verè
emphytheutico, etiam nullo concurrente pacto,
non autem in alijs contractibus *gloſſ. penul. in cap.
conſtitutus vbi Innoc. & alij de relig. domibus, Natt.
conſil.3. Rota deciſ.139. & 174. par.1. diuerſ.* tem-
pus autem aptum ad inducendam caducitatem,
69 in quo debuit emphytheuta ceſſaſſe à ſolutione
canonis eſt in contractu in Eccleſiā biennium, in
priuato triennium, vt latè per *Corbul.* de cauſis
priuationis ob non ſolutum canonem in princip.
Mantic.de tacit. & ambig.lib.22.tit.27. num. primo.
70 Verum quidem eſt, quod cum caducitas ſit pœna
Corbul.hic ampliat 45. num.18. quælibet cauſa ex-
71 cuſat à caducitatè, præſertim in Tribunali Rotæ
pro quo afferemus exemplum in Romana Vineæ
22. Iunij 1592. coram Orano.

» Domini reſoluerunt confirmandam eſſe ſen-
» tentiam, per quam declaratum fuit Iacobum ex-
» cuſandum fore à pœna caducitatis, dummodo ta-
» men declararet, quod reſtituta ſibi vinea paratus
» eſt Rectori Cappellaniæ SS. Io: & Michaelis ſoli-
» tum canonem ſoluere, quia quælibet cauſa excu-
ſat à caducitate *Speculat.in tit.de locat. §.nunc vero
aliqua verſic.18. Bero. conſ.98. num.21. & conſ.149.
num.13. & num.47. lib.1.* & ideo quamuis in In-
ſtrumento venditionis aſſeratur Vineam eſſe ſub
proprietate Cappellæ SS. Io: & Michaelis poſitæ
» in Eccleſia S. Bernardi in Regione Montium in
» Platea Columnæ Traianæ, & eam poſſidentem
» obligatum eſſe reſpondere annua ſcuta quatuor
» Rectori eiuſdem, tamen cum non appareat legi-
» timè de eius inueſtitura, & fundamentum directi
» dominij, & vtilis ſeparati; nempe quod Vinea fue-
» rit data in emphyteuſim, nō mirum ſi deuolutioni
» locus non datur, nam caducitas ſolum procedit
» quando dominium directum vnius rei ſtabilis poſ-

nes vnum, & vtile penes alterum exiſtit, non autem ſi quod ſoluitur nullo habito reſpectu ad rem recognitam ab alio directo Domino, quia eo caſu nunquam per ceſſationem ſolutionis quis cadit à iure ſuo, ex quo fieri poteſt quod tanquam cenſuarius ſoluere teneatur, & in dubio ſolutio in cauſa cenſuali potius quam emphytheutica fieri præſumatur, vt euitetur caducitas *Modern. Vrbin. in tract. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. limit. 34. per tot.*

Quod quidem adeo verum eſt, vt ſufficiat dubium oriri poſſe an ſolutio fuerit ratione emphytheuſis, vel cenſus, etiam quod mero iure eſſet emphytheuſis Eccleſiaſtica. *Burſatt. d. conſil. 26. numer. 39. lib. 1.* refert ita fuiſſe reſolutum coram Eminentiſſimo Domino Cardinale Paleotto in Cauſa Romana deuolutionis Vineæ; nec ad rem pertinet ſolutio Laudemij facta per Iacobum Rectori dictæ Cappellæ, per quam videtur reſultare confeſſio dominij quoniam ſolutio facit inditium ad probationem dominij præſcripti, ſed non ſufficit niſi adiuuetur inſtrumentis emphytheuticis. *Siluan. conſil. 53. num. 43.* vltra quod confeſſio ad effectum de quo agitur probabiliter dici poteſt fuiſſe erronea, cum de exiſtentia Cappellæ relatæ in inſtrumento venditionis non conſtet niſi in genere ad effectum conſequendi ſolutionem canonis, non autem ad effectum inducendæ caducitatis, vt fuit dictum coram R. P. Domino meo Decano, quia primo caſu leuiores ſuffragantur probationes in illo vero cum odioſa ſit materia *Verall. deciſ. 91. lib. 2.* plena, & concludens probatio dominij requiritur *Specul. in tit. de locat. §. nunc verò num. 27. Bart. in l. quidam in ſuo nu. 4. ff. de cond. Inſt. Ruin. conſ. 156 in princ. Crau. conſ. 112. num. 14.* & ita concluſum.

Vt igitur quæratur excuſationis cauſa Rota ſo-
72 let vt plurimum confugere ad probationem dominij, quam probationẽ vix vnquam admittit ad effectum caducitatis, hoc vt eluceſcat vltra *deciſ. 215. & deciſ. 290. par. 1. recentior.* aliquas deciſiones non impreſſas hic ſubdam, vt ex iis habeatur totalis, & integra cognitio huius materiæ ſpectantis ad probationem dominij prima ſit in cauſa Romana domus 11. Maij 1592. coram Millino.

Quia diuerſimodè informatur circa effectum dubij Domini cum præſuppoſito, quod adſit Iurisdictio cenſuerunt ad effectum recognitionis, & ſolutionis Canonis ſufficienter conſtare de dominio, & moti ſunt ex ſuppoſitione, Si euidenter iu. de Anno 1508. in qua narratur domum à Rectore fuiſſe locatam ad tertiam generationem ſub Annuo canone ſcut. 18. de carlenis. Vndè ex diuturnitate tanti temporis, & obſeruantia ſubſecuta iſta narratiua præſumitur eſſe vera, vt fuit reſolutum 21. Iunij 1578. in Lucana deciſ. coram S. D. N. præſertim cum in vim illius ſupplicationis fuerit ſubſecuta confirmatio Iudicum Commiſſariorum, qui præſumuntur de inſtrumento locationis, & alijs requiſitis fuiſſe informati *Abb. quæſt. 41. nu. 2. lib. 1.* Et licet ſola locatio non ſit ſufficiens ad probationem dominij in præiudicium tertij *leg. ad probationem, Cod. locat. cap. inter dilectos de fid. Inſtrum.* tamen hoc non procedit concurrentibus adminiculis *Bart. in dicta leg. ad probationem Angel. in leg. officium numer. 2. ff. de rei vend. Soccin. ſen quæſt. 89. num. 11. lib. 1. Dec. conſil. 146. num. 14.* Hic concurrunt plura adminicula. Primò ſolutio Canonis, quæ reſpondet quantitati enunciatæ, & iſta ſolutio eſt vrgens argumentum proprietatis *cap. cum olim de cenſibus, Bald. in leg. iuditia numer. 2. ad finem, Cod. de rei vend. Alexand. quæſt. 88. numer. 1. lib. 2.* Secundò pro adminiculo fuit conſiderata confeſſio Gerardi ex quo vti filij ex perſona Vrſulæ eorum matris cauſam habent, qui aſſeruit ſe habere hanc domum ad tertiam generationem à Capit. S. Margheritæ, & iſta confeſſio Gerardi nocet iſtis filijs habentibus cauſam ab eo *Aret. conſil. 112. num. 1. Ruin. conſil. 50. num. 13. lib. 1. Aym. conſil. 23. in princip.* tanto magis quia iſta confeſſio redditur ex diſpoſitionibus teſtium. Tertiò pro adminiculo, placebat Dominis confeſſio Vrſulæ facta in iudicio criminali, & repetita in eius teſtamento, quæ cum ſit geminata, multo magis probat *Roman. conſil. 15. numer. 5.* Sed quia controuertebatur identitas huius domus, Domini dixerunt, quod ſi aderit difficultas, poterit particulariter dubitari. Quantum autem ad effectum deuolutionis fuit reſolutum non conſtare de dominio Eccleſiæ, quia cum ad iſtum effectum requirat probatio concludens & exacta *Alex. conſil. 16. cum duobus ſeqq. lib. 4. Caputaqu. deciſ. 91. lib. 2. in manuſcript.* locatio, ſolutio, confeſſiones, & alia adminicula non ſufficiunt *Caputaq. deciſ. 180. p. 1.* & fuit reſolutum in vna Romana cenſus coram R. P. Domino Gyptio; & in vna Romana Domus Sanctæ Agnetis 19. Iunij 1583. coram R. P. Domino Orano.

Nec obſtat, reſolutio facta coram R. P. Dom. Blanchetto in Romana deuolutionis domus, quia in illa non controuertebatur dominium ſed ſola identitas, vt fuit conſideratum in dicta cauſa Romana Domus 2. Maij 1588. coram Reuer. P. Domino Orano.

73 Ex deciſione habemus locationem iunctis adminiculis probare dominium ad effectum exigendi canonem, non autem ad effectum inducendi caducitatem, etiam ſi inter adminicula adſit partis confeſſio, quod tamen intelligendum ſi deuolutio, ſiue caducitas deducatur ex alio capite, quam ex
74 capite temporis finiti, puta ſi res fuerit locata ad 29. annos, & recipiens conductor fateatur in inueſtitura dominium concedentis, vt in dictis deciſ. 215. & 290. & in nullius feudi 3. Martij 1595. coram Card. Pamph.

Fuit pro Dom. Commendatario informante reſolutum conſtare de dominio feudi de quo agitur ex inſtrumento locationis ad 29. annos factæ q. D. N. quod vt ſæpius Rota cenſuit contra conductorem, & conſequenter contra Dominum Inhicum eius hæredem; probatur dominium Eccleſiæ, ſaltem concurrentibus adminiculis *Bart. in leg. ad probationem C. locat. Soccin. conſil. 69. numer. 11. lib. 1. & conſil. 157. colum. 2. lib. 2. Dec. conſil. 146. num. 14.* prout concurrunt in hoc caſu, ſtante locationis confirmatione, & proceſſu ſuper euidenti

vtili-

vtilitate facto, & publica voce, & fama, quod feudum eſt Monaſterij de quo deponunt Teſtes, qui etiam probant effectum, qui multum adiuuat iſtam probationem ad not. per *Specul. in titul. de locat. §. nunc aliqua num. 5. cum ſeq. Roman. conſil. 177. Felin. in cap. cum Bertoldus num. 25. de re ind.* cum alijs allegatis. Vltra quod in Inſtrumento adeſt explicita contrahentium confeſſio, quod feudum eſt de dominio Monaſterij, & recipiens promittit illud tenere pro dicto Monaſterio, & finita locatione per lapſum 29. annorum illud Eccleſiæ reſtituere, niſi fuerit ſubſecuta effectuatio, quæ confeſſio, & recognitio auctorum nocet etiam ipſis ſucceſſoribus vulg. *leg. cum à matre, Cod. de rei vendic.* & probat dominium Eccleſiæ, vt de confeſſione tradit *Bart. in leg. cum falſo nu. 7. Cod. de iur. & fact. ignor. Bart. & Imol. in leg. cum tale §. falſum ff. de cond. & demonſtr. Ruin. conſil. 161. in princ. lib. 1. & conſ. 125. num. 18. lib. 2. Aym. conſil. 157. num. 2. & numer. 7.* & de recognitione notat *Baldus in leg. cenſualis, C. de donat.* & fuiſſe pluries reſolutum teſtatur *Guidop. deciſ. 272. num. 2. Aym. conſil. 30. num. 11.* cum alijs citatis per informantes, & tanto magis, quia in hoc caſu conceſſio facta ad viginti nouem Annos per lapſum dict. temporis expirauit, quo caſu ſi denegetur reſtitutio docto de primo extremo, competit Eccleſiæ remedium reſtitutorium ad poſſeſſionem ſui feudi, etiam non probato dominio per ea, quæ alias deducta fuerunt in cauſa Aſculana prediorum coram D. Ortolen. & in alia Placentina Decimarum de menſe Iunij 1586. coram D. Bubalo.

Idem firmauit ad litteram in Ferrarien. Predij 3. Nouembris 1610. coram Reuerendiſſimo Coccino Decano.

Fuit per Dominos reſolutum conſtare de dominio Eccleſiæ quo ad Prædium de quo agitur: adeſt enim Inſtrumentum inueſtituræ factæ Ioanni de Romeo de anno 1459. quod concurrentibus adminiculis probat dominium etiam contra tertium *Bart. in leg. ad probationem Cod loc. Soc. ſen. conſil. 187. num. 3. & lib. 2. Dec. conſil. 146. numer. 14. verſic. & licet per Inſtrumentum*, & fuit reſolutum in cauſa Ciuitatis Caſtelli bonorum 12. Februarij 1590. coram bon. mem. Card. Pamphilio, & in iſta cauſa coram Eminentiſſimo Millino, adminicula autem ſunt, quia concurrit aliud Inſtrumentum conceſſionis de anno 1433. & conſiderat *Socc. in d. conſil. 187. numer. 4.* & fuit ponderatum in dicta Cauſa Ciuitatis Caſtelli, concurrunt etiam plures ſolutiones factæ, per d. Ioannem de Romeo Monaſterio, quæ licet deſumantur ex libris Monaſterij, tamen negari non poteſt quin faciant adminiculum *Abb. in cap. cum cauſam in princ. verſic. quod enim ſi repetitum ſcriptum, Io. Andr. num. 10. Butr. num. 10. & cæteri Doctores de probat.* quod adminiculum augetur ex legalitate ſcribentis *Crot. conſil. 332. nu. 10. lib 3. &c.*

75 Adeò vt locatio, hoc eſt Inſtrumentum locationis ſimul cum adminiculis, & præcipuè confeſſione partis nõ ſolum probat dominium ad effectum exigendi canonem, ſed etiam ad effectum deuolutionis contra quam dictum fuerat in præmiſſa primo loco Romana domus coram Millino, & hanc eandem concluſionem firmat deciſio in Placentina deuolutionis terrarum Veneris 21. Apr. 1600. coram Corduba.

RR. Præpoſitus, & Canonici Eccleſiæ Sancti Antonij Placentin. prætendentes deuolutionem quarundam terrarum exiſtentium in Territorio Gragnani ob alienationem ipſis irrequiſitis factam, & non ſolutionem Canonis introduxerant litem contra communitatem ipſius loci de Gragnano eadem bona poſſidentem. Cauſa coram Me pendente, dubitaui, an conſtaret de dominio Capituli, & Canonicorum ſuper dictis terris, & Rota cenſuit affictuatione; nam licet dominium in hoc caſu ſit plenè, & concludenter probandum iuxta doctr. tex in *leg. officium ff. de rei vend. Caput. deciſ. 280. part 1.* addit ad *deciſ. Lucen. Magonij 46. littera A*, cum alijs allegatis, nec ſufficiunt Inſtrumenta locationum *Alex. conſil. 43. numer. 8. lib. 4. Afflict. deciſ. 14. num. 8.* tamen concurrentibus adminiculis dominium probatur quoque per inſtrumentum inueſtituræ, etiam ad effectum caducitatis *Bart. in leg. ad probationem, C. de locat. & conduct. Socc conſil. 89. num. 11. lib. 1. & conſil. 428. numer. 4. Rip.* late in *leg. ſi aliquam rem num. 33. ff. de acquir. poſſeſſ.* fuit reſolutum in cauſa Placentin. adminiſtrationis Veneris 11. Martij 1581. coram bon. me: Cantuccio vbi de communi teſtatur, & in cauſa Papien. bonorum 28. Aprilis 1595. coram R. P. D. Decano in præſenti autem caſu plurima, & vrgentia videbantur concurrere adminicula, nam primo aderant plores inueſtituræ antiquiſſimæ per diuerſos Notarios ſtipulatæ ad *Socc. d. conſil. 187. num. 16. lib. 2. Ruin. conſil 14. num. 7. & 8. lib. 4.* & in ſimili fuit conſideratum in cauſa Sabinen. tenutæ Collis Rampolli 31. Maij 1593. coram R. P. Domineo Litta, præſertim quia in dictis inſtrumentis apparebat clara confeſſio Communitatis; quod ad Eccleſiam ſpectabat, & pertinebat dominium harum terrarum, quas dicta Communitas erat ſolita tenere in affictum ab ipſa Eccleſia, quod maximum præbebat adminiculum, vt in ſimili *Bart. in leg. cum falſa num. 7. & 8. Bald. ibi. C. de iur. & fact ignor. Bald. & Imol. in leg. cum tale §. falſam ff. de condit. & demonſtrat. Ruin. conſil. 161. in princip. lib. 1. & conſil 128. num. 5. & 8. & nu 18. lib. 2. Aym. conſ. 157. num. 2. Guidop. quæſt. 272. num. 3. in fi.* & tenuerunt Domini in vna Romana extinctionis cenſus 15. Iunij 1584. & in alia Lauden. deuolutionis 13. Martij 1595. coram Me. Secundò concurrebant tres ſolutiones antiquiſſimæ de annis 1421. 1426. 1430. penſionis conuentæ in prima Inueſtitura de anno 1399. Item aliæ duæ ſolutiones de annis 1551. 1567. cum expreſſione, quod habebant ſoluere iuxta vltimam Inueſtituram enunciando nomen Notarij diem, & annum *Baldus in l. inditin numer. 2.* & ibi *Angel numer. 2. & num. 3. Cod. de rei vendic. Dec. conſil. 146. nu. 14.* quibus tribus ad ſtipulatur aſſertio procuratoris Communitatis, quod communiter ſemper ſoluit affictum, ad quem effectum probandum, produxit duas poſteriores inueſtituras, & quamuis iſta confeſſio ſit reuocata; negari non poteſt quin ſeruiat pro adminiculo ad veritatem indagandam; ſtantibus maximè depoſitionibus teſtium, qui deponebant ... de au-

„ de auditu, quod Communitas accepit in locatio-
„ nem has terras,& ſoluit affictum,neque obſtabat,
„ quod non conſtaret illos, qui acceperunt ha-
„ buiſſe mtūm ab vniuerſitate, quia vltra quod in
„ prima inueſtitura antiquiſſima enunciabatur
„ mtūm, quod ſufficit concurrentibus adminicu-
„ lis *Dec. conſil. 36. num.* 8. fuit reſolutum in cauſa
„ Cathanien. Legati corā Illuſtriſſimo Blanchetto,
„ & adminicuium ſatis deducebatur ex eo quod enū-
„ ciatiua non erat ſimplex cum Notarius enunciet
„ nomen, & cognomen Notarij rogati de manda-
„ to,quod pro adminiculo ſuit etiam conſideratum
„ in cauſa Romana Saluiani Interdicti corā R.P.D.
„ Millino: Omnis tamen difficultas tollebatur ex
„ obſeruantia, pet quam conſtabat poſtea fuiſſe
„ ſactas ſolutiones canonum cum relatione ad In-
„ ueſtituram anni 1470. quæ ſolutiones præſume-
„ bantur factæ de ordine vniuerſitatis *iux.dec. Cotta*
„ 241. cum de facili præſumatur mtūm in ſoluen-
„ do nomine alterius *Caſſad. deciſ. 3. num.4. de proc.*
„ *Aym. de antiqu.temp.parte 2. numer.* 75. Et ad ap-
„ poſitum,quod non probabatur identitas, fuit di-
„ ctum illam ſatis apparere cum concurrerent tres
„ confines primæ inueſtituræ expreſſi in alijs poſte-
„ rioribus, & ſatis teſtes ſpecificabant confines, &
„ idē probabatur ex aſſertione procuratoris Com-
„ munitatis, cum ergo dicta inſtrumenta appare-
„ rent maximè adminiculata, ex illis plenè,& con-
„ cludenter dominium probari in caſu, & ad effe-
„ ctum, de quo agitur fuit reſolutum &c.

Diſtinctionem autem de qua in ſupradicta Ro-
76 mana Domus tanquam communem probat de-
ciſio in Neapolitana domus 16. Decēbris. 1605.
coram Atrebatenſi.

„ Rector Collegij Societatis Ieſu Neapoli eme-
„ rae domum de qua agitur, reſeruato quodam an-
„ nuo cannone, tedditu, ſeu cenſu emphytheutico
„ perpetuo ducatorum 12. debito Eminentiſſimo,
„ & Reuerendiſſimo Domino Mariano Perbened.
„ Cardinali de Camerino nuncupato vti admini-
„ ſtratori Eccleſiæ Sancti Demetrij cum clauſula
„ ſaluis, & expreſſe reſeruatis iure, & conſenſu
„ Illuſtriſſimæ Dominationis Suæ quatenus opus
„ ſit, & de iure requiratur, & non alias &c. Vnde
„ fuit dubitatum ad hunc effectum, an conſtet de
„ dominio Eccleſiæ Sancti Demetrij, & Domini.
„ Sequuti ſunt diſtinctionem communiter appro-
„ batam, quod ſi dominium deducatur in iudicium
„ principaliter per modum rei vendicationis,vel ad
„ effectum deuolutionis debet plene, & concluden-
„ ter probari *l. in rem actio & l. officium ff. de rei ven-*
„ *dicat. l. cum res ff. de probat. Speculat. in tit. de emphy-*
„ *teuſi §. nunc vero num.* 71. *Aym. conſ.* 157.*num.*13.
„ *Alex. conſ.* 10.*lib.*4. *Verall. deciſ.* 280.*part.*1. & ſuit
„ dictum in Romana domus S. Agnetis 19. Iunij
„ 1589. coram bo: mem: Orano, & in Gerunden.
„ Vini 5. Maij 1599. coram R. P. D. Decano, quod
„ ſi vero deducitur incidenter, ſufficiunt leuiores
„ probationes etiam ex coniecturis *Caſtr. conſil.* 1.
„ *num.4. lib.2. Boer. deciſ.42. num.2. Verall. deciſ.* 292.
„ *part.*1. & fuit dictum in Romana proprietatis Vi-
„ neæ 18. Iunij 1601. coram Eminentiſſimo Cardi-
„ nali Pamphilio. Ex quibus concluſerunt conſta-
„ re de dominio Eccleſiæ ad effectum annui cano-
„ nis, redditus, ſiue cenſus, & ſolutionis faciendæ
„ in futurū, ad quem effectum ſufficit ſola probatio
„ poſſeſſionis de præſenti. *Caſtr. Boer.* & alij præ-
„ allegati. Hic autem deducebatur Inſtrumentum
„ anni 1489. ex quo conſtat pro liberatione alte-
„ rius domus emphytheuticæ huius Eccleſiæ, ſub
„ annuo canone, redditu, ſeu cenſu ducatorum 10.
„ fuerit à Ioanne emphytheuta datus canon,& red-
„ ditus ducatorum 12. videlicet ſuper domo Abba-
„ tis Nardi ſubmiſſa,& obligata ſub natura emphy-
„ theutica, & cum pactis emphytheuticis. Secundò
„ ponderabant Domini enunciatiuam Inſtrumenti
„ venditionis celebrati de anno 1580 in quo ſimi-
„ liter enunciatur dictus annus canon, & redditus,
„ ſiue Cenſus emphithenticus perpetnus ducator.
„ 12. & reſeruatur conſenſus Rectoris S. Demetrij,
„ vnde reſultat conſeſſio, quæ licet non ſit apta ad
„ transferendum dominium, attamen eſt apta ad
„ illud probandum *Ruin. conſ.*128. *num.*5. & 18.*lib.*
„ 2.*Pariſ. conſ.*77.*num.*39.*lib.*3.*Roland. conſ.* 1. *num.*
„ 109. *lib.* 1. *Boer. deciſ.* 211. *num.*24. & 25. Idque
„ non ſolum in præiudicium confitentis, ſed etiam
„ ſuorum. *Ripa in l. ſi rem aliquam nu.*42.*ff. de acquir.*
„ *poſſ.* & fuit dictum in cauſa Fauentina bonorum
„ de Nicolutijs 15. Ianuarij 1582. coram Eminen-
„ tiſſimo Cardinali Seraphino. His accedat vltimū
„ Inſtrumentum venditionis anni 1593. in quo le-
„ guntur repetita verba, annuus canon, ſiue cenſus
„ emphytheuticus,cum reſeruatione conſenſus Re-
„ ctoris, quæ licet conditionaliter concepta ſit
„ quatenus opus &c. multum tamen adminicula-
„ tur, quæ verò executio opponebantur, reſpiciunt
„ alios effectus, de quibus, &, an, probetur iden-
„ titas domini reſeruarunt particulariter vi-
„ dendum.

77 Videmus igitur Rotam plerumque cenſere do-
minium ex inueſtitura non probari ad effectum
caducitatis ob non ſolutum canonem,vel aliena-
tionem irrequiſito domino factam; ſecus ſi deuo-
lutio intentetur ob tempus finitum, puta quia
locatio fuerit facta ad 29. annos, ſiue ad tertiam
generationem quibus, vel qua lapſa bene proba-
tur dominium, ex confeſſione recipientis in inue-
ſtitura, vt in dictis *deciſ.* 215. & 290. *part.*1.*diuerſ.*
quibus addenda deciſio in Romana Domus 26.
Nouembris 1611. coram D. Coccino Decano.

„ Hęc domus fuit conceſſa ad tertiam generatio-
„ nem Ioanni Antonio de Alexandris, & quatenus
„ eius filij non haberent deſcendentes ad vnam no-
„ minationem: Vnde cum Ioannes Petrus filius di-
„ cti Ioannis Antonij vocatus primo de domo con-
„ filiaria ex Auunculo Cardinale, & deinde ex do-
„ mo Ghisleria cum ex Seigmatum ſimilitudine, &
„ amore erga defunctum Cardinalem, illa familia
„ fuerit donatus per fel. record. Pium Quintum, &
„ vtriuſque ſignaturæ Referendarius creatus deceſ-
„ ſerit ſine filijs prius vigore dictæ facultatis nomi-
„ nata Camilla ex ſorore neptæ,quæ modo deceſſit,
„ non poteſt dubitari quin intret deuolutio ad fa-
„ uorem Eccleſiæ *§. emphytheuſin Auth. de non alien.*
„ *reb. Eccleſ. Clarus in §. emphytheuſis quaſt.* 42. *verſ.*
„ *aliquando Corbul. de iur. emphyt. tit. de cauſ priuat. ob*
„ *lin finit. num.*1. & 2.

„ Neque obſtat, quod ex d. inſtrumento non pro-
batur

batur dominiũ ad effectum reiuendicationis quia aliqui ex Dominis conſiderabant quod non agitur reiuendicatione ob non ſolutum canonem, vel ex alia cauſa, itaut dici poſſit contractum eſſe potius cenſualem, quam emphytheuticum, ſed agitur rei vendicatione, vigore pacti ob lineam finitam, & ideo ſatis eſt, quod ſit locus pacto, & quod contractus probetur effectuatus prout probatur ex infra dicendis. In omnem euentum ex Inſtrumento concurrentibus adminiculis probatur dominium *Pariſ. conſ. 27. num. 1. & 2. & conſil. 104. num. 82. lib. 1.* & fuit dictum in cauſa Placentina adminiſtrationis 10. Martij 1581. coram Cantuccio, & aliàs ſæpius.

Adminicula autem hæc plura adſunt, nempe confeſſio Ioannis Petri in teſtamento ibi *hauendo in vna Caſa al Arco di Camigliano delli Padri della Minerua, con facoltà di nominare vna perſona, nominò Camilla mia Nepote*, Quæ confeſſio ſicuti præiudicaſſet Ioanni Petro, ità nocet habenti cauſam ab eo *l. ſi ſuperatus ff. de pignor. Aym. conſ. 507. nu. 4. & 33.* Præterea adſunt continuatæ canonum ſolutiones quæ arguunt effectuatam conceſſionem *Alex. conſil. 8. num. 1. lib. 7. Modern. de præſumpt. præſumpt. 63. num. 13.*, quæ licet deducantur ex libris Monaſterii, tamen cum deducantur ex pluribus partitis probant *Aym. de antiqu. temp. ſect.*, quæ incipit, *quod in lib. num. 23. Soccin. Sen. conſ. 295. nu. 2. in fine lib. 2. &c.*

Immo non ſolum quando ageretur ad caducitatem, ſiue ad deuolutionem probatio dominij debet eſſe concludens, adeo vt confeſſio in Inueſtitura cum adminiculis non ſufficiat, ſed etiam quandocumque ageretur principaliter ſuper proprietate, ſiue dominio vt in Romana proprietatis Vineæ 18. Iunii 1601. coram Pamphilio.

Domini quantum ad effectum deuolutionis dixerunt non probari Vineam, de qua agitur eſſe ſub proprietate, & directo dominio Eccleſiæ, quod plene, & concludenter eſt proban., cum de eo principaliter agatur *l. officium ff. de rei vendic. ſpecul. in tit. de emphyt. § nunc verò num. 71. cum ſeqq. Alex. conſ. 10. cũ duobus ſeqq. lib. 4. Aym. conſ. 157. num. 3. Verall. deciſ. 280. par. 1.* & fuit deciſum in cauſa Romana domus Sanctæ Agnetis de anno 1589. coram bo: me: Orano, & ſæpiſſime in pluribus aliis cauſis; ea autem, quæ à Rectore Sancti Nicolai in caſu deducuntur viſa ſunt Dominis, nõ ſufficere; de aliqua enim inueſtitura, ſeu conceſſione non conſtat, & quantum ad enunciatiuam proprietatis, de qua in inſtrumento anni 1534. illa non loquitur de hac vinea, ſed de quadam alia cuiuſdam Marianæ, quæ reſpondebat Eccleſiæ decem barilia vini, vt eſt illa, quæ poſſidetur à Monialibus Sanctæ Luciæ in Silice contiguæ huic de qua agitur, & patet ex deuolutionis declaratione facta per Rectorem, & poſitionibus datis in iudicio moto contra Moniales, Alia vero enunciatiua proprietatis de qua in inſtrumento anni 1542. loquitur de Vinea Catherinæ Sororis Marianæ Vendita per ipſum cuidam Antonio, & dicitur eſſe petiarum trium cum dimidio, pro qua ſoluuntur quinque barilia vini, & iſta Vinea vt aſſerunt informan. Rectoris eſt pars ſupradictæ Vineæ poſſeſſæ per Marianam, quo fit, vt non verificetur in iſta de qua agitur ſeptem petiarum, & ſoluit nouem barilia Vini cum dimidio, & licet aliqua confinia conueniant, probatio iſta, nihilominus redditur æquiuoca, cum omnes iſtæ Vineæ ſint in locis contiguis, & in eadem contrata, ſeu vicinia, vltra quod iſta eſt ſimplex enunciatiua proprietatis Eccleſiæ inter alias, quæ nec etiã inter eaſdem probat, quando principaliter de ea dubitatur *Gloſſ. in l. optimam C. de contrahen., & committen. ſtipul. Butr. poſt Innoc. & Hoſtien. in c. illud num. 4. de præſumpt. Alex. conſ 136. num. 11. lib. 1. Dec. conſ. 348. in fin. Felin. in c. per tuas ſub num. 12. de probat.* Denunciatio facta coram Deputatis fabricæ Sancti Petri per maritum Calidoniæ, cum qua hodie lis pendet, nihil facie, quia fuit facta cum preſeruatione ſuorum iurium, & citra approbationem alicuius dominij; & in ea Maritus Calidoniæ, ſolum aſſerit, quod pro Vinea petiarum ſex cum dimidio ſoluunt quolibet anno barilia nouem muſti cum dimidio Rectori S. Nicolai, qui prætendit ſe proprietarium, & ſic non fatetur pro proprietate *Rot. deciſ. 60. de reſeruat. in antiq. Caſſad. deciſ. 7. de iure patron.* Sola enim relatio prætenſionis alicuius nullam confeſſionem inducit *Gloſſ. Angel. & alij in l. gallus §. idem credendum ff. de lib. & poſthum. Alex. conſ. 49 nu. 10. lib. 1, bene Decius in c. iurauit in princip. & in l. ad hac* vbi *Butr. in 1. notab. de probat. Gabr.* qui alios allegat *concluſ. 4 de confeſſ. num. 27.* Alia denunciatio facta coram eiſdem Deputatis, quæ videtur loqui de eadem Vinea in duas partes diuiſa, continet ſimplicem aſſertionem ipſius Rectoris dicentis illam eſſe ſub proprietate ſuæ Eccleſiæ non probat præſertim quod loquitur de parte poſſeſſa per Antonium, quam vt ſuperius dictum eſt conſtat eſſe diuerſam ab iſta, de qua agitur. fides releuationis facta a Vicario, nec etiam aliquid probat quia loquitur de quietantiis Eccleſiæ Sancti Nicolai, quæ & ipſę ſunt ſimplices aſſertiones ipſius Rectoris, & non probant dominium Eccleſiæ ad effectum deuolutionis *Verall. d. deciſ. 280 par. 1. n. 5.* vbi, quod ſolutiones probant dominium præſumptiue, non autem plene, vt neceſſarium eſt quando agitur de eo principaliter, quod etiam tenuit Rota in cauſa Bonon. domus ſub die 11. Maij 1591. coram D. meo Millino & in pluribus alijs maximè cum illa enunciatio non tendat ex profeſſo ad probationem illius *Bald. in l. ſi certis annis num. 10. & ibi Salic. col. penult. verſic ſed contra & Alex. num. 7. C. de pact.* & ſic tolluntur ea, quæ tacita approbatione Cataldi, & Calidoniæ deducuntur ex acceptatione quietantiarum, & illorum productione, vltra quod iſta tacita approbatio non excluditur ab enunciatiua *Bald. in c. cum venerabilis num. 12.* & ibi *Felin. num. 23. Pariſ. qui teſtatur de communi num. 58 de except.* Alia confeſſio Cataldi, & Calidoniæ ad poſitiones Rectoris non facit ad rem, quia nihil dicunt de proprietate, ſed tantum quod poſſident vineam pro qua reſpondent barilia nouem muſti cum dimidio Rectori Eccleſiæ S. Nicolai, & vt minus præiudicet ſolutio potius intelligitur ex cauſa cenſus quam proprietatis, ſeu directi dominij *ad l. ſi quis intentatum ff. de iudic.*

indic. & facit *deciſ. Creſcen.* 242. *alias* 3. *de præſcript.* Quantum vero ad effectum recognitionis, ſeù ſolutionis faciendæ in futurũ viſum fuit Dominis ex prædictis ſatis probari dominium Eccleſiæ, ad hũc enim effectum ſufficiunt leniores probationes, etiam ex coniecturis, & ſolutionibus, quæ Maximum prebent argumentum dominij *Doct. in leg. in duobus vbi Bald. C. de rei vend. Alex. conſ.* 8. *num.* 1. *lib* 7. *Pariſ. conſ.* 77. *num.* 42. *lib.* 3. *Verall. deciſ.* 292. *par.* 1. præſertim accedente confeſſione Cataldi, & Calidoniæ in denunciatione facta coram deputatis fabricæ, & in reſponſione ad ſecundum articulum Rectoris, quod pro hac Vinea quolibet anno reſpondent barilia nouem Vini cum dimidio Eccleſiæ Sancti Nicolai, & iſtæ confeſſiones cum ſint priuatæ multum probant *Bart. in d. leg. cum ſcimus, Cod. de agri.* & cenſit, *lib.* 11. *Rom. conſ.* 190 *num.* 7. præſertim quod redduntur multum veriſimiles ex depoſitionibus Teſtium, qui probant iſtam reſponſionem, quæ nec etiam ab iſtis coniugibus controuertitur, & ita concluſum &c.

Hæc deciſio vltra concluſiones in præcedentibus firmatas, firmat hanc aliam, quod ſoluens, & recipiens quietantiam ab exigente cum certa enũ-
79 ciatiua, illam ſoluenti non præiudicat, quod omnino notandum, quia eſt valde ſpeciale, & quotidie contingit, ſed recenſeamus alias deciſiones circa hanc materiam vt Rotæ ſancitis, eam penitus explicemus.

Romana deuolutionis domus Veneris 13. Octobris 1595. coram Penia.

Prætendebat Dominus Antonius Soderinus hæres hæredis q. Annæ Soderinæ dominium directum domus de qua agebatur ad ſe pertinere, eãdemque iudicandam ei D. Vicentio Rentio tanquam deuolutam ob non ſolutionem Canonum tempore conſtituto. quando die 8. Martij 1558. Anna Soderina, & Aloyſius de Rodulphis coniuges eam conceſſerunt in emphytheuſim Victoriæ de Vitellis ſub annuo canone ſcut. 18. cum pacto deuolutiuo ad eoſdem coniuges eorumque hæredes, & ſucceſſores ceſſante triennali ſolutione. Dubio autem propoſito Domini pro maiori parte cenſuerunt ex his, quæ proponebantur non probari dominium domus pertinere ad Soderinũ, niſi ille probationem coadiuuaret, conſiderabant enim primum, quod in hac facti ſpecie non agebatur de dominio incidenter, ſed principaliter ad effectum deuolutionis, & ideo debuiſſe ſufficienter probari *Rota deciſ.* 15. *de re iud. Bellam. dec.* 739. *num.* 1. *Dec. conſil.* 221. *num.* 4. Primum informantes pro Soderino ad probandum dominium proponebant inſtrumentum dotale, in quo legebantur hæc verba, quod hæc domus cum multis alijs anno 1518. fuerat tunc Annæ Soderinæ in dotem data, fuit ergo per ipſam tranſlatum dominium, *leg. dote Ancillam, Cod. de rei vend. & in leg. rebus, Cod. de iur. dot.* Sed reſpondebatur primum dominium non probari illius, qui dotem dederat, ſicuti dici ſolet de eo, qui rem vendidit, cum ad probandum dominium non ſufficiat probare titulum habilem ad dominium transferendum, niſi etiam probetur auctorem fuiſſe Dominum *Rolan.* qui alios refert *conſil.* 46. *nu.* 23. & 24. *lib.* 3. *Boer. dec.* 42. *num.* 25. Secundò, dicebatur ex eo Inſtrumento potius probari dominium fuiſſe translatum in Aloyſium Annæ Maritum, quam in ipſam Annam, præſertim cum domus fuerit ei data in ſolutum æſtimata præcedente promiſſione in pecunia *l. quoties, Cod. de iur. dot. Imol. in l. ſi æſtimatis numer.* 3. *ff. ſolut. matrim. Iaſ. in §. actionum num.* 8. *verſic. pro æſtimato Iuſtit. de action.* cumque hac ratione, potius excluderetur probatio dominij reſpectu Annæ, ad quam non fuerat translatum, ſed in Aloyſium ipſius Maritum, dicebatur dictum Inſtrumentum nõ potuiſſe deſeruire pro adminiculo, niſi aliundè corroboretur; rurſus proponebatur aliud inſtrumentum conceſſionis in emphytheuſim facta de anno 1553. in quo enunciabatur domus dotalis ipſius Annæ, & ad ipſam illiuſque hæredes pertinere: per tale enim inſtrumentum cenſetur probari dominium directum etiam ad effectum deuolutionis *Graſſ. conſ.* 50. *num.* 29. *lib.* 1. *Pariſ. conſ.* 104. *num.* 81. *& ſeqq. lib.* 2. hanc autem probationem excludebat prædictum inſtrumentum dotale anni 1518. ex quo apparebat, domum non fuiſſe dotalem, ſed pro dote æſtimata fuiſſe conſignatam Aloyſio Annæ Marito, rurſus dicebatur verba enunciatiua non inducere probationem, niſi inter enunciantes *Alex. conſil.* 150. *num.* 2. *lib.* 2. Neque hoc caſu operari, cum non verſemur in antiquis *gloſſ.* 1. & ibi *Doct. in cap. cum olim de cenſibus Tobias conſil.* 73. *num.* 8. Tertiò nitebantur probare dominium Annæ ex eo quod ipſa die 12. Februar. 1559. poſt obitum Aloyſij Mariti ratione ſuæ dotis, acceperit poſſeſſionem cenſuum, & domorum ſitarum in Burgo Sancti Petri, & ſignanter cenſus, & domus de qua agitur, cum ſubſecuta executione penſionis domus mediante banco de Neronibus executore ab A. C. ab anno 1559. vſque ad annũ 1561. ſed dicebatur ex eo non probari dominium, tum quia non valet argumentum de poſſeſſione ad dominium, cum iſta nihil inter ſe habeant commune *leg. naturaliter ff. de acquir. poſſeſſ.* tum quia ſi tradita fuit Annæ domus poſſeſſio ratione hypothecæ, donec, & quovſque fuiſſet ſibi ſatisfactum de ſua dote, domus erat penes maritum, non penes Annam, & conſequenter non tranſiuit ad hæredes Annæ, ſed Aloyſij Mariti *leg. cum hæredes ff. de acquir. poſſeſſ.* Quartò dicebant probari dominium ex ſententia Rotæ Florentinæ latæ Anno 1563. per quam domus, & cenſus prædicti adiudicati fuerunt Annæ pro ſua dote, & iuribus dotalibus, quæ ſententia, cum tranſierit in rem iudicatam pro veritate habetur *leg. ingenuum de ſtat. hom.* ſed reſpondebatur hanc ſententiam ſine actis, & proceſſu nihil probare, maxime cum non verſemur in *antiq. iux. vulgatas deciſiones*, & præſertim in materia grauis præiudicij, quale erat pronunciare ſuper deuolutione ob non ſolutum Canonem. Sextò proponebatur Inſtrumentum venditionis huius domus, quam emerat per ſubhaſtationem D. Vincentius Rentius anno 1568. a Ioanne Baptiſta de Perbenedictis Equite Camerinenſe, in qua enunciabatur hanc domum fuiſſe ſub dominio, & proprietate Annæ, quę enunciatiua, ſeù confeſſio etiam contra tertium videtur inducere probationem *Aymon. de antiq. temp. par.* 1. 55. *ampl. num.* 22.

„ *num.* 22. Sed reſpondeatur primò de hoc non con-
„ ſtare in actis, rurſus dicebatur ex deductis hanc
„ enunciatiuam, & confeſſionem videri erroneam.
„ Ad poſtremum de obſeruantia ſubſecuta, qua di-
„ cebatur Victoriam de Vitellis, & Ioannem Ba-
„ ptiſtam Equitem ſemper ſoluiſſe Canonem Dom.
„ Annæ, ideoque per hanc obſeruantiam, & canonis
„ ſolutionem vnà cum inueſtitura plene probari
„ dominium *Aymon. conſ.* 150. *num.* 4. *Calcan. conſ.* 11.
„ *num.* 7. Reſpondebatur iſtam ſolutionem Annæ
„ fuiſſe factam non tanquam dominæ domus, ſed
„ quia illam obtinebat donec, & quatenus ſibi ſuiſ-
„ ſet de fructibus ſatisfactum pro ſua dote. Cæte-
„ rum, quia ex tota ſerie facti videbatur à veritate
„ multum aliena, propterea dixerunt domini quod
„ ipſe coadiuuaret ſuam probationem, & produce-
„ ret ſententiam Rotæ Florentinæ cum ſuo proceſ-
„ ſu, & alijs ex quibus manifeſtius poſſit veritas de-
„ prehendi forſaſſis enim fouebat bonum ius, licet
„ oportunis, & requiſitis probationibus deſtitue-
„ retur, &c.

Firmat deciſio dominium ad effectum deuolutionis non probari neque per enunciatiuas multiplicatas, neque per canonum ſolutiones, neque per longam obſeruantiam, neque per partis confeſſionem, neque per Inſtrumentum inueſtituræ, nec denique per omnia iſta ſimul, & ſubdit probationes coadiuuandas eſſe alijs probationibus, ſed cedo quibus tandem probationibus ſi ſupradicta nõ ſufficiunt, cum aliæ non videntur poſſe adduci, dicit deciſio ex productione proceſſus Florentini, ſed hoc nihil aliud eſt, quam adigere partem ad ſumptus in regiſtro faciendos, qui reſpondeant, valori rei, quæ controuertitur, & demum non omni in cauſa poteſt adduci ſententia antiqua, adeo vt petere aliam probationem præter adductas pro deuolutione in caſu præmiſſo nihil aliud eſt, quam affirmare dominium ad effectum deuolutionis probari non poſſe.

Dixi ſuprà numer. 78. dominium concludenter probandum eſſe, non ſolum quando agitur ad de-
80 uolutionem, ſed etiam quandocumque agitur ſuper dominio principaliter; ſed hæc duo non videntur diſtingui iuxta præmiſſam deciſionem, ſed effectus deuolutionis, ſiue rei vendicationis, ſiue quia principaliter de eo agatur in idem incidunt, cum quæſtio ſuper dominio principaliter non incidat niſi ad effectum deuolutionis, ſiue reiuendicationis, licet poſſint dari alij effectus vt infrà n. 84.

Hoc autem, quòd dixi de quaſi impoſſibilitate probandi dominium ad effectum deuolutionis, debet intelligi de deuolutione vt dixi ex capite non
81 ſoluti canonis, non autem ex capite locationis finitæ, vel defectus generationis, vt præter deciſiones ſupra allegatas *num.* 75. *& deciſ. Caualerij* 654. & fusè traditur in deciſione in cauſa Maceraten. Prædij Veneris 19. Ianuarij 1624. coram bo. me. Rembolde.

„ Fuit dictum ſententiam, qua declaratum fuit
„ Collegium eſſe reponendum, & reintegrandum in
„ realem, & corporalem poſſeſſionem prædij de quo
„ agitur fore confirmandam. Ex Inſtrumento enim
„ quod datur conſtat dictum prædium fuiſſe con-
„ ceſſum de anno 1600. ſeu potius renouatum in
„ emphytheuſim ad tertiam generationem, cum
„ declaratione, quòd in ſecunda generatione eſſet
„ Iulius Archiepiſcopus de Roſſinis, & in tertia An-
„ tonius eius nepos, pacto adiecto, quòd finita di-
„ cta tertia generatione quomodocumque, & qua-
„ litercumque dictum prædium deuolutum intelli-
„ gatur Abbatiæ, ſeu Collegio, cui fuit dicta Abba-
„ tia vnita, ac propterea cum dicta tertia generatio
„ ſit finita per mortem dicti Archiepiſcopi, & Anto-
„ nij, atque ita factus locus dicto pacto, rectè fuit
„ pronunciatum contra D. Iulium denegantem di-
„ ctum prædium reſtituere Collegium eſſe reinte-
„ grandum in realem poſſeſſionem dicti prædij, nam
„ qui denegat reſtituere dicitur ſpoliare, & compe-
„ tit ſic ſpoliato reſtitutio ex remedio *leg. ſi quis con-*
„ *ductionis, & leg. conductores, Cod. locat. Alexand. in*
„ *leg. ſi quis rem num.* 2 *ff. de acquir. poſſ. & in conſ.* 33.
„ *num.* 2. *lib.* 6. *Aymon. conſil.* 140 *nu.* 1. quòd locum
„ habet non ſolum in locatione, ſed etiam in quo-
„ cumque alio contractu, ex quo contrahitur obli-
„ gatio ad reſtitutionem rei *Cardinal. Mantic. deciſ.*
„ 277. *num.* 5. *& ſeqq.* Et procedit etiam in hærede
„ eius qui rem accepit cum obligatione reſtituendi
„ *Cagnol. in leg. neque pignus ſub num.* 5. *ad med. verſic.*
„ *quæ procedit non ſolum ff. de regul. Iur. Cephal. conſil.*
„ 47. *numer.* 40.
„ Nec obſtat, quòd non conſtat de dominio
„ Collegij, quia in hoc iudicio ſufficit, quòd conſtet
„ dictum prædium fuiſſe auctoribus Iulij conceſſum
„ cum pacto, quòd finita generatione illud tenean-
„ tur reſtituere, nam ſicuti ſtante hoc pacto, nõ poſ-
„ ſent Auctores Iulij quæſtionem dominij refricare
„ Collegio *d. leg. ſi quis conductionis, & leg. conducto-*
„ *ris, Cod. locat. cum alijs per Gabr. concluſ.* 4. *num.* 14.
„ *tit. de locat.* Ita nec minus poſſet Iulius hæres, *Soc-*
„ *cin. conſil.* 11. *colum.* 1 *in fin. lib.* 3. Non obſtat, quòd
„ Iulius non eſt hæres Archiepiſcopi, & Antonij,
„ quia quòd ſit hæres vtriuſque patet ex eiſdem Iu-
„ lij reſponſionibus ad poſitiones, quæ contra ipſum
„ plenè probant *cap.* 1. & ibi *Doct. de confeſs in* 6. *&*
„ *Aymon. conſil.* 217. *num.* 9. Non obſtat, quòd dicta
„ reſponſio non afficiat contra Iulium, ex quo ipſe
„ tunc erat minor, quia vltra quòd reſponſio facta
„ eſt medio iuramento quòd facit ipſum maiorem,
„ *Auth ſacramenta puberum vbi omnes, Doct. Cod. ſi*
„ *aduerſ. vendit. Dec. in leg. pupillum num.* 4. *ff. de reg.*
„ *Iur. Soccin. Iun. conſil.* 32. *num.* 16. *lib.* 3. *Abb. conſil.*
„ 39. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 1. *& conſil.* 108. *numer.* 2. *lib.* 2.
„ *Rota deciſ.* 265. *num.* 4. *par.* 1. *in recentior.* eſt etiam
„ dicta reſponſio adminiculata ex teſtibus, qui dan-
„ tur, *Summario Collegij numer.* 4. quo caſu confeſſio
„ præiudicat minori *Gabr. conſil.* 69. *lib.* 1. *& conſil.* 51.
„ *in fin. lib.* 2. *Accbill. deciſ.* 1. *de confeſs. Rot. deciſ.* 177.
„ *num.* 6. *part.* 2. *diuerſ. Seraphin. deciſ.* 1443. *num.* 1.
„ & præſertim quando res agitur cum Eccleſia, tunc
„ enim locum non habent ſtatuta requirentia cer-
„ tam ſolemnitatem in contractibus mulierum, vel
„ minorum *Bald. in leg ſi generali in fin. verſic. ſecundo*
„ *quæro, Cod. de Sacr. Sanct. Eccleſ. & conſil.* 373. *nu.*
„ 2. *lib.* 2. *Cephal. conſ.* 109. *num.* 18. *Rota deciſ.* 461.
„ *num.* 11. *par.* 1. *recent. Verall. deciſ.* 172. *num.* 9. *&*
„ *deciſ.* 294. *par.* 3. Non obſtat, quòd deficit proba-
„ tio ſecundi extremi, quòd ſcilicet dictum prędium
„ detineatur à Iulio, quia id probatur ex litis ſubſtẽ-

ratione

tatione vinctis teſtibus, & declaratione Procuratoris Iulij in ſecundo Articulo, in quo ponit Iulium poſſidere dictum prædium cum eiſdem confinibus enunciatis in dicto Inſtrumento renouationis. Nec obſtat defectus mandati illius qui comparuit pro Collegio, & dictam ſententiam obtinuit, quia de dicto mandato conſtat ex actis eiuſdem Notarij actuarij, & ſufficit, quod nunc doceatur de dicto mandato, quia proteſtatio neminem ex aduer. comparentem audiri &c. nõ fuit in quolibet actu repetita vt requiritur ad inducendam nullitatem proceſſus, & ſententiæ *Rot. deciſ.688.num.2. & 3. t.par.diuer. Seraph.in deciſ.502.num.2.& ſeqq.* cum alijs adductis in Agrigentina Sancti Angeli 30. Aprilis 1608. coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano. Non obſtat, quòd Archiepiſcopus, & Antonius non potuerunt præiudicare Iulio in prima Inueſtitura compræhenſo, quia vltra quòd obiectum hoc ſupponit dictam primam inueſtiturã exiſtere. in eaque compræhendi Iulium, quod negatur, ceſſat difficultas, tum quia apparet ex Inſtrumento concordiæ anni 1600. in quo fuit conſtitutus in ſecunda generatione Archiepiſcopus, & in tertia Antonius Pater Iulij, & fuiſſe ad dictam concordiam conuentum, eo quòd prædium erat ad Collegium deuolutum ob non ſolutum canonẽ prior inueſtitura emanauerit, tum etiam quia cum Iulius vt dictum eſt ſit hæres Archiepiſcopi, & Antonij, non poteſt factum illorum impugnare *l. cum à matre, C.de rei vendic.leg.ſi ab eo, Cod.de lib.cauſa, l.ex qua perſona, ff.de regul.iur.cum ſimil.*

Hæc deciſio fuit confirmata ſub die 10.Iun.1628. coram Eodem.

Domini ſteterunt in deciſis 19.Ianuarij præteriti, conſtat enim de vtroque extremo, vt in dicta deciſione dicitur, & primum quidem extremum ſufficienter probatur aduerſus dictum Iulium ex Inſtrumento conceſſionis prædij de quo agitur factæ per Collegium Archiepiſcopo, & Antonio, quia Iulius eſt hæres Archiepiſcopi, & Antonij, & Inſtrumentum locationis plene probat inter locatorem, & conductorem, ſiue eiuſdem conductoris hæredem *Bald.in leg. quædam mulier, num.2. & ibidem Angel.ſub num.2. poſt med. verſic.item adde vbi*, quod per ſolam inueſtituram probatur poſſeſſio inter ipſos contrahentes nullo alio probato, *ff. de rei vendic. Pariſ.conſil.121.num.44.lib.1.Ruin. conſ.46.num.13.lib.4. Gabr.de locat.concluſ.4.num.14. Menoch. de retinend.remed.3.num.751.& ſeqq.* & in his terminis fuit reſolutum in Neritonen. Maſſariarum 10. Martij 1603. coram bon.mem. Litta. In Mediolanen. decimarum 9.Iunij 1610. coram R. P. D. meo Buratto. Non obſtat, quòd ad dictum effectum, vt intret diſpoſitio *leg.ſi quis conductionis, C.locati*, non ſufficit alia locatio, ſed requiritur etiam, quod locator probet ſe poſſediſſe cum poſſit eſſe, quod fuerit locata ſola proprietas *Gratian.conſ.90 num.13. lib.1.* & fuit dictum in Placentina Vſurarum, quæ eſt *deciſ.224.par.2. diu.* quia in caſu iſto videtur ceſſare difficultas ex pluribus, & primo quia Collegium non ſe reſtringit, ad remed. dictæ l.ſi quis conductionis, ſed egit ſimpliciter pro recuperatione ſuæ naturalis poſſeſſionis, vnde quicquid ſit quo ad remedium dictæ ſatis eſt fundata intentio dicti Collegij in dicto Inſtrumento locationis ad effectum obtinẽdi in ſpolio, nam cum in dicto Inſtrumento Archiepiſcopus, & Antonius promiſerint Collegio finita tertia generatione vtile dominium, & naturalem poſſeſſionem reſtituere. eo ipſo, quòd D. Iulius hæres Archiepiſcopi, & Antonij recuſat dictam poſſeſſionem reſtituere, competit Collegio domino directo reintegratio pro recuperatione naturalis poſſeſſionis *l.1 §.deijcitur, & §.ſine autem ff. de vi, & vi armat.* cum alijs per *Menoch.de recup. remed. 15.num.391.Put.deciſ.192.num.3.& ſeq.lib.primo.* Secundò videtur etiam ad effectum, vt intret remedium d. leg. probata poſſeſſio ex dicto Inſtrumento quia in eo conceditur tantum vtile dominium, & naturalis poſſeſſio conductoribus reſeruato dominio directo, & ciuili poſſeſſione locatoribus, ideoq; ceſſat quòd dicitur, quòd poſſit eſſe, quòd fuerit conceſſa tantum proprietas, vt voluit *Grat. d. conſil. 90.* nec poteſt controuerti, quòd fuerit conceſſa ipſa naturalis poſſeſſio, & per conſequẽs ſatis probatur, quòd ex dicta conceſſione poſſeſſio concedentis ex prææallegatis. Tertiò idem cõfirmatur in omnem euentum, quòd ſola proprietas fuiſſet penes concedentes tempore dictæ conceſſionis, & penes conductores poſſeſſio naturalis vt prætenditur, nihilominus eo ipſo, quòd dicti creditores receperunt dictum prędium à Collegio titulo locationis cenſentur tranſtuliſſe poſſeſſionẽ, ſi quæ erat penes eoſdem conductores in Collegium, quia conductor non poſſidet ſibi, ſed locatori *§. poſſidere Inſtit.de interdict.leg. ſi quis ante, & l.quod meo ff.de acquir.poſſ. Corn.conſ.40.nu.6.lib.4.* cum ſimil., & ſic bene remanet in dicta conceſſione probata dicti Collegij poſſeſſio. Quartò prædicta, eo magis procedunt; quod in eadem conceſſione enunciatur alia conceſſio auctoribus dicti Archiepiſcopi facta, & ſic conſtat de geminata conceſſione, quæ propterea magis probat dictam conceſſionem firmantur *l.2.* cum alijs per *Menoch. d.tract.de retin.remed.3.num.537.* & fuit dictum in allegata Mediolanen. Decimarum 9.Ianuar.1610. coram R.P.D. meo Pirouano; Nec obſtat quod nõ conſtet de effectuatione dictæ conceſſionis, quia de ea conſtat eo ipſo, quòd non negatur dictos conductores poſſediſſe prædium de quo in dicta conceſſione, præſumuntur enim poſſediſſe ex titulo præambulo dictæ conceſſionis *Menoch. præſumpt. 67.lib.6.Seraph.deciſ.579. nu.2.* Non obſtat, quòd Iulius non eſt hæres Archiepiſcopi, & Antonij quia quod eſt hæres conſtat ex propria eius, & quidem iurata confeſſione, quæ etiam reſpectu ſaltem Antonij in quo legitur ſcriptus hæres, & ex teſtibus, qui dicunt ipſum ſe geſſiſſe pro hærede, ita quod dictæ confeſſioni omnino ſit dandum, etiam quod ſit facta à minore, quia etiam confeſſio facta à minore ei præiudicat quando eſt adminiculata, & veriſimilis ex adductis in alia deciſione in hac cauſa facta.

Quo ad allegatam nullitatem, quòd ſententia fuit lata contra minorem indefenſum, fuit reſponſum eam non ſubſiſtere, quia tempore latæ ſententiæ D. Iulius erat annorum 19. ideoque potuit conſtituere procuratorem *Guidop. deciſ.35.* & erat

in ele-

in electione actoris citare vel adultum vel curatorem *l.1.§.ſufficit vbi Bart.num.1.in fine.ff de admin.tutor.Caſtr.in l.2.nu.4 verſ.ſi autem eſſet maior ff.de conduct. furt.Rot.deciſ.674.num.6.par.1.recent.* ideoque ſufficit fuiſſe citatum Procuratorem à D.Iulio conſtitutum, &c.

Ex prædictis omnibus deciſionibus hæc vna colligitur concluſio, quòd dominium ad effectum rei vendicationis probandum eſt concludenter ad effectum vero poſſeſſorij ſufficere talem qualem probationem; dubium autem maximum eſt quæ nam debeat eſſe concludens illa probatio, cum in ſupradicta Romana deuolutionis domus coram *Penia* relata *ſupra nu.78.* dictum fuerit probationem huiuſmodi concludentem non conſtitui, neque per obſeruantiam neque per canonum exactiones, neque per inſtrumentum Inueſtituræ, neque per partis confeſſionem, neque per omnia iſta ſimul. Duas proponit concludentes dominij probationes. Rota in cauſa Leodien. Dominij de Hollonia 5. Maij 1625. coram R.P. D. meo Merlino qua deciſione relata examinan. vtrum ſubſiſtant.

Propoſui dubium aliss reſeruatum in deciſione facta coram R. P. Domino meo Veroſpio 19. Nouembris 1621. An ſcilicet conſtaret de dominio Abbatis Sancti Cornelij ad Indam ad effectum deuolutionis, & Domini negatiuè reſponderunt, quamvis dominium ſufficienter probetur ex inſtrumento inueſtituræ concurrentibus adminiculis præſertim in antiquis *Bart. in l. ad probationem Cod.locat. Decius, conſil.146.num. 14. Seraph.deciſ.1453. Rot.deciſ.193. num.1.par. 2. recent.* & in Placentina deuolutionis Terrarum 21. Aprilis 1600. coram Corduba, in Ferrarien. bonorum prædij 3. Decembris 1610. coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano: hic autem vltra Inſtrumentum inueſtituræ anni 1325. de quo in Summario Dom. Abbatis nu. 3. dicebatur etiam adeſſe duo alia inſtrumenta concordiæ, in quibus expreſsè confirmatur ipſa antiquiſſima inueſtitura, nec non etiam plures continuatas canonum ſolutiones, ex quibus adminicula deſumpſit Rota in præallegata Ferrarien. prædij, nihilominùs fuit reſponſum intra producta non eſſe in forma probanti, nec poſſe dici publica inſtrumenta &c.

Adeò vt iuxta mentem deciſionis inueſtitura iunctis adminiculis probat dominium etiam quo ad effectum deuolutionis, ſed ſubdit deciſio, Inſtrumenta, quæ non ſunt in forma probanti, & canonum ſolutiones non conſtituere ſufficiens adminiculum, & contra hoc ego tunc cum illi cauſæ adeſſem patronus opponebam, quod ſi Inſtrumenta concordiæ de quibus in deciſione vltra antiquitatem haberent omnia requiſita, eo caſu non facerent adminiculum ſed probationem probatam ſuperadditam probationi probatæ videlicet alteri Inſtrumento in forma probanti; concluſio autem eſt, quòd Inueſtitura ad effectum conſtituendi probationem ſufficientem dominij in iudicio rei vendicationis non requirat alias probationes concludentes, ſed ſolum adminicula, vt per *Bart.* ſæpius allegatum in *leg. ad probationem Codic. de locat. & conduct. Soccin. conſil.89. numer.11.lib.1.* & dixit Rota in præallegatis Placentina deuolutionis terrarum 21. Aprilis 1600. coram Corduba, & in Nullius feudi 3. Martij 1595. coram Pamphilio, & in Ferrarien. prædij 3. Decembris 1610. & in Romana Domus 26. Nouembris 1611. coram Reuerendiſſimo Coccino Decano, & in alia Romana Domus 11. Maij 1592. coram Cardin. Millino; ſcripturæ autem informes adminiculum faciunt *Bald. conſ.400. num.5. lib.4. Corn. conſ.101. nu.4. & conſil.158. nu.1. & 2. Rota deciſ. 472. nu.3. p.1. & deciſ.18. num.1. p.2. recent. & coram Caualer. deciſ.79. nu.2.* & alias ſæpe vt in Romana domorum 12. Septembris 1571. coram
81 Robuſterio, & in eadem 16. Ianuar. 1602. coram Lancellotto, & in Ianuen. Parochialis 19 Aprilis 1627. coram Durano.

Quo verò ad continuam ſolutionem canonũ ſimiliter dicebam illam facere ſufficiens adminiculum inueſtituræ per ſe probationi conclu-
82 denti, imò ipſam continuatam ſolutionem ſolam eſſe validiſſimum argumentum proprietatis, vt poſt *Baldum in l. inditia nu.2. ad fi. C. de rei vend.* dixit Rota in dicta Romana Domus 11. Maij 1592. coram Millino, & in alia Romana domus 26. Nouembris 1611. coram Reuerendiſſimo Coccino Decano; ex ea enim oritur recognitio Emphyteutæ erga dominum *Ruin. conſ.50. nu. 13. lib.1. Rot. deciſ.776. nu.1. p.1. rec.* & in d. Neapolitana domus coram Attrebaten.

Nec obſtat concluſio, quod locationes, ſolutiones, confeſſiones, recognitiones, & alia huiuſ-
83 modi non ſufficiant ad probationem dominij ad effectum deuolutionis, vt in ſupradicta Romana deuolutionis domus relata *n.79. ex Veral. dec.280. p.1.* ſed eſt interpretanda, quòd iſta ſine inueſtitura non probant ſecus ſi fulciantur inueſtitura *Socc. ſen. conſ.89. n.11. lib.1. Dec. conſ.146. num.14.* & ita ſequenda potius eſt deciſio in Romana domus co. Coccino Decano, quã Romana deuolutionis domus co: Penia; aliàs enim d. rectæ Eccleſiarũ dominia ſalua eſſe non poſſent, nam ſi illa per inueſtituram adminiculis fultã ſufficienter nõ aſſeritur, nulla alia vt dixi ſupereſt probatio quam teſtium, quæ in antiquis locũ nõ habet vnde omnino dicendũ, inueſtituram probare dominium ad quemcumq; effectum, quando fulcitur adminiculis, vt benè aduertit Rota in Ferrar. bonorum ſeu Palatij co: Mill. pręſertim ſi cõcurrat continuata ſolutio canonũ, nam ſi ex inueſtitura debetur annuus canon exempli cauſa decẽ, & per obſeruantiã ſubſecutam multorũ ann. cõſtet eundẽ canonem ſemper vniformiter ſolutũ fuiſſe, neceſſario ſequitur ſolutionẽ fuiſſe factã in vim illius inueſtituræ, quæ per d. ſolutionẽ adeo corroboratur, vt nihil illi poſſit opponi, quod habeat ſpeciẽ probabilitatis, hoc aduertit Rota in ſupradicta Ianuen. Paroch. ver. demũ non obſtat. Quæ omnia multis confirmantur in Rom. prætenſæ deuolutionis 28. Iun. 1610. co: Manzaned.

Dubitaui, an conſtaret de dominio in caſu, & ad effectum de quo agitur, & pro parte Monaſterij prætenditur dictum dubium diſputari

„ ad effectum conſequendi ſtatuas lapides,& alia
„ excauata in vinea ſeu illorũ precium; exaduerſo
„ vero pro parte Hæredum deducitur effectum
„ eſſe pro caducitate intentata per Monaſterium
„ in ſuo Monitorio , & maxima differentia inter
„ iſtos effectus verſatur, cum ad effectum caduci-
„ tatis dominium ſit plenè probandum *leg. officium*
„ *de rei vendic. ſpecul. in tit. de locat. §. nunc aliqua,*
„ *numer. 71. cum ſequ. Caputaqu. deciſ. 580. part. 1.*
„ & fuit dictum in vna Romana Domus 5. Maij
„ 1588. coram Orano, & in Romana deuolutio-
„ nis Vineæ 17. Martij 1603. coram Domino meo
„ Decano, & aliàs ſæpè; Ad alium autem effectum
„ minor probatio ſufficiat, vt tenuit Rota in vna
„ Neapolitana Domus 16. Decembris 1605. co-
„ ram Domino meo Ortembergo , & in Lauden.
„ deuolutionis 21. Aprilis 1596. coram Reue-
„ rendiſſimo Pacen. , & in alijs. Vndè Domini
„ conſideratis probationibus dixerunt, conſtare
„ de dominio , attamen ad effectum recognitio-
„ nis, & moti fuerunt primum ex inſtrumento cõ-
„ cordiæ initæ de anno 1537. inter Monaſterium ,
„ & q. Sigiſmundum ſuper iſta Vinea vbi dicitur il-
„ lam eſſe ſub proprietate dicti Monaſterij pro-
„ mittiturque Canonis ſolutio , quæ confeſſio in-
„ ter emphytheutam , & proprietarium probat
„ directum dominium Monaſterij etiam in præiu-
„ dicium ſingularium ſucceſſorum, vt tradit *Ruin.*
„ *conſil. 50. num. 13. lib. 1. & conſil. 128 numer. 16.*
„ *lib. 2.* quem ſequuta fuit *Rota deciſ. 776. num. 1.*
„ *parte 1. diuerſ.* & fuit dictum in prædicta Nea-
„ politana domus coram Domino meo Ortem-
„ bergo. Secundò ex apoca dicti Simeonis facta
„ 10 Februarij 1602. ad fauorem eiuſdem Mona-
„ ſterij, in qua fatebatur tenere eius Vineam in
„ emphytheuſim perpetuam, cui denominationi
„ ſtatur, quod, contractus ſit emphytheuſis *Bald.*
„ *in addit. ad ſpecul. in tit. de locat. circa princ. Siluan.*
„ *conſil. 57 in princip. Natt. conſil. 94. numer. 14. &*
„ *num. 34. & conſil. 114. & conſil. 194. num. 1. Me-*
„ *noch. conſil. 375. num. 1.* Tertiò in inſtrumento ce-
„ lebrato inter dictum Simonem, & dictum Cam-
„ pritium patrem duarum hæredum in quo aſſe-
„ ritur vineam eſſe ſub proprietate Monaſterij
„ cum reſponſione annua, pro Canone ſcutorum
„ quinque monetæ cum reſeruatione beneplaciti
„ eiuſdem Monaſterij quatenus opus fuerit; ex qui-
„ bus verbis in dicto Inſtrumento appoſitis fun-
„ dus reputatur Emphytheuticus *Rolan. à Vall.*
„ *conſil. 2. num. 109. & 110. lib. 1. Rota diuerſ. de-*
„ *ciſ. 141. num. 7. par. 2.* & in dicta Romana domus
„ coram Domino meo Ortembergo. Quæ con-
„ firmantur ex æſtimatione facta per Valpergam
„ peritum electum pro parte Campritij de iſta
„ Vinea tanquam ſub proprietate Monaſterij ac
„ cum compenſatione canonis, qui eidem Mona-
„ ſterio ſoluitur, quæ æſtimatio cum fuerit à Cam-
„ pritio producta, cenſetur ab eodem in omnibus
„ approbata etiam quoad enunciatiua , & inci-
„ denter in ea expreſſa *Abb. conſil. 52. num. 7. cir-*
„ *ca medium lib. 2. Crauett. conſil. 77. numer. 8. Cac-*
„ *cher. deciſ. Pedemont. 38. num. 3. Mohed. deciſ. 1. de*
„ *regularibus.*

Ex quibus fuit ſic reſolutum, &c.

83 Ex hac etiam deciſione liquet, agere ad effectum caducitatis, & agere ſuper negocio principali idem eſſe , & omnes alios effectus ab hoc vno contra diſtingui: effectus autem conſequendi lapides , & ſtatuas in ſolo emphytheutico repertas, qui in principio deciſionis notatur videtur reſpicere directum dominium principaliter, nam non poteſt dici, quòd dominium hic petatur incidenter , prout in iudicio petitionis canonis, qui erat ſolitus exigi, & directus dominus non erat in poſſeſſione percipiendi ſtatuas, & lapides in ſolo emphytheutico recenter repertas. An autem ſtatua, ſiue lapides, quæ de nouo in excauatione reperiuntur in ſolo emphytheutico ſpectent ad dominum directum , ſiue ad emphyteutam, eſt aliqua inter Doctores quæſtio , quæ tamen videtur decidi per textum in *leg. nunquam verſic. theſaurus ff. de acquir. rerum domin. & in leg. vnica Cod. de Theſaur. lib. 10.* vbi
84 dicitur ſtatuas, & lapides effoſſos ſpectare ad emphytheutam. Rota in Romana lapidum, & ſtatuarum 14. Maij 1612. coram Manzanedo relata per *Farinac. poſt tom. 5. conſil. crim. deciſ. 359.* & ratio eſt , quia emphytheuta dicitur dominus vtilis fundi, vnde quicquid in eo reperit , dicitur reperiſſe in ſuo , vt in dicta *deciſ. numer. 4. cum ſequentibus , Gratian. diſceptation. forenſ. cap. 453. num. 4. & ſeqq. Guttierez de tutel. 3. par. cap. 26. num. 8.*

Non obſtat ſi dicatur concluſionem procedere in argenti fodinis , & metallis, quia hæc interpretatio datur gratis, cum doctrinæ ſupra allegatæ loquantur in lapidibus, & ſtatuis.

Non obſtat *Peregr. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 2. num. 14.* quia ipſe loquitur de metallis, & ſaxis loco adhærentibus, vt bene reſpondet dicta *deciſ. numer. 7. Verum Specul. tit. de emphyth. nu. 158.* expreſsè firmat contrariam opinionem , quæ tamen recipienda non eſt vt potè contra communem , vt dicit dicta deciſ. in Romana lapidum , & *Gratian. diſceptat. 453.* qui hanc communiorem aſtruit , vel ea ratione, quòd proprietario non licet ingredi fundum inuito domino vtili ergo nõ poterit in eo aliquam facere foſſionem, cum tamen voluntas Dei ſit vt inquit text. in d. *leg. vnica , Cod. de Theſaur.* vt precioſa in terris abſcondita in vſum mortalium eruantur : vndè tenentes contrariam opinionem , tanquam pauciores pondere , & numero, ſi qui ſint præter *Specul.* non ſunt habendi in conſideratione , nec quidem *Barboſſa in leg. diuortio, §. ſi fundum numer. 30. ff. ſolut. matrimon.*, ſi tamen in ſua declaratione ſibi contrarius non eſt , quia auctoritas Rotæ , & Doctorum qui ab ea allegantur præponderant , & hanc præter allegatos à Rota tenet *Garz. de expenſis , & meliorament. cap. 25. num. 5 poſt medium* , faciunt deducta in hac materia in cauſa Romana de Caualerijs 10. Nouembris 1630. coram Reuerendiſſimo Coccino Decano.

„ Bernardus de Caualerijs patritius Romanus
„ deceſſit &c. & quantum attinet ad ſtatuam te-
„ nuerunt DD. nullam de ea habendam eſſe ratio-
„ nem, quia d. ſtatua nõ erat ſuppoſita fideicom-

miſ-

,, miſſo , ſed ſpectabat ad Hæredes ſimpliciter
,, ſicut theſaurus repertus in prædio maioratus ,
85 ,, ſpectat ad p·ſſ ſſō em maioratus ſimplici-
,, ter , cum ille ſit dominus directus , & vtilis
,, rerum maioratus , *leg. non ideo , ff. de rei vendic.*
,, & in eo verificantur verba *§. Theſaurus , Inſtitut. de*
,, *rei vendic. Molin. de Primogenit. lib. 1. cap. 23. num.*
,, *7. Garz. de expenſ. cap. 22. num. 10. Barboſa in leg.*
,, *diuortia § ſi fundum numer. 3. ff. ſolut. matrimon.*
,, nam & ſi poſſeſſor maioratus illum alteri reſti-
,, tuere tenetur, tamen ſatis eſt , quòd tempore in-
,, uentionis dominus eſſet prædicti fundi , quicquid
,, in contrarium videatur innuere *Balduinus in dicto*
,, *§. Theſaurus colum. 1. inſtitut. de rerum diuiſ.* Neque
,, reſiſtit, quòd poſſeſſor maioratus non faciat ſuas
,, arbores fructiferas deiectas vi ventorum ſed quòd
,, in eis debeat obſeruari deciſio textus in *leg. arbo-*
,, *rum 13. ff. de vſufruct.* quia magna differentia , eſt
,, inter arbores, & theſaurum, arbores enim deiectæ
,, cenſentur ipſius maioratus , ac ita locum habet
,, relata, *Auth. res quæ, Codic. commun. delegat.* at
,, theſaurus non cenſetur res maioratus, ſed eſt quid
,, diuerſum à fundo in quo repetitur , & conſequen-
,, ter diuerſum à rebus maioratus *leg. 3. §. Neratius,*
,, *ff. de acquir. hereditat.* & ideò quaſi vtilitas proue-
,, niens ex fundo , in totum ad poſſeſſorem maio-
,, ratus pertinebit : ita eleganter *Barboſa dicto numer.*
,, 30. quæ & ſi procedant in theſauro, eadem ratio-
,, ne militant, etiam in ſtatuis, vt dixit Rota in Ro-
,, mana lapidum , & ſtatuarum 4. Maij 1612. co-
,, ram bon. mem. Alphonſo Manzanedo Patriarcha
,, Hieroſolymitano relata ſub *nu. 359. poſt 2. volum.*
,, *conſ. Farinac.*

Et prædicta confirmatur ex alia communi ſen-
86 tentia , quòd ſi theſaurus inueniatur in prædio
feudali, vel emphytheutico , ſi Vaſſallus , vel em-
phytheuta ipſemet inuenerit totum ei acquiritur
ſin tertius caſu fortuito inuenerit inter inuento-
rem , & Vaſſallum, vel emphytheutam etiam di-
,, uidi debet, nec quicquam iuris dominus directus
,, in hoc theſauro ſibi vendicare poteſt *gloſſ. in §. theſ.*
,, *in verbo ſuo Inſtit. de rerum diuiſ. Ang. Aret. num.*
,, *2. Faber. , Iaſon, Portius* & alij *Bald. in leg. vnica,*
,, *Cod. de Theſaur. num. 10. Iſernia. Prapoſ. & Alua-*
,, *rott. in cap. vnico num. 7. Verſic. Quare quid in feud.*
,, *quæ ſint regalia, Caſſan. in Conſuetud. Burgun. tit. de*
,, *inſtitut. §. 1. num. 12. Caſtr. conſil. 363. lib. 1. Ro-*
,, *ſental. de feud. cap. 5. concluſ. 93. Corat. ad leg. 1.*
,, *num. 17. Cod. de iur. Emphyth. Burſatt. conſil. 209.*
,, *num. 5. lib. 2. Molina de Primogenit. lib. 1. cap. 23.*
,, *num. 7. Barboſ. in dicta leg. diuortio,* & quamuis ab
,, hac ſententia multi Doct. diſſentiant, quos refert,
,, & ſequitur *Ioannes Harprechtus in dicto §. Theſau-*
,, *ros num. 18. verſic. verum ;* tamen in princ. nume-
,, ri fatetur contrariam opinionem eſſe commu-
,, nem, quam etiam Rota ſequuta fuit in dicta cau-
,, ſa coram bon. memor Manzanedo . Neque in
,, contrarium facit textus in dicta *leg. diuortio §. ſi*
,, *fundum ff. ſolut. matrimon.* vbi ſi theſaurus con-
,, ſtante matrimonio inueniatur in fundo dotali, de-
,, bet ſoluto matrimonio pro medietate reſtitui
,, vxori, ibi, ſi vi tempeſtatis arbores reciderint, præ-
,, tium eſt reſtituendum mulieri, nec in fructum ce-
,, dere non minus , quam ſi theſaurus fuerit inuen-
,, tus ; non enim in fructu computabitur , ſed pars
,, eius dimidia reſtituetur quaſi in alieno inuenta ,
,, nam pro reſolutione huius difficultatis animad-
,, uertendum eſt cum *Angelo Aretin. in §. theſaurus*
,, *inſtitut. de rerum diuiſione num. 2. in fin. & num. 3.*
,, *verſic. quid ſi maritus* , quod *Gloſſ. in leg. vnic. Cod.*
,, *de theſaur. lib. 10.* dicit maritum non dici Inueniſſe
,, in ſuo per *d. leg. ſi diuortio, §. ſi fundum, ibi,* quaſi in
,, alieno , quare fundus dotalis appellatur quaſi a-
,, lienus, & tamen certum eſt, quòd maritus eſt do-
,, minus dotis *leg. ſi ſeruus dotalis ff. ſolut. matrimon.*
,, *leg. dote ancillam, Cod. de rei vendic. gloſſ. vero in di-*
,, *cto §. ſi fundum, in verbo alieno,* dicit, quòd maritus
,, dicitur inueniſſe in ſuo, quòad hoc, vt durante ma-
,, trimonio poſſit retinere , ſoluto autem matrimo-
,, nio debet reſtituere vxori pro medietate per ra-
,, tiones, quas adducit, & ſic ſoluuntur iſtæ *Gloſſæ* vt
,, dicit *Aret. loc. citat.* videnda eſt igitur ratio dif-
,, ferentiæ inter fundum maioratus , vel fideicom-
,, miſſo ſubiectum, & fundum dotalem, iam dictum
,, eſt , quòd poſſeſſor maioratus , vel fideicommiſſi
,, eſt dominus, & quamuis etiam maritus ſit domi-
,, nus fundi dotalis vt in iuribus ſuprà allegatis non
,, tamen hoc eſt verum quo ad ea , quæ in illis bo-
,, nis acquiritur , niſi quo ad adminiſtrationem ,
,, & quo ad ea , quæ ſunt in fructu *leg. Dotis fru-*
,, *ctus , §. in princip. ff. de iure dot. Cuman. in leg. 2.*
,, *princip. numer. primo, ff. ſolut. matrimon.* Cum igi-
,, tur theſaurus inueniatur in fundo dotali , & non
,, ſit in fructu quo ad illum maritus non eſt conſide-
,, randus tanquam dominus fundi dotalis , & hac
,, ratione procedit textus in dicto *§. ſi fundus,* quòd
,, euidentiſſime patet , cum appellet fundum do-
,, talem quaſi alienum , & vult ſpectare theſaurum
,, pro medietate ad virum , & pro alia medieta-
,, te ad vxorem prout ſeruatur quande non data ,
,, opera theſaurus inuentus fuit *§. Theſaur. in-*
,, *ſtitut. de rerum diuiſ. leg. is qui 63. in principio , ff.*
,, *de acquir. rerum domin. leg. vnica §. vltimo , Cod.*
,, *de Theſaur. lib. 10.* & ex eo durante matrimonio
,, theſaurus tanquam augumentum dotis erit in
,, dominio mariti iuxta tradita per *Gloſſ. in leg. vni-*
,, *ca, §. cum que in verbo pertinere,* & *ibi, S lic. quaſt.*
,, *2. Cod. de rei vxor. action. Baeza de Decimus tit. cap.*
,, *24. numer. 8.* & ſoluto matrimonio reliquis rebus
,, dotalibus reſtituet vxori pro parte ſua ita *Bar-*
,, *boſa in dicto §. fundum numer. 24. Verſic. ergo , &*
,, *numer. 29. Verſic. non obſtat ſecundum ,* & ea ra-
,, tione non reſtituet integrum theſaurum, ſed me-
,, dietatem ſolum, quia vt dictum eſt cum maritus
,, ſit dominus fundi dotalis quo ad ius admini-
,, ſtrandi , & quo ad ea , quæ ſunt in fructu, per-
,, inde eſt , ac ſi Theſaurus fuiſſet inuentus in
,, fundo alieno , quo caſu medietas ſpectat ad
,, illum , qui inuenit non data opera , & pro a-
,, lia dimidia ad dominum loci ex modo dedu-
,, ctis , &c.

Hanc diſputationem libuit proſequi fuſius ad detegendam Baronum , & Miniſtrorum Principis impotentiam , quorum primi Vaſſallos habent ad inſtar ſeruorum Laudemijs, præceptis , & alijs grauaminibus , eorum ſubſtan-

ſtantiam exhaurientes vt ad fortunam ſimplicium colonorum redacti eſſe videantur te omni pœnes Baronem exiſtente, præſertim ſi ob potentiam non ſit facilis, ſeù totus ad ſupremum Principem reuerſus, quo caſu Barones huiuſmodi Vaſſallos primum carceribus mancipant, & quòd volunt vi peſſima ipſis illata extorquent, vt accidit modo dum hæc ſcribentem, alteri nempe ſupremorum Principum miniſtri rem bonam feciſſe exiſtimant, ſi cauillum Principi veram legem eſſe oſtenderint, qui non niſi ſimiles deſiderat ſuaſores, vt hoc ſaltem clipeo licet imbecilli ſe tueantur vtroſque malos bonus perdat Deus. Et hæc de ſtatuis, & theſauro repertis ſufficiant, quæ nullo modo ad dominum directum, licet ipſe vltra dominium particulare ſoli habeat etiam dominium generale pertinent quicquid dixerint *Peregrin. loco ſuprà allegato, & Ioſeph. à Ponte, & Couarrun. in Regula peccatum, in tertia part. relect. §. 2. numer. 4.* quia loquuntur de conſuetudine particulari illarum regionum de qua non poteſt inferri ad legem generalem.

Et non ſolum excuſatur caducitas ob non ſolutionem Canonis in caſu, quo emphytheutæ poſſideant rem communiter vt verum fatear mihi valdè durum videtur, quòd arbores deiectæ vi ventorum in parte ſpectent ad dominum directum, quæ ſunt ſatæ plantatæ, & adultæ diligẽtia emphytheuta, & damnum à vento illatum magis ipſum afficit, quam proprietarium, & ſtatuæ, ac lapides reperti, qui ibi ſunt ſine vlla opera emphytheutæ in totum ſpectent ad emphytheutam, & in nulla parte ad proprietarium, qua propter conſuetudinem Hiſpaniæ de qua per *Couarr.* loco allegato fortaſſis dixerim non irrationabilem, & licet deciſio quam retulimus faciat differentiam inter ſtatuas repertas, & arbores vi ventorum deiectas, illa tamen differentia non videtur tollere difficultatem, niſi velimus dicere arbores eſſe partem fundi, qui per emphytheutam, aliò portari non poteſt, vt ſtatua à fundo ſeparabilis, vndè niſi obſtaret communis opinio legis reuerentia, & Rotæ auctoritas aliquam partem aſſignarem proprietario in ſtatuis repertis, qui fundum conceſſit emphytheutæ, vt fructus naturales inde percipiat, non vt ſtatuas, aut lapides, & inſolens videtur huiuſmodi in fructu ponere.

Reuertamur modo ad cauſas excuſandæ cadu-
87 citatis, & primo quidem excuſat caducitatem abſentia *Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. limit.*
88 10. *num.* 2. Secundò excuſat verbalis oblatio abſque depoſito è reali *Cin. Iac. de Arena. Bald. & Salic. in l. 2. Cod. de iur. emphyt. Soccin. conſ. 118 in fin.*
89 *lib. 4. Alciat. conſ. 11. num. 10. lib. 6. Neguſ. de pign. par. 5. memb. 3.* Denique excuſat à caducitate que-
90 libet cauſa etiam minus iuſta *Rot. coram Greg. XV deciſ. 388. num. 4.* vel *Rota deciſ. 577. numer. 4. parte 2. recentior.*

Et non ſolum excuſatur caducitas ob non ſolu-
91 tionem canonis in caſu quo emphytheutæ poſſideant rem communiter, & vnus in ſolutione defe-
92 cerit, ſed caducitas non incurritur quo ad alium, *Bart. in l. fraudati in fi. ff. de publican. Bald. conſil. 116. lib. 1.* & dixit Rota in Romana diuiſionis domus 9. Maij 1614. coram Buratto.

Rurſus caducitas non incurritur ob non ſolu-
93 tionem quando non adeſt poſſeſſio, *Bald. qui de communi in leg. ſolemnibus in fine Cod. de rei vendic. Caſtr. conſil. 105. in fin. lib. 2. Alexand. conſil. 124. in fin. lib. 5. Decius conſil. 58. in fine, Pariſ. conſil. 118. num. 42. & ſeqq. lib. 1. Capic. deciſ. 14. num. 21. Clar. in §. emphytheuſis quæſt. 8* vbi teſtatur communem, quòd eſt valdè notandum tanquam in praxi quotidianum vt in emphytheuta ſi rem alteri ad nouennium locauerit cum onere ſoluendi canonem, & conductor in ſolutione defecerit, vel res emphytheutica fuerit iudicio ſaluiani alteri adiudicata, quò caſu excuſatur emphytheuta etiam ſi de canone ſoluendo nihil dixerit, & reſoluit Rota in Romana aſſertæ deuolutionis domorum 26. Iunij 1589. coram Comitulo, & hæc de confirmatione conceſſionis in emphytheuſim dicta ſufficiant, modo ſubiecero decretum S. Congregationis Concilij S. D. N. iuſſu æditum confirmatorium conſtitutionis Paulinæ quo ad alienationem bonorum Regularium.

Decretum S. Congregationis Concilij S. D. N. Vrbani Papæ VIII. iuſſu æditum.

De rebus Regularium non alienandis.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum rerum experimento edocta quantum religiones accipiant detrimenti ex bonorum immobilium, & prætioſorum mobilium diſtractionibus, quas crebro faciunt Regulares Apoſtolicis priuilegijs innixi, ac proinde operæ precium putans illorum facilitatem aliqua ratione compeſcere ſpeciali Sanctiſſimi Domini Noſtri iuſſu Generalibus, & Prouincialibus, Capitulis, vel Congregationibus, Abbatibus, Generalibus, & quibuſcumque alijs Superioribus Regularibus cuiuſuis Ordinis, Cõgregationis, Societatis, vel inſtituti intra fines Europæ exiſtentibus omnium rerum, & bonorum immobilium alienationem, omneque pactum, per quòd ipſorum dominium traasfertur, cenſus perpetuos, ſeu vitalitios, hypothæcam, ſeù locationem, & conductionem vltra triennium conceſſionem in feudum, vel emphytheuſim caſibus à iure permiſſis fieri perpetuo prohibet, atque interdicit, abſque ipſius Congregationis Concilij expreſſa licentia in ſcriptis, & gratis concedenda, ſub pœna priuationis officiorum omnium, quæ tunc obtinebunt vociſque actiuæ, & paſſiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa impoſterum obtinenda, quam ipſo facto abſque alia declaratione incurrant, ſublata etiam Generali, & Protectori illam moderandi, aut relaxandi facultate nihilominùs Apoſtolica conſtitutione, & præſertim fel. rec. Pauli Secundi, quæ incipit ambitioſæ, in ſuo robore permanſuris, alienationes vero pacta, cẽſus, hypothecas, locationes

condu-

,, conductiones, & conceſſiones quaſcumque con-
,, tra huiuſmodi probationem facienda Sanctitatis
,, Suæ authoritate ipſo iure nullas atque irritas de-
,, cernit. Non obſtan. Conſtitutionibus, & Ordi-
,, nationibus Apoſtolicis in fauorem quarumcum-
,, que perſonarum, atque Ordinum, tam mendi-
,, cantium, quam non mendicantium, Militiarum,
,, etiam Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Congre-
,, gationum, & Societatum, ac cuiusvis alte-
,, rius inſtituti, etiam neceſſario, & in indiuiduo
,, exprimendi Monaſteriorum, Conuentuum, Col-
,, legiorum, Domorum, & locorum Regularium
quorumcumque, nec non illorum etiam Iura-
mento confirmatione Apoſtolica, vel quavis fir-
mitate alia roboratis ſtatutis, vel conſuetudi-
nibus, etiam immemorabilibus exemptionibus quoque indultis, & priuilegijs, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet etiam per viam communicationis, ſeu extenſionis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus ac formis ſpecialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeù quæuis alia expreſſio forma ſeruanda eſſet tenores huiuſmodi pro expreſſis præſentibus habentes quibus quo ad ea, quæ præſenti decreto ac prohibitioni aduerſantur illis aliàs in ſuo robore permanſuris ſpecialiter, & expreſsè Sanctitatis Suę auctoritate derogat, cęteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ die 7. Septembris 1624.

Coſmus Cardinalis de Torres

Proſper Fagnanus Sac. Cong. Secret.

94 Decretum hoc eſt adamuſſim Innouatorium Conſtitutionis Paulinæ, & emanauit, quia plerique Regularium obtinuerant indulta contra dictam Conſtitutionem Paulinam, quæ omnia per hoc decretum tolluntur.

SVMMARIVM.

Conſtitutio Sixti V. & Gregorij XIV. de non infeudan. hactenus inuiolata, & in eam iurant omnes Cardinales, 1.

Politicorum circa conſtitutionem de non infeudandis opinio, 8.

Conſtitutio Gregorij XIV. de non infeudando in quibus locis procedat, 3. & in quibus caſibus, & in quibus non, 4.

Feudum inſcio domino alienari non debet, 5.

Silvij Othonis Auguſti elegans dictum, & factum magnanimum, 6.

Conſtitutio Clementis VIII. Contra Barones, ſi non iniqua ſaltem multum exorbitans, 8.

Conſtitutiones de non infeudando nullas excludunt perſonas ſed tantum prohibent prorogationem, 7.

Feudi confirmatio habet vim nouæ Inueſtituræ, 9.

Feudi donati confirmatio non ſubſtinetur, ſi per Principem erat reuocata, 10.

Feudi confirmatio peti debet, alias feudatarius incidit in pœnam non tamen vltramontani, 11.

Maſculi in feudi ſucceſſione præferuntur fœminis 12.

Fœminæ vt ſuccedant in feudo debent ſpecialiter vocari, 13. etiam ſi ſit Eccleſiaſticum, 14.

Feuda non alterantur per vltimas voluntates, 15.

Feudi ſucceſſor debet eſſe vocatus à primo acquirente, 16.

Feudum quando requirat vtramque qualitatem filiationis nempe, & hæredis, 17.

Feudi ſucceſſio dependet quidem à primo acquirente ſed conſideratur gradus, & proximitas vltimi decedentis, 18.

Feudum capit maſculos ex fœmina, etiam ſi fœminis ſit remotior, 19.

Feudi prima origo conſideratur vt fundamentum, 20.

Feudum quando, & quomodo fœminas excludat, 21.

Feudum quod ſemel admiſit fœminas, non habet deinceps rationem maſculorum, 22.

Prolis appellatione veniunt tàm fœminæ, quam maſculi, 23.

Feudum acquiſitum à duobus fratribus pro ſe filijs maſculis, & deficientibus pro fœminis, Deficientibus maſculis vnius lineæ ſuccedunt fœminæ eiuſdem lineæ. 24

Nepotum nomine qui veniant, 25.

Feudum, quod ſemel tranſiuit in fœminam dicitur fœmininum, 26.

Fœminæ in feudo excludunt maſculos tranſuerſales, 27.

Feudum in dubio præſumitur rectum, ex pacto, & prouidentia, 28.

Feudi in ſucceſſione attenditur proximitas primi acquirentis non vltimi decedentis, 29.

Feudum hæreditarium quale ſit, & in quo diſtinguatur à feudo ex pacto, & prouidentia, 30.

Feudum, de cuius inueſtitura non conſtat eſt hæreditarium, 31.

Feudum hæreditarium propriè feudum non eſt, nec in Iure feudorum cognitum, 32.

Feudum hæreditarium non deſinit eſſe ex pacto, & prouidentia, 33.

Feudo hæreditario tunc demum locus eſt quando deficit ſucceſſor, vel quando inter plures ſucceſſores ſanguinis vnus inſtitueretur, 34.

Feudum hæreditarium capit ſucceſſor ſi adſit, non hæres inſtitutus, 35.

Feudum hæreditarium an, & quando tranſeat ad illegitimos, 36.

Legitimus per ſubſequens eſt capax feudi 25. contrarium, 37.

Matrimonium ſubſequens tollit omnem maculam, 38.

Legitimatus per ſubſequens non ſuccedit in feudo ſtatuto prohibente, 39.

Legitimatus per ſubſequens an verè, ſeu ficte dicatur legitimus, 40.

Legitimatio per ſubſequens in articulo mortis, cenſetur fraudolenta 40. & quando non, 41.

Clericus non ſuccedit in feudo, 42. poteſt tamen domino volente, 42.

Imperator ſolet concedere clerico Inueſtituram, 43.

Imperator in Clericos præ cæteris Principibus liberalior, 44.

Clericus cur non ſuccedat in feudo, 45.
Feudum an ſine iuramento fidelitatis ſubſtineri poſſit, 46
Iuramentum fidelitatis poteſt per Dominum Vaſſallo remitti, 47.
Iuramentũ fidelitatis, & ſubiectionis in quo differunt, 48
Præiudicium euentuale non eſt habendum in conſideratione, 49.
Monachus, & Monaſterium non ſuccedit in feudo, 50.
Intellectus c. 1. de feud. fœmin. 51.
Adoptiui excluduntur à ſucceſſione feudi, 52.
Adoptiui quomodo ſuccedant, 53.
Collaterales, & Agnati quoto gradu ſuccedant in feudo, 54.
Michael Perettus Princeps Venafri Vir clariſſimus, 55.
Conuentus Doctorum Virorum apud Vincentium Marchionem Iuſtinianum, 56.

§. XIV.

De Confirmatione feudi.

QVamuis hæc materia hodie ob conſtitutionem Gregorij XIV. de non infeudando nõ ſit in vſu, tamen, quia ordinis ratio poſcere videtur, vt eam non omittamus; & fortaſſis aliquando iterum practicabilis fiet, hic eam paucis tradémus; Præmiſſo, quod Gregorius XIV. conſt. eius 1. edita de anno 1589. approbat, innouat, & inuiolabiliter obſeruari mandat conſtitutionem Sixti V. in ordine 35. de non infeudandis, & alienandis terris, & locis S. Romanæ Eccleſiæ. Eſt huiuſmodi conſtitutio in
1 viridi obſeruantia, & in eam iurant omnes Cardinales in manibus Pontificis, cum primum ad dignitatem Cardinalatus aſſumuntur, & rurſus in conclaui ante electionem ſucceſſoris. Politicorum aliqui exiſtimant reipublicæ vtilius fore, ſi conſtitutioni iſti aliquando derogaretur puta in magna aliqua Eccleſiæ neceſſitate, quo caſu præſtaret Caſtrum, ſeù Terram aliquam recepta præſenti pecunia infeudare, quam eam aliũde à ſubditis quærere, & ita conſtitutionem reſtringi vellent ad infeudationem neceſſariam, & præſenti pecunia faciendam, & ad Caſtra, ſiuè Terras, non autem Ci-
2 uitates, & Prouincias, vel Prouinciarum capita; quæ in vicariam concedi ſunt ſolita: Ex huiuſmodi enim Infeudatione duo reſultatura autumant cõmoda reipublicæ. Primùm quia Sedes Apoſtolica reciperet præſentem pecuniam in vrgenti neceſſitate, & parum de annuo redditu ei decederet ſubditis prorſus intactis ſecundum quòd videmus vt plurimum feuda à feudatarijs meliorari, & Caſtra infeudata eſſe habitata magis quam reliqua, quæ ſunt ſub ditione immediata, vt exemplo liquet in multis. Nepeth. dum ſub ditione eſſet Farneſiorum ferunt habuiſſe animas vltra viginti mille, quę hodie non aſcendunt ad numerum quinque millium. Ciuitas Ferrariæ poſt exactos Duces multum à ſuo ſplendore deceſſit, & à numero habitantium; Vndè concedere terram in feudum eſt tribuere commodum publico ſine detrimento conſiderabili Principis Priuato, quia propè diẽ reuertetur valdè meliorata, & ditio Principis augetur habitatoribus, & diuitijs, quòd ipſi maximè cordi eſſe debet, cum vt inquit Xenophon. in Pœdia Cyri ſpecioſa Principis poſſeſſio ſolùm habitatum, deinde Principis Maieſtati videtur inferri acceſſio ex feudatariorum clientela, & non alia de cauſa fuerunt feuda à Regibus Lombardorum introducta *Frecc. de orig. feud. num. 56. Roſental. de feud. c. 1. concluſ. 8.* Verum ego de hoc ſecundo commodo valdè dubito, nam licet verum ſit, quòd aliqua loca poſt quam ad Principem redierunt frequenti habitatore deſtituuntur, non tamen ita contingit ſemper, cum ſciam alios ſub feudatario ità premi, vt quandoque deliberent, ipſos Iaus relinquere, & victum alibi quærere, & ratio politica poſcere videtur, vt expediat viuere ſub magno Principe, quã ſub paruo, niſi obſtet miniſtrorum inſolentia: Primum vero commodum non exiſtimo recuſatum iri, ſi vrgens ingruat neceſſitas, verum quia in omni re ipſa principia ſunt perpẽdenda, ex quibus facile dilabimur ad diuerſa, & vetita, & ideo horremus exemplum: ſed iam ego vltra crepidam; Iuris peritum ago non politicum, ad rem igitur noſtram. Conſtitutio Gregorij prohibet infeudationem quorumcumque Caſtrorum, Terrarum, oppidorum &c. ad Eccleſiam Romanam ſpectantium non ſolum eorum, quorum tũc poſſeſſio erat pe-
3 nes Eccleſiam, ſed omnium quocumque tandem titulo ad Eccleſiam reuertantur, ſiuè per deuolutionem ex linea finita, ſiuè per delictum feudatarij, vt fuit iudicatum in feudo Marignani vacante ob delictum Alphonſi Piccolominci, & in vim cõſtitutionis huiuſmodi Cameræ Apoſtolicæ adiudicatum, quamuis idem Gregorius illud conceſſiſſet eius nepoti, ex qua conceſſione videtur colligi mẽtem ſtatuentis fuiſſe hunc caſum comprehendere non voluiſſe, aliàs enim non conceſſiſſet, ſed iudicatum in feudationem non licere quomodocumque poſſeſſio ad Eccleſiam redierit. Quòd tamen intelligendum eſt ſi feudum redierit ad Eccleſiam irreuocabiliter, & perfectè, ſecus ſi reuocabiliter, vt puta ſi per prætenſum delictum feudatarij Ca-
4 mera declaret feudum deuolutum, & eius poſſeſſionẽ capiat, quia ſi contumax intra annum comparuerit feudi poſſeſſione non priuatur, vt notat Scoliaſtes ad dictam Conſtit. Greg. XIV. vel ſi ex fideicommiſſo ad alium ſpectet illi reſtituitur, vt refert caſum deciſio. in cauſa Sabinen. Montis Rotundi 25. Iunij 1627. coram Coccino Decano vbi referuntur litteræ Sancti Caroli Nepot. Pij IV. tenoris ſequentis directæ Commiſſario Cameræ. *Perche coſta à Noſtro Signore, ch'il Caſtello di Monte Rotondo, e Monte Lione ſpettano, e ſono di Monſignor Leone Vrſino Veſcouo di Forli &c. vuole ſua Beatitudine, ch'il Veſcouo ſudetto ſia reintegrato di Monte Rotondo, e Monte Lione, e volendo noi mandar ad effetto queſta bona Mente di Sua Santità, vi ordiniamo, che alla riceuuta di queſta vogliate, ſenza eccettione alcuna metter in poſſeſſo di Monte Rotondo il detto Monſignore, ordinando à gli Maſſari offitiali di detti luoghi obediſchino, e riconoſchino per Padrone, ſi come è ſtato ſempre, e prima che fuſſe preſo il poſſeſſo per la Reuerenda Camera Apoſtolica, per tanto non mancarète d'eſeguire quanto vi ſi ſcriue per eſſer queſta la mẽte di Noſtro Signore,* libuit referre hoc excẽplum, vt ſibi ſumant miniſtri Principis; & negocia facilitent, non autem occupent, & deinde per di-

uerſa

uerſa Tribunalia vexent ſpoliatos; Ruſus ſi mor-
tuo feudatario nullo relicto certo hærede, & feudũ
à pluribus prætendatur, & periculum ſit, ne deue-
niatur ad Arma, Camera ſolet (vt iuris eſt) eius
poſſeſſionem capere reſtituendam cui de iure. vt
nuper contigit in hæreditate matronæ cuiuſdam
Bonellæ. Demum Conſtitutio Gregorij XIV. non
habet locum quando Camera caperet poſſeſſionẽ
feudi in vim Conſtitutionis Clementis contra Ba-
rones, nam hoc facit, vt eam tradat emptori, & tũc
noua infeudatio eſt neceſſaria nõ minus ac in feu-
di venditione de voluntate Domini; ità contigit
nuper in dicto Caſtro Montis Rotundi, & tempo-
re Pauli V. in Caſtro Montis Fortini, & hunc caſũ
non comprehendi ſub Conſtitutione Pij V. & Gre-
gorij XIV. declarat eadem Conſt. Clementis §. 14.
& eadem ratione non eſt locus conſtitutioni præ-
dictæ in feudi venditione per feudatarium facta,
quia tunc feudum non vacat, licet ſine licentia Pa-
pæ feudum vendi non poſſit vt per Conſtitutiones
Sixti V. Clementis VIII. Pauli V. Nec non S.D.N.
Vrbani VIII. De non alienandis Caſtris, & Iuriſ-
5 dictionibus, tàm in Forenſes, quàm in ſubditos
abſque præcedente Sedis Apoſtolicæ licentia; quæ
conſtitutiones ſunt conſonæ Iuri communi *Iſern.
in c. Imperialem de probib. feud. alien. per Federic. &
in c. 1. §. præterea de Cap. Corrad. per text. in l. 6. ff. de
vſu. & habitat.* Et ratio eſt quia conuenit, & con-
gruum eſt, vt dominus ſciat ad quem tranſit eius
feudum. Vndè verum non eſt quod oblatrant con-
ſtitutionum Apoſtolicarum ſubſannatores, conſti-
tutiones huiuſmodi emanaſſe propter cauſã pri-
uatam ne quis feuda emere poſſit præter Pontifi-
cis conſanguineos, quia vt vidimus conſtitutiones
ſunt iuri communi conformes, & poſito etiã, quòd
intentio Conſtitutionum fuerit Papæ Conſangui-
neis in huiuſmodi emptionibus aliquam præemi-
nentiam deferre, non video quid hoc haberet ma-
li, cum Rom. Pontifex vltra Summum Summi Põ-
tificatus apicem habeat, & Principis dignitatem,
& debent profectò ij qui ſupremum in ſua familia
agnouerunt Principem claritate aliqua excellere;
6 exemplo Siluij Othonis Optimi ſanè Principis vt
potè, qui mortem ſibi accire voluit, vt multis ciui-
bus parceret; hic antequam ſibi manus pro ſalute
Ciuium inferret nepoti ſuas conſignauit diuitias,
vt poſſet meminiſſe patruum aliquando imperaſ-
ſe, vt apud Suetonium, grauiter autem erant mi-
niſtri impedientes huiuſmodi Caſtrorum vẽditio-
nes, donec venditio fiat coactè, & perſonis, & cõ-
ditionibus immò & prætio, quibus ipſi volunt. Po-
7 ſtremo conſtitutio huiuſmodi nullas excludit per-
ſonas, ſed tantum prohibet feudi prorogationem,
vt reſoluit Camera in Cauſa Interamnen. ſucceſ-
ſionis pedis Luci 9. Iunij 1606. coram Maluaſia.

Verum quia mentionem fecimus de Conſtitu-
tione Clementis VIII. contra Barones, quæ vulgo
Bulla Baronum dicitur edita de anno 1596. in Bul-
lario nouo in Ordine 41. Conſtitutio iſta quia cre-
dita priuatorum à Baronibus difficulter exigi po-
terant, cauet, quòd mandata contra Barones ob-
tenta poſſint exequi contra Caſtra, & bona Iuriſ-
dictionalia, quantumvis primogenituræ, aut fidei-
commiſſo ſubiecta etiam in præiudicium vocato-
rum, etiam pupillorum, etiam pro debitis ante cõ-
ſtitutionem contractis, etiam quòd adſint bona li-
bera, quæ debeant in locum bonorum grauatorũ
ſurrogari, vt in deciſionibus Rotæ, & Cameræ in
ſupradicta Sabinen. Caſtri Montis Rotundi 8. Fe-
bruarij 1627. quam Conſtitutionem, vt iniquam
8 appellare non auſim, ita ſane valde exorbitantem,
& à cęteris legibus diuerſam dixerim, vel ex eo ſo-
lo, quòd omnis lex proſpicit futura, hæc autem cõ-
ſtitutio etiam præterita; transferuntur bona fidei-
commiſſo ſubiecta nulla habita voluntatis teſta-
torum ratione, cui licet per Supremum Principem,
hoc eſt Romanum Pontificem aliquando deroge-
tur, hoc tamen fit petentibus poſſeſſoribus, & caſu
quo veriſimiliter ipſe teſtator alienationi conſen-
ſiſſet vt. *Moneta de derog. vlt. vol. in princip.* conſti-
tutio hæc derogat fideicommiſſis inuitis poſſeſſo-
ribus, & contra omnem teſtatorum mentem, quòd
eo videtur durius, quia vult bona fideicommiſſo
ſubiecta diſtrahi ſub haſta, etiam ſi debitor poſſi-
deat bona libera illaque in locum grauatorũ vult
ſubrogari, ſed longè ſatius videtur cõpendio age-
re, & haſtę ſubijcere bona libera, bona verò graua-
ta, quæ poſſeſſoris non ſunt, ſed vocatorum ipſis
vocatis iuxtà teſtatorum mentem conſeruare; o-
bijcitur nihilominus conſtitutionem cõtinere bo-
num publicum, vt creditoribus ſatisfiat, quaſi rei-
publicæ vtilius ſit creditori viuo proſpicere, quam
mortui voluntatem; quam iura: Sacroſanctam
volunt ſartamtectam ſeruare: fiat potius edictũ
Baronum obligationes, niſi de conſenſu Principis
non ſuſtineri; ſed conſtitutio etiam debita præte-
rita Baronum comprehendere voluit, at hoc ipsũ
eſt magis exorbitans, & non niſi ex priuato alicu-
jus commodo induci, potuit rurſus inter credito-
res ſunt pupilli, & viduæ quibus iura ſuccurrere
debent; ſed feratur lex ad ipſorum fauorem tan-
tum, & horum priuilegio non gaudeant priuilegio
indigni; Prætęrea conſtitutio non videtur, quòd
ad hoc memor ſui ipſius, cum etiam in pupillos
iniquior ſit ipſis in eorum fideicommiſſis præ-
iudicando, ſed neq; Sedi Apoſtolicæ videtur profi-
cua huiuſmodi conſtitutio, ex qua feuda vileſcunt
cum ob rationes ſupradictas, tum ob hanc, quòd
poſſidens multa bona allodiala fideicommiſſo ſu-
biecta, & vnam tenutam iuriſdictionalem pauci
valoris propter hanc veniunt ſub cõſtitutione, etiã
omnia bona allodialia, adeò vt volens vir prudens
proſpicere perpetuitati ſuæ familiæ feudum, aut
tenutam iuriſdictionalem non emet, ne ob eam
ſolum ſubuertitur ipſius voluntas quoad reliqua
omnia, quorum valor iuriſdictionem longè exce-
dit, neq; enim tanti eſt paucis ruſticis, & quidem
ex beneficio imperare: vt ideò paupertas familiæ
toleranda ſit, & prope modum deſolatio. Adde
quòd quia conſtitutio procedit quomodocumque
Baro poſſederit, poteſt contingere, quòd poſſeſſor
filios non habeat, & tranſuerſalibus ſucceſſuris ſit
inimicus, ac data opera æs alienum contrahat vt
ipſos perdat teſtatore, & ipſis ſine vlla culpa indi-
gne deluſis. Quæ rationes mouerunt S.D.N. Vrb.
VIII. vt de reformanda hac conſtitutione cogita-
uerit, provt iam nunc examen deſuper aliquibus
viris doctis commiſſum.

Redea-

9 Redeamus ad confirmationem feudi, quæ ha-
bet vim nouæ inueſtituræ *Rota dec.555.nu.11.p.2.
recent.* præſertim ſi fiat ex certa ſcientia, & de ple-
nitudine poteſtatis *Rolan.conſ.1.n.58.lib.3.* confir-
matio autem feudi reuocati non ſubſtinetur, niſi
10 de reuocatione fiat mentio idem *Rolan.conſ.2.nu.
496.lib.1.* Et confirmatio feudi debet peti aliàs
11 feudatarius incidit in pœnam; non tamen Vltra-
montani *Felin.conſ.27.nu.15.*

Nunc paucis videndum quibus, & quando de-
beatur feudi confirmatio; qua quæſtio pendet à
modo ſuccedendi qui ab emphytheuſi in hoc di-
uerſus eſt; quòd regulariter non ſuccedunt in feu-
do niſi maſculi, quòd in feudo eſt ſingulare cõtra
iuris regulas, *Bald.conſ.225.num.6.lib.2.* qui dicit
hanc eſſe regulam feudorum *Bart.in l. ius iurandi,
§.ſi liberi nu.5.ff.de oper.liber.& conſ.60. in princip.
Bero.conſ.113.n.181.lib.2. Aluarott.in §.quin etiam
in princ. tit.Epiſcopum, vel Abbatem.* Sed fœminæ
12 debent ſpecialiter vocari *cap.1.§.hoc autem de his,
qui feud.dar.poſſ.& c.1. §.filia de ſucceſſ.feudor.p.7.
cap.4.Intrigl.eod.tract.q.7.nu.15.& q.9.nu.234.* &
dicit communem regulam *Clar.in §.feudum q.73.
in princ. Peregr.conſ.22.n.2.lib.1.* & procedit etiam
in feudo Eccleſiaſtico *c.1.§.quin etiam d.tit. Epiſco-
pum,vel Abbatem,& notat Abb.in c.ex parte n.1. de
feud.Serader. vbi ſuprà num.20.* & alij apud *Peregr.*
13 *dicto num.2, Mantic. de tacit.& ambigu. lib.23.tit.
14.numer.22.*

Quòd tamen verum eſt, niſi feudum ſemel tranſ-
iſſet ad fœminam de facto, nam ſi ſemel tranſiuit
14 ad fœminam, retinet eandem qualitatem ſemper,
etiam ſi contingat, quòd huic fœminæ ſuccedant
per plures ſeries maſculi Rota in Paduana feudi
7. Ianuarij 1604.coram Lancellotto verſ.neq; ob-
ſtat opinio Angeli, & in Romana Domus 28.Maij
1608.coram Manzanedo; nam maſculus filius fœ-
minæ iuxta magis communem iterum excludit fœ-
minam *Rota dec.155.nu.6.& 7.p.1.recent.* & magis
num.8.& 9.

Sed ponamus caſum, fuit conceſſum feudum V-
berto, & Guercio fratribus pro ſe ſuiſque hæredi-
bus maſculis, & fœminis, ita quòd extantibus ma-
ſculis fœminæ non ſuccedant; deficientibus vero
quandocumque ſine prole legitima maſculis, fœ-
26 minæ ſuccedere debeant, alterutrius verò prole
legitima prorſus deficiente, totum feudum ad al-
terum deuoluatur, hoc feudum tranſit ad fœmi-
nas illius lineæ in qua maſculi eſſe deſierunt, non
27 ad maſculos alterius lineæ, vt poſt *Fulg.conſ.229.
& Ruin.conſ.24.num.6.lib.1. Peregr. conſ.24. lib.2.
& conſ.13.lib.5.* reſoluit Rota in Taruiſina feudi 23
Ianuarij 1621. coram Card. Pamph.

Feudum igitur conceſſum pro filijs, & hæredi-
bus, extenditur etiam ad eos qui vltimi filij hære-
des non ſunt, ſed per directam lineam primo inue-
ſtito mediante perſonis maiorum ſuorum deſcen-
28 dunt, quia feudum in dubio præſumitur rectum,
& ex pacto, & prouidentia *c.1.§.ad filias de ſucceſſ.
fratr.* & traditur in dicta Paduana feudi, & propte-
rea ibi firmatur, quòd in ſucceſſione feudi non at-
29 tenditur proximitas vltimi hæredis, ſed primi ac-
quirentis.

Verum non abs rem fuerit vtramque deciſionẽ in hac cauſa Paduana emanatam hic apponere, cum multùm faciant ad intelligentiam huius materiæ. Prior deciſio Lunæ 4.Februarij 1602.

Medietas Feudi decimalis totius Villæ Sancti Ambroſij aliàs fuerat de anno 1534.ab Epiſcopo Paduano conceſſa q. Iacobo Contareno iuxta
8 formam antiquam inueſtiturarum, & potiſſimum vltimæ ſuccedentibus in ipſo feudo ipſius Iacobi filijs, ita quòd extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant ſed deficientibus maſculis fœminæ ſuccedere poſſint, & debeant.

» Defuncto Iacobo in hoc feudo æquis portionibus ſucceſſerunt Petrus, & Gregorius eius filij. Ex Petro ſunt nati filij quatuor maſculi qui omnes mortui ſunt, videlicet Iacobus, Hieronymus, Franciſcus, & Ioannes Baptiſta, & tres fœminæ, quarũ ſimiliter obierat Catherina, Agnes, & Lucretia ſuperſtites. Ex Hieronymo nata Cecilia, quæ fuit hæres inſtituta à Ioanne Baptiſta vltimo maſculo, qui in totum feudum defunctis fratribus ſucceſſerat, & qui reperitur in poſſeſſione inter quas Clariſſimas mulieres Ceciliam nempè ex vna parte, Lucretiam, & Agnetam ex altera pẽdet lis, Pretendentibus Agnete, & Lucretia concurrere cum Cecilia in hac ſucceſſione è cõtrario defendente ſe Cecilia ſucceſſionem ad ipſam totã ſpectare, ſuper quã diſputatione DD. à Mè Conſulti vtraque parte informante, & cauſa ter diſcuſſa, vnanimiter reſponderunt, clar. Ceciliam non poſſe ſuccedere in totum, ſed vna cum ipſa ſuccedere debere clariſſimas mulieres Agnetem, & Lucretiã.

» Fundamentum deciſionis fuit, quia prædicta Agnes, & Lucretia habent intentionem fundatã in inueſtitura in qua ob defectum maſculorum vocatæ ſunt fœminæ, & cum linea maſculina defecerit, omnes ſunt admittendæ *c.1.§.ſi Epiſcopus, vel Abbas, & §.filia vero de ſucceſſione feudi Bart.in l.de in iuſiurando §.ſi liber,n.3.ff.de oper.liber. Fulg. conſ. 8. Anchar.conſ.433.nu.2. Alex.conſ.9.nu.1. in fi lib. 3. Ruin.conſ. 9 nu.8.ca.ſu 2. Soccin.conſ.78.num.131 lib.1. Caſtr.conſ.12.n.3.lib.1.*

» Et quamuis in eis non concurrat qualitas hæredis cum non fuerint ab vltimo maſculo inſtitutæ, quæ qualitas requiritur in feudo mixto pro filijs, & hæredibus tamen ſufficit ad effectum de quo agitur, quòd ſint hæredes Iacobi primi inueſtiti mediante perſona ſuorum maiorum, ab eo per lineã rectam deſcendentium, etiam quòd non ſint hæredes Ioannis Baptiſtæ vltimi maſculi, & cuius ſucceſſione non veniunt *Iacob.de Bell.* & alij *in c.1. an & Agnati, vel filij, Bald.in l.eius ff.ſolut.matr.& in c.de eo qui ſibi ab hæredibus ſuis, Alex.conſ.1.nu.8. lib.3.Brun.conſ.16.n.3.Socc.Iun.conſ.22.n.29.lib.2. & conſ.48.nu.50.lib.4.Pinell.in l.1.nu.88.C.de bon. matern.Clar.in §. feudum q.3. verſic. ſed quaro,* cum multis alijs allegatis ab informante, & hanc opinionem pluries ſecuta eſt Rota vt per *Put. deciſ. 1.& 2.de feud.Mobed. dec.2.eod. tit.* & fuit reſolutum in Brixien. Feudi 19. Ianuarij 1592. coram Pamphilio.

» Placuit etiam DD. alia conſideratio, quòd quãuis in huiuſmodi feudo fuiſſet neceſſaria qualitas hæreditaria id tamen procederet, ſi volente ſuccedere iam fuiſſet delata hæreditas in allodiali-
bus,

bus, & ipſe recuſaſſet, ſecùs verò ſi vltimi Vaſſalli vel vigore Statuti in hæreditate ſuccedere nõ poſſet, quia tunc per eum non ſtet, quominus ſit hæres, & ſuccedat in feudo, vt per *Iacob. de Bellapertica in d. c. 1.* quem ibi ſequitur *Aluarott.*, *Afflict.* & alij, & hoc confirmat *Ruin. conſ. 149. num. 5. lib. 1. Roland. conſ. 83. num. 15. lib. 3. Capic. dec. 64. num. 8. Theſaur. deciſ. 99. num. 24. Put. d. deciſ. 1. de feud. & 390. lib. 1.* & tenuit Rota in dicta Brixien. feudi coram Pamphilio.

Ex quibus tollitur quòd dicebatur has fęminas fuiſſe effectas habiles ex pacto, & habendum eſſe reſpectum ad ſucceſſionem vltimi Vaſſalli ex *Natta conſ. 629.* nam apparet ipſius opinionem nõ eſſe tutam, & repugnare communi ſententiæ. Secundum quam ſufficit eſſe hæredem primi inueſtiti ex cuius perſona feudum defertur.

Neque obſtant, quæ in contrarium deducuntur, & primo quod D. Cecilia tanquam hæres vltimi maſculi, & compræhenſa in inueſtitura ſit præferenda per ea quæ tradit idem *Natta conſ. 108. num. 10.* & alij qui allegantur qui iſti DD. nituntur malo fundamento quòd prop. duplicitatem vinculi hæres vltimi præferatur, & tamen hęc qualitas proximitatis, & ſucceſſionis in hæreditate vltimi non attenditur ſed tantum primi acquirentis, & ideò iſta duplicitas vinculi nihil operatur cum ad hunc effectum ſufficiat, quòd compræhenſi ſint hæredes primi inueſtiti non alia qualitas hæredis vltimi maſculi ſit habenda in conſideratione ex deciſione Brixien. & deciſione Muhedani, & alijs ſupra allegatis.

Non obſtat Secundò quòd hæc non procedant in fęmina, quia quando fęminæ ſunt expreſſæ in inueſtitura, nulla adeſt ratio diuerſitatis, aliàs ſequeretur abſurdum, quòd fęminæ non poſſint venire vigore pacti, ſed ſolum ſuccedere ab inteſtato, vel ex teſtamẽto, maximè cum verſemur in feudo Eccleſiaſtico in quo ceſſat ratio excluſiua fœminarum vt fuit conſideratum in Brixien. feudi 24. Apr. 1592. coram Pamphilio.

Non obſtat Tertiò quòd hæ clariſſimæ mulieres fuerint ſemel à maſculis excluſæ, & ſic ſemper remaneant excluſæ, ex *Bartol. Iſern.* & alijs *in c. 2. §. quærit, & tit. Epiſcopus, vel Abb. Calder. conſ. 4. de feud.* quia tollitur difficultas ex tenore inueſtiturę quæ non excludit fœminas ſimpliciter, ſed ſolum extantibus maſculis quibus deficientibus illas expreſſe reintegrat ad ſucceſſionem vnde cũ excluſio ſit temporalis donec extent maſculi his ceſſantibus ceſſat excluſio ſiue ſuſpenſio fęminarum, *Bart. in l. final. num. 1. ff. ad Senat. Conſ. Tertull. Caſtr. conſ. 19. nu. 4. verſ. præterea lib. 2. Roman. conſ. 1. n. 3. Dec. conſ. 82. nu. 6. Gozad. conſ. 9. n. 58. Alex. conſ. 43. lib. 1. Ruin. conſ. 9. nu. 2. lib. 2. Cephal. conſ. 30. nu. 33. Caccher. deciſ. 23. num. 51.* & latè comprobat hanc ſententiam in ijſdem terminis noſtris *Peregr. conſ. 12. nu. 2. & ſeqq.* vbi rationem adducit, quia aliàs illa clauſula appoſita in inueſtitura, ita quòd ſtantibus maſculis eſſet ſuperflua.

Non obſtat Quartò quòd iſtę fęminæ ſunt excluſæ vigore Statuti Venetiarum, tum quia illud non habet locum quando fęminæ ſunt expreſsè vocati in inueſtitura nec tollit quin poſſit acquiri pro fęminis deficientibus maſculis tum quia ſtatutum excludit fœminas prop. ab hæreditate Patris, & ſic non capit hoc feudum ad quòd non veniunt vt hæredes Patris, ſed vti vocatæ in inueſtitura, ita vt poſſint abſque paterna hæreditate feudum retinere *Bart. in l. cum ſecundi Cod. de fideicomm. & in cap. 1. num. 12. an Agnati vel filij*, *Aluarott. in dicto cap. 1. numer. 9. Verſic. item addas aliam limitationem*.

Non obſtat Quintò renunciatio, tum quia fuit facta in fauorem maſculorum, vnde nõ nocet mulieribus prætendentibus ſucceſſionem ex inueſtitura ad quam ſunt vocatæ deficientibus maſculis; tũ quia eſt reſtricta ad bona paterna, & non ſe extendit ad hoc feudum quòd ipſæ non prætenduut vt de hæreditate Patris *Aluarott. in d. c. 1. nu. 9. verſic. ſecundò item addit, Cald.* aliam limitationem, & ibi *Afflict. nu. 32.* feudum namque non eſt corpus hęreditarium, vt per *Bald. conſ. 207. nu. 5. vol. 2.*

Non obſtat Sextò, quòd Vaſſallus poſſit præiudicare deſcendẽtibus, quia contrarium eſt verius in hoc caſu in quo verſamur in feudo miſto, & non ſumus in primo acquirente, nam Vaſſallus qui nõ eſt primus acquirens, non poteſt præiudicare deſcendentibus, quibus ex tenore inueſtituræ ius quæſitum eſt *Soccin. iunior. conſ. 112. num. 8. lib. 2. Clar. in §. feudum, q. 40. & 41.* vbi alios allegat.

Non obſtat quòd ex alijs inueſtituris probetur huiuſmodi feudum fuiſſe effectum alienabile in præiudicium vocatorum quia vltra reſponſiones datas ab informante ex ſcripturis, quæ dantur nõ apparet quòd illi, qui alienarunt, vel renunciarunt in manibus Epiſcoporum haberent deſcendentes vocatos in inueſtitura, qui poſſent ſuccedere, vel ſi aderat alienatio potuit fieri de eorum cõſenſu, vel certè illis non contradicentibus.

Quòd denique dicitur feudum poſtquam deuenit ad vnam lineam debere fęminis in ea exiſtẽtibus donec linea duret nõ applicatur adhunc caſum, cum nõ adſit aliquis de linea, ad quam vltimo loco deuenit feudum nam clariſſima Cecilia non eſt filia Ioannis Baptiſtę vltimi maſculi, ſed neptis & ſic ceſſat, quòd dicitur de linea, quòd dicitur de intereſſe aliarum particulariter videbitur.

Hactenus deciſio, quæ multa indiget interpretione, & primo quidem verſiculo, & quamuis firmat in feudo ſuccedi primo acquirenti, & non vltimo decedenti etiam ſi feudum ſit mixtum, nempe acquiſitum pro filijs, & hæredibus, & ſufficere quòd ſucceſſio ſit hæres primi inueſtiti, ſiue primi acquirentis; in quo magnum videtur verſari æquiuocum nam in caſu deciſionis fęminę illæ in quarto gradu deſcendentes à primo acquirẽte poſſunt quidem dici ſucceſſores, non autem hęredes cum hæreditas deferatur, vel ab inteſtato, vel ex teſtamento, quorum neutrum dd. mulieribus competit pro materiæ itaq; intelligentia videndum quid in vniuerſum, hac de re ſtatuant DD.

Primò quidem, *Roſental. c. 7.* quòd eſt de ſucceſſione feudi præmittit tanquam fundamentum totius fabricæ hanc concluſionem, quòd feudorum ſucceſſio regulatur ſecundum ius commune, niſi textu feudali aut euidenti ratione aliter terminetur: quod dictum *Lanar. in Repet. feudal. § huius autem*

tem

tem generis, nu.36. & 45. interpretatur, & bene de communi Iure feudorum, quòd totaliter diuerſū
15 eſt à Iure communi digeſtorum, quòd vltimas volũtates præfert omnibus; in feudis verò vltima võluntas nihil valet, *Petr. de Rauenn. de ſucceſſ. feud. tit.8.* & propterea in feudo non datur ſuus hæres, *Caccial. de cognit. feud. lit. Differentiæ Iuris Ciuilis, & feudalis nu.8.* & eodem Iure appoſitione hæredum in feudo comprahenduntur ſoli maſculi *Bero conſ. 88. num.16. lib.1.* quod eſt directè contra Ius commune Digeſtorum ſiue Cod.

Hoc poſito nõ videtur ſubſiſtere id quòd firmat deciſ. *d. verſ. & quamuis*, nempe quòd ſucceſſor ad feudum ſit hæres primi acquirentis, quia hæreditas illa fuit conſumpta in filijs primi gradus, adeo vt filij ſubſequentium graduum non dicentur hæredes, cum hæreditas denotet vniuerſalitatem, ſed ſucceſſores in feudo, quòd eſt quid particulare.

Cum itaque feudum fuerit acquiſitum pro filijs & hæredibus, videtur ad ſucceſſionẽ requiri vtraq; qualitas, vel certè præferendus qui habet vtramq; qualitatem, quo in filijs tertij, & quarti gradus, vt oſtẽdi, verificari non poteſt reſpectu primi acquirentis, vnde videtur quod petens ſucceſſionem de-
16 beat eſſe vocatus à primo acquirente, & quòd ſit illius ſucceſſor, ac hæres vltimi decedentis *Petr. de poteſt. Princip. cap.13. num.130.* & proindè volens ſuccedere patri etiam in feudo antiquo in huiuſmodi feudo mixto debet acceptare hæreditatem Patris, hoc eſt vltimi decedentis *Bero. conſ.68. n.51. lib.1.* vnde in caſu deciſionis, licet ibi collitigantes ſint in pari gradu ad primum acquirentem, & in hoc ſint pares, tamen quia Cecilia fuit vltimi decedentis hæres vnici, nempe feudi poſſeſſorij, videbatur cum hac qualitate cęteris præferenda.

Exiſtimo nihilominus rationem fundamentalẽ deciſionis ſubſiſtere in caſu ibi poſito; nã cum omnes dictæ mulieres habeãt cauſam à primo acquirente verba illa inueſtituræ pro filijs, & hæredibus debent referri ad primum acquirentem tantum, videlicet verbum hęredibus, vt ſtipulatio primi acquirentis, intelligatur pro filijs primi gradus qui ſint hæredes, & voluerit excludere filios non hæredes. In remotioribus verò gradibus comprehendere filios filiorum ſuorum eorumq; hæredum licet minimè filiorum hæredes, & hoc voluit dicere *Petr. vbi ſup. & Roſent. d.c.7. concl.6. nu.5.*

Non tamen admitto, quòd ſubdit deciſio verſ. neq; obſtant, nihil iuuare in ſucceſſione feudi qualitatem proximitatis ad vltimum decedẽtem, immo deciſ. eſt ſibi ipſi contraria, cum in fine admittat feudum poſtquam deuenit ad vnam lineã deberi fœminis in ea exiſtentibus, donec linea duret: ita enim dicendum eſt omninò, alioqui ſequeretur maximum abſurdum; nam ſi attenderetur proximitas primi acquirentis patruus tanquã proximior excluderet filium Fratris à ſucceſſione feudi licet poſſeſſoris, & proinde concluſio illa, quod in feu-
18 do ſucceditur primi acquirenti, non vltimo decedenti interpretanda eſt, vt ſuccedatur quidem primo acquirenti ſed conſideretur gradus, & proximitas ob finem ſuccedendi cum vltimo moriente, vt probat *text. in c.1. §. quoque de his, qui feud. dar. poſſ. & in c.1. §. hoc quoq; de ſucceſſ. feud. & poſt Iſern. Lanar. vbi ſupra nu.41.* & per hanc rationem feudũ Montisferrati, quòd eſt ſęmininum deficientibus filijs maſculis Ducis Vincentij primi ſine maſculis debitum fuit filiabus eiuſdem Vincentij, & per mortem Vincentij ſecundi excluſa filia Franciſci eius fratris, quia videlicet ipſi poſtremo decedenti proximiores in gradu erant ſorores, quam neptis ex fratre.

Ex quibus videtur ſatis explicatum, quomodo ſuccedatur primo acquirenti, non vltimo decedẽti, & quid, & quando operetur proximitas vltimi decedentis. Nunc ponamus alteram in prædicta cauſa Paduana deciſionem, quæ emanauit Lunæ 11. Ianuarii 1604. coram eodem Lancellotto.

Feudum, de quò agitur fuerat vltimo loco anno 1524. conceſſum Iacobo Contareno cum tali pacto ſuccedentibus ipſius Iacobi filijs, & hæredibus maſculis, & ſęminis, ita quòd extantibus maſculis, ſęminæ non ſuccedant, ſed deficientibus maſculis ſuccedere poſſint, & debeant. & ſub hac formula fuerunt eis conceſſæ nõ nullæ inueſtituræ antiquæ ab anno 1460. anteceſſoribus dicti Iacobi. Cum autem ſuper iſtius feudi conceſſione eſſet contentio inter clariſſimas mulieres Ceciliam, Agnetem, & Lucretiam ex vna, & iſtæ erant proximiores Iacobo, & deſcendentibus ex maſculis, & clariſſimã Paulã ex altera, & hæc erat remotior, & deſcendebat ex ſęmina dubitatum fuit in Rota.

An maſculi, & ſęminæ ſint vocati, excluſis fœminis anterioribus, & DD. cauſa pluties poſita ac maturè diſcuſſa, maſculos vocatos cenſuerunt etiã ad excluſionem fœminarum anteriorum, etiamſi deſcendant ex ſęminis; moti fuerunt ex ipſa inne-
19 ſtitura quæ ad hunc effectum debet attendi, cuius vigore maſculi debent præferri fœminis, quibus non patet locus in feudi conceſſione donec maſculus ex eo, qui primus de feudo fuerit inueſtitus iuxta deciſionem textus in *cap. veri, de eo qui ſibi vel hæredibus ſuis maſculis, & fœminis inueſtituram accepit*; cuius diſpoſitio procedit, etiamſi maſculus deſcendat à ſęmina, etiamſi fœminis remotior, vt patet ex dicta ratione textus, & notant ibi *DD. Albaret num.1. Martin Lauden. num.12.* & aliquid, *Calderin conſ.13. de feud. Robert. de Caſſat. inter conſ. Bart.132. cap.2.* quod fuit ſubſcriptum à ſexdecim *DD Anch. conſ.174. n.2. & conſ.359. colum. final.* cui ſe ſubſcripſerunt *Florean. de Sancto Petro*, & alij *Paul. de Caſtr conſ 129. n.2. cap.2. Soccin. conſ.152. nu.17. verſ ſed quoad proximum lib.2 Tiraq. de Iure primogen. q.40. num.146.* & conſuluit *conſ. Papienſe inter conſ. Paul. de Monte Pico conſ.100. n.14. Zaſ. de feud. p.8. nu.58 Scrader. eod. tract. p.2. c.4. Gabr. conſ. 76. n.30. Decian. reſponſ 93. n.8. Mant. de coniect. vlt. vol. tit.28. num.68.*

Et facit regula, quòd quando ſunt vocati maſculi, & fœminæ, cenſentur vocatæ ordine ſucceſſiuo, vt primi maſculi, & deinde ſęminæ, eis deficiẽtibus admittantur *c.2. §. quin etiam*, & ibi *Gloſſ. & DD. in tit. Epiſcopus, & Abb. c.1. & filia de ſucc. feud. Oſtienſ. in ſumma tit. de feud. §. in quibus caſibus, Præpoſit. in c. vnico verſ. ſed quid iſte textus, Fulg. conſ.12. n.8. Dec. conſ.139. n.3. Iacob. de S. Georg. de feud. in §. & ſęminis n.11. Curt. iun. conſ.140. n.2.* cum alijs allegatis à *Scradero vbi ſup. n.64. & à Pereg. conſ.25. nu.9.*

,, *num.9.* & id non tam prouenit ex pacto, quam ex
,, natura feudi ſecundum quam maſculus præfertur
,, fęminæ *Iacob. Aluarot. in d. §. cum etiam in princip.*
,, *Bald. conſ. 225. nu. 6. lib. 2.* dicens hanc eſſe regulam
,, feudorum *Bero. conſ. 113. nu. 18. lib. 2. & Bart. conſil.*
,, *60. in princ.* ait hoc eſſe ſingulare in feudo contra
,, Iuris regulas, & idem *Bart. in l. iusiurandi §. ſi liberi*
,, *nu. 5. ff. de oper. liber.*

,, Non obſtat quod aliqui dixerint *textum in d. c.*
,, *vnic. de eo qui, &c.* procedere quia ibi conſtabat de
,, mente, cum expreſsè vocatæ eſſent fœminæ defi-
,, cientibus maſculis, quia iſte etiam eſt caſus noſter
,, cum inueſtituræ ſint conceſſæ ſub eadem forma.
,, Præterea, vt dicit *Mart. Laud.* ibi in *princ. verſ. nota,*
,, *ſi tenor inueſtituræ, &c.* diſpoſitio procederet, & ſi
,, non fuerit dictum, quòd deficientibus maſculis fę-
,, minæ ſuccederent cum hoc ſit de natura feudi, vt
,, dictum eſt, quòd vocatis maſculis, & fęminis quã-
,, diù eſſent maſculi fęminæ non ſuccederent.

,, Neque obſtat opinio *Angel. conſ. 321 Rober. de*
,, *Salicet. inter conſ. Baldi 205. col. vlt verſ. igitur lib. 5.*
,, & aliorum qui Angelum ſecuti ſunt, quòd ille
,, textus procedit, quia feudum effectum fuerat fœ-
,, mineum, & conſolidatum in fœmina; nam licet in
,, illo textu ſecundum facti contingentiã feudum eſ-
,, ſet effectum fœmineum, cum tàm maſculi, quàm
,, fœminæ ſuccederent ex fœmina, tamen ratio il-
,, lius textus, & Prælatio ad fauorem maſculorum
,, non eſt fundata in huiuſmodi conſideratione, nec
,, ad iſtos terminos reſtringitur, ſed vt generalis,
,, quòd non pateat locus fęminæ donec ſuperſiſſet
,, maſculus propter, quã generalitatem rationis non
,, debet ſtrictè intelligi ſecundum illius terminos,
,, & ibi dicit *Mart. Laudem. in princ.* & ampliando ſe-
,, cundum rationem generalem, quæ eſt ibi ſcripta,
,, *Iacobus de Sancto Giorgio in d. verſic. magis enim at-*
,, *tendi debet ratio legis, quam ipſa lex Bald. in § 2. n. 3.*
,, *verſ. magis debet Inſtitut. quibus alien. licet, vel non.*
,, Quando feudum tranſiuit in fœminam, & in ea
,, fuit conſolidatum, tunc minus eſt dubium an fœ-
,, mina excludatur à maſculo, quaſi in fęminam non
,, tranſiſſet *Calder. d. conſ. 13. vnde ſi feudum, Caſtren.*
,, *d. conſ. 126. nu. 2. lib. 1. Dec. d. reſponſ. 93. nu. 6. ante fi.*
,, *hic Curt. iun. d. conſ. 140. nu. 13. Surd. d. conſ 40. n. 61.*
,, ponunt pro ampliatione ad regulam, quòd fœmi-
,, na admittatur in defectum maſculorum, vt proce-
,, dat etiam, quando feudum tranſiuit in fęminam
,, & ratio eſt, quia bona ad fęminam peruenerunt
,, facilius debet fieri tranſitus ad aliam fœminam,
,, *Angel. in l. ſi vnus §. pactum nè peteret ff. de pact. Io:*
,, *Baptiſtam Caccialup. in leg. omnes Populi ff. de Iuſt. &*
,, *Iure,* quem refert, & ſequitur, *Socc. conſ. 23. num. 53.*
,, *verſ. poſtquam lib. 1. Salicet. in l. 2. num. 26. verſ. hoc*
,, *idem dico de Noxal. Alex. conſ. 85. nu. 12. verſic. ſed*
,, *quando deſcederet lib. 4.* Præterea opinio Angeli, &
,, aliorum, qui eũ ſequuntur, tollitur etiam quia gra-
,, dus inferiores vocati in tali feudo, non habent ius à
,, Patre, vel à Matre immediatis genitoribus, nec v-
,, nus ab alio cauſam habet, ſed omnes à primo ac-
,, quirente, cuius pactum, ſeu contractus inſpiciẽdus
,, eſt, & qui tanquam primum principium, & prima
,, radix debet attendi, & ſi tranſeat per mille manus
,, non tamen eſt curandum, quo tramite feudum de-
20 ,, ſcendat, ſed ſemper conſideratur prima origo,
,, & primũ fundamentum à quo alij cauſam habent,
,, & cuius ſunt Succeſſores *Bald. in d. cap. vn. in princ.*
,, *verſ. iſte eſt ſub ſtilis ſenſus,* & ibi *Aluarot. nu. 1. Affl.*
,, *in princ. verſ. nec eſt verum idem Bald. d. conſ. 132. lib.*
,, *2. Pariſ. conſil. 23. n. 131. lib. 1. Aluarot. conſ. 30 n. 43*
,, *lib. 3. Zaſ. de feud. p. 8. nu. 58. Gabr. d. conſ. 800. nu. 3. in*
,, *fi. Dec. d. conſ. 93. nu. 8. Paul. de Montepico d. conſ. 100.*
,, *nu. 145. Peregr. conſ 28 n. 10.* & ex his tollitur obie-
,, ctum, quod maſculus prouenit ex radice infecta,
,, nempe ex fœmina, itavt tanquam illius ſucceſſor
,, nõ poſſit habere plus Iuris, quam ſuus auctor, iux-
,, ta *l. ſi viua matrem C. de bon. mat.* quia maſculus nõ
,, eſt ſucceſſor fęminæ, nec eius perſona conſidera-
,, tur, ſed ſolus primus acquirens qui eſt origo, & à
,, quo alij cauſam habent; nec radices intermediæ
,, ſunt ad hunc effectum attendendæ ex ſupradictis,
,, immo in d. cap. vnico maſculus quoque deſcende-
,, bat à fęmina, nempe ab Auia, & tamen hoc non
,, obſtante, cum ipſe eſſet maſculus à primo inue-
,, ſtito deſcendens, non potuit eſſe locus ſucceſſio-
,, ni fœminarum.

Hæc deciſio firmat concluſionem contrariam, ei, quam ſupra abſumpſimus, nẽpe feudum ſemel conſolidatum in fęmina tranſire ad filios ipſius fęminæ etiamſi ſint fęminæ, & non reuerti ad maſculos fęminæ alterius lineæ.

Nam quod ſupra diximus contra Iuris regulas, fęminas à feudo excludi; hoc intelligitur de fęmi-
21 nis vnius, & eiuſdem lineæ ex allegatis per *Buratt. dec. 206. nu. 2.* maſculi vero deſcendentes ex fęminis, non habentur pro maſculis in feudo, quod vel ea ratione oſtenditur, vt ſi in inueſtitura fęminæ non eſſent vocatæ, ipſi non ſuccederent, cum non veniant iure proprio, ſed iure matris, hoc eſt iure fęminæ, & in ſpecie, quod admiſſis ſemel fęminis, non ſit amplius locus ſucceſſioni maſculorum, vt maſculi ſunt, diſertè dixit Rota in Taruiſina Feudi Sabbati 23. Ian. 1621. coram SS.

,, Poſt obitum Franciſci Trapolini de Vicoage-
,, rijs vltimi maſculi deſcendentis ex linea Vberti,
,, qui reliquit tantum tres filias fęminas, orta fuit in
,, partibus lis inter dictas filias fęminas, & inter ma-
,, ſculos deſcẽdẽtes ex linea Guercij, in qua per duas
,, ſententias declaratum fuit, maſculos inueſtiendos
,, eſſe de tota portione feudi Caſtri Ruſtici, de quo
,, agitur per dictum Franciſcum poſſeſſa, & dd. filias
,, compellendas ad eiuſdem portionis poſſeſſionem
,, dimittendam. Verũ quia introducta cauſa in Rota
,, fuit dubitatum, An huiuſmodi ſententiæ ſint con-
,, firmandæ vel reuocandæ, quia huiuſmodi feudum
,, de anno 1297. per D. Epiſcopum Taruiſinum le-
,, gitur expreſsè conceſſum Vberto, & Guercio Fra-
,, tribus pro ſe ſuisque hæredibus, & deſcendentibus
,, maſculis his verbis adiectis, ita tamen quod exi-
,, ſtentibus maſculis fęminæ non ſuccedant, deficiẽ-
,, tibus verò quandocunque ſine prole legitima ma-
,, ſculis, fęminæ ſuccedere debeant, Alter vtrius vero
,, prole legitima deficiente, totum feudum ad alterũ
,, deuoluatur. Ex quibus verbis remanet clarè con-
,, ſtitutus ordo ſuccedendi in omnibus deſcendenti-
,, bus ab vtroque inueſtito, itavt donec extent fęmi-
,, næ ſuccedentes, ab alterutro eorum ſuccedere de-
,, beant ipſæ, non autem maſculi deſcendẽtes ex al-
,, tero, vt in his terminis huius feudi, & inueſtituræ

tradit

tradit *Fulgoſ.conſ.229.per totum Ruin.* qui ſequitur, *Fulgoſ.conſ.9.nu.3.verſ.ſecundò iſta opinio lib.1. Dec. conſ.24.n.60.lib.1.* & in hac cauſa reſpondet *Pereg. conſ.24.lib.2.& conſ.13. per tot.lib.1.*

Maximè quia extantibus fęminis deſcendentibus ex linea vnius, eius prolem deficere dici non poteſt, cum prolis appellatione, tàm maſculi, quā fęminæ compræhendantur, *Auth. licet C. de natur. libert. Dec.conſ.495. Peregr.d.conſ.24.ſub n.6.lib.2.* & dictio, prorſus, totalem, & omnimodam prolis extinctionem ad ſui verificationem deſideret, vt in *l.derogatur ff.de verb.ſign.* & tradit *Alb.in Diction. verbo prorſus.*

Et comprobantur ſupradicta quia etiam in inueſtitura ſimpliciter facta duobus fratribus pro ſe, eorumque filijs maſculis, & ipſis deficientibus pro fęminis; Deficientibus maſculis vnius lineæ admittentur fęminæ einſdem, non autem maſculi alterius lineæ, quia vnuſquiſque cenſetur primo ſibi, ſuiſque deſcendentibus proſpexiſſe *c.vn. de duo-*
24 *bus fratribus à e.inueſtitis Bald.conſ.249.ſub n.1. verſ. vnuſquiſque lib 1. Alex.conſ.119.ſub nu.1.verſ. nec dicatur lib.3. Ruin.conſ.9.n.3.lib.1. Pedem.decis. 213.n.30. Ceph.conſ.30.nu.34. Peregr.de fideicomm. art.22.nu.13.*

Nec obſtat quòd ex præcedēti inueſtitura anni 1259. facta de eodem feudo ad fauorem Guercij ſenioris pro ſe ſuiſque hæredibus, legitimis vtriuſque ſexus extantibus maſculis non debeant ſuccedere fęminæ, ſed ipſi maſculi ex eodem Guercio deſcendentes. Quia placuit reſponſio, quod ſcilicet in caſu iſto, non conſtat filios Franciſci, & minus maſculos eſſe deſcendentes Guercij Senioris, & tamen ſi maſculi velint in dicta inueſtitura eorū intentionem fundare, & ad excluſionem fęminarū, tanquam deſcendētes eiuſdem Guercij agere probare debent, ſe eſſe tales *Bart.in l.non ignorat C. qui accuſar.non poſſ.* cum alijs adductis per *Dec.d.conſil. 24.nu.53.& ſeqq lib.1.*

Neque obſtat, quòd fęminæ deſcendant ex Vberto, & maſculi ex Guercio fratribus, & iſti Vbertus, & Guercius in inueſtitura anni 1297. dicantur Nepotes Guercij Senioris, & filij Enrici; quia pro reſponſione fuit ponderatum, quòd Enricus potuit eſſe frater Guercij, & ſic probatio non excludit ipſos eſſe deſcendentes eiuſdem Guercij, prout requiritur, cum probatio actoris debeat eſſe certa, & concludens non autem dubia, & incerta *l.nō hoc, C.vnde legat.c. in præſentia de prob.* cum alijs adductis per *Dec.d.conſ.24.n.61.lib.1.* licet enim appellatione nepotum de Iure regulariter veniant filij filiorum *l.1. ff.de gradib. l.liberorum ff.de verb.ſign. l.nepotes C.de ſuis, & legit.* cum ſimil. ſufficit tamē, quòd poſſint venire filij fratruum, vt in iure Canonico eſt textus in *c.2.de arbitr.c.per ſuas de probat. c.Dilecto de prob.* cum alijs adductis per *Peregr. d. conſ.13.ſub nu.1.verſ.etiam quis lib.5.* & in feudalibus, in *c.1.§.ſimiliter quib.mod.feud.amitt.* Et quod communi vſu filij fratruum dicantur nepotes tradit *Apoſtill.ad Bart.in l.ſi inſtituta.§.de inoff.n.1 lit. E.ff.de inoff.teſtam.* & dixit aliàs Rota in cauſa Maceraten. Hæreditatis 13. Februarij 1609. coram R P.D Manzanedo.

Quinimmo, quòd Enricus fuerit frater, non autem filius d.Gue[...] ſenioris ſupponitur etiam per *Fulgoſ.d.conſ.229.poſt princ. verſic. poſt hac,* & per *Dec.d.conſ.24.ſub nu 24.lib.1.* & ſuadetur ex pluribus coniecturis per *Peregr. dict.conſil 13.numer.3. & ſeqq.lib.1.* & per informantes pro fęminis.

Minus obſtat, quod inueſtitura anni 1297. fuerit facta de feudo huiuſmodi tanquam antiquo; quia fuit reſponſum, qnòd dicta verba leguntur ſolum in narratiua, nec ſufficiunt ad mutandam veritatem rei, vt videlicer feudum nouum dicatur antiquum propter illam dictionem *tanquam*, quæ denotat improprietatem vt *gloſ.in c. ſolita verb.tāquam de maior.& obed.* cū alijs allegar. tradit Collegium Bononien. inter *conſ.Curtij ſen cōſ.50.n.7.* & tanto minus quoad ea, quæ in inueſtitura ſunt de nuo expreſſa; depoſita, ſeù addita, vt per *Intrigliol. de feud. q.24.n.66.& ſeqq.* Et ita vtraq;

Si vero inueſtitura nullam faciat fęminarum mentionem, ſed expreſsè maſculorum, videlicet pro ſe filijs ſuis maſculis legitimis, & naturalibus deſcendentibus hæredibus, ac ſucceſſoribus quibuſcunque, tunc non venire fęminas, ſed verbum, *deſcendentes, & hæredes,* referri ad maſculos dixit Rot. in Sarſinaren. feudi 20. Decembris 1638. coram Domino Decano, quæ deciſ. fuit poſtea confirmata.

30 Quando autem dicatur hæreditarium, latè tradit *Roſental.de feud.c.2.concl.33.nu.2.* & quomodo hæreditarium differat à feudo ex pacto, & prouidentia *c.9.concl.79.n.13.& dicta deciſ.* in cauſa Sabinen. Montis Rotundi 25. Iunij 1627. coram Coccino Decano vbi, quod feudum de cuius Inueſti-
31 tura non conſtat, non poteſt dici ex pacto & prouidentia, ſed hæreditarium.

Feudum autem hæreditarium propriè feudum non eſt, & in iure feudorum non fuir cognitum,
32 ſed illius inuentor fuit *Iſernia*, vt refert *Lanarius in repetit.c.prim qui ſucceſſ.dar.tene.nu.37.* & proindè non eſt adequata diſtinctio feudi hæreditarij, & feudi ex pacto, & prouidētia, vt vnum alterum excludat, ſed habent ſe tanquam continens, & contentum, adeo vt feudum ex pacto, & prouidentia contineat ſub ſe hæreditarium, & non hæreditariū, & quia hæreditarium eſt, non inde ſequitur non eſ-
33 ſe ex pacto, & prouidentia idem *Lanar. in repet.c. 1. De his qui feud.dar.poſſ.* & ſic qualitati hæredita-
34 rij ſolum locus eſt, quando ſucceſſor deficeret, vel quando inter plures inſtitueretur vnus; nam ſi adſit ſucceſſor ſanguinis in feudo recepto pro ſe, &
35 hæredibus. ille excludit hæredem inſtitutum *gloſſ. in conſt.Regni tit.vt de ſucceſſionibus vbi Affl. n. 48. & deciſ.385.n.5. Capic.dec.164. fau.lib.3. in 10.diff.* feudi hæreditarij & ex pacto, *Lanar.in c.1. de ſucc. feudi nu.30. & 31.*

36 Hoc autem feudum hęreditarium communiter tranſit ad illegitimos, vt in ſupradicta Interamnen. coram Maluaſia, quando tamen non adſunt alij filij legitimi, & ipſe illegitimus fuerit per Principē legitimatus *Afflict.deciſ.195.n.8.* quæ autem legitimatio, an fieri poſſit de poteſtatis plenitudine in præiudicium agnatorum tranſuerſalium dixi ſupra *quæſt.13.* & latè tradit *Roſental.cap.7.concluſ. 19.num.15.*

Contrarium autem, quòd nempe de iure communi

muni feudum non tranſeat ad illegitimos, immo,
nec legitimatos, & habilitatos niſi in inueſtitura
ita expreſsè fuerit cautum propter Conſtitutio-
nem Pij V. contra illegitimos eſt deciſio Cameræ
in ſupradicta cauſa Interamnen. Pedisluci 12. Fe-
bruarij 1601. coram Eminentiſſimo Cardin. Cre-
ſcentio: tunc Cameræ Apoſtolicæ Clerico, quæ de-
ciſio eſt relata inter *rec. par. 1. deciſ. 41.* quòd intel-
ligi debet de feudis Eccleſiæ, non aliorum Princi-
pum, qui ſub hac Conſtitutione non compræ-
henduntur.

Quod autem diximus iuxta Conſtitut. Pij V.
nón ſuccedere legitimatum intelligi debet de le-
gitimato beneficio Principis, non autem de legiti-
37 mato per ſubſequens matrimonium, quia huiuſ-
modi legitimatus indiſtinctè ſuccedit in feudo,
etiam primogenio *Roſental. cap. 7. concluſ. 18. nu. 8.*
etiam ſi in inueſtitura feudum fuerit receptum
pro ſe, & filiis legitimatis ibidem nu. 4. quia ma-
38 trimonium ſubſequens abolet omnem maculam,
& operatur ac ſi à principio fuiſſet matrimonium
contractum *Gail. obſeruat. 141. lib. 2. Cacher. deciſ.
154. num. 4.*

Contrarium tamen, quod legitimatus per ſub-
ſequens non ſuccedat, ad feudum, & fideicom-
39 miſſum, in quibus vocantur procreati, & nati ex
legitimo matrimonio tenet *Peregrin. de fideicomm.
art. 24. num. 25. & ſeqq. Theſaur. deciſ. 196. numer. 3.
Surd. deciſ. 219. num. 5. Rota coram Seraphino deciſ.*
1300. & in Parmen. Status 26. Martij 1618. co-
ram Cardinali Sacrato, & eadem ratione non ſuc-
cedunt huiuſmodi legitimati in feudo ſtatuto pro-
hibente vt in Saxonia *Roſental. dicto cap. 7. concluſ.
18. num. 14.* quòd ſtatutum videtur vigere in omni
Germania; Sane licet Ferdinandus Archidux Au-
ſtriæ, & Comes Tiroli Carolum, & Andream Fi-
lios ex Philippina Vvelſera ſuſceptos per ſubſe-
quens matrimonium in articulo mortis Philippi-
næ contractum legitimaſſet, ita vt Andream ad
Cardinalatus dignitatem promoueri obtinuerit,
non tamen potuit Carolum habere in Comitatu
Tiroli ſucceſſorem ſed ipſum creauit in Marchio-
nem Burgaulli, quia videlicet legitimatus per ſub-
40 ſequens non verè, ſed fictè dicitur legitimus *Ro-
ſent. c. 1. concl. 15. in gloſ. 1.*

Quod tamen procedere reor in legitimatis
per ſubſequens in articulo mortis, quæ legitima-
41 tio cenſetur fraudolenta *Menoch. conſil. 226. num.
21. lib. 3. Gonzal. Mendez. diuerſ. arg. Iur. lib. 2. cap.
20. num. 10. Roſental. dicta concluſio 18. num. 2.* Ta-
men quando etiam legitimatos in articulo mortis
admittit ad ſucceſſionem feudi intelligit, vt proce-
das iuxtà declarationem *gloſſ.* ibi *ſub littera D*, ſi
appareat legitimationem huiuſmodi non eſſe fa-
ctam in fraudem agnatorum; fraus igitur ali-
unde probanda eſt, quam ex eo quod quis in arti-
culo mortis contraxerit, alias enim, ſi contractus
huiuſmodi neceſſariam induceret iuris præſum-
ptionem de fraude, concluſioni nunquam poſſet
eſſe locus *Gabr. concluſ. 1. numer. 59. de legitimat.*
fraus igitur probanda erit ab allegante, & videtur
probari, & reprobari ex eo quòd ita decedens ni-
hilominus duxiſſet, etiam ſi mors non interueniſ-
ſet, vt notat *Rota deciſ. 166. ſub numer. 2.*

Tertiò, principaliter non ſuccedunt in feudo
Clerici, quia natura clericatus videtur oppoſita
42 naturæ feudatarij, homagium, & fidelitatem
Principi præſtantis. latiſſimè *Graſſ. de effect. cleri-
cat. effect. 4. num. 4. & 5.* quod tamen de feudo Re-
gni Neapolis, ita abſolute Intelligendum, nam de
feudis Germaniæ *Guglielmus Hannet. de Iur. feud.
lib. 2. cap. 3.* videtur velle, quod de conſuetudine
Vniuerſali Germaniæ Clerici in feudo ſuccedant,
quod non exiſtimo abſolutè verum, ſed ſolum do-
mino volente, & concluſionem illam generalem
originem duxiſſe exiſtimo, ex eo quòd Impera-
tor non ſolet denegare Clerico feudatarij ſucceſ-
ſori inueſtituram, ipſius vita durante, non ſolum
in Germania, ſed etiam in feudis Italiæ, & ita
exemplo vidi in Hyppolitum Malaſpinam Mar-
chionem Baſtiæ conferri Inueſtituram, dum ad
huc eſſet Clericus. Videmus enim Imperatorem
43 in conceſſione feudi erga clericos; reliquis Regi-
bus eſſe longe liberaliorem, vt potè, qui omnes Ci-
uitates totius Imperij conceſſerit proprijs Epiſco-
44 pis in feuda, qui ſunt Ciuitatum Principes, v-
trumque habentes gladium, quod non contingit
in Epiſcopis Regni Neapolis, nec quidem in alijs
Regnis, quorum Reges, & Principes tantopere
timent feuda in Eccleſiaſticos, transferre. licet
in vniuerſum exiſtimem clericum generaliter de
Iure eſſe feudi incapacem, nam ita diſponit tex-
tus apertiſſimus *in cap. 1. de feud. famin.* ibi, *Cleri-
45 cus nullo modo in feudo paterno debet ſuccedere,
etiam ſi poſt quam habitum Religionis aſſumpſerit,
poſtpoſuerit* idem dicitur in §. qui clericus, ſi de
feudo defuncti; & ratio eſt, quia feudum datur
propter ſeruitium, quod per Clericum præſtari
nequit: vnde videndum, an ſeruitium, quod ra-
tione feudi præſtandum eſt ſit reale, vel perſona-
le, & eius natura repugnet ſtatui Clericali, &
quod per ſubſtitutum ſuppleri nequeat, quia hoc
caſu Clericus erit incapax, vt diſtinguunt *Doctores*
apud *Roſental. cap. 7. concluſ. 29. in gloſſ. ſub littera
A, & B,* vbi etiam diſtinguunt de Clerico in mi-
noribus, ſiuè Sacris ordinibus conſtituto, & Epiſ-
copo, inter quos ponunt differentiam.

Tota igitur ratio incapacitatis Clerici in ſuc-
ceſſione ad feudum ſecundum Doctores, eſt ſer-
uitium, & iuramentum fidelitatis domino præſtã-
dum ad quod clerici compelli non poſſunt quod
ſi vigeret generalis conſuetudo, præſtandi iura-
mentum domino etiam per Clericum, vt videmus
in Epiſcopis Germaniæ erga Imperatorem, non
viderentur clerici omnino ſucceſſionis feudi in-
capaces, ſi ſeruitium præſtetur per ſubſtitutum.
Nam dictum *Baldi in §. firmiter de prohibit. feud.
alienat. per Federic. numer. primo, & ſequentibus.*
Quod videlicet vbicumque Vaſſallus, ſuccedere
non poteſt, ibi, nec per ſubſtitutum ſeruire, quod
etiam voluit *Iſernia in cap. primo num. 2. An mu-
tus, vel alias imperfect.*, interpretaretur. vt proce-
dat domino volente, nam ſi ſeruitium, & iura-
mentum fidelitatis reſpicit commodum domini,
videtur, quod ipſe poſſit illi renunciare, & remit-
tere Vaſſallo, tam ſeruitium, quam iuramentum,

nam quamvis Sacramentum fidelitatis naturæ
feudi conueniens ſit, non tamen videtur adeò in-
diuiſibile, vt ſine illo Vaſſallaggium ſubſiſtere ne-
queat, nam licet inter conſuetudines feudorum
legatur titulus quid præcedere debeat, an inueſti-
tura, vel fidelitas, vbi *Petr. de Rauenn.* quod debet
præcedere inueſtitura, tamẽ neminem inueni DD.
46 aſſerẽtem, quod Dominus huiuſmodi Sacram. no-
uo Vaſſallo remittere non poſſit, immo idem *Petr.
de Rauen. tit. per quos fiat inueſtitura §. nulla autem di-
cit*, quod dominus non tenetur inueſtire Vaſſal-
lum, qui recuſat iurare fidelitatem, niſi eſſet feu-
dum, in quo non debet iurari fidelitas, & ſic in-
quit feudum datur regulariter propter fidelita-
47 tem, poteſt tamen per pactum alterari natura
feudi, & contractus feudalis, neque differentiam
fecerim inter Iuramentum fidelitatis, & iura-
48 mentum ſubiectionis, de quibus per *Roſental. cap.
6. concluſ. 85. per totum*, vbi dicit iuramentum ſub-
iectionis arctius ſtringere, quam iuramentum fi-
delitatis, videtur autem velle, quod iuramentum
fidelitatis, illud ſit, quo omnes ſubditi ſupremo
Principi deuinciuntur, Iuramentum vero ſubie-
ctionis, quo Vaſſalli particularis ſubiectionis,
& ſeruitij nexu ſtringuntur; nam quodcumque
tandem ſit iuramentum, poteſt illud per Domi-
num, & etiam pacto remitti iuxtà *Petr. de Ra-
uenna dicto §. nulla autem*, quod eſt valde natura-
le, nam ſi hoc reſpicit commodum Domini vt
ſupra diximus, nulla lege prohibetur, quin huic
commodo renunciari poſſit, & quod renuncia-
tio huiuſce commodi naturam feudalem non de-
ſtruat probat idem *Rauenna dicto §. nulla autem*,
ex eo quod non iuratur fidelitas, quando feudum
eſt modicum, ex quo infert non in omni feudo
præſtandum eſſe iuramentum fidelitatis, quia
plus, & minus non inducunt differentiam ſpeciei,
quamuis contrarium videatur ſentire idem *Petrus
de Rauenna tit. de ſucceſſ. feud. §. hoc quoque*, vbi
quod Dominus non poteſt facere gratiam fœmi-
næ etiam ſi ſit filia Vaſſalli in præiudicium agnato-
rum, quod autem vult procedere in feudo antiquo
non autem in feudo nouo.

Ex præmiſſis patet, quid dicendum ſit, ſi quæra-
tur an Clericus filius feudatarij nullis alijs exi-
ſtentibus liberis maſculis Patri in feudo ſucce-
dat in præiudicium tranſuerſalium, nam totum
hoc dependet à voluntate Domini nihil facientis,
verum in conſequentiam reſultet præiudicium
collaterali, ſufficit enim clericatum naturæ feu-
di non aduerſari, niſi domino volente, & ſer-
uitium remittere aut fidelitatem recuſante, &
hic caſus modo euenit, dum hæc ſcriberem ex
obitu Excellentiſſimi Michaelis Peretti Sixti V.
ex Sorore pronepotis Principis Venafri, & Co-
mitis Celani, quem ego hic honoris cauſa no-
mino, vt virum Summis Virtutibus dotatum, &
quo familiariter vtebar, vt pote qui Illuſtriſſi-
mum Vincentium Iuſtinianum Marchionem Baſ-
ſani, & Dominum Camillum Maximum Mar-
chionis Nepotem à puero amicos, & quorum
Frater, & Auunculus Benedictus Iuſtinianus,
præſul ob eximia merita omnibus deſideratiſſi-
mus à Sixto Quinto Principis Auunculo in Sacr.
Cardinalium Collegium coaptatus fuerat quo-
tidie ferè, vt & Ego, & plures alij honeſtioris
notæ Viri conueniebant, Vir ſane omni humani-
tate & ſumma liberalitate præditus, vt dam-
num videri poſſit tot virtutes generoſa proſa-
pia non propagari, quæ in vno Franciſco filio
extinguentur.

Deceſſit itaque Princeps Perettus relicto filio
Illuſtriſſimo Franciſco Abbate Clareuallenſi,
qui nedum Clericatum profeſſus eſt, ſed etiam
Sacrum Presbyteratus Ordinem, licet vnicus
in tanta familia, ſuſcepit, huic fœuda prædicta
Rege Hiſpaniarum volente deberi, nullum eſt
dubium, quia Dominus poteſt remouere obſta-
culum Clericatus remittendo fidelitatem, & ſer-
uitium, vt diximus etiam ſi ex eo oriatur præ-
iudicium tertio, quod tanquam euentuale, &
conſecutiuum, non eſt habendum in conſidera-
tione, *leg. fluminum, §. final. ff. de damno infe-
cto, Abb. conſil. 484. numer. 5. lib. primo*, *Gomez.
ſuper Regula de iure quæſito non tollen. quæſt. 3.* &
49 in terminis ſucceſſionis ad feudum, dixit Ca-
mera in ſupradicta Interamnen. ſucceſſionis Pe-
dis Luci IX. Iunij M. DC. VI. coram Mainaſia,
non enim dominus remouet obſtaculum, vt præ-
iudicium inferat agnatis, ſed vt gratiam faciat
Clerico. Maiorem difficultatem habebit caſus
ſucceſſionis eiuſdem Abbatis Franciſci, cui ſuc-
cedere prætendet in dictis feudis Dom. Maria
Felix ſoror nupta Illuſtriſſimo, & Excellentiſſi-
mo Bernardino Sabello Principi Aricij, quæ om-
ni ſucceſſioni paternæ renunciauit, & Illuſtriſſi-
mus, & Excellentiſſimus Dominus Paulus Ior-
danus Dux Brachiani eiuſdem Principis Peret-
ti ex ſorore Nepos, in quo articulo in præſentia-
rum neutri partium præiudicium infero dicturus
fortaſſis, aliquando ſententiam meam requiſitus.

Quartò, principaliter non ſuccedunt in feu-
do Monachi, quia habentur pro Mortuis, vt in-
quit *Baldus in cap. qui Clericus numer. 2. ſi de feud.
Defunct. controuerſ. fuer. Roſental. dicta cap. 7. con-
cluſ. 29. numer. 8.* vbi latè *Gloſſ. ſub littera F*, nec
50 quidem Monaſterium vita Monachi durante iux-
ta ſententiam veriorem, de qua per *Roſental. loco
proxime allegato numer 11.* quòd tamen Intelli-
gendum eſt, niſi Monachus intra probationis an-
num ab Inſtituto receſſerit, quia non ipſa habi-
tus ſuſceptio, ſed profeſſionis emiſſio facit Cle-
ricum reputari pro mortuo, licet textus in *cap.
primo de feud. fœmin.*, velit Clericum à feudo
excludi, etiam ſi habitum aſſumptum dimiſerit
propter quem textum Doctores aliqui apud *Ro-
ſental. dicto cap. 7. concluſ. 30. numer. primo*, co-
nantur diſtinguere, aut Monacho obuenit ſuc-
ceſſio ante aſſumptum habitum, & tunc etiam
ſi illum dimittat ad ſucceſſionem feudi, non
admittitur, aut obuenit ſucceſſio poſt habitus
aſſumptionem, & tunc poterit illum dimit-
tere, & admitti ad ſucceſſionem feudi, Ego
vero generaliter, exiſtimo per ſolam habitus
Clericalis, ſiue Sæcularis, ſiue Regularis, quem
non priuari ſucceſſione feudi, niſi in Sæcula-
ri con-

ri concurrat Sacer ordo , & Regularis profeſ-
ſionis emiſſio . *Petrus de Rauenna titul. de be-
neficio fœminæ , §. ex hoc* ; nam tota inhabilitas
ad ſuccedendum in feudo oritur vt vidimus ex im-
potentia præſtandi fidelitatem, & ſeruitium quod
non impeditur per ſolam habitus ſuſceptionem
vnde *textus in dicto cap. 1. de feudo fœmin* interpre-
tandus eſt , vt loquatur de dimiſſione habitus ex
51 diſpenſatione , non autem de dimiſſione habi-
tus, quam quis iure ſuo facere poteſt ; Nam pri-
mò caſu puta quòd quis conſtitutus in Sacris , ſeù
votum emiſerit ſolemne abſoluatur ab ordine, ſi-
ue voto , tunc iuxta hunc textum non poterit ad-
mitti ad feudum, quia per ordinis ſuſceptionem ,
ſiue voti emiſſionem acquiſitum eſt ius agnatis .
Contrarium tamen ſentit Congregatio Interpræ-
tum Concilij, quæ aliàs Me ſcribente de anno 1618.
declarauit quendam ex Capuccino profeſſo ex
diſpenſatione Apoſtolica ad Dominicanos trans-
latum reddidiſſe habile Monaſterium Dominica-
norum ad ſucceſſionem in præiudicium agnato-
rum, quibus videbatur ius quæſitum ex profeſſio-
ne emiſſa apud Capuccinos omninò ad ſucceden-
dum inhabiles , & de ſucceſſione ad feudum vide-
tur ſentire Rota in Parmen. nullitatis ordinum 28.
Iunij 1628. coram Ghiſilerio , vbi Marchio Hyp-
politus Malaſpina della Baſtia fuit diſpenſatus ad
contrahendum matrimonium, non obſtante ordi-
ne Diaconatus , & reſolutum, matrimonium te-
nere in præiudicium agnatorum : Cardinalis ta-
men Dionyſius de Marquemont mihi dixit in par-
lamento Pariſienſi contrarium fuiſſe reſolutum
nempe diſpenſationem non operari in præiudi-
cium agnatorum , & ſane materia hæc videtur
ardua, nam *textus in dicto cap. primo* , excludens
clericos à ſucceſſione feudi, etiam ſi habitum po-
ſuerit, videtur directo contrariari concluſioni illi ,
quòd præiudicium euentuale , & in conſequen-
tiam attendi non debet , quæ concluſio fundatur
tàm in diſpoſitione Iuris communis , quam ratio-
ne naturali , quia diſpenſatio ponit diſpenſatum
in eo ſtatu , & terminis , in quibus erat ante diſ-
penſationem , quo tempore nullum poterat con-
ſiderari præiudicium agnatorum , propterea ego
diſtinguerem de iure agnatis quæſito , vt vel il-
lud ius proueniat ex diſpenſatione Canonum , &
tunc diſpenſationem operari , etiam in præiudi-
cium agnatorum ea ratione, quòd ſi Canon non
eſſet, agnatis nullum ius competijſſet, & nihil na-
turalius, rem eo vinculo diſſolui, quo ligata erat,
vel illud ius competit agnatis , non ex diſpoſitio-
ne Canonis , ſed ex diſpoſitione Legis Principis
Sæcularis, & tunc non infertur præiudicium agna-
tis, quia feudum eſt beneficium Principis, cui po-
teſt imponere legem quam vult, & ab eo quos vult
excludere quemadmodum facit Pontifex in bene-
ficijs Eccleſiaſticis.

Sextò Regulariter excluduntur à ſucceſſione
feudi filij adoptiui *cap. adoptiuus filius ſi de feudo*
52 *defuncti contrar. fuer.* quòd etiam vendicare lo-
cum in arrogatis dicit *Roſental. dicto cap. 7. con-
cluſ. 3. numer. 33.* quia ſi Papa ob ſupremam eius
poteſtatem facere nequit vt quis ſuccedat in feu-
do inuito domino, multo minus hoc debet eſſe po-
ſitum in voluntate Vaſſalli inſerentis in feudum
ſucceſſorem contra pactum inueſtituræ , & pro-
uidentiam primi acquirentis. Hoc tamen debet
intelligi, vbi non adeſſet conſuetudo , in con-
trarium *Gloſſ. ad Roſental. ad concluſ. 30. ſub Hi-
ſtor. 6. d.*

Obiter autem hic concordandi duo textus diſ-
ponentes de ſucceſſione adoptiuorum vnus eſt in
leg. ſi te parens, Cod. de ſuis, & legitim. vbi dicitur
53 quod ſucceſſio eſt debita adoptiuo cum legiti-
mis , & naturalibus, prout eum intelligit , & in-
terpretatur, *Peregrin. de fideicommiſſis, art. 36. nu-
mer. 43.* immo ſi prætereatur adoptiuum rum-
pere teſtamentum Patris adoptiui ſi ſit pubes ,
tenet *Gabriel. conſil. 113. num. 22. lib. 1.* alter *tex-
tus in leg. penultima, §. ſed ne articulum , Cod. de ad
opt.* apertiſſimis, & clariſſimis verbis diſponit ad
optantem , non teneri inſtituere filium ad opti-
uum , ſed ſi hoc fecerit illud liberalitatis cenſe-
ri non neceſſitatis; pro concordia dicebam vtrum-
que textum loqui de legitima filio debita , quæ
debetur *iuxtà leg. ſi te parens* . Adoptiuo non in-
ſtituto, textus autem in §. ſed ne articulum dum
dicit adoptantem non teneri inſtituere adopti-
uum ſimiliter loquitur de hæreditate deferenda, &
quod Teſtamentum , non poſſit dicere nullum
non autem quod eum excludat à legitima quam
adoptiuo tribuit , *§. ſi vero pater , in dicta leg.
penultima* .

Supereſt vt pro coronide , huius §. videa-
mus , in quo gradu Collaterales poſſint pete-
re ſucceſſionem feudi , in qua Quæſtione breui-
54 ter dicendum eſt, agnatos ſuccedere, etiam vl-
tra decimum gradum , & in infinitum quia ha-
bent cauſam , & deſcendunt à primo acquiren-
te , cognatos vero, qui à linea non deſcendunt ,
non vltra ſeptimum gradum , ita ſtatuitur §.
hoc quoque , de ſucceſſione feudi , quia cogna-
tio de iure ciuili , vltra ſeptimum gradum non
protenditur *Petrus de Rauenna in dicto §. hoc quo-
que, Roſental. cap. 7. concl. 59. nu. 16. & ſeqq. Lanar.
repetit. feudal. in addit. ad cap. 1. de ſucceſſ. feud.
numer. 20.*

SVMMARIVM.

*Iuriſpatronatus confirmatio eſt potius noua conceſſio ;
numer. 1.*

Arrigoniorum apud Inſubres ampla familia, 2.

Pompeius Cardinalis Arigonius vir doctiſſimus, 3.

*Filius familias quicquid acquirit eodem momento acqui-
rit Patri , 4.*

*Filius familias , quando cenſeatur ſui Iuris effectus ,
numer. 7.*

*Beneficium in cuius fundatione dicitur , quòd Sacer-
dos per ſe , vel per alium celebret an ſit Sacer-
dotale , 8.*

*Qualitas adiecta , verbo, intelligitur ſecundum tempus
verbi , 9.*

*Card. Interpretes Concilij Tridentini non reſpondent niſi
interpretando Concilium, 10.*

*Fundatio beneficij quantumvis requirat Sacerdotium
actu, beneficiatus non tenetur celebrare, 11.*

Qualitates beneficiorum ſunt exprimendæ, 12.

Fũdator poteſt mutare qualitates beneficij in melius, 13

Iuspatronatus conceſſum vt dotet ſi prætendatur, debet conditio probari adimpleta, 14.

Fundatio requirens Sacerdotem nulla facta mentione Miſſarum, non eſt Sacerdotalis, 15.

Iuspatronatus non probatur ſufficienter ex Inſtrumento dotationis, & fundationis, niſi oſtendatur effectuatum, 16.

Præſentatio, & nominatio in quo differant, & an fieri poſſiat de abſente, 17.

Nominatio non ſufficit, ſed requiritur præſentatio, 18.

Vices ſuas alteri committere eſt alium ſuo loco ponere, 19.

Actus contra Iuramentum factus an corruat, 20.

Præſentans indignum, an cadat à Iure præſentandi, 21.

Iure patronatus ad plures ſpectante, ſi maior pars præſentauerit indignum præiudicat cæteris, 22.

Pater poteſt præſentare filium, 23.

Præſentare non poteſt Patronus lite pendente, 24. ſi vnus ex præſentatis ceſſerit, ſiue deceſſerit, 25.

Præſentare nemo poteſt ſe ipſum 26. poteſt tamen præſentationi de ſe factæ conſentire, 27.

Præſentare poteſt ſe ipſum Patronus in beneficio ſimplici, & tenui, 28.

Præſentare an debeat abſens, & an ſit expectandus, vel certiorandus, 29.

Præſentatio ſpectans ad plures quando dicatur ſpectare tanquam ad ſingulos, ſiue tanquam vniuerſos, 30.

Narratiua de rigore Iuris non neceſſaria, ſed faciens ad maiorem declarationem admitti debet, 31.

Præteriri an poſſit abſens, 32.

Præſentatus abſens debet intra tempus ad præſentandum datum præſentationi conſentire, 33.

Præſentatum abſentem, & Inſtitutori notum, an inſtitutor teneatur inſtituere 34.

Præſentare poteſt Patronus per Inſtrumentum, 35.

Præſentatis duobus concurrentibus pro derogatione medietatis Patronorum, præfertur Patronus, etiam ſi compræſentatus præueniſſet, modo res ſit integra, 36.

Præſentatorum præfertur de familia, & Presbyter, num. 37.

Derogationem medietatis Patronorum Dataria concedit indifferenter, 38.

Gratificationi inter Præſentatos quando ſit locus, 39.

Præſentatus a pluribus Patronis eſt Inſtituendus, 40.

Gratificationis clauſula, quid operetur, 41.

Gratificationis clauſula conceditur indiſtinctè cuicumque, 42.

Præſentatio in concurſu contra impetrantem de libero Dataria non concedit prouiſionem 43. ſi tamen incontinenti doceretur de patronatu, non ſignaretur ſupplicatio de libero, 44. & 67.

Datarius non eſt Iudex Impetrantium, ſed informat ſe extraiudicialiter ante Signaturam, 45.

Præſentato etiam contra Prouiſum Apoſtolicum de libero Dataria concedit prouiſionem, quando præſentatus non poteſt aliundè habere prouiſionem, numer. 46.

Dataria in confirmatione concordiæ, non debet reijcere Conuentionem, quod beneficium controuerſum remaneat penes præſentatum ſiue prouiſum ab Ordinario, 47.

Præſentandi quaſi poſſeſſio arguitur ex alia præſentatione, 48.

Si quæſtio ſit inter Patronos, 49.

Præſentandi quaſi poſſeſſio acquiritur ex conſenſu præſtito in reſignatione, 50.

Præſentatus à Patronis exiſtentibus in quaſi poſſeſſione præſentandi, tunc demum eſt inſtituendus quando conſtat de Iurepatronatus, 51.

Præſentandi quaſi poſſeſſio non tranſit ad hæredes, 52.

Poſſeſſio defuncti quandoque tranſit in hæredem ſine noua apprehenſione, 53.

Præſentandi Ius eſt, quid merè laicale, 54.

Cauſa ſuper iure præſentandi inter Patronos, eſt prophana, 55.

Præſentandi ius cadit ſub ſtatuto laicali, 56.

Præſentatus quæ habere debeat ante inſtitutionem, 57.

Præſentatio vnius ex Patronis præſeruat Ius reliquis, 58.

Præſentatus à maiori parte Patronorum, Intelligitur de Patronis exiſtentibus in quaſi poſſeſſione præſentandi, 59.

Præſentandi quaſi poſſeſſio non impedit prouiſionem Apoſtolicam, niſi etiam conſtiterit de Patronatu, 60.

Præſentationem habens ad vnum beneficium in aliqua Eccleſia, non dicitur habere præſentationem ad alia ſimilia, licet eiuſdem naturæ, & ſpeciei 62.

Fundatio ex priuilegio, licet dicatur, quod ſit vera fundatio, & illius vim habeat, nihilominus priuilegium eſt, 63.

Ius patronatus probatur plenè, & concludenter ex Inſtrumentis dotationis cum præſentationibus, licet Patronus non ſit in quaſi poſſeſſione præſentandi, 64.

Ius patronatus non præſumitur ex vſurpatione in familia antiquiſſima, 65.

Ius patronatus gentilitium quomodo probetur & diſtinguatur ab hæreditario, 66.

Concil. Trid. non tollit probationes Iuris patronatus, quæ ſunt de Iure, 67.

Ius patronatus habentium Iuriſdictionem, & Communicatum quomodo probetur, & an modus probandi per Conc. Trid. ſeſſ. 25. traditus, ſit forma, vt aliter probatio fieri non poſſit, 69.

Præſentationes difficillimè admittunt Ordinarij, 70.

Præſentationum per Ordin. admiſſio probat Iuspatronatus, 71.

Litteræ patentes Collationum per Ordinarium factarum ſunt documenta authentica, 72.

Enunciatiua quid ſit, & quæ probet, 73.

Officiali atteſtanti de negocio ſpectante ad ipſum officium credendum eſt, 74.

Forma quando non adimpleatur per æquipollens, 75.

Formæ obſeruatio ceſſare debet ceſſante ratione legis formam inducentis, 76.

Publicationi ſatiſfit per nouam prouiſionem, 77.

Ordinarij atteſtatio non eſt probatio per teſtes, 78.

Ordinarius tenetur inſtituere præſentatum ſub pœna nullitatis, 79.

Quietantia remanet penes debitorem, 80.

Præſentatio de Iure non requirit ſcripturam, 81.

Inſtitutio neceſſariò ſupponit præſentationem, 82.

Conſequens qui vult, debet voluiſſe neceſſarium antecedens, 83.

Col-

Collatori Inferiori non eſt tanta auctoritas, & fides ac Ordinario, 84.

Riccius falſus conſarcinator auctoritat. 85.

Condomini alicuius terræ, & integri patroni benemeriti non comprehenduntur, ſub diſpoſitione Concilij, 86.

Fundatio faſilius præſumuntur quam dotatio, 87.

Iuſpatronatus competit ex dotatione, vel fundatione, etiã ſi non fuerit reſeruatum, 88.

Præſentationes vt plurimum fiunt per Inſtrumenta, 89.

Præſentati quandoq; colludunt cum Ordinarijs, 90.

Iura patronatus Regum non comprehenduntur ſub diſpoſitione Conc. 91.

Iuri patronatus in Curia vacc. uti Papa non derogat, 92.

Iura patronatus ſupremorum Principum non dicuntur vacare in Curia, 93.

Papa eſt Dominus beneficiorum, & poteſt patronis laicis præiudicare, 94.

Beneficia Iuris patronatus Laicorum non dicuntur vacare in Curia, 95.

Derogationes generales non comprehendunt Ius patronatus, niſi de eo faciat mentionem 96. vel Papa habuerit notitiam, 97.

Ius patronatus mixtum, Laicale potius cenſendum quam Eccleſiaſticum, 98.

Ius patronatus mixtum non cadit ſub regula reſeruatoria, 99.

Reſeruatio, & concurſus pari paſſu ambulant 100.

Concluſiones per Rotam canonizatæ, ſuper quibus principaliter diſputatur, habent vim communis opinionis, non autem reliqua ad hoc probandum aſſumpta, 101.

Iuripatronatus mixto an, quando, & quibus in locis derogetur, 102.

Gambaræ opinio de Iurepatronatus mixto reijcitur, 103.

Philippi Columnæ Conteſtabilis auctoritas, 87.

Pars maior prædominans quando debeat attendi, 105.

Gonzalis, & Garziæ opinio circa Iuſpatronatus mixtum reijcitur, 104.

Dignus trahere ad ſe minus dignum quomodo interpretandum, 106.

Fauor publicus potius attendendus quam priuatus, 107.

Patronus Laicus debet à compatronis Eccleſiaſticis requiri, etiam ſi illi ſint numero plures, 108.

Præiudicium paruum non eſt quando nequit inferri maius, 109.

Laici non debent vlla opinione retrahi à fundatoribus beneficiorum, 110.

Præiudicium nemo pati debet ratione ſocietatis aut communionis, 111.

Eccleſia cultrix iuſtitiæ non proficit cum aliena iactura, 112.

Cancellaria in beneficio Iuriſpatronatus, nunquam procedit de reſeruato, 113.

Iuſpatronatus Eccleſiaſticum cadit ſub regula reſeruatorea, 114.

Iuſpatronatus per donationem effectum Eccleſiaſticum an differat ab eo, quod à fundatione fuit tale, 115.

Donatio Iuriſpatronatus requirit conſenſum Epiſcopi, 116 Non tamen ſi fiat Ecleſiæ, 117.

Qualitatibus Iuriſpatronatus quando cenſetur derogatum, 118.

Clauſula qualitates habeantur pro expreſſis, 119.

Ordinarius non poteſt admittere fundationem cum conditionibus tangentibus auctoritatem Papæ, 120.

Papæ ſine ſcientia ſua non poteſt præiudicari, 121.

Papa ligatur ex pacto 122.

Priuilegio cum compoſitione obtento non derogatur, 123.

Beneficium debitum vni generi perſonarum alteri non confertur, 124.

Patronus in reſignatione benemeriti præiudicari non poteſt, ità nec ipſi poſſunt præiudicare vocatis præſentando contra tenorem fundationis, 125.

Cap. auaritiæ procedit etiam in beneficijs iuriſpatronatus, 126.

Præſentationi patronorum locus eſt ex vacatione per priuationem, 127.

Patronorum conſenſus requiritur in reſignatione, 128.

Dataria in reſignationibus non derogat conſenſui patronorum in permutationibus vero derogot, 129.

Permutari non poſſunt beneficia Iuriſpatronatus coram Ordinario ſine conſenſu patroni, 130.

Iuſpatronatus ex priuilegio cadit ſub derogatione, etiam ſi priuilegium dicat, quod ſit prorſus eiuſdem naturæ, & roboris, ac ſi eſſet ex vera fundatione, 131.

Iuſpatronatus an acquiratur ex readificatione, 132.

Iuſpatronatus an acquiratur ex dotatione Eccleſiæ dotatæ, 133.

Priuilegium Apoſtolicum in fundatione præbet inditiũ acquiſitionis minus legitimæ, ſtant tamen ſimul priuilegium, & vera fundatio, 134.

Iurepatronatus probato ex priuilegio non poteſt dari alius titulus ex immemorabili ſine centenaria, 135.

Titulus præſumptus allegari non poteſt vbi conſtat de vero, 136.

Initio nihil poteſt dari prius, 137.

Centenaria differt ab Immemorabili 138.

Iuſpatronatus ex conſuetudine cadit ſub reſeruatione, 139.

Titulorum multiplicatio datur in beneficialibus, 140.

Iuripatronatui non comprehenſo ſub regula reſeruatoria poteſt derogari, 143.

Derogatio, & reuocato ſunt termini diuerſi, 142.

Clauſulæ, cui non ſuit hactenus derogatum interpratatio, 141. & 158.

Centenaria admittit probationem in contrarium, 144.

Præſumptio Iuris quid ſit, & quid operetur, 145.

Præſumptio Iuris non excludit probationem in contrarium, 146.

Præſumptio vincitur à probatione. 147.

Probatio non vincitur per præſumptionem, 148.

Clauſula concedimus, & reſeruamus quid importet, 149.

Iuriſpatronatus exceptio turbida non excludit prouiſum Apoſtolicum, 150.

Productio facta à procuratore, cenſetur facta de mãdato principalis, 151.

Mandatum præſumitur ex productione Inſtrumentorum, 152.

Confeſſio non reuocatur niſi docto de errore, 153.

Reus, & poſſeſſor non poteſt excipere oppoſitionibus cõtrarijs quando ſemel obsinuit, 154.

Præſentantis factum nocet præſentato, 155.

Regula Adriani, & Concilij Tridentini inficit poſſeſſionem, vt de centenaria ſubſecuta opponi non poſſit, 155.

Iuſpatronatus Monaſterij vltra fundationem requirit priuilegium in limine fundationis 156.

Et quomodo hoc intelligatur, 157.

Donari, aut cedi non poteſt ius patronatus, ſine licentia Ordinarij 159.

Donationem Iurispatronatus confirmat Dataria ex capite fundationis & dotationis, 160.
Dataria non ſemper confidit de Ordinario, 161.
Viſitare poſſunt Ordinarij Oratoria priuata, 162.
Decreta Datariæ non mutant ſtatum rei, 164.
Adminiſtratores Hoſpitaliorum, & Oratoriorum tenentur Ordinarijs reddere rationem, 163.
Iuspatronatus regulariter tranſit iuxta materiam feudi, 165.
Iuspatronatus non inhærens feudo, non venit ſub confiſcatione bonorum feudatarij 166.
Iuspatronatus tranſit ad deſcendentes æqualiter in ſtirpes, non in capita, 167.
Præſentatio ſupponit aditionem hæreditatis 168.
Deſcendentia in Iurepatronatus quomodo probanda, 169.
Confirmatio iuris patronatus recipit vires à data gratiæ. 170.
Dataria non admittit patronatum in manualibus, 171.

§. XV.

De Confirmatione Iuris patronatus.

QVòd de confirmatione feudi diximus idem locum ſibi vendicat in confirmatione iuris patronatus, videlicet eam potius eſſe nouam conceſſionem, vt dixit Rota in Pampilonen. benefi-
1 ciorum de Taffalla 27. Nouembris 1623. coram Remboldo, cuius deciſionis in præſenti §. ſæpius mentionem faciemus. Et quia omnis controuerſia in hac materia pendet à modo confirmandi, an videlicet cenſeatur ex priuilegio, vel ex fundatione, vel ex æquiualenti dotatione, ſubijciemus more noſtro formulam ſupplicationis, in cuius explicatione examinabimus quid conceſſum, aut confirmatum.

,, BEatiſſime Pater, quondam Ioannes Am-
,, broſius Arigonius in ſuo vltimo quòd de
,, anno Domini 1626. die 26. Menſis Auguſti, ſiuè
,, alio veriori tempore de bonis per eum legitimè
,, acquiſitis, aut ſibi aliàs legitimè obuenienti-
,, bus, tunc tamen adhùc ſub patris poteſtate con
,, ſtitutus, nedum emancipatus condidit teſtamen-
,, tum, in quo deuotum S. V. Oratorem Ambro-
,, ſium etiam Arrigonium eius genitorem hæredem
,, ſibi vniuerſalem inſtituit, voluit, iuſſit, atque man-
,, dauit ſummam mille ſcutorum monetæ Roma-
,, næ ex bonis ſuis prædictis per d. eius genitorem,
,, & hæredem in emptionem tot locorum, ſeu por-
,, tionum montium non vacabilium, ſeu tot pro-
,, prietatum, aut bonorum ſtabilium, vel cenſuum
,, annuorum, & perpetuorum hic in Vrbe, ſeu illius
,, agro, vel loco, aut Territorio loci plebis Vallis
,, Sarnæ Mediolanen. Diœceſis eius natali ſolo, aut
,, illi hinc nō multo longe inueſtiri, annuoſq; eorum
,, fructus, redditus, & prouentus in dotem, ſeu pro
,, dote vnius perpetuæ, ſiue eorum. Cappellaniæ
,, Sancti Ioannis Euangeliſtæ dicti loci inſtituendæ,
,, ac Cappellam illam pro tempore obtinentis, qui
,, in ipſa Eccleſia; ſeù Cappella, & ad Altare eiuſ-
,, dem Cappellaniæ ſingulis Hebdomadis, diebus
,, feriatis duas Defunctorum, & ſingulis Domini-
,, cis, ac alijs feſtiuis de præcepto Eccleſiæ, ſeù ex
,, deuotione, vel conſuetudine dicti loci, aut
,, Dominica currente vbi ipſe Cappellanus de ip-
,, ſius teſtatoris familia fuerit per ſe, vel alium; vbi
,, vero extraneus fuerit, ſeu de ipſius teſtatoris fa-
,, milia non extiterit per ſe ipſum celebrare tenere-
,, tur perpetuo ſub certis modo, & forma tunc ex-
,, preſſis applicari, nec non etiam ius patronatus,
,, & præſentandi perſonam idoneam certis modo,
,, & forma, & vt infra qualificatum, ac in eadem
,, Cappellania ad præſentationem huiuſmodi per
,, loci Ordinarium inſtituendum prædicto tamen
,, eius genitori, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis
,, Infraſcriptis, vt infra reſeruari, & aſſignari voluit
,, prout in dicto Teſtamento plenius continetur,
,, cum autem Pater Sancte nulla Parochialis Eccle-
,, ſia in dicto loco Caſineæ qui vndecim, vel circiter
,, familias continet, & compræhendit, quæ tamen
,, inibi plurimum neceſſaria, & ob loci diſtantiam
,, à Parochiali Eccleſia loci Cremoni eiuſdem Ple-
,, bis prædictæ Diœceſ., & quæ etiam primo dicti
,, loci Parochialis exiſtit inde aliquando diſtantis
,, & itineris, qui Hiberno præſertim tempore, &
,, alijs anni temporibus dum pluuiæ inualeſcunt
,, difficilis, & ratione cuiuſdam fluminis, ſeu Tor-
,, rentis intermedij, & tempore pluuiarum intu-
,, mentis valde periculoſus exiſtit, quo fit, vt primo
,, dicti loci Incolæ ad Parochialem Eccleſiam hu-
,, iuſmodi pro Miſſis, & alijs Diuinis Officijs au-
,, diendis accedere nequeant, & quandoque etiam
,, in eorum neceſſitatibus Sacramentis Eccleſiaſti-
,, cis priuati decedant ibi etiam plurimum deſi-
,, derari videtur, & propterea dict. Orator, qui le-
,, gatum per dictum Teſtatorem eius relictum il-
,, liuſque annuos redditus vſque ad ſummam 300.
,, librarum Imperialium monetæ illarum partium
,, ſummam xxiij. ducat. aur. de Camer. vel circiter
,, conſtituen. de proprijs ſuis bonis augere inten-
,, dit, ſeu iam forſan adauxit, vt pro Incolarum
,, primo dicti loci primo dictam Eccleſiam in Paro-
,, chialem Eccleſiam, ſeù Cappellam ad id ſatis ca-
,, pacem, nec non Campanili humili Campanis
,, Cœmeterio, nec non tàm ſacra, quàm prophana
,, ſupellectili aliiſque ad Parochialem Eccleſiam
,, conuenientibus per non nullos particulares pri-
,, mo dicti loci hactenus inſtructam in Parochialem
,, Eccleſiam per E. S. V. vt infra erigi atque Inſti-
,, tui illique ex nunc poſtquam ſic erecta fuerit an-
,, nuum, & perpetuum redditum tercentum li-
,, brarum huiuſmodi ex annuis, & perpetuis red-
,, ditibus locorum, ſeu portionum Montium, ſeu
,, proprietatum, aut bonorum in quorum emptio-
,, nem dict. mille ſcutorum huiuſmodi ſumma ex
,, forma diſpoſitionis teſtamentariæ dict. Teſtato-
,, tis eſt inueſtienda, ſeu iam forſan inueſtita pro
,, illius dote, ac perpetua manutentione, nec non
,, Rectoris pro tempore exiſtentis ſubſtentatione,
,, onerumque illis incumbentium ſupportatione an-
,, nuum, & perpetuum redditum locorum, ſeu por-
,, tionum montium, aut aliorum bonorū prędictorū
,, pro dote dictæ Capellaniæ per dictum Teſtatorē,
,, vt petitur deſtinatum, circumſcripta, quo ad hac
,, ſi opus ſit d. teſtatoris voluntate perpetuo appli-
,, cari, & appropriati, nec non iuris patronatus, ſeu
,, pręſentandi perſonam idoneam ad dictam Eccle-
ſiam,

„ ſiam in ea ad præſentationem huiuſmodi per loci
„ Ordinarium: iuxta formam decretorum Concilij
„ Tridentini inſtituendam pro dicto Ambroſio, &
„ alijs infraſcriptis, vt infra reſeruari, concedi, & aſ-
„ ſignari; ſupplicant igitur humiliter E. S. V. Orato-
„ res prædicti, quatenus in præmiſſis opportuna ra-
„ tione prouiden. diuinique cultus, & primo dictæ
„ Eccleſiæ incremento, ac Oratorum prædictorum
„ animarum ſaluti prouide conſulen. primo dictam
„ Eccleſiam, ſeu Cappellam in Parochialem Eccle-
„ ſiam ſub eadem S. Ioannis Euangeliſtę Inuocatio-
„ ne cum Campanili humili, ſacrario, fonte baptiſ-
„ male, domo Rectorali, alijſque Parochialibus in-
„ ſignibus ſolitis, & conſuetis pro vno Presbytero
„ ſæculari perpetuo futuro illius Rectore, qui curã
„ animarum illius Parochianorum apud ipſam Ec-
„ cleſiam reſidendo exercere, illiſque etiam Sacra-
„ menta Eccleſiaſtica miniſtrare, illique in diuinis
„ deſeruire, ac Miſſarum per dictum Teſtatorem, vt
„ petitur deſignatarum celebrare aliaque illi incũ-
„ bentia onera debitè ſupportare teneatur, perpe-
„ tuo ſine alicuius præiudicio Apoſtolica auctori-
„ tate erigere, & inſtituere, illamque ſic erectam, &
„ inſtitutam pro dictis Oratoribus, ac Vniuerſitatẽ,
„ & hominibus primo dicti loci nunc, & pro tempo-
„ re exiſtentibus præuia perpetua curæ eorundem
„ hominum, & Vniuerſitatis ad nouam Parochia-
„ lem Eccleſiam ſic erectam, & inſtitutam, ſeu eri-
„ gendam translatione pro eorum Parochiali Ec-
„ cleſia etiam perpetuo concedere, & aſſignare, &
„ inſuper nouæ Parochiali Eccleſiæ huiuſmodi ſic
„ erectæ, & inſtitutæ, ſiue inſtituendæ, atq; erigendæ
„ pro eius dote, illiuſque Rectoris pro tempore exi-
„ ſtentis ſuſtentatione onerumque illi incumbentiũ
„ ſupportatione loca, ſeu portiones Montium, ſeu
„ alia bona ex ſumma mille ſcutorum huiuſmodi
„ pro dote dictæ Cappellaniæ pred. Teſtatorem de-
„ ſignata, empta, ſeu emenda circumſcripta quoad
„ Cappellaniæ fundatione, & inſtitutione perpetuo
„ applicare, & appropriare, ità quod liceat illius
„ Rectori pro tempore exiſtenti, illorũq; omnium
„ veram, realem, & corporalem poſſeſſionem per ſe,
„ vel alium, ſeu alios eius, & ſic erectæ Capellaniæ
„ nomine appręhendere, & apprehenſam retinere
„ illorumque fructus, redditus, & prouentus, iura,
„ obuentiones, & emolumenta vniuerſa, ac etiã ex
„ exercitio curæ animarum prouenientia in ſuos
„ vſus, & vtilitatem conuertere, Diœceſani loci, vel
„ cuiuſuis alterius licentia deſuper minimè requi-
„ ſita, & propterea eidem nouæ Parochiali Eccle-
„ ſiæ ſic erigend. illiuſq; Rectori pro tempore exi-
„ ſtenti, vt abſque aliqua dependentia omnibus, &
„ ſingulis priuilegijs libertatibus, immunitatibus,
„ prerogatiuis, gratijs, fauoribus, & indultis, quibus
„ primo dicta, & aliæ ſimiles Parochiales Eccleſiæ
„ illarumque Rectores de Iure, vſu, vel conſuetu-
„ dine, aut alias quomodolibet vtuntur, fruuntur,
„ potiuntur, & gaudent, ac vti, frui, potiri, & gaude-
„ re poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum
„ pariter, & pariformiter, ac abſque aliqua prorſus
„ differentia vti frui, potiri, & gaudere liberè, & li-
„ citè valeat concedere, & indulgere, ac demum
„ Ambroſio, Cęſari, ac Henrico de Arrigonijs eorũq;
„ ſucceſſoribus iuſpatronatus, & præſentandi Ordi-
„ nario loci perſonam idoneam ad nouam Paro-
„ chialem Eccleſiam ſic erectam, & inſtitutam, ſeu
„ erigendam, & inſtituendam, quoties illa per ceſ-
„ ſum, vel deceſſum, ſeu quamuis aliam dimiſſionẽ,
„ vel amiſſionem, aut priuationem illam nunc, &
„ pro tempore obtinen., aut alias quouis modo, &
„ ex cuiuſcumque perſona etiam apud Sedem Apo-
„ ſtolicam, etiam in aliquo ex Menſibus d. Sedi per
„ Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas, ſeu Conſtitutio-
„ nes Apoſtolicas, vel alias reſeruatis, aut Ordina-
„ rijs Collatoribus per eaſdem regulas, ſeu Conſti-
„ tutiones, vel litteras alternatiuarum, & indulta
„ conceden. & conceſſis, ſeu etiam de iure, vel alias
„ quomodolibet competen. vacare contigerit Or-
„ dinario loci, ſeu eius Vicario in ſpiritualibus per
„ eum, & illius Rectorem ad præſentationem ean-
„ dem iuxta formam Decretorum Concilij Triden-
„ tini inſtituen. cum onere celebrandi Miſſas pręd-
„ ictas per ſe, ſeu ſubſtitutum vt ſupra approbandũ
„ perpetuo reſeruare concedere, & aſſignare, nec
„ non ius patronatus, & præſentandi huiuſmodi
„ laicorum dictis Ambroſio, Cæſari, & Henrico de
„ Arrigonijs, non ex priuilegio, ſed ex iuris prima-
„ ua reali, actuali, integra & omnimoda fundatio-
„ ne, & perpetua donatione laicali ex bonis merè
„ patrimonialibus, & laicalibus dumtaxat compe-
„ tere, & ad illum, & illos pertinere, ac vt tale ſub
„ derogatione iuriſpatronatus, & priuilegio Apo-
„ ſtolico nullatenus comprehendi, nec illi vllo vn-
„ quam tempore cuiuſuis litis pendentiæ, ſeu vaca-
„ tionis eiuſdem nouæ Parochialis Eccleſiæ ſic ere-
„ ctæ, & inſtitutæ, ſeu erigendæ, & inſtituendæ apud
„ Sedem prædictam, etiam ex cauſa permutatio-
„ nis, vel alio quocumque prætextu, etiam ex qua-
„ cumque cauſa, quantumuis vrgenti, & neceſſaria
„ per quoſcumque Romanos Pontifices pro tẽpore
„ exiſtentes, & Sedem prædictam, aut illius Lega-
„ tos, etiam de latere Nuncios, etiam motu pro-
„ prio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ pote-
„ ſtatis plenitudine, ſeu cuiuſuis intuitu, & contem-
„ platione derogari, nec derogatum cenſeri poſſe,
„ neque debere, niſi in litteris deſuper conficien. de
„ toto tenore, ac Data præſentium nomine, co-
„ gnomine, & qualitate pro tempore exiſtentium
„ ad hoc expreſſus acceſſerit aſſenſus, & aliter fa-
„ ctas derogationes, necnon qualcumque collatio-
„ nes, prouiſiones, commendas, præſentationes, vel
„ alias diſpoſitiones de noua Parochiali Eccleſia
„ ſic erecta, & inſtituta, ſeu erigen. & inſtituen. vt
„ petitur, vel alias quouis modo, etiam apud Sedẽ
„ eandem pro tempore vacan. quibuſuis perſonis,
„ aliaſque ad præſentationem dictorum Ambroſij,
„ Cæſaris, & Henrici, & pro tempore exiſtentium
„ patronorum prædictorum, etiam cum ſpeciali, &
„ expreſſa derogatione huiuſmodi Iuriſpatronatus
„ pro tempore factas; proceſſuſque deſuper forma-
„ tos, ac inde ſequuta, & ſequen. quecumque, nulla,
„ & inualida, nulliuſque roboris, vel momenti fore,
„ & eſſe, ac pro nullis haberi, & cenſeri debere, nec
„ ius, aut coloratum titulum poſſidendi cuique
„ tribuere, vel per illam acquiri, nec præſentes, &
„ deſuper conficien. litteras vllo vnquam tempore
„ de ſubreptionis, ſeu obreptionis aut nullitatis vi-
„ tio, vel intentionis S. V. vel quouis alio defectu

notati

,, notari, ſeu impugnari, aut alias quomodolibet
,, infringi, vel retractari ſuſpendi, reſtringi, limitari,
,, vel eis in aliquo derogari poſſe, ſed illas ſemper, &
,, perpetuo validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſq;
,, plenarios effectus ſortiri, & obtinere, ac ab
,, omnibus, & ſinguls quorum intereſt, intererit, aut
,, intereſſe poterit quomodolibet in futurũ ſeruari,
,, ſicque, & non alias per quoſcumque Iudices &c.
,, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac
,, S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos. &
,, Sedis Apoſtolicæ Nuncios, ſublata &c. iudicari, &
,, definiri debere irritumque &c. decernere digne-
,, mini de gratia ſpeciali, non obſtan. præmiſſis, ac d.
,, Eccleſiæ, ſeu Capellæ fundatione, & erectione, nec
,, non quibuſuis Apoſtolicis; nec nõ in Synodalibus
,, Prouincialibus, & Vniuerſalibus Concilijs editis
,, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, cę-
,, teriſque contrarijs quibuſcumque cum clauſulis
,, opportunis.

2 Ioannes Ambroſius Arrigonius, &c. apud Inſubres honeſtiſſima, & ampliſſima eſt Arrigoniorum familia, propter quam, quia mihi magna familiaritate iuncta pro exemplo hic inſerui præſentem ſupplicationem, & vti in Deum pia eſt, ita fortunæ bonis ampliſſimè cumulatur, quorum conſeruatione accedunt ampliſſima Ducum Mediolani. & ſubſequentia Philipporum Regum priuilegia circa exemptiones, ac libertates, nec non militũ receptiones, prout vidi publicè impreſſa, & effectui demandata, non niſi ſummis Viris, & optimè de Republica meritis concedi ſolita; ex hac familia annis elapſis prodijt Pompeius Card. Arrigo-
3 nius primum noſtri Ordinis, deinde Rotę Auditor, poſtremo in Sacrum Collegium per Clementem VIII. coaptatus acerrimi vir ingenij, & magnæ doctrinæ, vt auctoritate in neutro Collegio nemini ceſſerit. Hos ego viros libenter commemoro, tum ipſorum, tum mei cauſa, ipſorum, quia remanet ſaltem aliquod teſtimonium virtutis in hac pagina, mei vt noſcant poſteri me in delectu amicorum maximè ſtuduiſſe.

Adhuc ſub patris poteſtate conſtitutus, nedum emancipatus &c. filius, quicquid acquirit eodem
4 momento acquirit patri *l. cum oportet, C. de bon. quæ liber.* & propterea non habet teſtamenti fa-
5 ctionem *l. vltima, §. filijs autem eod. tit.* niſi certis caſibus à iure permiſſis, de quibus in *l. penult. C. qui*
6 *teſtam. fa. poſſ.* quando autem filius familias eſt ſui iuris effectus, tunc poteſt contrahere, & obligari,
7 & quando cenſeatur ſui Iuris effectus eſt elegans *deciſ. 527. par. 1. recent.*

Qui in ipſa Capella, ſeu Eccleſia per ſe, vel alium celebret &c. an hæc verba conſtituant beneficium
8 Sacerdotale nec ne, non eſt parua quæſtio. Affirmatiuam tenet *Barbat. conſ. 33. lib. 2.* per regulam,
9 quod qualitas adiecta intelligitur ſecundum tempus illius verbi *Abb. in c. cum in cunctis §. inferiora, num. 10. de elect.* & ſæpiſſimè hoc *conſil. Barbat.* fuit canonizatum in Rota, vt ex deciſionibus relatis apud *Garz. par. 7. cap. 1. num. 64. & pluribus ſeqq.* in quibus dicitur non ſufficere, quod præſentatus ſit in ea ætate conſtitutus, vt poſſit intra annum promoueri, ſed requiritur quod ſit actu Sacerdos de tempore præſentationis, alias collationem deuolui ad Papam, & præter reſolutiones ibi adductas eſt *deciſ. 570. par. 4. diuerſ. & deciſ. 15. & deciſ. 207. & deciſ. 216. par. 2. recent.* & nouiſſimè *deciſ. 496. par. 1. recent.* quæ emanauit me ſcribente, & omnes prædictæ deciſiones allegant Alexandrinam Decanatus, & Firmanam beneficiorum coram Orano, quæ cum à Garzia non recenſeantur, nec inuenerim impreſſas, libet hic ſubdere.

Alexand. Decanatus 12. Iunij 1598. corã Orano.

,, Reſponſum fuit ſententiam Vicarij Mediola-
,, nen. ex capite duplici, Iure infirmandam, & reuo-
,, candam eſſe, quorum primum eſt, quia declarat
,, Bernardinum ſolum fuiſſe, & eſſe in quaſi poſſeſ-
,, ſione præſentandi illudque Ius ſibi vniuerſum cõ-
,, petere, cuius tamen contrarium conuincitur eo
,, quod de anno 1573. Nicolaus Brunorum ad De-
,, canatum præſentauit, & reſignãti de anno 1581.
,, ad fauorem Confalonerij conſenſum præſtitit, qui
,, vim habet præſentationis *Craſe. deciſ. 2. de iurepat.*
,, vterque enim modus aptus eſt probãdi quaſi poſ-
,, ſeſſionem, pro cuius acquiſitione ſufficit de vnico
,, actu effectuato doceri *cap. cum Eccleſia Sutrina*, &
,, ibi ſcribẽtes *de cauſ. poſſ. & propr. Bald. in l. 2. n. 10.*
,, *C. de ſent. & aq.* Nec ad rem pertinet, quod ex poſt
,, ſolus Bernardinus præſentauit, nam Compatro-
,, no exiſtenti in quaſi poſſeſſione nullum ex hoc
,, præiudicium potuit inferri, quia potius ius ſuum
,, præſeruatum cenſetur *Cald. conſ. 15. de iurepatr.*
,, *Abb. conſ. 14. num. 3. verſ. Nam vbicumque, Put. de-*
,, *ciſ. 298. lib. 1.* Minus dici poteſt ius præſentandi
,, pertinere ad Bernardinum tãtum, quia ſi verum
,, eſt, quod tam Nicolaus, quam ipſe Bernardinus
,, ſit de familia fundatoris, cum ad illũ maior ætate
,, ſit ex fundatione ad præſentandum vocatus, &
,, hæc qualitas Nicolao inſit, eius præſentatio attẽ-
,, denda eſt, vt fundationis tenor obſeruetur *Barbat.*
,, *conſ. 33. num. 8. lib. 3.* Alterum fuit fundamentum,
,, quoniam in ſententia continetur, nominationem,
,, & præſentationem ad Decanatum de D. Alexan-
,, dro, vt de perſona idonea, & capace factam fuiſſe
,, validam & legitimam, quod tamen vero repugnat
,, ex quo; tempore præſentationis non erat in Preſ-
,, byteratus ordine conſtitutus, prout verbis expreſ-
,, ſis fundationis requiritur, dum diſponit, quod no-
,, minari nõ poſſit, niſi Presbyter, qui teneatur om-
,, ni die celebrare Miſſam, & omnibus diebus inter-
,, eſſe diuinis Officijs cum alijs Canonicis. horum
,, enim germanus eſt ſenſus, quod præſentatus tẽ-
,, pore præſentationis ſit actu, non autem habitu
,, Sacerdos, cum qualitas adiecto verbo intelliga-
,, tur ſecundum tempus verbi *l. in delictis §. ſi extra-*
,, *neus de Noxal Abb in c. cum in cunctis §. Inferiora*
,, *num. 2. de elect.* & ad hoc fuit ponderata dictio *niſi*,
,, quæ poſtpoſita probationi ponit potẽtiam, & fa-
,, cultatem *l. quibus diebus §. quidam Titio in fin. ff. de*
,, *condit. & demonſtr. Bart. & alij in l. actione C. de trã-*
,, *ſact. & in l. ſi eum qui iniuriarum nu. 6. & 7. ff. ſi quis*
,, *caut.* quo ſit, vt etiam ſi quis poſtea Ordinẽ Preſ-
,, byteratus fuerit aſſecutus illi ſibi non ſuffragetur,
,, cum ordo ſit annexus tempori *actus, Ferret. conſ.*
,, *305. num. 4. lib. 1.* cum tradit per *Lambert. de iure-*
,, *patr. 1. par. 2. lib. 27. & ſeq. art. 7. quæſt. prin.* & tenuit
,, Rota coram me in vna Valentina Iuriſpatrona-
,, tus, & in alia Firmana beneficij, & alijs pluribus
cauſis.

„ cauſis. Non obſtat quod nomẽ, Presbyter, ſit equi-
„ nocum, ita quod poſſet conuenire etiam habenti
„ inferiores Ordines Sacerdotio, quia verba debent
„ accipi in proprio ſignificatu, vt eſt *text. in c. 1. 21.*
„ *diſtinct.* & fuit reſolutum in vna Gerunden. benefi-
„ ficij coram D. Iuſto, maxime ſtante obſeruantia,
„ ſtatim ipſa fundatione ſubſequuta, poſt quam &
„ ſucceſſiuis temporibus præſentati fuerunt ad De-
„ canatum Sacerdotes, quorum aliqui in ipſo actu
„ per exhibitionem litterarum Ordinis docuerunt
„ de huiuſmodi qualitate, nam non eſt dubium, ob-
„ ſeruãtiam plurimum conferre ad declarationem,
„ & confirmationem actus præcedentis *Aym. conſ.*
„ 101. *num.* 11. *&* 12. nihil autem refert, quod vlti-
„ mæ duæ præſentationes fuerint factæ de perſonis
„ habentibus tantum Clericalem characterem, ſi
„ quidem reſponſum fuit eas tanquam longè factas
„ poſt fundationem huius iuriſpatronatus nõ poſſe
„ deſeruire pro obſeruãtia interpretatiua actus fun-
„ dationis, vt in vna Placentina voti tenuit Rota co-
„ ram Reuerendiſs. Orioleu. quæ fuit confirmata in
„ vna Tiraſonen. Iuris Præſentandi 14. Octob. 1588.
„ coram bo. me. D. Bubalo. Præterea cum clara ſit
„ diſpoſitio fundatoris, non videtur inſiſtendum
„ interpretationi allegatæ ex actis poſt fundationẽ
„ factis, & de directo eis contrarijs, maximè quod
„ non ſit in facultate Ordinarij derogare qualitati-
„ bus fundationi appoſitis, etiam ſi patroni inter-
„ ueniat conſenſus, vt habetur in *c. 5. ſeſſ. 25. Concil.*
„ *Trid.* & obſeruarunt Domini coram me in vna
„ Valentina Beneficij, de quo adeſt expreſſa decla-
„ ratio Concilij, vltra quod potuit eſſe, quod fuerit
„ cum præſentãtis diſpenſatum.

Firmana Beneficiorum SS. Petri, & Ioannis Euangeliſtæ coram Orano.

„ Domini reſoluerunt &c. quo vero ad aliud be-
„ neficium Sancti Ioannis Euangeliſtæ dictum fuit
„ præſentationèm factam Euſonij Guarnerij non
„ ſuſtineri, cum tempore præſentationis non eſſet
„ Sacerdos prout ex illius fundatione requirebatur,
„ quia qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecun-
„ dum tempus illius verbi, cui apponitur *l. in delictis*
„ *§. ſi extraneus, ff. de noxal. Pariſ. conſ. 24. n. 33. lib. 1.*
„ *& conſ. 50. num. 22. & 137. nu. 33. lib. 4.* Vnde cum
„ eſſet Clericali charactere tantum inſignitus, non
„ potuit valide preſentari *Barbat. conſ. 33. lib. 5. Lam-*
„ *bert. de Iurepatr. 28. art. 7 quæſt. princ. 1. par. lib. 5.*
„ *num. 2. Rebuff. in prax. tit. requiſit. ad Collationem bo-*
„ *nam num. 35. Card. conſ. 69.*

Contrarium tenuit *Gonzalez gloſſ. 5. num. 104. & ſeqq.* vbi quod licet teſtator dixerit, & voluerit, quod præſentetur Sacerdos, qui celebret nihilominus ſufficere ſi præſentatus ſit in ea ætate conſtitutus, vt infra annum poſſit promoueri, quam opinionem ſequuta eſt Rota in Lucana Cappellaniæ relata per *Gonzalez vbi ſupra num. 71.* & in Romana Cappellaniæ Sancti Pauli 21. Ianuar. 1589. coram Pamphilio, quæ refertur apud *Garz. ſub n. 94.* vbi dicitur, quod præſentandus nõ debet eſſe Preſbyter, ex eo quod in fundatione dicatur Cappellanum debere celebrare diuina Officia, & pro hac opinione adducitur *Lap. alleg. 35.* & declaratio Interpretum in cauſa Piſtorien. relata per eundem *Garz. vbi ſuprà num. 93. & 99.*

Inter has duas opiniones, quia pro prima videtur ſtare ratio, pro ſecunda auctoritas Interpretum, aliqui conantur ſtatuere concordiam vt pote quando verba fundationis requirunt Ordinem in ipſo actu preſentationis, tunc requiri illum Ordinem actu, ſecus vbi verba fundationis non reſpiciunt actum præſentationis, ſed potius tempus poſt inſtitutionem, & proſecutionem, ita diſtinguit Rota in dicta Romana; ſed hæc diſtinctio mihi non placet, quia videtur ſatis inſulſa ex eo quod fundator non potuit apprehendere proſequutionem celebrationis Miſſarum, niſi prius apprehenderit principium: vnde Sacerdotium apprehenſum in proſequutione, cenſetur multo magis apprehenſum in ipſo principio, in cuius conſequentiam ſuccedit reliquum tempus.

Alij conantur concordare has duas opiniones, vt prima locum habeat in fundatione laici, altera in fundatione Eccleſiaſtici, quam ponit *Marcus Antonius Gennen in praxi Neapolit. cap. 24. nu. 11.* ſed hæc merito refellitur per *Garziã vbi ſup. n. 82.* quia non poteſt aſſignari aliqua differentia inter vnum, & alterum fundatorem, illa enim, quæ aſſignatur, quod laici non debeant retrahi a fundatione non applicatur, quia interpretationem, quã dant DD. primæ ſententiæ ſupponunt eſſe iuxta mentem fundatoris.

Ego omnino cenſeo veriorem primam opinionem, eamque in iudicando ſequendam, & à Rota tanquam rationabiliorem frequentiori calculo amplexam, quo verò ad auctoritatem Interpretũ Concilij, quæ videtur habere vim legis; Reſpõdeo primo, quod interpretatio huiuſmodi videtur explicanda, vt videlicet iuxta diſpoſitionem Concilij Tridentini beneficiũ huiuſmodi Sacerdotale non eſt, non tamen volunt inferre, quod ſi ſecundum Canones, ſiue vim verborum fundationis de iure Sacerdotale ſit, qualitati illi per Concilium dum concedit annum ad promouendam non derogari, Interpretes enim non ſolent reſpondere niſi, quoad mentem Concilij, & propterea eorum reſolu-
10 tiones dicuntur interpretationes; Reſpondeo ſecundo, quod Congregatio Concilii non videtur ſemper conſtans in ea opinione, nam licet in ſupradictis Lucana, & Romana, quæ ſunt pro ſecũda opinione, fiat fundamentum in reſolutione Interpretum, idem fit pro prima opinione in Valentina Patronatus coram Orano relata apud *Garz. vbi ſuprà num. 113.* in qua ſimiliter adducitur reſolutio Interpretum pro prima ſententia.

11 Illud autem aduertendum, quod licet fundatio Beneficii requirat actu Sacerdotium, non tamen beneficiatus tenetur celebrare, ſed poteſt ſupplere per aliũ, *Lap. alleg. 35.* & dicitur in ſupraſcripta Lucana *Garz. vbi ſupra num. 87.* nam ſatisfactum videtur menti teſtatoris, ſi qui ad celebrationem tenetur, per alium ſuppleat, qui ſolum requiſiuit in preſentando habilitatem præſentandi.

12 Secundò notandum, quod qualitas Sacerdotalis, & omnis alia eſt exprimenda iuxta *reg. Cancellar. 56. Gonzal. gloſſ. 9. num. 30.*

Sed altera inſurgit quæſtio, an fundator Beneficii ſaltem de conſenſu Ordinarii poſſit mutare
13 conditiones, & qualitates in fundatione appoſitas,

tas,quam affirmatiuè, & bene reſoluit *Garz. vbi ſuprà num.* 103. modo mutatio ſit in melius iuxta auth. vt Eccleſia Romana. an autem hoc idẽ poſſit ſucceſſor de licentia eiuſdem Ordinarii, latè diſputat idem *Garz. vbi ſuprà*, quem ſufficit indicaſſe. Hoc pro coronide adiiciendum, quod ſi teſtator dixerit ſimpliciter,quod eligatur Sacerdos, nulla facta mentione celebrationis Miſſarum, tũc Beneficium non effici ſacerdotale cum Sacerdotes etiam dicantur nõ conſtituti in ordine,vt poſſit celebrare Miſſam, *c. ſi quiſquam Sacerdotum de cohabit. Cler. & mulier.* & dicitur in *deciſ.* 216.*par.* 2.*recent.* vbi, quod nomen *Prete* eſt cõmune omnibus Clericis ex vulgari more loquendi, vidi antem exemplum in vna Aretina, in qua fundator dixerat eligatur Presbyter Sacerdos, per quas duas dictiones ſimul vnitas, ſatis explicauit animum ſuum volentem eligi eum, qui in ſacerdotio vt Miſſam celebret ſit conſtitutus.

Ex forma diſpoſitionis teſtamentariæ inueſtienda &c. Iuſpatronatus conceſſum ſub conditione, vt dotet, vel dotem augeat, illud prætendens debet conditionem hanc fuiſſe adimpletam concludenter probare *Gigas conſ.* 53.*nu.* 1. *& ſeqq. & conſ.* 54. *num.* 4. *& ſeqq. & conſ.* 168.*num.* 12. *Seraph. deciſ.* 952. per totam, *Mantic. deciſ.* 252. *num.* 1. *& ſeqq.* vbi dicitur non ſufficere, quod Eccleſia reperia-
15 tur dotata,niſi etiam appareat fuiſſe dotatam ab eo, qui tenebatur dotare, vt dicitur in Boſſanen. Parochialis, quam typis datam propediem exhibebit D. Ioannes Franciſcus Ferentillus cum notis additionibus, & concordantiis; contrarium tenuit Rota in Senen. Beneficii 18. Martii 1596. coram Litta.

„ Domini tenuerunt conſtare de iurepatronatus,
„ & dotatione moti,quia ex inſtrumẽto anni 1634.
„ conſtat de conceſſione,& licentia Ordinarii, qua-
„ liter dicta Eccleſia carebat tecto, maiori parte
„ murorum, & aliis per maxime neceſſariis ad effe-
„ ctum, vt in eam Sacerdos commodè habitare, &
„ diuina celebrare poſſet, & ſic per conſequens,
„ quod carebat dote: Vnde cum Baſtiano ſupradi-
„ cto fuerit conceſſum dictum Iuſpatronatus; poſt-
„ quam tamen adimpleuerit promiſſa per eum, &
„ hodie Eccleſia prædicta reperiatur in eſſe, & ſic
„ non tantum recto cooperta, muris cincta, ſed cũ
„ dote, non mirum ſi domini pro validitate dictæ
„ reſeruationis iuriſpatronatus, tenuerint non ex
„ capite reſtaurationis, quia ex lectura Inſtrumenti
„ non conſtat, quod totaliter eſſet destructa, vel in
„ tantum quod egeret noua conſecratione, immò
„ potius videntur contrarium probari ex Legato
„ aliàs dictæ Eccleſiæ facto per fideicomm. ipſius
„ Baſtiani, quo fit, vt iure merito non poſſit ſubſti-
„ neri d. reſeruatio ad *deciſ. Rotæ* 269. *nu.* 2. *&* 306.
„ *num.* 3. *par* 2. *diuerſ.* ex capite autem dotationis
„ bene poſſe ſuſtineri dictam reſeruationem cẽſue-
„ runt Domini. ad textum in *c. filijs, & nepotibus* 16.
„ *quæſt.* 7. & notatur per *Gloſ. in c piæ mentis*, eadem
„ cauſa,& quæſtione, & in *c. in ſumma* 63. *diſtinct.*
„ & per *Lambert. de Iurepatron.* & per *Io. Andream*
„ *in c.* 1. *eod. tit.* nam ex Inſtrumento dictæ reſerua-
„ tionis conſtat, vt iam dictum eſt, quod Eccleſia
„ carebat dote, & eam inter cętera promiſerat dare
„ Baſtianus. Vnde cum hodie conſtet eam habere
„ dotem. merito ab ipſo cenſetur data,& receptata
„ iuxta eius promiſſionem, & ad effectum prædictũ
„ ad tex. *in l. cum ſeruus, ff. de verbor. obligat.* cum alijs
„ per *Caſſad. deciſ.* 226. *num.* 1. *par.* 2. & in proprijs
„ terminis reſeruationis Iuriſpatronatus fuit dictũ
„ in dicta Imolen. Iuriſpatronatus 26. Martij 1593.
„ coram R.P.D. Pamphilio, & in alijs pluribus cau-
„ ſis. Nec huic caſui applicari poſſe dixerunt Domi-
„ ni ea,quæ per informantes pro Reuerendiſs. Pico,
„ deducunt circa augumentum dotis, cum ex lectu-
„ ra dicti Inſtrumenti reſeruationis nõ conſtet Ec-
„ cleſiam prædictam habuiſſe aliquam dotem, im-
„ mo potius, quod omnibus neceſſarijs carebat, &
„ ſic dote ipſa,quod etiam ex eo conuincitur,quod
„ ab immemorabili tempore, vt in dicto Inſtrumẽ-
„ to dicitur erat derelicta. Ad illud autem,quod nõ
„ conſtet de implemento conditionum, ſub quibus
„ Baſtiano reſeruatum videtur d. Iuſpatronatus ſal-
„ tem reſpectu ædificationis domus pro habitatio-
„ ne Curati fuit reſponſũ ex lectura dict. Inſtrumen-
„ ti non conſtare de tali obligatione Baſtiani, &
„ quod verba illa, *& Eccleſiam de bonis ſuis totali-*
„ *ter prouidere, quod ibi poſſit Sacerdos commode*
„ *habitare, & diuina Officia celebrare*, id neceſſa-
„ rio non importatur, ſed potius mentem Baſtiani
„ fuiſſe dare in dotem dictæ Eccleſiæ tot de bonis
„ ſuis, quibus mediãtibus poſſit Sacerdos in Eccle-
„ ſia diuina celebrare, & ſic commodè celebrando
„ habitare, vltra quod illa verba *commodè habita-*
„ *re* quatenus eſſent intelligenda reſpectu habita-
„ tionis continuæ ipſius Sacerdotis, qui habet ce-
„ lebrare diuina in dicta Eccleſia, poſſunt æque ve-
„ rificari in domo conductitia, ſicut in ædificanda
„ per ipſum Baſtianum, cui reſeruatum fuit iuriſ-
„ patronatus, quo fit, vt meritò dici non poſſit ipſũ
„ fuiſſe omnino obligatum ad effectum prædictæ
„ reſeruationis domum ædificare pro vſu, & habi-
„ tatione dicti Sacerdotis per tex. in *l. non ad hoc C.*
„ *vnde Cognati*, & in *c. in præſentia, de probat.* vltra
„ quod ex obſeruantia ſubſequuta ab anno 1504.
„ vſq; in hodiernum diem dixerunt Domini ſatis
„ ſuperq; conſtare de totali adimplemento ex par-
„ te ipſius Baſtiani, cum non ſoleant Ordinarij ita
„ faciles reddere ſe in admittẽdis præſentationibus
„ à prætẽſis patronis, niſi eis per prius liquido con-
„ ſtet de exiſtentia Iuriſpatronatus, ad *deciſ. Rot.*
„ 11. *de Iurepatr. in nou.* & Illuſtriſſimi Paleotti 23.
„ nec obſtare dixerunt Domini, quod aliquando
„ præſentationes fuerint factæ vti ad beneficium
„ ſimplex,& aliquando vti ad beneficium Curatũ,
„ quod ſatis oſtẽdit, ne reſeruatio dicti Iuriſpatro-
„ natus videatur facta vti de Curato, tum quia ſta-
„ tus beneficij poteſt ſpatio 40. annorum mutari ad
„ tex. in *c. cum de beneficio de præben. in* 6. tum etiam,
„ quia facere dictam Eccleſiam Curatam,ſeu Paro-
„ chialem,vel non erat in poteſtate Baſtiani, nec ab
„ eo id promiſſum fuerat, cui reſeruatum fuit dictũ
„ Iuriſpatronatus,ſicut è conuerſo,& in illius poſſe
„ erat reaptare dictam Eccleſiam, & ei dotem dare
„ ad effectum dictæ reſeruationis, prout facere
„ promiſit, & ex ſupradictis, ſatis, ſuperque ab
„ eo factum fuiſſe probari fuit dictum per Domi-
„ nos &c.

Hanc

Hanc ego opinionem exiſtimo probabiliorem, primò, quia magnam habet veriſimilitudinem, quod in beneficio cuius Iuſpatronatus, & præſentandi alicui conceſſum fuit, tertius nihil conferat. & ſi dotatum eſt, dotem profectâ fuiſſe ab eo, cui Ius illud per dotationem faciendam fuit delatum; probabilius enim eſt quod recipiens pronominatum cum conditione dotandi non curet aliquod documentum confici ſuper aſſignatione dotis, ad quam tenebatur, exiſtimans ſatis eſſe ſi ad hoc ex conceſſione teneretur, quam quod tertius dotans non curauerit de hoc publicè conſtare. Verũ qui-
16 dem eſt, quod ex Inſtrumento fundationis non probatur Iuſpatronatus, niſi etiam conſtet de effectuatione, *Rot. deciſ. 381. num. 2. par. 1. recent.* & in Vrbinaten. Benef. 20. Decembris 1624. coram R.P.D. Merlino, & me ſcribente in Lucana Beneficij 1. Iun. 1626. coram eodem.

Iuſpatronatus, & præſentandi perſonam idoneam, &c. Præſentatio quid ſit, & quomodo à nomina-
17 ne diſtinguatur, & an fieri poſſit ab abſente omnia plenè traduntur in Burgen. Abbatiæ de Sobazo 19. Decembris 1588. coram Penia, quam propterea libet ſubijcere.

„Fuit concluſum per Dominos nominationẽ factam per Patronos Laicos de perſona Petri Valez ad Abbatiam de Sobazo tempore quo ipſe Petrus nondum erat Clericus validam eſſe, cum antequam coram ſuo Ordinario perſonaliter fuiſſet præſentatus & ſic tempore effectualis præſentationis eſſet effectus Clericus, nam duo tempora ſunt inſpicienda; primum quando patroni nominant præſentem, vel abſentem, quod poteſt fieri, ad trad. per *Lap. alleg. 75. Rot. deciſ. 3. de iurepatr. in nou.* alterum tempus eſt quando nominatus à Patronis perſonaliter ſubijcitur oculis corporeis Superioris, vt Superior, qui debet præſentatum inſtituere, poſſit videre, & examinare perſonam, an ſit idonea ad regimen illius beneficij ad quod præſentatur *c. cum nobis, c. cum olim, c. vlt. de elect. in 6.* id enim ſignificat verbum præſentare, cum is præſens dicatur, qui ſenſibus corporis exhibetur *l. 1. in princip. ff. de verbor. oblig. Gloſ. in Clem. dudũ verbo præſentare,* per textum ibi *de ſepult. Rot. d. deciſ. 3. de iurepatr. in nou. Paul. de Citadin. de iurepatron. par. 6. art. 3. quæſt. 22. num. 36. & 38.* quamquam itaque patroni primo loco laicum nominauerint, non fit propterea irritus actus, cum illa nominatio in primo tempore facta non tribuat aliquod ius nominato, latè *Sarnen. ad reg. de non tollend. iure quæſito quæſt. 1.* vnde optimè *Abb. in c. penult. de iurepatr. num. 4. circa finem,* dicit per nominationem, ſeu electionem factam à Patrono non transferri aliquod ſpeciale Ius in electũ, cum ille actus nominandi ſit tantum quoddam initium ad inſtitutionem obtinendam, & per hæc in iiſdem ferè terminis validam eſſe nominationem factam de Laico, qui tamen ante quam Ordinario eſſet præſentatus fuerat charactere Clericali inſignitus tenuit aliàs Rota in Maceraten. Cappellaniæ 15. Maij 1564. coram D. Aldobrandino, & in Imolen. Iuriſpatronat. 19. Nouembris 1584. coram R. P. D. Orano Iura verò dicentia in *c. ſacroſancta,* & in *c. Meſſana de elect.* & in *c. 2.* & in *c. per veſtras de Iniſt. t.* & alia plura relata per *Lambertin. de iurepatr. lib. 2. par. 1. quæſt. 7. art. 7.* præſentationem, ſeu electionem de Laico factam eſſe nullam, intelligenda ſunt de præſentatione propriè dicta, quæ tunc cõtingit, cum Præſentatus coram Ordinario perſonaliter ſiſtit ab eo inſtitutionem recepturus. Nec refert, quod in hac facti ſpecie opponebatur videlicet, quod cum Patroni illi Laici nominauerint Petrum Velez in litteris nominationis, quas ei dederunt, dixerunt ſe illum præſentare, quoniam licet Petrus tunc conſenſerit, cum tamen ea præſentatio actualiter Ordinario facta non fuerit, non dicitur propriè præſentatio, ſed nominatio *Calder. in c. Capitulum quæſt. 34. de reſcript.* quem refert, & ſequitur *Sarnen. in regul. de iure quæſito non tollen. quæſt. 1. verſic. c. non habet locum.* Hinc etiam inferebatur non obſtare, quod fuerat obiectum de vulgari regula, actum ſcilicet ab initio inualidum ex ſuperueniente legitimatione non confirmari, nam non applicatur huic caſui, cum tempore præſentationis Ordinario factæ, quod eſt potiſſimum attendẽdum adeſſet habilitas Clericatus, ad trad. per *Dec. conſ. 129* Nec eſt verum, quod in iſtis præſentationibus, ſeu nominationibus, quæ fiunt de abſentibus requiratur habilitas tempore confectionis Inſtrumenti, aliàs nullum ius præſentato acquiratur, vnde nõ refert, an ſit Clericus, vel Laicus, nec valet ſimile de Laico impetrante beneficia, qui omnino eſt ad impetran. inhabilis, & impetratio per Laicum facta eſt nulla, *c. cum adeo,* & *c. ex litteris, de tranſact. Franc. in c. ſi pro Clericis n. 1. de præben. in 6.* copioſè *Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 1 quæſt. 7. art. 19. num. 9. & 10.* quaſi idem ſit dicendum de eo, qui præſentatur, vt omnino debeat eſſe Clericus tempore præſentationis, nam ratio diſcriminis eſt euidens, cum enim per impetrationem acquiratur ius impetranti, neceſſe eſt, eum tempore impetrationis debere eſſe Clericũ quãuis in præſentato, ſeu nominato, cui per ſimplicem nominationem antequam Ordinario præſentetur nullum ius acquiritur, vt patuit ex deductis, & iuxta hanc ſententiam accipienda ſunt quæ *Franc. & Lambert.* in præcitatis locis tradiderunt, & idem *Lambert. d. quæſt. 7. num. 7. 1. par. lib. 2.* & quemadmodum ſi Papa mandaret Titio Laico cupienti militiæ Clericali aſcribi de aliquo Eccleſiaſtico beneficio prouideri valet mandatũ, quamuis non valeat beneficij Collatio, *Imol. in c. 2. verſ. quid autem ſi litteræ, de inſtit.* quem refert, & ſequitur *Rebuff. tract. de pacif. poſſ. num. 189. verſ. & ſi Papa mandaret;* ſic tenet nominatio de Laico facta tametſi præſentatio, quæ fieret Ordinario non teneat, nec collatio Laico fieri poſſit, & hac etiam ratione videtur accipien. dictum *Rebuff. in tract. nominationum, quæſt. 22. num. 7. verſ. Sexto opponitur,* cum ſe referat ad illam, quæ dixit in *tract. de pacif. poſſ. num. 188. verſ. quarto inhabilis eſt,* cuius ibi doctrina, iuxta hactenus explicata accipienda eſt &c.

18 Nominatio igitur ſola non ſufficit, ſed requiritur præſentatio, quia per nominationem nullum ius acquiritur nominato neque in re, neq; ad rem, vt in Romana Iuriſpatronatus 10. Maij 1602. coram Iuſto.

Fuit

Fuit in dubio reuocata deciſio in hac cauſa ſacta, coram bo:me: Orano 8. Iunij 1598. quia prætendebant Cuſtodes Sanctiſſimi Saluatoris, & Ludouicus præſentatus ſe poſſe oſtendere præſentationem in tempore coram habente poteſtatem inſtituendi. ſed nihilominus auditis, & viſis quæ deducebantur Domini non receſſerunt â reſolutis, verum enim eſt nominationem illam factam de perſona Ludouici 16. Menſis Decembris 1596. nõ eſſe prȩſentationem, donec exhibeatur coram habente poteſtatem inſtituendi, quia qui nominat præſentandum, non præſentat, *c. vnico de iurepatr.* vbi Patronus Laicus habet quadrimeſtre, Eccleſiaſticus verò ſemeſtre ad præſentandum, non ad nominandũ, facit, *Gloſſ. in verbo præſentare, in Clem. dudum de ſepult. Rota deciſ. 13. de iurepatr. in nouis, Lap alleg. 35. vbi addent.* dicũt eſſe veram communem opinionem. Non obſtat memoriale porrectũ Sanctiſs. D. N. nam neq; ex intentione Cuſtodum, neque ex intentione Suæ Sanctitatis conſtat voluiſſe prȩſentare: Intentio namque Cuſtodum fuit habere a Sanctiſſimo perſonam coram qua fieret præſentatio, & mens Sanctiſs. D. N. fuit prouidendi propter abſentiam illius, ad quem regulariter pertinebat, vnde cum requireretur cui facienda eſſet præſentatio, ille actus præſentationis, & ſupplicationis, & illa diligentia non poteſt dici præſentatio, quia non aderat cui fieri poſſet, nec poterat ſubaudiri ſecundum *Lap. 72. num. 2. verſ. vnde ſi Patronus.* Nec facit Commiſſio Cauſæ de Menſe Iunij 1596. quia in ea præſupponitur prȩſentatio, & data facultas inſtituendi, quæ præſentatio nunquam fuit facta, niſi exhibitio coram Vicario Vrbis, cui dirigebatur Commiſſio producta nominationis perſonæ Ludouici die 21. Maij An. 1597. & ſic extra tempus; Vnde diligentiæ, quæ allegantur ſunt quidem laudabiles, verum non ſufficientes, quia nũquam in tempore reperitur ſacta præſentatio iuxta formam, quæ in præſentationibus requiritur, *Lap. in d. alleg. 75.* in hoc defecerunt Cuſtodes, & ità fuit deciſum.

2 Idem fuit reſolutum me ſcribente in Alben. Iuriſpatronatus 22. Iunij 1618. corã Card. Pamph.

Domini concluſerunt &c. in altera obtenta die 25. eiuſdem Vacciolus narrat ſe præſentatum à Patronis exiſten. in pacifica poſſeſſione præſentãdi, quæ narratiua eſt, quoad omnia iuſtificanda, cum ex eis præſumatur motus Princeps ad eam conceden. iuxta not. per *Felin. in cap. ad aures ſub num. 4. verſ. Tertia concluſio de reſcriptis, Aegid. deciſ. 76 nu. 6. & ſeqq. Verall. deciſ. 128. par. 1.* & fuit dictum in cauſa Hiſpalen. Beneficij 12. Maij 1603. coram bo:me: Litta, & tamen in caſu iſto de illius iuſtificatione non conſtat, quia nominatio quæ datur, legitur facta per Ioannem Baptiſtam Vaiolum coram Notario, nec aliter probatur, quod fuerit infra legitimum tempus exhibita Ordinario, ad quem inſtitutio ſpectat iuxta not. per Ioannem Andream in *c. fin. verſ. præſentatio de iurepatr. Lap. alleg. 75. ſub n. 6. Rot. deciſ. 2. de iur patr. in nou.* & fuit dictum in cauſa Vicana Iuriſpatronatus 28. Nouembris 1601. coram Illuſtriſſimo D. Cardinali Ludouiſio, & alijs cauſis per informante allegatis &c.

Idem fuit deciſum in Pampilonen. Parochialis de Arrudigo Vener. 3. Decembris 1604. coram eodem Penia.

Ioannes Fernandez die 14. Decembris 1600. ad hanc Parochialem tunc vacantem nominauit Michaelem Fernandez fratrem ſuum abſentem cũ poteſtate transferendi ſuffragium ſuum, prout ſibi videbitur, & iurauit nec reuocaturum ſe prædictam nominationem, nec nominaturum alium, ad quem effectum tranſmiſit amplum mandatum; Cæterum quia die mox ſequenti, idem Ioannes ab Ordinatio abſolutione à iuramento ad eãdem Eccleſiam nominauit Bartholomæum de Muezo, quem Ordinarius accepit illum deinde inſtituendo, & Michael certior factus poteſtate à Ioanne ſuo fratre ſibi data de transferendo ſuffragio, ſicut ſibi videretur nominauit Michaelem de Vora. Dubitaui, an ſuffragium Ioannis eſſet computandum ad fauorem Michaelis de Vora, Rota ad fauorem Bartholomei computari cenſuit; ratio deciſionis fuit, quia cum Michael de Vora non fuiſſet nominatus, nec præſentatus à Ioanne Fernandez Patrono, nec ab alio ipſius Procuratore, ſed in eum ſolum fuerit translatum Ius Michaelis Fernand. à Ioanne Fratre nominati cum facultate transferendi ſuffragium ſicut ſibi placuiſſet, & per iſtam ſimplicem nominationem nullum ius, nec ad rem ei fuiſſet quæſitum *Abb. in cap. auditis num. 3. de elect. Sarnen. in relatiua de iure quæſito non tollen. num. 13. verſ. 1.* nec haberet locum, & cenſuit Rota in vna Pampilonen. Parochialis de Vacinda 10. Martij 1599. coram D. meo Litta, conſequenter Ioannis ſuffragium, non potuit ad fauorẽ Michaelis de Vora computari. Nec ad rem pertinebat dicere, quod Michael Fernandez noluerat ius ſuum transferre, ſed ſolum tanquam Procuratorem Ioannis nominare quaſi verba illa Ioannis dans votum ſuum vices, & vocem, importent mãdatum, & ſic Michael de Vora computari tanquã præſentatus à Ioanne mediante perſona Michaelis ſui Fratris, illius deberet habere ſuffragium, quia fuit reſponſum primo Michalem Fernandez, non fuiſſe à Ioanne Fratre Conſtitutum Procuratorem ad præſentan. hoc enim non legitur in facultate ſibi data, & clarius hoc indicabat modus agendi Ioannis, qui quando voluit conſtituere Procuratorem illum expreſſit, ſicut patebat ex mãdato quod dederat cuidam Gabrieli de Eguillos ad effectum, vt nomine ſuo præſentet Michaelem Fernandez coram Ordinario, & ſic cum tale mandatum nõ fuerit datum Michaeli, Fernandez non potuit ipſe tanquam Procurator Ioannis Michaelem Fernandez de Vora præſentare, nec conſtituere Procuratorem ad præſentandum, cum nemo plus Iuris, quam habeat in alium transferre poſſit *l. nemo plus Iuris ff. de reg. Iur.* & ſic trãſactio per Michaelem Fernandez facta nomine proprio non poterat valere nomine procuratorio, mandata enim ſunt ſtricti Iuris, & ſtrictè ſunt accipienda *c. cum dilectus de reſcr.* & actus factus ex capite inualido ſubſtineri *Felin. in c. nonnulli §. ſunt, & alij n. 54 lim. 2. de reſcr. Mobed. dec. 5. in fi. de Procur. Rom. conſ. 446 nu. 8.* Secundò fuit reſponſum, quod licet facultas Michaelis Fernandez à Ioanne fratre potuiſſet

tuiſſet

„ tuiſſet importare mandatum, & eo Michael fuiſ-
„ ſet vſus, nihilominus, cum ante nominationem
„ Michaelis Fernandez ad ſauorem Michaelis de
„ Vora Ioannes Fernandez reuocauerit mãdatum,
„ & Bartholomęum præſentauerit, debet præferri,
„ cum Patronus Laicus infra quadrimeſtre poſſit
„ variare, & cumulare præſentationes, *c. cum autem*
„ *de iure patron.* cum ibi not. *Rocchus de Iurepatron.*
„ *in verbo honorificum nu 3. quæſt 9.* ad obiectionem
„ de Promiſſione Ioannis iurantis ſe non reuocatu-
„ rum nominationem, nec alium nominaturum,
„ fuit reſponſum; primo ipſum fuiſſe à Iuramento
„ abſolutum antequam Bartholomęum præſenta-
„ ret, *gloſſ. in cap. fin. in verbo reuocatu. de procur. in 6.*
„ *Felin. in c. ſi diligenti n. 32. verſ. amplia etiam ſi eſſet*
„ *iuratum, de for. compet. Ruin. conſ. 54. num. 8. lib. 1.*
„ *Seraph de priuil. Iuram. priuil. 75. num. 14. & ſeqq.*
„ Secundò dicebatur, quòd licet Ioannes iurauerit
„ non nominaturũ alium, non tamen iurauit nõ prę-
„ ſentare, & de vno ad aliud diuerſum non debet in-
„ ferri; *l. Papinianus, ff. de minor.* non obſtabit ſibi iu-
„ ramentum. Tertiò reſpondebatur, quod licet quis
„ iurauerit aliquid non facere, & poſtea fecerit, non
„ corruit actus contra iuramentum factus, licet cõ-
„ trafaciens incidat in periurium, *Alex. conſ. 16. n. 7.*
„ *& ſeqq. lib. 7.* quem in terminis probauit *Burſat.*
„ *conſ. 379. lib. 4. Felin. in c. cum acceſſiſſent num. 12.*
„ *verſ. & aduerte de conſtit. Gabr. concl. 1. n. 8. & ſeqq.*
„ *de iur. iur. Couarr. in rubr. de teſtam. par. 2. n. 15. verſ.*
„ *& eſt alia ratio, Seraph de priuil. 75. num. 14. & ſeqq.*
„ Rota in cauſa Paceñ. de Oſſareggio coram bo. me.
„ Card. Paleotto 14 Aprilis, & 9. Iunij 1559. & licet
„ opinio Alexandri à quibuſdam redarguatur, eam
„ tamen videtur probare Rota in prædictis deciſio-
„ nibus coram Paleotto contra Lambertinum con-
„ trarium tenentem. Poſtremo ad obiectionem fa-
„ ctam, quod eſſet donatum exercitium iuriſpatro-
„ natus pro illa vice; ex quo informantes pro Mi-
„ chaele de Vora conabantur inferre, quod ſtante
„ dicta donatione Bartholomęus Muez non pote-
„ rat in Ioanne præſentari, fuit reſponſum. Primo
„ non adfuiſſe aliquam donationem, quia ſi inter-
„ ueniſſet donatio fruſtra promiſiſſet Io: non reuo-
„ care. Secundo facit reſponſum, quod licet aliqua
„ interueniſſet donatio, nihilominus Michael non
„ eſſet donatione vſus, ſed ſolum facultate transfe-
„ rendi votum, vt probatur ex ſerie translationis,
„ & ſic ex prædictis fuit concluſum votum Ioannis
„ computari ad ſauorem Bartholomæi.

Hæc deciſio in aliquo placet, in aliquo diſplicet, in aliquo difficultatem habet; placet in prima parte, vbi firmatur cõcluſio, quod nominatio, præſentatio non ſit; diſplicet in ſecunda parte, vbi dicitur quod Patronus dans alteri votum ſuum vices, & vocem, non cenſetur eidem dediſſe mandatum ad præſentandum, ſed tantũ nominaſſe, nam verbum vices ſuas non poteſt interpretari, niſi quod tranſtulerit facultatem ſuam præſentandi,
19 ad text. *in c. accidens ex trad. vt lit. non conteſt. & c. ſtatutum de reſcript. & in his terminis in c. ex litteris de iurepatr.* præſertim cum Committens vices ſuas ſit cum poteſtate transferendi ſuffragium ſicut ſibi videbitur quod ad nominationem ſolam ad beneficium de perſona conſtituti referri non poteſt, ſed neceſſario transferendum ad ſuffragium ferendum pro tertio, non enim qui ſolummodo nominat ad beneficium, transfert in eum Ius ſuffragij, quia ſi nominationem nõ acceptet nullum ius competit nominato, vt patet ex ſupradictis deciſionibus, neceſſe igitur dicendum per illa verba vltra nominationem de perſona conſtituti factam, fuiſſe in eundem translatum procuratorium alium præſentandi, quatenus ipſe nominationem de ſe factam recuſet: Vnde non obſtat, quod dicit deciſio non legi, quod Michael fuerit conſtitutus ad præſentandum, quia licet verba hoc præcisè nõ dicant, hoc tamen important implicitè, & ex neceſſario conſequenti, quia nominatus, ſeu præſentatus, non dicitur ſubire vices pręſentantis; nec iuuatur deciſio ex eo quod delegans vices quando voluit conſtituere procuratorem ad præſentandũ hoc expreſſerit, vt cum conſtituit procuratorem Gabrielem quendam ad præſentandũ, nam quando committuntur vices Michaeli, ille nominatur ad beneficium tanquam Clericus, deinde tanquã frater conſtituitur procurator ad præſentandum alium, quatenus nominationem de ſe factam non acceptet, quod in Gabriele non contingit, qui ſolũ conſtituitur procurator ad præſentandũ, non autẽ nominabatur tanquam præſentãdus, & propterea expreſſum fuit munus procuratorij; quod in Michaele potuit non exprimi, quia plura committebantur, nempè votum, ſuffragium, & vices, ſingula ſingulis referendo, votum & ſuffragium ad nominationem; vices ad præſentationem ſuo more faciendam dixiſſet ſaltem, & melius Patronum non impediri in pręſentatione poſt mandatum factũ de præſentãdo, ſi procurator non præſẽtauerit, & res adhuc ſit integra, *Rot. deciſ. 274. n. 9. par. 2. recent.*

Non etiam iuuatur deciſio ex argumento, quod ſubdit, quod Ioannes iurauerit ſe non reuocaturum hanc conſtitutionem, quod fruſtra fuiſſet, ſi ius præſentandi pro illa vice donaſſet fratri, quaſi vero etiam donationes non reuocentur, vt tot. tit. *C. de reuoc. donat.*

Neque iuuatur ex eo quod Ioannes iurauerit ſe non reuocaturum nominationem, quod de præſentatione nõ poteſt intelligi, cum illa ſint diuerſa, quia tota illa oratio duplicem cõtinet diſpoſitionem, prima eſt nominatio de perſona Michaelis, altera translatio voti Ioannis in Michaelem de præſentando alium, quando autem iurat ſe non reuocaturum nominationem, non iurat ſe non reuocaturum huiuſmodi procuratorium, illa duo ſunt inter ſe diſtincta.

Dubium habet, quod aſſumit deciſio actũ contra iuramẽtum factum ſubſiſtere; licèt contrauenientem
20 reddat periurium. nam contrariũ nempe actum poſt iuramentum factum corruere probat poſt non multos, quos allegat *Gabr. concluſ. 2. de iur. iur. Henriq. de fideiuſſ. cap. 1. num. 59.*

Difficultatem ſimiliter habet, quod aſſumit deciſio Patronum Laicum intra quadrimeſtre poſſe variare, & cumulare, nam interpretandum erat vtrum illa duo ſint ſinonima, vt videlicet variare non ſit niſi cumulare, vel etiam variare in deſtructionem primi præſentati, & ſi variatio poſſit fieri toties, quoties: hanc quæſtionem tangit

Calder.conſ.16.de iurepatron. nondum tunc ab alio tactam,& firmat duo, primum, Patronum Laicum non pnſſe variare niſi ſemel,& cumulatiuè, nõ deſtructiuè,& ad *gloſſ.in Clem.plures,de iurepatron.* vbi dicitur, quod Patronus Laicus poteſt præſentare quot quot vult, teſpondet, textũ, & Glnſlam procedere in præſentatione coniunctiua, non autem in præſentatinne ſucceſſiua, *Rocchus in verbo honorificum,nu.35.* latè diſputat hanc materiam recenſendo vtramque opinionem,& varia pro vtraque inducendo argumenta; ſed nõ aperit opinionem ſuam: *Lambert.par.1.lib.2.quæſt.1.art.10.n.3.* firmat tamen Pattonum Laicum non pnſſe niſi ſemel variare, & propterea illi datum quadrimeſtre tantum ad præſentandum: Patrnno vero Clerico ſemeſtre, quia ille variare non poteſt, idem dicit *Garz par.5.cap.9.num.211.*

21 Sed hic nritur altera quæſtio, an ptæſentans indignũ, vel inhabilem cadat ea vice à iure præſẽtandi,& cõmunis eſt concluſio quod ſic, ſiue pręſentatin fiat de indigno, ſiue inhabili ſcienter, de qun latè per *Lambert.loc.proximè alleg.& eſt deciſ.568.par.2.recent.* quæ emanauit me ſcribente, diſtinguendum tamen eſt de indignitate, ſiue inhabilitate, nam vel præſentatio facta eſt de indigno indignitate criminoſa,& tunc non dubium, patronum non pnſſe variare, ſed prn illa vice cadere à iure præſentandi, ſi verò indignitas, ſiue inhabilitas prouenit ex eo, quod præſentetur non habens qualitatem ad beneficium requiſitas,& tunc iterũ eſt diſtinguendum, vel patronus præſentauit puerum ad beneficium requirens Sacerdotium,& tũc ſimiliter cadit à iure præſentandi, vel pręſentauit indoctiorẽ quam beneficium requirat,& tunc non cadit, ſed pntuit cumulare, quia qualitates intrinſecè nõ ſunt neceſſario notę, & ita concluſionẽ illã, quod Patronus Laicus pręſentans indignũ præſumatur ſcire indignitatem,& inhabilitatem moderatur, *Lambert. loco proximè allegato n. 17.* idem videtur ſentire *Garz.par.5.c.9.num.213.* vbi quod Patronus poteſt variare cumulatiuè, ſed ſemel tãtum,& ex cauſa facta, quia prima vice præſentauerat inhabilem inhabilitate perſonali, quia alia cauſa variandi, non videtur poſſe allegari, Rnta in Squillacen. Iuriſpatron. 26. Iunij 1620. coram Mãzanedn infra danda,& quod pręſentans merè Laicum ſcienter cadat à iure præſentandi, ſecus ſi ignoranter eſt deciſio in Imnlen. Iuriſpatronatus 19. Nouembr. 1584. coram Orano.

> Fuit reſolutum, primam præſentationem non poſſe dici ita de indigno factam, vt ſecunda DD. de Tartagnis non ſuffragetur, quia etiam ſi præſentans merè laicum ad præſentationem dicatur indignus, *Rocch.de iurepatron.in verbo honorificum num.15.Lambert.par.1 lib.2.quæſt.10.art.4.nu.22. Paul.de Cittad.de iurepatr.in 6.par.art.2. nu.5.cum alijs hic per informante allegatis*; hoc tamen non procedit quando ignoranter præſentauit indignũ, ſciẽtia enim, cum ſumus in pœnalibus tequiritur, & quidem clara certa,& plena, *gloſ.in c. concertationi in verbo ſcieuerint de appellat.in 6. Doct.in l.qui Romæ,§.duo fratres,* vbi *Aretin.n.6.* & ibi *Iaſ.n.68. de verb.oblig.Bero.conſ.68.num.86.lib.1. Pnt.deciſ. 140.lib.1.* nec obſtat, quod præſentans pręſumatur ſcire qualitatem, & conditionem præſentati: vt per *Rocch.d.verb.honorificum,num.21.* quia non ſufficit hæc pręſumptio, ſed requiritur plena probatio, hic antem vt apparet ex mandato, quando conſtituit procuratotem ad præſentandum filium an clericum, vel de proximo clericandum, pater erat dubius de ſtatu filij, an videlicet eſſet Clericus nec nè, ità qund illa verba, vel de proximo clerican. interprætari opnrtet ad excludendum delictum, vt pręſentaretur poſtquam fuiſſet clericus, neque enim procurator potuit facere actum ex quo dnminus incideret in pœnam, niſi vel ſpeciale ad hoc habuiſſet mandatum, vel dominus certinratus de facto procuratnris illud ratificaſſet, *l.3.§.ſi procurator, ff.quod quiſque iuris in alt. Bald.conſ.100.lib.1.* hæc ergo verba demoſtrationis gratia dicta ſunt, cum de tempore præſentationis faciendæ nihil locutus ſit, vt de proximo clerican. interprætamur pręſentandum, non antequam Clericali charactere fuerit inſignitus; nec facit dictum *Baldi ad c.cum nos, nu.9. de offic.ordin.* vbi priuatin Laici iuris præſentandi poſt lapſum quadrimeſtre nnn dicitur pœna, ſed potius quædam limitatio conceſſa, quia verius eſt contrarium, quod ſcilicet huiuſmodi priuatio, etiam infra quadrimeſtre dicatur pœna, *Lambert.vbi ſupra num.21.* Nihil etiam obſtat, quod patet ex nunc provt ex tunc præſentauit, quia illud non operatur, niſi pnſtquam ſequuta eſt pręſentatio, cum dictio ex nunc, extremum tẽpus denotet, ad *Caſſad.deciſ.3.num.15. de prębeu.* Contra verò ſecundam hanc præſentatinnem factam eſſe lite pendente, atq; etiam inſtitutum ab inferiori Ordinario nnn fuiſſe ab Epiſcnpo examinatum, Domini particnlariter diſcutienda reſeruarunt.
>
> Et hæc quando Patronus vnicus pręſentat inhabilem, vel indignum, ſi verò ius præſentandi ſpectat ad plures, & maior pars iſtorum præſentent inhabilem, tunc totum ius remanet penes præſẽtatum à minori parte, quia vt diximus præſentatio eſt ad inſtar electionis, & ideò in ea eſt locus diſpoſitioni, *c.dudum il primo, de elect. Rot.deciſ.568. par.2.recent.*

22 Et ita de electinne indigni cenſuit Rota in Colonien. Præpoſituræ 13. Februar. 1634 coram Pirouano. Reſoluto D. Cnmiti de Salms, &c. Attamen aduerterunt Domini quoad hoc vt per electionem inualidam priuentur illa vice electores iure eligendi, & alius cenſeatur electus, cum maiore parte votorum, quin & nmnibus votis concurrentibus propter acceſſum iuris præſumptione factum ad alios habilem eligentes, non ſufficit, quod eligatur inhabilis, ſed debet eſſe electus indignus, ſecundum terminns allegati, *cap.ſcriptum de elect.* & ita de indignis, non autem de inhabilibus textum illum intelligunt, *Gloſſ.ibid. in verb. præſumpt. in c.cumana in verbo priuauit eod.tit. & in c. quamquã in verbo ſecus eod.tit.in 6. Aucbar.in c.2. n.2. in fi. de poſtulat. Prælat.* Indignus autem nõ æſtimatur Prælatus electus ad Epiſcopatum, & per Papã confirmatus, vt dixit *Gloſ.in d.verbo præſumptione,* ſed ille qui immaturus ratinne ætatis, vel illiteratus, vel inhnneſtè vitæ eligitur, *c.nihil, & c. cum in cunctis de elect. & Innoc.in c.2. de poſtulat. Prælat.*

Et

Et quamuis pater, & filius habeãtur pro vna, &
eadẽ perſona, nihilominus rectè ſupponit deciſio
Imolen. patrem poſſe præſentare filium, *Lambert.*
23 *par. 1. quæſt. 8. art. 12. & 17. Paulus de Cittad. par. 6.*
num. 95. Tiraq. de iure primog. quæſt. 33. n. 11.

Quod autem reſeruat videre eadem deciſio,
24 vtrum patronus variare poſſit lite pendente, po-
ſtea in alijs cauſis fuit reſolutũ videlicet non poſ-
ſe, quia diſpoſitio *c. 1. vt lit. pend. in 6.* habet locum
etiam in præſentationibus, *Calder. conſ. 1. eod. tit.*
Gemin. in eod. cap. 1. Sarnen. ſuper regul. de ſubrogan.
quæſt. 13. Bellam. deciſ. 748 num. 2. Rota coram Ca-
ual. deciſ. 333. num. 1.

Idem dicendum ſi vnus ex præſentatis ceſſerit,
25 ſiue deceſſerit, quia patronus non poterit prę̨ſen-
tare propter diſpoſitionem *d. cap. primi, Rot. coram*
eod. Caualer. deciſ. 280. & deciſ. 556.

Quamuis pater poſſit præſentare filium, nõ tã-
26 men poteſt prę̨ſentare quis ſe ipſum, *c. cum in iure*
de elect. c. fin. de inſtit. Put. deciſ. 253. lib. 3. poteſt ta-
men prę̨ſentationi de ſe factæ à compatronis con-
ſentire, & conſenſus ille habet locum ſuffragij,
27 *Rocch. in verbo Honorif. n. 20. Rot. deciſ. 185. par. 2.*
diuerſ. Doct. communiter in c. cum in Iure de elect vbi
Butr. num. 16. verſ. nec obſtat, & verſ. ex prædictis,
Abb. num. 5. verſ. & dic, quod vera ratio. Imò, quod
28 diſpoſitio *c. per veſtras, de Iurepatr.* non habet lo-
cum in beneficio ſimplici & tenui firmat *Lambert.*
art. 8. q. 8. princ. par. 1. lib. 2. Rocch. vbi ſup. d. n. 20.

Dum hę̨c ſcriberem conſultus ſui ſuper caſu Pi-
ſtorien. non ita pridem introducto in Rota videli-
cet; vacante beneficio ſimplici de Iurepatronatus
laicorum de Rizzardis per obitum quondam Bar-
tolomę̨i, Dominus Eques, & eius filij, & Dominus
Thomas eius frater de Rizzardis conſtituerunt
procuratorem dominum Antonium de Rizzardis
Compatronum ad prę̨ſentandum ad dictum bene-
ficium perſonam idoneam ſibi bene viſam. idem
Antonius procurator ſubſtituit alium procura-
torem cum ſimili facultate, nempe Bonifacium
eius fratrẽ, qui vigore dictę̨ ſubſtitutionis prę̨ſen-
tauit Antonium ſubſtituentem, & poſtea prę̨di-
cti Eques cum Thoma fratre & filijs variando prę̨-
ſentarunt infra legitima tempora Nicolaum prę̨-
dicti Equitis filium, quę̨rebatur ex me, vter prę̨-
ſentatorum eſſet inſtituendus, & reſpondebam re-
ſolutionem dubij pẽdere potiſſimum ex illa inſpe-
ctione an, & quando patronus poſſet prę̨ſentare
ſe ipſum, in quo articulo Rota variauit; affirmati-
uam tenuit in Regien. Iuriſpatronat. 15. Ianuar.
1624. coram D. Pirouano, Negatiuam in Ilerden.
præcentorię 7. Febr. 1628. cor. D. Dunozeto; Nos
vtriuſq; tenorẽ recenſebimus, & deinde reſponde-
bimus propoſitę̨ quę̨ſtioni, ſit prior in Ordine Re-
gien. Iuris patronatus.

» Firmata Iuriſpatronatus exiſtẽtia, & illius per-
» tinentia exinde fuit quę̨ſitum an Hieronymus Cã-
» tarelus eſſet inſtituendus; quod Domini affirmati-
» uè reſoluerunt; neq; impediri poteſt ex eo quod
» Hieronymus ſe ipſum prę̨ſentauerit, quod patro-
» no videtur interdictum, *c. per noſtras de iurepatr.*
» *Lambert. eod. tract. par. 1. lib. 2. art. 7. q. 5.* & idẽ fuit
» firmatum in Spoletana Cappell. 21. Maij 1627.
» cor. R. P. D. Burato, quia ceſſat obiectum cum be-
» neficium ſit ſimplex, in quo non poteſt cadere prę̨-
» ſumptio prę̨laturæ aut perſonatus, *Lambertin. eod.*
» *tract. lib. 2. par. 1. q. 8. art. 2. n. 2. Peregr. conſ. 18. n. 15.*
» *lib. 5. Ioſeph. Lud. concl. 42. col. 16. verſ ampliatur 5.*
» ac etiam proceſſum fuerat per viam deprę̨catio-
» nis, & ſupplicationis, quo caſu poſſet Ordinarius
» illum gratificando admittere, vt tenuit *Abbas in*
» *c. per veſtras de iurepatr. Lambert. eod. tit. ead. par.*
» *1. lib. 2. quæſt. 8. art. 7.*

Hę̨c deciſio Regien. quę̨ reuocatur in ſupradi-
cta Ilarden. cuius tenor eſt.

» Vacante prę̨centoria &c. neq; eſt verũ quod hic
» agatur de prę̨ſentatione, cum quis prę̨ſentet ſe ip-
» ſum vel alium, & ſic videtur procedere textus *in c.*
» *1. vt lite pendente in 6.* quod habet etiam locum in
» prę̨ſentatione, *Sarnen. in reg. de ſubrogat. quæſt. 13.*
» quia reſpõdetur hanc eſſe optionem reſpectu ip-
» ſius prę̨ſentati, non verò reſpectu alterius; & pro-
» pterea cũ in caſu iſto non agatur de perſona alte-
» rius ſed de perſona propria, iſta eſt optio non prę̨-
» ſentatio, cũ nemo poſſit ſe ipſum prę̨ſentare, *c. per*
» *noſtras,* vbi omnes *de iurepatr.* ſicut non poteſt quis
» ſibi conferre beneficium, *c. fin. de inſt. Goffred. in sũ-*
» *ma de Iurepatr. n. 17. Hoſt. §. in quibus n. 11. verſ. il-*
» *lud omittens. Sum. Ang. verſ. Iuſpatr. nu. 19. Pauin. de*
» *poteſtate, cap. Sede vacante par. 2. quæſt. 5. num. 9.*
» *verſ. adde quod quis, Bertazzol. de Epiſc. lib. 1. par. 1.*
» *quæſt. 24. n. 18. Speculat. de iurepatr. nu. 14. Barbat.*
» *conſ. 33. n. 20. lib. 2. Roc. de iur. pat. in verbo honorifi-*
» *cum, n. 2. Lambert. lib. 2. par. 1. q 8. art. 1. & ſeqq.* &
» fuit reſolutum in cauſa Valentina Beneficij 16.
» Maij 1583. coram ſ. mem. Clem. VIII. quę̨ eſt *de-*
» *ciſ. 185. n. 1. par. 2. diuer.* & in Aquileien. Iuſpatron.
» 8. Iunij 1587. coram Rubeo, & in cauſa Papien.
» Parochialis 13. Maij 1598. coram Orano, & quid
» quid dicat deciſio in cauſa Regien. iuriſpat. 15. Ia-
» nuar. 1624. coram R. P. D. Pirouano hoc eſt tenen-
» dum, vltra quod loquitur de beneficio ſimplici ſe-
» cũdum opinionem *Lambert de iur. pat. lib. 2. par. 1.*
» *q. 8 ar. 2. n. 2.* quem ſequitur *Peregr. conſ. 18. nu. 15.*
» *lib. 5. Ioſeph. Lud. concl. 42. col. 16. verſ. ampliatur 5.*
» & tamen in beneficio ſimplici, & minimo veritas
» eſt in contrarium; *Io Aud. in d cap. per noſtras a. 2.*
» *circa finem, verſ. patronatum, Abb. n. 2. verſ ſed quæ-*
» *ro de Iurepat. Lambert. d. q. 8. art. 2. n. 2.* & fuit reſo-
» lutum in d. Aquileien. coram Rubeo.

In hac deciſ. abſolutè firmatur patronum non
poſſe prę̨ſentare ſe ipſum etiam ad beneficiũ ſim-
plex, cui opinioni libenter acquieſco, eo quod Pa-
tronus non prohibeatur prę̨ſentare ſe ipſum pro-
pter ambitionem, quę̨ cadit in beneficio maiore,
vt in ſupradicta Regien. ſed vt euitetur abſurdum,
vel potius contradictio videlicet ne ſit vnus, & idẽ
prę̨ſentans, & prę̨ſentatus, vt notat *Pariſ. de reſign.*
lib. 9. quæſt. 17. num. 12. quę̨ ratio ę̨que militat in
beneficio ſimplici ſiue curato.

Et propterea non ex d. cap. ſed ex alio cenſebã
Antonium eſſe inſtituendum, videlicet quod con-
cluſio illa quod Patronus non poteſt præſentare
ſeipſum fundata in *c. per noſtras de iurepatr.* vendi-
cat ſibi locũ in caſu, in quo vnicus adeſt patronus,
ſecus vbi plures adſunt patroni, quia tunc cõpa-
tronus poteſt cõſentire, & adhę̨rere prę̨ſentationi
per compatronos de ſe factę̨, vt hanc concluſionẽ

explicat *Lambert.de iur.pat.par.* 1. *lib.* 2. *q.* 1. *art.* 8.
per totum, & *Viuian. eod. tract. lib.* 14. *c.* 2, *num.* 64.
Rot. eod. tract. in verb. honorificum num. 20. latiſſimè
Rota in Bergomen. Capellan. 23. Martij 1618. co-
ram Burato, & in terminis noſtris, quod patronus
conſtituens procuratorem ad pręſentandum tam
nomine ſuo quam aliorum, poſſit pręſentationi
de ſe factę conſentire, dixit *Rota in deciſ.* 185. *n.* 4.
par. 2. *recen.* Non obſtat *Rebuff. in tract. nominatio-
num n.* 18. vbi quod Vicarius habens mandatum
generale conferendi beneficia cum facultate aliū
deputandi non poteſt ſubſtituere alium, vt ei con-
ferat beneficium, nam valde differunt inter ſe pręſentatio,
& collatio, illa enim prębet ius ad rem
hęc ius in re, & nulla eſt inter collatorem, & pro-
uiſum perſona intermedia, vt in pręſentatione, in
qua vltra patronum adeſt Ordinarius inſtitutor,
qui poteſt non inſtituere quod non contingit in
collatione.

Non obſtat quod Antonius de quo ſupra non
conſtituerit cum alijs procuratorem ad pręſen-
tandum, in quibus terminis loquuntur Iura alle-
gata, ſed ipſe ſolus ſubſtituerit Bonifacium, quo
caſu dicitur pręſentaſſe ſeipſum, nam Reſp. obie-
ctum non ſubſiſtere, quia ſubſtitutio illa virtuali-
ter repręſentat primam conſtitutionem, & eam
refert. *Reb. in prax. ad formam Vicariatus num.* 79.
& in terminis noſtris *Viuian. vbi ſupra par.* 2 *lib.* 5.
cap. 2. *n.* 42. & ſic non poteſt dici, quod pręſenta-
uerit ſolus, quod ſufficit ne dicatur pręſentaſſe ſe
ipſum iuxta dictam deciſionem 185. par. 2. recen.
pręſertim cum procurator ſubſtitutus ſit compa-
tronus, vnde ſaltem quo ad ipſum ſubſtituens non
erit totaliter pręſentatus à ſeipſo, vt notat *Lam-
bert. loc. allegat.*

Eodem tempore in Dataria venit caſus in vna
Anenionen. vbi teſtator diſpoſuit, quod eueniente
vacatione beneficij tres Conſules Ciuitatis præ-
ſentare debeant patrono pro tempore tres Sacer-
dotes, ex quibus patronus vnum eligere teneatur,
acciderat vacatio, & ex tribus Conſulibus vnus
erat abſens, alter pręſentauerat vnicum beneficij
patronum, qui petebat prouiſionem cum deroga-
tione ſuffragij reliqui & tertij Conſulis, & dicebā
prouiſionem cum derogatione deberi ratione de
qua ſupra, quod Patronus poſſit præſentationem
de ſe factam acceptare, & quamuis derogatio nō
fiat pro maiori parte patronorum, vt infra oſten-
demus, nihilominus dicebam hic derogationem
29 non dari, niſi pro medietate, quæ paſſim vt ſimi-
liter infra oſtendemus conceditur eo quod illius
abſentis non ſit habenda ratio, *Modern. in prax.
Iuriſp. lib.* 11. *num.* 14. nam licet verum ſit, quod in
multis pręſentatio æquiparetur electioni, vt dicūt
Doct. in c. 1. *vt lit. pend. in* 6. & elector fortaſſis ſi
fieri poſſit debeat certiorari, niſi tamen remotior
ſit, vt electio inde retardari debeat, *c. cum inter de
elect.* in hoc tamen non eſt ſeruanda forma inter
cōpatronos, quæ ſeruatur inter coelectores, *Abb.
in c. quia propter eod. tit.* & quod abſentis patroni
ratio habenda non ſit quando pręſentatio ſpectat
ad ipſos tanquam ſingulos, non tanquam ad vni-
uerſos, tenuit *Rota cor. Mantic. dec.* 268. relata etiā
apud *Garz. par.* 5. *c.* 9. *n* 227. licet falſo ſub die 4.
Martij, cum fuerit ędita ſub die 8. Martij, vt apud
eundem Manticam. Præſentatio autem ſpectare
30 ad plures tanquam ſingulos dicitur quando non
habent neceſſe conuenire ſimul ad actum præſen-
tationis; ad vniuerſos quando tenentur cōuenire.

Reſpōdebat Dominus Datarius ex hoc diſcur-
ſu nil aliud inferri quā quod ſublato tertio patro-
no derogatio non fiat niſi pro medietate, & prop-
terea in ſupplicatione petendam ſolummodo eſſe
derogationem pro medietate, omiſſa narratiua de
tribus patronis relinquēdo reliqua in diſpoſitio-
ne iuris communis, ſed ſubintuli, narratiuam eſſe
neceſſariā, eo quod in ſuppoſitione narranda ſint,
quæ conducunt ad gratiam, & etiam quia vitandæ
31 ſunt lites, & difficultates quatenus poſſibile per
narratiuam, etiam de rigore iuris non neceſſa-
riam, ſed ad maiorem, & faciliorem declaratio-
nem.

Nunc reuertamur ad concluſionem in princi-
pio aſſumptam, nominari poſſe abſentem, non ta-
32 men præſentari, niſi ſufficientia ipſius Ordinario
Inſtitutori eſſet nota, quia tunc pręſentatio ſub-
ſtineretur, niſi tamen ex particulari diſpoſitione
requireretur examen, hęc omnia firmantur in Re-
33 gien. Prioratus coram Pamphilio relata apud
Garziam par. 4. *cap.* 1. *nu* 23. vbi etiam dicitur, quod
huiuſmodi præſentatus abſens teneatur intra tē-
pus datum ad præſentandum, pręſentationem ac-
ceptare ſaltem per litteras, per quam deciſionem
videtur ſublata differentia inter Lābert. & Rocch.
de qua apud eundem *Garz. vbi ſup. num.* 21.

Maiorem difficultatem videtur habere, an Or-
dinarius teneatur inſtituere huiuſmodi abſentem
præſentatum, cuius ſufficientia ei nota eſt, vel cer-
tè hoc ſit poſitum in eius arbitrio; non teneri di-
34 xit *Garz. vbi ſup. num.* 18. & videtur ſentire dicta
„ deciſ. Regien. cuius verba ſunt, licet poſſit inſti-
„ neri de abſente, vbi eſt totaliter notus habenti in-
ſtituere &c. quæ verba videntur totum hoc reijce-
re in arbitrium inſtitutoris. Ego diſtinguerem,
vel enim præſentati abſentis ſufficientia nota eſt
inſtitutori notitia publica, vt qui illum aliàs ap-
probauit, & hoc caſu exiſtimo inſtitutorem teneri
ad inſtituendum; aliàs præſentatum poſſe prouo-
care de irrationabili iudicio, vel huiuſmodi abſē-
tis ſufficientia, eſt quidem nota inſtitutori, non
tamen notitia publica, & hoc caſu exiſtimo eum
non teneri ad inſtitutionem, quia poterit affirma-
te præſentati abſentis ſufficientiā notam non eſſe,
& ità conſului pro D. Paulo Oliuerio præſentato
à Marchione Fuſcaldi ad beneficia S. M. Magda-
lenæ, & Sebaſtiani Cuſentin. Diœceſis, qui aliàs
ab eodem inſtitutore approbatus fuerat ad bene-
ficium ſimplex ſimile.

Quod igitur diximus præſentandum debere
35 offerri coram Superiore, limitatur in præſen-
tando, qui poteſt præſentari aliquo caſu abſens, &
in præſentante, qui non tenetur eſſe præſens, ſed
poteſt pręſentare per Inſtrumentum, & proinde
præſentia vtriuſque, vel alterutrius non eſt de
forma, vt notat Rota in Compoſtellana Cano-
nicatus 20. Iunij 1601. coram Corduba.

Diximus Patronum poſſe pręſentationi de ſe
factæ conſentire, imò ſi alter concurreret in pari
ſuffragio

ſuffragio daretur huic per Datariam prouiſio cũ
36 derogatione, etiam ſi alter preueniret idem ſer-
uatur ſi vnos eſſet de familia, & alter oon, vous
Sacerdos, & alter ſimplex Clericus, quia cum eis
Collatio debeatur de iure, Dataria non vult illis
præiudicium inferre, poteſt enim pronitionem ſi
velit denegare, quæ proficiſcitur ex gratia, oon ex
37 iuſtitia debita, qui autem præſentatorum in con-
curſu pro æqualibus votis præferri debeaot, enu-
merantur in Bergooen. Cappellaniæ Vener. 23.
Martij 1618. coram Butatto.

Solo Ioanne Antonio Informãte 7. Menſis præteriti fuerat reſolutum ſententiã Rotalem ad eius fauorem latam, eſſe confirmandam: Vnde hodie repropoſito dubio ad inſtantiam Pauli, DD. ſteterunt io deciſis, non obſtantibus, quæ contra deciſionem adducebantur. Nam prima obiectio erat, quod ſententia caoonizauerit gratiã Ioannis Antonij ſubrogationis in poſſeſſionem beneficij vti vacaotis per obitum Ludouici, ex cuius tamen perſona vacare non poterat, cum ipſe ſolam præſentationem non autem inſtitutionem, nec poſſeſſionem habuiſſet, Card. Seraph deciſ. 1446. n. 1. & 2. quæ ceſſare viſa fuit ex lectura ſententiæ in qua narratur ſola præſenratio dicti Ludouici, non autem vacario per obitum illius, ſed q. Angelici extra Romanam Curiam defuncti de menſe Februarij 1612. Secunda verò deducebatur ex eo quod ſententia declaret Ioannem Antonium eſſe inſtitueodum, eumq; inſtituat vti ſubrogatum in locum dicti Ludouici, quem tamẽ dicebatur nullum Ius habuiſſe, ex quo ſe ipſum præſentare oon potuit, *c. per noſtras, & ibi not. omnes de iurepatr.* quod habet etiam locum vbi qois ſe cum alijs cõpatronis eligit, ſeo præſentat provt hic, *c. cum in iure vbi omnes de elect. Lambert. de iurepatr. art. 6. 8. quæſt. princ. 1. par. lib. 2.* ſed hæc quoq; obiectio tolli viſa fuit; quia ad electionem, ſeu præſentationem Ludouici non fuit proceſſum per viã ſcrutinij ſecreti, quo caſu cum electos ignoret, an alij in eum conſenſerint, ille oon poteſt in ſe ipſum cõſentire, quia ſic oriretur a ſe ipſo, & vti ambitioſus repelleretur, ſed fuit facta palam, & per vota aperta, vnde cum ipſe tunc non potuerit ſe eligere, quin prius ſciret ſe ab alijs electum, dici non potuit a ſe ipſo oriri, ſed ab alijs vocatus; & conſentiendo præſentationi de ſe factæ auxit numerũ tanquam vnus de habentibus ius præſentandi. ita communiter declarant Doct. in *d. c. cum iure*, vbi *Butr. nu. 36. verſ. nec obſtat, & verſ. & ex prædictis, Abb. num. 5. verſ. & dic, quod vera ratio, Card. col. 6. poſt princ. verſ. quartam lecturam, & verſ. illa enim gloſ. Imol. num. 5. verſ. vnde Hoſtien. & num. 6. verſ. item poſſunt qui de Comm. Butr. & Anchar. poſt Hoſtien. in d. c. per noſtras, num. 3. verſ. quod intelligit,* & ibi *Butr. num. 8. verſ. hoc verum dicit, Abb. num. 5. Card. poſt Princ. verſ. pro hoc inducit,* idem *Abb. cõſ. 25. num. 3. par. 2. Rocch. de iure patr. in verbo honorificum, num. 20. verſ. Limita nunc,* latè *Lambert. eod. tract. 8. art. 8. quæſt. princ. 1. par. lib. 2.* & ſequuta eſt Rota in hac cauſa ſub die 26. Iunij 1615. & 27. Maij 1616. coram R.P.D. meo Vbaldo, licet autem ex tenore d. nomioationis, & præſentationis palam factæ clarè non appareat, an Ludouicus ſe ipſum vnà cum alijs principaliter elegerit, an vero potius acceſſerit conſeotiendo d. nominationi de ſe factæ iuxta formam traditam per Doct. præcit. tamen præſumi debet, feciſſe illum actum eo modo, quo ſibi vtilius erat, *Bart. in l. gerit num. 21. ff. de acquir. hæred.* & provt ſibi de iore permittebatur *gloſſ. in l. 2. in verſ. probaretur, C. de pet. hæred. Bald. in l. 1. col. 2. ff. ſolut. matrim.* & vt pœnam non ſubiret *Tiraq. de retract. lignag. §. 30. gloſ. 1. num. 34.* & reincideret in vitium ambitionis, vt in terminis conſiderauit *Rot. coram fel. record. Clem. VIII. deciſ. 185. nu. 4. par. 2. diuerſ.* & proinde cenſendum eſt ipſum in ſuam nominationem, & præſeotationem conſpiraſſe non principaliter, ſed per viam acceſſionis, & aſſeoſus provt poterat io ipſomet actu nominationis, *DD. in d. c. cum in iure de elect. Lambert. d. q. 8. princ. art. 7.* quæ interpretatio in dubio ſumenda eſt, cum tendat ad validandum nõ ad deſtruẽdum actum, *vulg. l. quoties, ff. de reb. dub. cum ſimilib.* & quia vel maxime ſuadetur ex clauſula, ac omni meliori modo immediatè poſt nominationem adiectam, quæ facit valere actum eo modo, quo poteſt, *Felin. in c. cum ſuper num. 11. de offic. deleg. Dec. conſ. 11. num. 20. verſ. & apparet,* vltrà quod, ſubducta etiam ipſius voce, cum haberet medietatem patronorum exiſtentiũ in quaſi poſſeſſione, veniebat, nihilominus præferendus tamquam de Familia fundatoris, *gloſſ. in cap. neminem 70. diſtinct.* & ibi *Præpoſ. & Archid. Rocch. d. tract. verb. honorificum 18. quæſt. num. 46. verſ. prima opinio, Lambert. eod. tract. 4. art. 5. quæſt. princ. 3. par. 2. lib. num. 3 in fin. verſ. ſucceſſiuè, Ferret. conſ. 131. n. 4. Rot. in Foroliuien. Sancti Mercurialis 10. Iun. 1577. coram Bubalo,* & vt magis qoalificatus, quia ætate ſenior, *Bald. conſ. 167. in fin. lib. 4. Rocch. vbi ſup. quæſt. 15. num. 41. Lambert. d. quæſt. 5. princ. art. 13. nu. 1. & ſeqq.* & pluribus comprobat *Roland. conſ. 47. num. 70. & ſeqq. lib. 1.* & quia actu Sacerdos, Rot. in d. Foroliuien. Sãcti Mercurialis coram Bubalo, & in hac caoſa ſub d. die 27. Maij 1616. Non obſtat prouiſio Apoſtolica à Paolo impetrata cũ derogatione medietatis patronorum exiſtentium in quaſi poſſeſſione, quia vt iam deciſum fuit ſub d. die 26. Iunij 1615. illa non erat iuſtificata, nec poterat iuſtificari præſertim in eo, quod haberet medietatem, cum tantum à quinqoe ex vndecim præſentatus fuerit. Præterea conſiderabant DD. quod licet ſententia declaret gratiam ſubrogationis in locum Ludouici eſſe Canonicam, & Ioannem Aotonium fore, & eſſe inſtitoendum, tamen non dicit eſſe ioſtituendum vti ſubrogatum in locum Ludouici, & ideo cum noo ſit ita reſtricta, & Ioaones Aotonius fuerit etiam ſubrogatus in locum Angelici, de cuius iure dubitare non poteſt, cum etiam Paulus veniat ex vacatione per obitũ ipſius, *Seraph. deciſ. 750. num. 1.* & fuit dictum in Pacen. Canonicatus 11. Decembris 1613. coram R.P.D. Pirouaoo, & in Virdunen. Abbatiæ 20. Februarij 1615. coram me; inſtitutio debet cenſeri quoque facta in vim dictæ ſubrogationis in locum Angelici, pro validitate namque ſeotentiæ capitur ſemper interpretatio *Crauett. conſ. 52. num. 8. verſ. ſimiliter videmus,* cum alijs in Paduana Iuriſpatronatus 4. Maij 1616. coram Reuerendiſſimo

,, D.ineo Damaſceno, præſertim cum adſit in ſen-
,, tentia clauſula, *& omni alio meliori modo* &c. quæ
,, facit valere actum etiam vltra expreſſa, *Capu. dec.*
,, *124. par. 1. Acchill. deciſ. 1. de verb. ſignif* cum alijs
,, *deciſ. rel. per Moder. clauſ. 88. par 1.* nec aduerſatur
,, clauſula dummodo in litteris ſubrogationis iux-
,, ta ſtylum appoſita, quæ ſolet præſeruare ius quæ-
,, ſitum, etiam ex ſola præſentatione, *Rota deciſ. 17.*
,, *de præb. in nou. Feliu. in c. in noſtra num. 25. in 28. co-*
,, *rol. de reſcript. Creſc. deciſ. 7. num. 3. de iur. patr.* quia
,, hoc intelligitur quando præſentatio eſt talis, vt
,, ex ea quis veniat neceſſario Inſtituendus, *Paul. de*
,, *Cittadin. de iurepatr. 6. par. in princ. num. 11. Mohed.*
,, *deciſ. 1. de præb.* fuit dictum in Mediolanen. Cap-
,, pellaniæ 27. Martij 1602. coram Corduba, qualis
,, non erat præſentatio Pauli, qui non habebat ma-
,, iorem partem Patronorum; & cui nec ex dicta
,, prouiſione cum derogatione medietatis erat ius
,, quæſitum ex prædictis, ex quibus Domini permã-
,, ſerunt in deciſis vtraque parte Informante.

Si verò nulla occurrat differentia qualitatis in-
ter præſentatos tunc Dataria indifferenter conce-
38 dit prouiſionem cum derogatione medietatis
concedendo datam iuxta præuentionem partium,
& ſolent ſollicitatores practici illico confecta ſup-
plicatione, eam exhibere officiali, qui in calce no-
tat diem præſentationis, & datur data iuxta illam
notulam, ſi verò vtraque partium exhiberet ſup-
plicationem eadem die, tunc Dataria vtrique con-
cedit prouiſionem ſub eadem data, vt partes co-
39 ram executore poſſint deducere qualitates, iuxta
quas executor poſſit gratificare magis vni, quam
alteri *Rota coram Caual. dec. 517. nu. 7.* quod *Lamb.*
p. 3. lib. 2. q. 5. n. 2. Interpretatur vbi præſentati in
pari voto eſſent æqualis meriti, nam ſi vnus in me-
rito excederet, gratificationi locus non eſſet quē-
admodum neq; quando vnus habet plura ſuffragia
gratificationi locus eſt, ſed ille omnino inſtituen-
dus, qui plura habet merita, vel plura ſuffragia, *c.*
conſultationibus de Iurepatr. & c. decernimus 16. q. 7
Abb. in c. cum Bert nu. 12. de re iud. Ferr. conſ. 33. n. 4.
40 *lib. 1. Rot. dec. 337. n. 1. p. 1. rec.* quamuis aliquando
derogari patronatui pro duobus tertijs reſtetur
Pariſ. de reſign. lib. 2. c. 4. n. 53. cuius rei tamen ego
nunquam vidi exemplum; quod autem diximus de
pari ſuffragio, intelligendum eſt de habilibus nam
ſi præſentatorum quis habilis non ſit, tunc præ-
fertur habilis, vt diximus, etiam ſi ſit præſentatus
à minori parte *c. dudum, & c. cõgregato de elect.* nec
ſit deuolutio ad Superiorem *Rota coram Caualerio*
deciſ. 131. nu. 2.

Aduertendum autem eſt, quod ſollicitatores
practici in huiuſmodi ſupplicationibus apponunt
41 clauſulam gratificationis ad partem, quæ exten-
ditur per *Rebuff. in 3. par. Sig. verſic. & cum clauſula*
gratificationis, &c. n. 1. vbi quod huiuſmodi grati-
ficatus præfertur non gratificato, licet pari in da-
ta, etiam in poſſeſſione, licet nõ gratificatus eam
prius cęperit, clauſula autem huiuſmodi hodie in
aliquo diuerſa eſt ab ea, quæ ponitur per *Rebuff.*
loc. alleg. ideo eam prout hodie datur apponendã
cenſui. *Etiam ſi forſan hodie illud alij, vel alijs contu-*
lerimus, ſeu conferri mandauerimus, ſeu cõceſſerimus,
& d. N. & alij prædicti, quibus beneficium prædictum
collatum, aut quod conferretur mandatum, ſeu conceſ-
ſum extiterit in data, ac viribus, & alijs in præmiſſis
attendenda eſſent adeo æquales ſint vt ad inuicem per
mutuum concurſum ſe impediant, nec appareat cui
42 *magis d. beneficium adiudicandum ſit, & alias grati-*
ficationi locus exiſtat, &c. hæc clauſula conceditur
indiſtinctè cuicumque, adeo vt hic quoque poſſit
eſſe paritas.

Secundò aduertendum, Datariam non dare
prouiſionem præſentato in concurſu impetrantis
43 de libero, ea ratione, quod præſentatus non indi-
get prouiſione Apoſtolica, cum poſſit obtinere in-
ſtitutionem ab Ordinario, & non videatur conue-
niens dare impetranti de libero Aduerſarium, qui
poſſit dicere ſe eſſe prouiſum Apoſtolicum, & al-
legare paritatem tituli, quod tamen crederem nõ
eſſe generaliter accipiendum, nam ſi conſtaret ex
Inſtrumentis dotationis, & fundationis plenè de
44 patronatu, non daretur prouiſio de libero, quia
Dataria non ſignat ſupplicationes calumnioſas;
& licet Datarius non ſit Iudex impetrantium; an-
te tamen impetrationem extraiudicialiter ſe in-
format de narratis in ſupplicatione, quæ ſi apertè
falſa, & calumnioſa repererit, non ſolum poteſt,
ſed ſolet ſupplicationem reijcere *Gonzal. ad reg. 8.*
gloſ. 9. in annot. nu. 16.

45 Si tamen præſentatus habeat aliud beneficium,
adeo vt propter incompatibilitatem ab Ordinario
inſtitui non poſſit, & petat nouam prouiſionem,
vel certè prouiſionem pro præſentato cum dero-
gatione, diſpenſatione, ſiue indulto, & eodem tē-
pore concurrat impetrans de libero, Dataria vtri-
que ſolet concedere prouiſionem impetranti de
libero, quia ſuppono non conſtare de calumnia
46 præſentati, etiam quia ſtante obtento, non poteſt
aliunde prouideri, quod eſt regulare in omni ma-
teria, & dum hæc ſcriberem incidit vna Segobri-
cen. cui Eccleſiæ Clem. VIII. Pont. Max. indulſerat
vt Canonicatus inibi creatus Doctoralis non poſ-
ſet niſi præuio concurſu prouideri; hunc Canoni-
catum impetrauerat quidam in Curia; nulla facta
mentione indulti huiuſmodi, ſuperuenit deinde
approbatus in concurſu pro noua prouiſione, quę
fuit conceſſa non obſtante, quod reclamaret pro-
uiſus, quia indultum diſponebat quod approbatus
teneretur petere nouam prouiſionem à Sede A-
poſtolica, & ſic aliunde non poterat habere pro-
uiſionem.

Illud autem approbare non poſſum, quod vidi
ab aliquibus officialibus Datariæ ſeruari in Con-
firmationibus concordiæ inter præſentatum, &
impetrantem de libero, nempè quod nolunt ad-
mittere, vt beneficium remaneat penès præſenta-
tum, etiam ſi concordia alias iniri nõ poſſit, quod
47 videtur iniquum, & contra regulas Cancellariæ,
lites de medio tollere Satagẽtis, nec excuſantur,
quod faciant pro liberatione beneficij, nam illi ſa-
tis prouidetur per clauſulam citra approbationẽ
Iurispatronatus, &c. nam ſi beneficiũ ſit vere vin-
culatum, iuſtitia non patitur, vt per violẽtiam red-
datur liberum, & ſi res dubia eſt, prout ex natura
tranſactionis requiritur per illam ſolum prouide-
tur ſtatui præſenti litigantium, iuribus beneficij
in nihilo immutatis, ſed in ſuis ſtatu, & terminis in
qui-

quibus erant ante confirmationem remanẽtibus. Idem dico ſi tranſigant prouiſi Apoſtolicus, & ab Ordinario, & conueniant beneficium manere penes prouiſum ab Ordinario, & prouiſo Apoſtolico penſionem ſuper fructibus illius reſeruari, nam ſi lis alio modo terminari non poteſt, & ſtatus litis ſit dubius, & anceps, & fortaſſis pendens pro prouiſo ab Ordinario nulla ratio poſcere videtur litigantes inuitos in lite retinere. . .

Nunc, reuertamur ad præſentationem, cuius quaſi poſſeſſio arguitur ex alia præſentatione, *c. conſultationibus vbi Doct. de Iurepat.* & vnus actus ſufficit *Rota deciſ. 224. n. 2. p. 1. rec.* & in ſupra allegata Alexandrina Decanatus coram Orano, & in Regien. prioratus 24. Maij 1585. co: Pamph.

„ Fuit per Dominos reſolutum ad effectum de quo agitur ſatis conſtare iuspatronatus, de quo agitur ad Ioannem Baptiſtam vnum ex illis, qui pręſentauerunt fratrem Raphaelem ſpectare, ſufficit enim ad validitatem pręſentationis ſola quaſi poſſeſſio præſentandi *c. conſultat. vbi not. de Iure patr. Card conſ. 70.* præſertim præſentatione effectum ſortita; nã per obitum præſẽtati vterq; venit ad *conſ. Oldr. 229. n. 2.* & ſuum præſtitit conſenſum ex quo actu ita acquiritur poſſeſſio ſicut ex præſentatione *Abb. in conſ. 54. lib. 2. Put. dec. 309. Creſcen. dec. 227. lib. 1. &c.*

Et quod ex vnica præſentatione effectuata acquiratur quaſi poſſeſſio tradunt Doctores communiter in *c. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſ. & propriet.* 49 *Dec. conſ. 134. n. 1. Cald. conſ. 2. circa finem de Iurepatronat. Aechill. deciſ. 5. eodem tit.* & idem operatur conſenſus præſtitus in reſignatione, ac præſentatio, vt in dicta Regien., ac in Lucana Iuriſpatronatus 7. Maij 1604. coram Coccino, quæ eſt inter eius impreſſas.

Et hæc quaſi poſſeſſio ſufficit ſi quęſtio ſuper præſentatione ſit inter patronos, vt *c. conſultationi-* 50 *bus*, & Doctores ibi ſcribentes interpretatur Rota in Squillacen. iuriſpatronatus 26. Iunij 1611. coram Manzanedo, quia quo ad præſentatum, ille tunc demum eſt inſtituendus quando conſtat 51 de iurepatronatus, quia diſpoſitio Concilij Tridentini Seſſ. 25. cap. 9. habet locum, tam in poſſeſſorio, quam in petitorio, vt notat Rota in Terdonen. Iuris patronatus 6. Aprilis 1609. coram Coccino.

„ Rota dixit, quod licet præſentatus ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi, debeat inſtitui iuxta textum in cap. conſultationibus de iure patronatus, tamen hæc concluſio eſſet vera, quando conſtat de Iure patronatus, quia diſpoſitio *Concil. ſeſſ. 25. cap. 9. de reform.* habet locum, tam in poſſeſſorio, quam in petitorio, vt cenſuit Congr. Eminentiſſimorum Interpretum, & pluries dixit Rota, & quando illemet, qui hodie præſentat aliàs præſentauit, quia Rota tenet illam opinionem, quod poſſeſſio defuncti non transfertur in hæredem ſine noua appræhenſione iuxta *tex. in l. cum hæredes, vbi Doct. ff. de acquir. poſſ.* quod habet locum etiam in ſuis hæredibus *Bald. in l. fin. num. 2. Natt. conſ. 439. nu. 9. Alex. conſ. 37. ſub n. 5. poſt med. verſ. ſaltem in caſu noſtro lib. 5. vbi de communi*, & fuit dictum in cauſa Spoletana cenſus 23. Ianuarij 1603. coram R.P.D. meo Lancell. & alias ſæpius, & in terminis iuriſpatronatus eſt *deciſ. Aech. 5. de cauſ. poſſ. & propriet. Verall. dec. 420. p. 2.* & fuit dictum in cauſa Taruiſina, ſeu nullius Iuriſpatronat. 17. Mar. 1603. co: R.P.D. meo Decano, & in cauſa Ianuen. iurispatr. eod. die, & anno co: bo: m. Litta, neq; in terminis iuriſpatronatus poteſt intrare ſtatutum Laicorum, quod poſſeſſio continuetur in hæredem, quia licet *Verall.* annotauerit tale ſtatutum ſuffragari vt *deciſ. 211. p. 3.* tamen Rota ſemper receſſit a dicta annotatione, tanquam nitente falſo fundamento, & ſignanter fuit dictum in cauſa Cornen. Iurispatronatus 8. Iunij 1601. cor. bon. mem. Eminent. Card. Seraph. olim noſtri Ordinis inſigni Auditore.

52 Et quod quaſi poſſeſſio præſentandi non tranſeat de defuncto in hæredem dixit ſimiliter Rota in Aſculana Iuriſpatronatus 18. Martij 1616. coram Card Sacrato.

„ Dubitaui, an gratia P. Angeli eſſet iuſtificata, & omiſſis multis, quæ hinc inde dicebantur ſuper pertinentia iuriſpatronatus Domini reſoluerunt non eſſe iuſtificatam narratiuam, quod dictus P. Angelus fuerit præſentatus à medietate patronorum exiſtentium in quaſi poſſeſſione præſentãdi, quæ iuſtificatio eſt neceſſaria in omnibus narratis *Franc. in c. 1. num. 17. de lit. conteſt. in 6. Verall. deciſ. 27. n. 3. p. 1. Egid. dec. 303 Rot. dec. 20. de præb. in nou. & diuerſ. deciſ. 534. in priue. p. 1. Seraph. deciſ. 1400. n. 1.* multo vero magis circa, & quæ concernunt factum proprium *Mohed. dec. 8. de reſcr. Accoramb. deciſ. 17. lib. 1*, Rota in Cęſaraugustana pẽſionis 3. Decembris coram Card. Pamphilio, & factum dicitùr proprium narrantis, & ſi (vt in propoſito) fuit commune cum alijs ad tradita in *Clem. 1. de prob.* & ibi *Imol. nu. 9. verſ. tertio caſu*, & in Elnen. beneficij 27. Februar. 1606. coram Reuerendiſſimo Bononien.; nec releuat quod iſti, qui pręſent auerunt P. Angelum ſint hæredes q. Eliſabet, quæ alias præſentauit, & cuius præſentatio fuit admiſſa, quia non propterea dicuntur ipſi eſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi, cum poſſeſſio defuncti non tranſeat in hæredem ſine noua appræhenſione *l. cum heredes ff. de acq poſſ.* vbi *Alex. n. 1.* & in iſtis terminis *Verall. deciſ. 135.* vbi plures de communi Rota in cauſa Lucana Cappellaniæ 22. Martij 1613. coram Me, & in Vrbinaten. beneficij 28. Ianuarij eodem Anno coram Reu. P. Domino Vbaldo, vbi allegatur alia Deciſio in Cauſa Aretina Cappellaniæ coram Eminentiſſimo Cardin. Lancellotto, &c.

Idem fuit reſolutum in Compoſtellana Parochialis 2. Maij 1625. coram Buratto, & nouiſſime in Florentina Subdiaconatus 27. Ianuarij 1627. coram D. Durano, & denique hæc opinio inualuit in Rota, vt difficillimè contra eam poſſit obtineri, quæ fundatur in ea iuris concluſione, quod etiam in Corporalibus requiratur appræhenſio iuxta textum in *l. cum hæredes, de acqu. poſſ.* vt ad verbum explicat deciſio in Brixien. pẽſionis 23. Maij 1594 coram Cardin. Millino per *deciſ. Aechill. 5. de cauſ. poſſ & propr.*

Verum hęc concluſio videtur multas admittere difficultates, & primo quidem diſtinguendum de poſſeſ-

poſſeſſione corporalium,& incorporalium.nam in
rebus corporalibus facilis videtur apprehenſio,&
nihilominus aliquo caſu hęredi etiam abſque ap-
præhenſione acquiritur, vt eſt caſus in Aſſiſien.te-
nutæ, me ſcribente coram Dom. Pirouano 3. Iulij
53 1628.vbi ex eo, quod teſtator dum viueret com-
miſerat cauſam iactationis,& conſtituerat ſe poſ-
ſeſſorem Rota reſoluit poſſeſſionem tranſiſſe in
hæredem,etiam abſque appræhenſione, ea ratio-
ne, quòd illa inſtantia tranſeat ad hęredes, & ita
regulam *l.hęredes limitat Menoch.de retinen rem.3.
nu. 62.* At hoc ipſum habet difficultatem, nam vt
facile intelligitur, quod inſtantia perpetuatur, ſic
difficillimè capitur, quod ratione iſtius continua-
tionis inſtantiæ fiat poſſeſſor,qui non eſt,ſi de iure
poſſeſſio defuncti in hæredem non tranſit, ſed eſto
admittamus leg. hæredes procedere in rebus cor-
poralibus, in iuribus verò, & incorporalibus non
videtur poſſe practicari, quicquid firmet decíſio
in ſupradicta cauſa Florentina Subdiaconatus,cu-
ius verba ſunt, *Et in vniuerſum,diſpoſitio text.l.cum
hæredes indiſtinctè,& abſolute procedit,non ſolum in
rebus corporalibus,quarum quaſi poſſeſſio acquiri non
poteſt,niſi per actum proprij facti,ſcilicet per vſum,&
exercitium iuris incorporalis l.quoties 20. ff. de ſeru.
l.2.vbi Doct.ff.de ſeru.& aqu.Bart.in l.1.§.huius au-
tem interdicti ff.vti poſſid.Put.deciſ.269.nu.3. igitur
nec rei incorporalis quaſi poſſeſſio in hæredem, aut ſuc-
ceſſorem particularem tranſit ante vſum,& exercitiũ
illius iuris Tiraq.in tract.in Lemoſaſcit in 4. p. decl.7.
& in præfatione d.tract.decl.3 4. & ſeqq. Gabr.conſ.
185.nu.7.lib.2. &c.* nam mortuo teſtatore, hæres
poterit omnium bonorum hęreditariorum poſſeſ-
ſionem capere, iurium autem, quorum executio
non dum venit,non poterit,nam in caſu noſtro nõ
illico ac moritur teſtator eſt locus præſentationi
ad beneficium, ſed neceſſe eſt expectare mortem
inſtituti : vnde hæredi mouebitur quæſtio ſuper
quaſi poſſeſſione, in qua erat teſtator, quam ipſe
de facto acquirere non potuit, quod ſanè duriſſi-
mum eſt cum patronatus,vt infra videbimus tran-
ſeat cum vniuerſitate bonorum,& per conſequens
videatur ſufficere vniuerſalis illa apprehenſio hę-
reditatis, & aditio. Sanè *deciſio 284. p.1. rec.nu.9.*
videtur interpręrari hanc concluſionem,vt proce-
dat quãdo caſus pręſentationis venit,& nihilomi-
nus patroni non pręſentarunt, quia tunc pręſumi-
tur voluntas pręſentandi, & poſſeſſio ſine volun-
tate non acquiritur, quę moderatio mihi val-
dè placet.

Et hęc extra terminos ſtatuti continuãtis poſ-
ſeſſionem defuncti in hæredem, nam ſtante ſtatu-
to animus apprehendendi non requiritur ſed ipſo
facto, hoc eſt miniſterio legis non hominis fit hu-
iuſmodi tranſmiſſio, qua etiam infans conſtitui-
tur poſſeſſor in quo non cadit voluntas poſſidẽdi
*Gomez.in l.45.Taur.n.112. verſ.ſed his non obſtan-
tibus*, quem ſequitur *Molin.de prim. lib.3.c.12. nu.
24.*& de ſtylo,& practica defendit *Tiraq. tract.de
mort ſcript.par.2.declarat.17. num.4.* quos omnes
probat Rota in Segnina bonorum 22.Iunij 1615.
coram Andrea.

Quod autem dicit deciſio Terdonen. ſupradi-
cta coram Coccino,ſtatutum nempe laicorum nõ
poſſe comprehendere iuſpatronatus ſimiliter ha-
bet difficultatem,nam ſi loquamur de iure præſẽ-
54 tandi ſpectante ad patronum,illud eſt quid merè
laicale nihil commune habens cum titulo benefi-
cij,vt infra oſtendemus, vbi de ſubrogatione age-
mus, & non eſt ipſum iuſpatronatus, ſed fructus
illius, qui non poſſet cadere in laicum, ſi quid ſpi-
55 ritualitatis haberet annexum,& propterea Rota
cauſas ſuper iure præſentandi inter patronos lai-
cos recenſet inter prophanas, non autem benefi-
ciales,inter quas recenſeretur cauſa inter præſen-
56 tatos, & ideo exiſtimo ius præſentandi tanquam
quid merè laicale comprehẽdi ſub ſtatuto laicali.

Hinc apparet quomodo intelligenda ſit *deciſio
3.num.1.de iure patronatus in non.* vbi dicitur quaſi
poſſeſſionem præſentãdi ſufficere ad effectum ad-
iudicationis, nempe procedere concurrentibus
reliquis neceſſarijs videlicet, vt cõſtet de vacatio-
ne beneficij, exiſtentia iuſpatronatus, ſui, qui ad
illud fuit præſentatus habilitate, ac de præſenta-
tione à Patronis facta in tempore quatuor men-
57 ſium coram Ordinario *c.decernimus & c.monaſte-
rium, 16.q.7.cum Bertoldus* & ibi *Abb. numer.12.
de re Iudic.cap.dilectus, vbi Gloſſ. in verbo plus iu-
ris, de offic. deleg. Rota deciſ 337.n.1.p.2.rec.*

Similiter liquet quomodo accipienda ſit cõclu-
ſio, quod præſentatio facta ab vno ex compatro-
nis, præſeruet ius præſentandi alio compatrono
58 de qua per *Feder.de Sen.conſ 102. in vlt. dub. Cald.
conſ.15.de iure patr. Put.dec.298.lib.1.* nempe præ-
ſeruare ius inter ipſos patronos non autem ſi pa-
trono,qui non præſentauit, moueretur quæſtio
ſuper patronatu iuxta deciſio. Squillacen. ſupra
adducta.

Demum oritur difficultas, narrauit quis, quod
fuerit præſentatus à maiori parte patronorum,
59 quod proculdubio debet intelligi de patronis exi-
ſtentibus in quaſi poſſeſſione præſentandi *Rot.de-
ciſ.167.nu.7.p.1.diuerſ.* & in Beneuentana iuriſpa-
tronatus 26.Iunij 1626.coram Dunozzetto; ali-
quis ex dictis præſentatoribus in vacatione pro-
xime præterita non præſentauit,ſed per præſenta-
tionem compatronorum fuit præſeruatum ius nõ
præſentantis, dubitatur an narratiua ſit iuſtifica-
ta, & affirmatiuè reſpondendum, quia non con-
trouertitur pertinentia patronatus, & compatro-
ni non præiudicarunt, immo præſeruarunt ius cõ-
patroni, vt in ſupra allegata Alexandrina Deca-
natus coram Orano, & in Alatrina Cappellaniæ
27.Iunij 1586.coram Bubalo.

Ex his ſatis remanet explicata concluſio,quaſi
poſſeſſionem præſentandi ſufficere pro inſtitutio-
ne, nempe intelligendum quando lis eſt inter pa-
tronos, nam contra prouiſum Apoſtolicum vlti-
mus ſtatus non ſufficeret, vt in Burgi Sancti Se-
pulcri beneficij 25. Maij 1626. coram Reueren-
diſſimo D. Merlino.

„ Reſoluto &c. exiſtentia iuriſpatronatus inter
„ partes non controuertitur, & de pertinentia Do-
„ mini cenſuerunt ſatis apparere ex vltimo ſtatu,&
„ quaſi poſſeſſione præſentandi, cum ijdem de Bo-
„ folcis, & Dondolellis, qui de anno 1612. præſen-
„ tauerunt D. Cæſarem vltimum poſſeſſorem præ-
„ ſentauerint quoque Octauium iuncto præcipuè,
quod

„ quod probatur dictos de Beſulcis etiam præſtitiſse conſenſum vti patronos in prouiſione Apoſtolica Ioannis Baptiſtæ de Sabellis anteceſſoris d.Cæſaris ſequutam de anno 1569. ob vacationẽ in Curia, cum narratiua Iurispatronatus, & eiuſdem derogatione pro illa vice, cum tamen vltimus ſtatus ad effectum de quo agitur bene ſufficiat *c.conſultationibus de iurepatronatus Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina num.53. & 90. de cauſ.poſſ. & propriet.Calder.conſ.vlt.de iurepatr Rota deciſ.174. nu.2 & ſeq.p.2.rec.* plenè addit *ad S.M.Greg.XV. deciſ.77.nu.12.* præſertim quia Ordinarius non eſt in cauſa, nec alius prouiſus tãquam de libero, ſed lis eſt inter præſentatos, in quo caſu admittuntur etiam leuiores probationes *Caſſad.dec.1.nu.7.de probat.Rota apud Card.Mant.deciſ.244.num.5. & apud S.M.Greg.XV.deciſ.452.num.3.Gonzal.reg.8. gloſ.18.num.59.*

Dicit deciſio ad effectum de quo agitur hoc eſt inter præſentatos, & præſentantes ad effectum au-
60 tem excludendi prouiſionem Apoſtolicam ex capite reſeruationis ſola quaſi poſſeſſio non ſufficit, ſed nunc requiritur plena, & concludens probatio patronatus Rota in Eſcen. Parochialis 4.Iul.1625. coram Card.Veroſpio, vbi allegatur Anconitana Plebaniæ 27.Maij 1620. coram Dunozetto: vnde concluſio illa, quod ad impediendam executionẽ litterarum ſufficiat docere turbide de iure patronatus quam Rota aſſumpſit in ſæpius allegata Ianuen. non videtur tuta, nam ſi conſtat liquido, &
61 clare de reſeruatione, turbiditas patronatus non debebit impedire illius effectum, ſed neceſſe erit, quod apponatur iuspatronatus clarum, quemadmodum eſt clara reſeruatio.

Quod itaque dicitur de quaſi poſſeſſione præſentandi, & vltimo ſtatu, cum nempe ſufficere ad obtinendum abſque vlla oſtenſione tituli patronatus, intelligi debet inter præſentantes, & præſẽtatos vt in dicta Burgen. Sancti Sepulchri coram
62 Merlino, & de illo beneficio in ſpecie ad quod fuit facta præſentatio, nam ſi quis præſentauit ad vnum beneficium eiuſdem qualitatis nõ inde acquirit patronatum ad reliqua eiuſdem qualitatis, & generis Rota in Calaguritana iuris prouidendi 15.Nouembris 1621. coram Remboldo, nunc reuertamur ad priuilegium intermiſſum.

Nec non iuspatronatus, & præſentandi huiuſmodi laicorum dd. Ambroſio, Cæſari, & Henrico de Arrigonijs non ex priuilegio, ſed ex veris primæua reali, actuali, integra, & omnimoda fundatione perpetua donatione laicali ex bonis merè patrimonialibus, & laicalibus dumtaxat competere, ac vt tale ſub derogatione Iuriſpatronatus ex priuilegio nullatenus compræ-
63 *hendi &c.* Hæc clauſula quantumvis ampliſſimè concepta, niſi reuera adeſſet fundatio ſemper eſſet priuilegium, & comprehenderetur ſub relatiua reuocatoria, vt in ſupra allegata Parmen. coram Dunozzetto, niſi tamen ex vi verborum conſtaret de præciſa mente contraria Papæ *Rota deciſ.137. numer.1. & ſequentibus par.1. & deciſ. 304.par.2. diuerſ.Gonzalez.gloſſ.9 §.267.* quando autem contraria mens ex verbis colligatur dixi ſupra de *confirmatione priuileg. vide Gonzal.gloſ.18. num.93.* Et quid circa diſpoſitionem Concilij *Garzias par.5.cap.9.num.115.* Probatur autem iuſpatronatus ex fundationis Inſtrumento iunctis præſentationibus plene, & concludenter, & eſt probatio omnium concludentiſſima c.conſultationibus de iur. patron. etiam ſi patronus non ſit in quaſi poſſeſſione præſentandi, modo illius auctores aliquando præſentauerint, & præſentationes effectum habuerint Rota in Firmiana Cappellaniæ S. Ioannis Euangeliſtæ 29.Maij 1581.coram Bubalo.

„ Fuit per omnes Dominos reſolutum ſufficienter conſtare de Iurepatronatus in caſu, & ad effectum de quo agitur ex Inſtrumento dotationis ſub datum 1573. & ex præſentationibus iũctis inſtitutionibus, quibus ſatis probatur ius patronatus ex trad.in *c.conſultationibus de iurepatro.2.p.2. lib.q.10.principali art.4.Caſſad.deciſ.2. de probatio.* maximè cum præſentationes, quæ ſortitæ fuerũt effectum tanta temporis antiquitate iuuẽtur; nec obſtat, quod non cõſtet Antonium ingreſſum fuiſſe Monaſterium, quia ſatis eſt, quod conſtet de fundatione, & præſentationibus in eius vim. Nec minus facit contra Concil. Trid. ſed potius fauet pro iſta parte, & non excludat modum probandi ſecundum iuris diſpoſitionem, ſed hoc admittit, ſeſſ.25. cap. 9. & bene conſtat de ſucceſſione iuriſpatronatus Dominorum Canonicorum, Regularium, cum ius monialium penes quas erat fuerit translatum in ipſos, vt ex Bulla Vnionis ſub dat.1461.3. Idus Iulij. & quam plures ipſi præſẽtarunt, & præſentationes habuerunt effectum, & multum Domini deferebant antiquitati Inſtrumentorum, vt ex ipſis videatur ſi quid deeſſet ſatis probatum ex traditis per *Aym.1.p.15.ampliat.* ex quibus abundanter fuit dictum conſtare de iure patronatus.

Neque enim in antiquiſſima familia cadit præſumptio vſurpationis, vt dixit *Rota deciſ.224. p.1. rec.* quæ eſt ſuper eodem beneficio, de quo diſputabatur coram Bubalo, ſumma enim Tribunalia, & præſertim Rota reuerentur antiquitatem, vt ex ſupradictis deciſionibus, & in Aretina Cappellaniæ, Venetis 23.Iunij 1590.coram Comitulo.

„ Concluſum fuit ex deductis pro parte præſẽtati conſtare Cappellaniam de qua agitur eſſe de iurepatronatus familiæ de Aſcarellis, cum enim agatur de iurepatronatus antiquiſſimæ familiæ, in qua nõ præſumitur ius quæſitum ex vſurpatione, ſufficienter probatur titulus fundationis, vel dotationis iuxtà præſcriptum Conc. Trid. ſeſſ.25. nu.9.in princ. ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominũ memoriam excedat, aut alias ſecundum iuris diſpoſitionem. Hic autem habemus quatuor continuas præſentationes ad iſtam Cappellaniam factas per deſcendentes ex familia de Aſcarellis, tã quam Patronos ab anno 1418. 1444. 1449. & 1463. quæ probantur effectum ſortitæ iuxta *conſil. Oldrad. 229.* adſunt quoque recentiores præſentationes anni 1527. & 1538. qua licet vigore Breuium Apoſtolicorum impeditæ confirmant tamen ſtatum præſentem, quẽ Papæ Prædeceſſores non immutarunt *Dec.conſ.126.nu.4.* Idque eo magis, quod verus poſſeſſor prouiſus fuit à Papa cum derogatione iuriſpatronatus, ſed ex alia ex

præ-

prædictis inſtrumentis præſentationũ, in quibus enunciatur hæc Cappella dotata per Franciſcum de Aſcarellis reſultar probatio tituli Iurispatronatus iuxtà *decis. Aecbill. 7. de Iure patronatus, & Put. decis. 172. & 131. lib. 1.* Si quidem tales enunciatiuæ in antiquis plurium Inſtrumentorum probant famam publicam, *Bald. Caſtr.* & alij in *l. cum aliquis, C. de iur. deliber. Aym. conſ. 522. nu. 2. Verall. decis. 344. p. 3* & Domini tenuerunt coram Me 21 Aprilis anni præteriti in cauſa Mediolanen. Iurispatronatus de Buradia, de qua ſama explicitè deponunt in caſu propoſito etiam 4. teſtes tametſi per ſe, eo quod non ſint ſenes, non ſatisſecerint, ſecundum *Put. decis. 363. lib. 2.* Ex ſama autem, cui conuenit longiſſima quaſi poſſeſſio præſentandi ius patronatus antiquiſſimum probari Doctores cenſuerunt *Bald. in l. cum ſuper eod de emp. & vend. Dec. conſ. 117. in fi. & 826. nu. 3. Soccin. iun. conſ. 105. nu. 16.* & Rota paſſim admittit *Caſſad. decis. 7. nu. 4. de iurepatr. Aecbill. decis. 352. Put. decis. 60. in fin. & 140. lib. 1.* & per Sacroſ. Conc. Trid. in illa Mediolanen. de Baradia, & alias ſæpè. His accedunt ad remonendum omnem ſcrupulum iuxta *decis. Aecbill. 8. de iurepatr.* alia indicia, & coniecturæ nempe inſignia, & ſepulturæ familiæ de Aſcarellis in hac Cappella, quæ repentur eidem deſcripta in antiqua tabella ſacriſtiæ ſub denunciatione S. Angeli de Aſcarellis, ex quibus ſignificatur, iuspatrotus *Rip. in c. cum Eeclesia Sutrina extr. de cauſ. poſſ. & propr. nu. 97.* & fuit conſideratum hoc anno in cauſa Hiſpalen. Iurispatronatus 26. Martij coram R.P.D. Pamphilio, & rurſus 7. Maij coram Me in vna Aquilana Cappellaniæ; demum ad docen. excedenter de titulo donationis ex origine illius ſamæ fuit productum antiquum inſtrumentum teſtamenti conditi anni 1340. Petri Franc. de Aſcarellis, in qua certa dos conſtituitur Cappellaniæ ad Altare S. Michaelis Archangeli, quod tamẽ apparet eſſe exemplum, & fortaſſis minus authenticum, cum ſecundum opinionem de qua *Put. decis. 159. nu. 3. lib. 1.* & in caſu propoſito ea adminiculis, & obſeruantia ſubſequuta ſibi fidem acquirat ad *Bald. conſ. 400. lib. 1. Aym. de antiq. temp. §. 4. nu. 16. cum ſeq. Put. decis. 355. lib. 1.* Non obſtar, quod teſtator ordinauit eligi duos Cappellanos per ſuos deſcendentes, qui aliud beneficium non obtineãt & ex pręſentationibus exhibitis appareat ad Cappellaniam de qua agitur vnum Cappellanum obtinentẽ aliud beneficium præſentatum, & Inſtitutũ fuiſſe, nam præter quamquod non eſt abſonum præſumere Ordinarios de conſenſu patronorum ab ea ordinatione receſſiſſe ex trad. per *Abb. in c. cum accessiſſent nu. 5. vbi Felin. nu. 17. poſt Calder. & Butr. de conſt.* non propterea concluditur Cappellam eſſe diuerſam de qua agitur ab ea, quæ dotata fuit à Franciſco teſtatore, cum de identitate conſtet, non ſolum ex prætio, ſed etiã, quod hæc Cappella, & Anteceſſores Cappellani poſſiderunt, & poſſident à 60 annis & cirra illa ipſa bona deſcripta in teſtamenro, & pro dote aſſignata provt explicite deponunr primus teſtis ſuper ſecundo, quã probationem non eneruar hæc diſcrepãtia, in obſeruatione ordinationis prędictæ animaduerſa ad not. per *Bart. in l. demonſtratio falſa C. de cond. & demonſtr. Afflict decis. 73. nu. 2.* Nec mouit Dominos quod in mouſtrata tabellę ſacriſtiæ duobus locis ſub aliquali verborum varietate deſcripta reperiatur Cappella Sancti Auguſtini, quia teſtes declarant id factum, quod vnus idemque Cappellanus duplicata ſeruitia in diuerſis Hebdomadis ſuppleat vices duorum; diuerſitatem porrò circa ſitum Cappellæ ex dictis teſtium occupatum bene ſubſtulerunt informantes in facto reſtes inuicem conciliando, &c.

Idem dixit Rota in Monopolitana parochialis 13. Ianuarij 1586. coram Bubalo, & in Lucana Iurispatronatus 14. Februarij 1605. coram Reuerendiſs. Coccino Decano, quæ eſt inter eius impr. & demum in Mediolauen. iurispatronatus 9. Apr. 1613. coram Pirouano.

Cum patronatus de quo agitur ab vna parte prætenderetur gentilitius, ab altera vero hæreditarius Domini diſtinguendo tempora cenſuerunt fuiſſe gentilitium vſque ad annum 1520. reſeruãdo videre ab inde citra, cuius naturæ eſſet: Cõſtat enim de initio fundationis huius patronatus ex Codicillis Benedicti d. Rozzij vſque de anno 1024 Regnante Cortado Imperatore, & eius Imperij anno 9. in quibus enunciatur tenor fundationis huius patronatus ab eodem Codicillante conſtituti ſauore ſuorum parentum proximiorum, quibus poſt obitum ſuum reliquit ius eligendi ſucceſſorem, vtiliorem perpetuis temporibus de eorum parentibus proximioribus de paterna parte ad hoc miniſterium, & quotieſcumque ius patronatus parentibus reliquerit, certum eſt id deberi à primo relinquente omnibus de parentela, & familia vocatorum, quia appellatione parentum propter ſubiectam materiam, & communem vſum loquendi non eſt intelligendum de Patre, & Matre Codicillantis, ſed de agnatione, & familia ipſius *Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gloſſ. 8. num. 1. Menoch. præſumpt. 88. num. 18. Peregr. de fideicomm. art. 22. num. 31. Rimin. iun.* loquens de patronatu in *conſil. 308. nu. 2. vol. 3.* nec ſatisſactum videtur menti codicillantis vt parentes ab eo nominati poſt eius obitum habeant ius patronatus, niſi etiam ad omnes ſucceſſiue de agnatione, & ſamilia perueniat, cum verba perpetuis temporibus ſint apta comprehendere deſcendentes de gradu in gradũ propter implicitum ſtatum futuri temporis ſecundũ opinionem *Cuman. in l. cum ita §. de fideicomm. nu. 4. ff. de leg. 2. & in l. gallus §. quidam recte n. 7. verſ. vbi autem inſtituuntur ff. de liber. & poſthum.* quam ſequuta eſt Rota in pluribus cauſis, vt in Florentina fideicomm. de Dotis 3. Decembris 1607. cora R. P.D. Manzauedo in Bononien. fideicom. de Bannolinis 10. Decembris 1610. coram Reuerendiſſimo Archiepyſcopo Lugdunen. & coram Me in Romana fideicommiſſi de Vrſinis 9. Maij 1611. Nec viſum eſt poſſe dubitari de ſorma probanti Codicillorum, neque de fundatione enunciata in eis cum prædicta enuncientur in ſentẽtia Archiepiſcopi Milonis de anno 1188. in qua Codicilli regiſtrati leguntur, quę cum ſit antiquiſſima plene probat in ea contenta etiam ſi enunciatiue loqueretur quia probat communem opinionem hominum quę pręſumitur vera vt dicit *Bald. in l. cum ali-*

quis C.de iur.deliber.num.4.verſ.item quod dicit gloſ. Dec.conſ.42.nu.9.& 11.Pereg.conſ.33.nu.20.lib.1. maximè concurrente obſeruantia de qua dicetur infra, quę dat fidem ſcripturis nō authenticis, *Cyn.* inter *conſ.Bald.conſ.*400.*nu.*5. *lib* 4. & idem *Baldus conſ.*401.*eodem lib.Becc.conſ.*103.*n.*26. *Ioſeph.Ludou.concluſ.*38.*verſ.infertur quarto*, fuit dictum in Aretina Cappellaniæ 14. Iunij 1594. coram Eminentiſſimo Card. Millino. Secundo probatur hæc qualitas gentilitia, ex inſcriptione antiquiſſima poſita in Eccleſia de qua agitur, & extracta ſupra centum annos inſtante Berardino de Sellanoua pro defenſione iuris patronatus in qua illi de Corteſella enunciantur agnati Benedicti d. Rozzij, & deſcendentes, & Patroni aduocati eiuſdem Eccleſiæ, cui inſcriptioni multum eſſe deferendum voluerunt *gloſſ.in c.cum cauſam de prob.c.ad audientiam il 2.de præſcr.c.cum olim de cenſibus, c.ſanè 24. q.2. Bald.conſ.*310. an Patronatus *lib.* 5. & ſępius fuit firmatum in Rota, vt in Hiſpalen. Iurispatronatus de Las Cueuas 26.Martij 1590. coram bo: me: Cardinali Pamphilio, & coram Me in Comen Habitus 9. Iun. 1610. & eo magis augebatur probatio ex inſcriptione quanto maiori longinquitate temporis fulcita apparebat ex illius verbis, ibi *alter vero Benedictus dict. Rozzius, ex progenia DD. de Coteſella natus hunc titulum depingi fecit*, qui Benedictus cum eſſet in Codicillis nominatus vti teſtatoris nepos, ſequitur dicendum iam ſupra quingentos annos inſcriptionem fuiſſe depictam, vel ſaltem ſupra trecentos ſi attendatur tempus ſecundi Benedicti, qui in præſentatione anni 1593. interuenit. Tertiò prædictis accedebat ſententia Milonis Archiepiſcopi Mediolanenſis de Anno 1388. in qua actores tunc temporis enunciantur legitime deſcendiſſe de Nepotibus ipſius Rozzonis ex Paterna linea, & inſuper declarantur patroni fundatores, & dotatores, & viſis per Archiepiſcopum inſtrumētis, priuilegijs, & teſtibus confirmantur Patroni iſtius Eccleſiæ cū facultate in perpetuum eligendi, & præſentandi, quæ ſententia cum ſit fundata in probatione deſcendentiæ à Nepotibus Rozzonis fundatoris, qui parentes vocauit, nulli dubium, quin vti antiquiſſima probet exiſtentiam iurispatronatus, & eius naturam eſſe gentilitiam, nedum in præiudicium Ordinarij *Rot.deciſ.*11.*de iurepat.in nou.Gab. conſ.*192.*nu.*7.*& conſ.*198.*n.*4.*lib.*2. ſed & in præiudicium ſucceſſorum, quod minus eſt cū habeat vim tituli contractus, & inſtrumēti, & per eam ius patronatus oriatur, & perimatur vt dicit *Abb. in c.quanto de iud.Paul.de Cittadin.de iure patron.9.p. q.14.n.24. Ferrett.conſ.*135.*nu.*1.*vol.*1.*Pereg.conſ.*33.*nu* 18. Demum concurrit obſeruantia ex multiplicatis præſentationibus deſumpta nempe ab anno 1285. vſq; ad annum 1490. ex quibus apparet quod ſemper agnati de Corteſellis præſentarunt, & præſentationes effectum ſortitæ ſunt, quæ obſeruantia ſufficeret etiam vbi alia non concurrerent pro concludenti probatione qualitatis patronatus *Franc.in c.*1.*nu* 5. *de iurepat.in* 6. *Abb. in c.quarelam nu.*9.*in fin.de elect.& conſ.*76. *in* 1. *dub. par.*2.*Feder.de ſen conſ.*234.*nu.* 3.*Ferrett.conſ.*293. *nu.*4. *lib.*2. quod etiam fuit firmatum in Florentina de Ricaſolis 10.Martij 1603. coram Eminentiſſimo Card. Lancellotto, & in Ianuen. iurispatr. 20. Decembris 1604. coram bo.mem. Litta: Nec prædictis obſtare videtur, quod iuris præſumptione ius patronatus magis hæreditarium, quam familiare, & gentilitium ſit adiudicandum *Clem. plures* vbi *Cardin.in* 6.*de iurepatr. Lamb.de iurep.*2.*p.*1.*lib.q.*11.*n.*15.*Couarr.var.reſol.lib.*11.*c.*18.*n.*6. quia concluſio vera eſt vbi concurrit dubia probatio, ſecus vero, vt in præſenti, vbi apparet de fūdatione fauore parentum proximiorum, qui exinde præſentarunt tanquam agnati, & deſcendentes fundatoris, & per ſententiam declarati fuerūt ſucceſſores, & deſcendentes legitimi, & ad eos ius eligendi, & præſentandi ſpectare. Non obſtat, quod neque in fundatione, neque in Codicillis vllū verbū de patronatu gētilitio fiat, ſed de electione Abbatis, quæ recipi deberet in Eccleſia, in præſentia Archiepiſcopi, & trium ſuorum parentum proximiorum, quæ valde diuerſa eſt a patronatu Canonicatuum, quia fuit reſpōſum præſentiam parentū fuiſſe declaratam teſtatore viuente, ſed poſt eius obitum eiſdem parentibus reliquiſſe electionem, quæ hodie contenditur ad parentes vti agnatos, non autem vti hæredes tranſire debere, quicquid ſit de exiſtentia magis quo ad electionem Abbatis, quam Canonicorum de qua nunc non eſt quæſtio. Non obſtat, quod in ſententia nullum poſſit conſtitui fundamentum, cum non declaretur iuspatronatus ratione familiæ ad eos de Corteſella ſpectare, & potuerit illis competere iure hereditario, quia ceſſat obiectum ex narratiua eiuſdem ſententiæ, dum enunciantur deſcendētes à Nepotibus Rozzonis ex paterna linea, à quibus non vti hęredibus, ſed vti agnatis iuspatronatus deducūt, vt ſupra dictum fuit. Poſtremo non obſtat, quod obſeruantia ſuffragari non poſſit vti nimis remota, nempe ex præſentationibus poſt centum annos effectuatis *Socc.ſen.conſ.*6.*n.*21.*vol.*1. *Rot.dec.*39.*n.*12.*p.*11.*diu.* quia & ſi interuallum d. temporis ſit conſiderabile, iuuatur tamen ex ſententia prędicta, in qua enunciantur per retroacta tēpora patroni, & aduocati illius Eccleſiæ, & in electionibus interfuiſſe, & vti patronis alimenta præſtita fuiſſe, quæ cum ſit antiquiſſima habet vim famæ, *Acch.dec.*7.*n.*1.*de iurepat.Put.dec.*209.*n.*1.*lib.*11. Rota in Tuden. Parochialis 7. Nouembris 1611. coram R.P.D. Vbaldo, & adminiculata ex pacifico ſtatu ante ſententiam ſatis iuſtificat continuationem ſtatus qualificati patronorum, & ad ea, quę dicebantur aduerſus inſtrumenta præſentationū, quod ex eis conſtat præſentationes fuiſſe factas per capita provt requiritur in patronatu familiari vt per *Alex.de Neuo conſ.*63. *nu.*3. cum alijs alleg. fuit reſponſum, quod cum vocati fuerint parentes proximiores ſtant ſimul, quod ius patronatus ſit gentilitium, & quod præſentatio fiat in ſtirpes, quia omnes in proximiori gradu, ad ſimul præſentandum ſunt admittendi, *Gabriel. conſil.* 196. *num.*4. *volum.*2.

Hæc deciſio fuit confirmata, & eſt *dec.*674.*p.*2. *rec.* & ex dictis deciſionibus habemus non ſolum quomodo iuspatronatus probetur in genere, ſed etiam quomodo diſtinguatur, & dignoſcatur ius patro-

patronatus gentilitium à patronatu hæreditario, 66 de quo ſunt deciſiones Florentiua iurispatronatus de Ricaſolis 11. Februarij 1604. coram Lancellotto, & Florentina Canonicatus 25. Maij 1616 coram Buratto, & 14. Maij 1629. coram D. Veroſpio, quam vti poſteriorem, & contineutem totam hanc materiam hie dandam duxi.

„ In diſputatione alias coram bon. mem. Burat-
„ to ſuper hoc Iurepatronatu inter præſeutatos in-
„ ſtituta cum Dominis, tunc viſum fuerit illud pro-
„ bari ſiue mixtum, ſiue gẽtilitium, domus, & agna-
„ tionis de Puccis, dixerunt nullam eſſe pręſentatio-
„ uem ſactam à D. Octauia Cappona, quæ licet le-
„ gataria Rubetti de Puccis, non tamen habebat
„ aliam qualitatem agnationis, & ſauguinis. Verum
„ cum jdem dubium ſuper qualitate huius patro-
„ natus, hodie ad inſtantiam eiuſdem D. Octauiæ
„ propoſuerim, quæ noua commiſſione ad cauſam
„ obtinuit admitti, placuit dominis ex nouis proba-
„ tionibus recedere à deciſis, cum, & verè illum cõ-
„ cluderent hæreditarium, & pleniſſimè ſatisfacerẽt
„ obiectis, & fundamentis deciſionis, & quidem cũ
„ primus huius patronatus auctor probaretur Lau-
„ reutius Card. de Puccis, & qui in eo ſucceſſerunt
„ fuerint ſiue ipſius Card. Laurentij, ſiue hæredum,
„ hæredes, nedum inde ſequebatur probatio, quam
„ pro ſtatu hæreditario, & obſeruantia deducebant
„ informantes, ſed & licebat deciſioni reſpondere,
„ cuius præcipuum fundamentum, immò à quo pẽ-
„ debant omnia, illud erat, quod huius patronatus
„ initium ante Cardinalem Laurentium tribueret
„ Antonio eius Patri, quæ ſatis profectò videri po-
„ terant, cum eam iuris præſumptionem, quæ eſt
„ pro ſtatu hæreditario *Clem. plures de iurepatr. Cal-*
„ *der. conſ 4 eod. tit. Couarr. var. reſol. lib. 2. c. 18. nu. 6.*
„ *Card. Seraph. dec. 456. n. 1. Rota in rec. dec. 707. n. 8.*
„ *p. 1.* nou niſi contrarijs probationibus liceret tol-
„ lere, quæ pleniſſime concluderent *Rota dec. 482. n.*
„ *7. p. 1. rec.* & in Piſtorien. beneficij 9. Februar. 1624
„ coram D. meo Merlino; obſeruantia non vnò tan-
„ tum modo, aut ratione deducebatur cum enim
„ Card. Laurentius diſtributa in tres partes hęredi-
„ tate ſibi hæredes ex vna inſtituerit Antonium, &
„ Raphaelem ex Alexandro fratre, nepotes, & Io:
„ Paulum ex Franciſco eiuſdem Alexandri filio pro
„ nepotem, ex altera parte Robertum fratrem, ac
„ Innoctum, & Pandulphum eiuſdem Roberti filios
„ ex tertia Puccium, & Laurentium, ex Petro altero
„ Fratre Nepotes, videre erat non ſolum eoſdem
„ hæredes, ſiue mediatos Cardinalis ſemper præſẽ-
„ taſſe, ſed etiam ex declaratione quam poſtea ijdẽ,
„ quos nominaui fecerunt in præſentationibus id
„ ipſum licebat colligere eum expreſſe, dum colla-
„ tionibus, & prouiſionibus factis de hoc patrona-
„ tu conſenſerunt profeſſi fuerint ſe hoc facere, vel
„ pro ſuo Iure, & intereſſe; vel pro portione, & rata,
„ quæ ad quemq; ipſorum ſpectaret atque ita ex ti-
„ tulo præambulo hæreditatis *l. 2. vbi ſcribentes, C. de*
„ *acqu. poſſ. Aym conſ. 106. n. 10. Surd. conſ. 527. n. 12.*
„ *Oſaſch. deciſ. 58. nu. 18.* & ex portione, ex qua hære-
„ des erant *l. ſi pro rata 27. ff. de relig. & ſump. fun. l. 4.*
„ *ff. ſi pars hæred. pet. l. Plautius 43. ff. de coud. & dem.*
„ *Clem. 1. vbi gloſ. in verbo hæredes Card. n. 6. in 6 q. de*
„ *iurepatr.* Cum in iure patronatus Gentilitio, quod
„ in capita ſucceſſionẽ defert non liceat conſtitue-
„ re, ſiue diuidere portiones, & ratas *Rot. deciſ. 251.*
„ *nu. 2. p. 2. rec.* & in d. Piſtorien. parochialis 9. Febr.
„ 1624. coram D. meo Merlino, ſed neque ab obſer-
„ uantia diſſidebat, quæ prima probabatur huius
„ patronatus inſtitutio, cum enim in Bulla Leonis
„ X. (ex qua primum apparebat hunc patronatum
„ fuiſſe in familia de Puccis) ſine ratione aliqua de-
„ ſcendentium, aut familiæ legeretur eundem fuiſſe
„ Card. Laurentij, & fratruum, nihil erat quod illum
„ tanquam omnino liberum prohiberet, quominus
„ propria natura ad quoſcumque hæredes, etiam
„ extraneos tranſire poſſet *c. t. de iurepat. Rolan. cõſ.*
„ *47. n. 6. & 35 lib. 1. Couar var. reſol. lib. 2. c. 18. nu. 6.*
„ *Caſſad. dec. 1. de Iurepat. Card. Seraph. dec 364. nu. 3.*
„ *& dec. 378. nu. 1.* & fuit deciſum in ſimili cauſa ad
„ fauorem eiuſdem D. Octauiæ in Florentina Sub-
„ diaconatus 10. Ianuarij, & 22. Maij præteriti corã
„ R. P. D. meo Durano. Et ex his facile licebat om-
„ nibus reſpondere, quæ ad probationem qualitatis
„ Gentilitij expendit deciſio; neque enim, quod hũc
„ patronatum in conceſſionibus de eo factis anno
„ 1536. & 1537. Summus Pontifex aſſeruerit eſſe
„ deſcendentium Antonij, & familiæ de Puccis, vel
„ probaretur nunquam egreſſum eſſe eandem fami-
„ liam, licebat arguere, quod extra illam tranſilire
„ non poſſet, quia dum qui præſentarunt ex familia
„ de Puccis, ijdem ſemper fuerunt hæredes, eſſet
„ pręterea probandum ad fuiſſe extraneos, vel fęmi-
„ nas, & non fuiſſe admiſſas *Calder. conſ. 12. & 15. in*
„ *fine de iurepatr. Ferrett. conſ. 132. nu. 3. lib. 1. Rota co-*
„ *ram Ludou. 453. n. 12.* & in Monopolitaua hebdo-
„ madæ 12. Decembris 1615. coram Emineutiſſimo
„ D. meo Cardinali Veroſpio, & enunciatiuæ præ-
„ terquam pręiudicare nõ poſſunt, cum non ſint an-
„ tiquæ, nec motu proprio emanauerint *Mohed. dec.*
„ *7. in fi. de prob. Rot. dec. 154. n. 5. p. 1. rec.* non debent
„ etiã intelligi reſtrictiuè, & taxatiuè; ſed quaſi de-
„ monſtrarent eos, qui ex eadem familia poſſidebãt
„ & de deſcendentibus ipſius Antonij vt hæredibus,
„ *Card. Seraph. dec. 364. nu. 3. & 4. Rot. dec. 662. nu. 3.*
„ *p 1. diuerſ. & deciſ. 114. n. 5. p. 1. rec.* & in dicta Flo-
„ rentina Subdiaconatus 20. Decembris 1628. corã
„ R. P. D. meo Durano, niſi contrarium quoque pro-
„ baretur, cum vt dicebam non ſit ante Cardinalem
„ Laurentium dare alium huius patrouatus aucto-
„ rem. Quod vero in hoc patronatu præſentauerint
„ Pater, & filius patruus, & nepos, nõ inde ſequeba-
„ tur, vt in capita præſentauerint, cum immo in iure
„ patronatu gẽtilitio, cuius exercitium habet dum-
„ taxat proximior teſtatori, nullo modo ſimul in
„ præſeutando conuenire potuiſſent *l. cum ita §. in*
„ *fideiuſſ. de leg. 2. Bald. conſ. 1. n. 8. lib. 3. Calder. conſ. 19.*
„ *de iurepatron. Gabr. conſ. 196. nu. 3. & 4. lib. 1. Couar.*
„ *pract. q. c. 38. in fin. Franc. Marc. dec. 1235. nu. 4. p. 1.*
„ Rota in Pientina Iuris patronatus 10. Iun. 1602.
„ coram Litta, & ideo in collatione facta de Anno
„ 1537. cum Ruberto, Pandulphus eius filius, & cũ
„ Ioanne Paulo, in præſentatione facta de Anno
„ 1548. Raphael patruus concurſerunt, quod ex ea-
„ dem portione, & voce, Inſtituti Hæredes ſimul
„ quoque vocati cenſentur in teſtamento, in quo
„ ſolus ordo dilectionis, & charitatis, nõ autem ne-
„ ceſſitatis conſiderari poterat Doctores commu-

nitec

niter in *l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & poſth. Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 80. Card. Mant. de conject. vlt. voluat. lib. 4. tit. 7. Card. Seraph. deciſ. 934. num. 2.* Neque etiam in capita poterat dici eſſe factam pręſentationem de anno 1510. ad fauorē Alexandri de Puccis, quem Vicarius inſtituit vti pręſentatum à Ruberto, & Aſcanio fratribus, & filijs Pandulphi tanquam duobus ex patronis. Quia pręter quam ex ea aſſertione Vicarij immutari non potuit ſtatus patronatus, quem, & iura pręſumebant, & pręſentationes atq; obſeruantia probant hęreditarium, *c. cum de beneficio, de præb. in 6. Felin. in c. in noſtra num. 41. de reſcript. Calder. conſ. 12. de iurepat. Rot. deciſ. 374. nu. 8. & dec. 580. num. 7. par. 2. recent.* cum haberet pręterea Aſcanius integram partem tertiæ vocis, quam ſibi Laurentius Puccio fratri ſuperſtes ex teſtamento trāſmiſerat, rectè apparet dinnmeratio facta à Vicario, cum in Ruberto Ioannis Pauli, quem dixit pręſentaſſe vti vnum ex patronus, deuenerit integra tertia pars vocis, ex qua Ioannes Paulus pater, & Antonius, & Raphael patrui magni fuerunt inſtituti, & Robertus, & Aſcanius filius Pandulphi, quos duos ex Patronis appellauit, reliquas duas voces poſſiderent Aſcanius vti hęres, vt dixi, Laurentij Robertus ex perſona Pandulphi patris, qui in eadem, & tertia parte Iannotto fratri, & Roberto patruo ſucceſſerat. Quod vero idem Robertus Pandulphi filius in legato facto Octauię ſe dixerit vnicum Patronum, neque ex hoc eliciebatur confeſſio Roberti, quę tanquam auctoris ipſi Octauię obeſſe poſſet, quaſi ideò ſe dixerit vnicū patronum; quod in iurepatronatus gentilitio Lucretia, & Sibilla hęredes vnius vocis ex perſona alterius Roberti filij Io: Pauli tāquam fœminę excluderentur, quia cum pręter ſuam Robertus auctor Octauiæ, & filius Pandulphi etiam alteram vocem numeraret, tanquam hęres Aſcanij fratris, qui vt dictum eſt ſucceſſerat Laurentio, & Puccio integrè in tertia parte vnius vocis, ideò ſe vnicum patronum vocare potuit, vel quia in quacumque pręſentatione vti poſſeſſor duarum vocum excluderet nominatos à Lucretia, & Sibilla, *c. 3.* & ibi *gloſ. in verbo qui maioribus, de iurepat. Lombert. eod. tract. lib. 2. par. 3. quæſt. 4. art. 7. Caſſad. deciſ. 2 eod. tit. Rot. deciſ. 146. num. 4. & deciſ. 443. num. 5. par. 2. recent.* Vel quia eaſdem, & negaret hęredes patris, & crederet huic iuri renunciaſſe in trāſactione, quam ſuper eadem hęreditate Roberti patris fecerant de anno 1601. & tanquam confeſſio ſuper ijs, quę iuris ſunt, verè abeſſe non potuit, *l. ornamentorum, ff. de aur. & arg. leg. Roman conſ. 119. Aym. conſ. 29. num. 2. & conſ. 157. nu. 6. Surd. conſ. 403. nu. 77. Seraph. de priuil. iuram. cap. 93. num. 9.* cum pręſertim non ſimul congruerent vt patronatum Robertus confeſſus fuerit gentilitiū, eundemq; legauerit Octauię extraneę, quo caſu magis factum, quam verba attendi debent, *l. 1. C. plus valere quod agitur, l. Paulus, ff. rem rat. haber. Surd. conſ. 371. n. 63.* minus nocere poteſt, quod Carduccius à D. Octauia pręſentatus, hunc patronatū dixerit nōnullorum ex familia de Puccis, licet enim propria confeſſio ſibi pręiudicare potuerit, vt voluit deciſio, nō tamen obeſſe debet, aut Roberto, qui ipſum Carduccium pręſentauit, aut D. Octauiæ, quę habet à Roberto cauſam, & de cuius iure hodie quæritur, *l. ſi vnus, ff. de pact. l. Seia, ff. ad Velleian. Surd. deciſ. 218. Rot. deciſ. 277 n. 7. & dec. 349. n. 6. par. 2. recen.* & poſſunt huic aſſertioni etiā conuenire, quæ de enunciationibus Summi Pontificis dicta ſunt ex Florentina Subdecanatus 20. Decēbris 1628. coram R. P. D. meo Durano, quæ ſimilē Ordinarij aſſertionem in alio iurepatronatus eorundem de Puccis negauit in materia ſui natura tranſitoria ad extraneos intelligi poſſe taxatiuè ad excluſionem heredum, ex quibus cum probationes deciſionis pro qualitate gentilitia viſæ fuerint Dominis, vel ſublatæ, vel certè in dubium reuocari poſſe, ſatis eadem habuerunt, vt hoc iuſpatronat. dici deberet potius hęreditariū. Et ita &c.

Ex pręditis deciſionibus facile eſt colligere probationes, quibus iuſpatronatus aſſeritur, quarum aliq; validiores ſunt, aliç minus conuincentes validiſſima, vt dixi omnium probatio eſt quæ de-
67 ſumitur ex inſtrumento dotationis, ſeu fundationis cum effectu ſubſecuto, & vbi cōcurrit hęc probatio, Datari a no i admittit impetr ntem de liberò, ſi vero probationes diſputationem admittunt, tunc vtiq; Dataria admittit impetrationem, quia non poteſt dici calumnioſa, attento quod coram executore eſt iuſtificanda, in claris autem iniquum eſſet calumnioſa impetratione aliquem moleſtare.

Illud notandum, quod deciſiones in Firmana Altaris coram Bubalo, & Aretina coram Comitulo relatæ ſupra n. 64. dicunt Concilium Trident.
68 ſeſſ. 25. cap. 9. non tollere probationes iuriſpatronatus, quæ ſunt de iure, quia hoc indiget interpretatione, nam ſi intelligatur, quod Conc. Tridentinum in omni caſu admittat ad probandum iuſpatronatus probationes, quæ de iure cōmuni ſufficerent & concluſio non eſt vera, ſi verò intelligatur, quod vltra probationes de iure requiſitas, requirat etiam alias, & concluſio eſt vera, non tamen infringit modum probandi, nempe, ſi immemorabilis probatur modo de iure debito Conciliū hunc modum probandi non infringit, *Gabr. conſil. 192. n. 10. lib. 2.* vbi quod pręſentationes requiſitæ à Concilio per 50. annos continuatæ, tam ſuffragantur in caſu reſignationis, quam in caſu obitus; Verum hoc videtur eſſe infringere probationes antiquas, cū illæ non ſufficiant in patronatu eorū, in quibus cadit pręſumptio vſurpationis, vt in patronatis habentium iuriſdictionem, & Communitatū; de iure enim immemorabilis, præſcriptio eſt melior titulus de mundo, illo autem in communitatibus, & habentibus iuriſdictionem Conciliū non contentatur, ſed requirit vlterius etiam præſentationes per ſpatium 150. annorum effectū ſortitas, quæ authenticis documentis aſſerantur, &
69 quidem pro forma, vnde *Garz. par. 5. c. 9. n. 104.* & *Gonzal. gl. 16. n. 84.* firmant probationem hanc faciendam per documenta authentica non poſſe per æquiualentes ſuppleri. idem cenſuit Rota in Pampilonen. Iuriſpat. 31. Ian. 1605. coram Lancellotto in Oſcen. Parochialis 4. Iulij 1621. coram Veroſpio, & ſemper quandocumq; incidit huiuſmodi inſpectio, quod magnam videtur admittere diſ-

ficultatem. Nam primo quidem diſpoſitio Concilij exorbitãs eſt, vtpote, quod Communitatibus, & habentibus iuriſdictionem duplex infert præiudicium; primum aſtringẽdo eos ad nouum probationis genus, ad quod de iure non tenentur, alterum infligendo eis notam vſurpationis abſque vlla probatione præcedenti, cum in dubio quilibet præſumatur bonus, & propterea in hac parte Concilium quoad hoc caput minus apud quoſdã receptum eſt, nam durum videtur quod immemorabilis ſola non ſufficiat in caſu, quo Inſtrumenta perire potuerunt, vt in Belgio V.G. & alijs partibus, in quibus bella omnes ſcripturas igni abſumpſerunt, & non videtur æquum, immò valde iniquum afflictionem addere afflicto, & quibus lares conflagarunt, ſentiant etiam damnum in iuribus ex amiſſione ſcripturarum. Rurſus Ciuitas aliqua ab hæreticis occupatur, per plures annos, & in cõſequentiam omnia beneficia ibidem ſita: occupatio iſta habet tractum ſucceſſiuum per plures annos, adeò vt præſentationibus locus eſſe non poſſit, deinde annuente bono numine Ciuitas à Catholicis recuperatur; patronus hoc caſu amittet Iuſpatronatus, etiam ſi Ciuitatem recuperauerit, licet non potuerit præſentare, quia præſentatio eſt per Concilium inducta pro forma.

Rurſus quærebatur, an effectuatio præſentationis iſta ſaltem poſſit probari per admiſſionem Ordinarij, & litteras patentes ſuper inſtitutione expeditas, qui caſus contigit in Rota in Terracinen. Iuriſpatronatus 10. Aprilis 1628. coram D. Merlino, & dicebam eſſe litteris inſtitutionis per neceſſe probari præſentationem præcedentem, nihilominus Rota cenſuit litteras huiuſmodi non ſufficere, placet Deciſionem exhibere.

Quia ſumus in caſu, in quo intrát præſumptio vſurpationis iuriſpatronatus, ex quo D. Camillus de Maximis præſentans habet iuriſdictionem, & dominium ſuper Caſtro Rocchæ Siccæ, vbi adeſt Canonicatus de quo eſt controuerſia, ex traditis. per *Put. deciſ. 3. & 8. de iurepatr.* & apud S.M *Greg. XV. deciſ. 222. num. 1.* & ibi adden. *num. 10.*, ideo ſeruanda eſt forma probationis iuriſpatronatus plenior, & exactior, qualis præſcribitur in his terminis à Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. nempe, vt ille, qui prætendit iuſpatronatus, vel debeat oſtẽdere verum titulum fundationis, & dotationis, vel debeat docere de immemorabili cum continuatis præſentationibus per ſpatium 50. annorum, quæ omnes effectum ſortitæ ſint, & probentur per authenticas ſcripturas, adeò vt aliàs facta probatio non ſuffragetur, vt latè per *Gonzal. ſuper reg 8. gloſ. 18. num. 76. & ſeqq. Garz. de benef. par. 5. cap. 9. num. 96. & 113.* & adden. ad ſan: me: *Greg. XV. dicta deciſ. 222. num. 11.* Quibus ſtãtibus viſum eſt Dominis, non eſſe dandam inſtitutionem præſentato per D. Camillum, qui cum non docuerit de vero titulo dotationis, & fundationis tenebatur docere de immemorabili cum præſentationibus per quinquaginta annos effectuatis, & probatis per authenticas ſcripturas, ipſe autem quo ad immemorabilem ſatis quidem probauit per teſtes, ſed deficit in vltimo requiſito quoad probationem Præſentationum, quia præſentationes attulit tantummodo enũciatas ab Epiſcopis Terracinen. in Collationibus factis de dicto Canonicatu, quæ quidem enunciatiuæ plures antiquæ, nec obiter emanatæ licet aliàs ſatis probent præſentationes, *Lambertin. de Iurepatronatus lib. 2. par. 2. quæſt. 10. art. ſeptimo, num. 6. & 10. Pariſ. de reſig. lib. 8. quæſt. vndecima, num. 38. Rota deciſ. 11. de iurepatron. in nouis. Put. deciſ. 172. num 172. & 173. lib. 1.* & faciant ad fauorem Iuriſpatronat. *Card. Seraph. dec. 1141.* & fuit dictum in Taurinen. Beneficij 5. Martij 1591. coram Orano, & in Comen. Cappellaniæ 17. Iunij 1591. coram Penia, quia Ordinarij non ſolent multum fauere iſtis præſentationibus, *Rota deciſ. 1. de iurepatr. in nou. Put. deciſ. 172 lib. 1. Rota deciſ. 376. num. 2. lib. 3. par. 3. diuerſ.* Tamen cum Concilium requirat pro formà, quod de præſentationibus conſtet per authenticas ſcripturas, adeovt non poſſit illud per æquipollens, neque per teſtes adimpleri, *Pariſ. de Confid. quæſt. 28. num. 147. Gonzal ad reg. 8. gloſſ. 18. num. 79. & 80. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 168. num. 21. vſq; in fin. Rot. deciſ. 199. num. 4. par. 2. diuerſ.* adden. ad ſanct. mem. *Gregor. XV. dict. deciſ. 222. numer. 11.* & fuit reſolutum in Nullius Archipresbyteratus 8. Maij 1588. coram Card. Pamphilio, & Foroſempronien. Parochialis 17. Iunij 1594. coram eodem, & coram Card. Mantic. *deciſ. 89. n. 2.* atque idem etiam reſponderunt Eminent. Card. Sac. Conc. Interpretes, vt per *Mantic. dict. num. 2.* & *Ricc. in praxi tit. de iurepatr. num. 4. Garzias locò præallegato*; dictæ enunciatiuæ nihil proſunt ad effectum requiſitum à Cõc. vt in his terminis ſentit Rota coram Card. *Seraph. deciſ. 1367. num. 5.* & in Sorana Iuriſpatronatus 28. Aprilis 1603. coram Pamphilio, & in Iacen. Parochialis 27. Iunij 1603. coram eodem; & ratio eſt in promptu, quia Concilium non confidit de teſtibus; vbi adeſt præſumptio vſurpationis, & ideo ipſis excluſis requirat pro forma ſcripturas authenticas, neceſſariò ſequitur vt non ſint admittendæ iſtæ enunciatiuè, quæ nihil aliud videntur eſſe, nec magis operari quam teſtium depoſitiones. Immo etiam ſi Epiſcopi redigerent in ſcripturas authenticas, & in inſtrumenta facta coram Notario, & teſtibus pleniorem, & apertiſſimam teſtificationem, in qua aſſererent coram ſe ipſis eſſe factas præſentationes, nihil tamen operarentur, quia ſemper verum eſſet dicere hanc eſſe probationem per teſtes, non verò per authenticas ſcripturas, vnde à fortiori multo minus operari poſſunt ſimplices enunciatiuè factæ in Collationibus, ne abſurdum illud ſequatur, quod plus poſſet tacitum, & implicitum, quam explicitum, & expreſſum contra regulam, *leg. expreſſam*, vbi *Dec. numer. quinto, ff. de reg. iur. Bald. in leg ſi arrogatur, ff. de adoption.* Nec dicatur Concil. requirere pro forma, quod hæ probationes ſint per authenticas ſcripturas, & cum Collationum ſcripturæ ſint authenticæ, & in eis probentur præſentationes, ſatisfactum ideò eſſe menti Concilij, tanquam non cogat probari authenticas præſentationes,

ſed

„ ſed tãtum ex authenticis ſcripturis, quia præter quam quod in contrario ſenſu recipiunt omnes Doctores ſuprascitati, & ſemper ita ſenſit Rota, ſanè redderetur eluſoria hæc diſpoſitio Concilii, quæ reiicit teſtes, ſequeretur enim, ſemper poſſe admitti probationes factas per teſtes, ſi quando redigerentur in inſtrumenta, & in ſcripturas authenticas, quia in tali caſu rectè diceretur probari per authenticas ſcripturas, vnde ſequitur dicta verba Concilii authenticis ſcripturis probentur, neceſſario, & prout exponuntur à Doctoribus excludere omnē teſtificationem expreſſam, nedum implicitam; atque omnino requirere ſcripturas authenticas ipſarum præſentationum, ita vt non ſolum ſcriptura ipſa ſit authentica, ſed authentica etiam ſit ipſa probatio, inde reſultans, quod non poteſt fieri niſi per ſcripturas, quæ confectæ fuerint ſuper ipſo actu præſentationis, & cadant ſuper ipſis præſentationibus primario, & directè, quod plenè deficit in caſu noſtro; in quo ſcripturæ tantum enunciatiuæ inferunt præſentationem per quandam teſtificationem ſimplicem Epiſcopi in collatione, & ſic hæ ſcripturæ cum ſint diſtinctæ ab actu ſeu ab ipſis ſcripturis præſentationum, non videtur ſatisfacere menti Sacri Concilii. Ex quibus Domini contra informantem reſponderunt.

Nihil hac deciſione Durius vt pote quæ admittat immemorabilem bene probari, nec non conſtare de admiſſione Epiſcopi, qui vt in admiſſione præſentationum ſolent ſe reddere difficiles, vt ad-
70 mittit deciſio, & propterea admiſſionem huiuſmodi alias Rota probauit pro ſufficienti Iuriſpa-
71 tronatus probatione in Regien. iurispatronatus 10. Maii 623. coram D. Pirouano, & tamen neget Bullam inſtitutionis ad præſentationem patroni, eſſe authenticum documentum requiſitũ per Cõc. Nam quod litteræ patentes collationum Ordinariorum ſint authentica documenta Rota non negat, nec quidem negare poteſt cum ſint ſubſcripta ab ipſo collatore, & Officiali, ſiue Cancella-
72 rio, & propterea indubiam faciunt fidem omniũ in eis contentorum *Fel. in c. poſt conceſſionem nu. 3. de prob. Gram. dec. 81. n. 1. Seraph. dec. 713. nu. 1.* etiã iuxta ſtylum Rotæ de quo in Ratisbonen. Canonicatus 11. Ianuarij 1616. coram D. Pirouano ſed inquit deciſio hoc non ſufficere menti Concilij, cũ documentum hoc authenticum nõ ſit confectum primario ſuper præſẽtatione ſed ſuper inſtitutione, & ſic litteras illas patentes reſolui in ſimplicẽ enunciatiuam, & eã non plus operari, quam depoſitionem teſtium, quibus Conc. non confidit.

Sed hæc ratio quemadmodum concluſio principalis non ſubſiſtit; falſum, enim eſt aſſertionem Ordinarij circa inſtitutionem à ſe factam ad præſentationem patronorum eſſe ſimplicem enũcia-
73 tiuam incidenter emanatam, & quæ non probat *Dec. in auth. ſi quis in aliquo num. 27. C. de Eden. Surd. conſ. 20. n. 33. Alex. conſ. 21. n. 8. lib. 1. Put. dec. 381. in fin. lib. 1.* ſed eſt aſſertio Ordinarij in qua fundatur actus inſtitutionis circa negocium ſpectans ad
74 ipſius officium cui integra adhibenda fides iuxta theoricam *Specul. tit. de probat. §. videndum in verbo quod de Auditoribus Gram. deciſ. 36. n. 27. Pariſ. cõſ. 11. nu. 17. & conſ. 132. nu. 19. & ſeq. lib. 4. Gabr. conſil. 3. de prob. nu. 20. & ſeq. Farin. conſ. 6. nu. 97. lib. 1. Card. Seraph. deciſ. 792 n. 3. & 1390. n. 2.* quam cõcluſionem Rota vti indubitabilē ſemper aſſumit, & in noſtris præciſis terminis in Ianuen. Parochialis 19. Aprilis 1627. & 3. Aprilis 1628. coram Domino Durano, quia tunc enunciatiua reſoluitur in partem contractus, & plenè probat, quatenus enunciatiua dicenda ſit *Rota deciſ. 276. numer. 3. coram Caualer.*

Et ſanè magna videtur terminorum tranſcendentia Concilium hoc caſu non confidit de teſtibus, primo neq; de atteſtatione Ordinarij; nam ille non inducitur vt teſtis, ſed tanquam ſuperior, ad quem ſpectat admittere pręſentationem, & tacitè firmat deciſio Concilium, neq; confidere de Ordinario, quod tamen nullus vnquam Doctorũ affirmare auſus eſt, quia hoc affirmari nequit, niſi tollatur Ordinarijs facultas, inſtituendi qua ſalua neceſſe eſt debere Conc. confidere de Ordinario, quod ſi confidit de Ordinario, nulla ratio poteſt adduci, cur non ſtetur illius aſſertioni, qui potuit actum facere hoc eſt præſentationem admittere. Et licet, poſſit dari Ordinarius ſuſpectus vt *deciſ. 1367. coram Seraphino,* debet tamen conſtare de cauſis ſuſpicionis, vt ibi, de quibus ſi non conſtat nulla ratio ſuadet quod Ordinario tollatur fides.

Propterea licet Doctores, vt aſſumit deciſio dicant præſentationes probandas eſſe per authentica documenta, & hoc ipſum per Concil. requiri pro forma, non tamen aliquis Doctorum dicit, quod documento authentico inſtitutionis non probetur præcedens neceſſaria præſentatio, & propterea, eſt dicen. quod forma illa per æqui-
75 ualens ſuppleri poſſit quando menti legis ſit ſatis diſertè *Bart. in l. Gallus §. quid ſi tantum nu. 3. Rota diuerſ. deciſ. 33. nu. 5. lib. 2. Put. deciſ. 488. nu. 2. lib. 2.* & ceſſante ratione legis, quæ formam induxit debet quoq; ceſſare formæ obſeruatio late *Mant. de*
76 *tac. lib. 2 tit. 4. n. 46. Caſſad. deciſ. 2. de iud.* & in terminis regularum Cancellariæ, quæ ſimbolizant cũ decretis Concilij dec. 26. n. 2. ſuper regul. vbi quod decreto de publican. ſatisfit per nouam prouiſio-
77 nem, quæ tamen non eſt publicatio, vel eſt adhibenda fides Ordinario.

Tota autem ratio cur Conc. in habentibus iuriſdictionem vltra probationem immemorabilis, requirat etiam præſentationes per authẽtica documenta probatas, eſt, quod in cauſa magnatum non confidit de teſtibus, ſed requirit probationem per ſcripturam authenticam, vt poſt alios (in deciſione licet non ad hunc effectum allegatas) oſtendit *Grat. diſc. for. c. 168. n. 22. & 23. Rot. dec. 199. n. 4. p. 2. diuer.* & innumeros colligit *Adden. ad dec. 222 Greg. XV. ſub nu. 11.* vbi affirmat æquiualentiam probationis ſolum excludi, quando reſultaret ex teſtibus.

Cum igitur in caſu noſtro vltra immemorabilē, quæ de ſui natura omne contrarium excludit exhibeantur inſtitutiones authenticæ factæ in vim præcedentium præſentationum, adeo vt non eſſet inſtitutio, niſi prius fuiſſet præſentatio, & iſtæ non ſint teſtium depoſitiones (vt contra
78 naturam, rei, & nemine auctore aſſumit deciſio)

ſed bene adeſt in contrarium auctoritas *Putei dec. 167. lib. 1.* vbi dicit per enunciatiuam inſtitutionis probari præſentationem, & diſtinguit de effectu adquem dirigitur probatio, vel ad excludendam expectatiuam ſiue aliam collationem, vel ſanè ad redarguendum Ordinarium, qui eſt caſus noſter, & quo ad vtrumq; effectum teſtatur, omnes Dominos cenſuiſſe ex narratiua inſtitutionis probari præſentationem, vno contrarium ſentiente Sarnen., qui tamen admittit, quod probatur præſentatio ex inſtitutione contra libertatem beneficij, ſed non quaſi poſſeſſio præſentandi contra habentem expectatiuam, ſiue opponentem, in quibus terminis loquitur *Cald. conſ. 6. de prob.* & hoc facile intelligitur quia manutentio non egreditur terminos poſſeſſionis; in caſu noſtro nullus eſt opponens, vnde etiã Sarnen. & Cald. ſtant pro hac parte, & hoc ipſum pro fundamento aſſumit deciſio ſupradicta in Ianuen. Parochialis 19. Aprilis 1627 coram D. Durano.

„ Die 13. Martij &c. Neq; obſtat, quod de hac
„ præſentatione non conſtet, niſi per ſimplicẽ enun-
„ ciatiuam Vicarij D. Archiepiſcopi Ianuen., cui
„ creditur de præſentatione facta, *Maſcard. de prob.*
„ *tom. 2. concl. 958. nu. 28. Verall. deciſ. 238. p. 2.* quia
„ immò eius narratiua probat quaſi poſſeſſionem
„ præſentandi, vt in puncto *Put. dec. 167. lib. 1. in nou.*
„ *impreſſ.* & ratio eſt, quia admittere præſentationẽ,
„ & concedere inſtitutionem ſpectat ad Vicarium
„ iure proprio ratione ſui officij, & ex ſua Ordina-
„ ria iuriſdictione, ſine alio ſpeciali mandato *cap. ex*
„ *frequentibus extr. de inſtit. & ibi gloſ. & in cap. fin. de*
„ *offic. Vic. in 6. Rocch. de iurepatr. verbo competens, q.*
„ *31. Couarr. lib. 3 var. reſol. cap. 20 nu. 7. Garz. de ben.*
„ *p. 5. c. 8. nu. 85. cum ſeqq.* Vicario autem atteſtanti
„ de ſpectantibus ad eius officium, plene creditur
„ *Rota dec. 313. p. 1. rec.* non minus, quam Epiſcopo,
„ quia militant in eo omnes rationes, quas in Epiſ-
„ copo attendit *Rota deciſ. 11. de iurepatron. in nou.*
„ *& apud Caputaquen. dec. 87. p. 3. &c.* Et tanto ma-
„ gis, quia ex ſolo actu inſtitutionis præſumitur
„ præceſſiſſe præſentatio *Rota deciſ. 11. de iurepatr.*
„ *in nouis*, nec aduerſatur *dec. 16. de prob. in antiq. &*
„ *deciſ. Creſcen. & Put. allegatæ*, quia loquuntur in ca-
„ ſu quando Epiſcopus in litteris aſſerit, quod con-
„ tulit beneficium vacãs per reſignationem in eius
„ manibus factam, & per eum admiſſam, cui merito
„ non creditur propter præſumptionem anti datæ
„ in præiudicium tertii, nempe prouiſi Apoſtolici
„ aut reſignantis, nam aliter eſſet in facultate Ordi-
„ nariorum priuare beneficiatos ſuę Diœceſis, aſſe-
„ rendo eos in eius manibus reſignaſſe, quo fit, vt
„ multo minus eius Vicario in hoc credatur, Deci-
„ ſio vero Portugallien. non applicatur dum dicit,
„ quod non credatur Epiſcopo, qui in erectione cu-
„ iuſdam Vicariæ aſſeruit Parochialem fuiſſe vnitã
„ Monaſterio, & ſic de actu præterito, qui coram eo
„ vnico contextu fieri non potuit *Garzias vbi ſupra*
„ *numer. 26. &c.*

Atteſtationem igitur Ordinarij non excludit Conc. neq; de eo diffidit, ſed ſolum eam probationem, quæ reſultat ex teſtibus, præſertim ſubditis habenti iuriſdictionem, vt *Gratian. d. diſcept. 168. num. 23.* Immo ex ſimplici nota in libris Epiſcopatus, licet ſit ſimplex enunciatiua probari præſentationem, dixit ſimiliter Rota in cauſa Lucana Iuriſpatronatus 26. Iunij 1609. coram Seleucien. relata per *Viuian. in praxi iuriſpatronatus in ordin. deciſ. 26. num. 8.* & fundatur hæc opinio in *cap. decernimus 16. quæſt. 7.*

Non igitur requirit Concilium vltra immemorabilem documenta præſentationum pro forma, quæ per inſtitutionem præſentationi ſubſequutam probari non poſſit, ne eius decretum dicatur continere abſurdum, ſiue impoſſibile, abſurdum quidem, quia abſurdum eſſet non adhibere fidem atteſtanti de præſentatione, qui potuit eam quandocumque admittere; impoſſibile etiã, quia nullum dubium eſt, quin documenta illa poſſint caſu fortuito perire, puta ſi Archiuiũ Epiſcopatus cõflagarit, quo caſu etiam iniquum eſſet, quod non habens culpam incendij amittat iuſpatronatus, & tamen ſi documenta præſentationum requiruntur pro forma, quæ ſuppleri non poſſit illa non poterunt exhiberi quia conflagata; Vnde, vt effugiatur hoc abſurdum neceſſe erit eo caſu admittere, vel depoſitiones teſtium deponentium ſe vidiſſe huiuſmodi documenta præſentationum, vel certè quod Concilio magis arridet ſcripturas, in quibus enuncientur præſentationes.

Deinde *c. decernimus 16. quæſt. 7.* ſtatuit Ordi-
79 narium debitorem inſtitutionis ad præſentatio-
nem Patroni ſub pœna nullitatis, vt oſtendat de-
bitum hoc ſoluiſſe retinet penes ſe ſcripturã præ-
ſentationis. quæ eſt loco quietantiæ, quæ remanet
80 regulariter penes debitorẽ, *Rot. coram Greg. XV.*
deciſ. 199. num. 13. non autem debet eſſe in poſſe debitoris, vt retentis quietãtijs priuet creditorem ſuo credito, niſi pro ea rata, pro qua fuit facta ſolutio: Vnde cum Epiſcopus hic ſolummodo obſtet, & neget adeſſe præſentationes, quæ apud ipſum in ſuo archiuio exiſtere deberent, conſiſteret in eius arbitrio priuare quemcumque patronum ſuo patronatu.

Quæ eo magis procedunt, quia de iure in præ-
81 ſentatione non requiritur ſcriptura, ſed ſufficit,
immo debet præſentans præſentatum perſonaliter ſiſtere coram habente facultatem inſtituendi, *Abb. in c. ea noſcitur, num. 3. de ijs, quæ fiunt à Prælatis, Rocch. de iurepatron. in prohem. num. 6.* & dixit Rota ſępius, ſignanter in Burgen. Abbatiæ 19. Decembris 1588. corã Penia ſupra adducta, & quando fit per inſtrumentum de abſente, tunc abuſiuè dicitur præſentatio, vt notatur in Compoſtellana Canonicatus 20. Iunij 1610. relata ſup. num. 18. coram Corduba, & prorſus eſſet iniquum interpretari Concilium, quod voluerit aliquem adigere ad exhibitionem documentorum de iure non requiſitorum. & quæ ante Concilium non fiebant, nec hodie quidem ſunt neceſſaria ad obtinendum inſtitutionem, quicquid ſit propter huiuſmodi decretum ad probationem iuriſpatronatus.

Præmiſſis nõ obſtant doctrinæ in deciſione Terracinen. allegatæ, & primo *Pariſ. de confid. quæſt. 28. numer. 147. documenta*, & *Gonzalez. Gloſſa 18. num. 79.* quia illi dicunt quidem documenta authentica requiri pro forma, nõ tamen quod documenta illa debeant directè percutere præſentationem,

82 tionem; ſed ſufficit exhibere tale documentum,
ex quo præſentatio neceſſario inferatur, vt hic vbi
non poteſt dari inſtitutio, niſi præceſſerit præſen-
tatio, & qui vult conſequens, debet velle neceſſa-
rium antecedens, & cui cõceſſum eſt conſequens,
conceſſum etiam eſſe neceſſarium antecedens ne-
ceſſe eſt, *l. ad legatum, l. ad rem mobilem, & ibi gloſſ.*
& Doct. ff. de procur. & demum ſolam probationem
83 per teſtes per Concilium hoc caſu arceri expreſ-
sè dicit declaratio Cardin. Interpretum, loco per
Gonzalem adducto, ibi regulam eſſe conſtituendã
quod probatio per teſtes non ſufficiat, non autem
ſtatuit, quod præſentationes probari non poſſint
per enunciatiuas authenticorum documentorum
qualia ſunt litteræ patentes inſtitutionum, vt de
mente Rotæ ſupra oſtendimus. idem omnino di-
cit *Gratian. d. diſcept. 168. num. 21. & ſeqq. Rota de-*
ciſ. 199. num. 4 par. 2. diuerſ. & adden. ad deciſ. 222.
Greg. XV. vt ſupra oſtendi.

Deciſio in cauſa nullius Archipresbyteratus 2.
Maij 1588. coram Pamphilio, aſſumit ſimpliciter
concluſionem de forma per Conc. inducta, quam
nos nõ infringimus, modo interprætetur vt ſupra,
& ibi nulla concurrebat ſcriptura inſtitutionis,
quæ ibi ſpectabat non ad Ordinarium, ſed ad in-
84 feriorem Collatorem, cui vt inquit eadem deciſio
non eſt tanta auctoritas, ſiue fides: Aliæ deciſio-
nes nempe Lorana Iuriſpatronatus 28. Aprilis
1603. & Iacen. Parochialis 27. Iunij eodem anno
coram eodem examinant depoſitiones teſtiũ ſu-
per Immemorabili, quam reſoluunt non eſſe pro-
batam; de inſtitutione vero, aut ſcriptura nec ver-
bum quidem: non refero deciſiones ad extenſum,
nè diutius morer lectorem, quia cantant vt ego
refero: deciſioni in Foroſempronien. Parochialis
17. Iunij 1594. coram eodem Pamphilio non re-
ſpondeo, quia illam inter ipſius deciſiones inue-
nire nequiui.

Mantica deciſ. 89. num. 2. ponit quidem Patro-
natum in hoc caſu probandum eſſe per immemo-
rabilem, & præſentationes 50. annorum cõtinua-
tas, ſed *num. 3. verſ. Porro*, in caſu propoſito mira-
biliter fauet meæ interprætationi, & opinioni, cũ
ſupponat tanquam indubitatam præſentationes
probari ex inſtitutionibus, ſed eas dicit in caſu il-
lo deficere *Riccius in praxi tit. de iurepatron.* neſcio
quo iure irrepſerit in deciſionem Rotalem, cum
nihil tribuat nobis de ſuo, & alienorum eſt falſus
conſarcinator, vt ex eo apparet, quod pro hac cõ-
cluſione allegat deciſionem in cauſa Taurinen.
Beneficij 5. Martij 1564. coram Orano, quam etiã
allegat deciſio; quam impugnamus, Riccium ſe-
85 quuta, cui confidare non debuit, & Oranus de illo
tempore, nec quidem per integros 20. annos po-
ſtea fuit Auditor Rotæ, nec poteſt dici æquiuoca-
tum in milleſimo, quia inter deciſiones Orani
nulla reperitur Taurinen.; ſi vendicatur æquiuo-
catum non in tempore, ſed in Auditore maior ad-
huc ignorantia eſt, quia de illo tempore non erat
clauſum Concilium, vnde ſuper eius decretis non
potuit diſputari in Rota.

Garz. p. 5. c. 9. nu. 113. requirit ſcripturam in ge-nere, non inſtrumentum præſentationis, & excludit teſtes, quod nos ſimiliter admittimus. Ex quibus patet perperam aſcriptum eſſe in deciſione Terracinen. pro ea ſtare communem Doctor. opinionem, immo nullũ ex allegatis in deciſione reprobare, quin minus per authentica documenta inſtitutionum probentur præſentationes, vno excepto *Seraph. in deciſ. 1367. n 5.* vbi firmat documẽtum inſtitutionis non probare præſentationem eo quia ibi iuſtis de cauſis, vt inquit ſuſpectus erat Epiſcopus, ex quo infertur, quod vbi ſuſpectus non eſt iuſtis de cauſis Epiſcopus etiam ſecundum hãc deciſionem documentum inſtitutionis probare præſentationem.

Nec applicatur quod in deciſione aſſumitur poſita hac noſtra Concilij interprætatione illius diſpoſitionem reddi fruſtratoriam, quia depoſitiones teſtium in inſtrumenta redigi poſſunt, & tamen Concil. teſtes excludat, quia nos etiam repellimus inſtrumenta continentia depoſitiones, ſed dicimus inter teſtes, & Epiſcopum multum diſtare cum de hoc ſecundo Conc. multũ confidat, vt videre eſt per omnes ſeſſiones tractantes de reformatione, in quibus in arduiſſimis deputat Epiſcopos, & ſi iuriſdictio ordinaria ſufficiens non eſt procedant tãquam Sedis Apoſtolicæ delegatos, de teſtibus vero Conc. omnino diffidit; de Epiſcopo, nec quidem vt diximus diffidere poteſt quia litteræ patentes inſtitutionum fiunt immediate poſt præſentationes, & exhibentur, vt diximus parti, & earum copia remanet in Archiuio Epiſcopali, vnde non poteſt ſubeſſe vlla ſuſpicio fraudis de qua in *l. ſcripturas, de fid. Inſtr.*

Et in vniuerſum cum Epiſcopo deferatur, ne dũ per Canones, ſed etiam per decreta Conc. Tridentini facultas admittendi præſentationes nulla ratio ſuadet, cur idem Conc. reijciat litteras inſtitutionum quæ nihil aliud ſunt, quam præſentationum admiſſiones.

Habet itaque noſtra interprætatio aſſiſtentiam plurium irrefragabilium iuris cõcluſionum videlicet, quod admiſſio Ordinarij probat iuspatronatus, quod Concilium confidit de Ordinarijs ijſque inſtitutionem permittit immò ipſos indices ſtatuit ſuper differentia iurispatronatus, vt ex ſequenti declaratione interprætum Epiſcopo Placentino directa. *Illuſtris, & Reuerendiſſime Domine, vti frater; Duo ſunt, quæ libello his litteris adiuncto comprehenſa amplitudinis tuæ nomine quæſita fuerunt ex Sacra Congregatione Card. qui Sanctiſſimi D. N. auctoritate Tridentini Conc. decreta interprætãtur ad quorũ, primum, Congregatio reſpondit Ordinarium habenti vnum beneficium, quod ad eius vitam honeſtè ſuſtentandam, ſufficit aliud conferre non poſſe; ad alterum reſpondit, ſæpius cognitionem validitatis iurispatronatus controuerſi iuriumque patronorum inter ſe diſceptantium ad Epiſcopum dumtaxat non autem ad inferiores, qui ius inſtituendi habent pertinere, niſi tamen huiuſmodi inferiores ordinariam in loco iurisdictionem haberent; edicta autem proponere, & relaxare citationes ad vocandos oppoſitores ad eos, ad quos ante prædictum Conc. pertinebat. Hæc eſt de vtroque Congregationis ſententia quam amplitudo tua diligenter obſeruandam curabit, & bene valebit in Domino, quem ei propitium ex animo precamur.*

Romæ die 13. Decembris 1591. Amplitudinis

tua Illuſtris, & Reuerendiſſima Vti Frater Cardin. Matthaius.

Rurſus,quod cui conceſſum conſequens cẽſea-
tur conceſſum neceſſarium antecedẽs,quod quie-
tãtia remaneat penes debitorem quod litteræ pa-
tentes ſint documenta authentica non teſtium
depoſitiones,& plures aliæ,quæ omnes concluſio-
nes peſſum dantur poſita interpretatione deciſio-
nis Terracinen.

Et eo libentius hæc noſtra interpretatio am-
plectenda eſt, quod expedit vt infra oſtendemus
iura patronorum laicorum ſartatecta conſerua-
re, ne à fundationibus beneficiorum retrahantur,
quod præcipuè cordi fuiſſe Concil.præſumendum
eſt;clarum autem eſt beneficia non naſci ad inſtar
fungorum, ſed fundari, & dotari, non quidem à
pauperibus,ſed à ditioribus,inter quos connume-
rantur habentes iuriſdictionem. Et quod Vniuer-
ſitas, ſiue Communitas eligat. ſibi Parochum pa-
rũ abſurdi habet, immo videtur reduci res ad ſta-
tum antiquum,& credetem per electionem huiuſ-
86 modi Eccleſijs melius prouiſum, quam per Supe-
rioris collationem, apud quem non eſt tanta per-
ſonarum notitia.

Et ex his rationibus exiſtimo dominos ſi iterũ
cauſa ponatur a deciſione receſſuros.

Altera hic incidit quæſtio,an condomini alicu-
ius terræ comprehendantur, ſub diſpoſitione Cõ-
cilij, quem caſum modo habeo præ manibus vi-
delicet Domini de Scarampis ſunt patroni bene-
ficij de Ferraria nuncupati loci Cairi Alben. Diœ-
ceſis; cuius loci ſunt Condomini temporales, ius
verò patronatus ſpectat ad ipſos tantum, non ad
Condominos, quo caſu contra Datariam conſul-
ui, illum ſub diſpoſitione Conc. non comprehen-
di,attento quod patronatus non competat ratio-
ne iuriſdictionis,aliàs enim etiam ad reliquos cõ-
dominos ſpectaret:vnde infertur ad fundationem,
& dotationem, ac vſurpationis excluſionem,facit
deciſ.374. p. 5. recent.

Non omittendum, quod mihi in hac materia
ſuggeſſit Illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dom.
Philippus, Columna Regni Neapolis Magnus
Conteſtabilis, &c. Vir vndequaq; Princeps, nem-
pe habentibus iurisdictionem per decretum Cõc.
fieri præiudicium irreparabile, hactenus non con-
ſideratum,ex eo quod aliqui Domini temporales
Terrarum, ſiue Caſtrorum ſunt Domini directi
totius territorij,& omnes poſſeſſores vtiles domi-
ni tantum, ſoluentes directo domino iura directi
dominij quemadmodum ipſe ſe affirmabat eſſe
dominum terræ Marini Albanen. Diœceſis in hu-
iuſmodi Caſtris, ſi Eccleſia reperiatur dotata, &
neſciatur à quo, non ſolum cadit præſumptio,do-
tationem factam fuiſſe ab eo, qui dotare poterat
commodius reliquis,ſed in neceſſariam ſequelam
fuiſſe factam à domino directo, vt pote,quod nul-
lus alius præter habentem iuriſdictionem dotare
potuerit, quia nemo præter ipſum poſſidebat niſi
præcario, argumentum ſanè maximum, & quod
ab Eminentiſſimis Interpretibus aliquando per-
pendetur, & poſita dotatione fundatio facilius
præſumitur ex inſignis, & armis, vt in dicta Luca-
87 na,& alijs deciſionibus allegatis,& ex fundatione
& dotatione reſultat patronatus pro dotante,etiã
ſi ipſe illud ſibi non reſeruauerit modo expreſſe
illi non renunciauit, immò vel ex altero illorum,
*Rota deciſ.5.de iurepat.in antiq.Verall.deciſ.133.p.
2.Lambert lib.1.q.2.art.2. Gonzal. gloſ.9.§.1.nu.9.*
88 *Rot.dec.45.p.2.rec.*

Subdebat idem Vir Princeps in omni politia
ſolertiſſimus quãdoque fieri patronis fucum per
ipſos præſentatos vt pote quod aliquis præſenta-
tus per inſtrumentum (quod modo plerumq; per
89 magnates præcipuè fiunt præſentationes) offerat
Inſtrumentum huiuſmodi Ordinario inſtitutori,
qui illico ipſi cauillum facit rem ad examen, &
prolationem deducens, donec præſentatus tædio
ductus, vt à vexatione ſe liberet offerat ſe proui-
ſionem beneficij tanquam de libero accepturum,
& ſic præſentatio inſcio præſentante ſupprimitur,
90 hoc ſibi contigiſſe affirmabat. Quod ſi fit cum eo,
qui attento ſubditorum numero ditionis latitudi-
ne opum copia familiæ maieſtate,& dignitatis,ac
perſonæ celſitudine conſpicuus eſt, quid fiat cum
reliquis inferioris ordinis Primatibus; facile con-
ijcere eſt.

Sed de his hactenus redeamus ad textus præ-
poſitæ ſupplicationis interpretationem,& primo
notemus, neque ſub diſpoſitione Concilij, neque
91 ſub regula reuocatoria comprehẽdi Reges eorũ-
que priuilegia,& iura patronatus eorum ſalua sẽ-
per,& immunia eſſe,licet ex priuilegio competãt,
adeo vt ſi vacatio beneficij Iuriſpatronatus Regũ
92 contingat in Curia, Pontifex non deroget *Rebuff.
in prax.in 3.p. Sig.verb.nec non iuripatronatus n.64.
Garz.p.5.c.1 §.4. num.219.* de Rege Anglię.teſta-
93 tur *Lambert.p.3.lib.2.quæſt.9.art.3. num.2.* & de
Rege Scotiæ *Caſſad.deciſ.3. vt lit. pend. in princip.*
quam concluſionem *num.2.* extendit ad Duces,&
Marchiones ſupremam iuriſdictionem habentes,
ſequitur *Pariſ.* qui atteſtatur de Stylo de *reſig.lib.
2. quæſt. 4. num.*48. per quam deciſionem *Caſſad.*
ita obtinui in Dataria de anno 1612. quando per
obitum Illuſtriſſimi Caroli de Aremberg. Fratris
Excellentiſſimi Ducis de Areſcott. iuuenis San-
ctiſſimi, & mihi amiciſſimi in Curia vacaſſet præ-
poſitura Hannoniæ, cuius iuspatronatus, & præ-
ſentandi ſpectat ad pro tempore Comitem Han-
noniæ,& Dataria non prouidit,ſed præſentationẽ
permiſit Sereniſſimo Alberto Archiduci, & Belgij
Principi; vnde licet Papa ſit directus dominus om-
nium beneficiorum, & liberam in illis habeat di-
94 ſpoſitionem,& poſſit patronis etiam laicis ad ſui
libitum præiudicare *Rot.deciſ.27.nu.3.de reſcript.
in non. latè Rocch. de Curte in verbo honorificum, in
3.q.verſic.quando autem litera.* Nihilominus Pa-
pa hoc non facit, ne retrahat animos Laicorum
ab Eccleſiarum ædificatione, & beneficiorum fũ-
datione *Lambert.lib.5.p.1.quæſt.6.art.22. & lib.2.
parte 3. quæſt.9. principali art.3. ſub num.2.* & pro-
pterea beneficia iuriſpatronatus nunquam di-
95 cuntur vacare in Curia *Doctor.in cap.2. de præben.
in 6.* & derogationes Papæ nunquam includunt
iuspatronatus Laicorum,niſi de eo expreſſe faciãt
96 mentionem idem *Lambert.* loco ſupra allegato
*art.19.Caſſad.dicta deciſ.3. vt lit.pend. Couarr.pract.
quæſt.cap.36.num.7 Franc.in cap.2.* ſuper *Gloſſ. in
verbo*

verbo collatio poſt Lapum de præbend. in 6.

Limitat hanc regulam ab omnibus receptam
97 idem *Lambert.* loco vbi ſupra allegato *art.* 15. Pa-
pam videlicet ſub derogatione, ſiue expreſſione
ſpecifica comprahendiſſe iuspatronatus Laicorũ
quando apparet de certa ſcientia ipſius, quod be-
neficium eſſet de iure patronatus, & nihilominus
conferret, & ſcientiam Papæ poſſe probari per te-
ſtes, & ita teſtatur fuiſſe ſeruatum admiſſis duobus
Catdinalibus ſuper certa ſcientia, & voluntate Pa-
pæ deponentibus, & hoc contra communem con-
cluſionem videlicet gratiam Principis per Teſtes
probari non poſſe, quam infra examinabimus; ſo-
let tamen Papa ex vacatione in curia Iuris patro-
natus Laicali derogare quando non ſit Regum,
ant Principum, vt diximus ſupremum ius in eorùm
prouincijs habentium.

Sed duæ hic incidunt quæſtiones grauiſſimæ;
prima eſt, an iuspatronatus mixtum cadat ſub re-
gula reſeruatoria; Altera, an ſub derogatione
generali iuris patronatus, cenſeatur derogatum
qualitatibus, quorum ſpecialis eſſet facienda
mentio.

QVÆSTIO XXIV.

An Ius patronatus mixtum cenſeri debeat Laicale, vel Eccleſiaſticum.

QVoad primam quæſtionem illa admittit tres
caſus; primus, quando ius patronatus eſt mix-
tum æqualiter, puta, quod pro medietate ſpectet
ad Eccleſiaſticum; & pro alia medietate ad Lai-
cum; alter caſus eſt, quando maior pars ſpectat
ad Laicum, & minot ad Eccleſiaſticum; tertius il-
li oppoſitus, quando maior pars ſpectat ad Eccle-
ſiaſticum, & minor ad Laicum; ſi probatum fuerit
tertium caſum non comprahendi ſub regula re-
ſeruatoria, neceſſario ſequitur multo minus com-
prahendi ſecundum, aut primum.

Quæſtio igitur iſta acerrime diſputata fuit de
anno 1612. in Sacra Congregatione Concilij, in
cauſa Florentina Parochialis S. Maria de Vghis,
cuius ius patronatus, & præſentandi pro duabus
partibus ſpectabat ad Monachos Sãctiſſimæ Tri-
nitatis Congregationis Vallisvmbroſæ ex dona-
tione Laicorum, & pro reliqua tertia parte ad lai-
cos. Archiepiſcopus prætẽdebat in collatione hu-
iuſmodi Parochialis habendnm eſſe concurſum,
contra, patroni eſſe locum præſentationi, & reſolu-
tio pendebat, ex ea inſpectione, an patronatus hu-
iuſmodi mixtus cenſeri debeat Laicalis, vel Eccle-
ſiaſticus, ego Laicalem dicebam. Domini Ioannes
Camillus Maſcambrunus, & Melchior Lotherius,
quos honoris cauſa nomino Eccleſiaſticnm con-
tendebant, tandem poſt plures diſputationes Sac.
Congregatio in meam deſcendit opinionem, ex-
98 ploſa opinione antiqua, rationes autem, quibus
dictam meam opinionem aſtruebam hę ſunt.

Primò, quod æquum, non eſt quod in re indi-
uidua patiatur quis præiudicium ratione Societa-
tis, quæ illi cum altero communis eſt, & ideo Ius
99 patronatus mixtum non cadere ſub regula reſer-
uatoria, eſt communis Doctorum opinio *Abb. in
cap. vltimo de iurepatronat. Ioann. Andr. poſt Areb.
in cap. 2. de præbend. in 6. num. 5. & 6. Lambert. qui
de communi in lib. 2. par. 4. quaſt. 6. principali art. 22.
Rocchus de Curte in verbo ius in 1. quaſt. acceſſoria 7.
quaſt. principali num. 23. Silua de benef. par. 3. quaſt.
11. num. 11.* ibi, *licet illud ius præſentandi ſpecta-
ret ad Laicum, & Clericum ſimul*; quod ſi Papa
in collatione cenſet ius patronatus mixtum eſſe
Eccleſiaſticum, etiam cenſeri debet tale ad effe-
ctum concurſus cum reſeruatio, & concurſus tam
de mente, & Stylo Rotæ quam Sac. Congregatio-
100 nis pari paſſu ambulent, & ratio Doctorum pro
hac opinione eſt valida, nempe conuenire ſtatui
Eccleſiæ iura patronatus laicorum ſartatecta ſer-
uare, ne ipſi vidẽtes eorum iura libari, à fundatio-
nibus, & dotationibus retrahantur.

Pro contraria opinione allegabantur *Gambara
de offic. & poteſtat. legat. de latere lib 3. numer.* 369.
Couarr. pract. quaſt. cap. 36. *num.* 5. *poſt med. Creſcen.
deciſ. 3. de iurepatron. Gonzal. ſuper regula* 8. *Gloſ.* 18.
num. 15. quibus poſtea acceſſit tunc nondum im-
preſſus *Garz. par. 9. cap. 2. §. 2. num.* 278. Sed his re-
ſpondebam; ad *deciſ. Creſcentij* quidem, quæ maio-
ris eſt roboris, & auctoritatis eam in principio af-
ferre, quædam diſputatiue pro hac opinione in
caſu tantum ibi propoſito concludit ex commu-
ni Doctor. ſententia concluſum fuiſſe iuspatrona-
tus de quo ibi agebatur cenſeri debere Laicale, &
ſub regula reſeruatoria non comprehendi, eidem-
que derogan. eſſe, ſi in Curia vacauerit, & multum
intereſt inter concluſionem, quam Rota firmat
principaliter, & ſuper qua in puncto diſputatur,
101 & alias concluſiones, quas aſſumit ad firmãdam
concluſionem principalem, nam hæc penes me
habet authoritatem communis opinionis non au-
tem aſſumptæ, & ita intelligenda eſt deciſio in
cauſa Vercellen. beneficij coram Vbaldo, & ita
hæc deciſio fauet potius huic parti.

Couarruu. loco allegato mihi *num. 4. circa finem,
verſic. quod ſi iuspatronatus &c.* expreſſe concludit,
quod in iure patronatus Laicorum non ſolet ad-
mitti derogatio, nec in totum, nec in parte, niſi
102 cum clauſula, ſi maior pars patronorum con-
ſenſerint, in mixto vero pro æquali portione ad-
mitti derogationem, nòn tamen apud Gallos,
aut Hiſpanos; in eo vero, quod pro maiori par-
te eſt Eccleſiaſticum, etiam apud illos admitti de-
rogationem, ſignum euidens, quod vult huiuſ-
modi ius patronatus non comprahendi ſub re-
gula reſeruatoria, & proinde non cenſeri Ec-
cleſiaſticum.

Gambara vero loco allegato indubie ſtat pro
hac opinione, ſed malo fundamento de quo *num.*
375. videlicet, quamlibet mixturam Clerici cau-
103 ſare, vt patronatus cenſeatur Eccleſiaſticus,
etiam ſi pro duabus portionibus fuerit Laica-
le, quod prorſus eſſe abſurdum mox oſtende-
mus, & contra communem Tribunalium opi-
nionem.

104 Gonzalez in hanc opinionem deſcendit ſuppo-
ſita reſolutione Card. Interpretum, nempe mixtũ
pro æquali cenſeri Eccleſiaſticum, quæ tamen de-
tecta eſt apocripha, nec inter reſolutiones inuen-
ta dili-

ta diligentijs factis pet Reuerendiſſimum D. Fa-
gnanum Prælatum maximi meriti tunc dictæ Cõ-
gregationis Secretarinm, & hoc eodem errore ni-
titur Garzias.

Sublatis auctoritatibus operæ pretium eſt re-
fellere etiam rationes, quibus Doctores pro con-
traria opinione nitũtur: prima itaque ratio, quod
attendi debeat pars prædominans procedir qui-
dem regulariter, ſed non in materia differenti, quæ
105 diſtinctio in iure non eſt noua, exempli cauſa
regulariterin diſpoſitionibus nomine filiorum ve-
niunt etiam fœminæ, quod tamen non procedit
in feudo, vt ſupra oſtendimus vbi egimus de con-
firmatione feudi, ita etiam regulariter maior pars
attenditur in Collegijs, ſecus in præiudicialibus, &
odioſis, & in puncto, quod denominatio ſit ſumen-
da non à maiori parte pulcherrimis rationibus
comprobat *Lambert. par. 3. lib. 2. art. 9. quæſt. 9. prin-
cip. num. 3. & 4.* poſt *Abb. in c. vlt. de iurepatr. nu. 9.
& Federic. de ſen. conſ. 63. mihi 65. ſub nu. 2.* ex quo
videre eſt Doctores contrariæ opinionis confun-
dere terminos illorum fauorabile, & odioſum, &
tamẽ plerique eorum loquuntur in fauorabilibus
patronatui, puta de tempore ad præſentandum,
quod ſcilicet Laicus ratione Clerici compatroni
gaudeat ſex menſibus, quia videlicet hoc eſt ma-
gis fauorabile, ex qua concluſione viceuerſa de-
beret inferri, quod Clericus gaudeat ſocietate
Laici, quoad præſentationem ipſam, & eo caſu
iuſpatronatus dici laicale, quia hoc fauet Clerico,
latè *Lambert. par. 1. lib. 1. quæſt. 1. art. 11.* & ità vnũ,
& idem ius reſpectu diuerſorum, cenſetur diuerſo
iure, *Viuian. in praxi Iuriſpatron. lib. 7. c. 1. n. 14.*

Eandem reſponſionem admittit ſecunda ratio;
magis dignum trahere ad ſe minus dignum, &
hanc rationem non admittit ipſa Congregatio
Concilij, quæ vt vidimus non admittit in mixto
æquali dignius trahere ad ſe minus dignum, hoc
eſt qualitatem Eccleſiaſtici trahere qualitatem
laicalem, ſed dignius illud interpretatur, quod eſt
106 patronatui fauorabilius, iuxta doctr. Lambert.
modo allegatam, ex quo etiam tollitur argumen-
tum illud, quo Garzias præcipuè mouetur, melius
prouideri beneficio per concurſum, quam ſine cõ-
curſu, & hoc reſpicere fauorem Eccleſiæ, vt pro-
uideatur de dignioribus Miniſtris: Verum duplex
poteſt conſiderari fauor, vnus Eccleſiæ priuatæ,
quem modo vidimus, & alter Eccleſiæ vniuerſa-
lis, cui expedit, quod plura indies fundentur be-
neficia, quod fieri non poteſt, niſi iura laicorum
107 ſeruentur illibata; concurrente autem duplici
fauore Eccleſiæ particularis, & Eccleſiæ vniuer-
ſalis attendendus eſt hic fauor ſecundus, non pri-
mus, vt diſerte *Lambert. d. par. 3. lib. 2. art 9. quæſt.
9. principali.*

Tertia ratio, quæ deſumitur ex Doctoribus cõ-
trariæ opinionis, quam aliqui ex Eminentiſſimis
Interpretibus, tunc magni faciebant, eſt paruum
præiudicium fieri Laico in caſu huius mixturæ, ſi
patronatus cenſeatur Eccleſiaſticus, ex quo ſem-
per tenebitur accedere compatronis Clericis nu-
mero vincentibus, ſed illis reſpondebam.

Primo præiudiciũ non eſſe paruum, ſed ſatis ma-
gnũ eo, quod abſq; expreſſa derogatione Papæ Pa-
trono Laico aufertur poteſtas præſentandi, ſine
qua derogatione Patroni Eccleſiaſtici, etiam ſi
numero plures, non poterunt præſentare, Laico
irrequiſito: vnde ſemper Laicus præſentabit, quic-
quid ſit an ipſius præſentatio ſit habitura effectũ,
108 nec nè, *Rocch. de Curt. in verbo ius, in principio*, &
apud ipſum eſt ius illud honorificum, quod debet
requiri ante Inſtitutionem, *Rocch. vbi ſup. in verbo
honorificum*, quo iure Laicus ſine magno eius præ-
iudicio non priuatur.

Secundo præiudicium eſt magnum, quia aufer-
tur Patrono Laico totum illud ius, quod pro dota-
tione, & fundatione ei competebat, & præiudiciũ
paruum dici non poteſt, vbi nequit inferri maius,
109 & ſanè eiuſmodi eſt, quod poſſet retrahere Lai-
cos à fundatione, & dotatione, neque enim infi-
ciari poteſt, quod ſi quis fundans, & dotans be-
neficium cum reſeruatione iuriſpatronatus pro
hæredibus, & ſucceſſoribus. cogitaret dictum ius
patronatus ad plures hæredes ſimul peruenturũ,
& quod aliqui eorum donarent Eccleſiæ ſuũ ius,
quod habent, & ex illa donatione reliqui præiu-
dicium perciperẽt, vel procuraret eorum indem-
nitati prouidere, vel certè omnino auocaretur à
fundatione, facit *Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 11.
num. 5.* & ſanè omnes Doctores volunt fugiendam
110 eſſe illam opinionem, quæ ponat aliquid, ex quo
Laici à fundatione poſſent retrahi, & proinde li-
cet præiudicium non eſſet magnum, ſed paruum,
nihilominus eſſet attendendum, cum nemo vt di-
ximus ſupra in re indiuidua ratione communionis
vllum, vel minimum debeat pati damnum, aut re-
cipere præiudicium, quod magis in Eccleſia, quã
111 in priuato conſiderabile eſt, cum illa ſit cultrix
iuſtitiæ, nec debeat alterius damno propriam cõ-
ditionem efficere meliorem, *cap. per tuas de donat.
gloſ fin. in cap. 2. de in integr. reſt.* & hoc eſt, quod in
hac materia ponderatur à Doctoribus huius opi-
112 nionis, dum dicunt Laicum præiudicium pati
non debere ex ſocietate Clerici, quia licet fauor
debeatur Eccleſiæ, non tamen exceſſiuus, vt alijs
inferamus iniuriam, argumento *tex. in c. ex tenore,
de foro compet. & 17. quæſt. 4. Abb. conſ. 27. num. 2.
Lambert. d. quæſt. 1. princ. lib. 1. art. 11.*

Comprobantur prædicta ex ſtylo Cancellariæ,
quæ in vacatione beneficij iuriſpatronatus, etiam
ſi contigerit in Curia nunquam prouidet de re-
113 ſeruato, ſed ſemper cum derogatione, etiam ſi
ex decem ſuffragijs vnum ſpectaret ad Laicum, ſi-
gnum euidens quod cenſet huiuſmodi patronatũ
non Eccleſiaſticum, ſed Laicalem, quia iuri patro-
114 natus Eccleſiaſtico non derogetur, ſed cadit ſub
regula reſeruatoria, latè *Gonzal. gloſ. 18. n. 6 & 7.*

Quæ omnia eo magis procedunt quando iuſ-
patronatus à principio fuit fundationis Laicalis,
& pro parte ex donatione tranſiuit ad Eccleſiam
ſine conſenſu Patroni Laici. cui hodiè præiudica-
retur, ſi in præſentatione non concurreret, ratio
115 multum conſiderabilis, & põderata per Rotam
deciſ. 574. n. 7. 8. & 9. par. 1. diuer.; Vnde conclu-
ſio illa communiter recepta quod iuſpatronatus à
principio Laicale, & deinde per donationem Lai-
corum effectum Eccleſiaſticum cenſeatur in om-
nibus, & per omnia, ac ſi eſſet fundationis Eccle-
ſiaſticæ,

ſiaſticæ, procedit quando donaretur totum iuſpatronatus ſecus vbi pars illius, vt expreſsè colligitur ex *cap. verum licet Patronus, de iurepatron. in 6.* & ratio eſt quia in donatione totius nulli infertur præiudicium, ſecus in donatione partis, vt conſtat ex ſupradictis.

116 Illud obiter aduertendum, quod donatio, ſiue
ceſſio iuriſpatronatus requirit conſenſum Epiſcopi,
Put. deciſ. 16. lib. 2. Dec. deciſ. 541. num. 2. non
117 tamen quando fit Eccleſiæ, ea ratione, quod donatio
facta Eccleſiæ non requirit ſolemnitates, &
hæc de prima quæſtione.

QVÆSTIO XXV.

An ſub derogatione Iuriſpatronatus cenſeatur derogatum qualitatibus.

HAec quæſtio incidit in cauſa Fanen. Iuriſpatronatus, ſeu Beneficij coram bo: me: Vbaldo, vbi per obitum Iacobi Rinalduccij vacauerat in Curia beneficium ſimplex iuriſpatronatus Familiæ de Rinaldutijs, quod tanquam per obitum apud Sedem impetrauerat Antonius Bonuinus cũ derogatione iuriſpatronatus in totum pro hac vice, attenta vacatione apud ſedem, in fundatione verò Beneficij legebatur pactum, quod ſi vnquam beneficium de facto vacaſſet in Curia, & ex illa, ſeu alia quacumque cauſa patronatui derogando abſque præſentatione patronorum pro tempore beneficium huiuſmodi Papa conferret: tunc dos beneficio aſſignata deuoluatur ad alium locum pium, & ſit penes eos, ac remaneat, donec per obitum prouiſi Apoſtolici iterum vacet beneficiũ, & de eo prouideatur alicui per prǫſentationem patronorum; diſputata fuit hæc cauſa ſub die 28. Iunij 1624. & circa hanc patronorum exceptionem dicit deciſio eam eſſe aduertendam, ſed non reſoluit principalem quǫſtionem, particula deciſionis eſt.

» Addebatur etiam quod ſententia A.C cõdem-
» nat Hieronymũ in fructibus perceptis à die obi-
» tus Iacobi, & tamen in fundatione fuit cautum;
» vt ſi Romanus Pontifex, vel loci Ordinarius ſibi
» reſeruauerit ex quacumque vacatione, & ex qua-
» uis cauſa, vel etiam per obitum in Romana Curia,
» vel ratione familiaritatis, vel cuiuſuis indulti di-
» ctam Cappellaniam prouideret, tunc patronus
» non teneatur ad ſolutionem fructuum, & dotis aſ-
» ſignatæ, vel aſſignandæ pro dicto beneficio, ſed
» fructus applicarentur locis pijs. Et certum eſt pa-
» tronum poſſe apponere in fundatione quaſcũque
» conditiones ſibi benè viſas de conſenſu Ordina-
» rij, *cap. nobis, & c. præterea,* vbi *Doct. de iurepatron.*
» *Rocchus eodem tract. in verb. pro eo, quæſt.* 12. cum
» alijs per *Pariſ. conſ. 48. num. 1. & 2. lib. 4.* Vnde ſtan-
» te hac conditione, quam Papa ignorauit, videtur
» intrare arbitrium in retardanda vlteriori execu-
» cutione litterarum, quia vel ſententia eſt iniuſta,
» quo caſu intrat arbitrium, vt in dicta Barballren.
» Decimarum 10. Nouembr. prǫteriti coram me, vel
» ſaltem Rota ſuſpicare incipit de iniuſtitia; quo
» etiã caſu ſuſpenderetur, *Seraph. deciſ. 475. n. 3.* &c.

118 Voluit deciſio infringere mandatum A. C. pro
fructibus, qui erant de voluntate fundatoris prop-
ter prouiſionem Papæ applicandis alteri loco pio,
noluit autem ingredi, vel certè reſoluere quǫſtio-
nem an derogato iuri patronatus cenſeatur de-
rogatum eiuſdem qualitatibus, & ſanè quǫſtio
hǫc difficillima eſt, & reſolui non poſſe videtur
niſi ſub diſtinctione, quod vel Pontifex æque faci-
le derogaſſet qualitati, ac ipſi iuripatronatus ſi
qualitas illi fuiſſet expoſita, vel certè difficilius:
de primo membro dicendum eſt qualitati cenſeri
derogatum prǫſertim cum clauſula, quod qualitas
beneficij habeatur pro expreſſa, de qua *Rebuff. in*
3. par. ſign. verſ. datum, nu. 27. & in forma, & decla-
119 ratione nouǫ prouiſionis, *verſ. nec non omnis, nu.*
7. ſi verò qualitas eiuſmodi ſit vt potuerit redde-
re Papam difficiliorem ad concedendum, non du-
bium, quin derogatio generalis non ſufficit, ſed
ſpecialis debet illius fieri mentio, etiam ſi dero-
gatio contineat clauſulas ampliſſimas, *Dec. conſ.*
165. num. 5. Ruin. conſ. 226. nu. 7. lib. 1. Cyn. in l. vni-
ca, C. quando imp. inter pup. & vid. Roman. conſ. 436.
poſt num. 11. verſ. Quinta principalis, & conſ. 498.
num. 17. verſ. vnde ſuccedit, & generaliter, quod
qualitas, quǫ de natura beneficij ineſt non ſit
exprimenda, ſed bene ſit exprimenda qualitas fa-
cti, & exorbitans à conſuetudine communi dicit
Caſſad. deciſ. 12. num. 8. de præb. vbi recenſet ad hoc
reſponſum Vrbani V. datum vni Auditori, de quo
in *deciſ. 80. de reſcript. in antiq.*

Qualitas autem, de qua in puncto proculdubio exorbitans eſt, & excogitata, ne Patroni Laici ſub quouis prǫtextu defraudentur in eorum iure prǫſentandi, & mirabar, quod eodem ferè tempore tres mihi oblatǫ fuerint fundationes diuerſis locis confectæ nempè Fani, Florentiǫ, & Comi. continentes ſimilem diſpoſitionem, & cautelam, quã dubium non eſt fundatorem apponere potuiſſe, vt in *d. c. nobis,* etiam ſi ſint iuri cõtrariæ, vt reſoluit Rota in Hiſpalen. Theſaurariǫ 14. Nouẽb. 1616. coram D. Pirouano, & in Fauentina Beneficij 20. Nouembris 1613. coram Buratto, & in Romana Iuriſpatron. 31. Maij 1613. coram Card. Sacrato.

Verum poſſet dubitari an interſit, quod funda-
tio huiuſmodi recepta fuerit per Papam, vel per
Ordinarium ad effectum vt Papa iure derogare
poſſit: nam quamuis *d. c. nobis* tribuat facultatem
Ordinario admittendi iuſpatronatus, nihilominus
videtur intelligendum de patronatu in cuius fun-
120 datione non adſint clauſulǫ, ſiue conditiones iã-
gentes factum Papǫ, cui per Ordinarium non po-
teſt prǫiudicari, neque enim *c. nobis* vnquam cogi-
tauit, quod fundatores adijcerent fundationi cõ-
ditionem, per quam limitaretur auctoritas Papǫ
circa beneficiorum collationem, & proinde quod
ſupra diximus fundatoris beneficiorum poſſe pro
libitu ſuo apponere quaſcumque cõditiones, etiã
iuri contrarias fundationibus, intelligitur acce-
dente Ordinarij cõſenſu *d. c. nobis, & d. c. præterea.*
121 Ordinarius autem poterit admittere omnes cõ-
ditiones non cõcernentes auctoritatem Papǫ, cui
non poteſt ſine ſcientia prǫiudicari ab aliquo,
Abb. in c. vlt. num. 4. verſ. vnde ibi, de Treg. & pac.
Felin. in cap. 1. num. 6. verſ. Lex noua cod. tit. Conarr.
variar.

variar.reſol.lib.2.cap.16.num.6.verſ. Quinto ſunt,
Put.deciſ.1.in fin.lib.1. ſtante igitur quod Papa ſit
Dominus directus beneficiorum, & quod poſſit
patronis laicis ad ſui libitum præiudicare, illi po-
teſtati non poteſt derogare Ordinarius admitten-
do huiuſmodi conditionem, nec poterit fundans
conqueri ſe deceptum ſub publica fide, quia vt di-
xi *c. nobis* quod præbet fidem publicam, & dat
Ordinario facultatem admittendi patronatum,
non extenditur ad conditiones concernentes au-
ctoritatem Papæ.

Si autem huiuſmodi conditio fuiſſet admiſſa
per Papam, exiſtimo ei non eſſe derogandũ, quia
priuilegium patronatus in hoc caſu haberet vim
pacti, ſine quo fundator non fundaſſet, & fuit ad-
miſſa per habentem poteſtatem admittendi, & pa-
122 ctum etiam ligat Papam ad obſeruantiam, vt la-
te oſtendemus infra, vbi agemus de concordatis,
& demum pro huiuſmodi admiſſione ſoluitur cõ-
poſitio in Dataria, & propterea tenetur Papa il-
123 lud ſeruare de iure gentium, vt poſt *Put.*, *&*
Staphil. notat *Gonz.gloſ.28.nu.29.& 30.*

Hinc cum idem beneficium, de quo agimus va-
caſſet de tempore Pauli V. Pontifex noluit confer-
re, ſed illud remiſit inſtitutioni patronorum ex
quo liquido apparet faciendam eſſe mentionem
qualitatis, quæ auget gratiam.

Similiter non cenſetur ſub generali diſpoſitio-
ne derogatum qualitati, qua beneficium eſt debi-
tum vni generi perſonarum, in qua materia duos
habui caſus, vnum de tempore Pauli V. Datario
D. meo Mataldo, vbi Petrus de Forbicibus funda-
uerat decanatum Eccleſiæ Placentin, ad quam cũ
pro tempore vacare contingeret, voluit præſen-
tari vnum de familia quatenus exiſteret; obtinens
huiuſmodi decanatum volebat eum reſignare ad
fauorem Presbyteri, qui nõ erat de familia, & Da-
124 taria appoſuit reſtrictiuam, dummodo non exi-
ſtat de familia, qui habilis ſit, & aſpiret &c. pro-
pter concluſionem iuris, quod beneficium debi-
tum vni generi perſonarum, alteri conferri non
debeat, tunc mihi videbatur reſtrictiuam hanc
apponendam non eſſe, eo quod teſtator diſpoſue-
rit præſentandum eſſe vnum de familia aduenien-
te vacatione, quæ in reſignatione ad fauorem non
videtur poſſe conſiderari, quia ex reſignatione
ad fauorem, non inducitur vacatio ad fauorem
tertij, & propterea poſſe fieri huiuſmodi reſigna-
tionem videtur ſentire *Pariſ.de reſign.lib. 11. q.3.*
nu.18.verſ.tertio quia in his beneficijs.

Nihilominus non potuit obtineri, vt adimere-
tur prędicta clauſula reſtrictiua, quia quemadmo-
dum in reſignationibus non poteſt pręiudicari pa-
tronis quo minus ipſi præbeant conſenſum, ita
125 patroni non poſſunt præiudicare vocatis ad be-
neficium prçſentando contra tenorem fundatio-
nis non vocatum vbi adſunt vocati, vt fuſius oſtẽ-
demus lib.3. vbi de reſignatione agemus, vnde li-
cet nõ detur vacatio ad fauorem tertij in reſigna-
tione, neceſſario tamen datur vacatio ad fauorem
reſignatarij, alias enim non poſſet prouideri, &
ſufficit qualis, qualis vacatio, cum mens fundato-
ris fuerit beneficium nõ poſſe obtineri per alium,
quam per vnum de familia ſi adſit.

Alter caſus euenit nuper in vna Toletana bene-
ficij vbi Ioannes Michael de Roias fundauerat be-
neficium ſub conditione, quod ad illud cum pro
tempore vacaret præſentaretur Presbyter, ſeu
Clericus in ea ſaltem ętate conſtitutus, quod intra
triennium tunc proximum ad Sacrum Pręsbytera-
tus ordinem promoueri poſſit, & debeat, de dicti
fundatoris familia; Contigit, quod veniente vaca-
tione prçſentatus fuerit Paulus Ybanez de Alara-
cantra qualificatus iuxta tenorem fundationis,
qui tamẽ nulla pręuia inſtitutione canonica ex ſo-
la prçſentatione poſſeſſionem beneficij ingreſſus
eſt contra *cap. auaritiæ de Elect.in 6.* quod procedit
non ſolum in electione, ſed etiam in prçſentatio-
ne, adeovt dictus Canon inducat vacationem, etiã
126 in beneficijs iuris patronatus *Creſcen.deciſ.6.de*
iurepatronatus, beneficium huiuſmodi iuxtà *d.cap.*
auaritiæ impetrauit D. Io: Lopez de Salzedo, & ſup-
plicationi fuit per Datariam appoſita clauſula
dummodo non exiſtat habilis qui aſpiret propter
narratiuam, quod eſſet debitum vni generi perſo-
narum, quę clauſula in hoc caſu videbatur durior,
quam in caſu reſignationis, quia ſtante quod per
cap. auaritiæ, ſit inducta vacatio videtur beneficiũ
effectum impetrabile ad fauorem cuiuſcumque
parum enim efficeret canon inducens vacationem
ſi non detur qui poſſit impetrare, vnde dato quod
adſit habilis de familia, qui poſſit prçſentari, &
ipſe nolit impetrare fiet fraus canoni, nec videtur
fraudi prouiſum per clauſulam qui aſpiret, vt ſi
adſit, & nolit impetrare ſit locus impetrationi ad
fauorem tertij; quia voluntas illa difficillime dete-
gitur in impetrationibus certo modo, quæ ſolent
fieri ſecreto, & non publicari niſi ex poſt facto, &
propterea in hac cauſa quid ſentirem hærebam
valde dubius, nam licet verum ſit, quod *c. auaritiæ*
inducat vacationem beneficij iurispatronatus nõ
inde ſequitur beneficium huiuſmodi eſſe impe-
trabile à quocumq; ſi ſit debitum vni generi perſo-
narum, ſed poterit intruſus priuari per ſententiã,
127 & erit locus præſentationi patronorum *Lamb.*
p.1.lib.2.qu.6.art.9 num.1.lib.2. & art.11.num.1.
cui per impetrationem neque vocato, & prçſentã-
do debet inferri præiudicium. Requiritur enim
128 conſenſus patroni etiam in reſignationibus, vel
quod procedat, vel quod ſubſequatur, vel certè
quod ex ſcientia, & patientia prçſumatur *Pariſ.de*
reſignat. lib.2.quæſt.4 num.25. & ſeqq. & Dataria
129 in reſignationibus conſenſui patronorum non
derogat; in permutationibus vero derògat, ratio
differentiæ eſt, quia plerumque reſignatio fit de ſe-
ne in iuuenem, permutatio inter pares, & ęquales,
& ſic paruum præiudicium fit patrono, vt latius o-
ſtendemus, quando de reſignatione, & permuta-
tione agemus, quod autem de permutatione, in
Curia, & præuia derogatione intelligi debet, nam
Ordinarius permutationem beneficij iuris patro-
130 natus ſine conſenſu patroni admittere non po-
teſt, & permutatio ſine conſenſu facta eſt nulla, &
inducitur vacatio, vt patroni ſpreti poſſint prçſen-
tare reſoluit Rota in Gerunden. beneficij à 1. Fe-
bruarij 1628. coram D. Pirouano.

» Ioannes poſſidens beneficium ſimplex, & de
» iurepatronatus illorum de Agullanis in Eccleſia

Sancti

Sancti Felicis Gerunden. volens permutare illud cum alio beneficio petijt, aſſenſum D. Eleonoræ patronæ, ea vero recuſante obtinuit à Vicario Gerunden. non obſtante diſſenſu admitti dictam permutationem, cuius vigore prætendens Dom. Eleonora beneficium vacaſſe præſentauit Ignatiũ Cudinã; Exinde tam nomine D. Eleonoræ, quam Ignatij, cauſa per appellationem ad Rotam delata, quæſitum fuit, an eidem Ignatio ſit adiudicandum huiuſmodi beneficium, quod affirmatiuè fuit per Dominos reſolutum. Quia &c. Vacatio vero probatur, quia certum eſt, Ioannem ante permutationem ſciuiſſe beneficium ab eo permutandum eſſe de iure patronatus D. Eleonoræ dũ prius illam requiſiuit ſemel, & iterum pro cõſenſu permutationi pręſtando, vnde cum illa recuſante, & in actis contradicente, nihilominus beneficium ad effectum permutationis reſignauerit in manibus Ordinarij, & ab eo fuerit admiſſa permutatio inde per reſignationem ſucceſſit vacatio, & propter defectum poteſtatis in Ordinario conferendi beneficia de iure patronatus Laicorum *cap. decernimus 16. quæſt. 7. Calder. conſ. 2. in fin. de rer. permut.* apertus remanſit locus patrono ad pręſentandum *Lap. in cap. vnico de rer. permut nu. 7. & in cap. nemo num. 1. Butr. num. 10. Anchar. ad fin. & Gemin. num. 11. de elect. in 6. Gig. de penſ. quæſt. 23. num. 5. Cettad. de iurepatr. p. 6. art. 3. num. 102. Lamber. eod. tract. p. 1. lib. 2. quæſt. 6. art. 6. num 40. & ſeq. Garz. de benefic. par. 11. cap. 3. numer. 23. & 24. Gratian. diſceptat. 853. num. 1. lib. 5.* Non obſtat quod collatio Ordinarij de beneficio patronali occaſione permutationis, ignorante aut ſpreto, aut contradicente patrono non ſit nulla ipſo iure; ſed veniat annullanda ſi patronus ex cauſa contradicat *Egid. deciſ. 87. & 163. Mohed. deciſ. 8. per tot. de iurepatr. Thanis deciſ. 80. Rota deciſ. 5. in fine de rerum perm. in nou. & in Gerunden. Permutat. 5. Iulij 1593. coram bo. mem. Litta, Garzias* latiſſime hanc concluſionem probans, & ponens eandem *Litta deciſ. in tract. de benefic. par. 11. cap. 3. numer. 19.* & eo caſu beneficium non vacare propter implicitum ſtatũ validitatis, & euentualis reſciſſionis ex cauſis verificandis *Felin. in cap. cum Bertoldus num. 8. & 12. de ſent. & re iud. & in tractatu quando littera Apoſt. ampliat. 9. Roech. de iurepatr. in verbo honorificum, quæſt. 3. num. 8. Couarrun. practic. quæſt. cap. 36. num. 9.* nec per conſequens vacatione non præcedente poſſe Ignatio beneficium adiudicari: Quia reſponſum fuit, ſi collatio fiat ab Ordinario ſpreto, aut ignorante patrono, tunc non eſſe nullam ipſo iure, ſed annullandam patrono contradicente intra tempus datum ad pręſentandum, & procedere ſupra allegata ea ratione, cum poſſit patronus non contradicere, & acquieſcere collationi, vel propter iuſtas cauſas ſuccumbere in iudicio reſciſſionis, ita vt collatio firma remaneat, interim autem propter euentualem vacationem, non eſt admittenda præſentatio, ſed poſt rem iudicatam *Federic. de permut. benef. num. 52. & 53. Coraſ. de benef. cap. 6. par. 2. num. 3. Felin. in tract. quando litteræ Apoſtol. ampliat. 9. Couarrun. pract. quæſt. dict. cap. 36. num. 9.* Sed quando patronus requiſitus ad conſentiendum, nedum diſſenſit, ſed præueniendo vt hic in iudicio contradixit atque ita nedum interuenit ſpretus ſimplex, aut ignorantia patroni habentis implicitum dubium euentum voluntatis eiuſdem, ſed manifeſta voluntas per contradictionem deducta in actis ante collationẽ, cui non poteſt Ordinarius præiudicare abſque vitio nullitatis actus per *cap. decernimus 16 quæſt. 7.* tunc procedunt dicta in prima concluſione ex *Lapo, Gemin., Butrio, Lambert.*, & alijs allegatis, & hanc diſtinctionem in ſpecie faciunt. *Lambert p. 1. lib. 2. quæſt. 6. art 6. num. 40. per allegat. cap. decernimus, & cap. cum Bertoldus de re iudic. & Garz. de benef. d. p. 11. cap. 3. num. 23.* qui in hunc ſenſum intelligit *deciſ. 5. de rer. permut. in nouis*, quæ tangit hanc diſtinctionem ſequendo *Lap. in cap. nemo, de elect. lib. 6.* Et quamuis ſubiungat eadem *deciſ. 5. de cenſ.* quod dictum intelligo ſi ex aliqua cauſa rationabili contradicunt, & infra tempus à iure ſtatutum, attamen cum non diſtinguat de contradictione poſt factam collationem, vel ante collationem, eſt intelligenda ſecundum terminos diſputationis ſuſceptæ in illo articulo, nempe de permutatione facta per Ordinarium de beneficio ſpectante ad præſentationem Laici ipſo contempto, & non vocato, vt indicat principium illius deciſionis, & eo caſu bene poteſt dubitari, quod nõ ſufficeret ſola contradictio ſine expreſſione cauſæ rationabilis, ex quo tendit contra reum, & poſſeſſorem, cui ſufficit docere de collatione habente pręſumptionem pro ſe, quod ſit facta per Ordinarium ex iuſta. & rationabili cauſa *Seraphin. deciſ. 1320. num. 3.* & poteſt vincere per non ius àctoris *Felin. in cap. olim num. 9 de reſcript.* ſed quando concurrit contradictio, & diſſenſus in actis deductus, vt hic ante collationem, patronus fundat intẽtionem in proprio iure ſcilicet in diſpoſitione *cap. decernimus 16. quæſt. 7.* irritante collationes factas per Ordinarios de beneficio ſpectante ad pręſentationem Laici, quod ſi Ordinarij ita pręuenti per contradictionem patronorum contendant admittere permutationes ex facultate ipſis à iure tributa, nempe ex neceſſitate, aut vtilitate Eccleſię *Vital in Clem. vnica num. 51. de rerum permutat, Garzias de benef. d. p. 11. cap. 3. num. 23.* debent permutantes docere ſe eſſe in caſu limitationis, vt declarant idem *Couarrun. pract. quæſt. d. cap. 36. nu. 9. Garz. d. cap. 3. num. 21.* quę cauſę neceſſitatis, & vtilitatis Eccleſię, ſi à permutantibus ſunt probãdę, tantum abeſt, vt illæ probentur, vt imo contrarium apertè detegatur, cum agatur de beneficio patronali relinquendo à Sacerdote Sacrę Theologię Concionatore, & reſignando iuueni ſimplici Clerico, & in diſciplina Eccleſiaſtica inexperto, quę excludunt quamcumque cauſam ab Ordinario allegandam. Neque vim facit, quod prędicta de diſſenſu patroni, & eius contradictione procedant in collatione voluntaria in quibus terminis videtur loqui *cap. decernimus*, ſecus autem in collatione neceſſaria prouẽniens ex cauſa permutationis in qua patroni non poſſunt preſentare perſonam ipſis beneviſam, ſed permutantibus, tantũ collatio ſit debita *Vitall. in Clem. vnica numer. 6. Cardin. num. 14. de rerum permutat.* cum alijs allegatis: Quia & eadem neceſſitas conferendi nòn

eſt

eſt arbitraria Ordinarijs; ſed concurrente iuſta cauſa, quæ eſt neceſſitas, aut vtilitas Eccleſiæ, vt iã dictum fuit, quæ ſi deficiant, ceſſat etiam facultas Ordinarijs à iure conceſſa conferendi ex cauſa permutationis. Et conſuetudo, quæ allegatur in Eccleſia Gerunden. admittendi permutationes ſine conſenſu patronorum, & dicitur probata ex inſtrumentis in actis productis, vltra quod non eſt abſolutum, quod plene, & concludenter poſſit probari conſuetudo per inſtrumenta, quæ non coarctant negatiuam actus contrarij *Seraph. deciſ. 113. num. 3.* non etiam actus, qui enunciantur in dictis Inſtrumentis probant obſeruãtiam, de qua agitur, quia præſupponũt, quod fiant permutationes, patronis vocatis non contradicentibus, vel etiam conſentire recuſantibus, qui caſus non conueniunt cum eo, de quo agitur. Et ſtantibus prædictis, non eſt ingredienda alia diſputatio, an ſaltẽ permutantes ſint excuſandi, & quo modo redire debeant ad proprium beneficium, an iure proprio, vel per nouam collationem, etiam patrono contradicente ſi qui fuerunt in culpa, ex quo ante permutationem ſciuerunt beneficium eſſe de iurepatronatus, & recuſante, & contradicente patrono proceſſerunt ad permutationem, ceſſat omnis excuſatio *Feder. de permutat. benef. quæſt. 6. & 7. num. 12 & 13. Gig. de penſ. quæſt. 23. num. 5. cum alijs allegat. per Garz. d. cap. 3. nu. 30.* Supereſt nunc probatio validitatis præſentationis, quam Ignatius tenetur iuſtificare, & cum illam inducat ex Inſtrumento 13. Auguſti 1625. in quo D. Eleonora præſentauit, & nominauit ipſum Ignatium ſub rogitu Notarij, & præſentia teſtium, pro ſupplicanda gratia collationis à S. D. N., quæ expedita fuit 27. Octobris 1625. & in actis producta intra tempus quadrimeſtris, viſum fuit hoc ſufficere, *Rota deciſ. 3. de iurepatr. in non. Lap. alleg. 7. num. 7. Rocch. de iurepat. in verbo honorificum quæſt 7. num. 27. Lambert lib. 2. par 1. quæſt. 4 art. 16. num. 2. & p. 2. quæſt. 4 art. 1. num. 2.* neque ſecundum praxim hodiernam neceſſarium eſt, quod actualiter præſentetur perſona nominata in inſtrumento *Garz. de benef. par. 4. cap. 1. num. 19. & 25.* id affirmans etiam, quod ex qualitate beneficij requireretur examinatio, cum illa poſſit expediri ante inſtitutionem, & idem fuit dictum in dicta deciſ. 3. & in Lucana plebis 7. & 14. Maij 1590. coram bon. mem. Gyptio.

Demum habilitas eiuſdem Ignatij probatur, probato Clericatu ex literis patentibus eiuſdem, qui eſt verus modus concludendi hanc probationem *Gram. deciſ. 81. nu. 1. Rot. deciſ. 16. de probat. in antiq. Felin. in c. poſt ceſſionem nu. 3. & 15. de probat.*

Et ita &c.

Hæc deciſio fuit confirmata, ſub die 16. Iunij 1628. Coram eodem Domino Pirouano, quam hic libet ſubnectere, vt potè in materia exemplari.

Reſolutum fuit ſtandum eſſe in deciſis, quia vacatio, ad quam præcipua difficultas illius cauſę reducitur verè contigit ex permutatione quæ cũ niſi præuia in manibus Ordinarij ad inuicem beneficiorum reſignatione ſequi, aut admitti poſſit, inde propter defectum poteſtatis eiuſdem Ordinarij conferendi beneficia de iurepatronatus Laicorum per *cap. decernimus 16. quæſt. 7. Calder. conſ. 2. in fin. de rerum permutat.* poſt reſignationem remanet apertus locus patrono ad præſentandum intra tempus à iure determinatum, & per conſequens Ignatio debetur beneficium, qui à patronis ſe præſentatum in hac noua vacatione iuſtificat; neque obſtat, quod non agatur de reſignatione ſimplici, ſed ex cauſa permutationis ad fauorem, vt ideo ſi permutatio ſit inualida propter contradictionem Patroni, non fuerit abdicatum ius à reſignante, nec per conſequens vacatio contigerit *Mohed. deciſ. 2. de renunt. & deciſ. 8. de iure patronat. Put. deciſ. 412. lib. 1. Acchill. deciſ. 10. num. 1. & ſeq. de reſtit. ſpoliat. Garz. de benef. part. 11. cap. 3. num. 16. & 17.* quia cum ſciuerint permutantes beneficium iam permutandum eſſe de iure patronatus Laicorum, & quidem abſq; hæſitatione dum Ioannes requiſiuit D. Eleonoram ſemel, & pluries pro conſenſu permutationi pręſtando, quæ nedum conſenſit, ſed expreſſe ante permutationem iudicialiter ſe oppoſuit, & contradixit, & nihilominus fuit proceſſum ad permutationem, inde intrat vacatio, nedum quia beneficia vacant per renuntiationem ex cauſa permutationis, *cap. 1. de rerum permut. in 6. Clem. 1. eodem tit. Garz. poſt alios eadem par. 11. cap. 4. num. 2.* ſed etiam quia coram Ordinario non admittuntur reſignationes conditionales ad fauorem certæ perſonæ tanquam per Canones improbatæ *Rebuff. de reſig. pur. & tit. de reſig. condit. Sarnen de triennal quæſt. 16. num. 11. cum alijs cumulatis per eundem Garz. eadem par. 11. cap. 3. nu. 152.* Ac demum quia concurrit culpa permutantium propter indubitatam ſcientiam iurispatronatus, quę in caſibus etiam, in quibus ius non abdicatur à reſignante, nihilominus producit vacationem *Paris. de reſign. lib. 1. quæſt. 3. num. 71. & num. 118. Rebuff conſil. 192. num. 5.* dicens clauſulam (non alias nec alio modo) non operari quando adeſt culpa reſignantis, & in his terminis deciſiones *Mohed.*, *Put.*, & *Acchill.* ſunt declarandæ prout etiam ſentit idem *Garz. d. cap. 3. num. 35.* & prius idem firmauit *Vital. in Clem. vnica num. 92. & 97. de rerum permutat. Rot. deciſ. 214. nu. 5. p. 1. diuerſ.* & in Salamantina penſionis 13. Iunij 1586. coram Bubalo. Non obſtat, quod indubitata ſcientia iurispatronatus non conſtituat permutantes in culpa, ſed permutatio inualida facta ſcienter, quæ ſcientia inualiditatis permutationis dicebatur non poſſe probari, dum quam plurimi Doctores teneant poſſe fieri permutationem contradicente patrono abſque iuſta cauſa *Rot. deciſ. 5. circa fin. de rerum permut. Rebuff. in prax. 3 par. Signaturę in verbo nec non iuspatronatus num 40. & tit. de permutat. num. 22.* & idem ſenſiſſe videatur declaratio Congregationis relat. per *Garz. d. parte 11. c. 3. num. 27.* in qua ponitur in permutatione beneficij iurispatronatus non requiri conſenſum patroni ſed ſufficere ſi requiratur, & vlterius in Dięceſi Gerunden. vigeat conſuetudo, quod admittantur permutationes abſque conſenſu patronorum, quæ omnia deſeruire poſſunt pro iuſta cauſa ad euitandam culpam, vt quilibet poſſit redire ad ſuum beneficium. Quia culpa principalis pendet à ſcien-

„ à ſcientia iuriſpatronatus ante permutationem,
„ vt Rota firmauit in Gerunden. permutationis 5.
„ Iulij 1593. relata per *Garz. ead. par. 11. c. 3. nu. 19.*
„ qui *num. 29.* plenius comprobat. Cæterum, quod
„ ea ſuppoſita poſſit Ordinarius ſpreto, vel recuſan-
„ te patrono admittere permutationem, aut patro-
„ nus contradicendo illam impedire, vel iam ſecu-
„ tam reſcindere pendet à iuris determinatione, in
„ quo ignorantia excuſare non ſolet niſi ſit proba-
„ bilis, *Bellam. deciſ. vlt. num. 2. de rer. permut.* idem
„ *Garz. d. c. 3 nu. 32. & 36. Coecbier. de permut. benef.*
„ *par. 1 c. 19. n. 13.* probabilitas autem illius qualita-
„ tis ignoratæ ex alleg. pro contraria opinione non
„ probatur, neque ex conſuetudine deducta, quia
„ quicquid ſit in cauſa ſpreti patroni, aut recuſan-
„ tis conſentire, aut contradicentis poſt iam ſequu-
„ tam permutationem, in quibus terminis loquun-
„ tur allegatæ auctoritates, & conſuetudo deducta;
„ & declaratio Concilij eſt intelligenda concurren-
„ te, ſcilicet magna vtilitate Eccleſiæ. vt illam intel-
„ ligit idem *Garz. d. c. 3. num. 28.* verum in caſu, quo
„ Patronus ante permutationem comparuit, & cõ-
„ tradicendo iudicialiter ſe oppoſuit, nę Ordinarius
„ procederet ad permutationem concedendam ex
„ allegatis nullus firmat hanc partem, vt latè fuit
„ oſtenſum in prima deciſione. Vnde cum difficul-
„ tas non cadat ſuper caſu controuerſo, non etiam
„ poteſt conſiderari probabilis ignorantia præſefe-
„ rens bonam fidem ad effectum excuſationis, ſed
„ potius detegitur mala fides propter canonem, *c.*
„ *decernimus 16. quæſt. 7.* a&ui reſiſtentem, *Bart. in*
„ *l. ſed et ſi lege, § ſerte de petit. hæred. Oſaſch. deciſ. 160.*
„ *num. 11. Becc. conſ. 95 num. 18. & 24. Surd. conſ. 115.*
„ *nu. 21. vol. 1.* Demum non obſtat quod adhuc be-
„ neficium non poſſit adiudicari Ignatio, qui non
„ expediuit litteras ſuper ſua ſupplicatione, vel ſal-
„ tem eas non produxit obſtante regula de non iu-
„ dicando iuxta formam ſupplicationis, ac etiam,
„ quia omnia narrata ſunt ante omnia iuſtificanda,
„ quia cum Ignatius habeat inſtrumentum ſuæ pręe-
„ ſentationis ſub die 13. Auguſti 1625. & illud pro-
„ duxerit in Rota intra tempus quadrimeſtris corã
„ habente facultatem illum inſtituẽdi vigore *Clem.*
„ *auditor de reſcript.*, ſufficit ad effectum obtinendæ
„ adiudicationis, *Rot. in nou. deciſ. 3. num. 1. de iure-*
„ *patron.* Et ita &c.

Hic quęſtioni finem imponamus, & reuertamur ad propoſitæ ſupplicationis Interpretationem.

Non ex priuilegio, ſed ex veris primęua reali actuali integra, & omnimodo fundatione, & perpetua donatione laicali.

Oſtendimus iuſpatronatus ex priuilegio cadere ſub derogatione, ex priuilegio vero dici omnis patronatus competens ex alia cauſa, quam reali fundatione, & donatione, etiam ſi in priuilegio dicatur, quod ſit prorſus eiuſdem roboris ac naturæ,
131 ac ſi ex dotatione cõpeteret, *Garz. c. 9 p. 5. n. 118.* Verũ duo poſsũt occurrere caſus, primus quod Eccleſia diruta, & labefactata reſtauretur, ac reędificetur; alter, quod dos augeatur, quibus caſibus videndum, an requiratur priuilegium, quia non poteſt dici, quod ſit merum priuilegium, aut quod ſit totalis fundatio, ſiue dotatio.

Quo ad primũ *Garz. loc. cit. prox. n. 120. & 121.* exiſtimat iuſpatronatus acquiri ex reędificatione
132 iuxta *deciſ. Seraph. 499. 555. & deciſ. 907.*, nã vult ſufficere, quod cõcurrat cauſa, ſed deciſiones hoc nõ dicunt, imò reſolutio eſt pro excluſione patronatus, & quod compręhendatur ſub regula Adriani & diſpoſit. Conc. Trid., imò quod reædificatio non ſufficit, niſi Eccleſia ſit in totum diruta, & ſolo æquata, vt in Boſsanen. Parochialis 5. Iunij 1626. coram Buratto.

„ Nicolai gratia &c. Non obſtat prætenſum iuſ-
„ patronatus deductũ ex litteris Pauli III., quia in
„ illis impetrans narrauit cõceſſionem ſi, & poſtquã
„ reædificaſſet, reparaſſet, & ampliaſſet, & ornamẽ-
„ tis ac alijs neceſſarijs ad diuinum cultũ muniuiſ-
„ ſet, & nõ docetur de veritate dictæ æquationis ſo-
„ lo, quæ vti fundamentum conceſſionis eſt plenè, &
„ concludenter probãda, *Rota cor. ſel. rec. Greg. XV.*
„ *deciſ. 387 n. 5. & dec. 444. n. 2. par. 2. recent.* nec de
„ adimplemento d. conditionis, quod etiã eſſet con-
„ cludenter probandũ, vt in his terminis tradit *Man-*
„ *tic. dec. 257. n. 1.* de iure enim ad effectum acquirẽ-
„ di iuſpatronatus conſtare debet Eccleſiam fuiſſe
„ penitus dirutam, & deſtructam, itavt noua conſe-
„ cratione egeret, nec ſufficit reparatio, *Gloſſ. in cap.*
„ *quoniã fundationis de iurepatr.* vbi *Doct. Rocch. eod.*
„ *tract. verſ. conſtruxit n. 12. Lambert. eod. tract. lib. 1.*
„ *par. 1 q. 6. art. 3. n. 13. Gonzal. gl'oſ. 18. n. 53.* Rota in
„ Nolana Beneficij 19. Ianuarij 1594. coram Attri-
„ gono, & in Fanen. Beneficij 28. Martij 1596. coram
„ Litta, & deciſ. 54 n. 5. par. 1. recent. &c.

Regula igitur Adriani, & diſpoſitio Conc. Trid. non tollunt probationes patronatus de iure ſufficientes in ijs, in quibus non fuit inducta præſumptio vſurpationis per diſpoſitionem eiuſdẽ Conc. nempè Cõmunitatibus, & habentibus iuriſdictionem, de quibus ſupra diximus, de iure autem non acquiritur iuſpatronatus ex reædificatione, niſi Eccleſia fuerit penitus diruta, & noua conſecratione indigeat auctoritatibus in deciſione allegatis, vnde conceſſio iuriſpatronatus ſub cõditione, quod reædificet debet interpręetari de illa reædificatione per quam de iure cõmuni acquiritur iuſpatronatus, adeovt priuilegium hoc caſu nihil operetur niſi acquiſitioni patronatus inijcere tricas, de quo tamen mox loquemur.

Secundum etiam nempe dotatio Eccleſiæ iam dotatæ recipit eandem modificationem, & interpretationem videlicet, quod non ſit ex augumento, ſed requiritur, quod Eccleſia dotetur in totum, latiſſimè *Garz. vbi ſup. par. 5. c. 9. n. 122.* & pluribus ſequentibus, & dixit Rota in allegata Nolana Beneficij 19. Ianuar. 1594. coram Attigono.

„ Fuit reſolutum Cappellam de qua agitur eſſe
„ adiudicandam potius liberã, quam de iurepatro-
„ natus, nam per illam donationem factam ab Epi-
„ ſcopo Nolano de anno 1588. non potuit acquiri
„ iuſpatronatus, quia cũ Cappella eſſet reuerſa ad
„ priſtinam libertatem, nõ potuit illã Epiſcopus per
„ ſuam donationem redigere in ſeruitutem iuriſpa-
„ tronatus, *Abb in conſ. 106. n. 4 lib. 2. Rocch. de Curt.*
„ *in tract. de iurepatr. in verbo pro eo quod diœceſani,*
„ *q. 13. aliàs n. 34. Bero conſ. 4. n. 33. lib. 1.* Non obſtat,
„ quod in illa donatione dicatur illum Iacobũ, cui
„ fiebat donatio debere ædificare, & depingere vnã

„ Capellam ſeu Altare infrà triennium, quia nõ per
„ hoc poteſt dici acquiſitũ iuſpatronatus ex reædi-
„ ficatione, *gloſ.in c.quoniã de iurepatr.& ibi Hoſtien.*
„ *in princip.& Henric.Bocch.n.2.*& cęteri ſcribentes
„ *Rocch.de Curt.in tract.de iurepatr.in verbo conſtru-*
„ *xit n.12.* tum quia impenſa pro huiuſmodi reædi-
„ ficatione poterat eſſe tam modica, quod commo-
„ dè poterat fieri de fructibus beneficij, & præſer-
„ tim cum reædificatio eſſet facienda infra trienniũ
„ *c.1.de eccleſ.ædifican.c.quatuor,c.redditibus 12.q.2.*
„ Nec poteſt dici acquiſitus iuſpatronatus ex cauſa
„ donationis, cum Iacobus in ſuo teſtamento reli-
„ querit quædã bona huic Cappellæ, quæ iam erat
„ dotata, *Abb.in d. conſ.106.ſub n.2. verſ. item quod*
„ *Cappellæ ſint ſine dote*; & quia etiam videtur reli-
„ quiſſe vti benefactor Cappellæ, in qua ſibi ſpecta-
„ ret iuſpatronatus, & non vt illud acquireret ex
„ cauſa dotationis, &c.
134 Vbicumque igitur in fundatione adeſt priui-
legium Apoſtolicũ reſultat præſumptio minus le-
gitimæ fundationis, quia ſi fundatio ſufficit, non
opus eſt aliquo priuilegio, poſſunt tamen concur-
rere priuilegium, & vera donatio, vt in Spoletanæ
Iuriſpatron.26.Iunij 1619. coram Sacrato.
„ Non obſtat, quod in omnem euentum erit iuſ-
„ patronatus ex priuilegio, quod cadit ſub regulą 8.
„ ex quo beneficium vacauit in Menſe reſeruato, vt
„ in Compſana iuriſpatronatus coram bo. me. Lit-
„ ta, & in alijs; nam omiſſo an vt hoc habeat locũ,
„ ſit neceſſe probare, quod gratia excedat valorem
„ datum, quia ſi non excedit nõ eſt priuilegium, ſed
„ conceſſio oneroſa, quæ non venit ſub reuocatio-
„ ne, ſeu derogatione conceſſionum gratioſarum,
„ iuxta deciſ.*Mohed.11. de iurepatr.*, & faciunt tra-
„ dita per *Gonzal.ſup.d.regul.gloſ. 28.n. 28.*
Idem fuit reſolutum in Parmen. Prioratus 23.
Ianuar.1621. coram Dunozetto.
„ Domini cenſuerunt &c. Nõ obſtat præcipuum
„ fundamentum, quod informan. pro Octauio pro-
„ niſo Apoſtolico faciebant nempe Prioratum eſſe
„ de iure patronatus ex augumento dotis conceſſo
„ à Ioanne XXIII.& confirmato à Martino V. quod
„ cadere ſub regula reſeruatoria fuit firmatũ in illa
„ Compſana coram bo.me. Penia, & d. in Paduana
„ Iuriſpatron. 14.Iunij coram Decano, & nuper in
„ illa Cæſaraugustana de Maella coram eodem, nã
„ plures reſponſiones fuerunt datę, & prima iura ad
„ probandum iuſpatronatus ex priuilegio non eſſe
„ in forma probanti, quia licet fuiſſent extracta vi-
„ gore Innocentianæ ex proceſſu agitato cor.Card.
„ Mantica, tamen non conſtat iura tunc producta
„ fuiſſe authentica provt requirebatur ad hoc, vt fi-
„ dem faciant in alia cauſa in vim Innocentianæ, &
„ fuit dictum in Hiſpalen. Decimarum de Aiamõte
„ 14.Iunij 1610. corã Illuſtriſs. D.Cardinali Ludo-
„ uiſio, quinimmo dicitur benè tunc fuiſſe productũ
„ computum de cõputo, quod nullam fidem faciat,
„ *Put.dec.427.n.2.lib.3.Rota diuerſ.dec.737.n.1.p.1.*
„ fuit etiam reſponſum prædicta iura non fuiſſe tũc
„ producta à patronis, & quatenus fuerint produ-
„ cta non pręiudicare his, qui præſentarunt Nicolaũ
„ cũ non ſit hęredes eorum. Demum fuit reſponſum
„ quod cũ Nicolaus fundauerit ſuã exceptionem in
„ continuatis præſentationibus citra centũ annos,
„ & in aliquibus dicitur cõpetere de iure, & de anti-
„ qua conſuetudine, quod æquipollet conceſſioni
„ Octauius prouiſus apoſtolicus, qui replicat iuſpa-
„ tronatus eſſe ex priuilegio, quod cadere debebat
„ ſub reſeruatione, debet docere augumentum non
„ fuiſſe æquipollens *Rolan. conſ.13.n.64.lib. 3. Card.*
„ *Seraph. d.dec.518. n.4.* à qua deciſione licet fuerit
„ receſſum per deciſionem 555.& 575., tamẽ in di-
„ ctis deciſionibus fuit receſſũ ex alijs rationibus,
„ nec viſum fuit aliquid concludere, quod Prioratus
„ de tempore ſęcularizationis retineretur per Card.
„ nã ex Conc.Lateranen. non poterat confici bene-
„ ficiũ maioris valoris ducat. 20., quia non conſtat
„ Prioratũ fuiſſe collatũ dum eſſet Card nèc conſtat
„ Conſtitutionẽ emanaſſe ante d.collationẽ; Et ad-
„ uerterunt Domini, quod Prioratus tunc temporis
„ erat de menſa ad nutum amouibilis, & ſic omnia
„ ſpectabant ad Monaſterium à quo dum fuit facta
„ diſmembratio, & ſęcularizatio nõ apparet, quod,
„ & quantũ fuerit applicatum, & ſic potuit dos eſſe
„ modica; nõ obſtat in litteris Ioan. fieri mentionem
„ de florinis 200 quia cum fiat mentio de pluribus
„ terris, & poſſeſſionibus, & dę dicto valore cum di-
„ ctione *alia*, nõ poteſt dici conſtare de certo, & ve-
„ ro valore, & in omnem caſum cũ exceptio Nico-
„ lai ſit probata, & dubietas proueniat ex replica-
„ tione Octauij, qui dicit iuſpatronatus eſſe ex pri-
„ uilegio, ex quo augumentũ non pręponderat con-
„ ceſſionẽ intrat regula, quod quando dubietas pro-
„ uenit ex replicatione non dicitur exceptionẽ re-
„ quirere altiorem indaginem, & ex his Domini di-
„ xerunt ceſſare obiectum ex d. Cæſaraugustana de
„ Maella, quia ibi conſtat clarè fuiſſe datum quid
„ modicum, & ibi iuſpatronatus fuerat erectum in-
„ fra 40.annos, & ita deciſum eſt.
Sed hic incidit difficilliſſima, & diù in Rota agi-
tata quęſtio, vtrũ conſtito de patronatu ex priuile-
gio poſſit ex immemorabili ſiue centenaria præ-
135 ſcriptione deduci alius titulus pręter illũ de quo
apparet, & nõ poſſe reſoluit Congreg. Interpretũ
apud *Garz.d.par.5.c.9.n.119.* contrarium cenſuit
Rota in Ianuen. Abbatiæ 13.Iunij 1525. corã Bu-
ratto, quam cauſam quia ardua eſt, & hac ipſa die
13.Iunij 1631. dũ hæc ſcribo ſeptimum poſita per
R.P.D. Pirouanũ ſuper receſſione à reſolutis corã
Buratto, & nõ reſoluta: hic examinandã cenſeo;
caſus igitur illius cauſę eſt; Babilanus Pallauicinus
conſtituit Procuratorem N. ad pręſentandum Cy-
prianũ filium ad Prioratum S. Antoni Ianuen. tunc
vacãtem, cuius præſentatio ad ipſum ſpectabat in
vim priuilegij Leonis X. ſub datũ &c. Ex hac con-
feſſione priuilegij Dataria de tẽpore Gregor. XV.
Prioratũ prædict. cõtulit Cardin. Gozadino, & per
illius obitũ Sanctiſs. D. N. eundẽ contulit R.P.D.
Saulio, quia videbatur reuocatũ huiuſmodi priui-
legiũ Leonis, non ſolũ per diſpoſitionẽ Conc. Trid.
ſed ẽt per regulã reuocatoriã Adriani VI. & de pri-
uilegio videbatur conſtare ex confeſſione Patroni
pręſentãtis, quę dicebatur nocere pręsẽtato. Nihi-
lominus D. Hipolitus Merẽda vir acerrimi ingenij, &
alij ſcribẽtes pro Pallauicino dicebant confeſſionẽ
illã eſſe extraiudicialẽ, & proinde ſub centenaria
pręſcriptione poſſe allegari aliũ titulũ, & hãc opi-
nionẽ amplexa eſt, *Rot.d.dec.13.Iun.1625.cor.Bur.*
In

» In vltima deciſione 5. Mart. præteriti fuit reſo-
» lutum videre, an conſtaret de immemorabili, vel
» centenaria quaſi poſſeſſione DD. de Pallauicinis,
» quæ ſuffragetur Cypriano, & ſic an ipſe poſſit iu-
» uari alio titulo, quã litteris Leonis X. del 1511. &
» conſequenter ad excludendam reſeruationem, &
» immiſſionem ex ſubrogatione gratioſa conceſſa
» R.P.D. Saulio, & Dñi reſpõderunt conſtare de alio
» titulo, qui ſuffragetur Cypriano. Titulus autem re-
» ſultat ex centenaria quaſi poſſeſſione præſentãdi,
» quæ in familia priuata probat iuſpatron. *Feder.*
» *conſ 234. n. 3. verſ. ad propoſitũ, Caſſad. dec. 2. n. 5. &*
» *6. de iurepat. Rota in recent. dec. 232. n 2. p. 2.* indu-
» citq; titulum dotationis totalis, ſeu æquiualentis
» ſecundum opinionem, quã Rota tenet *deciſ. 254.*
» *n. 10. vſq; in fin. lib. 3. par. 3. diuerſ. Put. dec. 199. &*
» *deciſ. 206. lib. 1. in correct. Rot. deciſ. 312 p. 1. recent.*
» *n. 4 Gabr. cõſ. 198. n. 5. lib. 2.* & fuit dictũ in Parmen.
» Prioratus 23. Ianuar. 1621. coram Reuerendiſſimo
» Seleucien. Centenaria autem probatur ex infra-
» ſcriptis prouiſionibus videlicet prima Leonis X.
» de anno 1514. 2. del 1529. & 3. de anno 1583. tẽ-
» pore fel. rec Greg. XIII., quæ vltima prouiſio dura-
» uit vſq; ad vacationem cõtrouerſam del 1622. de
» quibus in prima deciſione. Non obſtat. quod pri-
» ma prouiſio de anno 1514. ad fauorẽ Antoniotti
» non continuet cum ſecunda prouiſione producta
» ad fauorem D Cypriani de anno 1529. dũ illa le-
» gitur de Monaſterio vacãte per reſignationẽ He-
» ctoris Pallauicini, non autem Antoniotti prædi-
» cti. & ideo tempus præſentationũ incipere debeat
» ab anno 1529. nõ autem ab anno 1514. quo caſu
» centenaria non eſſet cõpleta, quia probatis extre-
» mis pręſentationis Antoniotti de anno 1514., &
» præſentationis Cypriani de anno 1529. pręſenta-
» tio Hectoris intermedia præſumitur, *Alciat. præ-*
» *ſumpt. 2. reg. 2. verſ. ſed mihi videtur, Card. Seraph. de-*
» *ciſ. 1141. n. 3. dec. 1334. n. 3. dec. 145 par. 1. diuer. &*
» *dec. 643. n. 3 par. 1. recent.* & fuit dictum in Lancia-
» nen. Archipresbyteratus 2. Maij 1616. coram me,
» & tanto magis in propoſito Antoniottus ſuperui-
» xit vſq; ad annum 1578. ex Epitaphio eius ſepul-
» chri, & ex conceſſione partis domus d. Monaſterij
» S. Antonij in emphyteuſin ab eo vti Abbate dicti
» Monaſterij facta 2. Auguſti 1526. vnde defecerũt
» vnus, vel ad ſummum tres anni, & remaneret pro-
» bata centenaria in 105. annis, & in tanto modico
» tempore facilius pręſumitur continuatio. Et ſi ali-
» quid modicũ tempus deficeret Rota non attendit
» iam rigoroſè centenariã, vt fuit dictũ in proximè
» allegata Lancianen Nec obſtat, quod præſenta-
» tiones referendæ ſint ad litteras Leonis X vt dictũ
» fuit in prima deciſione tanquam ad titulum patri-
» bulum, tum quia in pręſentationibus, & prouiſio-
» nibus ſupradictis nulla prorſus expreſſa ſit mentio
» de litteris prædictis, ſed tantũ de priuilegio Apo-
» ſtolico, tum etiã quia loquitur de prouiſione Apo-
» ſtolica rõne dotationis, cui hactenus non fuit de-
» rogatũ, quæ verba nõ poſſunt conuenire cũ litteris
» Leonis, quæ emanarunt ex augumento tertię par-
» tis, quæ propterea per regulã Adriani, & Conciliũ
» Trid. remãſiſſent reuocatæ, & ſic dum titulus pro-
» ueniens ex litteris Leonis eſt nullus, ceſſat ex illis
» præſumptio continuationis *Bero. conſ. 69 n. 7. lib. 3.*
» *Gabr. cõſ. 788. n. 58. lib 1 Pariſ. de confid. q. 28. n. 257.*
» Tum demũ, quia ex centenaria prædicta oritur ti-
» tulus rõne dotationis, qui potuit obtineri ab eodẽ
» Leone, non obſtante, quod aliũ ex augumento do-
» tis prius cõceſſiſſet, cum inter ſe compatiantur, &
» certũ eſt in materia iuriſpatronatus centenariam
» ſufficere, *Rot. d. dec. 254. nu. 10. lib. 3. p. 3. diu. & dec.*
» *310. n. 4. p. 1. recent.* Et tandem, quia præſumptio
» continuationis ex titulo pręambulo non procedit
» in poſſeſſione centenaria, nã ſi titulus inſectus non
» producitur ab eodẽ poſſeſſore, non tollit pręſum-
» ptionem reſultantem ex centenaria, *Menoch. conſ.*
» *90. n. 63.* vbi de magis communi *n. 3. & præſumpt.*
» *131. n. 50. Rota dec. 2564 p. 3. diu.* & in d. Parmen.
» Prioratus coram Reuerendiſs. Seleucien. & ita
» reſolutum vtraque parte informante.

Hanc deciſionem ſcribentes pro R.P.D. Saulio
dicebant nõ ſubſiſtere, imò ex ea labefactari plu-
ra iuris fundamenta, nã primo quidem centenaria
non probat niſi titulũ præſumptum, qui licet ſuffi-
136 ciat quãdo de alio titulo non conſtat, non tamẽ
poteſt allegari quando cõſtat de vero titulo, quia
verus titulus ſtatuit initium, & initio nihil põt eſſe
prius, *Rot. dec. 412. n. 2. p. 2. recen.* imò ceſſat præſũ-
ptio cuiuſcumq; alterius tituli, *Rota cor. Greg. XV.*
137 *deciſ. 467 n. 7. & 11. & deciſ. 510. nu. 3. p. 2. rec.* &
propterea præſcriptio ſub qua deducitur poſſibi-
litas alterius debeat præcedere titulum productũ
138 non ſubſequi, in puncto eſt *deciſ. 583. nu. 9. par. 4°*
diuerſ. vbi quod cẽtenaria æquipollet immemora-
bili, quando centenaria non includit rei initium,
ſecus vbi, vt hic, includit rei initium, quod motiuũ
penes me ſemper maximè fuit põderis. & illi præ-
cipuè inſiſtebam, & tamen Rota nunquam illi ſa-
tisfecit; ratio diuerſitatis inter immemorabilẽ, &
centenariam in hac materia patronatus adęquata
redditur apud *Seraph. dec. 1367. nu 3.* quod videli-
cet immemorabilis continet tẽpus infinitum, & ſi
infinito demus aliquid finitum, nihilominus rema-
net infinitũ, quod centenariæ nõ applicatur, & per
cõſequens corruit fundamentũ deciſionis de titu-
lo poſſibili, quia licet poſſibilitas illa fulciri poſſit
ab immemorabili, non tñ a centenaria per cõtra-
rium titulũ ſubuerſa, nã certum eſt centenariam
non præponderare immemorabili, ſed è conuerſo
immemorabilem prævalere cẽtenariæ; immemo-
rabili autem locus non eſt, quando conſtet de ini-
tio, ergo neq; centenariæ locus eſſe poteſt quando
conſtat de initio, quæ ad ſummũ centenariæ æqui-
paratur, *Couarr. in reg. poſſeſſ. p. 2. §. 3. ante n. 8. Oſaſc.*
dec. 101. n. 31. Molin. de primog lib. 2. c 6. n. 64. & pul-
cherrimam in hac materia adducebat deciſionem
D. Ioannes Camillus Maſcãbrunus in cauſa Pam-
pilonen. Beneficiorum de Taffalla 27. Nouembris
1623. coram Remboldo.

» Dñi dixerunt non eſſe dandã remiſſoriam, atq;
» itã recedendũ eſſe ab vltima deciſione in hac cau-
» ſa facta corã Reuerendiſs. D. Seleucien. & ſtandũ
» in prima; fundamẽtum aũt d. reſolutionis fuit, quia
» conſtat maniſeſtè ex ſcripturis per ipſaminet par-
» tẽ productis de initio prætẽſi iuriſpatronatus. Vn-
» de non ſolum redditur impoſſibilis probatio im-
» memorabilis articulata, *Put. deciſ. 426. n. 3. lib. 2.*
» *in nouis. Seraph. deciſ. 454.* cum alijs adductis in

,, vna Comen. Parochialis de Brenta 25. Iunij 1621.
,, coram R.P.D. Buratto. Verum etiam cum d. ini-
,, tium ſit nullum, non poteſt prodeſſe pretenſis pa-
,, tronis quadragenaria quaſi poſſeſſio cum fama,
,, quæ alias ſi de tali initio non conſtaret ſufficeret,
,, quia ceſſat omnis præſumptio, quæ reſultaret ex
,, dicta quadragenaria poſſeſſione cum fama, vbi
,, conſtat de veritate, *Verall. deciſ. 204. num. 1. & de-*
,, *ciſ. 214. par. 3. Put. deciſ. 183. num. 2. lib. 1. Rota de-*
,, *ciſ. 331. num. 18. par. 1. diuerſ.* de dicto vero initio
,, conſtat ex conceſſione dicti Iuriſpatronatus facta
,, per Vicarium generalem de conſenſu Archidia-
,, coni anno 1456. ad petitionem Vniuerſitatis, quæ
,, conſtituit duos procuratores ad comparen. coram
,, Epiſcopo Pampilonen. & eius Vicario, & in Ro-
,, mana Curia, & alibi ad ſupplican. pro dicto pa-
,, tronatu cum conditionibus, de quibus in manda-
,, to procuræ, cuius copia datur, nec obſt. quod dicta
,, conceſſio emanauerit ad comprobationem iuriſ-
,, patronatus iam prius competen. Vniuerſitati, nõ
,, verò ad inducendum nouum ius, quod ante dictã
,, conceſſionem non competebat dictæ Vniuerſita-
,, ti, quia imò ex verbis dictæ petitionis, & conceſ-
,, ſionis apertè dignoſcitur, quod ante dictam con-
,, ceſſionem minimè tale ius d. Vniuerſitati compe-
,, tebat, ſed quod illud fuit mediante dicta conceſ-
,, ſione inductum; apparet, namque in iuribus pro
,, parte Guglielmi, & Conſortum productis, quod
,, habito tractatu ab Archidiacono, & alijs dictæ
,, Vniuerſitatis median. perſonis ſuorum patrono-
,, rum dictus Archidiaconus conceſſit dictum pa-
,, tronatum de nouo, quodque Archidiaconus pro
,, beneficio, quod fecit in dando dictum patronatũ
,, oppido, & Clericis, illis innuxit, vt celebrent duo
,, anniuerſaria pro anima ſua, & quod dictæ partes
,, conſtituerunt certos procuratores ad ſupplican.
,, Vicario generali quod conſentiat fieri dictum pa-
,, tronatum, quodq; dictus Vicarius de conſenſu
,, eiuſdem Archidiaconi conceſſit dictum patrona-
,, tum his verbis formalibus, *de conſenſu dicti Ar-*
,, *chidiaconi tenore præſentium concedimus*, quæ
,, verba iunctis præſertim alijs de quibus in dicto
,, tractatu, & petitione important, vtique nouam
,, conceſſionem, ità quod minime dici poſſit hu-
,, iuſmodi ius etiam ante dictam conceſſionem di-
,, ctæ Vniuerſitati cõpetijſſe, vt in his terminis fuit
,, dictum in Taurinen. Plebis 13. Iunij 1569. co-
,, ram bo. mem. Orano, & in Paduana Iuriſpatro-
,, natus 27. Iunij 1612. coram bo. me. Penia, quæ eſt
,, deciſio 412. par. 2 in recent., & aliàs ſæpiſſimè, &
,, hinc etiam tollitur, quod dicitur, quod titulus d.
,, conceſſionis ſit compatibilis cum poſſeſſione im-
,, memorabili per dictam Vniuerſitatem collatam,
,, quia hoc benè procederet. ſi talis conceſſio ema-
,, naſſet in confirmatione, & approbatione iuris an-
,, te competen. Vniuerſitati, ſeu ad maiorem caute-
,, lam, & in iſtis terminis procedit deciſio in cauſa
,, Conſtantien. Iuriſdictionis corã Reuerendiſsimo
,, Attrebaten. cum alijs per Vniuerſitatem allega-
,, tis, ſecus verò eſt ex quo iuris anteà cõpeten., ſed
,, quod vt dictum eſt, fuit per eam nouus ius indu-
,, ctum, ita quod dubitari non poſſit, quin ius, quod
,, habet Vniuerſitas ſumpſerit initium ex dicta con-
,, ceſſione, quo caſu nõ admittitur probatio imme-
,, morabilis, *Couarr. in regula poſſ. par. 2. §. 3. ante n. 8.*
,, cum alijs adductis in cauſa Ratisbonen. Canoni-
,, catus 23. Iunij 1617. coram R.P.D. meo Pirouano,
,, & in oẽm euentum, quod admitteretur poſſibile,
,, eſſe quod Vniuerſitas habuerit aliquod ius, etiam
,, ante dictam cõceſſionem, quod tamen nullo mo-
,, do videtur ſubſiſtere, nihilominus non eſſet con-
,, ceden. remiſſoria d. Vniuerſitati, quia d. Vniuerſi-
,, tas neceſſe habet probare, quod tale ius ei com-
,, petat ex fundatione, & dotatione, quod certe nul-
,, lo modo præſtare poteſt, quia apparet, omnes præ-
,, ſentationes, & inſtitutiones fuiſſe factas ſaltem ab
,, anno 1529. vigore dictæ conceſſionis, redditur pro-
,, batio, quod dicta Vniuerſitas ab inde citra ſit in
,, quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus. Nec obſtat, quod
,, dicta conceſſio non fuit obtenta ab Vniuerſitate,
,, nec ab ea acceptata, quodque præſentationes nõ
,, fuerunt factæ vigore dictæ conceſſionis, quia totũ
,, contrarium apparet ex ipſa cõceſſione, & iuribus
,, ſupra allegatis, & immo apparet, etiam eandem
,, conceſſionem fuiſſe ab ipſamet Vniuerſitate pro-
,, ductam, & quod in ipſis præſentationibus, & inſti-
,, tutionibus enunciatur dicta conceſſio, quodq; fa-
,, ctæ fuerunt iuxta formam in dicta cõceſſione præ-
,, ſcriptam, vnde abſq; dubio conueniunt dictæ con-
,, ceſſioni, vt fuit in puncto reſolutum in Albanen.
,, Prioratus 29. Nouembris 1598. coram bo. mem.
,, Orano, & minus poteſt eadem Vniuerſitas habere
,, teſtes, qui deponant, quod ante d. annum 1524.
,, fuerit in tali poſſeſſione, & propterea merito eſt
,, deneganda remiſſoria. Nec obſtat, quod ſaltem
,, d. cõceſſio non fuit petita, & acceptata à duobus
,, Vicarijs B.M. Virginis, & S. Petri, & à Cantore, ità
,, quod videntur ſaltẽ d. Vicarijs, & Cantori cõcedẽ-
,, da d. remiſſoria ab probãdũ iuriſpatronatus, quia
,, omnes præſentationes, etiam à dictis Vicarijs, &
,, Cantore factæ, apparent factæ iuxta formam d.
,, conceſſionis, *l. 2. C. de acquir. poſſ. l. quadam mulier,*
,, *ff. de rei vendic.*, & fuit dictum in dicta Albanen.
,, Prioratus coram bo. me. Orano, & per conſequẽs
,, non poſſunt etiam dd. Vicarij, & Cantor probare,
,, quod ſint in quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus ex
,, fundatione, & dotatione, & ex his etiam colligi-
,, gitur, quod ſtante dicta conceſſione, & enunciati-
,, uis dictæ conceſſionis in præſentationibus, & in-
,, ſtitutionibus factis, inuериſimile penitus eſt, quod
,, iuſpatronatus de quo agitur competat Vniuerſi-
,, tati alia ratione, quam in dicta conceſſione, quod-
,, que propterea petitio dictæ remiſſoriæ ſapit non
,, modicam calumniam, ita vt ea videatur denegan-
,, da, vt fuit ex iiſdem rationibus reſolutum in Va-
,, lentina Parochialis de Carleto 8. Martij 1602.
,, coram bo. mem. Cardinali Lancellotto, cuius co-
,, pia data fuit, &c.

Huic deciſioni non reſpondet deciſio Ianuen. quia ſanè per difficilis, & vt facillima eſt reſponſio ad allegata in deciſione, nam *Caſſad. deciſ. 2. de iurepatr.* nec verbum de hac materia; loquitur quidem de iure patronatus ex conſuetudine *deciſ. 4.* ſed ibi firmat iuſpatronatus ſub reſeruatione cõprehendi, quando cõpetit Laico ex conſuetudine, æquiparat enim *n. 6.* conſuetudinẽ priuilegio, *Rot. 139 dec. 253 li. 3. p. 3. diu.* fauet huic parti, quia loquitur in immemorabili, & *ſub n. 11.* expreſse cõcludit

cente-

centenariam nihil operari quando conſtat de initio, *Put. deciſ. 199. lib. 1.* loquitur de immemorabili, quam differre à centenaria ſupra oſtendimus; *dec. vero 206. eod. lib.* firmat quidem tempus centum annorum operari immemorabilem cum ſuppoſito tamen, quod non conſtet de initio, iuxta deciſionem Pampilonen. de Taffalla, & in his terminis loquuntur *Rota deciſ. 312. par. 1. recent.* & *Gabr. conſ. 198. num. 5. lib. 2.* nec non Parmen. Prioratus coram Dunozetto, vbi vt Rota ab initio, quod ibi prætēdebatur ſe liberare negat iura quibus ibi aſſerebatur initiũ eſſe in forma probanti.

Non igitur coniungendę ſunt deciſiones in Parmen. Prioratus, & in Cæſarauguſtana Parochialis de Maella 8. Nouembris 1599. coram Pamphilio, quia prior dicit centenariam operari titulum, hæc altera in beneficialibus poſſe mutari titulũ poſſeſſionis, & ſingulæ loquuntur in caſu ſimplici, quę non poſſunt combinari vbi vtrumque concurrit mutatio tituli, & præſumptio ex centenaria alterius tituli, vbi de alio liquido conſtat. ſed apponamus ipſam deciſionem Ceſarauguſtan.

„ Cenſuerunt Domini Ludouicum nõ iuſtificaſ-
„ ſe vacationem narratam ob nõ ſeruatam formam
„ Conſtitutionis fel. rec. Pij V. quia non probat hãc
„ negatiuam prout tenetur, *Innoc. in c. ſuper litteris,*
„ *col. 3. de accuſ. Bart. in l. in illa, ff. de verb. oblig. Aym.*
„ *conſ. 12. num. 6.* & idem plenè & concludenter, cum
„ ſuper ea ſit fundata ſua gratia, & verſemur in im-
„ petratione, quæ ſapit aliquo modo obiectum, cũ
„ agatur de euincendo beneficium ab eo, qui illud
„ poſſidet, licèt materia nõ ſit verè, & propriè obie-
„ ctiua propter incluſum ius dantis, vt fuit dictum
„ in cauſa Caſalen. Prępoſituræ coram bo. mem. Gy-
„ pſio 21. Aprilis 1593. & ſæpius in alijs cauſis.
„ Hanc autem probationem non colligi ex proui-
„ ſionibus factis per Archiepiſcopum in perſonam
„ Ioannis Berbegal, quia etiam quod in eis nõ eſſet
„ ſeruata forma Conſtitutionis, (quod tamen Infor-
„ mantes negabant, & particulariter videbitur ſi
„ opus erit) ex earum exhibitione, nõ probari Ioan-
„ nem obtinere Parochialem ex his titulis cum ipſe
„ illos non producat, neq; alleget, vt habetur in de-
„ ciſionibus factis in cauſa Aretina, & in cauſa Sa-
„ lamantina Parochialis coram bo. me. Orano, quæ
„ exhibetur, cum enim in beneficialibus detur mul-
„ tiplicatio titulorum, *c. poſt electionem, de conceſſ.*
„ *præbend. Roman. conſ. 433. num. 7. Caſſad. deciſ. 7. in*
„ *fin. de cauſ. poſſ. & propr. Felin. in cap. in noſtra, col. 2.*
„ *verſ. titul. de reſcrip.* poteſt Ioannes vti reus, & poſ-
„ ſeſſor excludendo actorē per non ius, *l. fin. C. de rei*
„ *vendic. l. qui accuſare, C. de eden.* ſe iuuare poſſibili-
„ tate alterius tituli validi, vbi non eſt facta ab ip-
„ ſo, ſed ab actore, & à tertio, iuxta deciſ. *Caſſad.*
„ *vlt. num. 7. de procur. Creſc. deciſ. 261.* Neque ob-
„ ſtat, quod Ioannes fuit vſus iſtis prouiſionibus,
„ dando mandatum de accipiendo poſſeſſorem Pa-
„ rochialis vigore iſtarum prouiſionum, quia ex ea-
„ dem ratione, quod in beneficialibus admittitur
„ multiplicatio titulorum, potuit Ioanni poſt hanc
„ poſſeſſionem ſuperueniſſe alius titulus, cuius vigo-
„ re poſtea mutauit ſibi cauſam poſſidendi, quod ei
„ facere licuit, *l. non ſolum, §. quod vulgo, ff. de vſucap.*
„ *l. 3. § illud, & l. qui bona. § in omnes, ff. de acquir. poſſ.*
„ *l. nemo, C. eod. tit.* & in dubio fuiſſe cenſetur etiam
„ ſine vlla declaratione, iuxta opinionem, quam ſe-
„ quitur Rota, vt per *Put. deciſ. 451. lib. 1. Acchil. de-*
„ *ciſ. 4. de cauſ. poſſ. & propriet.* & per *Paleott. 245.*
„ cum ſimilibus &c.

Hæc deciſio firmat regulam in beneficialibus dari multiplicationem titulorum, vult tamen oẽs exhiberi, cui exhibitioni non fit ſatis per præſumptionem reſultantem ex centenaria, vt ſupra oſtẽdimus, quibus non aduerſatur deciſ. 353. num. 12. coram Greg. XV. quia loquitur in diſpenſatione ſuper natalibus; quæ ſapit obiectum, in qua materia requiritur exactiſſima probatio, vt ibi addit. num. 18.

Nec etiam cõfirmatur deciſio Iauuen. ex clauſula, *cui non fuit hactenus derogatum, nam argumẽtatur:* prouiſionẽs de Prioratu Sancti Antonij factæ habent hanc clauſulam, quæ falſa eſſet, ſi Pallauicinis cõpeteret patronatus ex priuilegio Leonis, quia illi per Conc. Trid., & regulam Adriani fuit derogatum, vnde de alio priuilegio interpretandæ ſunt prouiſiones prædictæ; nempè de priuilegio ex ęquiualenti dotatione, & quod ſub reuocatione non comprębendatur.

141 Sed friuolum omnino argumentum, nam non conſtat, quod illa clauſula vnquam fuerit iuſtificata. Deinde ſciendum eſt magnam hic committi terminorum tranſcendentiam: nam quando impetrationis de beneficio iuriſpatronatus narratiuæ. *Quod de iurepatronatus ex fundatione, & dotatione, vel priuilegio exiſtit:* Dataria apponit clauſulam, *cui hactenus derogatum non fuit*, illam clauſulam intelligit de derogatione ſpeciali facta in aliqua gratia pro illa vice, non autem de reuocatione generali per Conſtitutionem, Concilium, ſiue Regulam, & ſic malè infert deciſio fuiſſe priuilegio derogatum, quia illud fuit reuocatum; nã derogatio, & reuocatio ſunt termini diuerſi, & de-
142 rogatio fit per gratiam ſpecialem, reuocatio per Conſtitutionem generalem, in qua cõfuſione terminorũ vertitur etiam *Garz. d. par. 5. cap. 9. n. 118.* vbi dicit, erit nihilominus derogatum, & ſublatum tale ius, &c. aliud enim eſt per derogationem ſuſpendere ad tempus, & aliud eſt tollere penitus, & licet Rota aliàs ponderauerit hanc clauſulam, ad hunc effectum, vt in Albanen. Prioratus 17. Nouẽbris 1603. quam infra dabimus num. 156. non tamen confundit hos terminos, ſed oſtendit quod ex non derogatione in beneficio Rom. Cur. valdè noto benè infertur ad patronatum. Ratio autem, cur Dataria apponat hanc reſtrictiuam, ea eſt, quod ſi partes non acciperent gratiam cum hac clauſula, & faterentur priuilegio in aliqua gratia aliquãdo eſſe derogatum, vel Papa non conferret, vel certè difficilius, motus exẽplo derogationis, ſtant enim ſimul, quod patronatui, qui ſub reuocatione generali non comprębenditur ex aliqua cauſa ſpeciali derogetur, vel ratione loci vbi contigit vacatio vel ratione perſonæ, ob cuius obitum contigit, vt ſupra diximus de patronatis Regum, & Principum.

Secunda difficultas principalis, an, & quando dicatur de titulo inſufficienti, & inualido, in quo articulo deciſio in dicta Iauuen. in fine firmat non

poſſe dici conſtare de titulo inſufficienti niſi fue-
rit productus ab eodem poſſeſſore, in quo articulo
examinanda ſunt duo; primum an concluſio ſit ve-
ra; alterum in caſu propoſito an poſſit dici titu-
lum fuiſſe à poſſeſſore productum.

Quo ad primum concluſio videtur habere dif-
ficultatem, nam clarum eſt, & receptum apud
144 *Doct. in cap. fin. de præſcript.* contra centenariam
admitti probationem, immo aduerſus millenariã
ſi conſtat de initio, non enim ex centenaria reſul-
tat præſũptio iuris & de iure, ſed ſola præſumptio
iuris, quæ operatur vt exiſtentibus paribus hinc
inde probationibus iudicetur pro eo, qui hanc ha-
bet pro ſe præſumptionem diſerte *Menoch. de præ-*
145 *ſumpt. lib. 1. quæſt. 33. nu. 8. & Alciat. de præſumpt.*
p. 3. num. 1. definit præſumptionem iuris eſſe *pro-*
babilem coniecturam ex certo ſigno prouenientem, quę
alio non adducto pro veritate habetur, & poſt multa
nu. 4. dicit actum præſumptum à iure eo ipſo pro-
batum dici, quod non probatur contrarium præ-
ſumptio igitur iuris non excludit probationem in
contrarium, ſed de alio non docto transfert onus
probandi in Aduerſarium, & aliud eſt probationẽ
reijcere in Aduerſarium, aliud eſt probationem
contrariam non recipere; eſto igitur, quod *Garz.*
p. 5. cap. 1. num. 535. recte reprehendat *Gonzalem*
gloſ. 43. num. 95. aſſerentem, quod quando quis te-
netur vti actor probare aliquid in quo ſe fundat,
tunc nõ ſufficere iuris præſumptionem, ſed requiri
probationẽ aliunde, quia licet iuris pręſumptio ad
hoc ſufficiens ſit, non tamen inde ſequitur præſũ-
ptioni probationem opponi non poſſe, & præſũ-
ptionem iuris quam pro ſe habet reus per proba-
tionem actoris elidi, pro quo *Gonz.* loco proxime
allegato bene allegat *Acchill deciſ. 1. de prob.* quia
probatio illa generica reſultans ex cẽtenaria, tol-
146 litur per hanc ſpecificam, per quam actor fun-
dauit ſuam intentionem *Egid decis. 618. nu. 2. in fin.*
Mohed. deciſ. 2. de Vſur. præſumptio igitur illa ex
147 centenaria vincitur à probatione *l. cum in debito,*
§. 1. ff. de probat. c. quicumque 80. diſtinct. Aym. conſ.
35. num. 1. Caſſad. deciſ. 8. ſuper reg. & hæc probatio
non infringitur per præſumptionem, ſed requirit
aliam probationem pleniorem, alioquin commit-
148 teretur vitioſus circulus *Rota deciſ. 214. num. 3.*
coram Cardin. Mantic. & deciſ. 26. num. 1. p. 1. diuer.
& propterea nõ applicatur dicta deciſio Parmen.
in qua dicitur, quod ibi opponens de patronatu
fundauerat intẽtionem ſuam in pręſentationibus
vltra centum annos, vnde prouiſus Apoſtolicus
actor debebat probare illum non competiiſſe ex
augumento, non inquam applicatur, quia vt bene
ſubdit deciſio in dictis præſentationibus diceba-
tur, patronatum competere de iure, & antiquã cõ-
ſuetudine, & ſic non erant reſtrictæ ad vnum ali-
quod indiuiduum priuilegium in quo Pontifex di-
cit tenore præſentium concedimus, aſſignamus,
&c. quæ verba duo important, primum ius patro-
natus, & præſentandi ante id temporis Pallauici-
nis non competiiſſe, alterum, beneficium de quo
agitur ante conceſſionem huiuſmodi extitiſſe, &
quidem non ſine dote *Abb. conſ. 46. n. 1.* & per con-
ſequens a Pallauicinis non poſſe allegari titulum
149 poſteriorem ex capite fundationis, vel dotatio-
nis, vt ponderat *Rota deciſ. 412. num. 1. p. 2. recent.*
& ceſſat præſumptio tituli antiquioris *Rota coram*
Gregor. XV. deciſ. 467. num 7. & 11. & dicta deciſ.
412. num. 2. & deciſ. 310. num. 3. eadem par. 2. recen.
Nec etiam verũ eſt quod aſſumit dicta deciſ. Par-
men. reum, & poſſeſſorem excludere prouiſum
Apoſtolicum per exceptionem turbidam iurispa-
tronatus, quia quando prouiſus Apoſtolicus iuſti-
150 ficauit ſuam gratiam, tunc excipiens de patro-
natu debet eum plene iuſtificare, vt in ſupradicta
Oſcen., quia reſiſtit ius, vt in Cæſarauguſtana Pa-
rochialis 10. Iunij 1586. coram Gypſio, & deciſiõ
Parmen interpretari debet, vt procedat in caſu,
vbi prouiſus Apoſtolicus gratiam ſuam non iuſti-
ficauit, vt diſtinxit Rota in Forolinien. Iurispatro-
natus 15. Iunij 1609. coram Manzanedo, & non
ſufficit quælibet turbiditas, ſed requiritur vehe-
mens Rota apud *Greg. XV. deciſ. 58. nu. 2.*

Altera pars ſecũdæ difficultatis, an titulus pro-
ductus per procuratorem cẽſeatur productus per
principalem, & an huiuſmodi productio noceat
poſſeſſori, in caſu de quo agimus, certum eſt Or-
dinarium non fuiſſe admiſſurum præſentationem
niſi docto de titulo patronatus, quem procurator
producens, procuidubio recipit à principali, cuius
151 intererat, vt produceretur, vt bene arguit Rota
coram *Greg. XV. deciſ. 331. nu. 12.* vbi additio ſub
num. 20. quæ bene diſtinguit, quando procurator
producendo præiudicat principali, & hoc vti in-
dubitatum ſupponit *deciſio 285. num. 4. circa med.*
par. 2. in recent. quia nulla poteſt adduci veriſimili-
tudo, quod procurator producens inſtrumentum
ſiue priuilegium pro alio, illud aliunde receperit
quam à domino, quę doctrina adeò eſt vera, vt ex
productione inſtrumenti præſumatur mandatum
etiam ſi alias de eo non conſtet, ſi producens eſt
perſona cognita principali, etiam ſi non conſtet,
quod inſtrumentum fuerit à principali traditum
procuratori producenti *Roman. conſ. 446. num. 11.*
verſ. aut producit quis inſtrumenta, quæ præſumptio
adeo valida eſt, vt ne inſtrumentum cẽſeatur pro-
ductum de mandato domini, ſiue principalis, ipſe
principalis, ſi velit ſe productioni opponere te-
neatur probare fuiſſe illud ei clam, & furto ſub-
tractum vt in ſpecie *Aymon. conſ. 50. num. 5. verſ.*
bene fateor, rationem reddit, quia ex tali produ-
152 ctione præſumitur mandatum iuxta *Abb. c conſ.*
7. lib. 2. Rep. in rub. ff. de acquir. poſſ. verſic. prima ergo
ſit regula: mandatum autem ſine conſenſu Do-
mini induci non poteſt, ſiue ille ſit tacitus, ſi-
ue expreſſus.

Ex quibus tolluntur, quæ dicebantur per Do-
minum Merendam, nempe ex productione inſtru-
menti induci ſolummodo tacitam procuratoris
confeſſionem, principalem autem poſſe reuocare
illius expreſſam, quia cum præſumptio iuris ſit
productionem fuiſſe factam de mandato princi-
palis, confeſſio eſt propria non procuratoris, quæ
153 non reuocatur, niſi docto de errore ſaltem ex in-
teruallo *cap per tuas de probat. Specul. in tit. de poſit.*
§. final. nu. 8. verſ. item ſi ponens Maranta in ſuo Spe-
cul. in tit. de poſit. & art. product. num. 6. Verall. deciſ.
191. p. 1. etiam ſi confeſſio fuerit facta in alio Iu-
dicio, dummodo illius vigore obtinuerit *Rota co-*
ram

ram Greg XV. deciſ. 558.*num.* 8.*& deciſ.* 78. *num.* 3.
154 *par.* 1. *rec.* & in Bononien. fideicommiſſi de San-
cto Petro 28. Iunij 1602. coram Penia, & ita pro-
cedit allegata Cęſarauguſtana de Mailla 8. Nou.
155 1599. coram Pamphilio, Verſic. Non obſtat, ſi
dicatur.

Poſita confeſſione præſentantis illa etiam nocet pręſentato vt fusè probat Rota in deciſ. prima huius cauſæ Ianuen. coram Burat. ſub die 24 Maij 1624. quam hic non exhibeo, quia propediẽ prodibit iam diù typis data per D. Ferentillum, & idẽ firmat Rota in Aquilana Iuris patronatus 14. Martij 1629. coram D. Durano fuit reſolutũ, &c. Quia immo vetus eſt proceſſus, & ſententiam inter pattonos præiudicare præſentatis ſcientibus, *Gloſ.* communiter approbata in *c. cupientes* §. *cæterum verbo nullum præiudicium, de elect. in* 6. *Bald. in l. ſiue nu.* 13. *C. ad Velleian. Alex. in l. ſæpe nu.* 54. *ff. de re iud. Abb. in cap. quamuis nu.* 23. vbi etiam *Felin. num.* 11. *de re iud. Lambert. de iurepatron. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 11. *art.* 9. *n.* 2. & Rot. in Ianuen. Abbatiæ 24. Maij 1624. coram bo. me. Buratto, &c.

Quibus non obſtat deciſio 3. in hac cauſa Ianuen. ſub die 13. Iunij 1625. coram eod. Buratto, in qua dicitur productionem iſtam tolli per centenariam, nam ratio vt patet ex ſupradictis ſuadet contrarium, & iura ibi allegata hoc non conuincunt, deciſioni enim Parmen, iam reſpondimus *Menoch. conſil.* 90. *num.* 63. *& ſeqq.* firmat duo; primum, titulum inualidum præbere iuſtam cauſam præſcribendi; alterum, in curſu temporis excedẽte hominum memoriam nullum titulum requiri, quod ille fortius exiſtimat, quam dato titulo quã vis inualido inducere pręſcriptionem, in quo multum eſt hallucinatus, nam non negauerim vnquã, ſolum curſum temporis eſſe ſufficientem ad præſcribendum, immò hãc opinionem mordicus tueor, ſed dico præſcriptioni illi præiudicari per inſufficiens, & inualidum initium iuxta *Cardinal. in Clem. plures quæſt.* 5. *in fin de iurepatr. Lambert. lib.* 1. *art.* 5. *q.* 10. 1. *p. num.* 41. & ſic non eſt bona illatio ſolus curſus temporis ſufficit ad præſcribendum ſine titulo, ergo multo magis concurrente titulo, licet inualido, nam regula Adriani, & Conc. Trid. inficit poſſeſſionem, adeovt de centenaria ſubſequenti poſitioni actus dari non poſſit, & propterea perperam Menoch. inuehitur in Cardinalem immo debaccharur inquiens *fremat modo Cardinalis quantum velit &c.* ſanè ratio, & authoritas Cardinalis longe præponderat auctoritati Menochij, qui tamen ſi eius dictum perpendatur, non videtur omnino damnandus, inquit enim, quod titulus inualidus vt pote conceſſus ab eo, qui non potuit concedere, præbeat iuſtam cauſam præſcribendi, adeovt inualiditatem tituli reſtringat ad defectum poteſtatis, quo caſu bene poteſt ex centenaria induci alius titulus validus, quia præſumptio eſt vnumquemque poſſidere ex titulo valido, & hic caſus multum differt a caſu deciſionis Iauuen. vbi titulus fuit collatus à volente, & potente concedere, & ſic à principio fuit validus, donec per regulam Adriani reuocaretur, & ſic cunſtat de principio valido ex poſt facto per regulam infecto, & ita etiam procedit *præſumpt.* 131. *num.* 5. qui termini vt dixi longe diſtant inter ſe *Rot. deciſ.* 583. *nu.* 9. *p.* 4. *diuerſ.*

His rationibus non obſtantibus Rota ſub die 13. Iunij 1633. & ſub die 2. Decembris eiuſdem anni perſtitit in Deciſis coram Reuer. P. Domino Pirouano, quarum deciſionum vnicam, hic adijcimus.

Vacante huiuſmodi Abbatia de Anno 1612. Menſe Iulij per obitum Ioannis Baptiſtæ Palauicini de eadem D. Ciprianus ab Ordinario Ianuen. fuit prouiſus ad præſentationem Babilani Palauicini eius Patris vnici, vt aſſerebatur Patroni poſſeſſione tunc ſubſequuta, & de eadem Abbatia tanquam de reſeruato ratione menſis fuit prouiſus à Sede Apoſtolica bo. me m. Cardinalis Gozadinus, eoque defuncto ante adeptam poſſeſſionẽ Sanctiſſimus Dominus Noſter illam motu proprio conceſſit R. P. D. Saulio. Cauſa poſtmodum in hoc Sacro Tribunali introducta, eoq; petente immitti & D. Cipriano de Patronatu excipiente. Primò ſub die 24. Maij 1624. Reſponſum fuit cõſtare de iurepatronatus ex Litteris Leonis X. de anno 1513. qua reſolutione reuiſa, quia Deciſio firmat ex productione litterarum Leonis per Babilanum coram Ordinario Ianuen. facta, inde oriri conſequentiam, quod nullum meliorem titulũ habebat ſequendo dictum Innocen, in c. dudum de decimis. Domini ſub die 5. Martij 1625 in iam reſolutis permanſerunt, addito tamen poſſe Dominum Ciprianum iuuari alio titulo, de cuius releuantia reſeruarunt videre in ſeparata diſputatione. exinde poſita hac parte reſeruata ſub die 13. Iunij eiuſdem anni 1625. reſponſum fuit conſtare de alio titulo qui ſuffragatur Cipriano, & cũ hac reſolutione emanauit ſententia Rotalis de cuius validitate & iuſtitia dum quæreretur in gradu appellationis, ſub die 14. Decembris 1626. propter diuerſas DD. ſententias dilata fuit reſolutio, & ſæpius in ſequentibus annis cauſa repropoſita in deciſa remanſit. Denique hodie iterum eodem dubio accuratè examinato, concluſum fuit ſententiam Rotalem eſſe confirmandam, quia D. Ciprianus non obſtante productione litterarum Leonis in partibus coram Ordinario facta poterat alio titulo iuuari, & titulus ab eo allegatus illi ſuffragatur ad excludendam reſeruationem in hoc iudicio adipiſcendæ per R. P. D. Saulium intentato.

In facto enim verũ eſt quod præſentatus Reus eſt, & poſſeſſor, & in iudicio Rotali litteras Leonis X. non produxit, ſed prouiſus Apoſtolicus proceſſum coram Ordinario, cum quo Ciprianus fuit inſtitutus, exhibuit. Vnde eo excipiente de patronatu ex fundatione, & dotatione diuerſo à patronatu ex cauſa augmenti tertiæ partis vt litteræ Leonis X. concedunt, audiendus eſt quia Regula, ſeu præſumptio c. dudum de decimis de exhibente titulo infecto, & inualido, eo tantum caſu procedit, quando à poſſeſſore in eodem iudicio, & inter eaſdem Partes, & ad eundem effectum producitur, & in eo ſe tuetur, non autem quãdo ab alio, & ſeu Aduerſario in alio iudicio, & ad fundandã ipſius intentionem pro excluſione iuris rei conuenti exhibetur, ita diſtinxit Rota apud *Creſcent. deciſ. vltima de probat.* dicens, quod, & ſi melius

ſit

ſit titulum non producere, quam infectum aut inualidum producere; attamen illud procedere quando ab eodem produceretur volente titulum iuſtificare ſecus ſi à Tertio, contra quem poteſt ſemper excipere, ſe alium titulum habere, & exinde cum hac diſtinctione in alijs cauſis reſpondit in Cæſarauguſtana de Maela 8. Nouembris 1589. coram bon. mem. Card. Hieronymo Pamphiho, & 7 ; 1. *nu. 19. p. 1. diuerſ. 489. nu 4. p. 2. rec.* & in Cauſa Caſalen. Canonicatus 14. Maij 1617. coram bo: mem. Patriarcha Manzanedo & 353. *nu.* 13. coram Gregorio XV. Nec Informantes pro prouiſo Apoſtolico diſſentiunt ab hac declaratione; Sed ſe fundant in confeſſione, ac ratificatione, & commodo ex inſtitutione, & poſſeſſione litterarumq; Leonis X. productione per præſentatum reportata, qui actus dicebantur referendi ad tacitam excluſionem melioris tituli.

Non obſtat igitur replicatio excluſionis melioris tituli, ex actibus prædictis ſubſequutis, ex quibus, quamuis extraiudicialibus, & parte abſēte emanatis, nihilominus de æquitate Canonica plene excluſio probata dicebatur *Gabr. de confeſſ. concl. 1. nu 46. Put. deciſ. 12. lib. 2. in nouis, Acchil. de confeſſ. deciſ.* 1. maxime (vt dicebatur) concurrentibus adminiculis *Curt. ſen. conſil. 70. num. 3. Natt. conſ. 547. nu. 24.*

Quia Pallauicinus non negat priuilegium Leonis X. neque illius exiſtentiam, ſed impugnat conſequentiam, quod meliorem non habeat titulum, & eo vti non poſſit, excipiendo contra prouiſum Apoſtolicum, & ſatis operatur hæc confeſſio ex productione litterarum prædictarum co: Ordinatio reſultans in agnoſcendo titulum ex cauſa augmenti tertiæ partis abſq; eo quod deſumatur excluſio alterius tituli quia hoc non includitur per neceſſe provt deſideratur in actore ad illius intentionem fundandam *l. non hoc C. vnde legitimi cap. in præſentia de probat. Bald. in l. ad probationem la 2. C. eodem tit. de probat. Natta conſ. 520. num. 113. Becc. conſ. 32. n. 101. Surd.* latiſſime comprobans *conſ. 5. num. 45. & ſeqq.* & dicens quod ex confeſſione deſumi non poteſt fundamentum quando aſſumptū non includitur per neceſſe, ſequendo interpretationem in fauorem confitentis provt de iure tenemur *Butr. in c. ex litteris il 1. in fin. de Sponſal. Dec. conſ. 78. nu. 10. & 493. nu. 16. Marant. in praxi p. 6. tit. de confeſſ. nu 32.*

Neque poteſt deſumi Argumentum ab impoſſibile, quod ſcilicet dato patronatu ex cauſa augmenti tertiæ partis, alter dari non poſſit ex cauſa totalis, vel coequalis dotationis tam propter narratiuam litterarum Leonis quam per incompatibilitatem multiplicitatis dominij in eodem ſubiecto per regulam *l. 1. §. ex pluribus ff de acquirend. poſſeſſ. & cap. inter dilectos, de fide inſtrument.*

Nam etſi narratiua litterarum Leonis videatur præſupponere dotationem primæuam, dum exprimitur valor in ducatis 150. de Camera, & prius huiuſmodi Monaſterium reperiatur adnotatum in libris Cameræ in florenis 42. cum duobus tertijs, ac etiam fundationem, & conſtructionem, cū iam eſſet fundatum, & conſtructum, dum pauperes, & miſerabiles perſonæ in Hoſpitali recipiebantur ſecundum earundem litterarum narratiuam, & inde dicatur quod datum æquiualeat cōceſſioni ſolum eo caſu quando Eccleſia totaliter dotatur, alias conceſſio reputatur in totum gratioſa, *Rot. deciſ. 457. n. 17. par 1. diuerſ. & 58. nu. 8. par. 1. recent.*

Attamen hoc non tollit poſſibilitatem tituli coæqualis dotationis, quæ deſumitur ex æquali dotis conſtitutione, nam eo caſu etiam quod Eccleſia ſit dotata admittitur requiſitio patronatus, ex dotatione propter cauſam onerosam, quę prouenit ex iuſtitia non autem ex gratia, vt ponderatum fuit in Peruſina de cōfinio 2 Decemb. 1596. coram PP. Clem. VIII idem fuit determinatum in Valentina Beneficij de Carlet. 4. Maij 1601. coram Card. Lancellotto, & in Ceſarauguſtana Parochialis de Maella verſ. in noſtro autem caſu, 6. Nouembris 1617. coram D. meo Decano, ac comprobant *Garz. de beneſ. par. 5. c. 9. num. 120. & 127.* vni ponit per extenſum, deciſionem Valentinam de Carlet. & ad den. ad deciſ. 397. Greg. XV. eaſq; deciſiones referunt, admittuntq; coæqualitatē dotis, nec contradicunt poſſibilitati huius tituli deciſiones 58. & 88. par. 1. recent. quæ fuerunt factæ in cauſa Compſana Iuriſpatronatus coram bo. m. Litta, & 457. par. 1. diuerſ. quia firmant tantummodo quando illud quod datur non æquipollet conceſſioni Iuſpatronatus ex dotatione, provt in eum modum allegatæ deciſiones declarantur in eadem Ceſarauguſtana de Maella.

Ceſſat ſimiliter incompatibilitas ratione multiplicitatis dominij, quia in beneficialibus indubitata eſt concluſio, dari titulorum multiplicationē, *Caſſad. deciſ. 21. num. 5. ſuper regul. Selua de beneſ. par. 13. quæſt. 19. num. 2. Caputaq. deciſ. 339. num. 5. par. 1. & 305. par. 13.* & pro indubitata admiſit Rota in cauſa Mutinen. Plebis, ſeù Iuriſpatronat. 27. Iunij 1625. coram D. meo Decano.

In prophanis autem in multis eadem concluſio procedit, qui conueniunt poſſibilitati, & vſui tituli allegati, nempè quando à principio ſimul concurrunt *Bart. in leg. 3. §. ex pluribus, num. 9. ff. de acquir. poſſ. Iaſ. in § ſic itaq; num. 16. inſtit. de act. Dec. & Cagnol. in l. nō vt ex pluribus, de reg. iur. Surd. conſ. 305. nu. 6.* ſimiliter quando pinguius ſubueniretur per ſecundam cauſam, quam per primam, *Felin. in c. inter dilectos, num. 18. de fid. Inſtrum.* Tertiò quod magis conuenit caſui controuerſo, quando eſſet dubium de prima cauſa an poſſet durare; tunc res mea poteſt ex noua cauſa mihi acquiri, *Oldrad. conſ. 23. in fin. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gloſſ. 7. num. 69. Surd. eod. conſ. 305. num.* 59. ac demum quando tituli non concurrunt quoad ius creandū, ſed ad illud confirmādum, & defendendum, quia tanquam diuerſa poſſunt concurrere, nec eliduntur vnum ab altero tanquam contrarij, *Abb. in c. Abbatem num. 11. de verb. ſignif. Dec. conſ. 271. in caſu tranſmiſſo de Hiſpania*, quod ponitur cum altero reddito Florentiæ *num. 19.* & ideo ſi non poſſit ſe iuuari, alio titulo agendo, ex eo, quod ſemel Dominus non poſſit effici alter Dominus, bene tamen poterit iuuari defendendo, & ſic per viam exceptionis.

Qua-

Quare ſiue iſta materia iuris patronatus dicatur beneficialis, ſiue prophana, ſemper Pallauicinus poterit iuuari alio titulo, nedum quia prima cauſa ex litteris Leonis redditur dubia ex Conſtitutionibus Innocentij VIII. Adriani VI. & Tridentini Concilij, verum etiam, quia ſe defendit, & excipit contra prouiſum Apoſtolicum de titulo ſibi competenti, ex centenaria conſuetudine præſentandi, qui non contrariatur conceſſioni Leonis X. ſed cum ea concurrere poteſt, vt firmat idem *Decius d.conſ.271.num.19.* & allegata deciſio Mutinen. Iuriſpatronatus coram D. meo Decano, & benè comprobat *Gonzal. ſup. reg. 8. gloſs. 53. numer. 45. & ſeq.*

Principalis ergo difficultas reducitur ad probationem Tituli, ex quo Pallauicinus poſſit iuuari ad ſuſtinendum Iuſpatronatus in regulis reſeruatorijs, non compræhenſum; quam Domini exiſtimarunt ceſſare ex præſentationibus effectuatis, & obſeruatis ſpatio centum annorum & vltra, nempe ab anno 1514 vſque ad annum 1622. quo contigit vltima vacatio per quam Pallauicinus obtinuit præſentationem, & inſtitutionem ab Ordinario Ianuenſi.

Vera enim eſt, & recepta concluſio, ex continuata quaſi poſſeſſione præſentandi vltra centum annos probari Iuſpatronatus ex fundatione, & dotatione, cum ſimus in perſonis priuatis, *Abbas in c.querelam num. 9. in fine de elect. Federic. de Sen. conſ.214.col.3.verſ.ſic ad propoſitum*, dicens negari non poſſe illum eſſe patronum, cuius anteceſſores iam per annos centum præſentauerunt, cuius dictum refert, & ſequitur *Caſſad deciſ.2. num.5. de probat. Gabr.conſ.192.num.9.& 198. num.5.lib.2. Dec.conſ.174.num.4. Pariſ.conſ.114. num 4. lib. 4.* & hæc concluſio in hac ſacro Tribunali ſemper fuit recepta, vt patet ex *deciſionibus* 211. *num.*1. 312.*num.4. par.1. recent.* & in Parmen. Prioratus 23. Iunij 1621. coram bo. mem. Archiepiſcopo Seleucienſi, in qua aliæ deciſiones allegantur. Nec dubitari poteſt de obſeruantia continuata præſentandi, quia dantur tres præſentationes effectuatæ, nempe de anno 1514. 1528. 1583. quæ vltima durauit vſque ad annum 1622. in qua Babilanus Pater præſentauit Ciprianum filium.

Neq; obſtat, quod tempus abſque obſeruantia non ſuffragetur; obſeruantia autem, ex præſentationibus deducta non poſſit referri ad alias litteras, quam Leonis X. nedum ratione tituli præambuli veri, & non præſumpti, & de quo tunc non apparebat, *gloſſ. in l.quadā mulier, ff.de rei vendic. Becc.conſ.6.num.6.* ſed etiam ex coniecturis, & præſumptionibus, dum Babilanus ſenior, tanquam primogenitus vocatus in litteris Leonis præſentae in ſequentibus, & Hector ex patronis deſcentibus, vigore litterarum eiuſdem Leonis de Anno 1528. præſentatur poſſeſſione ſubſequuta, ita vt obſeruātia magis interpretationem recipere debeat à præcedenti, & proxima ac clara, de qua cōſtabat quam à præſumpta, tunc incognita, *Seraph. deciſ.491.num.1. & 626. num. 1.* cum alijs allegatis.

Quia ex eiſdem ſupra allegatis tunc ſumitur Interpratatio ex præcedenti titulo, quando non conſtat de alia cauſa, ſed ſi de ea conſtet, ceſſat illatio, quæ nunquam admittitur ex diuerſis, *leg. Papinianus, §. exuli, ff. de minor. Ruin.conſ.174. n.4. lib.1. Rota diuerſ.deciſ.262. n.1. par.2.* diuerſa autem eſt conceſſio Leonis anni 1513. ex cauſa tertiæ partis augumenti, ab ea, quæ præſupponitur in prouiſione eiuſdem Leonis de anno ſequenti 1514. ſcilicet de Iurepatronatus Laicorum ex priuilegio Apoſtolico, cui non eſt hactenus in aliquo derogatum; nam prima ſubiacet regulis propter Conſtitutionem Innocentij VIII. emanatam de anno 1485. de qua fit mentio pro *Modern. de re beneficiaria lib.2.quæſt.8. num.14.* quandoquidem Patronatus ex cauſa tertiæ partis augumenti non æquiualent conceſſioni, & vbi non æquiualent cōceſſio in totum reputatur gratioſa, & ſubiacet regulis, *Rota deciſ.457.num.17.par.1.diuerſ.& deciſ. 58.& 88.par.1.recent.* Secunda verò non ſubiacet regulis reſeruatorijs, quia Iura patronatus Laicorum, quibus non eſt derogatum, remanet ex fundatione. & dotatione à regulis, in earum contextu exempta, & ex hac aſſertiua Papæ propter non derogatum innuitur eſſe ex fundatione, & dotatione, vt in his terminis declarat *Pariſ.conſ. 114. num.4. lib.4. Gabr.conſ.192.nu.9. lib.2.* alias conſequentia non teneret, quia Papa in totum derogaret, quando non habent ſupradictam qualitatem, *Put.deciſ.382.in correct. lib. 2. Seraph. deciſ. 518.nu. 6.* Ceſſant pariter coniecturæ, & præſumptiones productæ ex prouiſione Hectoris, cum aſſertiua litterarum Leonis X. de anno 1513. quia tanquam nullę, & ab eodem Hectore correctæ, & reuocatæ, vt infra dicetur non poteſt deſumi certum relationis argumētum; maximè quia in ſubſequentibus prouiſionibus anni 1528. & 1583. idem repetitur prout in prima, & ſic ex coniunctione ſcripturarum, vt dicit *Seraph. allegat. in deciſ.491. & 626.* declaratur facti veritas.

Quod ſi replicetur adhuc patronatum dignoſci fuiſſe conceſſum ex priuilegio, dum in omnibus prouiſionibus dicitur ex priuilegio Apoſtolico, quod ex inde reuocatum fuit ex regula Adriani VI. edita de anno 1522. & ex Concil. Trident. cap.9. ſeſſ.25.

Reſpondetur neceſſariam non eſſe conſequentiam: priuilegium Apoſtolicum fuit conceſſum, ergo Patronatus non poteſt eſſe ex fundatione, aut totali, ſeù æquali dotatione, cum potuerit impetrari priuilegium tempore fundationis pro cōſenſu Papæ, vti Ordinarij Ordinariorum, vt dicit *Gabr.conſ.192.num. 9. lib.2.* ſed præterea in hoc caſu, neceſſarium erat priuilegium, cum verſemur in Eccleſia regulari, in qua requiritur priuilegium Apoſtolicum in limine fundationis, nec per illud tollitur qualitas fundationis, & dotationis, *Put. deciſ.382.lib.2.in non. Rota deciſ.572.nu.1.& 573. num.3.par.4.diuerſ.* quod quidem etiam præſumitur ex obſeruantia, & præſentationibus prædictis in cauſa Regien. Prioratus 9. Maij, & 23. Iunij 1583. coram bo.mem. Card. Pamphilio.

Demum non obſtat quod iſte curſus centenarius probari non poſſit per Pallauicinum, nec minus

nus

„ nus vniformis obſeruantia cõtinuata,& patrona-
„ tus non poſſit allegari propter qualitatem huius
„ Abbatiæ, anteriorem ſtatum libertatis reſpicien-
„ tem.

„ Quia quoad metam temporis centum annorũ,
„ benè probatur ex tribus præſentationib. datis ab
„ anno 1514. vſque ad annum 1622. quo contigit
„ vltima vacatio, quæ centenaria non fuit interru-
„ pta per Hectorem de Anno 1528. inſtitutum vi-
„ gore Priuilegij eiuſdem Leonis conceſſi de Anno
„ 1513. ita vt ab eo Anno citra numerus cẽtenarius
„ perfectus, non remanet, quia cum præſentauerit
„ ſe ipſum coram Ordinario, & ſub illa præſentatio-
„ ne obtinuerit inſtitutionem, tanquam ab actu cui
„ ius reſiſtit, *c. fin. de inſtit. Dec. in c. licet de euitanda,*
„ *num. 18. de elect. Caſſad. deciſ. 18. num. 13. de præben.*
„ non poteſt deſumi interruptio præſcriptionis, ne-
„ que curſus obſeruantiæ per regulam non præſtat
„ *de regul. in 6. Rota deciſ. 689. in fine par. 1. recent.* &
„ quod magis eſt idem Hector narrando hæſitatio-
„ nem ſuæ præſentationis ſub alia narratiua diuer-
„ ſa, quod Monaſterium huiuſmodi eſſet de iurepa-
„ tronatus Laicorum, ſcilicet familiæ Pallauicino-
„ rum, ex fundatione, & dotatione obtinuit nouam
„ prouiſionem à Clem. VII. & deinde anno ſequen-
„ ti eãdem Abbatiam reſignauit Cipriano ſeniori,
„ cum narratiua. quod erat de iurepatronatus Lai-
„ corum ex priuilegio Apoſtolico ratione dotatio-
„ nis conceſſo, cui non eſt hactenus in aliquo dero-
„ gatum, ex quibus infertur dedum ſuum errorem
„ correxiſſe, quod potuit, *Put. deciſ. 136. lib. 13. in*
„ *nouis* Rota in Mutinen. Plebis 27. Iunij 1625. co-
„ ram D. meo Decano, ſed etiam ex hac vltima va-
„ lida prouiſione poſſeſſionem ſibi mutaſſe, *Put.*
„ *deciſ. 441. in nou. lib. 1. Achill. deciſ. 4. de cauſ. poſſ. &*
„ *propriet. Mantica deciſ. 71. num. 1.* cum alijs allega-
„ tis in Alexandrina Archipresbyteratus 28. Iunij,
„ & 24. Nouembris 1627. coram D. meo Merlino;
„ & eam mutationem fuiſſe factam abſque alia de-
„ claratione, firmatur in Cęſaraugustana de Maella
„ 8. Nouembris 1599. coram Cardin. Pamphilio
„ Seniore.

„ Ex hac autem declaratione ſequitur vnifor-
„ mis obſeruantia cœpta de anno 1514. tanquam
„ de patronatu Laicali, cui per regulas non fuit de-
„ rogatum, & continuata vſque ad annum 1622.
„ quę non erit noua obſeruantia attento initio, quã-
„ uis poſſit dubitari an ſit noua poſſeſſio ad effectũ
„ regulæ de triennali, vt exiſtimat *Probus ad Mona-*
„ *chum in c. licet Epiſcopus, num. 4. de præben. in 6.*

„ Nec alia difformitas in verbis ad euitandum
„ continuationem cõſuetudinis, viſa fuit releuans,
„ quaſi incertum ſit quid fuerit obſeruatum, vt pon-
„ derat *Surd.* poſt alios, *conſ. 393. num. 23. lib. 3.* li-
„ cet enim prima inſtitutio de anno 1514. ſimpli-
„ citer dicat ex priuilegio Apoſtolico, cui non eſt
„ hactenus in aliquo derogatum, ſequentes vero de
„ anno 1528. & 1583. dicant ex priuilegio Apoſto-
„ lico ratione dotationis, cui non eſt hactenus in
„ aliquo derogatum, attamen illa verba ratione
„ dotationis, non mutant ſubſtantiam gratiæ poſſi-
„ bilis, & præſumptæ. ſed magis illa declarant, quia
„ tantum eſt dicere de iurepatronatus ex priuilegio
„ Apoſtolico, cui hactenus in aliquo non eſt dero-
„ gatum, quantum exprimere ex priuilegio Apo-
„ ſtolico ratione dotationis, cui non eſt hactenus in
„ aliquo derogatum, quia ſufficit quod exprimatur
„ per regulas non fuiſſe derogatum, dum hoc con-
„ tingere non poſſit niſi in Patronatibus Principum,
„ quibus per regulas non ſolet derogari, vel in pri-
„ uatis inferiorum laicorum ex priuilegio ratione
„ dotationis vel fundationis, quibus ſimiliter non
„ fuit derogatum, vt declarat *Put. deciſ. 382. lib. 2.*
„ *in nouis. Couarr. pract. quæſt. cap. 36. num. 5. Gonzal.*
„ *gloſſ. 29. in fin. ad regul. 8.*

„ Denique titulus poſſibilis ex coæquali dota-
„ tione ſemper allegari poterit, etiam quod conſtet
„ de ſtatu libero anteriori, ex quo prout in imme-
„ morabili, concurrente centenaria conſuetudine,
„ in hac materia Iuriſpatronatus poteſt allegari
„ priuilegium Apoſtolicum, & quiliber titulus poſ-
„ ſibilis, & fauorabilis ad ſuſtinendum Iuſpatrona-
„ tus, *Rota deciſ. 254. num. 10. par. 3. diuerſ. & 312.*
„ *num. 4. par. 1. recent.* quod ſi requireretur ab initio
„ poſitiua probatio dotationis, aut fundationis,
„ fruſtra recurreretur ad præſumptum titulum ex
„ centenaria conſuetudine præſentandi deſumptũ,
„ & de poſſibilitate tituli, ab initio dubitari non
„ poteſt, quia ſicut Leo X. conceſſit priuilegium ex
„ cauſa augumenti tertiæ partis dotis, ita eodem
„ die, eodem menſe, & anno potuit aliud concede-
„ re ex cauſa coæqualis dotationis, quod hodie ex
„ decurſu temporis præſumitur, & huic familiæ de
„ Pallauicinis Domini exiſtimant legitimè deberi;
„ & ita omnibus Dominis votãtibus fuit concluſũ.

Verum hæc deciſio ſatis ſanè prolixa reſpondet quidem aliquibus fundamentis pro prouiſo Apoſtolico adductis, ſed tantum leuioribus non autẽ principalibus, & ijs in quibus maior fit vis. dicebatur enim pro prouiſo Apoſtolico quod certum eſt Cyprianum fuiſſe præſentatum à Babilano eius patre in vim priuilegij Leonis X. conceſſi de anno 1513. quod in actu præſentationis fuit exhibitum, & productum, & cuius vigore præſentatus obtinuit; ſimiliter certum eſt hoc priuilegium ita productum cadere ſub regula reuocatoria Adriani, & proinde ſub reſeruatione regulæ octauę, & hoc per Rotam non controuertitur, ſed vt vidimus reſpondet deciſio illud priuilegium non fuiſſe productum per præſentatum in hoc iudicio, & proinde illum poſſe iuuari exceptione alterius tituli, cum in beneficialibus admittatur multiplicatio titulorum.

Attamen hæc reſponſio quia multum continet difficultatis indiget magna interpretatione: nam concluſio illa quod intruſus, & poſſeſſor vigore tituli nulli, poſſit iuuari poſſibilitate alterius tituli validi, non debet ſummi generaliter, ſed tunc tãtum quando concurrit poſſeſſio trienalis, vel certè ceſſante trienali. collatio ab Ordinario facta ex aliquo defectu eſſet nulla, non autem habet locũ hæc concluſio vbi prouiſio fuit facta à Papa vti de reſeruato, non autem dante nouam prouiſionem, latiſſimè *Gonzalez § ſeptimo, proœm. nu. 132. & ſeq.* & ita deciſionem in cauſa Cæſaraugustana de Maela, in qua fundantur deciſiones ſupra relatæ

latæ interpretatur idem *Gonzalez loco allegato numer. 142.*

Et ſanè hæc concluſio quod in beneficialibus reus,& poſſeſſor poſſit iuuari poſſibilitate alterius tituli non autem poſſeſſor in proſanis, debet fundari in aliqua ratione quæ conſtituat differentiã inter poſſeſſorem beneficij,& poſſeſſorem rei prophanæ, nam ſine ratione illa concluſio non fuit inuenta ratio autem nulla alia eſt vt bene, aduertit *Gonzalez loco allagato num. 143.* quam quod impetrans narrat poſſeſſorem indebite ſe intruſiſſe in poſſeſſionem beneficij vigore collationis ab Ordinario nullo alio titulo ſibi ſuffragante deſuper. hanc narratiuã vt excludat poſſeſſor dicit ſe vltra titulum exhibitum habere alium titulũ non exhibitum, & proprerea narratiuam illam nullo alio titulo non eſſe veram. in caſu noſtro nõ adeſt trienalis, neque huiuſmodi narratiua quia gratia fuit facta motu proprio in qua prouiſus non tenetur ad alicuius narratiuę iuſtificationem *Achil. deciſ. 1. de probat. Rota deciſ. 628. num. 3. p. 1. diuerſ.* ergo non eſt locus quod poſſit dari de alio titulo.

Difficultatem hanc agnouit deciſio verſ. In profanis, vbi firmat quod ne dum multiplicatio titulorum detur in beneficialibus, ſed etiam in prophanis, Verum exempla adducta non videntur facere ad rem noſtrã qui loquimur In titulo poſſeſſionis nõ autem in titulo dominij, & ſic aſſumptum illud quod ceſſet incomparibilitas ratione multiplicitatis dominij non applicatur, quia beneficiarij non habent dominium beneficij ſed tãtummodo nudam adminiſtrationem *c. ratio*, & ibi *gloſſ. de præbend.*

Non igitur omni caſu vera eſt concluſio in beneficialibus dari multiplicationem titulorum, ſed tantum in duobus expreſſis, nempe quando poſſeſſor eſt triennalis, quia regula de triennali habet in corpore vt alius titulus præſumatur. *Rota dec. 49. num. 5. par. 2. recent.* vel certe quando fuit facta impetratio cũ clauſula nullo alio titulo ei ſuffragante, in quibus terminis loquitur deciſio in Cæſarauguſtana de Maella, in qua vt vidimus fundãtur deciſiones emanatæ in hac cauſa Ianuen., non autem eſt locus concluſioni vbi impetratio fuit facta de reſeruato,& incontinenti docetur de reſeruatione, nam tunc exceptio intruſi de poſſibilitate alterius tituli non habet locum, vt in alia Ceſarauguſtana Parochialis 10. Iunij 1586. corã Gypſio & hoc eſt quod inquit *Achilles deciſ. 4. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.*; concluſionẽ hanc de poſſibilitate alterius tituli non carere difficultate quia nempe non eſt ſumenda generaliter ſed applicanda terminis ſuis.

Vlterius poſito quod concluſio de multiplicitate titulorum poſſit applicari caſui noſtro, nihilominus, nõ ſufficit allegare titulum poſſibilem ſed ille debet realiter ſuperuenire, vt poſſeſſor ex ſuperueniẽtia alterius tituli poſſit ſibi mutare cauſam poſſeſſionis, ita *Put. Paleot. & Achill.* allegati in Cæſarauguſtana de Maella; in caſu noſtro non poteſt dici ſuperueniſſe nouus titulus, quia centenaria non eſt titulus verus, ſed fictus,& præſumptus, & non talis quem requirit dicta Cæſarauguſtana de Maella.

Deinde vt concluſioni locus ſit de ſuperueniẽtia noui tituli, neceſſe eſt quod allegetur titulus beneficialis, & collatiuus, qui reſpiciat intruſum nempe vel alia pręſentatio, vel nominatio, vel poſtulatio, ſiue electio, vel cõfirmatio, vel inſtitutio, ſiue collatio vltra quæ non datur alius titulus beneficialis. *Gonzal. gloſſ. 17. num. 1.* Centenaria vero non eſt titulus beneficialis nec qualificat prouiſum, ſed tantummodo eo poſſet vti patronus preſentans, & ſic non eſt verum, quod præſumptio alterius tituli reſultans ex centenaria in patrono præbeat nouum titulum in præſentato, & in puncto quod poſſibilitas alterius tituli non poſſit allegari à Patrono, ſed tantum à Poſſeſſore beneficij, dixit Rot. in eadem Cæſarauguſtana Parochialis de Maela 13. Nouembris 1620. coram Reuerendiſſimo Coccino Decano.

Non obſtat, quod præſentatus vtatur iure præſentantis, nam verum eſt circa ius deductum, non autem circa ius poſſibile, de quo præſentans non oppoſuit. Vnde retorquetur argumentum, quod quia Patronus præſentans in vim priuilegij Leonis exhibiti alio iure quam dicti priuilegij vti noluit, ſimiliter præſentans alio iure vti non valeat. Et ſi præſentatus vult vti titulo patroni præſentantis ceſſat fundamentum deciſionum,& ſententiarum conſiſtentium in eo, quod poteſt dari nouus titulus per D. Cyprianum, eo quod ipſe priorem illũ titulum nõ produxerit: Nam certũ eſt, patronum præſentantem produxiſſe priuilegium Leonis, & in vim illius obtinuiſſe.

Rurſus eſt ſatis nouum, quod ſtante vno titulo certo & producto præſumatur alter ex centenaria, quæ non præceſſit titulum productum, ſed illum ſubſequatur, *Dec. enim conſ. 271. & Odd. conſ. 23.* & alij in deciſione allegati ſupponunt præſcriptionem præceſſiſſe titulum productum, non autem ſubſequtã eſſe, in ſpecie *Menoch. de præſumpt. quaſt. 33. n. 8. & Alciat. eodem tract. p. 2. præſumpt. 4. num. 4.*

Agnoſcit hanc difficultatem Deciſio verſic. Reſpondetur neceſſariam non eſſe conſequentiã, vbi dicit, quod potuit impetrari priuilegium tempore fundationis, quæ tamen poſſibilitas tollitur in caſu noſtro, ex quo poſt fundationem beneficium, de quo agitur, fuit liberum vti deſcriptum in libris Cameræ, quod ex diametro aduerſatur patronatui, quia in libris Cameræ non deſcribũtur niſi beneficia, quæ ſunt liberæ collationis.

Neceſſe igitur eſt vt præſentatus tueatur ſe præſcriptione centenaria ſubſequuta priuilegium Leonis, quæ non eſt completa, vt potè quod Hector de anno 1528. præſentauerit ſe ipſum in vim priuilegij Leonis conceſſo de anno 1513. & ab anno 1528. vſque ad poſtremam vacationem nõ ſunt lapſi integri anni 100. cui obiecto non videtur ſatis reſponſum per deciſionem, dum dicit actum illum fuiſſe nullum, nã etiam ex actu nullo interumpitur præſcriptio propter malam fidem. *c. fin. de præſcript. Felin. conſ. 2. num. 11. Balb. tract. de præſcript. 3. p. 6. partis principal. n. 35.*

Nec ſatis videtur dicere, quod Hector illinc ab anno errorem ſuum correxerit reſſignando Abbatiam Cypriano eum diuerſa narratiua, nempe

quod

quod erat de Iurepatronatus Laicorum ex priuilegio Apoſtolico ratione dotarionis conceſſo, cui non eſt hactenus in aliquo derogatum. Nam reſpondetur, quod licet Hector correxerit errorem ſuum quo ad præſentationem præſentãdo alium loco ſui, nullibi tamen conſtat, quod voluerit corrigere ſe in hoc, quod patronatus illi competeret ratione priuilegij. Imò cum fecerit in hac præſentatione mentionem priuilegij, cenſendum eſt, cũ intellexiſſe de priuilegio præambulo, nempe de quo fuit facta mentio per ipſum prius, neque cõſiderari poteſt ad hunc effectum diuerſitas verborum, *Cui hactenus non fuit in aliquo derogatum*, quaſi inferatur ex hoc Hectorem tunc non præſentaſſe in vim priuilegij Leonis 1513. ſed alterius priuilegij, cum illud anni 1513. per regulã Adriani & diſpoſitionem Conc. Trid. eſſet reuocatum, & hinc cum ipſe præſentauerit, in vim Priuilegij, cui hactenus non eſt in aliquo derogatum, videtur ſequi non præſentaſſe in vim priuilegij anni 1513.

Aduertendum enim eſt narratiuam hanc. *Cui hactenus non fuit in aliquo derogatum*, nõ eſſe ipſius Hectoris, ſed reſtrictiuam Datariæ, & quoad ipsũ Hector idẽ narrauit in præſentatione de ſe facta coram Ordinario, ac in reſignatione coram Sanctiſſimo, & ſi quæ adeſt verborum diuerſitas, illa prouenit non ab Hectore, ſed ab Officiali Datariȩ apponente hanc reſtrictiuam non ad fauorem Hectoris ſeu alterius impetrantis, ſed ad fauorem Datariæ, per quam clauſulam reſeruatur illius ius & explicatur voluntas Papæ, vt videlicet, ſi aliquando patronatui, ſiue priuilegio, de quo ſermo, derogatum fuit, Dataria non vult conferre niſi cũ ſimili derogatione; ita vt clauſula hæc. *Cui derogatum hactenus non fuit*, non reſpicit regulã Adriani, ſiue diſpoſitionem Concilij Tridentini, quæ nõ derogarunt, ſed reuocarunt omnia priuilegia Leonis. Derogare enim nihil aliud eſt, quam vna particularis diſpoſitio contra regulas iuris. *Rot. deciſ.174.p.1.recent.*, & ita hoc verbum ſemper interprȩtati ſunt Doctores ſcribentes de derogatione, vt videlicet quando Papa intelligit derogare concordatis vel patronatui. *Mandoſ. regul 2. quæſt. 1. Mohedan. deciſ. 23. in fin. de præben. Put. dec. 47. in fin. lib. 1.* & omnes communiter. Neq; enim Papa vnquam reuocat iura patronatus in totum ſed tantum derogat pro illa vice. Iniquum enim eſſet, vt inquit Concil. Trid. tollere penitus iura patronatus laicalia, & ſi per præcedentem conſtitutionem omnino ſublatum fuiſſet ius patronatus hȩc clauſula nihil operaretur, ſed penitus eſſet fruſtratoria. Igitur reſtrictiua illa, cui hactenus derogatum non eſt, dubio procul non poteſt interprætari de reuocatione totali, quæ fieri ſolet per conſtitutionem generalem, ſed ſolum de derogatione ſpeciali in aliqua particulari prouiſione, & quod ita intelligatur hæc clauſula teſtantur officiales, qui quotidie hanc clauſulam apponunt.

Et notanda eſt dictio, *in aliquo*, hoc eſt in aliqua ſui parte, puta ſi beneficium ex fundatione requirat ſacerdotium, vel ſi ſit debitum vni generi perſonarum, & derogetur illi qualitati, non autem patronatui ſiue Iuri præſentandi.

Ex quibus ſatis liquet nullum hoc caſu adeſſe titulum præter exhibitum nullamq; præſcriptionem, ex qua titulus poſſet præſumi, nam præcedens priuilegium non poteſt allegari, eo quod datur ſtatus libertatis huius beneficij, & tamen requiritur quod acceſſerit in limine fundationis, cũ ſit regulare, & admittit deciſio. R.P.D. Pirouani, cui tamen motiuo illa non reſpondet, & centenaria ſubſequens vel non adeſt vel non ſuffragatur, vt ex ſupra deductis.

His non obſtantibus Rota maluit perſiſtere in deciſis, & confirmare ſententias Rotales coram R.P.D. Ghiſilerio 14. Martij 1635.

Commiſſa mihi cauſa &c. & quantum attinet ad primum fundamentum huius reſolutionis Dñi non dubitarunt, quin ex cẽtenaria quaſi poſſeſſione præſentandi reſultet titulus habilis ad probandum Iuſpatronatus ex fundatione & dotatione vbi non agitur de familia potenti. *Federic. de Sen. conſ. 134. nu. 3. verſ. ad propoſitum. Gabr. conſ. 198. n. 5. lib. 2. Pariſ. conſ. 14. num. 4. lib. 4. Dec. conſ. 174. n. 4.* Et hæc opinio eſt veriſſima, communis & vſu recepta, ſecundum quam Rota ſæpiſſimè iudicauit, & iudicat. *Caſſador. deciſ. 2. nu 5. & 6. & deciſ. 4. de probat. Rot. deciſ. 254. n. 10. vſque ad fin. lib. 3. p 3. diuerſ. & deciſ. 211. num. 1. & 312. num. 4. & ſeqq. p. 1. recent.*, & fuit reſolutũ in cauſa Parmen. Prioratus 23. Iunij 1621. coram bo: me: Archiepiſcopo Seleucien. Ita pluries declarauit ſacra Congregatio Concilij, & aliàs tenuit Rot. in cauſa Barchinonen. Vnionis 5. Decembris 1597. corã Gypſio. Si quidem Concil. Trid. *ſeſſ. 25. cap. 9. de reform.* in iure patronatus priuatorum nihil innouauit, ſed tantum quando Iuſpatronatus prætenditur ab vniuerſitatibus & Dominis ita potentioribus, vt præſumi poſſit vſurpatio, quo caſu vult non ſufficere allegare titulum fundationis & dotationis, ſed requiri præſentationes continuatas ſpatio quinquaginta annorum, & probare poſſeſſionem temporis immemorabilis, iuxta notata à *Specul. de iurepatr. col. penult. num. 11.* Sed quando agitur de familia priuata, non exigit maiorẽ probationem quam ius commune exigat & ſic probatio iuriſpatronatus, in hoc caſu eſt relicta in terminis iuris communis vt ſæpè dixit Rota, & ſignãter in Tuden. iuriſpatronatus 13. Iunij 1572. coram bo: me: Card. Lancelloto, *& in recent. d. deciſ. 312. n. 2. p. 1.*

Quod autem conſtet de centenaria, quaſi poſſeſſione præſentandi per DD. de Pallauicinis ſatis patet ex quatuor cõtinuatis prouiſionibus Apoſtolicis, factis ad præſentationẽ patronorũ, quia de anno 1514. 16. Kal. Auguſti vacante Abbatia per reſignationem, in manibus Papæ, factam à Ioãne Baptiſta Pallauicino, Epiſcopo Cauallicen. poſtea Cardinali S. Apollinaris, nepote ex fratre Antoniotti Pallauicini Card. S. Praxedis, creati ab Innocentio VIII. de anno 1489. pridie Idus Martij. Leo X. mandauit, eam commendari, Antoniotto Pallauicino, nepoti dicti Card. Sancti Apollinaris præſentato à Babilano Patrono eiuſdem Card. fratre cum clauſula, quod Abbatia eſt de iurepatronatus laicorum, ex priuilegio Apoſtolico, cui non eſt hactenus in aliquo derogatũ.

Non obſtat, quod non dicatur Iuſpatronatus

eſſe

eſſe ex dotatione, & fundatione, quia non ſequitur ex eo, quod eſſet ex priuilegio, quod non ſit etiam ex dotatione, & fundatione, cum potuerit impetrari priuilegium de tempore fundationis, vel dotationis pro conſenſu Papæ, vti Ordinarij Ordinandorum, vt conclud. Gabr. conſ. 192. nu. 9. verſ. 2. quia non ſequitur lib. 2. quod tanto magis eſt dicendum in hoc caſu, cum verſemur in Eccleſia regulari, in qua requiritur priuilegium Apoſtolicum in limine fundationis, cap. nobis, vbi gloſſ. in verbo de ſua Iuriſdictione de iurepatron. Mohedan. deciſ. 10. num. 5. eod. tit. Put. deciſ. 382. lib. 2. Rota in Regien. Prioratus 24. Maij 1583. & 9. Maij 1586. coram Card. Pamphilio inter impreſſ. par. 4. diuerſ. deciſ. 572. & 573. quod quidem Priuilegium ſtante antiquitate temporis cum obſeruantia præſentationum, præſumitur interueniſſe in limine fundationis; Angel. & alij in l. ſecundum de verb. oblig. Felin. in c. ſicut de re iudic. Put. deciſ. 345. lib. 1. & in terminis Iuriſpatronatus, Abb. in c. iura de iurepatr. & Decius conſ. 135. & ita tenuit Rota in allegatis deciſionibus Regien. & ad hoc bene facit ratio, de qua per Pariſ. conſ. 145. num. 4. lib. 4. vbi ſi Papa dicat in reſeruatione de iurepatronatus regio ex priuilegio, cui non eſt hactenus in aliquo derogatum; ex hoc videtur innuere per reſeruationem ei non eſſe derogatum cum exceptio debeat eſſe de regula, vt per Bald. in l. in his ſi de legibus, & Bart. in l. maritum. §. fin. ff. de adulterijs; in propoſito autem cum Papa dicat de iurepatronatus ex priuilegio Apoſtolico, cui hactenus non fuit derogatum, vtiq; intellexit eſſe ex coæquali dotatione, & fundatione, quia ſi aliter, fuiſſet ei derogatum, ex Conſtitut. Innocentij VIII. quinta in Bullario nouo, ædita 23. Augusti 1485. in qua declarantur, & reuocantur conceſſiones Iuriſpatronatus ad beneficia Eccleſiaſtica per Sedem Apoſtolicam eiuſque Officiales ab annis 25. citra factæ; & licet dicta Conſtitutio in §. ſecundo reuocet ſimpliciter conceſſiones Iuriſpatronatus quoad beneficia electiua, & in §. 3. quoad non electiua, cum declarationibus, & modificationibus ibi expreſſis; attamen hic ſumus in beneficio electiuo, cum Eccleſia ſit regularis, & licet careat conuentu, nihilominus habitu eſt electiua, & hoc ſufficeret ad effectum, vt intraret dicta reuocatio. ſed dato ſine veri præiudicio, quod Eccleſia non poſſit dici electiua, nihilominus intrat reuocatio dictæ Conſtitutionis Innocentij VIII. quia nulla ex modificationibus in dicto paragrapho tertio allatis applicatur, vltra quod illa concluſio, quod in Eccleſijs Conuentualibus requiratur priuilegium in limine fundationis, procedit, quando fundatur Eccleſia, ſecus quando ex poſt facto Papa reſeruat Iuriſpatronatus per priuilegium ex cauſa dotationis æquipollentis, quia tunc verum eſt in limine dotationis auctæ interuenire priuilegium reſeruationis Patronatus.

Neque obſtat quod inter tempora Innocentij VIII., & Leonis X. interceſſerit multum temporis, cum hic Summus Pontifex fuerit pronunciatus 15. Martij 1513., alter verò obiecit 25. Iulij 1492. & ideò non poſſet inferri, quod Iuſpatronatus eſſet acquiſitum de tempore Innocentij, ita vt cadat ſub dicta reuocatione, quia ſi centenaria præbet titulum legitimum, ille titulus poteſt allegari vſque ab initio. nec dicatur, quod hoc eſt præſupponere id, de quo quæritur, quaſi de tempore iſtius primæ præſentationis ſit probata centenaria, quia iſta præſentatio non eſt conſideranda de per ſe, ſed coniungenda cum alijs, de quibus infra, quæ quidem aliæ præſentationes fuerunt factæ poſt tempora Adriani VI., qui per particularem Conſtitutionem quæ habetur in Bullario nouo, tertia in ordine 9. Nouembris 1522. reuocauit iura patronatus ex priuilegio eodem modo, pro vt Innocent. VIII. & tamen in omnibus prouiſionibus poſtea factis poſt regulam Adriani dicitur quod Abbatia eſt de iurepatronatus Laicorum ex priuilegio Apoſtolico ratione dotationis; cui non eſt in aliquo derogatum. nec opponi poteſt quod dicta Conſtitutio Adriani VI. fuerit temporalis cum ſufficiat quod ſortita fuerit effectum ſuum, declarando, & reuocando conceſſiones Iuriſpatronatus, & Iuriſpræſentandi ad beneficia Eccleſiaſtica ex priuilegio.

Cum autem per obitum dicti Antoniotti vacauerit Abbatia de Anno 1529. de ea à Clem. VII. fuit prouiſus Hector Pallauicinus filium eiuſdem Antoniotti cum expreſſione, quod erat præſentatus à Patronis cum clauſula, quod Abbatia eſt de iure patronatus ex priuilegio Apoſtolico ratione dotationis conceſſo, cui non eſt in aliquo hactenus derogatum, atque ita cum vt fuit dictum ſupra, regula reuocatoria Adriani emanauerit 9. Nouembris 1522., & iſta vacatio contigerit de anno 1529. non eſt veriſimile, quod illa verba, cui non fuit in aliquo hactenus derogatum, fuiſſent tam de recenti appoſita poſt regulam Adriani, & quod tam breui temporis interuallo dicta Regula Adriani è memoria hominum, & præſertim Miniſtrorum Datariæ excidiſſet; & licet iſtæ ſint prouiſiones Apoſtolicæ ad ſupplicationem Patris, tamen in iſta materia Dataria adhibet cauſæ cognitionem: nec relaxaſſet tot gratias cum tali narratiua in præiudicium libertatis Eccleſiaſticæ, niſi conſtitiſſet de illius veritate, & concurrit pluralitas prouiſionum cum enunciatiuis ſæpius geminatis, cum earumdem prouiſionum effectuationem, & obſeruantia centenaria, quæ præſumit veritatem omnium narratorum in eaſdem litteris, quæ concurrente enunciatiua Pontificum, in hac materia probant, vt ponderat Rota deciſ. 312. num. 5. vſque ad numer. decimo octauo, part. prima recent., iuxta communem opinionem, de qua pluribus teſtatur, Gabr. titul. de probationibus, concluſ. 2. num. 59. verſic. Tertio limita.

Neque obſtat, quod priuilegium præſumptum ex centenaria, non poſſit eſſe ex coæquali dotatione, cum in prouiſionibus Apoſtolicis fuerit expreſſum, quod Monaſtrium non excedit ducatos quadraginta, cum tamen debuiſſet ex-

primi in ducatis 300., vt eſſet ex coæquali dotatione ex eo, quod in priuilegio Leonis fructus fuerunt narrati in ducatis 150. Nam reſpondetur hoc non referre, quia in prouiſionibus Apoſtolicis ſolum fuit narratum, quod fructus dictæ Abbatiæ ſunt taxati in libris Cameræ in ducatis quadraginta; vt patet ex prouiſionum lectura, non autem fuit dictum ſimpliciter, quod non excedebat ducatos quadraginta; & propterea ex dicta narratiua non poteſt inferri ad præſumptionem ex aduerſo allegatam, ſiquidem expreſſio conſueuit fieri pro ſolutione annatæ, vt per *Galeſ. in tract. de annata, numer. tertio, & 24.*

Et ex hoc tertio fundamento reſoluerunt Domini pro confirmatione ſententiarum Rotalium, cum illa centenaria poſſeſſio non elidatur ex priuilegio Leonis X. del 1513. ex cauſa augmenti tertiæ partis dotis, quia in præſentationibus, de quibus fuit dictum ſupra, nulla habetur mentio priuilegio Leonis, & ſic cum priuilegium enunciatum in dictis prouiſionibus Apoſtolicis, ſpatio 100. annorum effectuatis, dicat ratione dotationis, cui non eſt hactenus derogatum, non poteſt verificari illud priuilegium enunciatum in dicto priuilegio Leonis X. per Saulum in iudicio Rotali producto, cum illud ſit ex augmento tertiæ partis doris, non ex dotatione, & fuerit reuocatum per Conſtitutionem Adriani VI.

Non obſtat, quod in vltima vacatione de anno 1622. coram Ordinario Cyprianus fuerit præſentatus à Babilano Patre in vim priuilegij Leonis X. de anno 1513. conceſſi, qui cum illius vigore fuerit inſtitutus ab Ordinario, illud taliter magnifecit, quod non potuerit amplius recurrere ad titulum præſumptum, vnde potius eſt ſtandum eius declarationi, quam recurrendum præſumptioni, *Crauett. conſil. 33. num. 11. Natta conſ. 446. num. 10. Rota deciſ. 285. num. 4. par. 2. recent.* nec facit quod fuerit productum à Procuratore, quia talis productio fuit ratificata à Patrono, & Cyprianus eam acceptando petens, & obtinens inſtitutionem dictam productionem comprobauit, *Seraph. deciſ. 360. Rota deciſ. 650. num. 3. parte prima recentior.* & 388. *numer. primo, &* 712. *num. primo, par. 2.* ex quibus, cum videatur Babilanum patronum ſe reſtrinxiſſe ad iſtum titulum, eliditur præſumptio melioris tituli, ex centenaria, quod meliorem titulum non haberet, *Aegid. conſ. 10. num. 20. Aym. conſil. 134. ſub num. 44. verſiculo pro hoc facit. Put. deciſ. 239. num. primo, & ſecundo, lib. tertio, Verall. deciſ. 304. & 314. par. 3. Rota deciſ. 731. num. 18. verſic. quia iſta allegatio par. 1. diuerſ. Gregor. deciſ. 477. num. 7.* & fuit dictum in Caſalen. Canonicatus 24. Aprilis 1606. coram bo. mem. Atrebaten.

Quia ſupradictis reſpondetur, confeſſionem reſultantem ex productione tanquam fictam, & præſumptam, factam in vno iudicio non præiudicare in alio, etiam inter eaſdem perſonas, multo minus in productione extraiudiciali facta inter diuerſas perſonas pro habenda inſtitutione, *Dec. in leg. 2. num. 8. Cod. de inſtitut. & ſubſtit. Gabr. tit. de confeſſis, concluſ. quarta, num. 32. Bald. in leg. ſecunda, num. 25. verſic. ſed iuxta, Cod. de eden. Aretin. in cap. cauſam qua, num. 26. verſic. Secundo limitatur,* vbi *Felin. num. 9. verſiculo, Item non procedit de teſtib. Honded.* qui cumulat concordantes *conſil. 66. num. 58. lib. 1. Cephal.* qui alios allegat *conſil. 377. num. 86. Rimінald. Iun. conſil. 213. num. vigeſimo, Achili. deciſion. ſecunda de confeſſis, Greg. Decimoquinto deciſ. 462. num. 5. Rota in recent. deciſ. 284. num. 10. par. 1. & 539. num. quarto, parte ſecunda.* diuerſitas autem cauſæ, eſt patens, quia coram Ordinario Ianuen. nullus aderat contradictor, niſi ſolus promotor fiſcalis, & adhibetur ad effectum dandi ſumum patronatus, ſeu ad docendum de patronatu pro obtinenda inſtitutione; qua probatione Ordinarius remanſit contentus, in iſta vero cauſa proceditur in figura iudicij, adeſt enim certus contradictor, qui eſt prouiſus Apoſtolicus, & agitur ad effectum canonizandi iuſpatronatus, vt excludatur reſeruatio, quæ cauſæ ſunt diuerſæ, & ſeparatæ, nedum ratione perſonarum, ſed etiam ratione finis, & effectus, qui licet tendat circa eandem probationem patronatus, tamen primus fuit ad effectum inſtitutionis diuerſus ab iſto, in quo propterea potuit Cyprianus producere diuerſum titulum ab illo, de cuius probatione non poteſt dubitari ſtantibus enunciatiuis centum annorum, in quibus enunciatur diuerſum priuilegium ab illo Leonis per Saulum in hoc iudicio producto, & ſic productio facta per Procuratorem pro obtinenda inſtitutione contra Procuratorem Fiſcalem non præiudicat in illa cauſa, ita vt ex illa productione reſultet confeſſio Cypriani, quod non habeat alium titulum, tanquam facta in alia cauſa, & inter diuerſas perſonas ex iuribus ſupra allegatis.

Minus productio dicti priuilegij probat, centenariam iſtam proceſſiſſe ex illo priuilegio. Motiuum enim applicaretur, ſi productio in Rota fuiſſet facta per Cyprianum, quia tunc præſumitur productus melior titulus; ideò ceſſat præſumptio alterius. Sed quando productio fit à Parte aduerſa, tunc non excluditur præſumptio alterius tituli, iuxta *deciſion. Creſcent. vlt. de probat.* quam *Rot.* perpetuò ſeruat, vt *deciſ. 731. numer. vigeſimo, parte prima diuerſ. & 489. numer. quarto, parte ſecunda recent.* & fuit dictum in Cæſarauguſtana Parochialis de Maella 8. Nouembris 1699. coram bon. memor. Cardin. Pamphilio, in Caſalen. Canonicatus 14. Maij 1617. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, & in Cremonen. Penſionis 16. Ian. 1609. coram bon. memor. Cardin. Sacrato, & in Chartaginen. & Abulen. Beneficiorum 25. Febr. 1609. coram eod. Ideo, cum priuilegia ſint multiplicabilia, nec ſecundum tollat primum, vt fuit dictum ſupra, non data repugnantia, ſed diuerſitate, ſtant ſimul, quod poſt impetrationem priuilegij ex augmento tertiæ partis, fuerit aliud pinguius

guius

guius impetratum ratione coæqualis dotationis. Ergo productio vnius per Saulium facta non excludit exiſtentiam alterius, de quo conſtat per enunciatiuas ſupradictas.

Vlterius ad effectum, vt productio tituli cōtrà producentem operetur, tria debent concurrere, quorū ſi alterum deſit, ceſſat etiam effectus huiuſmodi productionis. Primò requiritur, quod productio ſit facta in eodem iudicio, nō autem in diuerſo. *Bald. in d. l. 2. ſub n. 25. verſ. Item quæro, C. de eden. Honded. conſ. 66. n. 58. lib. 1. cū alijs ſupra alleg.* Quod quidē requiſitum ceſſare in hoc caſu patet ex iam dictis, quia hoc priuilegium Leonis in hoc iudicio Rotali non fuit productum à Pallauicinis patronis; ſed fuit productum à Saulio. Secundo requiritur ad effectum, vt huiuſmodi productio noceat producenti, illam factam eſſe parte petente, vel ſaltèm tacitè acceptante per non contradictionem, ſecus ſi pars aduerſa illi contradixit. Iſto enim caſu talia narrata non nocent confitenti ex narrantis. ita *Bald. in l. cum precum, Cod. de liberal. cauſ. & melius in lege ſi magnam in fin. Cod. qui actus non poſſ.* & poſt alios tradit *Pariſ. conſil. 115. num 31. volum. 1. Oſaſch. deciſ. 38. num. octauo, Surd. deciſ. 267 num. 4. in fin.* Et hoc requiſitum non interuenit, quia Saulius non erat in illo iudicio, quandò Ianuæ fuit petita inſtitutio. Tertiò requiritur, quòd productio ſit facta ad eum finem, qui concludat ad intentionem partis; nam productio extra finem ad quem intenditur non poteſt operari. *Gratian. conſ. 14. num. 17. lib. 1. Seraph. deciſ. 377 num. 5.* S. M. Greg. XV. deciſ. 467. n 8 & in Cauſa Valentina Decimarum de Gandia 17. Mart. 1604. & à bo. me. Card. Pamphilio, & cum corā Ordinario Ianuenſi productio fuerit facta ad effectum Inſtitutionis nulla habita ratione Saulij, qui nec tunc erat prouiſus, nec erat in cauſa, nec hoc requiſitum interueniſſe paret ex quo non fuit productū priuilegium Leonis X. ad effectum excludendi prouiſum Apoſtolicum, ſed inſtitutionis obtinendæ ad fauorem præſentati à Patronis.

Conceſſionem aūt ſecundi priuilegij euidentèr probat cētenaria quaſi poſſeſſio præſentandi, quæ cū in materia Iuriſpatronatus habeat vim immemorabilis. *Put. dec. 206. lib 1. in correct. Rot. par. 3. diuerſ. lib. 3 dec. 254* latè *Garz p. 5. c. 9. n. 107. cum pluribus ſeqq.* ex ea concluditur priuilegiū diuerſū d. ex aduerſo producto, quia productū eſt ratione augumēti, eiq; fuiſſet derogatū; illud verò de quo in centenaria eſt ratione dotationis, & generale eſt ex antiquiſſima quaſi poſſeſſione probari titulū in actibus poſſeſſorijs sēpèr enunciatū, *Crauet. conſ. 390. n. 7. Surd. conſ. 94. n. 53. Gabr. conſ. 88. n. 18. lib. 1. Put. d. dec. 206. n. 1. 4. & 5. lib 2. in correct.* Et præſumptio reſultans ex centenaria, non tollitur per cōtrariam præſumptionem reſultantē ex productione vnius tituli inſufficientis, vt in terminis Iuriſpatr. *Menoch. conſ. 90. n. 63. cum ſeqq. vbi n. 67. teſtatur de magis communi lib. 1. Bero. cōſ. 115. n. 31. lib. 1.* idē *Menoc. lib. 3. præſūp. 131. n. 50.* Ex quo iſta eſt ex præſūptio iuris, & de iure, vt in puncto *Menoch. & Berou. vbi ſupra.* Et in caſum in quem probata centenaria quaſi poſſeſſione præſentādi, eius vigore allegabatur dotatio, cum ad eam excludēdam fuiſſent producta Inſtrumenta antiqua probantia exiſtentiam Eccleſiæ ante illud tēpus, quia erat poſſibile, quod poſtea illa dos fuiſſet perempta, & Eccleſia fuiſſet redotata pro Patronatu fuit cōcluſum in *d. deciſ. 254. lib. 3. par. 3. diuerſ.* idemq; fuit reſolutum in Parmen. Prioratus cor. bo. mem. Dunozetto 23. Ianuar. 1621. & in deciſ. 183. lib. 1. in correctis coram Puteo, vbi præſumptio reſultās ex ſola poſſeſſione 30. annorum effectuatæ præſētationis, & inſtitutionis non fuit ſublata ex productione Inſtrumenti per Partem facta, ex quo conſtabat de nullitate, quod idem benè deffendit *Gabr. conſ. 88. num. 17. vſq; ad 22. lib. 1.* vbi quod debet contraria probatio conuincere per neceſſe præſumptionem reſultantem ex centenaria, pro qua ſufficit dare caſum poſſibilem.

Pariter nec obſtat, quod poſſeſſio præſumatur ex titulo præambulo, de quo conſtat, quia ſi iſta regula applicaretur, deſtrueret præſumptionem reſultantem ex centenaria & immemorabili, quæ dato vno inſecto præſumit meliorem. Ideo regula procedit in poſſeſſione de recenti, ſecus in centenaria, & dicta regula procedit quando poſſeſſio eſt vniformis titulo, quod hic ceſſat, quia titulus loquitur de priuilegio ex augumento tertiæ partis reuocato, & derogabili. Poſſeſſio verò centenaria loquitur de priuilegio ratione dotationis, cui nō eſt hactenus derogatum, & per conſequens de titulo penitus diuerſo à producto, quo caſu data deformitate poſſeſſionis à titulo, non præſumitur quis poſſidere ex titulo præambulo, quia vt actus dicatur factus vigore cauſæ, ſeu præcedentis obligationis, neceſſe eſt, vt ſecundum illius naturam, & formam fuerit factus, non autèm prætèr vel contrà. *l. 1. §. adijcitur, de verb. oblig. l. 3. §. ſed quicquid de tutore ff. ſol. matrim. l. 2. C. de pact. inter emp. & vendit. Ruin. conſ. 174. nu. 4. vol. 1. Rot. dec. 261. num. 1. par. 2. diuerſ.* Prout etiam regula procedit, quandò titulus producitur à poſſeſſore; Tūc quià præſumitur non habere alium titulum ſtante propria productione, meritò poſſeſſio ſubſequens præſumitur ex titulo præambulo: ſecus quando productio fit à Parte diuerſa, quià cum illa non excludat præſumptionem alterius tituli, *iuxta deciſ. Creſc. vlt. de probat. cum alijs ſupra allegatis,* non intrat præſumptio, quòd præſumatur poſſidere ex illo titulo, quià ſic deſtrueretur concluſio ſupradicta, quòd productio facta per Saulium non tollit Cypriano poſſeſſori facultatem allegandi alium titulum. Ergo ita poſſeſſio centenaria non potuit ſumere originem à priuilegio per Saulium producto omninò diuerſo, & ſeparato. Et cum non verſemur in familia potenti benè probant Pallauicini Patroni centenariam poſſeſſionem præſentandi, non ſolum prout requiritur de iure communi, ſed etiam ex diſpoſitione Sac. Conc. Trid. Quæ centenaria poſſeſſio dat titulum Iuriſpatronatus ex dotatione, & fundatione, vel alium quemuis meliorem de mundo, & magis beneuiſum centenario poſſeſſori, vt ſunt iura, & doctrinæ vulgatæ &c.

Hæc etiam Deciſio non tollit ea, quæ obiecimus deciſioni R.P.D. Pirouani, nam quod centenaria habeat vim immemorabilis ad inducendũ titulum Patronatus iuxta *Put, deciſ.* 216. & alios in deciſ. allegatos non controuertitur, ſed quod centenaria poſſit allegari dato priſtino titulo, hoc eſt quod negatur, & doctrinæ allegatæ loquuntur de centenaria, vbi nullus cõcurrit titulus, quem admodum in caſu noſtro; & eſt aduertenda contradictio, & complicentia deciſionum, firmant enim poſt priuilegiũ Leonis de anno 1513. quod per Babilanum præſentantẽ Cyprianum fuit productum, & exibitum poſſe præſumi aliud Priuilegium eiuſdem Leonis, non quidem ex augumento tertiæ partis, ſed ex coæquali dotatione, & hãc præſumptionem capi ex præſcriptione centenaria; Cum autem premitur Deciſio ex obiecto illo, quod præſumptio iſtius tituli coæqualis dotationis non poteſt ſuffragari, attento quod Abbatia de qua agitur eſt regularis, & propterea requiritur priuilegium in limine fundationis, Tunc Reſpondet ob antiquitatem temporis etiam præſumi interueniſſe priuilegium in limine fundationis, vt in verſiculo *non obſtat, quod non dicatur*, &c. adeò vt duo dabuntur tituli contrarij, Vnus in limine fundationis competens ex dotatione vera, & totali, & præcedens priuilegium anni 1513. & alius qui ſubſequatur eundem annum 1513. ex coæquali dotatione, non autem ex fundatione, quæ maxima eſt repugnantia, vnde verius eſt nullum interueniſſe titulum, nec quidem præſumi poſſe; non primum ante tempora Leonis cũ priuilegio in limine fundationis, quia vt ſupra oſtẽſum ante tempora Leonis Abbatia de qua agitur erat in ſtatu libertatis, quia deſcripta in libris Cameræ, in quibus non deſcribuntur niſi beneficia liberè collationis, non autem beneficia iuris patronatus, adeò vt præſumptio iſtius tituli penitus euaneſcit, & ſanè notandũ eſt quod Deciſio dicto verſiculo *non obſtat*, &c. vtitur hoc argumentum contrario, admittendo dictum priuilegium requiri in limine fundationis, & inferẽdo ergo interuenit, quia ità præſumitur ex temporis antiquitate, cum nullum ante priuilegiũ anni 1513. vel minimum poſſit aſſignari fauorabile patronatui; Et ſane ridiculum fuiſſet ſi Babilanus ille ſenior, qui impetrauit priuilegium à Leone habuiſſet Titulum verum ex fundatione vel præſumptum ex curſu temporis, impetraſſet alium titulum minus proficuum ex coæquali dotatione; Imò ex ipſius primi acquirentis confeſſione conſtat cum tunc temporis nullum Titulum habuiſſe, Inquit enim in precibus, *Si mihi Iuſpatronatus & præſentandi concedatur*, &c. ergo illud non habebat cum illud ſibi petat concedi; Neque hic locus eſt multiplicitati Titulorum Beneficiorum, quia ius patronatus non eſt Titulus beneficialis, vnde vel ex hoc ſolo capite corruit tota Deciſio.

Neque etiam præſumi poteſt alius Titulus ſubſequens priuilegium anni 1513. quia vt ſupra oſtendimus, præſcriptioni non eſt locus quando conſtat de initio, neque enim docetur de aliqua præſentatione ante annum 1514. quæ fuit facta in vim priuilegij Apoſtolici procul dubio, vt ſupra etiam oſtenſum videlicet præambuli anni, nempe 1513. cui non refragatur clauſula, *Cui non eſt hactenus in aliquo derogatum*, &c. Nam hanc clauſulam non ſuffragari iſti interpretationi latiſſimè ſupra oſtendimus; quibus non ſatisfit per id, quod dicit Deciſio dicto verſiculo, *non obſtat*, in fine videlicet, quod illa Concluſio, quod in Eccleſijs Conuentualibus requiratur priuilegium in limine fundationis procedit quando fundatur Eccleſia, ſecus quando ex poſt facto Papa reſeruat ius patronatus per priuilegium ex cauſa dotationis æquipollentis primæ dotis, quia tunc verum eſt; in limine dotationis autem interuenire priuilegium reſeruationis patronatus.

Nam hæc concluſio omnino eſt falſa, neque ab aliquo admiſſa, quia regula illa, quod in beneficio regulari requiritur priuilegium in limine fundationis à nemine interpretatur, vt poſſit intelligi de priuilegio conceſſo poſt fundationem, & *cap. nobis*, & ibi *gloſſ. in verb. de ſua iuriſdictione requirens priuilegium in limine fundationis*, fundatur *in cap. ſacro ſancta, & cap. maſſana de electione*, vbi prohibetur quod Laico vllo modo competere poſſit electio prioris conuentualis, vel cum alijs ad ea concurrere, fallit tamen inquit Gloſſ. loco allegato, vbi fundans in limine fundationis de conſenſu Epiſcopi, ita ſibi reſeruaſſet, adeò vt priuilegium ſuperueniens fundationi, & conceſſum in actu coæqualis dotationis, non erit ſufficiens ad ſatisfaciendum dicto *cap. nobis*, & hoc eſt de mente *Mohed. & Put. in deciſione allegati*, nempe *Put. deciſ.* 382. *lib. ſecundo, & Mohed. deciſ. quinta, num.* 10. *de iure patronatus*, quæ deciſiones ſunt factæ in eadem cauſa, & à duobus Auditoribus diuerſimodè extenſæ, quamuis emanatæ ſub eadem die, vt patet legenti; & principalis concluſio deciſionum eſt, quod non omne iuſpatronatus competens ex priuilegio cenſetur reuocatum, eſſe enim aliquod priuilegium, quod non cadit ſub reuocatione, videlicet Priuilegium conceſſum in limine fundationis, quod in Eccleſia Conuentuali eſt neceſſarium, & iniquum eſſe, quod huiuſmodi priuilegium, quod neceſſario impetrari debet cadat ſub reuocatione; gloſſ. tamen dicto verb. *de ſua* non requirit priuilegium Apoſtolicum, ſed contentatur conſenſu Epiſcopi admittentis cum hac cõditione fundationẽ Doctores tamen, & deciſiones allegatæ requirũt priuilegium Apoſtolicum, ex quibus colligitur omne priuilegiũ ſecundum ipſos cadere ſub reuocatione præter quam priuilegium competens in limine fundationis.

Non etiam iuuat hanc cauſam conſideratio illa, quam facit deciſio *verſ. cum autem per obitum*, videlicet regula reuocatoria Adriani emanauit de anno 1522. & vacatio contigit de anno 1529. & non eſt veriſimile, quod illa verba, *cui non fuit hactenus in aliquo derogatum*, fuiſsẽt tam de recenti

appoſita

appoſita poſt regulam Adriani, & quod tam breui temporis interuallo dicta regula Adriani, e memoria hominum, & præſertim Miniſtrorum Datariæ excidiſſet &c.

Nam ab anno 1522. vſque ad annum 1529. interſunt anni ſeptem, quo tempore potuit Abbatia non ſemel vacaſſe, adeò vt appoſitio illius clauſulæ multum potuerit operari, & quatenus etiam breuiſſimo temporis interuallo poſt regulã reuocatoriam Adriani contigiſſet vacatio, nihilominus quia clauſula illa erat ſolita, ſemper Dataria eam requirit, & apponit.

Deinde hæc clauſula, *cui non fuit hactenus derogatum*, non eſt cępta apponi poſt regulam reuocatoriam Adriani, vt ſupponit deciſio, ſed etiam lõgè ante, vt oſtenſum fuit pluribus exemplis, nempè ſemper, & quandocumq; narratur in ſupplicatione, quod ius patronatus competit ex priuilegio; neq; etiam aliquid facit quod ſubdit deciſio, & *licet iſtæ prouiſiones Apoſtolicæ ſint ad ſupplicationẽ partis, tamen in iſta materia Dataria adhibet cauſæ cognitionem, nec relaxaſſet tot gratias cum tali narratiua in præiudicium libertatis Eccleſiaſticæ, niſi cõſtitiſſet de illius veritate &c.* Verum enim eſt, vt ſupra oſtendimus, Datariam aliquando exigere, talem qualem fumum prius quam admittat ſupplicationem, cum narratiua iuriſpatronatus: ſed hoc contingit diuerſimodè, ſi enim Patronatus aſſeritur ex dotatione, & fundatione, tunc Dataria cõtentatur exhibitione inſtrumenti dotationis, vel fundationis, ſiue vnius, vel alterius præſentationis, ſi verò iuſpatronatus aſſeritur ex priuilegio, tunc Dataria non curat de exhibitione Priuilegij, ſed reſeruat iura ſua per dictam clauſulam, *& ſic non intrat*, quod ſubdit deciſio in *verſ. & ex hoc tertio fundamento*, quod videlicet verba præſentationum repugnant priuilegio reuocato, cum in eis dicatur ex priuilegio Apoſtolico, ex dotatione, *cui non eſt hactenus derogatum*, quia vt ſæpè diximus, præſentatio non fit cum hac expreſſiua, ſed eam apponit Dataria, vel certè impetrans de mẽte Datariæ, vt videlicet niſi ipſe apponeret huiuſmodi verba, nihilominus apponerentur per Officiales Datariæ, & proinde ex hac repugnantia nõ poteſt inferri ad verum titulum patronatus, alioqui enim ex gratia ſubreptitia, ſiue obreptitia, quæ indebitè effectum ſortita eſſet, poſſet argumentari ad Patronatum, ſiue aliquid aliud falſo narratur.

Non etiam tollit deciſio aliud motiuum oppoſitũ aſſerto patronatui, quod videlicèt Babilanus præſentans Cyprianum præſentauerit in vim priuilegij anni 1513. illudq; adhibuerit in actis, & illius vigore Cyprianus obtinuerit, qui, quo ad hoc non poteſt vti alio titulo, quam accepto à patrono, cum nullus alius titulus ei poſſit competere, ſed omnem, quem habet, vel habere poteſt recepit à Patrono præſentante. Non inquam tollitur hoc motiuum ex reſponſione, quæ datur in *verſic. Nõ obſtat quod in vltima vacatione*; videlicet quod ex hac productione reſultat ficta confeſſio, quæ in alio iudicio, & inter alias perſonas non nocet, pro quo allegatur *Decl. 2. n. 8. C. de inſtit.* qui tamèn nõ loquitur in productione iudiciali, ſed in confeſſione facta in precibus. Quemadmodum *Gabriel. tit. de confeſſ. concluſ. 4. num. 32. Bald. in l. 2. num. 25. verſ. Sed iuxta prædicta, C. de eden. Aretin. in c. cauſamq; num. 26. verſ. Secundo limitatur*, vbi *Felin. n. 9. verſ. Item non procedit de teſtibus*, qui omnes loquũtur in terminis confeſſionis factæ in precibus, quæ non eſt productio, ſiue confeſſio in actis. *Honded.* verò *conſ. 66. num. 58. lib. 1.* loquitur quidem in productione teſtamenti; ſed de cuius nullitate ex defectu Inſtrumenti docebatur, & quod deeſſent ſolemnitates, & ſic ſcriptura illa nihil ex ſe probabat, & propterea ſi ſcriptura producta erat nulla, nulla per conſequens erat confeſſio, quæ reſultabat ex productione ſcripturæ, quæ nihil ponebat in eſſe. Deinde non applicatur hoc *conſ. Honded.* quia producens vigore inſtrumenti producti eo caſu non obtinuerat, prout hic in caſu noſtro nec præſentans nec præſentatus obtinuerunt, quod tamèn principaliter in his terminis attenditur; vt latè *Rot. coram Greg. XV. deciſ. 242. num. 9.* & ibi Adden. *num. 11. Caphalus verò conſ. 377. num. 86.* loquitur in confeſſione extraiudiciali, quę tollitur non per præſumptam probationem contrariam, ſed per apertam veritatem, vt colligitur ibi *n. 83* Et in his terminis loquitur *Rim. Iun. cõſ. 213. n. 20. Achil. deciſ. 2. de confeſſ. & Rot. deciſ. 284. num. 10. par. 1. & deciſ. 539. num. 4. par. 2. recent.* planè firmant hanc concluſionem, quod productio facta in vno iudicio non nocet in alio iudicio, quæ concluſio ſic indefinitè prolata examinanda eſt an applicetur caſui noſtro.

Et Primò quidèm non admitto, quod ponit deciſio, confeſſionem orientem ex productione, quã fecit Babilanus præſentans Cyprianum eſſe extraiudicialem, quia imò fuit abſolutè iudicialis, attento quod in ea concurrerunt omnia requiſita iudicij, de quibus per *Marant. par. 1. §. iudicium, quot & quibus mod. accip.* videlicet quod adſit Actor, Reus, & Iudex, quæ tria concurrunt in caſu propoſito vbi Babilanus præſentans, fuit Actor, Promotor, Fiſcalis, Reus, & Ordinarius, ad quem ſpectabat inſtitutio, Iudex.

Videamus modo: An poſito productionem iſtã fuiſſe iudicialem poſſit dici quod habeat requiſita vt noceat producenti, de quibus Deciſio in *verſ. Vlterius*, videlicèt, quod ſit facta in eodem iudicio. Secundò, quòd fiat parte petente. Tertiò, quod ad eundem finem.

Quoad Primum non videtur dubium, quin ſit facta in eodem iudicio, licet in diuerſa inſtantia; Nam inſtitutio facta per Ordinarium dedit occaſionem cauſæ Rotalis, & niſi Ordinarius inſtituiſſet Rota non ſententiaſſet, & ideò non poteſt dubitari de identitate iudicij, quia ad effectum vt conſtituatur diuerſitas non ſufficit, quod mutetur, vel interueniat aliqua noua perſona, ſed requiritur, quod Ius & factum ſint diuerſa, *l. 1.* vbi DD. *C. ſi vnus ex plur. Roman. conſ. 300. in fin. Rot. coram Coccin. deciſ. 304. num. 1.* In caſu noſtro Ius & factũ non ſunt diuerſa; Ius enim D. Cypriani præſentati, vt ſupra oſtendimus, nullum aliud eſt, quam quod recepit à Babilano præſentante. Factum verò quod Babilanus præſentauit Cyprianũ in vim priuilegij Leonis anni 1513., quod factum in deciſioni-

ciſionibus Rotalibus non controuertitur; Ergo Ius & factum tam in Rota, quam coram Ordinario ſunt eadem, & ita procedit, *Honded. conſil. 66. num. 58. lib. 1.*

Quoad ſecundum requiſitum, nempè productionem fieri debuiſſe parte petente ſanè non reperio quod a Doctoribus admittatur. Imò potius ſupponunt contrarium, cum dicant, quod productio facta ab eo, qui ſemel obtinuit, ſemper ei nocet, vt apud *Greg dicta deciſ. 242.* & ita procedunt *Oſaſch. deciſ. 38. num. 7.* & *Surd. deciſ. 267. num. 4. in deciſ. allegati.* Et ſanè cum Actor debeat fundare ſuam intentionem ex iurium productione, nulla ferè ſit productio Parte petente, & ſic nunquam productio noceret producenti.

Quo ad tertium requiſitum, quod videlicèt productio fieri debeat ad eundem finem, non etiam videtur excludi ab hoc caſu; eo quod productio coram Ordinario fuit facta ad obtinendam inſtitutionem, quæ obtineri non potuit, niſi præuia admiſſione, & canonizatione patronatus. In Rota verò fuit facta productio, vel potiùs repetita ad oſtendendum, quod ex ea productione non reſultabat patronatus ſufficiens ad obtinendam inſtitutionem. Vnde non poteſt conſiderari diuerſitas iudicij, ſed tantum intentionis Actoris & Rei, quæ intentio non diuerſificat iudicium.

Libuit fuſius examinare hanc cauſam, quia ea multum confert ad intelligentiam patronatus ex priuilegio, in quo valde cautè procedendum, vt docuit effectus in hac cauſa, quæ poſtquam fuit per tres conformes terminata non caruit ſua difficultate, quia D. Cyprianus adiuit Sanctiſſimum pro noua prouiſione, ſine qua nō faciebat fructus ſuos, & hanc petebat in vim priuilegij, vigore cuius competebat patronatus, quod in ventre habebat, vt inſtitutus teneretur præſcripto tempore petere confirmationem ſiuè nouam prouiſionem. Dataria petijt vt exhiberetur priuilegium, vigore cuius inſtitutus tenebatur petere nouā prouiſionem, & fuit exhibitum priuilegium Leonis X. anni 1513. per Rotam in omnibus deciſionibus ſemper reiectum. Ex qua exhibitione, quia apparebat D. Cyprianum nullum alium re vera habere titulum quam illud priuilegium Leonis; Sanctiſs. D. N. nūquam voluit concedere nouam prouiſionem.

Et hæc circa declarationem iuriſpatronatus competen. ex priuileg. ſufficiant; modo notauerimus ex ſupra relata deciſione Cęſarauguſtana de Taſſalis in acquiſitione patronatus Monaſterij vltra fundationem, & dotationem requiri etiam priuilegium in limine fundationis illudq; ex cur-
156 ſu temporis præſumi, vt in Albanen. Prioratus 15. Septembris 1588. coram Orano, *Rota deciſ. 412. num. 2. par. 2. recent.*

Dubitatum &c. Secundum, quoniam mortuo Leone, cum ſucceſſerit Adrianus, qui ſua Conſtitutione reuocauit omnia iurapatronatus ex priuilegio per eius prædeceſſores cōceſſa, nunquam tamen in dubium reuocatum oſtenditur illud ius præſentandi competens Dominis de Sabellis, ſed potius conſtat, quod per d. reuocationem Adriani ceſſet., & ſucceſſiuè, quod occurren.] pro tempore exiſtens, & Cardinalis Epiſcopi Albanen. prouiſionem de eo vti de libero, haud ita facile neglexiſſet, aut etiam, quod Economi Cappellæ Iuliæ, data ſimili occaſione. ità facile ius ex vnione ſibi cōpetens remiſiſſent ſtante igitur antiquitate temporis, & obſeruantia ſubſecuta præſumi, neceſſe eſt confirmationem, & priuilegium Papæ requiſitum in limine fundationis interueniſſe, *Archid. in c. nemo num. 3. de conſecrat. diſtinct. 1. Abb. in c. cura num. 4. de iurepat. Dec. conſ. 135. in principio*, cum alijs per *Gabr. add. in tit. de præſumpt. concluſ. 1. num. 7.* ex quibus depoſitio teſtium de fama priuilegij in limine magis etiam confirmat, nec vrgent in cōtrarium adducta, quod enim teſtes non probent immemorabilem nil eſt, nam hodie non controuertitur fundatio, & dotatio, iam enim ſufficienter eſt probata, ſed agitur de probanda tantū qualitate, ſcilicet an dotatio fuerit facta cum licentia Papæ de retinen. iurepatronatus, vel quod Papa licentiam huiuſmodi fuerit impartitus incontinenti poſt fundationem, facilius autem probatur qualitas, quam factum principale, *gloſ. in l. talis ſcriptura, §. fin. in verbo vniuerſa de leg. 1. Natt. conſ. 102. num. 3. cum ſimil.*

Idem fuit reſolutum in eadem cauſa 17. Nouēbris 1603. coram Penia.

Die 21. Maij Rota cenſuit &c. nunc verò iterum in relationibus poſita; & dubio per omnes dominos diſcuſſo affirmatiuè concluſum fuit probari priuilegium requiſitū in limine fundationis, nam cum fama antiqua concurrebant enunciatiuæ antiquæ in litteris Alex. VI. 1493 & 1497. quæ ideò ad rem pertinere viſæ fuerunt, quia idē Alex. hunc Prioratum obtinuerat in cōmēdam, & poſt ſuam aſſumptionem, illum commendauerat Io: Baptiſtę Card. Sabello, qui habuerat poſſeſſionem, & in vtriſq; litteris dicebatur, quod huic patronatui non fuit hactenus derogatum, quibus verbis oſtendebatur ſtatus pacificus antecedens ad fauorem patronorum, & obſeruantia priuilegij, & conſequenter veriſimile erat, quod tam Alex., quā Io: Baptiſta commendam obtinuerit, vel ad præſentationem, vel ſaltem cum conſenſu patronorū denique, cum de fundatione, & dotatione conſtaret ex authentico documento Bullæ Leonis, & inde iuſpatronatus oriatur qualitas priuilegij in limine requiſiti veriſimiliter præſumenda fuerat, cum facilius qualitas quam ſubſtantia præſumatur, *Natt conſ. 102. num. 3. lib 1.* præſertim cum tale priuilegium poſtulatum fundanti, & dotanti de iuſtitia concedi debuiſſet, & niſi in limine fundationis reſeruatum fuiſſet, non potuiſſet fundator in eo conſtituere priorem fratrem Maurum, vt indicant illa verba priori, iam conſtituti; præceſſit igitur priuilegium donationem factam de Monaſterio S. Guglielmi, & prioris Conſtitutione; ex iſto enim conſequenti includebatur neceſſarium antecedens reſeruationis iuriſpatronatus, *Crauett. conſ. 174. num. 1. & 2.* &c.

Idem dicitur in Burgen. expenſarum 31. Ianuarij 1625. coram Reuerendiſs. D. meo Merlino.

Cæterum hanc concluſionem per Rotam indiſtinctè tentam non reperio aliquo iure traditam, ſiue cauſam, nam *c. nobis de iurepatronatus*, vbi fundatur, hoc non dicit ſaltem abſolutè, ſed tantum

aliquo

aliquo caſu videlicet vbi patronus vellet ad ſe ſpe-
ctare,& pertinere ius eligendi priurem,& ipſe pa-
tronus eſſet Laicus. hoc caſu quia de iure,laico nō
157 poteſt competere electio perſonæ regularis re-
quiritur priuilegium;vbi verò priuilegium hoc nō
concurreret, non ideo ſequitur iuſpatronatus ex
fundatione, & dotatione non acquiri, ſed dicit
textus, quod patronus laicus electioni Prælati fa-
ctæ honeſtius aſſentitur, quam faciendæ auctori-
tatem interponat niſi aliter de ſua iuriſdictione
obtineat, quod *Gloſſ. hic in verbo de ſua*, interpre-
tatur de priuilegio Apoſtolico; ſine quo ius eligē-
di Prælatum in Eccleſia Conuentuali competere
non poteſt, ergo non ſimpliciter ad acquirendum
iuſpatronatus Monaſterij requiritur priuilegium
in limine fundationis, ſed ſolum ad effectum ac-
quirendi ius eligendi Prælatum, quo in loco cum
ſucceſſerint commendatarij idē iuris eſſe videtur ;
aduertendum hic eſt hodie in fundatione Mona-
ſterij, ſiuè Collegij Regularis non concedi iuſprę-
ſentandi, ſed ſolummodo iuſpatronatus honorifi-
cum, vt nuper in erectione Monaſterij B.Mariæ de
Arian. conceſsum fuit Excellentiſs. Paulo Sabello
Principi dictæ Terræ in temporalibus Domino, in
Collegijs verò ſęcularibus conceditur. ratio diuer-
ſitatis eſt euidēs, eo quod hodie omnia Monaſte-
ria Italiæ ſint congregata, & Prælati ſingulorum
habent ſuperioritatem regularem, ad quorum nu-
tum, vel iuxta Conſtitutiones eorum prælunt Mo-
naſterijs, non perpetuo ſed ad tempus.

Notanda etiam eſt clauſula, cui hactenus non
158 fuit derogatū, quam diximus ſupra *nu.* 141. hic
non accipi, & interpręrari, vt in deciſ. Ianuen. de
totali reuocatione, ſed de ſola derogatione ad
tempus, vt indicant illa verba ſtatus pacificus: re-
uertamur ad tex. ſupplicationis.

Ex perpetuam donatione Laicali &c. hæc verba
referuntur ad donationem, cui, dunatio hic ſino-
nima eſt, nihilominus eorum occaſione obiter di-
cendum dunationem patronatus præexiſtentis
abſque licentia Ordinarij non ſubſiſtere *Doct. cō-
muniter in c. illud de iurepatron. Puc. deciſ. 16. lib. 2.*
159 *Dec. conſ. 541. num. 2. Rota coram Greg. XV. deciſ.
420. num. 1.* & ratio eſt, quia nemo acquirit iuſ-
patronatus niſi de conſenſu Ordinarij neque ipſe
fundans, aut dotans. vt in *d. c. nobis de iurepatron.*,
poteſt tamen ſuperſtite donante cōſenſus ſuper-
uenire, vt in dictis Beneuentana Iuriſpatronatus
coram Dunozeto, & Aquilana Iuriſpatronatus
coram Durano.

Et quamuis Ordinarius poſſit impertiri licen-
tiam donandi, & cedendi iuſpatronatus, nihilo-
minus ſolet etiam confirmatio donationis huiuſ-
modi peti à Sede Apoſtolica, & ante Signaturam
vidi reſcribi, *Doceant coram Datario de huiuſmodi
iurepatronatus* &c. nam niſi ex fundatione, & do-
160 tatione competat non conceditur confirmatio,
& ſic quaſi poſſeſſiu præſentandi, ſiue quadrage-
naria non ſufficeret ne mendicatum aliquod ius
transferatur in potentiorem, adeo vt Dataria nō
161 ſemper confidit de Ordinario, quoad aſſertio-
nem circa iuſpatronatus: pręhbet enim aliquam ſu-
ſpicionem quod pro gratia, quam Ordinarius fa-
cere poteſt, petatur à Dataria. Et quamuis de iu-
repatronatus corā Datario doctum fuerit, nihilo-
minus executio confirmationis committitur Or-
dinario per hæc verba: *Et committatur Ordinario
conſtito de præmiſſis, & ſine præiudicio iuriſdictionis
eiuſdem Ordinarij in viſitando huiuſmodi Oratorium,
aut alterius Iuris eidem Ordinario, vel cuiuſuis alteri
perſonæ in ipſo Oratorio, vel ad illud quomodolibet
competentis, & cum decreto quod ipſi donatarij eo-
rūq; ſucceſſores in regimine, & adminiſtratione Orato-
rij huiuſmodi de receptis, & adminiſtratis rationem
ipſi Ordinario quotannis*, iuxta Conc. Trid. diſpoſi-
tionem reddere teneantur, &c.

Præſeruantur omnia iura competentia Ordi-
nario, & præſertim ius viſitandi Oratoria ei com-
peten. ex diſpoſitione Conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 8.
162 cuius diſpoſitioni poſſet videri per ſimplicem
diſpoſitionem contrariam derogatum: nō autem
Clem. quia contingit *de relig. domib. viden. Leon. in
Theſauro fori Eccleſiaſtici par. 2. c. 31. n. 26*

Dicitur quod donatarij teneantur reddere ra-
tiones ſingulis annis Ordinario, iuxta diſpoſ. eiuſ-
163 dem Conc. Trid. d. ſeſs. 22. cap. 9. latè idem *Leon.
cap. 29. num. 24.* quod tamen ita intelligendum eſt
quatenus Oratorium de quo agitur, compręhen-
164 datur ſub diſpoſitione Concilij, quod ſi non cō-
pręhenditur per hoc decretum illius ſtatus in ni-
hilo immutatur, vt ſi de iure patroni non tenean-
tur reddere rationem non aſtringuntur per præ-
ſens decretum.

Cæſari, & Ambroſio eorumque ſucceſſoribus &c.
Iuſpatronatus regulariter tranſit iuxta naturam
165 feudi, & emphyteuſis, *Roceb. in verbo ipſe, vel his
num. 72. Card. in Clem. 1. in fin. de iurepatron.* & hoc
non ſulum quoad ſucceſſionem ab inteſtato, ſed
etiam quoad ſucceſſiunem ex delicto, vt dixit Ro-
ta in Lucana Iuriſpatronatus 7. Maij 1604. coram
Reuerendiſs. Coccino Decano, quę eſt inter ipſius
deciſ. impreſs. videlicet quod Iuſpatronatus quā-
do non eſt adhęrens feudo, non venit in confiſca-
166 tione bonorum feudatarij, quicquid ſit an com-
pręhendatur ſub confiſcatione, quando feudo in-
hæret, latè *Garzias par. 5. cap. 9. num. 27.* Cæterum
iuſpatronatus tranſit ad deſcendentes æqualiter
in ſtirpes non in capita, *Clem. fin. de iurepatron.* vbi
notant omnes, & fuſiſſimè hanc materiam proſe-
quitur, *Viuian. in praxi Iuriſp. lib. 4. cap. 1. per tot.*
vbi plures adducit caſus, quibus ego addo deciſ. in
Auerſana Iuriſpatronatus 15. Maij 1610. coram
168 R. P. D. Pirouano, in qua dicitur, quod per ſolam
præſentationem cenſetur adita hæreditas.

,, Competere Antonio Guerratio ante trāſactio-
,, nem iuſpatrunatus ſuper Cappella S. Ioānis Bap-
,, tiſtæ, fuit aliàs reſolutum coram R. P. D. bo: mem:
,, Litta Lunæ 23. Iunij 1603. iterum per me dubio
,, in Rota propoſito Domini pro informante incli-
,, narunt perſiſtendo in deciſis; Nam cum Antonius,
,, & Ioannes Paulus ſint æque filij Nicolai prout Ia-
,, cobus, à quo deſcēdunt Lucretia, Ioanna, & Clau-
,, dia, quæ litem mouerunt dicto Antonio ſuper Iu-
,, repatronatus, nec ſuper hoc contingat aliqua du-
,, bitatio æqualiter ad proprij parentis ſucceſſionē
,, admittendi ſunt, §. 1. *verſ. ſi quis igitur, Auth. de
,, hæred. ab inteſt. & inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.
,, n. 1. Craſſ. de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt. 2. num. 1. & in §.*

ſuitas

ſuitas quæſt.7. num.1. & in ſtirpes, non autem in Capita, *Clem.fin.de iurepatr. vbi gloſ. Abb. & Butr.* notant, conſequenter à ſucceſſione iuriſpatronatus d. Cappellæ non erunt remouendi tanquam in iure hæreditario conſiſtentes, *c. prolatum, c. quoniã, de iurepatr. Abb. in d. c. prolatum nu.2.* dicens tranſire ad quoſcumq; hæredes, *c. in litteris, & cum ſecundum eod. tit. Couarr.* latè, cõprobans *variar. reſol. lib.2. cap.18. num.6.* Nec obſtant quæ primo deducebantur, ſcilicet Antonium Patris hæreditatẽ minimè adiuiſſe, & ſic iuſpatronatus tanquam hæreditarium illi cohęrere non poſſe, *gloſſ. in c. cõſiderandum 16. quæſt.2. Abb. in c.1. de iurepatronat. Aret. in c. ſignificaſti col.1. de teſtib. Lambert. de iurepat. lib.1 par.2. quæſt.2. num. 23.* Quia reſpondetur: Dum Antonius coram ſuo Ordinario pręſentauit Ioannem Baptiſtam filium ſuum de anno 1588. 26. Ianuarij, quæ effectum habuit, & per illius obitum ſecundo loco præſentauit Nicolaum, Antonium, Marianum, ſatis dicitur ex iteratis pręſentationibus patris hæreditatem habuiſſe, vt in deciſione ſupradicta optimè comprobatur maximè, quia iuſpatronatus tanquam hæreditariũ non poterat ab alio, quàm à vero hærede exerceri, *Couar d. cap.18. num.6.* & conſequenter tanquam ex actu differenti ità declaratur quis hæres, prout verbis expreſſis hæredem pronunciauerit, *Bart. in l. gerit, nu.19. ff. de acquir. hæredit. Iaſ. conſ.112. n.2. vol.1. Crauett. conſ.148. num.10. & DD. in l.1. & 2. C. de repud. hæredit. & in l. potuit, Cod. de iur. deliber.* ſed & animus Antonij circa actum aditionis multo magis comprobatur ex donatione facta Dragonetto de hoc ipſo Iure patronatus, quia in eum qui cedit, vel donat hæreditatem, vel hæreditariã rem, præſumuntur titulo aditionis Iura hęreditaria tranſijſſe, *Corn. conſ.211. num.2. vol.2. Crauett. conſ.200. num.2. Menoch. conſ.1. nu.489. vol.1.* & hoc ipſum viſus eſt declarare Io: Paulus in ſuo teſtamento, dum fecit hæredem Antonium fratrẽ ſpecificando in generalitate bonorum etiam ius patronatus his verbis, ſuper quo iure eligẽdi Cappellanum competit dicto teſtatori vna integra vox, quæ particularis expreſſio cum aditione hæreditatis d. Io: Pauli ſequuta, infert alios fratres Antonium, & Iacobum eſſe cohæredes pro alijs duabus, *l.2. ff. ſi pars hæred. petat. Theſ. deciſ. 4. n.8. verſ. in hanc rem* ad ea autem quæ dicuntur per teſtes conſtare de repudiatione Antonij, & verbo, & facto, quia teſtes deponant de auditu ab eodem Antonio ſe hæredem patris non fuiſſe, & reſiduum dotis maternæ ab hæredibus ſui patris petijſſe, reſpondetur ex deductis in deciſione in hac cauſa facta, quæ maximè videntur procedere reſpectu verborum ab initio expreſſorum, cum teſtes non concludant de tempore, nec ad quorum inſtantiam, nec quod in dicto iudicio, vel extra dixerit ſe nolle eſſe hæredem, quod valdè erat neceſſarium, *l. fin. ff. de interrogation. vbi gloſ. fin. Alex. conſ.212 num.2. lib.6.* & reſpectu actus petitionis reſidui dotis magis etiam remouetur dubium repudiationis, quia dos materna ſiue deferatur iure ſucceſſionis, ſiuè diſpoſitione legis tanquam creditum hæredis non confunditur per aditionẽ paternæ hæreditatis, *Bart. Caſtr. Imol. in l. ſicchum, §. aditu, ff. de ſolut. Soccin. Iun. conſ.120. num.5. vol.2.* Propterea ſicuti de corpore bonorum hæreditariorum poterat Antonius, vel ſeparationem ſui crediti dotalis petere, *Alex. in l. debitori col.1. verſic. Secundo ſequeretur, C. de pact.* vbi *Iaſ col.1. in fin. Dec. conſ. … nu.17. Caſtr. conſ.294. col. pen. verſ. vnde ad propoſitũ, vol.2.* vel auctoritate legis ipſi ſoluere, *l. filius familias, §. diui, ff. de leg.1. Menoch. conſil. 183. num.35. Surd. deciſ.224. num.18.* eodem modo potuit ſine præiudicio aditæ hæreditatis à cohæredibus petere, & repetere maternam dotem ſibi datam, eſto quod totam etiam petijſſet, quia non conſequitur totam petit; ergo ad repudiationem neceſſariò infertur, ſed per exceptionem de plus petitionibus veniebat moderanda petitio. Poſtremo autem loco circa ſimoniam oppoſita non egent reſponſione, cum fuerint ſublata ex deciſ. R.P.D. Littæ in hac cauſa pariter facta 15. Nouembris 1602. Atque ità fuit concluſum competere Antonio iuſpatronatus ante tranſactionem &c.

169 Deſcendentia verò regulariter probari debet per gradus diſtinctos, ſi non conſtiterit de quaſi poſſeſſione, ſi verò conſtat de quaſi poſſeſſione, tunc non eſt probanda deſcendentia à primo fundatore, ſed ab eo qui fuit in poſſeſſione præſentãdi iuxta opinionem, quam ſeruat Rota, vt in *deciſ. 146 num.2. & deciſ.274. num.8. par.2. recent.* & coram *Greg. XV. deciſ.349.* vbi addit *num.6. & deciſ. 452. num.17.*

Hæc autem ſecunda gratia confirmationis patronatus de qua egimus non dubium quin ſumat
170 vires à data confirmationis, etiam ſi fundatio præextiterit, quia vt vidimus in principio capitis confirmatio iuriſpatronatus dicitur potius noua conceſſio, quæ tunc incipit viuere. Et hæc de materia confirmationis ſufficiant, & de patronatu quo ad interpretationem propoſitæ ſupplicationis, quam interpretari eſt ſcopus noſter non Lambertinum, aut alios de patronatu ſcribentes tranſcribere; illud appendicis loco adijciendum quod Dataria non admittit patronatum, in manualibus etiam ſi concurrat dotatio, & fundatio, quia Dataria non præbet aſſenſum, niſi erectioni beneficiorum perpetuorum, non autem ad nutum amouibilium regulatur.

S V M M A R I V M.

Ampliatio, ſiue extenſio gratiæ in quo differat à perinde valere, 1.
Formula ampliationis, ſiue extenſionis gratiæ, 2.
Diſpenſationes conceduntur ad ſupplicationem partis nõ motu proprio, 3.
Diſpenſatio ſecunda debet facere mentionem primæ, 4.
Diſpenſatio facit licitum, quod aliàs eſſet illicitum, 5.
Diſpenſatio ad quamcumque cum cura, & ſine cura non comprehendit beneficia in Cathedrali, 6. Nec dignitates maiores in Collegiatis, 7.
Signatura, per conceſſum, per fiat, & per fiat vt petitur, 8.
Diſpenſat ſolus Papa ad Ordines ſacros, dignitates, & curata, Epiſcopus ad minores Ordines, & ſimplicia, 9.
Tranſlatio penſionis, quæ requirat, 10.
Diſpenſare an poſſit Epiſcopus cum illegitimo ad penſiones, 11.

Canoni-

Canonicus Regularis eſt capax Parochialis ſecularis, non tamen penſionis, 12.

Illegitimus diſpenſatus ad dignitates generaliter non eſt diſpenſatus ad penſiones, 13.

Diſpenſare an poſſit Epiſcopus ad penſiones, 14.

Diſpenſare ad dignitatem, ſi eam obtineat tenetur in illius prouiſione facere mentionem di diſpenſatione, 15.

Stylo Datariæ ſtandum coñ. Rotam, 13.

Indultum, quod diſpenſatus non teneatur diſpenſationis in alijs gratijs facere mentionem hodie conceditur in prouiſione omnibus, 16.

Concilij Pictauienſis circa diſpenſationes decretum, 17.

CAPVT XVI.

De ampliatione, ſiue extenſione gratiæ.

DIffert hæc gratia ampliationis, ſiue extenſiouis
à gratia petinde valere, eo quod ibi petitur con-
ualidari prima gratia deficiens, & manca, quod
1 aliquid neceſſarium non fuit expreſſum, vel non
ritè; hic verò petitur gratia, quæ eſt valida, &
perfecta extendi ad id, quod in prima gratia, vel
fuit per reſtrictiuam expreſſe derogatum, vel cer-
tè non fuerit conceſſum, exemplo res clarior fiet.

» BEatiſſime Pater ſupplicat humiliter S.V. de-
» uotus illius Orator Frãciſcus Balconus Cle-
» ricus Parmen., cum quo aliàs vt defectu nataliũ,
2 quem ex ſoluto, & ſoluta patitur, non obſtante
» Clericali charactere inſigniri, ac ad omnes ſacros
» etiam Presbyteratus Ordines promoueri, nec non
» quęcumque, & qualiacumque cum cura, & ſine
» cura beneficia Eccleſiaſtica certis modo, & forma
» tunc expreſſis qualificata, non tamen Canonica-
» tus, & præbẽdas, aut dignitates in Cathedralibus,
» ſeu Metropolit. Eccleſijs, ſi ſibi Canonicè confe-
» rantur recipere, & quoad viueret retinere liberè,
» & licitè valeret Apoſtolica auctoritate diſpenſa-
» tus extitit, vt eodem defectu non obſtante Cano-
» nicatus, & præbendas, ac dignitates, in Cathedra-
» libus, & Metropolitanis, ſeù alijs Eccleſijs, ſi ſibi
» aliàs canonicè conferantur, aut ipſe eligatur præ-
» ſentetur, vel aliàs aſſumatur ad illa inſtituatur, &
» in eiſdem recipi, & ea retinere liberè, & licitè va-
» leat diſpenſare dignemini de gratia ſpeciali non
» obſtante deffectu præmiſſo, ac Pictauien. Conc. &
» quibuſcumque alijs Conſtitutionibus, & Ordina-
» tionibus Apoſtolicis, & Eccleſiarum in quibus
» beneficia huiuſmodi fuerint, ſtatutis, &c. etiam iu-
» ramento roboratis priuilegijs quoque indultis, &
» litteris Apoſtolicis eiuſdem Eccleſijs illarumque
» Præſulibus Capitulis, Canonicis, & quibuſuis alijs
» perſonis ſub quibuſcumque tenoribus & formis,
» ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in contra-
» rium forſan quomodolibet conceſſis, &c. quibus
» omnibus etiamſi de illis, &c. latiſſimè derogare
» placeat cęteriſque contrarijs quibuſcumque cum
» clauſulis opportunis.

Placuit in hac materia ampliationis gratiæ, exemplificare in diſpenſatione, vt huius occaſione illa etiam, quæ frequens eſt explicetur, eamq; infra in paragraphos diſtinguemus.

Cum quo aliàs vt defectu natalium &c. Diſpenſa-
3 tiones conceduntur ad partium ſupplicationem,
& nunquam motu proprio, vt reliquæ gratiæ, *Re-
buff. in prax. tit. de diſpenſaratione ætatis, verſ. tuis in
hac parte ſupplicationibus, Staphil. de litteris gratiæ,
tit. de ſeptima forma expectatiuarum num.* 5. Et in
ſecunda diſpenſatione debet fieri mentio primæ,
& propterea dicitur cum quo aliàs, *Rebuff. tit. de
4 diſpenſat. num.* 24. Etiam ſi ſecunda gratia vt hic
ſit de per ſe perfecta, quia poteſt eſſe, quod prima
gratia vel retardet, vel magis moueat ad con-
ceden.

*Quæcumque, & qualiacumque cum cura, & ſine
cura* &c. Diſpenſatio facit licitum, quod aliàs eſ-
5 ſet illicitum, *gloſ. in cap. dudum in verbo retinere de
elect.* & hæc verba quantumuis generalia non ex-
tenduntur ad beneficia in Eccleſia Cathedrali.
6 *Mandoſ. d. ſig. Grat. tit. diſpenſatio ſuper defectu nata-
lium*, nec dignitates maiores in Collegiatis, immo
cum illegitimis non diſpenſatur ad dignitates, niſi
pro graduato, aut valdè digno aut multum grato,
7 *Mandoſ. vbi ſupra §.* 1. ſuper quo extat reg. Can-
cell. 50. Innocen. VIII. quàm libet hic ſubiicere,
*Item voluit. quod ſuper defectu natalium dentur gra-
duatis, ſeu de magnis nobilibus genitis per ſimplicem
ſignaturam quatuor; etiam ſi Canonicatus, & Præbẽ-
da Cathedralium, ſeu Collegiatarum Eccleſiarum, &
per fiat vt petitur. Vltra hoc dignitates, etiam ſi maio-
res poſt põtificalem, & principales in Collegiatis Ec-
cleſijs, alijs verò per fiat tria, & per fiat vt petitur
quatuor ſi petantur dummodo Canonicatus, & Præ-
benda Cathedralium Eccleſiarum, vel dignitates non
exiſtant.*

Per hanc regulam graduatus, & nobilis iure
poterat petere diſpenſationem, eratque ei debita,
vt notat Gloſsator antiquus ad hanc regulam ſub
littera A, & dabatur ad dignitates in Cathedrali-
8 bus poſt pontificalem maiores in Collegiatis ad
principales, ſecus non nobilibus, & non gradua-
tis. Triplicis autem ſignaturæ in hac regula fit
mentio; prima dicitur ſignatura ſimplex, videli-
cet per conceſſum, vt explicat Gloſſator loco alle-
gato, nempè quando Papa alteri cõmittit Signa-
turam de qua infra *cap.* 29. & per hanc ſignaturã
nobiles diſpenſantur ad 4. ſimplicia. Altera eſt
per fiat vt petitur, & per hanc nobiles diſpenſan-
tur ad dignitates; tertia eſt per fiat, & per hanc
non graduati diſpenſantur ad tria per fiat vt peti-
tur, ad 4. differentia autem inter iſtas duas ſigna-
turas hoc eſt, quod fiat vt petitur qualificat gra-
tiam, quæ principaliter petitur, & exprimitur, fiat
verò qualificat ſolummodo clauſulas generales,
ita vt qualibet ſupplicatio contineat duas ſigna-
turas, vt dicemus infra d. *cap.* 29. vnam quæ con-
cernit gratiam principalem, alteram quæ concer-
nit clauſulas generales, triplicem ſimiliter ſigna-
turam agnoſcit *Rebuff. in prax. in 2. par. ſignaturæ
num.* 17. videlicet per conceſſum, per fiat, vt peti-
tur, & motu proprio, quæ doctrina non eſt cõtra-
ria ei, quam mox tradidimus, nam re vera iſtę ſunt
tres ſignaturæ diſtinctæ, & in regula 50. non enu-
merantur omnes ſpecies ſignaturę, ſed tantum eæ
circa quas regula diſponit diuidens vnam ſigna-
turam in duas, vt ſupra vidimus. vigore igitur il-
lius regulæ qualificati, prout ibi diſponitur pote-

runt iure, & vt ſibi debitam petere diſpenſationẽ, iuxta doct. *Miliſ. in verbo diſpenſatio, quamuis reſpicit &c.* & quidem ad dignitates debebant peti principaliter ſub ſignatura fiat vt petitur. ad ſimplicia verò Cancellaria poterat extendere diſpẽſationem ſub ſignatura fiat, hoc eſt ſub clauſulis generalibus, licèt ſupplicatio non fuerit principaliter deſuper porrecta, quod hodie eſt ſublatum per reg. Vrbani VIII. 51. in qua dicitur: *Item quod per quamcumque ſignaturam in quauis gratia nullatenus diſpenſatio veniat, niſi dicta gratia totaliter effectum huiuſmodi diſpenſationis concernat, vel aliàs nihil conferat, aut operetur.* Et per hanc regulam diſpenſatio debet peti principaliter, nec poteſt extendi per Cancellariam, aut Cameram ſub generalibus, & non ſolum quo ad hoc fuit correcta regula Innocentij, ſed immò penitus expuncta, vt notat *Chokier ad eandem regulam num. 5.* vt pote quoad pluralitatem beneficiorum, quæ ibi permittitur contraria diſpoſitioni Conc. Tridentini, regula autem 50. Vrbani VIII. ſic habet: *Voluit, quod in diſpenſationibus ſuper defectu natalium, quod poſſint ſuccedere in bonis temporalibus, ponatur clauſula, quod non præiudicetur illis, ad quos ſucceſſio bonorum ab inteſtato pertinere debeat.* Vbi nullum verbum de beneficiis Eccleſiaſticis, ne videlicet diſpẽſatio ad ea in vim regulæ poſſit peti vti debita.

Ad omnes etiam ſacros Presbyteratus ordinem, &c. Papa ſolus diſpenſat ad ordines ſacros digni-
9 tates Canonicatus, & Curata, *c. vlt. de fil. presbyt. & 1. eod. tit. in 6. Rebuff. in prax. tit. de diſpenſ. ſuper defectu ætatis num. 45.* Epiſcopus verò ad minores Ordines, & vnum ſimplex, *d. c. 1. de fil. presb. in 6. Gyg. de penſ. quæſt. 17. num. 1 Ferret. conſ. 185. nu. 6.* inſurgit hic non vulgaris.

QVÆSTIO XVII.

An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum illegitimo, & an diſpenſatus ad Ordines cenſeatur diſpenſatus ad penſionem.

HAnc quæſtionem habui in Rota in cauſa Regien. tranſlationis penſionis 14. Maij 1627. corã Reuerendiſs. D. Merlino, in qua ego tuebar partem negatiuam rationibus, vt mihi videbatur valdè firmis; Nihilominus Rota ſub dicta die cõtrariam amplexa eſt ſententiam, quam deciſionem hic examinandam ſubijcimus pro fundamento quæſtionis.

,, Vnanimiter Domini reſponderunt validam eſ-
,, ſe tranſlationem pẽſionis factam à Chriſtophoro
,, in fauorem Laurentij, de facultate enim nun
,, dubitabatur, quia conſtat ex indulto conceſſo à
,, fel. rec. Paulo V. Scalchis cõclauiſtis qui interfue-
,, runt in Comitijs, in quibus ipſe renunciatus fuit
,, Summus Pontifex, & quod Chriſtophorus fuerit
,, Scalchus bo. me. Cardinalis Blanchetti ex iiſdem
,, litteris deſumebatur. de valida etiam tranſlatio-
,, ne nõ controuertebatur, quia peracta fuit coram
10 Viro in dignitate Eccleſiaſtica. Conſtituto, & ex-
,, hibito dicto indulto apoſtolico; Nec obſtare dixe-
,, runt, quod Laurentius eſſet illegitimus, & conſe-
,, quenter incapax penſionis, *Nauar. conſ. 63. num. 1. de ſim. Gig. de penſ. quæſt. 16. num. 3.* quoniam illegi-
,, timus eatenus eſt incapax penſionis, quatenus eſt
,, incapax Ordinis, qui illegitimis conferri non po-
,, teſt ſine diſpenſatione, & propterea ſi fuerit præ-
,, uia diſpenſatione ordinatus, eo etiam cenſetur, &
,, efficitur capax penſionis abſque alia particulari
,, diſpenſatione, prout reiecta opinione *Gig. & Re-*
,, *buff.* perpetuo Rota tenuit hanc ſententiã, quem-
,, admodum atteſtatur *Sarnen. in reg. de annal. quæſt.*
,, *21. in fin. Gambar. de auct. legat. lib. 6. nu. 28.* & ſunt
,, deciſiones coram *Oriolen. relatæ in 1. par. diuerſ.*
,, *deciſ. 425. coram Card. Seraph. deciſ. 1264. n. 2. cor.*
,, *Cardin. Blãchetto in Aquileien. fructuum 14. Ianuar.*
,, *1599. corã Litta,* relata per *Garz. de beneſ. in add.*
,, *ad cap. 5. par. 1. num. 117. in Veneta Penſionis 10.*
,, *Decembris 1572. coram Robuſterio, & Cæſaraugu-*
,, *ſtana Penſionis 19. Februarij 1595. coram Gipſio, in*
,, *Burgen. Penſionis 19. Februarij 1595. coram Pena,*
,, *& in Meliten. Penſionis 14. Maij 1614 cor. bo. mem.*
,, *Buratto impreſſ. apud Marcheſ. tom. 2. fol. 527.* vbi
,, quod perpetuo Rota ſeruat hanc opinionem, &
,, coram Reuerendiſs. D. meo Decano deciſ. 31. n. 8.
,, & conſequenter Laurentio hæc incapacitas op-
,, poni non poteſt, cum per 20. dies ante tranſlatio-
,, nẽ ipſe Ordinatus fuerit ab Epiſcopo Vercellen.,
,, & à macula natalium diſpenſatus, vt ipſe Epiſco-
,, pus in litteris Ordinationis atteſtatur, cui aſſeren-
,, ti de actu à ſe geſto deferen. eſt. *Rota deciſ. 11. de*
,, *ſurrepat. in nou. Put. deciſ. 140. lib. 2. in correct.* nec
,, ambigi poteſt, quin Epiſcopus potuerit diſpenſa-
,, re, & Ordines minores conferre illegitimo, hoc
,, enim de iure cautum eſt in *cap. 1. de fil. presbyter.*
,, *in 6.* & tradunt *Innocen. in cap. fin. eod. tit. Carol. de*
,, *Graſſ. de effect. Cleric. eff. 1. num. 530. Sayr. de Cenſ.*
,, *lib. 6. cap. 11. num. 8. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 3.*
,, *cap. 50. quæſt. 8.* ex quibus depræhenditur non eſſe
,, opus ingredi difficultatem, an gratia diſpenſatio-
,, nis, & reualidatoria obtenta ex abundanti a San-
,, ctiſsimo D N. ſuffragetur, quia diſpenſatio Ordi-
,, narij ſufficit vt ſupra dictum fuit; Quæ dubitaban-
,, tur de omiſſa intimatione, nõ releuant, quia nõ fu-
,, mus in reſeruatione pẽſionis à principio facta, ſed
,, in tranſlatione, ex qua non reſultat nouum gra-
,, uamen. Titulari, ſed ſolum fit delegatio nouæ per-
,, ſonæ, & creditoris vti pluribus relatis deciſ. antiq.
,, & recent. reſoluit Rota in Mantuana Penſionis
,, 14. Decembris 1626. coram me, & ſic intimatio
,, non requirebatur, *Pariſ. de reſig. lib. 6. quæſt. 4. nu.*
,, *25. Rot. in Segobien penſionis 20. Maij 1594. coram*
,, *bo. me. Corduba,* relat. per *Garz. par. 1. cap. 5. n. 257.*
,, Nec hodie agitur contra Titularem per cenſuras,
,, ſed ſolum partes conſuluerunt Rotam, an valida
,, ſit tranſlatio, & validam eſſe reſpondit vtraq; par-
,, te informante.

Eandem concluſionem tuetur *Garzias de beneſ. par. 1. cap. 5. num. 124. Gonzal gloſ. 5. §. 5. num. 1. & ſeqq. D. Lotter. quæſt. 40. num. 140.* ea ratione, quod penſio non ſit quid perpetuum, ſed cum vita penſionarij extinguitur, quæ ratio non eſt bona, nam neſcio videre quænam ſit illatio, penſio cum vita pẽſionarij extinguitur quando illegitimus eſt capax penſionis, nam quoad penſionarium æque perpetua eſt penſio, quam quo ad beneficiatum

beno-

beneficium, & incapacitas non prouenit ratione rei, ſed ratione perſonæ, & hanc rationé per modum dubitandi adducit *Gig. de penſ. quæſt.* 16., ſed eam nihil faciens reſoluit pro contraria opinione; ſimiliter non videtur ſubſiſtere ratio deciſionis Regien., videlicet, quod illegitimus eatenus eſt incapax penſionis, quatenus eſt incapax ordinis, quia concluſio non eſt generaliter vera, nam regulares ſunt capaces Ordinis, & non ſunt capaces penſionis, immo Canonicus Regularis eſt capax Parochialis ſecularis, *c. ſolitæ, de maior. & obed.*, & non eſt capax penſionis, adeovt de tempore Pauli V. quidam Nicolaus Barutterius Ca-
12 nonicus Regularis, qui à duodecim annis ex prouiſione Ordinarij obtinuerat Parochialem ſæcularem, illam volens reſignare cum reſeruatione annuæ penſionis, licet exiguæ ad ſui fauorem non potuit obtinere, quia hoc caſu non eſt locus regulæ, eſt capax omnium fructuum ergo partis, nam penſio non dicitur fructus beneficij, & regularis eſt capax fructuum ratione curæ, qua ceſſante, ceſſat omnis capacitas, quod ſimile adduxi, vt pateat, conſequentiam non eſſe neceſſario illatiuam.

Neque etiam conuincunt auctoritates in deciſione allegatæ, nam fundantur omnes in doctrina *Sarnen. quæſt. 2 t. ad reg. de annal. in fine*, vbi dicit illegitimum eſſe capacem penſionis abſque vlla diſpenſatione, & cum hac tranſeunt omnes deciſiones allegatæ in dicta Regien., quæ tamen doctrina Sarnen. interpretanda eſt de penſione, quæ datur Laico in ſtipendium, non autem quæ datur Clerico in ſubſidium, vt *Sarnen. reſpondet Gig. quæſt. 16. in fin. Garz. par. 1. cap. 5. num.* 119. *&* 120. *Nauarr. conſ. 5. de fil. presbyt.*, qui omnes teſtantur de ſtylo Datariæ, qui vti proximior Papæ eſt attendendus, qui ſtylus adeo eſt quo ad hoc rigoroſus,
13 vt diſpenſatus ad dignitates, generaliter non eſt diſpenſatus ad quaſcumque penſiones, quod liquet ex reſcripto Datariæ in diſpenſatione pro illegitimo ad dignitates, & penſiones, nam tunc dicitur ad penſiones ſuper ſimilium, & diſſimilium beneficiorum fructibus, & niſi adeſſet verbum diſſimilium diſpenſatus, non poſſet obtinere penſionem ſuper beneficio diſſimili, puta diſpenſatus ad dignitates in Collegiata, non poſſet ſine illa clauſula habere pẽſionem ſuper dignitate Cathedrali, & quod ita interpretandus ſit Sarnen. patet, quia vult illegitimum eſſe capacem penſionis ſine vlla diſpenſatione, quod tamen nec Rota admittit, ſanè huic ſtylo ſtandum eſſe contra ſententiam Rotæ cenſet idem *Garzias par. 4. cap. 2. n.* 18.

Huic opinioni multum opitulatur Conſtitutio Pij V. contra illegitimos ædita, quæ eſt in ordine num 120. in qua cauetur, quod nulla bona quacumque tandem diſpoſitione poſſint peruenire ad illegitimos, quæ aliquo modo proueniant ab Eccleſiæ prouentu, vbi etiam in ſpecie enumerantur penſiones: vnde licet penſio, vt inquit *Sarnen. dict. quæſt. 2 t. & deciſ. 425. par. 1. diu.* in quibus reliquæ deciſiones fundantur, non ſit quid Eccleſiaſticum, neque beneficium; pendet tamen ab eo quãdo datur Clerico in ſubſidium, vnde quemadmodum illegitimus eſt incapax beneficij abſque diſpenſatione, ita etiam penſionis ſaltem poſt Conſtitutionem Pianam, quæ adhoc non fuit cõſiderata in deciſione D. Merlini.

Non obſtat, quod Conſtitutio Piana prohibeat diſpoſitionem de bonis prouenien. ex penſionibus ad fauorem illegitimorum, non autem vetare, quin illegitimi ſint capaces penſionis, nam dicta Conſtitutio non vult bona prouenientia ex penſionibus aliquo modo peruenire ad illegitimos: vnde ſi vtilitas penſionis non poteſt iuxta Conſtitutionem peruenire ad illegitimum mediatè, & per interpoſitam perſonam, multo minus immediatè, & ex propria illegitimi perſona, & ſanè dubitari non poteſt, quin tranſlatio penſionis comprætendatur ſub illa Conſtitutione, quia tunc penſio peruenit ad illegitimum ex diſpoſitione transferentis, & hæc de ſecunda parte quæſtionis.

Quo vero ad primam partem, an videlicet Epiſcopus poſſit cum illegitimo diſpenſare ad penſionem, quã doctè pro more ſuo tradit *Gigas vbi ſuprà quæſt.* 17. dicendum eſt, prout ipſe ibidem
14 reſoluit, nempè reſpondendum cum diſtinctione, aut quærimus de penſione, quam reſeruare poteſt Epiſcopus, & tunc reſpondendum affirmatiuè, nam quemamodum ipſe hanc penſionem poteſt reſeruare, ità etiam debet ad eam poſſe diſpenſare, immò reſeruando penſionem, cenſetur diſpenſaſſe; aut quærimus de penſione per Papam reſeruanda, & ad eam non poteſt diſpenſare Epiſcopus, ſed requiritur diſpenſatio Papę in ſpecie nec ſufficit diſpenſatio ad dignitates ex ſtylo Datarię de quo ſupra *Gig. quæſt.* 18., nam hic non valet argumentum de maiori ad minus, cum beneficium, & penſio ſint quid omnino diſtincta, & diuerſa.

Diximus ſupra in principio capitis in ſecunda diſpenſatione faciendam eſſe mentionem de pri-
15 ma, quod locum habet in qualibet gratia, adeovt diſpenſatus ad dignitatem, ſi eam obtineat teneatur in illius prouiſione facere mentionem de præcedenti diſpenſatione, quod vt euitetur ad inuentum eſt indultũ quod diſpenſatus non teneatur in gratijs ſubſequẽtibus facere aliquam qualitatum
16 ſuarum, ſiue diſpenſationum præcedentium mẽtionem, quod indultum op. re. Pauli V. non concedebatur niſi viris primarijs, hodie verò promiſcuè conceditur omnibus redeamus ad textum ſupplicationis.

17 Non obſtante defectu præmiſſo, ac Pictauen. Concilij &c. Hoc Concilium celebratum fuit anno Domini 1319. ſub Io: XXI. & in eo ſtatutum, quod manſeres. ſiue illegitimi ad dignitates perſonatus, & beneficia eccleſiaſtica non aſſumũtur.

SVMMARIVM.

Diſpenſatio ad Ordines ante ætatem hodie non datur, 1.
Diſpenſatur cũ Regularibus minoribus ad paucos dies 2.
Diſpenſatio ſuper interſtitijs Ordinationum, quem dicitur in temporibus, 3.
Patrimonium conſtituendum ordinandis non habentibus beneficium Eccleſiaſticum, illudq; non alienandum, 4.
Clericus fur potius ſuſpendi debet, quam mendicare, 5.
Ordinari nemo poteſt ad lucrum induſtriæ, 6.
Ordinari an quis poſſit ad titulum Seminarij, 7.

Ordi-

Ordinari nemo poteſt ad titulum Cappellaniæ amouibilis, 8.
Formula gratiæ in temporibus, 9.
Deuotio eſt cauſa ſufficiens ad obtinendum gratiam in temporibus, 10.
Beneficium ad cuius titulum quis ordinatus eſt, non poteſt vllo colore reſignari, 11.
Decretum de non reſignando beneficium ad cuius titulum quis ordinatus eſt, non habet locum in permutatione æquiualenti, 12. *Patrimoniũ ſufficiens quod dicatur*. 13
Patrimonium ordinando non conſtituitur ſufficienter per reſeruationem ſuper omnibus bonis, ſed debet aſſignari res certa, & deſignata, 14.
Clauſula, dummodo habeat aliunde, concludentiſſimè probanda, 15.
Ordinari nemo debet ad titulum patrimonij ſine neceſſitate, aut commoditate Eccleſiæ, 16.
Patrimonium, quod requirit Conc. ſeſſ 21. cap. 2. reſpicit tantum ordines, non dignitates, 17.
Clauſula, dummodo habeat aliunde, &c. non eſt verificanda, ſi ante executionem reſignationis reſignans habitum ſuſceperit, vel obierit, 18.
Clauſula, niſi prius aliunde &c. quomodo interpretanda, 19.
Ordinatus ad Titulum Patrimonij antiquitus non poterat habere beneficium, 20.
Clauſula, etiam abſque litteris dimiſſorialibus, quibus concedi ſoleat, 21.
Ordinatus ſine dimiſſorialibus eſt ſuſpenſus, nec gaudet priuilegio fori, 22.
Dimiſſoriales litteras nemo cõcedere poteſt, niſi proprius Ordinarius, 23.
Ordinatus cum falſis dimiſſorialibus nunquam, aut certè raro diſpenſatur, 24.
Dimiſſoriales litteras obtinens, debet examinari à proprio Ordinario, ſeu alieno ad mandatum proprij, 25.
Gratia in temporibus non facit, quod quis vno tempore omnes Ordines ſuſcipere poſſit, 26.
Annus qui ſeruari debet pro interſtitijs à Concilio Trid. requiſitis, non debet eſſe 12 menſium, ſed ſuffisit, quod contineat 4 interſtitia, 27.
Ordinari quis poteſt eodem die ad Minores, & Subdiaconatum, 28.
Ordinari nemo poteſt ab hæretico ſciſmatico, ſiue excommunicato, 29.
Hæretici noſtri tempori ſunt deſtituti legitima Ordinatione, 30.
Ordinari non poteſt quis ad Ordinem maiorem, niſi exercuerit minorem, 31.
Ordinari nemo poteſt ſine examine præuio, 32.
Ordinarius proprius quis ſit ad effectum Ordines ſuſcipiendi, 33.
Ordinati ad titulum patrimonij, & alicui Eccleſiæ adſcripti ad quod ſeruitium teneantur, 34. *gratia extra tempora Vicario non ſolet dari niſi arctato*, 35.
Gratia temporibus, ſiue extra tempora Vicario Vrbis commiſſa, non poteſt ab alio antiſtite exequi contrafaciens indiget abſolutione, 36.
Diſpenſatio ſuper ætate ad beneficia non admittit certum regulam, 37.
Diſpenſatio ſuper ætate ad curata hodie non datur, 38.

§. I.

De diſpenſatione ſuper defectu ætatis.

HAec materia fusè tractatur per *Rebuff. in praxi & Mandoſ. de ſig. gratiæ*, ſub hoc titulo. quam nos explicabimus addendo quædã per illos omiſſa, vel non ſatis digeſta.

Supponendum primo diſpenſationis ſuper de-
fectu ætatis duplicem reſpicere effectum primus
eſt quo ad ordines, alter quo ad beneficia. Diſpen-
ſatio cum minore ante Conc. Trident. vt maturius
quam de iure præſcribitur Ordines poſſit recipe-
1 re dabatur, teſte *Rebuff. hoc tit. num.* 8., quæ di-
ſpenſatio hodie non datur, nec quidem pro mini-
mo temporis per Datariam, licet detur per breue.
Vidi tamen diſpenſari pro regularibus quando
multi vnius Ordinis concurrunt ad ordinationem
eodem tempore, & aliquibus deficiũt pauci dies,
tunc, vt ſimul poſſint ordinari, quia Monaſterium
eſt celebrationi multarum Miſſarum obſtrictum
2 Pontifex diſpenſat cum ordinandis huiuſmodi, vt
neceſſitati ſuccurrat Monaſterij, ſed vt dixi ſi mi-
nori regulari ordinando huiuſmodi deficiant pau-
ci dies, nam ſi tantum temporis deficiat, quod fe-
re pertingat ad alterum tempus ordinationis; diſ-
penſatio non datur pro primo tempore, & huiuſ-
modi diſpenſatio non conceditur per ſupplicatio-
nem, aut per Breue, ſed per reſcriptum priua-
tum, ſiue oraculum Cardinali illius Ordinis
protectori.

Diſpenſatur autem promiſcuè ſuper tempore,
non quidem ſuper tempore ætatis, ſed ſuper tem-
pore ordinationum, quas ordinandus non niſi ſta-
tis temporibus ſuſcipere poteſt dupliciter; primo,
3 vt quis habens beneficium, quod & quidem ordi-
nem non requirit, ſiue patrimonium, & ſit in ea
ætate conſtitutus, quod poſſit Ordines ſuſcipere
non ſeruatis interſtitijs à Conc. Trident. ſeſſ. 23.
cap. 8. de refor. præſcriptis videlicet ſingulis Sab-
batis quatuor temporum, & ſublato ſancto, Ieiu-
nia autem quatuor temporum incidunt Verè æſta-
te, autumno, & hyeme, tempora autem præcisè
deſignantur antiquo verſiculo;

Poſt Crux, poſt Cineres, poſt Spiritus, atq; Luciæ,
ſit tibi in angaria quarta ſequens feria.

Hoc eſt prima Mercurij poſt feſtum Crucis de Menſe Septembris, prima Mercurij poſt diem Cinerum, prima Mercurij poſt Pentecoſtem, & prima Mercurij poſt feſtum Sãctæ Luciæ, notat *Theſaur. fori Eccleſiaſt. par. 1. cap. 4. num.* 20., quod tamen de maioribus Ordinibus intelligendum eſt, quia minores Ordines diebus Dominicis, & alijs feſtiuis Epiſcopus omnes ſimul conferre poteſt, *cap. de eo tempore ord.* quamuis prima tonſura conferatur etiam diebus feriatis. Interſtitia autẽ per Conc. Trid. vbi ſup. ad Ordines ſuſcipiendos præſcripta ſunt, vt ſuſcipiantur de anno in annum, quod interſtitium per huiuſmodi diſpenſationem tollitur, non autem permittitur, quod ordo ſuſcipiatur alio tempore, quam à Concilio ſtatuto, videlicet in vno dictorum quatuor temporum.

Quando conceditur diſpenſatio huiuſmodi or-
dinando

dinando ad titulum patrimonij apponitur decretum; *Et dummodo Orator ad id reperiatur idoneus, & conſtito prius, quod patrimonium huiuſmodi ad cõgruam ipſius Oratoris ſubſtẽtationem ſufficiat, illudq; verè, & pacificè poſſideat, & cum decreto, quod dictum patrimonium alienare vllo modo nequeat, niſi prius in Eccleſiaſticis, vel alijs redditibus annuis habuerit, vnde commodè viuere poſſit, & arbitrio Ord.* Hoc decretum virtualiter refert decretum Conc. Trid. ſeſſ. 21. cap. 2. de Reform., vbi, quod non habens beneficium, non debeat ordinari ſine patrimonio vero, & reali, & quod ordinandus realiter poſſideat, & quod congruum ſit ad ordinandi ſubſtẽtationem, nec in poſterum vllo colore alienari poſſit, niſi prius ordinatus huiuſmodi obtinuerit ſufficiens beneficium Eccleſiaſticum. Et ſi Ordinarius aliquem ad Ordines admiſerit patrimonio non ſuffultum, ſeu reſignationem Beneficij ad cuius titulum ordinatus fuerat admiſerit, tenetur de proprio, *Pariſ. de reſig lib. 2. quæſt. 6. n.* 18. *&* 42. vbi dicit ita fuiſſe ab Interpretibus Concil. declaratum videlicet: *Si Ordinarius non habens facultatem admittendi reſignationem in certis caſibus à Pio V. ſublatam, hanc reſignationem admiſerit, beneficium, ad quod quis erat ordinatus vacat Sedi Apoſtolicæ, & Ordinarius reſignanti, tenetur de proprio.*
4 Conſtitutio autem Pij, de qua hæc declaratio eſt in Bullario nouo in ordine 75. confirmatoria eſt, & ampliatoria. Item alia declaratio: *Ordinatus contra formam huius decreti ſine beneficio, aut patrimonio, non eſt per hoc ſuſpenſus, nec aliquam pœnam incurrit, ſed cogendus eſt Ordinarius ei prouidere, iuxta c. cum ſecundum extr. de præben., & hic ſolus Canon non alij à Conc. reuocatus eſt.*

Et revera indecens eſt, & indecorum Eccleſiaſticos ſtipem mendicare, quia in rè libet afferre exemplum ſummi rigoris Interpretum Concilij, iuſtum tamen, & æquum, Archipresbyter S. Paulæ Ariminen. Diœceſis de Anno 1610. Romam venerat, vt liti, quam cum Monacis Oliuetanis in Rota habebat, de qua ſunt deciſiones 215. & 290. par. 1 recent. aſſiſteret: huic cauſæ ego patrocinabar pro dicto Archipresbytero; ille prius quam ab Eccleſia recederet Sacerdotem quendam ſubſtituit in Cura; & domo rectorali, qui Sacerdos cũ vniuerſam domum curioſius perluſtraret, damnata curioſitate effregit arcam quandam, ex qua 500. aureos ſubtraxit, ac Archipresbytero abſẽte conſumpſit; Rectore domum reuerſo Sacerdos ſubſtitutus furtum non negauit, ſed obtulit reſtitutionem ex alienatione patrimonij facienda, attento, quod ipſe eſſet Ludimagiſter, & ex Schola facili negotio, & ſine vllo dedecore lucrum queri poſſet, quod ad ipſius ſubſtentationem abundè ſufficeret. conſulta per me deſuper Sacra Cõgregatio Interpretum Concilij reſpondit alienationem patrimonij fieri nec poſſe, nec debere; reſcriptum mihi viſum eſt rigoroſius, dicebam enim regulam eſſe, quod qui habet in ære non luat in corpore; Presbyterum hunc poſſe criminaliter conueniri, & condemnari ob furtum ex fractura
5 qualificata. reſpondit denuo Congregatio decentius eſſe, quod Clericus ob delictum ſuſpendatur, quam quod cum dedecore ſtipem mẽdicet, ex hoc enim inferri dedecus ordini; ex illo perſonæ tantum. Lucro vero ex Ludimagiſterio quęrendo
6 obſtare declarationem, quæ ſic habet: *Quid ſi tantum habeat, quod ex induſtria, vel honeſto labore lucratur, puta, quod ſit muſicus, Magiſter grammaticæ, Rhetor, vel alterius licitæ profeſſionis idque ſit ſufficiens ad ſubſtentationem, an poſſit promoueri? cenſuit non poſſe.*

Corrigendus hic obiter eſt, *Pariſ. de reſignat. l. 2. quæſt. 6. num. 32. & 33.* vel certè interpretandus,
7 vbi dicit, quod quis poteſt ordinari ad titulum Seminarij, quia hoc verum non eſt, ſed tantum ad Titulum beneficij Seminario vniti, qui termini valde diſtant, vt ex ſequenti declaratione: *Cooptati in Collegium Seminarij non poſſunt ordinari ad Titulum Seminarij, niſi ob cauſam inſeruiendi beneficio, quod forſan eſſet Seminario vnitum*: hoc enim caſu ſeruitus illa cenſetur Vicaria perpetua, vel ſaltẽ ad inſtar, quia à ſeruitio non poterit remoueri, vt innuit ſequens declaratio; *potuit tamen ordinari ſub certa aſſignatione fructuum à Seminario facta cauſa inſeruiendi beneficio vnito Seminario, & ibi inſeruiat, donec aliter ei prouiſum fuerit de congrua ſubſtentatione.*

8 Similiter nemò ordinari poterit ad titulũ Cappellanię ad nutum amouibilis, prout ſunt Cappellaniæ in Eccleſijs Nationalibus in Vrbe, vidi tamen in noſtra Eccleſia Beatæ Mariæ de Anima, vbi ordinari petijt Congregatio Germanum ad titulum illius Cappellaniæ de conſenſu Congregationis Nationalis, quod exemplum non eſt perperam imitandum, quia ſi dictus ordinatus eſſet malæ indolis. vt totum Xenodochium ſubuerteret, nõ poſſet expelli, licet in dicto Hermanno res benè ſucceſſerit, cum ſit vir probus, ac optimi exempli, verum quia gratiæ in temporibus mentionem fecimus more pro noſtro ſupplicationem illius apponemus.

„ BEatiſſime Pater cũ deuotus S.V. Orator Fran-
„ ciſcus Marco ſcholaris Valentin. Ciuitatis,
„ vel Diœceſis feruore deuotionis accenſus pluri-
„ mum cupiat Clericali charactere inſigniri, ac ad
„ quatuor minores, & ſubinde ad omnes ſacros
„ etiam Presbyteratus Ordines ad titulũ patrimo-
„ nij, quod ad id ſufficiens habet quanto citius pro-
„ moueri, & promotus in illis Altiſſimo quoad vi-
„ xerit famulari, ſupplicat igitur humiliter S.V. O-
„ rator prædictus, quatenus pio eius deſiderio hac
„ in parte anneũ. , eumquẽ ſpeciali gratiæ fauore
„ proſequen. eidem Oratori, vt attento, quod in Vr-
„ be ab anno, & vltra commoratur abſque litteris
„ dimiſſorialibus, ſui Ordinarij a S.V. in dicta Vrbe
„ eiuſque diſtrictu in ſpiritualibus Vicario Genera-
„ li, ſeu per eum deputato dicto charactere inſigni-
„ ri, & ad quatuor Ordines minores vnico die fe-
„ riato, vel non feriato, etiam extra tempora, & ſub-
„ inde in temporibus quidem ad id à iure ſtatutis
„ intra annum tamen, annique curriculo non expe-
„ ctato, minſuq; ſeruatis à Conc. Trid. deſignatis
„ interſtitijs ad ſacros Subdiaconatus Ordines ad
„ dictum titulum promoueri, & promotus in illis,
„ etiam in Altaris miniſterio miniſtrare liberè, & li-
„ cite poſſit, & valeat auctoritate Apoſtolica con-
„ cedere, & indulgere, ac Vicario, ſeu per eum de-

„ putato, & Oratori prædicto licentiam deſuper „ impertiri dignemini de gratia ſpeciali, nõ obſtan. „ quod dictus Orator tempore promotionis ſuæ ad „ quemcumq; ex dictis Ordinibus in alio, ſeu alijs „ per eum in antea ſuſceptis, minimè ſe exercuerit, „ alijſq; Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apo- „ ſtolicis, ceteriſq; contrarijs quibuſcumque cum „ clauſulis opportunis.

Huic ſupplicationi apponitur per Datariam ſequens Decretum; *Et dummodo Orator ad id reperiatur idoneus, & ſeruitio alicuius Eccleſiæ ſe adſcribat, & conſtito prius coram eadem Vicario de Oratoris legitimis natalibus, vita, moribus, idoneitate, alijſq; requiſitis, qualitatibus ipſius Oratoris, quodque Orator patrimonium ad congruam ſui ſubſtentationẽ ſufficiens, verè, & pacificè poſſideat, cũ decreto, quod illud vendere, aut quoquò modo diſtrahere nequeat, niſi prius in Eccleſiaſticis, vel alijs redditibus annuis habuerit, vnde commodè viuere poſſit:*

10 *Feruore deuotionis* &c. Non alia ad hanc gratiã obtinendam prætexitur cauſa, quam deuotio, quæ in habente ætatem ad Ordines ſuſcipiẽdos aptam videtur ſufficiẽs, ne cogatur expectare in annum, & ſeruare interſtitia à Conc. præſcripta.

Ad Titulum patrimonij &c. Huic clauſulæ reſpondet decretum de quo ſupra, & quod interpretati ſumus num. 3. dicitur autem verè, & pacificè poſſideat, quia Conc. ſatis non eſt aſſignatio patrimonij, vt quis Ordines ad illius titulum ſuſcipere poſſit, ſed quod ordinandus poſſideat, & quidẽ pacificè, vt ſunt verba Concil. ſeſſ. 21. cap. 2. prout etiam quod patrimonium huiuſmodi ſit ſufficiẽs, cui diſpoſitioni inhæret Conſtitutio Pij V. 75. in ordine in Bullario nouo, vbi contrauenientibus imponit pœnas irregularitatis, & ſuſpẽſionis, quarum abſolutionem ſibi reſeruat; huiuſmodi autem patrimonij alienatio, quemadmodum reſignatio beneficij, ſi ad illius titulum ordinatus quis fuerit, per Concil. declaratur nulla, & Pius V. dicta
11 Conſtitutione 75. vltra nullitatem imponit pœnas ſuſpenſionis, & irregularitatis: Vnde aliquando fuit dubitatum in Congregatione Interpretum Concil. An ſi habens Parrochiam in titulum, iuret non reuocare procuratorem, quem fecerat ad reſignandum, poſſit iuramento non obſtante reuocare? Congregatio cenſuit poſſe, & iurans per pœ-
12 nitentiarium eſt abſoluendus, ne reſignet. Decretum autem huiuſmodi de non reſignando beneficium, nõ habet locum in permutatione æquiualenti, vt alias requiſiti reſponderunt eiuſdem Concil. Interpretes, quod diximus de beneficio, idem ſtatuit in penſionibus ad quarum titulum quis ordinatus eſt.

13 Sed redeamus ad titulum patrimonij, in hac materia frequentiorem, & videamus, quomodo interpretandum ſit verbum illud, ſufficiens; Cum ſufficientia illa per Concil. non taxetur, ſuper quo aliàs requiſiti Interpretes reſpõderunt, taxationem hanc fieri debere, iuxta locorum, & Prouinciarum differentiam, cum alibi res ſint pretij cõmodioris, alibi maioris, & propterea Cõgregatio Concil. conſulta, an ſufficiens dici poſſit patrimonium, quod habeat annuum redditum ſcutor. 25. reſpondit relinquendum Ordinarij arbitrio, vt ex ſequenti declaratione. *An per Bullam Sixti Quinti contra male promotos intelligatur derogatum conſuetudini quorundam locorum, vbi propter penuriam Sacerdotum ad ſacros Ordines promoueri ſoleant, qui ſuper alienis bonis aſſecurationem habent, victus, & aliarum rerum neceſſariarum cum continuo ſine alio titulo beneficij, vel patrimonij, & an in locis inopia laborantibus ſufficiens patrimonium dici poſſit, quod habet annuum redditum ſcutorum 25. Quo ad primum Sua Sanctitas conſulta, non approbat talem conſuetudinem, ſed vult patrimonium ad cuius titulum ordinandus promoueri debet eſſe rem certam fructiferam, de quo ipſe diſpone-*
14 *re valeat, ac propterea omnino prohibet talis conſuetudinis obſeruantiam; Quoad ſecundum vero Ordinarij arbitrio reliquit hoc Iudicium, an tale patrimonium ſufficiat propter diuerſitatem locorum, cum in vno ſufficiat, quod alibi non erit ſufficiens dummodo animaduertatur bona eſſe ipſius ordinandi propria, ac ab omni contractuum ſimulatione, & ceteris, quæ ab amicis, & coniunctis fieri ſolent in huiuſmodi caſibus penitus libera, & aliena.*

Ex quo reſponſo Pontificis habemus patrimonium nõ rectè conſtitui per aſſecurationem ſuper omnibus bonis, etiam, ſi aſſecurans diues ſit, ſed requiritur res certa, & deſignata, ne fiat fraus diſpoſitioni Concilij, quia aſſecuratio iſta poſſet eſſe ſimulata, & propterea requiritur, quod conſtituatur patrimonium in re certa, ex cuius fructibus ordinatus poſſit propria auctoritate emolumentũ recipere, & indicant verba illa decreti; Quodque Orator patrimonium ad congruam ſui ſubſtentationem ſufficiens, verè, & pacificè poſſideat, iura verò incorporalia propriè dicuntur poſſideri.

Nec prædictis contraria eſt alia declaratio, ad hoc cap. ſeſſ. 21. mihi num. 22. quæ dicit: *Poteſt aliquis ad ſacros Ordines promoueri ad titulum bonorum, quæ ei donentur, ſi tamen Epiſcopus iudicauerit eſſe aſſumendum pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum, donationeſq. huiuſmodi verè, & abſque vlla fraude in forma valida fiãt de tot bonis, quæ promouendo ſufficiant ad vitam honeſtè ſubſtentandam, quæque deinceps nullo modo alienari poſſint, donec ille beneficium ſufficiens adipiſcatur, vel aliunde habeat vnde viuere poſſit.* Immo eſt prædictis conſona, cum velit patrimonium cõſtitui de tot bonis, nam ceterum parum intereſt verum ordinandus habeat illa bona de proprijs, vel ei liberalitate alicuius donata ſuit, notat *Theſaur. for. Eccleſiaſt. par. 3. cap. 39. num. 33.* Aduertendum autem quod dicitur, neminem ordinandum, niſi neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum exigente, hodie verò Epiſcopi præſertim in Regno Neapolitano plures
15 etiam abſque vlla Eccleſiarum neceſſitate, ſiue commoditate ad Ordines admittũt, & hinc multæ Regiorum Miniſtrorum querelæ, quia vnus Clericus in aliqua familia, prętextu ſui patrimonij particularis integrum patrimonium totius familiæ à gabellarum, & aliorum grauaminum onere liberum vindicat, & vice verſa conqueruntur de nimia auiditate regiorum ſubditi, vt pote qui in bellis nõ ſubditorum cauſa ſuſceptis patrimonium pro libidine conſumunt, & hæ perpetuæ ſunt rixarum cauſæ inter Eccleſiaſticos, & Regios Miniſtros.

In

In reſignatione verò beneficij, ad cuius titulum
quis ordinatus fuit, apponitur clauſula, *Dummo-
do habeat aliunde, &c.*, quæ eſt concludentiſſimè
probanda, Rota in Leodien. Canonicatus S. Dio-
niſij 9. Iunij 1618 coram Pirouano.
„ Reſolutum fuit ſtādum eſſe in deciſis 25. Maij
„ 1626., vbi firmatum fuit non conſtare de cauſis
„ reſtitutionis in integrum petita per Gobellinum
16 aduerſus ſententiam Rotalem, ex eo quia non
„ probauerat, neque nunc ex nouiter deductis pro-
„ bat, Petrum reſignantem habere vnde poſſit com-
„ modè ſe ſubſtentare, nam teſtes de nouo exami-
„ nati vigore remiſſoriæ qualitatem hanc ſufficien-
„ ter non probant, prout neceſſarium eſt ex condi-
„ tione litterarum, quòd Petrus reſignans habeat
„ vnde commode viueret, & quia iſta clauſula de-
„ ſumitur ex Conſtitutione Pij V., quam ponderat
„ *Pariſ. de reſignat. lib. 3. quæſt. 14. num. 3.* propterea
„ quælibet probatio non ſufficit, ſed plena requiri-
„ tur, cum reſpiciat ſubſtantiam gratiæ, *Pariſ. de
„ reſignat. lib. 2. quæſt. 6. num. 41.* Et quidem plena in
„ genere non etiam ſufficit, ſed cum qualitate re-
„ quiſita in litteris, ſcilicet, vt commode attenta
„ qualitate perſonæ, & ſeruitij Eccleſiæ, & Patriæ
„ conſuetudine, *gloſ. in c. vnico, §. ſanè, in verbo abſq;
„ penuria de ſtat. regul. in 6. Abb. in cap. 1. num. 4. de
„ inſtit. Dec. in cap. peruenit il 2. nu. 5. de appellat. Surd.
„ de alim. tit. 4. quæſt. 18. num. 5.* Nam qui dantur
„ Summariò Gobolini num. 11. deponunt quidem
„ Petrum habuiſſe certa bona, ſed quid illi ſupereſ-
„ ſet deducto ære alieno, & an commode ſe poſſet
„ ſubſtentare non concludunt & tamen ad hunc ef-
„ fectum redditus non dicitur quis habere niſi ære
„ alieno deducto, *l. ſubſignatum, §. bona, ff. de verb. ſi-
„ gnif. Oldrad. conſ. 297. num. 7.* Quinimmò nec red-
„ dunt cauſam ſcientiæ, niſi de auditu, quæ non ſuf-
„ ficit in recenti, *cap. licet ex quodam de teſtib. Verall.
„ deciſ. 279. par. 1. Surd. conſil. 135. num. 96.* & vlterius
„ pro parte Nicolai dantur contrariæ probationes,
„ nempe Petrum latitaſſe propter æs aliēnū, & an-
„ te reſignationem bonis ceſſiſſe, quæ aut dubiam
„ reddunt probationem Gobilini, aut tāquam ple-
„ niores, & magis diſtinctè ſunt præferendæ, *Innoc.
„ in c. auditis de præſcript. Crauet. conſ. 143. nu. 2. Becc.
„ conſ. 44. num. 26.* Nec conſtitutio Sinodalis, quæ
„ datur ſummario Gobilini num. 12. facit vim, quia
„ loquitur de promouendis ad Sacros Ordines, non
„ autem ad Canonicatus, cum commoda ſubſten-
„ tatione, quæ ratione perſonæ, & dignitatis requi-
„ rit aliàs impenſas, quæ non deſiderantur, &c.

Quia Ego in hac cauſa patrocinabar Gobelli-
no deciſioni duo opponebam, non quidem in con-
cluſione principali, nempe clauſulam, dummodo
habeat aliunde pleniſſime iuſtificandam non eſſe,
quam vltro admittebam, non tamen admittebam
alterum, quod ſine auctoritate ſupponit deciſio
clauſulam prædictam diuerſimodè iuſtificandam
eſſe quo ad Ordines, & quo ad dignitates, nam
Concilium nullum habet reſpectum ad dignita-
17 tes, ſed tantum ad Ordines, vt ex proœmio ibi, *ad
ſacros Ordines nullo fere delectu admitti*, &c. & ibi
cum ordinis dedecore mendicare, &c. vnde in
terminis Concilij ſufficit oſtendere quod reſignās
habeat patrimoniū, quod ſit ſufficiens Sacerdoti,
non dignitati; Accedat quod reſignans dignita-
tem, ſiue Canonicatum, non remanet in dignita-
te, neque Canonicus, ſed ſola ſupereſt qualitas
Sacerdotis; rurſus clauſula, Dummodo habeat
18 aliunde &c. non eſt verificanda, quando reſignans
ante executionem litterarum habitū ſuſcipit re-
gularem, *Pariſ. de reſig. lib. . cap. 6. nu. 182. & 183.*
quia deficit ratio legis, propter quam fuit appoſi-
ta, quod longe verius eſt, ſi reſignans ante execu-
tionem deceſſerit, quia facilius eſt, quod Monacus
habitum dimittat, quam quod mortuus reſurgat.
In caſu autem illo Leodien. reſignans deceſ-
ſerat, & ſic clauſula illa non erat amplius veri-
ficanda.

*Niſi prius in Eccleſiaſticis, vel alijs redditibus ha-
buerit vnde commodè viuere poſſit, &c.* Circa hoc
Decretum quæritur, an reſignans ordinatus ad ti-
tulum beneficij, habens alia bona de tempore or-
19 dinationis ſufficientia ad patrimonium, poſſit re-
ſignare beneficium, & Concilio, & Decreto huiuſ-
modi ſatisfaciat, reſpondendum, quod non, quia
Concilium, & Decretum Datariæ, quod ei nititur,
præſupponit poſt ordinationem bona ſuperue-
niſſe, & ſic quæ obtinebat de tempore ordinationis
non ſufficiunt. Idem omninò dicendum eſſet, ſi
quis cōſtituens ſibi patrimonium ad effectum or-
dinationis de alienatione illius patrimonij, etiam
ſi haberet præter patrimonium alia bona.

Illud obiter notandum, quod ex primæua inſti-
tutione Eccleſiæ habentes patrimonium, non po-
terant habere beneficium Eccleſiaſticum, etiam ſi
Eccleſiæ deſeruirent, quia qui bonis parentū ſub-
ſtentari poſſunt, ſi quod pauperum eſt, accipiant,
ſacrilegium incurrūt, & per abuſionem huiuſmo-
di iudicium ſibi manducant, & bibunt, *c. Clericos,
20 c. paſtor Eccleſiæ 1. quæſt. 2.* Verum vt notat *Leon.
in theſaur. for. Eccl. par. 1. cap. 15.* quia poſt modum
facultates Eccleſiæ creuerunt, aliter ſtatutum eſt,
quod videlicet Clerici habentes patrimonium, &
beneficium, poſſint de beneficio viuere, tanquam
ſeruientes, & de patrimonio ad libitū diſponere.
Quomodo autem, & quæ diuiſio prouentuum Ec-
cleſiaſticorum facienda ſit, ex S. Thom. Dionyſ.
Carthuſian. ac reliqua Theologorum, nec non
Canoniſtarum opinione dicemus aptiori loco in
ſecundo lib.

*Quod in Vrbe ab anno, & vltra commoratur abſq;
litteris dimiſſorialibus Ordinarij*, &c. non ſolet hæc
clauſula concedi, niſi ei, qui per triennium in Vr-
21 be commoratus eſt; nihilominus ex cauſa ali-
quando Datarius ſolet eam concedere ei, qui mi-
nori tempore in Vrbe fuit. Aliàs ordinatus ſine
litteris dimiſſorialibus proprij Ordinarij ipſo Iure
22 ſuſpenſus eſt ab executione Ordinum ſuſcepto-
rum, nec gaudet priuilegio fori, præſertim in cri-
23 minalibus, ex decreto Concil. ſeſſ. 7. cap. 10. & di-
citur proprij Ordinarij, quia c. Canonicorum non
licet concedere dimiſſorias, ex Decret. Concil.
Trid. ſeſſ. 23. cap. 10. etiamſi Territorium habeat
diſtinctū, & exemptum, ac immemorabilem poſ-
ſeſſorem, & ſint Iudices Ordinarij; Ita reſponſum
fuit Epiſcopo Sulmonenſi per Congregationem
Interpt. Concil. die 5. Iulij 1575. & in hac mate-
ria aliàs dubitatum fuit an Epiſcopo exiſtēte hæ-

Aa 2 retico

retico facultas concedendi dimiſſorias, iux. c.10. ſeſſ.7. pertineat ad Capitulum Cathedralis Eccleſiæ. Secundo, an eo caſu poſito, quod Capitulum dimiſſorias concedere poſſit, ſi Canonici propter hæreſes diſperſi ſint, & nequeant conueniri ſine difficultate, ſufficiat habere litteras dimiſſorias ab vno aliquo ex Canonicis Cathedralis Eccleſiæ. Tertio, an omnino ſufficiat ſine dimiſſorijs ſuſcipere Ordines per viciniorem, ſeu Metropolitanum? Ad primũ Congr. Cóc. anno 1588. reſpondit ad Capitulum pertinere, ſi Epiſcopus ſit notoriè hæreticus. Ad ſecundũ ſufficere habere dimiſſorias à reſidentibus Capitularibus, etiã ſi vnus dumtaxat reſideret. Ad tertiũ non adeundum, neq; viciniorem, neq; Metropolitanũ, ſed Sedem Apoſt.

Et hoc decretũ adeo eſt rigoroſum, vt ordinatus ſine dimiſſorijs nõ poſſit iuuari, etiam ſi proprius Ordinarius ratificet, vt ex Conſtitut. Pij II. incip. Cum ex ſacrorũ Ordinum collatione in Bullario nouo in ord. n. 7. & in Conſtit. Clem. VIII. Romanum Pontificẽ decet in Bullario nouo n. 40. quas ita interpretatur *Mandoſ. ſuper reg. Cancel. 24. q. 4.* & ſuper huiuſmodi defectu difficillimè conſequitur abſolutio, & apponitur decretũ; *Et committatur Ordinario impoſita Oratori pœnitentia ſalutari, & ipſo ab executione ordinum ad tempus ſuſpenſo, & deinde arbitrio eiuſdem Ordinarij, & donec ab eo præuio diligenti examine ſuper eius vita, ætate, & ſcientia, & competenti ad eius ſuſtentationem patrimonio approbatus fuerit, & extra diſpenſationem ad dignitates, & Canonicatus, & præbẽdas in Cathedralibus, & dignitates in Collegiatis Eccleſijs:* Si ſuſcipiens ordines abſq; dimiſſorialibus ſui Ordinarij, adeò grauiter peccat, vt difficillimè abſolutionẽ obtineat longe magis eum peccare dicendum eſt, qui falſis
24 dimiſſorialibus porrectis, ordines ſuſcipit, vt pote qui ſpreto addit crimen falſi, & cũ huiuſmodi falſario, nũquam, aut certè valde raro diſpenſatur. Ego neq; de tẽpore Pauli V. neq; de tempore Sanctiſs. D. N. Vrbani VIII. nullũ vidi exemplum, niſi vnicũ, vbi ordinandus abſens litteras dedit ad Nepotem Ordinarij, & ſuum amicum rogãs, eum, vt dimiſſorias pro eo à patruo expoſtulet, & ſibi trãſmittat dicto paruit amici, nepos Epiſcopi, ſed remiſit dimiſſorias falſas, quas alter bona fide recipiens ordines ſuſcepit, deinde nepos illius Epiſcopi inter alia flagitia carceri mãcipatus, inter cętera delicta cõfeſſus fuit ſe confeciſſe litteras dimiſſoriales, de quibus ſupra, cuius rei certior factus ordinatus petijt abſolutionẽ, & rehabilitationẽ, & viſa fuit cõcedenda quamuis difficultatem aliquã faciebat c. 2. ſeſſ. 7. vbi ſtatuitur quod dimiſſoriales cõcedi nõ debent ſine examine proprij Or-
25 dinarij, ſiue alterius ad commiſſionem proprij, vt etiã reſpõderunt Interpretes petitioni: An Epiſcopus, qui à ſua Diœceſi abeſt, debeat ſubditos ſuos, non alter, quã probatos, & examinatos ad alium Epiſcopũ ordinandos dimittere, & quid ſi ordinãdus ipſe eſt abſens? *Congregatio cenſuit Epiſcopum quãquam abſentem ſuas litteras dimiſſorias dare, & ordinãdos ſubijcere ſuo examini, ſi ità ſibi videbitur, & ſi abſentes ſint ad ſe, vt ipſos examinet vocare ſi cõmodũ erit, alioquin eorũ examen cõmittere Ordinario loci, in quo illi degunt:* In caſu propoſito nõ legebatur, quod ordinãdus eſſet examinatus à ſuo Ordinario, vel quod examen cõmiſſum eſſet alteri, ex quo inferebatur, quod ordinatus potuerit habere probabilem ſuſpicionem falſitatis, ſed ipſe docuit ſe eſſe Theologum, & Ordinarium ſuum habuiſſe ſufficientiæ ſuæ notitiam, & propterea obtinuit.

Quando aũt ex ſimili, vel alia cauſa conceditur hoc caſu diſpenſatio apponitur decretũ; *Et cõmittatur Ordinario impoſita Oratori aliqua graui pœnitẽtia, ac inter cętera, vt ſingulis ſextis ferijs per annum integrũ in pane, & aqua ieiunet, & ipſe ab executione ſuorũ ordinum ad triẽnium, & deinde arbitrio eiuſdẽ Ordinarij ſuſpenſo, ita vt interim beneficia curata, aut aliàs ſacrũ Ordinem requirentia, ſeu annexũ habentia obtinere nequeat; nec lapſo tempore ſuſpenſionis huiuſmodi celebrare poſſit, niſi iterum per examinatores deputatos examinatus, & idoneus repertus fuerit,* ſed rariſſimè vt dixi huiuſmodi diſpenſationes cõceduntur: imò plures falſarios hac de cauſa ob crimẽ falſi ad triremes vidi damnati, & propterea quia infamiã contraxerũt, ſolet in ſupplicatione abſolutionis poni reſtitutio aduerſus infamiæ maculã, ſiue notam? notat *Mandoſ. de ſign. grat. tit. Abſolut. & rehabilitat. verſ. ſimiliter, & illa clauſula.*

Obiter notandũ corrigi, ſiue derogari, *c. nullus, §. Epiſc. de tẽp. ord. lib. 6* vbi dicitur Capitulo licere cõcedere dimiſſorias, & alijs iuribus allegatis per *Rebuff. in prax. tit. de deuol. n. 67* per diſpoſitionem Conc. d. ſeſſ. 7. c. 10. vbi tollitur huiuſmodi facultas Capitulis, tã ex Iuris diſpoſitione, quã ẽt cuiuſuis priuilegij, aut cõſuetudinis, vigore &c. vbi Concil. procul dubio indicat *d. c. nullus*: quod tamen locũ habet ante annum, ſecus poſt annum, quia anno elapſo Vicarius Capitularis poteſt concedere.

Extra tẽpora, & ſubinde in temporibus quidẽ ad id à Iure ſtatutis, intra annũ tamen anniq; curriculo non ſeruato, minus ſeruatis à Conc. Trid. deſignatis interſtitijs &c. tẽpus inter vnam ordinationẽ, & alterã ſacrorũ Ordinũ debet eſſe annus iux. diſpoſitionẽ Cõc. Trid. ſeſſ. 23. c. 13. per hanc gratiã habilitatur ordinandus, vt tẽpore anni non expectato ordines
26 ſuſcipere poſſit. Memini aliquãdo dubitatũ fuiſſe, An obtinens huiuſmodi gratiã, poſſit in vno anni tẽpore, videlicet in ieiunio temporũ menſis Mart. omnes ſacros Ordines ſuſcipere, vt Mercurij fiat Subdiaconus, Veneris Diaconus, & Sabbato Preſbyter, & videbatur quod ſic, quia per gratiã hanc ſunt ſublata interſtitia, & verum eſt, quod ordines conferuntur in tẽporibus à Conc. ſtatutis. Cõtrarũ tamen dicendũ eſt, vt ordinandus exẽpli cauſa in ieiunio temporũ Verni, ſuſcipiat Subdiaconatũ in ieiunio temporũ æſtatis Diaconatũ, & demum in ieiunio temporũ Autumni Presbyteratũ, quod ſatis indicatur per verba illa, in tẽporibus &c., quę denotãt plures ordines in diuerſis tẽporibus ſuſcipi debere: Ieiunium aũt vnius tẽporis propriè non põt dici tẽpora, ſed quatuor illa ieiunia ſimul dicũtur anni tẽpora, *Leon. theſ. for. Eccl. p. 1. c. 4. n. 20.* qui obiter corrigẽdus eſt *n. 25. in fi.* vbi dicit, quod Ordinarius ex cauſa diſpẽſare poteſt ſuper interſtitijs ad maiores ordines ſuſcipiẽdos allegãs *c. 11 de refor. ſeſſ. 23.*, quod nõ de maioribus, ſed de minoribus loquitur ordinibus, & quãuis c. 14. eiuſdẽ ſeſſ. in fin. permittat Ordinario diſpenſationem cũ promo-

promoto,per ſaltum, aliud aũt eſt diſpenſare cum
promoto,ſi nõ miniſtrauerit,hoc eſt dictã ordina-
tionem ratam habere, & aliud eſt diſpenſare cum
aliquo ſuper interſtitijs,antequam Ordines ſuſci-
27 piat. Annus autem,qui expectari debet inter vnũ
Ordinem Sacrum, & alterum, non eſt annus duo-
decim menſium completus, ſed Eccleſiaſticus.

28 Illud notandum eſt, quod inter Ordines Mi-
nores, & Subdiaconatum nullum debet ſeruari
interſtitium, immo poteſt quis eodem die ſuſci-
pere Ordines Minores, & Subdiaconatum, iuxta
declarationem Cardinalis Caraffæ, iux. c.13. ſeſſ.
23. mihi num.6. abſq; eo quod ſuſpenſionem in-
currat, cum Concil. d.c.13. ſtatuat, duo ſacri Or-
dines, non eodem die conferantur, quod tamen
intelligendum eſt ad euitandam pœnam, ſecus
autem reſpectu debiti,& conuenientiæ,quæ iuxta
diſpoſitionẽ Conc.ſeſſ.23. ſuadet, vt non niſi poſt
annum à ſuſceptione poſtremi gradus Minor Ord.
ad ſacros Ordines promoueãtur,&c.ſed Cõc.nul-
lam apponit pœnã cõtrauenientibus,quamuis de
conuenientia, vt dixi,ẽt in collatione Minor. Ord.
ſeruari velit interſtitia d.cap.11.in princ.& praxis
ſeruatur contraria, cum omnes cõferantur ſimul.

Interſtitia autem huiuſmodi diuerſimodè poſ-
ſunt tranſiliri, vt ſi quis nullis præuijs minoribus
ordinetur ad maiores, vel intermittat aliquem
ex maioribus, vel denique quia tempus interſti-
tiorum non ſeruatur, in ſingulis caſibus Dataria
abſoluendo diuerſimodè reſcribit. In abſolutione
pro promoto ad ſacros,minoribus prętermiſſis di-
citur; *Et committatur Ordinario, &c. & prædicto
Oratore ab executione ſuſceptorum ordinum, donec
quatuor minores ſecreto ſuſceperit, & deinde arbitrio
eiuſdem Ordinarij ſuſpenſo.* In abſolutione vero
pro promoto per ſaltũ,hoc eſt pro eo, qui de Sub-
diaconatu tranſiuit ad Presbyterium; Diaconatu
omiſſo, ſi Epiſcopus ordines conferens ſciuerit,
Dataria reſcribit, & committatur: *Archiepiſcopo
Eccleſiæ Metropolitanæ, qui Oratorem abſoluat, &
cum eo diſpenſet, ac Oratorem ad Ordinem omiſſum
ſecreto promoueat impoſita ei graui pœnitentia ſalu-
tari, quæ cæteros deterreat à ſimilibus committendis,
ipſoq; Oratore ab executione ſuorum Ordinum, ſaltem
per triennium, aut amplius ſuo arbitrio ſuſpenſo, &
contra Ordinarium, qui Oratorem per ſaltum ordina-
uit iuris, & facti remedijs procedat;* Suſpenſio Ordi-
nis ſuſcepti per ſaltum; donec ſuſcipiat Ordinem
omiſſum fundatur in *cap.ſolicitudo, 52. diſtinct.*, &
cum eo diſpenſat Epiſcopus ſi non miniſtrauerit,
iuxta *c.vnic.* vbi etiam *gloſ. in verb.miniſtrare, de
Cleric.per ſalt.promot.*, & in hoc diſpoſitio Conci-
lij non immutauit ius Canonicum not.*Mand.de ſi-
gnat.grat tit. Abſolutiones, & rehabilitationes, verſ.
quando quis per ſaltum promotus.* In abſolutione
vero pro promoto extra tẽpora,vel nõ ſeruatis in-
terſtitijs, Dataria reſcribit; *Et committatur Ordina-
rio impoſita Oratori aliqua pœnitentia ſalutari, ipſoq;
Oratore ab executione ſuorum Ordinum per &c. &
deinde arbitrio eiuſdẽ Ordinar.ſuſpẽſo.* hoc poſtremo
caſu ſolet variari tẽpus ſuſpẽſionis,& ex circũſtan-
tijs facti, & perſonæ qualitate minui, vel extendi.

Ac Vicario Vrbis, ſeu per eum deputato, &c. Si
Orator non eſſet in Vrbe reſcriberetur Antiſtiti
cuicumq; gratiam, & communionem Sanctæ Se-
dis Apoſtolicæ habenti,notat *Rebuff. in prax.tit.de
litt.dimiſſ.num.3.* vbi, quod Epiſcopus excommu-
29 nicatus ſuſpenſus interdictus, vel hæreticus, ſiue
ſciſmaticus, non poterit Ordines conferre, nec
proderunt ordinato, quia ad illum non eſt dimiſ-
ſus hic ordinatus, adeo vt ſine litteris dimiſſorijs
eſſe cenſeatur, *cap. quod Sedem, de offic. ordin.* vbi
gloſ. & hæc clauſula eſt valde neceſſaria, ne quis
ab Epiſcopo hæretico ordines ſuſcipiens, legiti-
mam, inter eos prætexet inducere ordinationem,
qua hæretici noſtri temporis ſunt omnino deſti-
tuti, & hoc articulo valdè præmuntur,quia vt Or-
dinem ſacrum Sacramentum Eccleſię negent,non
30 tamẽ negare poſſunt quin à Chriſto Domino N.
fuerit introductus,& ab Apoſtolis ſeruatus, & Ec-
cleſiaſtica traditione ad ſequentia tempora tranſ-
miſſus; Cum annis præteritis damnatæ memoriæ
Marcus Antonius de Dominis q. Archiepiſcopus
Spalaten. Eccleſiæ, Catholicæ repudio miſſo in
Angliam tranſiuiſſet, ſummopere dicitur rogatus
fuiſſe ab illo Rege, vt aliquos ex ſuis ordinare vel-
let, in quo minus impius fuit, quia petitioni hæ-
retici non annuit; Miranda ſane inſolentia nebu-
lorum iſtorum verbi Dei Pſeudominiſtrorum no-
ſtri temporis;qui cum nullam habeant legitimam
ordinationem,niſi eam, quam à plebe recipiunt,
nihilominus Eccleſiaſticos ſe dici volunt, & dum
hæc ſcriberem contigit, quod in Conuentu quor-
dam Ordinum Hollandiæ diſputabatur; Vtrum
Ciuitatib., quę obſidione,& pacto in dies recipie-
bantur permittendum eſſet exercitium Catholicę
Religionis, iuxta conuentiones, & pacta, quibus
Ciuitas, vel Oppidum receptum eſſet, & cum om-
nes fere in eam irent ſententiam, vt pacta ſeruari
debeant Prædicantes, & pſeudominiſtri iſti verbi
Dei obſtabant; allegantes pacta huiuſmodi in
præiudicium Eccleſiæ ſeruanda nõ eſſe, ſed requi-
rendam deſuper Eccleſiaſticorum, (hoc eſt nebu-
lorum iſtorum) auctoritatem, quæ audacia à toto
fere Conuentu deriſa fuit; quia dicebat nullam in
eis conſiderari poſſe Eccleſiaſticitatem, quos nu-
per ab ipſis Laicis ad prædicationem verbi ſcie-
bat vocatos; Erat, qui diceret, ſi Miniſtris tan-
quam iuris Eccleſiaſtici deferendum, & obedien-
dum eſt, longè ſatius erit ad Catholicos redire Sa-
cerdotes, quorum iugum nos non niſi ſeruandæ
libertatis cauſa abiecimus, quæ tamen longè ma-
gis offenditur per Miniſtros, quam per Catholicos
Sacerdotes, ſane valde damnandi ſunt Chriſtiani
Principes,& Catholici ſaltem nomine, Auſtriscæ
familiæ infenſi, qui Hollandis perſuadent eos, cũ
Religione Catholica libertatem tueri non poſſe,
ſed illico ac Catholici fiant, libertatem amittant
neceſſe ſit, quod indignum Chriſtiano homine
axioma, non ſolum Laici, ſed ipſi Principes Ec-
cleſiaſticis mihi ſæpe profeſſi ſunt, etiam ij, qui
maximè pij haberi volebant, & habebantur. Vti-
nam tandem perſuaſi, & perſuaſores, hi mẽdaces,
illi falſos ſe eſſe agnoſcant.

*Non obſtan.quod dicitur Orator &c. in antea ſu-
ſceptis minimè ſe exercuerit.* Hæc derogatio neceſ-
ſaria eſt,quia non dicitur habere ordinem, ſaltem
actualiter,niſi in eo ſe exercuerit, *c. vnic.* vbi etiã

31 *gloſ.in verbo miniſtrare de Cler.per ſalt.promot.*, vn-
de non poterit quis promoueri ad Diaconatum,
niſi prius exercuerit Ordinem Subdiaconatus,
neque ad Presbyterium, niſi exercuerit Diaco
natum, quod tamen in Ordinibus maioribus locũ
habet, ſecus in quatuor minoribus, quorum exer-
citium non deſideratur, eo quod non adhibean-
tur miniſterio Altaris.

Et dummodo Orator ad id reperiatur idoneus, &c.
ad collationem ordinum, requiritur examen, nedũ
per Concil.Trid.ſeſſ.23.cap.3.& 8. ſed etiam iure
Canonum antiquo, cap.1.2.& 3. de temp. ordin.
in 6., quod onus incumbit regulariter Ordinario,
32 ſed per hanc gratiam transfertur in eum Antiſti-
tem, cui gratia pro executione offertur, iuxta de-
clarationẽ Interpretum ad c.8.ſeſſ.23. mihi nu.2.
proprius autem Ordinarius dicitur ille, in cuius
33 Diœceſi ordinandus habet beneficium, vt habet
declaratio Interpretum ad d.c.8. mihi n.15.

Et ſeruitio alicuius Eccleſiæ ſe adſcribat, &c.
Hoc Decretum eſt Concil.Triden.ſeſſ.23.cap.16.
Difficultas autem eſt in quo conſiſtat ſeruitium
hoc, quod Ordinatus ad titulum patrimonij, &
Eccleſiæ alicui adſcriptus, illi Eccleſiæ præſtare
debet; ſuper qua re alias de anno nempe 1623.
orta eſt differentia inter Epiſcopum Burgi Sancti
Donini, & Clericos ad titulum patrimonij ordi-
natos; Epiſcopus enim promulgauit edictum, quo
præcepit, vt Clerici patrimoniales, & Eccleſię Ca-
thed. adſcripti intereſſe debeant Veſperis, & Miſſæ
ſolemni in Choro Eccleſiæ Cathedralis in die fe-
ſto Sancti Donini cum Cappis vti reliqui Clerici,
quorum præbendæ hoc requirunt, rurſus, quod
ſingulis diebus Veſperæ interſint laudibus Beatiſ-
ſimæ Virginis, Tertio quod interſint generalibus
proceſſionibus diebus Rogationum, nec non feſto
Corporis Chriſti haberi ſolitis, vel aliàs ex publi-
ca cauſa indictis. Ego aderam cauſæ Clericorũ,
& obtinui eos non teneri niſi ad poſtremum ædi-
ctum, ad reliqua vero non, tanquam nimis grauia
34 ijs, qui nullum emolumentum ex ſeruitio re-
cipiunt.

*Conſtito prius coram eodem Vicario de oratoris
legitimis natalibus, vita, moribus, & idoneitate, &c.*
Hæc clauſula apponitur ad maiorem cautelam, ne
ſuſpicari poſſit, quod gratiatus ad ſuſcipiendum
ordines in temporibus cenſeatur in omnibus alijs
approbatus.

Alijſq; requiſitis qualitatibus, &c. Quæritur quę nã
aliæ ſuperſint qualitates iuſtificãdæ præter legiti-
mitatem idoneitatem, vitam, & mores? Responde-
tur plures eſſe poſſe, vt pote, quod petens huiuſ-
modi gratiam, obtineat beneficium; quod requi-
rat ordinem, ſiue gradum, quibus per hanc gratiã,
non cenſetur derogatum, & hæc de hac gratia in
temporibus dicta ſufficiant.

35 Datur, & alia gratia ſimilis, quæ extra tempo-
ra dicitur, eo quod eam obtinens poſſit ordines
recipere, etiam extra tempora de quibus ſupra in
ſingulis Dominicis, ſeù alijs feſtiuis diebus, conti-
nuis, vel interpollatis; & non ſolet concedi, niſi
arctato ad exercitium alicuius ordinis, ratione
beneficij, quod obtinet, & reſcribitur in hac gra-
tia cum eiſdem decretis, & clauſulis; adeovt ne-
ceſſe non ſit ea refricare. Illud vnum notandum,
quod tam in gratia in temporibus, quã extra tem-
pora ſi executio committitur Vicario, & gratiatus
36 ab alio antiſtite ordines ſuſcipit, indiget abſolu-
tione, & tunc reſcribitur, *& committatur Vicario
Vrbis, conſtito, quod Orator antea examinatus, & ap-
probatus fuiſſet ab eodem Vicario, vt præfertur, &
coram eo, quæ probanda erant, verificaſſet, iniuncta ei-
dem pœnitentia ſalutari, eoque ab executione ſuorum
ordinum arbitrio eiuſdem Vicarij ſuſpenſo.*

Et hæc de diſpenſatione ſuper ætate ad ordines
ſufficiant, circa diſpenſationes ſuper ætate, quo
ad beneficium; non poteſt ſtatui certa regula quia
multum conferunt ad id perſonarum, cum quibus
diſpenſatur qualitates; Idem dico de diſpenſatio-
37 ne ad penſiones ſuper fructibus beneficiorum
Eccleſiaſticorum quæ quandoq; conceditur puero
trienni, ſed tunc non aſſignatur penſio, ſed nomi-
natur ad penſionem eidem indebita ætate reſer-
uandam, de qua re dicemus lib. 2. vbi agemus de
penſionibus; quod aut diximus de diſpenſatione
ad beneficia intelligi debet de beneficijs non cu-
ratis, quia ad Curata hodie non datur; vnde quæ
ante Concilium Trid. ſcripta reliquere *Rebuff. in
prax tit. de diſpenſ. ratione ætatis, & Mandoſ. de ſign.
gratia tit. diſpenſatio ſuper defectu ætatis*, circa hanc
materiam hodie nullius ſunt vſui, quando autem
diſpenſatur pro minore ad beneficium, reſcribi-
38 tur, & *cum decreto, quod Orator cum primum ad æ-
tatem legitimam pro ſingulis ſuſcipiendis Sacris Or-
dinibus peruenerit ſingulis quatuor temporibus, & in-
de primo ſubſequentibus ſingulos ſacros, videlicet ſub-
diaconatus, diaconatus, & presbyteratus ordines ſu-
ſcipere, & interim eidem Canonicatui, & præbendæ
ne debitis fraudentur obſequijs per ſubſtitutum, ſeu
Sacerdotem idoneum ab Ordinario loci, ſeu Capitulo
d. Eccleſiæ approbandum deſeruire poſſit, & teneatur.*
Vndè hodie verum non eſt, quod dicunt *Archid.
in cap. cum ex eo num.2. verſ. quod d. Io: Andr. num.
4. verſic. ponit hic, Archid. Butr. num.4. & nu.5. de
elect. in 6. Felin. in cap. poſtulaſti num.2. de reſcript.*
nempe, quod diſpenſatus ad Parochialem, cen-
ſetur diſpenſatus ad Sacerdotium, quia hodie di-
ſpenſatur ad beneficium, etiam quod non diſ-
penſetur ad ordinem, cui ſuccurritur per ſupradi-
ctum decretum.

S V M M A R I V M.

*Papa non diſpenſat contra Ius Diuinum, ſed illud inter-
pretatur, 1.*
Papa ſolus diſpenſat cum corpore vitiatis, 2.
Formula diſpenſationis cum corpore vitiatis, 3.
Diſpenſatio operatur duo, 4.
*Deformitas ſuper qua diſpenſatur debet ab Epiſcopo in-
ſpici, & iudicari, 5.*
Deformitas triplex, & quæ diſpenſabilis, 6.
Claudus non indiget diſpenſatione, 7.
Gallorum, cur plures claudi, 8.
Surdaſter non diſpenſatur ad curata, 9.
Oculo carens ſiniſtro non diſpenſatur, 10.
Digitis carens an poſſit ordinari, 11.
Auriculis carens, an poſſit ordinari, 12
Caſtratus an, & quando debeat diſpenſari ad ordines, 13

Defor-

Deformitas, an impediat ordines, quæ in iure expreſſa non eſt, 14.
Officium minoris gratiæ quod ſit, 15.
Officiales Cancellariæ percipientes taxam qui, 16.
Minores gratiæ, quæ dicantur, 17.
Defectus corporis non impedit officia, quæ exerceri poſſunt, 18.
Defectus membrorum neceſſariorum cauſant irreg. indiſpenſ. 19.

§. II.

De diſpenſatione pro corpore vitiatis.

DIſpenſatio iſta fundatur in leuitico cap. 21. vbi
dicitur, quod habens maculam, non offerat pa-
nes Deo ſuo, nec accedat ad miniſteriũ eius; con-
tra quam paginæ Sacræ diſpoſitionem Papa non
1 diſpenſat, ſed ius illud diuinum declarat, & inter-
prætatur vt videlicet ſacer textus loquatur de ha-
bentibus maculam, turpem, & corpus dedecoran-
tem, prout declarat reſtrictiua in ſupplicatione
per Datariam apponi ſolita, quam infra ſuo lo-
co dabimus.

2 Diſpenſat igitur Papa, & quidem ſolus pro cor-
pore vitiatis cap. ſignificauit de Corpore vitiatis.
Milis in repertor. verbo diſpenſare poteſt ſolus Pa-
pa cum corpore vitiatis ſuper defectu cuiuſcunq;
membri ad ordines, & beneficia, dummodo tamẽ
in ea tanta non appareat difformitas, quod ex
hoc ſcandalum poſſit oriri in populo, *Mandoſ. de
ſignat. Grat. tit. diſpenſatio pro corpore vitiatis*, ſed
afferamus exemplum.

3 » BEatiſſime Pater, cum Deuotus Orator ve-
» ſter Antonius Stocchionus Clericus Rea-
» tin. Diœceſ. ex feruore deuotionis plurimum cu-
» piat ad omnes ſacros, & Presbyteratus Ordines
» promoueri, & promotus in illis quo ad vixerit al-
» tiſſimo formulari, Verum quia pede ſiniſtro ali-
» quantulum difformis apparet; deſiderium ſuũ hac
» in parte adimplere non poteſt abſq; Sed. Apoſt. diſ-
» penſatione: Supplicat igitur humiliter S.V. Ora-
» tor prædictus, quatenus &c. cum eodem Oratore,
» vt defectum pedis prædicti non obſtan. ad om-
» nes, etiam ſacros, etiam Presbyteratus Ordines
» promoueri, & promotus in illis, etiam in Altaris
» miniſterio miniſtrare, nec nõ quęcumq; &c. dum-
» modo plura non ſint, quam quæ à Conc. Trident.
» præmittuntur, non obſtan. defectu præmiſſo, ac
» quibuſuis Conſtitutionibus, & Ordinationibus
» Apoſtolicis, necnon Eccleſiarum iuramento ro-
» borat. ſtatut. & cõſuetudinibus, priuilegijs quoq;
» & indultis, & litteris Apoſtolicis, eorumq; præſu-
» libus, alijſque Superioribus, & perſonis, ſub qui-
» buſcumque ten. etiam formis, ac cum quibuſuis
» clauſulis, & decretis in contrarium forſan quomo-
» dolibet conceſſis, &c. quibus omnibus, etiam ſi
» de illis, &c. latiſſimè hac vice derogari placeat,
» cęteriſq; contrarijs quibuſcumque cum clauſulis
» opportunis, & decretis; Et cum abſolutione à
» cenſuris ad effectum, &c. & per breue veſtrum,
» ſeu officium minoris gratiæ, non tamen quo ad
» diſpen. ad beneficia expedien., & committatur
» Ordinario, qui inſpecto, & conſiderato diligenter
» per ſe ipſum defectu prædicto, ſi talis non ſit, &
» tanta difformitas ex inde non perueniat, vt ſcan-
» dalum generet in populo, aut diuinis præſtet im-
» pedimentum, ſuper quo eiuſdem Ordinarij con-
» ſcientia oneretur, cum eodem Oratore diſpenſet,
» vt ſuprà, Et dummodo vitæ, ac morum probitas,
» & idoneitas, aliaque merita ſibi alias ſuffragen-
» tur, nec aliud Canonicum ei obſiſtat.

*Verum quia pede ſiniſtro aliquantulum difformis
apparet* &c. ſufficiebat dicere vno pede claudicat,
ſiue altero pede claudicat, quia nihil intereſt
vtrum defectus conſiſtat in pede dextero, ſiue ſi-
niſtro.

*Dummodo plura non ſint, quam quæ à Concilio
Tridentino permittuntur*, &c. Hæc reſtrictiua in-
terprætatur diſpenſationem ad beneficia locum
4 ſolum habere ad vnum tantum, aliàs enim con-
currerent duæ diſpenſationes, *Rebuff. in prax.
tit. de diſpenſatione ratione ætatis, verſ ſi tibi alias ca-
nonica conferantur, nu. 1. & 5.*

*Et committatur Ordinario, quod qui inſpecto, &
conſiderato diligenter per ſe ipſum defectu, &c.* Da-
taria hic non confidit de Vicario, ſed requirit in-
5 duſtriam perſonæ Epiſcopi notat *Rebuff. vbi ſuprà
tit. de diſpenſ. cum corpore vitiatis nu. 7. & 8. Mand.
eod. tit. verſ. ſi ſupplicans.*

*Tanta deformitas exinde non proueniat vt ſcanda-
lum generet, &c.* ſi membrum aliquod adeo defor-
6 matum eſſet, vt riſum moueret adſtantibus, non
eſſet cum eo diſpenſandum, quia de ſimili defectu
loquitur textus Sacer Leuitici 21. triplex igitur in
humani corporis membro conſideratur deformi-
tas; prima quæ ſcandalum generat, & iſta non eſt
diſpenſabilis, altera, quæ ſcandalum non generat,
vt eſt hæc de qua agimus, claudicatio nempe non
nimia, & iſta eſt diſpenſabilis, licèt claudicatio
diſpenſatione non indigeat, præſertim in Gallia
7 vbi ſunt multi claudi, vt notat *Rebuff. tit. proximè
allegato num. 6. per tex in cap. fin. quæſt. 5. diſtinct.*
55. ſanè in ſupplicatione quam poſuimus ſcriptum
erat pede ſiniſtro aliquantulum claudicat, pro
quo Dataria ſubſtituit aliquantulum deformis
apparet, quod tamen debet intelligi de claudica-
tione, quæ non ſit nimia, & quæ cothurno pede
claudo iniecto aliquo modo adiuuari poſſit, nam ſi
claudicatio talis eſſet, quod claudus ſine baculo,
ad Altare aſcendere non poſſet, non diſpenſaretur
vt poſt *Abb. not. Mandoſ.* vbi ſuprà *verſic. cum Clau-*
8 *do*: Cur autem Gallorum ſint plures claudi, iuxtà
not. *Rebuff.* non aliam afferrem rationem, quam
quod ipſi viuaces, & inquieti mente. & corpore,
vix vno vnquam ſiſtunt loco, ſed ſemper in con-
tinuo motu, vt plurimum ſaliẽtes neceſſe ſit, quod
ſæpiùs offendant, & fortaſſis politica ratio ie ad-
inuentum fuit, quod calceis vtantur ſublime cre-
pidatis, immo crepidis crepida ſuper impoſitis, vt
non ſine diſcrimine cadendi rectè queat incedere
videlicet, vt hoc commento tardiores reddantur
ad motum accedat, quod vt plurimum laborant
tibiarum gracilitate, quæ cauſa eſt, vt inquit Bote-
rus in relatione Regni Francię, quod ipſi in bella
plus valent equo, quam pede, ſed hæc extra me-
tam; tertia deformitas eſt quando eſt modica, vt

pote ſi quis maxillam, vel oculum habeat paulo
maiorem altero, vel ſtrabo ſit, aut lippus, aut ma-
culam in oculo habeat, & hic ab ordinibus non
arcetur *Rebuff. vbi ſuprà n. 12.*

Aut diuinis praſtet impedimentum, &c. Vt ſuprà
diximus de nimium claudo, qui ſine baculo ad Al-
tare aſcendere non valet, vel de ſurdaſtro, qui non
9 diſpenſatur ad curata propter Sacramentum pœ-
nitentiæ, & in vna Illenden. petebatur diſpenſatio
ob defectum auditus ad ordines cum narratiua,
quod orator defectum auditus aliquantulum pa-
teretur, & vidi per Datariam reſcribi, ſi talis de-
fectus eſt notabilis, non poteſt diſpenſari, ſi vero
non eſt notabilis nõn indiget, vel ſi vtroque labo-
raret oculo, vt non niſi cum difficultate valeret le-
gere, & licet *Mandoſ.* loco proximè allegato indi-
ſtinctè affirmet diſpenſari ſuper defectu oculi nul-
10 la adhibita diſtinctione dexteri, vel ſiniſtri, nihi-
lominùs *Rebuff. loco allegato num.* 11. hoc explicat
vt videlicet intelligatur de oculo dextero tantum,
& ſuper defectu oculi ſiniſtri diſpenſatur, cũ clau-
ſula ſiue decreto, quod teneat tabellam Canonis in
medio Altaris, quia, ſiniſter vocatur oculus Euan-
gelij, per quem facilius ſine capitis reuolutione
Sacerdos Euangelium legere poteſt. Rurſus cum
11 eo, qui duos digitos abſciſſos habet diſpenſabitur
ad ordines, modo non ſit index, vel pollex propter
eleuationem faciendam in Sacro Miſſæ officio,
quod non bene diſtinxit *Mandoſ. vbi ſupra verſ. ſi-
militer licet verum ſit*, quod ſubdit non diſpenſari
cum eo, cuius abſciſſa ſit vna cum digitis pars pal-
12 mæ. Auriculis carens ordinari poterit, quia defor-
mitas illa poterit, ceſarie immiſſa, velari. Cautiùs
tamen aget ſi diſpenſetur, non enim eſt omnino
latens vitium, quod aliquo modo apparere non
poſſit, vt in Caſtrato, qui non indiget diſpenſatio-
ne niſi Epiſcopi *Rebuff. vbi ſuprà num.* 15. quòd ta-
men reſtringit *num.* 16. & bene ſi per alium caſtra-
tus fuerit, aut caſu teſtes amiſerit, ſecus ſi ſe ipſum
caſtrauerit, vel ab alio caſtrari paſſus fuerit, quod
rarum dicit *Rebuff.* quia ſit homicida ſui ipſius, ego
tamen vidi plures, qui vt vocem ſibi conſeruarent
paſſi ſunt caſtrari, verùm eſt, quod erant pueri, ſed
non adeo tenues, vt non agnoſcerent, quid a-
mitterent.

Non omittendum dictum Cardin. in cap. 2. de
Cler. ægrotis, quod nulla deformitas impedit, niſi
14 ſit in Iure expreſſa, quòd impediat, quòd dictum
magni facit *Mandoſ. vbi ſuprà in princ.* Ego vero il-
lud non admitto ſine examine, nam generaliter
impedit ſuſceptionem ordinum, omnis deformi-
tas cap. qui in aliquo 51. diſtinct., vnde licet Ca-
nones ſtatuant de claudo manco, oculo, naſo ca-
rente, & ſimilibus, poteſt tamen accidere, defor-
mitas in tota membrorum ſymmetria, quæ ſcan-
dalum generet in populo, quamvis ille deformis
nullo membro careat, & huiuſmodi compræhen-
detur ſub diſpoſitione cap. 1. 49. diſtinct. & cap. 1.
55. diſtinct. vnde dictum Cardin. interprætandum
eſt de deformitate, quæ reſultet ex defectu alicu-
ius membri particularis: reliqua vidẽda apud To-
letum Inſtr. Sacerdotum c. 62.

Non tamen, quo ad diſpenſationẽ ad beneficia, &c.
hæc reſtrictiua apponitur per Datariam, quia diſ-
penſatio ad beneficiã eſt expedienda per Cancel-
lariam, cui iniuria fieret, ſi vnà cum diſpenſatione
ad ordines remitteretur ad officium minoris gra-
tiæ, ſiue breue, diſpenſatio ad beneficia: Expedi-
15 tio autem per officium minoris gratiæ fit in Can-
cellaria, & ſub plumbo, ſed non per Cancellariam
hoc eſt, quod Bulla non taxatur niſi pro vnico of-
ficio ſcriptorum, & reliqui officiales percipientes
taxam, nihil pro ea recipiunt, & ideo dicitur offi-
cium minoris gratiæ, quia vt verba indicant mi-
nores gratiæ, ea via expediuntur, pro quibus inde-
corum eſſet magnam pecuniarum quantitatem
exponere, officiales autem percipientes taxam sũt
16 tres, videlicet, Scriptores Apoſtolici, Abbreuiato-
res, & Sollicitatores gratiarum, qui vulgo Ianniz-
zeri dicuntur, de quibus fuſius dicemus, Deo dan-
te in praxi Cancellariæ.

Minores autem gratiæ dicuntur reſtitutiones,
rehabilitationes, abſolutiones, diſpenſationes, &
17 ſimiles, non concernentes Ius beneficiorum, nam
gratia beneficialis quantumcumq; minima dicitur
de maioribus, & expeditur per Cancellariam, hoc
eſt per officia taxarum, ſimiliter diſpenſationes
matrimoniales in quarto gradu, vel quæ quartum
gradum habent adiunctum, dicuntur gratiæ mino-
res, & olim etiam per officiũ minoris expedieban-
tur diſpenſationes in tertio gradu, donec Cardina-
lis Conterellus tunc Datarius iuſſerit demi clau-
ſulam. *Et per officium minoris gratia, &c.* & exin-
de ſoluunt integram taxam. Rurſus per officium
minoris gratiæ, &c. expediuntur conceſſiones, ſi-
ue locationes, ſi in euidentem: dummodo fructus
rei conceſſæ non excedat ducatos 10. auri de Ca-
mera, vt dixi ſuprà cap. 15. *§.* 12. num. 18. vbi etiam
dixi quando Dataria cancellat clauſulam, ſeù per
breue, &c. nempe ſi fructus rei excedit gr. *6.* ſi ſit
infra ſex permittitur alternatiua: per breue ſeù of-
ficium minoris gratiæ.

Dixi expediri per officium minoris gratiæ con-
ceſſiones, ſiue locationes ſi in euidentem, quando
fructus rei conceſſæ, ſiue locatæ non excedit de-
cem, quod tamen intelligendum eſt, niſi locatio
fieret pro eodem cenſu, qui percipiebatur ante
locationem, nam ſi fiat locatio ad vitam vnius do-
mus pro centum, quæ locabatur annuatim pro cẽ-
tum, non videtur gratia de maioribus, quia Ec-
cleſia nullum Ius transfert in conductorem, ſed vt
Eccleſia, ità nec ipſe poteſt à locatione recede-
re, & hic non cadit clauſula ſi in euidentem,
quia Eccleſia tantum pro illo tempore vult eſſe
ſecura de ſuo affictu, & conductor, quod non
poſſit expelli. Pro coronide, notanda ſunt duo;
primum, quod irregularitas ob corporis defe-
18 ctus non impedit officia, quæ extra illum de-
fectum exerceri poſſunt, *Maiol. de Irregularitat.
lib. 1. cap. 2. num. primo*, puta, quod mancus po-
19 terit eſſe oſtiarius. Secundò, quod Irregularitas
indiſpenſabilis oritur à defectu membrorum ne-
ceſſariorum, idẽ *Maiol. lib. 5. c. 50. & c. 51. per tot.*

SVMMARIVM.

*Epiſcopus an, & quandõ diſpenſet ad plura remiſſi-
uè, num. 1.*

Duplex

Duplex diſpenſatio, tacita, & expreſſa, & quo caſu illis vtatur Dataria, 2.

Concilia Generalia, requirunt derogationem expreſſam, 3.

Pluralitas beneficiorum non prohibetur quo ad aſſecutionem, ſed quoad retentionem. 4.

Beneficia nulla quo ad eorum naturam ſunt incompatibilia, 5

Incompatibilitas fuit inuenta per Canones, & Conciliorum decreta, 6.

Beneficium vnicum antiquitus conferebatur ſingulis, 7.

C. de multa correctorium praua conſuetudinis, 8.

Conferre poteſt Ordinarius habenti vnum non ſufficiens ſecundum habenti, non poteſt conferre tertium, etiam ſi ſint inſufficientia. 9.

Conferre non poteſt Ordinarius duas dignitates, ſiue perſonatus, etiam ſi non ſint ſufficientes, 10.

Sufficiens beneficium quod dicatur, 11.

Collatio tertij facta habenti duo, an ſit nulla, vel potius vacent duo priora, 12.

Beneficia omnia reſidentiam requirentia de mente Concilij non comprehenduntur ſub diſpoſitione cap. de multa, 13.

Altare non eſt incompatibile cum Canonicatu, 14.

Reſidentia propriè ſumpta cauſat incompatibilitatem, 15.

Incompatibilitas dignitatum Canonicatuum, & Parochialium reſultat quando ſunt actuales, 16.

Obtinens duo difformia in diuerſis Eccleſijs, quorum ſeruitia, non ità concurrunt, quin minus per eundem poſſunt ſuppleri non indiget diſpenſatione, 17.

Epiſcopus non poteſt conferre duo ſub eodem tecto, 18.

Epiſcopus quando conferat ſecundum habenti vnum inſufficiens, 19.

Beneficia de ſui natura incompatibilia eſſe ſolita obtineri, debet concludenter probari, 20.

Parochiales duas inſimul obtineri ſolita, quarum vna ſit liberè collationis, altera Iuris patronatus, quomodo conferri debeat, 21.

Incompatibilitas omnis tollitur per diſpenſationem, 22.

Diſpenſat Dataria ad Parochialem, & Canonicatum in Colleggiata, immo in Cathedrali, & quibus Eccleſijs, 23.

Diſpenſat Dataria ad duas Parochiales, ſiue Curata, & quando, 24.

Diſpenſat Dataria ad duos Canonicatus, vnum in Cathedrali, alterum in Collegiata, 25.

Diſpenſat Dataria ad plura ſub eodem tecto, 26.

Beneficiorum multiplicitas in vna perſona deturpat Eccleſiam, 27.

Impetrantes plura beneficia, non ſunt tuti in conſcientia, 28.

Germani retinent plures Epiſcopatus, 29.

Diſpenſatio ad plura hodie non datur ad partes, 30.

§. III.

De diſpenſatione ſuper pluralitate beneficiorum.

PRopoſiti mei non eſt diſcutere, an, & ſuper quibus beneficijs diſpenſare poſſit Epiſcopus, hoc
1 enim præſtarunt luculenter *Hoted. de incompatib. Garz. de benef. p. 11. cap. 5. §. 4. Rebuff. in prax. tit. de diſpenſat.* ad plura, *Mendoſ. in Signat. gratiæ eodem tit.*, quæ non opus eſt tranſcribere, ſed tantum afferemus ea, quæ conferunt ad noſtrum ſtylum.

Duplex igitur eſt diſpenſatio, tacita, & expreſſa *Rebuff. in prax. tit. de diſpenſationib. num. 5. & ſeqq.*
2 Diſpenſatio tacita dicitur, quando Papa commendat Eccleſiam minori, quia tunc etiam ſi expræſſe non diſpenſat, cenſetur diſpenſaſſe tacite, & illa tacita diſpenſatio ſufficit, quia Commenda nõ eſt propriè titulus, neque importat collationem, vnde commenda facta minori non contrariatur alicui Canoni diſponenti, quod collatio beneficij non poſſit fieri minori, & ſic huiuſmodi diſpoſitio non infringit diſpoſitionem alicuius Canonis, & propterea non requiritur diſpenſatio expræſſa;
3 idem ſeruatur in diſpoſitionibus contra Concil. Trid. in quibus Papa expræſſe non derogat, ſed tantum tacitè, non quidem, quod Concilia expræſſam derogationem non requirant, ſed quia idem Concil. Trid. in calce expreſſe diſponit Papã non teneri ad derogationem in diſpoſitionibus Concilio contrarijs, ſed ſufficere ſententiam. In diſpoſitionibus vero, Canones, & Concilia contrariantibus requiritur diſpenſatio expreſſa per verbum diſpenſamus *Rebuff. dict. tit. de diſpenſ. nu. 16.* & propterea concluſio illa diſpenſationem tacitam ſufficere ad obtinendum plura, quam firmant *Gambar. de offic. legat. lib. 7. num 157. Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 9. num. 2. Ioann. Andr. in cap. non poteſt de præbend. in 6. Mil. in repert. verbo diſpenſatus,* vt poſſit plures *Caſſador. deciſ. 36. ſupra regulis,* non eſt vera, ſi retentio plurium illorum, eſt per Canones prohibita quia tunc vt diximus ex *Rebuf.* requiritur diſpenſatio expræſſa, probat *Gonzalez. gloſſ. 15. num. 40.*

4 Secundò, præmitto diſpenſationem plurium, nõ requiri in aſſecutione, ſed tantũ in retentione *Nauarr. conſ. 6. verſ. ſecundò præmitto de præbend. Mohed. deciſ. 14. eod. tit.*

5 Tertiò, præmitto de iure primeuo, & naturali beneficiorum omnia beneficia eſſe compatibilia, vt conſiderat Rota in Calaguritana beneficij de ſubiſana 30. Octobris 1577. coram Brauo relata per *Garz. p. 11. c. 5. n. 81.* ſed omnem incompatibilitatem fuiſſe inuentam per Canones, & Conci-
6 liorum decreta, & propterea per diſpenſationem rem reduci ad ſtatum priſtinum, eamque non operari, niſi remotionem obſtaculi, & impedimenti. Ratio autem, cur de iure antiquo beneficiorum nulla conſiderabatur incompatibilitas eſt, quia tunc non conferebatur, niſi vni vnum cap. cum ſin-
7 gula de præbend. Verùm quia aliquoties eueniebat, quod ob tenuitatem beneficij, nemo ad illius onera aſtringi volebat, ceptum eſt conſuetudine induci, vt duobus præficeretur vnus, immò & pluribus; donec per Canones reſtringeretur huiuſmodi licentia præſertim, per cap. de multa, vt bene obſeruat *Gamb. de offic. leg. lib. 5. num. 65. & ſeqq.* per quod ſtatuitur, quod nemo poſſit obtinere duas dignitates, ſiue perſonatus & quod habenti vnum
8 inſufficiens, Ordinarius poſſit conferre ſecundum habenti duo inſufficientia, non poſſit conferre ter-
9 tium *cap. ordinarij §. in conferendis vbi gloſſ. in verbo nullius de offic. ordin. in 6.* & ibi *Gemin. num. 3.*

Ancbar.

char. num. 3. *verſ.* 7. *notat prob. ad Monac. num.* 44. & 45. & ita Ordinarius non poteſt conferre duas dignitates, ſiue duos perſonatus, etiam ſi non ſint ſufficientes *d. cap. de multa*, & ſtatuit Concil. Trid.
10 ſeſſ. 7. cap. 4. ſufficiens vero beneficium ſi de Parochiali loquamur, interpretes de mente Concilij
11 taxarunt ad centum. ſi de Canonicatu in Cathedrali ad 125. dignitatem in Cathedrali 200.

Sed magna hic incidit quęſtio, à nemine adhuc terminata, dico magna, quia revera eſt talis, vt pote, quæ fuit poſita in Congregatione Concilij, & ob eius difficultatem non reſoluta de anno 1617. in vna Parmen. Canonicatus pro Petro Martire Tarono eſt autem.

QVÆSTIO XVIII.

An Collatio tertij facta habenti duo ſit nulla, vel potius vacent duo priora.

Diximus Epiſcopum non poſſe conferre tertium habenti duo, licet ad ſuſtentationem congruã
12 non ſufficientia, & ita declaraſſe interpretes Concilii, teſtatur Leon. in Theſaur. fori Eccleſiaſtici cap. 12. num. 25. & 26. diximus ſimiliter per aſſecutionem ſecundi incompatibilis vacare primũ, videndum modo, an ſi habenti duo ſimplicia compatibilia, & non ſufficientia ad congruam ſuſtentationem, Ordinarius conferat tertium eiuſdem naturæ, & quo ad hoc compatibile, eo ipſo inducatur vacatio priorum, vt fit quando confertur ſecundum incompatibile, quo caſu ex diſpoſitione c. de multa vacat primum ipſo iure, vel quæ ſit differentia inter hos duos caſus.

Et primò, quidem differentia videtur conſiſtere in eo, quod in conferente deficit poteſtas conferẽdi tertium, quia Ordinarius habet facultatẽ conferendi ſecundũ, non tamen quo ad retentionem, ſi primum ſit ſufficiens, vel incompatibile, non tamen habet facultatem conferendi, tertium habẽti duo, vnde deficiente iuriſdictione conferendi in collatore, clare ſequitur collationem nullam eſſe, & pro inde beneficium ita collatum vacare, an autem vacet ex hac collatione nulla, vel potius adhuc vt prius, non eſt præſentis, loci inueſtigare. pro hac opinione, facit, quod lex inhabilitat ad recipiendum, ab non habente facultatem *c. ſuper inordinata*, vbi *gloſſ. in verbo beneficiati, Io: Andr. & Abb. nu.* 3. *de præbend. Imol. in cap cum iam dudum, num.* 7. *eod. tit.*

Pro contraria opinione facit, quod collatio tertij de ſui natura compatibilis, non eſt diuerſa, vel magis odioſa, quam collatio ſecundi incompatibilis, immo de iure Canonum Epiſcopus poteſt diſpenſare, vt quis poſſit habere plura ſimplicia, *Rebuff. in prax. tit. de diſpenſat. ad plura num.* 29. *allegans cap. extirpanda, §. qui vero de præbend.*, nullo expreſſo plurium illorum numero. Diſpenſare autem non poteſt, vt quis habeat duas dignitates, ſiue perſonatus d. cap. de multa, ſeu duas curatas iuxta Conſtit. execrabilis; ergo quemadmodum per collationem ſecundi incompatibilis, vacat primum, ita per collationem tertij de natura ſua cõpatibilis ſed incompatibilis ex diſpoſit. Concilij Trident. vacabunt duo priora, quia collatio tertij non poteſt operari retentionem priorum, quia cum illis cenſetur incompatibile, aliàs enim in ſimul poſſent retineri, quia retentio compatibiliũ prohibita non eſt, ſed ſolum incompatibilium, & incompatibilitas ſolummodo conſideratur quoad retentionem, non autem quoad aſſecutionem, ad quem effectum nulla conſideratur incompatibilitas, vt diximus ſuprà nu. 4.

Deinde eadem inhabilitas conſideratur in Epiſcopo volente conferre tertium habenti duo non ſufficientia, ac in volente conferre ſecundum habenti vnum ſufficiens: at hic caſus non videtur differre à *c. de multa*, vbi per collationem ſecundi vacat primum, licet illa annexam habeant Canonicam incompatibilitatem, nam idem operatur incompatibilitas conciliaris, ergo idem ſtatuendum in vtroque caſu.

Rurſus conſiderandum, an vt modo attigimus habens duo ſit inhabilis, & incapax ad recipiendũ tertium, quemadmodum Epiſcopus ad conferendum, nam ſi concurreret inhabilitas in vtroque, clarum eſſet collationem fore prorſus nullam, at iura ſupra allegata non videntur hoc conuincere, videlicet quod habens duo ſit incapax ad recipiẽdum tertium, nec quidem ex diſpoſitione Concilij ſaltem quo ad acceptationem; vnde rurſus conſiderandum, an Epiſcopus conferens tertium in litteris collationis facit mentionem priorum, quod ſi non facit mentionem, non videtur nulla ipſius collatio, quia non habens notitiam impedimenti ritè, & rectè confert; ſi tamen in litteris facit mẽtionem priorum, tunc videtur voluiſſe conferre, etiam quoad effectum retinendi, qua iuriſdictione carebat.

His argumentis validis ſanè, & potentibus non obſtantibus adhæreo primæ opinioni, eâ ratione, quod non ſolum *c. de multa*, de præbendis inducit vacationem primi per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, ſed conſtitutio execrabilis vacationem vtriuſque, ſi vtrumque retinere præſumpſerit: in collatione igitur tertij facta habenti duo, priora non vacabunt, quia *cap. de multa*, loquitur de dignitatibus, & perſonatibus, cuius diſpoſitio non applicatur ſimplicibus, nec ſi obtinens tria ſimplicia, ea retinuerit, erit locus conſtit. execrabilis, quia loquitur de Parochialibus, & curatis, & licet Concil. Trid. diſpoſitionem dd. Canonum
13 extenderit ad omnia habentia reſidentiam perſonalem, vt habet declaratio Cardinalis Caraffæ ad cap. 4. ſeſſ. 7. mihi num. 5. & firmat *Gonz. gloſ.* 15. *num.* 17. *Garz. par.* 11. *cap.* 5. *num.* 85. nos agimus de beneficijs reſidentiam non requirentibus, & ſic prouiſus ab Ordinario de tribus, non poteſt moleſtari, niſi dicamus collationẽ tertij eſſe nullam, & vana erit Interpretum declaratio; Illud autem notandum, quod vacatio tertij hoc caſu non inducetur ex mala collatione illius; ſed ea nulla exiſtente ex prædictis, quia Ordinarius caret iuriſdictione cõnferendi tertium, vacabit ea vacatione, qua vacabat ante hanc collationem. collationem verò tertij eſſe nullam expreſsè diſponi-

ponitur in *c.ſi, cui de præben in 6.*, quod licet procedat in delegato, tamen applicatur etiam Ordinario, qui hoc caſu, quo ad collationem ſecundi non ſufficientis reputatur delegatus, reuertamur modo ad cęptam materiam.

14 Quartò ſciendum, quòd incompatibile non eſt Altare cum Canonicatu in diuerſis Eccleſijs, iux. *gloſ. in cap. 1. verbo niſi vnicum, de conſuetud. in 6.* quam ſequitur Rota in Firmana Beneficiorum SS. Petri, & Ioannis Euangeliſtæ 26. Nouembris 1582. coram Orano.

Domini reſolnerunt, præſentationem factam de perſona Domini Siluij Sciarræ, tunc in ſacro Presbyteratus ordine conſtituti ad beneficium Sãcti Petri Caſtri Rapagnani fuiſſe validam, etiam ſi obtineret Canonicatum, & Præbendam in Eccleſia Firmana, neque enim impeditur obtinere Canonicatum cum Altari, cum non ſint incompatibilia, *gloſ. in c. 1. verbo niſi vnicum, de conſuetud. in 6. Card. conſ. 3. num. 5.* Non obſtat, quod in erectione huius beneficij fuerit ordinatum, quod Sacerdos eligeretur, qui quotidie Miſſam celebret, & ibidem habitaret, quia illa reſidentia non impedit reſidẽtiam in Canonicatu prout in hoc caſu arguit *Card. d. conſ. 3. in fine*, & dato quod inde inferri poſſet adeſſe aliquã incompatibilitatem, tunc per aſſecutionem ſecundi vacaret primum. quamdiù ergo de illo non eſt inſtitutus, tamdiù a Canonicatu non poteſt amoueri, *c. litteras, de conceſſ. præbend. c. ex tua*, & ibi *Innoc. nu. 4. de Cler. non reſiden.*, ad illud autem, quod habenti beneficium non poſſit aliud conferri, *c. ſi, cui de præben. in 6.* fuit dictum, quod procedit in delegato, non autem in Ordinario, *Gemin. ibid. n. 2.* minus etiam facit decretum Concil. Trid. cap. 13. ſeſſ 24. quia illud procederet, ſi Capitulum neglecto examine facien. per Epiſcopum ad inſtitutionem proceſſiſſet, vt declarat idem Concil. cap. 13. ſeſſ. 7. & c. 9. *§.* quod ſi ſeſſ. 25.

Aduertendum, quod ponit deciſio, ſimplex habens reſidentiam nõ eſſe incompatibile cum Canonicatu contra, ac firmauimus ſupra num. 13., videlicet omnia beneficia perſonalem reſidentiã habentia, etiam ſi ſint ſimplicia, eſſe incompatibilia, quia bene declarat *Card. conſ. 3. in fin.*, de qua reſidentia hoc debeat intelligi, videlicet de reſidentia ratione intereſſendi diuinis, non autem de reſidentia, quæ reſultet ex eo quod quis teneatur
15 in aliqua Eccleſia Miſſam celebrare, quia iſta propriè non dicitur reſidentia, & ſic incompatibilitatem non cauſat.

Quinto præmitto, non omnem Parochialem eſſe incompatibilem cum Canonicatu, & è conuerſo, iuxta Conſtit. execrabilis, ſed quando ſunt
16 actu tales, non quando ſimpliciter habitu, ad tex. *in cap. paſtoralis 7. quæſt. 1.* vbi *gloſ. & Doct. eadem gloſ. in c. licet canon. in verbo parochiales*, & in *c. ſtatutum verbo collegiatas de elect. in 6. Hobied. in tract. de incompatib benef. par. 2. cap 6. num. 2. cum ſeq.* & ita declarauit Congregatio Interpretum Concilij ad ſeſſ. 24. cap. 17. mihi num. 14. Rot. deciſ. 179. par. 2. recent.

Sexto præmitto, quod obtinens duo difformia in diuerſis Eccleſijs, quorum ſeruitia non ità concurrant, quò minus per eundem impleri poſſint, non indiget diſpenſatione, ita reſponderunt In-
17 terprętes Concil. in vna Oueten. *Sacra Congregat. Card. Sac. Concil. Interpratum cenſuit, obtinentem duo difformia in diuerſis Eccleſijs, quorum ſeruitia non ità concurrunt, quin minus per eundem ea commodè præſtari poſſint, non indigere diſpenſatione Apoſtolica ſuper retentione vtriuſque quo ad incompatibilitatem, modo aliud Canonicum non obſiſtat.*

Septimo, Præmitto, quod licet Ordinarius poſſit conferre ſecundum habenti vnũ non ſufficiens, non tamen ſi ſint ſub eodem tecto. ſed hoc ſpectat ad ſolum Papam, vt habet declaratio ad ſeſſ. 24. cap. 17. ibi aliud ſimplex &c. *Epiſcopus non poteſt*
18 *duo beneficia ſimplicia conferre vni, quod intellige ſi ſint ſub eodem tecto, cum Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione indigeant.* Quod tamen intelligendum de cõformibus, nã duo difformia ſub eodem tecto Epiſcopus poteſt conferre, quando primum non erat ſufficiens; tutius, tamen eſt, quod petatur noua prouiſio, vt reſponderunt Interprętes Concilij petenti, An pro tutiore cõſcientia obtinentium duo beneficia difformia ſub eodem tecto collata ſibi ab Ordinario debeat noua prouiſio peti à Sãctiſſimo: *Congregatio Conc. cenſuit ità deberi, quia licet Epiſcopus poſſit ex cauſa conferre duo difformia beneficia ſub eodem tecto, Rebuff. in prax. fol. 283. n. 34. Staphil de gratia fol. 9. num. 8. Mandoſ. in praxi, Tamen periculoſum eſſe, an cauſa ſubſit ea, quam Canones requirunt, ideoque tutius adire Sanctiſſimum.* Confert itaq; Epiſcopus ſecundum habenti vnũ, ſed inſufficiens, nam ſi ſit ſufficiens primum, non poteſt conferre ſecundum, ſi autem ſecundũ ſufficiens ſit, vacat ipſo iure primum, vt habet declaratio ad illa verba d. c. 17. liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens &c. *Epiſcopus habenti vnum ſim-*
19 *plex beneficium, quod non ſufficiat ad eius ſubſtentationem eidem conferre citra diſpenſationem Apoſtolicam poteſt.* Et habenti beneficium ſufficiens, poteſt conferre aliud, ſed habita poſſeſſione ſecũdi beneficij ſufficientis vacat primum ſufficiens, adeovt ſi ſufficiens ſuperueniat nõ ſufficienti, poterit vtrumque retinere, vt habet alia declaratio: *Habens Canonicatum, & duo ſimplicia beneficia, quorum omnium annui reditus ſe; coniunctim non excedunt duc. 125. ſummam, non prohibetur à Conc. quod ea omnia retinere poſſit*, habenti autem duo inſufficientia, Epiſcopus non poteſt conferre tertium, vt habet alia declaratio: *Epiſcopus poteſt conferre ſecundum beneficium, ſi primum non ſufficiat ad ſubſtentationem, ſed ſi duo non ſufficerent, non poteſt conferre tertium abſq; Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione.*

Octauo, Præmitto aliquando eſſe coniuncta quædam beneficia, quæ de ſui natura ſunt incompatibilia, ex conſuetudine tamen abſque diſpenſatione Apoſtolica ſunt ſolita inſimul obtineri, &
20 hæc narratiua debet concludenter iuſtificari, vt in Meten. Circatorię 19. Decembris 1622. coram D. Merlino, Dixerunt Domini, &c.

Præterea non eſt iuſtificata narratiua, quod dicta Circatoria vna ex Canonicatu, & præbenda abſque diſpenſatione Apoſtolica conſueuerit obtineri, quæ tamen erat iuſtificanda, quamuis conſiſtat in negatiua. *Rot. deciſ. 13. num. 8. & ſeqq. & deciſ.*

„ *deciſ.262.num.2.* coram Sanctiſſimo,& vtrobique
„ addentes 4. & iſtam ſecundam deciſionem ſe-
„ quuta eſt Rota deciſ.179.par.2.recent. , & quod
„ talis conſuetudo ſit iuſtificāda plenè fuit dictum
„ in Taurinen. Theſaurariæ 15. Iunij 1621. coram
„ R.P.D.Manzanedo, & quidem cum ſit contra Ius
„ ſpatio non minori,quam 40. annorum,iuxta not.
„ in c.vlt. de conſuet. & fuit dictum in Gernen. Ca-
„ pellaniæ 5.Iunij 1613. coram R.P.D. meo Vbal-
„ do, quæ eſt deciſ.497.num.4.par.1. recent. & in
„ d. Taurinen.

Poteſt igitur ex conſuetudine ſimul obtineri,
nedum perſonatus cum dignitate, vel Canonica-
tu, ſed etiam poterunt obtineri duæ Parochiales,
etiam ſi perpetuo vnitæ non ſint, & hoc propter
tenuitatem,In qua re vidi pulchrum caſum in vna
Sancti Miniati, vbi duæ Parochiales erant ſolitæ
obtineri ab vno, eodemq; Rectore abſque diſpen-
ſatione Apoſtolica, quarum vna erat liberæ colla-
21 tionis, altera iurispatronatus, quærebatur à mè
quomodo eſſet facienda collatio, quia Eccleſia li-
bera debet conferri præuio concurſu: altera, quæ
eſt iurispatronatus concurſu non indiget, & reſ-
pondi Parochialem, quæ eſt iuris patronatus con-
ferri debere ad præſentationem Patronorum Lai-
corum, quibus præiudicari non debet, ex eo quod
altera liberę collationis per eundem Rectorem ſit
inſimul obtineri ſolita, quia vnio illa, cum non
excedat vitam obtinentis, ſed per obitum prouiſi
inducatur vtriuſque vacatio *Rebuff. in prax. tit. de
Vnion.num.12. Oldrad.conſ.257.num.20. Rot.deciſ.
114.num.5. par 2.diuerſ.* apertum eſt ius patrono-
rum ad præſentationem, & huiuſmodi præſentato
debebit conferri etiam altera Parochialis libera,
non quod libertas teneatur accedere patronatui,
ſed quia Eccleſia libera à nemine poteſt retineri
ob eius neceſſitatem,adeo vt neceſſitas procedat à
parte liberæ.

Cui accedit, quod ſupra firmauimus cap.15.§.
15.de mente Interpretum Concilij, quod annexio
ſiue perſonalis, ſiue realis, non poteſt præiudica-
re patronis.

Nonò, Præmitto omnem incompatibilitatem
tolli per diſpēſationem *cap.dudum il ſecundo, §. nos
22 igitur cum gloſſ. de elect. Abb. in cap. de multa nu.1.
de præben.Hoxeda de incompatib p.2.c.12.nu.1.& 2
Milis in ſuo repert.in verbo diſpenſatus Garz. de Ben.
p.11.c.5. nu.61.*

Videamus modo, an quando, & quomodo diſ-
penſet Dataria ad plura; primò quidem diſpenſat
23 ad Parochialem, & Canonicatum in Collegiata;
immò etiam in Cathedrali,cum clauſula dummo-
do ſeruitia non ità concurrant, quo minus vtriq;
deſeruire commode poſſit,& propterea non datur
huiuſmodi diſpenſatio, niſi quando Parochiæ li-
mites ſunt anguſtæ, & cura animarum modica, &
apponitur decretum. *Quod dictus Orator, apud di-
ctam Parochialem Eccleſiam quamdiu illam obtinue-
rit perſonaliter reſidere,nec quicquam ex illius debito,
& neceſſario ſeruitio, & officio prætermittere debeat,
pro illis autem diebus, & horis,quibus dictæ Collegia-
tæ Eccleſiæ nomine d. Canonicatus, & præbendæ non
inſeruierit, diſtributiones quotidianas amittat.* Hoc
decretum fortaſſis non erit apponendum, ſi diſpē-
ſatio ſit ad duo difformia in eadem Eccleſia, puta
Canonicatum, & Vicariam, nam eo caſu Congre-
gatio Concilij cōtrarium ſtatuit,vt in vna Oneten.
videlicet; *Obtinens duo difformia ſub eodem tecto ex
diſpenſatione Apoſtolica tenetur vtriuſque onera ſu-
bire,niſi ſeruitia ita ſimul concurrant,vt eodem tempo-
re,ab eadem perſona præſtari nequeant,tunc enim ſuf-
ficit dignioris munere defungi.*

Contigit in vna Tarraconen., quod diſpenſatus
ad Canonicatum, & Vicariam in eadem Eccleſia,
non reſidebat in Confeſſionario, niſi tempore ho-
rarum;Canonici, & Capitulū prætendebant,quod
huiuſmodi diſpenſatus amitteret diſtributiones,
eo quod horis non intereſſet, ipſe autem tuebatur
ſe declaratione Interpretum Concilij ſupradicta,
quod tamen ipſum minimè iuuat,quia dicit,quod
vtriuſque onera ſubire teneatur,& licet ſubdat de-
claratio, niſi ſeruitia ita ſimul concurrant, &c. in
prædicto caſu, non ita concurrunt ſeruitia, quin
minus vtrumq; adimplere poſſit, quia poterit in-
tereſſe horis, & deinde, vel antea confeſſionibus
audiendis vacare: quando autem magnus eſſet
confitentium concurſus, vt in Feſto Paſchatis ſo-
let,tunc exiſtimo,quod ſufficeret dignioris mune-
re defungi, hoc eſt Vicariæ, ſiue curato quæ di-
gnior reputatur *Gonzalez gloſſ.6.num.268. & 269.*
& per Datariam; vt ex ſupradicto decreto, quod
vt dixi fortaſſis non erit apponendum, ſaltem ita
generaliter in diſpenſatione ad difformia ſub eo-
dem tecto, ac in diuerſis Eccleſiis; & ratio diuerſi-
tatis eſt quia diuerſæ Eccleſiæ non communicant
ad inuicem, ſeruitia autem vnius, & eiuſdem Ec-
cleſiæ, omnia tendunt ad vnum finem, nempe ad
decorem illius, Indecens igitur erit, quod neceſſa-
rio occupatus in cura animarum, amittat diſtribu-
tiones alterius beneficij,& Indecens ſimiliter eſt,
quod aliquis ſub prætextu curæ ſedeat de tempo-
re horarum in Confeſſionario, quando non adeſt
qui velit confiteri, vel qui poſſit poſt horas Com-
pletas commode audiri: vnde hoc caſu difficile
exiſtimo excogitare decretum materiæ adæquatū.

Notandum autem,quod hodie apponitur clau-
ſula de mente Concilij Tridentini, quod vtrique
commode deſeruire poſſit,quę antiquitus non ad-
debatur diſpenſationi, ſed ſufficiebat, quod ſerui-
tium adimpleretur per alium *Rebuff. tit. de diſpenſ.
ad plura num 23.*

24 Diſpenſat ſimiliter Dataria ad duo curata, non
quidem ex capite meritorum diſpenſati,de quo in
cap.de multa,& notat *Rebuff.vbi ſuprà num 43. &
Mandoſ.de Signat.gratiæ tit.diſpenſatio ad plura,verſ.
diſpenſatio ad duo,*ſed ex capite neceſſitatis Eccle-
ſiæ, & animarum curæ,puta,quod non ſit qui velit
alteri Parochiali ſiuè Curatæ præfici,vel habilis,&
idoneus non inueniatur,qui prætendat,& hæc diſ-
penſatio hodie difficillimè conceditur, & raro, &
non perpetuo, ſed ad tempus. Secus in Polonia,
vbi paucus eſt Sacerdotum numerus,& vidi etiam
diſpenſari in aliquibus partibus Galliæ,vbi vigent
Hęreſes.

25 Diſpenſat etiam Dataria ad duos Canonicatus,
vnum in Cathedrali, alterum in Collegiata ex
cauſa tenuitatis,& cum clauſula, quod vtrique de-
ſeruiat.

Diſpenſat

26 Diſpenſat Dataria ad plura ſub eodẽ tecto,non
ſolum ad duo quando ſunt ſimplicia, ſed ad tria,
& quatuor, iux. Eccleſiarum qualitatem, nam in
Eccleſijs magnis,in quibus multa exiſtunt benefi-
cia, diſpenſatio iſta facilior eſt, in reliquis, quæ
pauca habent beneficia non admittitur, & ſolet
apponi clauſula: *Attento quod in eadem Eccleſia
plura alia ſimilia beneficia fundata exiſtunt*.

Obiter licet parum ad propoſitum faciat, no-
tandum,quod dicit *Mandoſ.tit. diſpenſatio ad benef.
ſub eod. tecto*: nempe hæc verba ſub eod. tecto di-
uerſimodè accipi in Iure ciuili à noſtro ſignificatu
ſubiectæ materiæ,vt in *l.excipiuntur, ff.ad Sylleia-
num*, quæ tamen lex pro eo,quod eſt ſub eod.tecto
intelligit in eadem domo, & nos intelligimus in
eadem Eccleſia, vnde non video diuerſitatem.

Quod magis ad propoſitum facit,illud eſt,quod
nihil adeo videtur deturpare faciẽ Eccleſiæ,quam
titulorum in vna perſona multiplicitas, de qua re
27 *Gambar.de offic legat.à lat.lib.5.tit.an legatus poſſit
plures vni conferre,n.55.Rebuff.d.tit.diſpenſatio ad
plura,Mandoſ.eod.tit.*, quid enim indecentius, quã
quod Clericorum eiuſdem ordinis,alius mẽdicet,
alius ebrius eſt,& quod recitatio Officij vnius ſin-
gulis vicibus importet aureos mille, alterius vix
quadrantem vnius argentei:quid magis portento-
ſum,quã quod quis dicat,interfui hoc mane ſacro
ſeptuaginta Abbatum cum tamen, niſi vnus Deo
ſacrum feciſſet,adeo vt Grammaticis etiã plurali-
tas iſta faciat negotiũ,qui vt notat *Rebuf.loc.alleg.*
28 *n.11*.tenentur dicere Ioãnes Abbates &c.& *n.55*.
ſubdit Papã non eſſe tutum quo ad Deum, quãdo
ſine iuſta cauſa diſpenſat ad plura,imò, nec impe-
trantes ſunt tuti in cõſcientia, quia licet ad eorũ
narratiuam, quod plura obtinent Papa conferat,
& diſpenſet, ipſe tamen credit, quod omnia bene-
ficia expreſſa ad congruam ſupplicantis ſubſtẽta-
tionem neceſſaria ſunt,*Nauar.tract.de orat.cap.22*.
quam ſequitur *Gonzal.gloſ.15.n.28*. nec contrariũ
firmat *Rebuff.tit.de diſpenſ.rõne ætatis, verbo licitè*,
dicens diſpenſatũ licitè retinere, tam in foro con-
tentioſo, quã conſcientiæ; ſubdit tamen & ſic diſ-
penſatus cũ cauſa tutus eſt, & in foro poli, & fori
ſcilicet quando cauſa vera eſt, & iuſta: ante Con-
ciliũ vero Trident.maior in prædictis fiebat exceſ-
ſus,quia diſpẽſabatur non ſolũ ad incompatibilia
minora,ſed ad plures Epiſcõpatus,& hac de cauſa
in Germania,quæ Concil.non recipit datur reten-
tio ad plures Epiſcopatus, de quo infra dicemus;
Et iuſto Dei Iudicio cõtingere videtur,quod Prin-
ceps illi Germaniæ, quãto plures Epiſcopatus cu-
mulant,tãto ſint pauperiores, hoc eſt magis ege-
ni,& pecunia deſtituti. Cardinalis de Groesbeec
obtinebat Epiſcopatũ Leodien.& præter hũc nul-
29 lum aliũ ditionem ſuã tuebatur ſex millibus pe-
ditum, & mille equitũ,tam cõtra militem Hiſpa-
num,quam Hollandũ,& vtriq; erat terrori,moder-
nus Epiſcopus Leodien. eſt Archiepiſcopus Colo-
nien.Epiſcopus Monaſterien.Paderbonen.Hilde-
ſemin. & dictio Leodien. patet excurſionibus mi-
litum, tã Hiſpanorũ, quam Hollandorũ fortaſſis,
etiam hæc potiſſima cauſa fuit hæreticis inuaden-
di Epiſcopatus, quia cum vnus pluribus præeſſet,
non poſſet oẽs fortaſſis longius inter ſe diſtãtes,vt
oportebat curare,& hæc cauſa præſentium bello-
rum in Germania, quæ non alia de cauſa geruntur
tur ab Imperatore,quã vt Eccleſiaſticis recuperet
Eccleſiaſt.bona,vtinã nõ fiant eterno vt in Belgio.

Rebuff.d.tit.de diſpenſat. ad plura in fine ponit
30 formulam huiuſce diſpenſationis, ego pro noſtro
more non trado formulam diſpenſationis ad plu-
ra, quia hodie non datur ad partes, ſed in proui-
ſione incompatibilis.

Vidimus de incompatibilitate ex diſpoſitione
Iuris,videamus quid dicendũ de incompatibilita-
te ex diſpoſitione hominis, videlicet quãdo teſta-
tor,ſiuè fundator beneficij cauet in fundatione, q̃
præſentandus ad beneficium tunc fundatũ, aliud
beneficium habere,ſeù obtinere non poſſit,in qua
materia nupèr mihi fuit exhibitũ Inſtrumentum
laudi,ſiuè tranſactionis initũ inter Operarios Ec-
cleſiæ S. Ioannis Forauitę Piſtorien. & Moniales
S.Claræ eiuſdẽ Ciuitatis celebratũ de anno 1367.
in quo enunciatur, quod aliàs q. Franciſcus Nerij
Lapi condiderit vltimũ ſuum teſtamentum,in quo
hæredes ſibi vniuerſale inſtituit Bartholomeũ Pie-
rium,Ioannemq; eius filios, & ipſis antè annũ 18.
decedentibus,quoad vſumfructũ ſubſtituit Iuliam
eius matrem,& Gabriellem eius vxorem, & finito
vſufructu omnia bona ſua reliquit cuidam Bene-
ficio & Altari cõſtituendo, & fundando in Eccleſia
S.Ioan.Forauitę de Piſtoria,IusPatronatus,& prę-
ſentandi vnũ Sacerdotẽ, qui nõ poſſit habere aliud
beneficiũ reliquit operarij d.Eccl.S.Ioã.Forauitę.

Et quod ex dd.tribus filijs hęredibus,Pierius,&
Ioannes deceſſerint ante annũ 18. ſuperſtite Bar-
tholomeo,qui dictã ętatem exceſſit,& moriens de
anno 1374.hæredẽ ſibi vniuerſalem inſtituit Annã
Mariam,cũ conditione,quod omnia bona immo-
bilia,quæ remanere contigerint, de hęreditate ip-
ſius teſtatoris in hæreditate d.D.Annæ poſt mortẽ
ipſius D.Annæ, videlicet ea quæ alienata non eſ-
ſent per d.Annam obligata remaneant pro Dote
Altaris,Beneficij conſtruen. in Eccleſia S.Ioannis
Forauitę ſub vocabulo, vt ſu. dicitur in teſtamen-
to Franciſci Nerij.

Et quod poſtea ſuprad. Anna ſuum cõdidit te-
ſtamentũ, in quo hęredem ſibi inſtituit vniuerſalẽ
Monaſt.S.Claræ, & quod prętẽdentibus Operarijs
bona in hæreditate Annæ inuenta ſpectare ad Ec-
cleſiã S.Ioan., ſiuè eius Operarios ad effectũ fun-
dandi beneficium iuxtà teſtamentum Franciſci.&
Bartholomęi ſupradictorũ,& Monialibus ſpectare
ad ſe ex teſtamento Annæ, fuerit inita concordia
inter dd.partes, in qua aliqua bona ceſſerunt be-
neficio conſtruendo, & reliqua permanſerunt
apud Moniales, vt latiùs in dicto Inſtrumento ce-
lebrato de anno 1378.continetur.

His ità in tranſactione prędicta contentis, cum
hodiè reperiatur fundatũ in Eccl.S.Ioan.Forauitę
beneficiũ ſimplex ſub vocabulo S. Bartholomei,
quæſitum fuit ex me,cum non reperiatur alia be-
neficij erectio. An in præſentato ad illud ſiuè ele-
cto debeat concurrere illa qualitas, de qua in
enunciato teſtamento Franciſci, quod non poſſit
habere aliquod Beneficium.

Et ſine vlla hęſitatione reſpõdendum negatiuè:
Nàm quidquid ſit,quod quando aliquis teſtamẽto

cauet Cappellã dotari; ſi poſteà teperiatur dotata cenſetur dotata ab eius hæredibus, cuius affirmatiuam tenet *Bart. in l. nomina n. 2. C. arb. tutor. Abb. conſ. 55. n. 3. par. 1. Verall. dec. 26. lib. 1. Rota in Salamant. Cappellæ 1. Iunij* 1605. *cor. Atirebaten.* & in *Imolen. Iuriſpatr. 26. Martij* 1593. *coram Mant. dec.* 257. & coram *Seraph. dec.* 952. & coram *Durano in Boſſanen. Parochial. 5. Iun.* 1626. Quidquid inquam ſit de his opinionibus, quæ videntur poſſe concordari, vt prior procedat in teſtatore mandante dotari, ſecunda in Principe concedente Patrouatum ſub conditione Dotationis.

Certum eſt Franciſci teſtamentum effectum nõ habuiſſe, cum ipſe Cappellam dotari mãdauerit, ſi filijs ante 18. ætatis annũ deceſſerint, quibus hoc caſu ſubſtituit Cappellam, qui caſus cum nõ euenerit, clarum eſt ſubſtitutioni locum ſactum non fuiſſe, *l. ſi quæſita ſubſtituerit, ff. de vulg. & pupil. gloſ. in l. qui duos, in verſ. ſuperſtes, ff. de reb. dubijs, Corn. conſ. 161. n. 8. lib. 2. Mant. de coniect. lib. 3. tit. 1. n. 18.* nàm limitata ad vnum tẽpus ad aliud extendi non debet, d. *l. ſi quæſita, Iaſ. in l. 1. n. 3. eod. tit. Pariſ. cõſ. 72. n. 19. lib. 1.* Vndè licet admittamus præſũptionem fundationis, & dotationis Cappellæ, de qua non conſtat, nec quidem ex aliqua enunciatiua Inſtrumenti tranſactionis ob facti antiquitatem, in quò ſolũmodo dicitur, quod partes concordarunt ad effectum fundãdi Cappellam, de effectuatione verò, nec verbum quidem, admittamus inquã præſumptionem ex doctrina *Bart.* & aliorum ſupra allegata: attamen fundatio illa beneficij non erit effectus teſtamenti Franciſci, quod requirat illam qualitatem, ſed effectus tranſactionis, quæ huiuſmodi qualitatem non requirit, nec cenſetur de Iure repetita per text. *in leg. ſi ſub condit. ff. de legib. inſtitut.*

Nec refert, quod tàm Bartholomeus in ſuo teſtamento per Operarios enũciato, quam ipſi Operarij referant ſe ad teſtamẽtum Franciſci volentis præſentatum non habere aliud beneficium, nàm nihilominus nõ eſt facienda repetitio d. qualitatis ſtante ratione diuerſitatis, præſertim ad inducendum onus beneficij, vt poſt *Bart.* diſtinguit *Crauet. conſ. 443. n. 6. Molin. de primog. hiſp. lib. 3. cap. 5. n. 59.* & quod ſit magna diuerſitas inter diſpoſitionẽ teſtamentariam Franciſci, & Bartholomei, patet ex eo, quod Franciſcus ſubſtituerit filijs ſuis Cappellã in omnibus bonis, Bartholomeus ſubſtituerit Annæ Mariæ hæredi ſuæ eãdem Cappellam in bonis, quæ reperta fuerint poſt obitum Annæ Mariæ, & de quibus illa non diſpoſuerit, imò Operarij tranſigentes cum Syndico Monaſterij, recipiunt pro Beneficio fundando paruula quædam bona, vt in ipſa tranſactione legitur, reliquis Monaſterio relictis; Vndè cum beneficium non ſit pingue iuxtà teſtamentum Franciſci, nulla ſubeſt ratio, quod ea qualitas reperita cenſeatur, imò nec debet, etiam ſi aliàs ſermo de ſui natura eſſet repetitiuus, modò diſpoſitio in aliquo remaneat vtilis, *Alexand. conſ. 186. n. 11. lib. 6. Decian. conſ. 17. num. 37. lib. 1.* In caſu noſtro diſpoſitio referens ſe ad teſtamentum Frãciſci, vtilis eſt quoad fundationem beneficij, & poteſt verificari in qualitate Sacerdotij, & alijs ibidem requiſitis, & propterea quoad eam inquam influit ratio diuerſitatis, repetitio non eſt facienda, *Ruin. conſ. 69. n. 9. lib. 3.*

Et obitèr hic adnotare placuit, quod in fundationibus beneficiorum Hetruriæ non aliarũ Prouinciarum obſeruaui apponi hanc clauſulam: *quod præſentatus non poſſit habere aliquod aliud beneficium*: ſignum euidens, quod illa apponi erat ſolita de ſtylo communi notariorum, & aliàs ponderabam illa verba, vt interpretari debeant de tempore præſentationis, ad *l. §. qui ad nundinas, ff. de noxalibus*, quod eſt Iuri conſonum; vt videlicet præferatur in præſentatione non habens beneficium habenti, *Lambert. de Iurepatr. lib. 2. fol. mihi 225. Rocch. ad tract. in verbo honorificum num. 46.* non autem quod impoſterum aliud beneficium obtinere non poſſit, ſi ſibi canonicè conferatur, cum conditio non dicat, quod inſimul aliud beneficium habere non poſſit: Vnde ad ſuprà allegata legaliter eſt interpretanda.

Demùm qualitas iſta non habetur niſi ex vnica enunciatiua, quæ non ſufficit, licet antiqua Rota coram Buratt. deciſ. 178. nu. 13. præſertim quando, vt hic principaliter de ea dubitatur. Rota coram eodem deciſ. 75. nu. 20 & in Parmen. Status 26. Martij 1618. coram Card. Sacrato.

Reliquæ leges fundationis ſimiles poſſunt ad prædicta facilè reduci.

SVMMARIVM:

Beneficia ſimplicia ex generali conſuetudine reſidentiam non requirunt, 1.
Reſidentiam requirunt omnia beneficia ſimplicibus exceptis, 2.
Formula diſpenſationis de non reſidendo, 3.
Reſidendi, & non reſidendi cauſæ, quæ ſint, 4.
Diſpenſatio de non reſidendo, non eſt propriè diſpenſatio, ſed indultum, 5.
Vacatio non inducitur ob non reſidentiam ipſo iure, ſed non reſidens debet primo moneri, deinde per ſententiam priuari, 6.
Abſentes quas diſtributiones amittant, 7.
Diſtributiones, quæ veniant in diſpenſatione de non reſidendo, 8.
Diſtributiones propriæ, & impropriæ quæ ſint, 9.
Diſtributiones minimæ lucrantur ab inſeruientibus tantum, 10.
Parochialem, & Canonicatum obtinens, quas diſtributiones amittat, ſi horis non interſit, 11.
Diſpenſatione de non reſidendo minuitur tertia pars diſtributionem, ſi omnes fructus ſint diſtributiones, 12.
Capitulum an, & quando poſſit deferri diſtributiones abſentis remiſſiuè, 13.

§. IV.

De diſpenſatione de non reſidendo.

HAec diſpenſatio neceſſaria non eſt in beneficijs ſimplicibus, quæ ex vniuerſi orbis conſue-
1 tudine reſidentiam non requirunt, *Imol. in c. fin.
de Cler. non reſiden. Mandoſ. ad reg. 1. Canc. quæſt. 13.
num. 5. Rebuff. in prax. tit. diſpenſatio de non reſidendo,*

do, num. 8. *Gonzal gloſ.* 5. *num.* 80. vbi affert declarationem Interpretum Concilij.

Beneficijs ſimplicibus, exceptis omnia reliqua reſidentiam requirunt, non ſolum Parochiales, aut.
2 dignitates, & Canonicatus, ſed portiones, & manſionariæ, & reliqua, quæ habent ſeruitiū in choro, iux. Concil. Trid. Interpręturm mentē, de qua apud *Garz. par. 3. cap. 2. n. 475.* ideò corrigendus *Mādoſ. in ſig. grat. tit. Diſpenſatio de non reſiden. verſ. diſpēſatio igitur*, vbi dicit hodie diſpēſationem de non reſidendo neceſſariam non eſſe niſi in dignitatibus, & Parochialibus, & omnino miror, quod dicit eodem tit. verſ. *Canonicatus*, ex conſuetudine videlicet, quod Canonicatus ex conſuetudine generali, totius Italiæ reſidentiam non requirunt, & magis miror, quod ſubdit hāc conſuetudinem à iure cōprobari in c. 1. iuncta *gloſ in verbo niſi vnicum, de conſuetud. in 6.* quia *d. c. & gloſ.* omnino expreſſis verbis ſtatuit contrarium, omni conſuetudini, quo ad hoc derogando, ſed quandoque bonus dormitat Homerus, Ponamus more noſtro formulam huiuſce diſpoſitionis.

„ BEatiſſime Pater, Cum deuotus S.V. Orator Marcus Antonius Floridus Præsbyter perpetuus beneficiatus manſionarius nuncupatus in ſęculari, & Collegiata Eccleſia SS. Chriſtophori terræ eiuſdem S. Conſtantij Fanen. Diœceſis, qui ob inimicitias ex cauſa homicidij in quendam Clericum illarū partium pro neceſſaria ſui defenſione commiſſi, à quo tamen abſolutus, & à Sac. Congregatione Concilij pręuia ſententia Ordinarij vicinioris reintegratus fuit extortas: perpetuo beneficio manſionaria nuncupato in dicta Eccleſia huiuſmodi, quod obtinet, & perſonalem reſidentiā requirit, ac ad cuius titulum ad omnes etiā ſacros, & Presbyteratus Ordines alias ritè, & rectè ſe promoueri fecit, perſonaliter deſeruire non poteſt: ſupplicat igitur humiliter S.V. dict. Orator, qui in Romana Curia præſens exiſtit, quatenus, &c. vt quamuis manſionariæ huiuſmodi perſonaliter nō deſeruiat, nec in d. Eccleſia præſens exiſtat omnes, & ſingulos fructus redditus prouentus, ac diſtributiones quotidianas einſdē manſionariæ, quæ ad 24. duc. auri de Camera annuatim aſcendunt, prout illos, & illas perciperet, & lucrari poſſet, ſi in prædicta Eccleſia d. manſionariæ perſonaliter deſeruien. reſideret percipere, exigere, & lucrari, ac in ſuos vſus, & vtilitatem conuertere liberè, & licitè poſſit, & valeat, ac ad reſiden. interim perſonaliter in eadem Eccleſia minimè teneatur, nec ad id à quoquam quauis auctoritate inuitus cogi, aut compelli queat cōcedere, & indulgere, licentiamq; deſuper impartiri, ac interea ob non reſiden. Oratoris manſionariam prędictam minimè vacare, nec Oratorem illa priuari, minuſue illius fructus &c. in toto, vel parte ſpoliari, neque aliàs deſuper quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari nullatenus poſſe irritſq; &c. decernere dignemini de gratia ſpeciali non obſtan. præmiſſis ac Cōſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non d. Eccleſiæ etiā iuramento &c. roborat. ſtatut. &c. priuilegij quoq; indultis, & litteris apoſtolicis eidem Eccleſiæ, illiuſq; præſuli Capitulo, Canonicis, & quibuſuis aliis ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſcumq; ten. & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, quibus omnibus de illis, &c. latiſſime hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogare placeat, cęteriſq; contrarijs quibuſcumque cum clauſulis opportunis.

Hæc ſupplicatio nō fuit ſignata per Datariam, ſed reiecta cū reſcripto, non dantur ſimiles licentię ex ſimili cauſa; videamus an rectè, & quibus de cauſis tandē concedātur, quia reſcriptū non negat abſolutè dari ſimiles licētias, ſed ex tali cauſa, quę tamen vir. congrua, nemo enim tenetur conijcere ſe in manus inimicorū cum vitę diſcrimine, & proptereà ſi vlla cauſa datur iuſta nō reſidēdi, videtur iſtā eſſe iuſtā, quia eſt neceſſaria, & nihil magis iuſtum, quā quod eſt neceſſariū: neq; opponatur neceſſitatem pręceſſiſſe ex cauſa illicita, nēpe ex homicidio, & prorſus indecēs eſſe, vt quis ex delicto conſequatur cōmodū, vt conſequeretur hic diſpēſatus, qui ſi homicidiū non cōmiſiſſet, non habuiſſet causā diſpenſandi, & teneretur ad reſidētiam, vbi poſt cōmiſſum homicidiū à reſidētia liber eſſet
3 cōtra diſpoſit. *c. tua de cler. non reſid.* ſed reſpōdetur delictū hoc caſu non afferre cōmodum delinquēti per ſe, ſed per accidens, nō .n. diſpenſatur à reſidētia propter homicidiū, ſed propter inimicitias ex homicidio ortas, adeovt ſi nullæ eſſent ortę inimicitię, nulla ſimiliter eſſet opus diſpenſatione de non reſidendo, ꝙ aūt per accidens eſt, non debet attendi, quę eo magis procedunt, quia diſpenſatus fuit ordinatus ad titulum huius beneficij, vnde ſi manſionaria de qua agimus, nō habet fructus certos præter diſtributiones, omninò debēt aſſignari abſolute, vt ex ijs viuere poſſit ad ea, quæ diximus ad c. 2. vel ſi manſionaria habeat fructus certos, & ſimiliter ēt diſtributiones, ſed fructus certi nō ſunt
4 ſufficientes ad congruā ſuſtentationem, idem ſtatuendū erit, ſi verò habeat fructus certos ſufficiētes, tunc exiſtimabo ei non deberi diſtributiones, quæ non dantur niſi intereſſentibus, & homicidiū quantumuis ad ſui defenſionem commiſſum homicidium, tamen eſt, & ſibi imputet, vel malo caſui homicida, quod illud commiſerit, & aliquid propter exceſſum huiuſmodi patiatur.

Videamus modo, quæ poſſint dici iuſtæ cauſæ non reſidendi, de quibus in *c. inter de cler. non reſid.*, quia cauſæ huiuſmodi iuſtæ in iure, non exprimūtur, niſi cauſa ſtudij, & cauſa infirmitatis, *c. ad audientiā, eod. tit.* cū tamē *c. fin. eod. tit. d. c. tua eod. tit.* alias inſinuat poſſe adduci rationabiles excuſationes nō reſidendi, & indicant Interpretes Conc. ad c. 12. ſeſ. 24. in vna Vercellen. relata per *Leon. in theſ. for. Eccl. p. 3. c. 23. in fi.* Verū quia hæ cauſę poſſunt eſſe plures, & in iure, vt dixi, non exprimūtur rationabilitas illa remittenda videtur arbitrio illius, ad quē ſpectat cōcedere, ſiue diſpenſare ſuper nō reſidentia, *d. c. inter*, quāuis *Graſ. dec. aur. c. 97. n. 57. & ſeqq. p. 1 lib. 2. & c. 15. n. 6. & 7. par. 2. lib 3.* plures conetur enumerare cauſas, quæ excuſant à reſidentia, quæ dicta per *Graſ.* non faciunt ad noſtrum propoſitum, quia cauſæ per ipſum allatæ plane excuſant à reſidentia abſque diſpenſatione: Nos verò quærimus cauſas, quæ poſſint inducere Papam ad diſpenſandum.

Bb 2 Diſpen-

5 Diſpenſatio autem ad non reſidendum non vi-
detur propriè diſpenſatio, quæ de ſui natura per-
petua eſt, ſed potius indultũ ſiue licentia, vt ſonãt
verba ſupplicationis, in qua duo petuntur, vnum,
quod diſpenſatus lucretur diſtributiones, & faciat
fructus ſuos, alterum, quod propter non reſiden-
tiam, non inducatur vacatio beneficij, quæ non
6 inducitur ipſo iure, ſed requiritur monitio, & pri-
uatio, *c. ex tua, de cler. non reſiden.* & ibi *Abb. n.* 10.

Quo verò ad fructus, & diſtributiones ſciẽdum,
quod abſentibus ex iuſta cauſa debentur fructus,
non tamen diſtributiones, quæ non ſolent dari, niſi
intereſſentibus, exceptis tribus cauſis, de quibus
7 in *c. vnic. de cleric. non reſiden.* videlicet propter in-
firmitatem, rationabilem corporalem, neceſſita-
tem, & Eccleſiæ vtilitatem: vnde ſi non dantur
præſentibus ſi non interſint, multo minus poterũt
eas lucrari abſentes, & diſpenſatio non habilitat
ad ea, quæ directè cadunt in præiudicium tertij, &
de iure diſtributiones quotidianæ accreſcunt reli-
quis reſidentibus, *Gloſ. in Clem. 2. verbo ſuſpenſus, de
vit. & honeſtat. Cler.* & in *Clem. vt is, verbo dimidia,
de ætat. & qualit. ordin.*, & eſt communis ſententia,
vt per *Couar. var. reſol, lib. 3. c.* 13. *n.* 2. quia antiqui-
tus diſtributiones iſtæ, non dabantur in pecunia
numerata, ſed in eſculẽtis, vt notatur in *d. c. vnico*;
abſentes autem non poterant venire comeſtũ in
loco reſidentiæ, & Papa cõcedendo abſenti diſtri-
butiones, non intelligit de his diſtributionibus de-
bitis ſolummodo intereſſentibus, vt mox videbi-
8 mus; vt aũt diſtinguamus naturam diſtributionũ,
& probe intelligatur quid veniat in diſpenſatione
non reſidendi cum lucro diſtributionum, afferẽdæ
ſunt aliquæ Interpretum Concil. declarationes;
Prima ſit vna Tiraſonen., in qua Canonici, & Præ-
bẽdati Eccleſiæ Cathedralis Tiraſonen. ab imme-
morabili tempore, etiam ex eiuſdem Eccleſiæ ſta-
tutis antiquis, ſoliti ſunt in eadem Eccleſia ſuam
reſidentiam facere hoc modo, quod quilibet ſi fe-
cerit in Eccleſia, vel Ciuitate per ſex menſes, &
vnum diem reſidentiam cõtinuam, vel interpolla-
tam, lucratur groſſam, attamen ſi defecerit a d. re-
ſidentia in vno ſolo die ad d. reſidentia ſex men-
ſium, & vnius diei, non lucratur totam integram
groſſam totius anni, ſed tantum lucratur pro rata
temporis reſidentiæ, quam fecit, videlicet ſi reſi-
det, & eſt præſens tantum per quinq; menſes, & vi-
ginti ſeptem dies, lucratur tantum fructus groſſæ
pro rata illorum quinq; mẽſium, & viginti ſeptem
dierum, & amittit reliquos fructus ratæ ſex men-
ſium, & trium dierum, & ſimiliter ſi fuerit abſens
per ſeptem, & plures mẽſes eiuſdem anni, amittit
fructus pro illis ſeptem, vel pluribus mẽſibus, ſed
tamen ad lucrandum victuarium quod importat
tertiã partem Canonicatus, & præbendæ, quilibet
debet facere reſidentiã ſex menſium, & vnius diei
quolibet anno continuam, vel interpollatam, & ſi
in vno die defecerit, amittit integrum victuarium,
quod quidem non poteſt lucrari pro rata tẽporis,
prout lucrari põt groſſa præbendæ. Inſuper quiſq;
ex Canonicis poteſt abeſſe ab Eccleſia per vnum
menſem, & portionarij per 20. dies & dimidij por-
tionarij per 10. dies, abſq; eo quod amittat aliquid
de groſſa, nec de diſtributionibus quotidianis, præ-
tereà quilibet ex prædictis poteſt abeſſe ab Eccle-
ſia quolibet anno per alios duos menſes, abſq; eo
quod amittat aliquid de d. groſſa, niſi tantũ diſtri-
butiones, & ſeruitia, ac pitãtias, quæ ſingulis horis
pro diſtributionibus intereſſẽtibus sũt, quæ paulo
plus, vel minus aſcendunt ad tertiã partem prouẽ-
tuum cuiuslibet præbendæ; ſi verò aliquis poſt reſi-
dentiã ab eo factam ſex menſium, & vnius diei, in
quibus lucratur groſſã, & victuariũ modo prædi-
cto, in reliquis ſex menſibus anni præter tres præd.
menſes abſentiæ, in quibus nõ amittit groſſã, vel
victuarium, abſens fuerit per reliquos tres menſes
anni, aut aliquã illorum partem amittit, vltra præ-
fatas diſtributiones, & ſeruitia vnum ſolidum pro
quolibet die illorum trium menſium, quo abſens
fuerit, qui ſolidus deducitur ex ſua præbenda.

Præmiſſis ſic ſtantibus ſupplicatũ fuit Cardina-
libus Concilij Interpretibus quatenus dignarẽtur
declarare ſtãtibus decretis Sac. Concil. Trid. circa
reſidentiã præſertim c. 12. ſeſſ. 24. quo ſtatuitur nõ
licere vltra tres mẽſes abeſſe, teneantur præd. Ca-
nonici, & præbendati, aliter quã ſupra expoſitum
eſt ſuam reſidentiam facere, ne priuari poſſint di-
midia parte fructuum, an ſufficiat prædictus mo-
dus reſidendi, cui petitioni reſponderunt Inter-
pretes, vt infra videlicet.

„ Reuerendiſs. D. vti frater vidit S Congr. Card.
„ Conc. Trid. Interpt., & diligenter cõſiderauit, quæ
„ in libello his litteris adiuncto de iſtis diſtributio-
„ nibus quotidianis, victuario, & Canonicorum ab-
„ ſentia cõtinentur, cenſuitq; ad amplitudinem tuã
„ reſcribendum diſtributiones illas, quæ in pecunia
„ numerata per totũ annum æqualiter reſidentibus,
„ & intereſſentibus pro ſingulis diebus, & horis di-
„ ſtribuuntur, habendas eſſe pro veris diſtributioni-
„ bus quotidianis, de quibus loquitur *c. vnic. de cler.
„ non reſiden. in* 6. & Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. *§. Diſtri-
„ butiones*, ita vt hoc genus diſtributionum quotidia-
„ narum lucrari non poſſint abſentes, etiam ex qua-
„ uis cauſa, exceptis tribus illis in *d. c. vnic.* expreſſis,
„ nec debeantur etiã abſentibus per vnum menſem,
„ non obſtãte quauis conſuetudine immemorabili;
„ Victuarium aũt, quod dicitur abſorbere tertiam
„ partem fructuum Canonicatuum, habẽdum loco
„ fructuũ præbendæ, & inter præsẽtes eſſe diuidẽdũ,
„ ita tamen, vt illud abſentes de licẽtia, & legitima
„ cauſa pro rata tẽporis valeant habere, nec auferri
„ debere his, qui recreationis cauſa tribus mẽſibus
„ permiſſis abſunt, idemq; dicendũ de maſſa groſſa.
„ Præterea cenſuit decretum Concilij prædicti c. 12.
„ *verſ. alioquin*, primo anno dimidia parte fructũ ha-
„ bere locum etiam in Eccleſia Tiraſonen., & tam
„ quoad diſtributiones quotidianas, quã quo ad ve-
„ ſtuariam, & maſſam groſſã: Vnde primo anno nõ
„ ſolum qui abſunt vltra tempus permiſſũ amittunt
„ diſtributiones quotidianas, quæ alijs deſeruienti-
„ bus accreſcunt, ſed priuabuntur ẽt dimidia parte
„ veſtuarij, & maſſæ groſſæ, quæ loco fructuum præ-
„ bendæ haberi dictũ eſt. Secundò aũt anno priua-
„ buntur integris illis diſtributionibus, quas deſer-
„ uiendo lucrati fuerint, ſiue veræ diſtributiones quo-
„ tidianæ exiſtant, ſiuè loco fructuũ groſſæ habean-
„ tur. Quare cũ amplitudo tua habeat de his rebus
„ Congreg. ſententiam, ſe ad illã cõformare debebit.

Verum

Verum, quia hodie in Italia præſertim omnes fructus Canonicatuum conſiſtunt in diſtributioni-
9 bus quotidianis, ideo in diſpenſatione de non reſidendo ex cauſa ſtudij cum conceſſione fructuum, & diſtributionum, deducitur illa pars, quæ datur non ſolum præſentibus, ſed etiam intereſſentibus, quæ ſola meretur nomen diſtributionum, cum detur ſingulis horis, alia vero, quæ diſtribuitur inter præſentes in fine menſis, vel alterius temporis, & dicitur *groſſa*, diſtributio impropriè appellatur, nam ſubintrat in locum præbendæ, *Moneta de diſtribut. quotid. par. 1. quæſt. 9 num. 35. & 39.*, nam minutæ illæ, quæ dantur intereſſentibus, & inſeruientibus, non lucrantur à præſentibus, immò nec
10 quidem ab intereſſentibus tempore horarum, niſi inſeruiant, vt ex ſequenti declaratione ad cap. 12. ſeſſ. 24. mihi num. 98. An Canonici, vel alij Officiales Chori habentes in Cathedralibus, vel Collegiatis Capellanias in titulum, vel vt mercenarij eo tempore, quo in dictis Capellanijs celebrant, diſtributiones recipere debeãt, licet abſint à Choro, & quid deuotionis cauſa, vel à Superiore Eccleſia iniungatur eis, vt eo tempore celebrentur; Sanctiſs. D. N. etiam ex ſententia Congregationis declarauit non poſſe, niſi quando iuſſi eſſent a ſuo Superiore, quem tamen moneri voluit, vt ab huiuſmodi iuſſu abſtineat; & rurſus alia declaratio: Qui tempore quo cantatur vna hora in Choro, Miſſam celebrat ex deuotione, vel obligatione, nõ dicitur interfuiſſe illi horæ, nec illius diſtributiones percipere poteſt, ſi verò iuſſus fuerit à Superiore, vt celebraret, tunc perciperet, ſuperior tamen debet cauere à ſimili iuſſione.

11 Quæ declarationes nõ videntur percutere caſum de quo §. præcedenti n. 53. vbi eadem perſona obtinebat in eadem Eccleſia Canonicatum, & Vicariam, cui deſeruire volebat tempore horarũ, quia ſeruitium illud conſiſtebat in cura animarum, quod reliquis præſtat, vt ſupra vidimus, & explicitè hoc videtur ſentire ſequens declaratio; inſeruientes Eccleſijs ſuis Parochialibus, & habentes beneficia in Eccleſijs Cathedralibus, vel aliis ſeruitoria, quę reſidentiam requirunt, quorum omnes fructus conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis, poſſunt omnes percipere, ſi modo nullæ præbendæ diſtinctæ fuerint, & omnes de communi percipiant, nec detur aliquid eis, qui diuinis horis nõ interſint, & quando ſaluo debito ſeruitio parochialium. poterunt etiam inſeruire Cathedrali, tunc non poſſunt percipere, niſi quatenus inſeruiant, viden. *Monet. de diſtrib. quotid. p. 2. q. 11. n. 69.*

Si vero Indultum huiuſmodi de lucrando fructus in abſentia detur in Eccleſia, vbi nulla adeſt maſſa groſſa, ſed ſimpliciter diſtributiones ſingulis horis dari ſolitæ; & abſenti nihil deperit niſi punctatio, quæ vt vidimus intereſſentibus accreſcit, tunc minuitur lucrũ diſtributionum in tertia,
12 vel ſimili parte, vt aliqua differẽtia ſtatuatur inter verè præsẽtes, & præſentes ex fictione priuilegij.

Cæterum non eſt inſtituti mei tranſcribere, quę aliis dixerunt de materia diſtributionum, præſertim, an, & quando Capitulũ poſſit illas concedere abſenti, qui ea volet, videat *Garz. p. 3. c. 2. n. 343. & plurib. ſeqq.* & *Monetam locis allegatis.*

SVMMARIVM.

Medicina, & chirurgia Clericis interdicta 1.
Medicus, vel Chirurgus quando efficiatur irregularis, ſi ſequatur mors ægroti, 2.
Formula diſpenſationis pro exercitio medicinæ, 3.
Medicus non ſeruans regulas artis, eſt homicida voluntarius, & non diſpenſatur, 4.
Regularis diſpenſatus ad beneficium curatum, non cenſetur diſpenſatus ad ſimplex, 5.
Diſpenſatus ad beneficia non cenſetur diſpenſatus ad penſiones, 6.
Medicina ſimpliciter eſt interdicta Clericis, 7.
Iudex criminalis difficile diſpenſatur ad Ordines, 8.

§. V.

De diſpenſatione pro eo, qui artem Medicinæ, ſiue Chirurgiæ exercuit, ſiue in criminalibus iudicauit.

1 EXercitium artis Medicinæ, & Chirurgiæ Clericis interdictum eſt cum inciſione, vel aduſtione, *c. ſententiam ſanguinis, ne cler. vel monach.*, non tamen omnis medicina efficit quem irregularem ante ordines ſuſceptos exercita, quia multa ſunt clericis prohibita, quæ irregularitatem nõ cauſant, puta negotiatio, venatio, & ſimilia, & in ſpecie, quod clericus conſtitutus in minoribus, chirurgiam exercens, & ex aliqua inciſione abſq;
2 eius culpa ægrotus pereat non fit irregularis tenet *Card. in cap. tua nos, Marian. Soccin. in c. ad audientiam num. 31. de homicid.* latè *Leon. in theſaur. fori Eccleſiaſt. par. 2. cap. 40. num* 48. & 49. tutius tamen eſt adire Sedem Apoſtolicam, quia difficile eſt iudicare, vtrum in curatione adfuit aliqua Medici culpa, ponamus formulam.

3 „ BEatiſſime Pater, Cum deuotus S. V. Orator „ Coradinus Careſatto Clericus, ſeu ſcholaris Mediolanen ex feruore deuotionis, &c. Sed „ quia chirurgiæ, & medicinæ artem exercuit, ſeruatis tamen eiuſdem artis regulis, deſiderium ſuũ „ in hac parte adimplere non poteſt abſque Sedis „ Apoſtolicæ diſpenſat. Supplicat humiliter S. V. d. „ Orator quatenus eum ſpecialibus, &c. Clericali „ charactere quatenus illo nondum inſignitus ſit, „ inſigniri, ac ad omnes ſacros etiam presbyteratus „ ordines promoueri, & promotus in illis etiam Altaris miniſterio miniſtrare, necnon quecumq; &c. „ retinere, nec non quacumq; penſiones annuas ſuper ſimilium beneficiorum Eccleſiaſticorum fructibus, ac etiam diſtributionibus quotidianis, ſi „ ſibi aliàs canonicè reſeruentur percipere, &c. diſpenſate dignemini de gratia ſpeciali non obſtan. „ Et cum abſolutè &c. & committatur Ordinario, „ & dummodo Orator ab exercitio artis huius omnino abſtinear, eiq; vitæ, ac morum probitas, & „ idoneitas, & virtutum merita Oratori aliàs ſuffragentur, nec aliud Canonicum ei obſiſtat, &c.

Seruatis tamen eiuſdem artis regulæ, &c. hæc reſtrictiua appoſita eſt per Datariam, quia ſi regulas artis, vel neſciuiſſet, vel ſciens non adhibuiſſet, tũc
4 cõmiſiſſet homicidium voluntariũ, *Tolet. Inſtruct.*

Sacerd. lib. 5. cap. 7. verſ. 4. ſi Medicus, & non eſſet diſpenſandus, immò poſſet puniri pœna vltimi ſupplicij, Rip. in tract. de peſte, tit. de remed. ad curandū peſtem, n. 66. Gomez. var. reſol. tom. 3. c. 3. n. 16, & propterea additur reſtrictiua, quam fideliter, & abſq; dolo exercuit; & quod per huiuſmodi gratiā ſuper homicidio, ſi quod per ipſum in exercitio huiuſmodi artis cōmiſſum fuerit, diſpenſatus nō intelligatur.

Penſiones annuas ſuper ſimilium beneficiorum fructibus, &c. diſpenſatus ad beneficium, nō cenſetur diſpēſatus ad penſionē, quia diſpenſatio eſt odioſa, & non extendenda, *Rebuff. in prax. tit. de diſpenſ. ſuper defectu natal. n. 49.* quāuis dubitet de hac concluſione, & alibi de ea promittat ſe dicturum, ſed neſcimi inuenire locū, ſanè, quod concluſio ſit vera ſatis oſtendimus, cum ageremus de diſpenſatione
5 ſuper defectu natalium, videlicet *c. 16. q. 26,* & in ſimili facit, quod regularis diſpenſatus ad curatū, non cenſetur diſpenſatus ad ſimplex, quia in iſtis odioſis non procedit regula, quod cōceſſio eo quod eſt plus, cenſeatur conceſſum quod eſt minus, *Mādoſ. de ſignat. grat. tit. diſpenſatio Monach. per obtinen. beneſ.* dicitur autem ſuper ſimilium, quia ſuper diſſimilium beneficiorū fructibus præter ibi expreſſorum obtinere penſiones non poſſet, *cap. quia nonnulli de Cleric. non reſid. vbi Abb. gloſs. in cap. fin. de Iurepatron.*

Ab exercitio artis huiuſmodi omnino abſtineat &c. videlicet ab inciſione, & aduſtione, nam alias cle-
6 ricis etiam in ſacris cōſtitutis medicinæ artis peritis, licitum eſt medicare *Leon in theſ. for. Eccleſiaſt. par. 3. c. 40. n. 48.* tamē, quia ars medicinæ quādoq; vtitur inciſione, & aduſtione, & Medicus artis regulis ſemper vti tenetur, ideò ſimpliciter Clericis eſt interdicta, *Angel. in ſumma verbo medicus n. 11.* indulgetur aūt aliquando clericis medicinæ artis peritis eam exercere, quemadmodum Aduocatis cauſis adeſſe, ſed cū clauſula dummodo nihil percipiant, & additur quandoq; etiam à ſponte dantibus, vt infra videbimus, cum de indultis agemus; indultum autem huiuſmodi eſt peſſimi exempli, quia nihil indecentius, quam clericum in ſacris conſtitutum Tribunalia anhelantem circumire; aut ægrotorum ſtercora inſpicere, adde, quod vix vnquam tuti ſunt in conſcientia propter lucrum, quod percipiunt, vt ſuo loco infra fuſius dicemus.

Eodem modo, quo diſpenſatur cum eo, qui exercuit medicinam, ſiue chirurgiam, diſpenſatur cum eo, qui iudicauerit in criminalibus, ſed difficilius, & aliquando cum clauſula, dummodo non tulerit ſententiam vltimi ſupplicij, & à ſimilibus in poſterum abſtineat; ſi petit rehabilitari ad beneficia, ſi de tempore iudicij erat clericus, committitur diſpenſatio cum abſolutione ab exceſſu, ſi autem erat laicus, datur diſpenſatio gratioſa, quia non exceſſit, ſed bene effectus eſt irregularis, niſi forſan diſpenſatione non obtenta effectus eſſet clericus, quia tunc committitur diſpenſatio, quod poſſit vti ſuſceptis cum abſolutione ab exceſſu, & dummodo iuſtitia mediante, nam ſi ſententiæ iniuſtæ fuerunt, Iudex fuit homicida voluntarius, *Tolet. Inſtruct. Sacerd. lib. 5. cap. 6. nu. 23.*

SVMMARIVM.

Infamiæ cauſæ, quot, & quæ ſint remiſſiuè, 1.
Formulæ diſpenſationis propter infamiam, 2.
Triremium condemnatio eſt infamia ſuper qua incurritur irregularitas, quæ regulariter non diſpenſatur, 3.
Rigoris exceſſus in ſententia præbet iuſtam diſpenſandi cauſam, 4.
Irregular. ex infamia ſolo iure humano eſt introducta, 5.
Furti irregularitas poteſt tolli per Epiſcopum, 6. & quando non, 7.
Triremibus Religioſi, & Sacerdotes damnari non debent, 8.
Ergaſtulum ab Vrbano VIII. loco triremium introductum, 10.
Occulto ſuper crimine, facilius diſpenſatur, 11.
Curiam Romanam accedentes facilius obtinent diſpenſationes, 12.
Promoueri ad Ordines ſacros malè poteſt quis multipliciter, 13.
Cathedralis, & Metropolitæ Eccleſia, debent neceſſariò exprimi vti notabiles, 14.
Cathedralis, & metropolitæ nomine, an veniat Patriarchalis, 15.
Penſionis transferendæ facultas ſuper fructibus Cathedralis, & Metropolitanæ compræhendit etiam Patriarchalem, 16.
Alius, pronomen non ſemper eſt implicatiuum ſimilium, 17.
Infamiam facti non poteſt tollere Papa, 18.
Reſtitutus beneficio Principis, quomodo ponatur in ſtatu in quo erat ante condemnationem, 19.
Penſio non vacat per condemnationem ad triremes, etiā ad vitam condemnati, 20.
Infamiam tollere, non eſt diſpenſare, 21.
Collatio Canonica quid importet, 22.
Collationis vocabulum, an omnem prouiſionis modum compræhendat, 23.
Derogatio Statutorum debet eſſe expreſſa, quæ importatur per clauſulam expreſſè derogamus, 24.
Derogatio, & abrogatio in quo differant, 25.

§. VI.

De diſpenſatione propter infamiam.

PLures ſunt cauſæ, quæ reddunt verum infamem, ex qua infamia oritur irregularitas, vt Ordines ſacros ſuſcipere non poſſit, vel ſuſceptis vti, quæ
1 enumerantur per *Maiol. de irregular. lib. 3. cap. 1.* nos more noſtro vnicum ponemus exemplum.

BEatiſſime Pater, aliàs poſtquā deuotus S. V. Orator Petrus Mura Clericus Calatitan. Diœceſis in ſacro Diaconat. Ordine conſtitutus, ante tamen illius ad ſacrum Subdiaconatus ordinem promotionem de anno Domini, videlicet 1622. ſuper quodam furto valoris 40. ducat. monetæ illarum partium per eum, vt prætendebatur, cum duobus alijs eius ſocijs commiſſo, inquiſitus, & proceſſatus, ac ad triremes ad quinquennium condemnatus, & tranſmiſſus, deindeque infra quindecim dies inde liberatus, & patriæ reſtitutus fuerat, ipſe nullam ſe propterea irregularitatem incurriſſe credens, conſulto deſuper Iuriſperito à ſuo proprio Ordinatio Calatitan. ad dict.

Sacros

,, Sacros Ordines ſe promoueri fecit. Cum autem
,, Pater S. huiuſmodi prætenſum furtum in loco ab
,, eiuſdem Oratoris patria itinere quatuor dierum
,, diſtante commiſſum, illudque reſtitutum fuerit,
,, ac in d. eius patria omnino occultum ſit, dictuſq;
,, Orator nihilominus iudicato paruerit de præmiſ-
,, ſis vero plurimum doluerit, & doleat ad præſens;
,, ſupplicat igitur humiliter S. V. d. Orator, qui
,, pro abſolutione deſuper à S. V. obtinenda, ac diſ-
,, penſatione opportuna reportanda ad Rom. Cur.
,, perſonaliter acceſſit, ac in ea præſens exiſtit, qua-
,, tenus eius ſtatui, & conſcientiæ quieti hac in par-
,, te fauorabiliter conſulen, eumq; Oratorem à ma-
,, la promotione huiuſmodi, ac à quibuſuis, &c.
,, quas propter præmiſſa quomodolibet incurrit in
,, vtroque foro abſoluere, & totaliter liberare di-
,, ctaſque pœnas ſibi gratioſè remittere, & condo-
,, nare, ac ſecum ſuper quacumque irregularitate,
,, per eum ex præmiſſis quomodolibet contracta,
,, quodq; illa, & eiſdem præmiſſis non obſtan. ſuo
,, clericali caractere, quo alias rite inſignitus fuit, il-
,, liusque priuilegijs, ac omnibus quatuor minori-
,, bus, necnon Sacris Subdiaconatus, & Diaconatus
,, ordinibus prædictis per eum alias rite quoque ſu-
,, ſceptis vti, & ad reliquum, etiam Sacrum Præsby-
,, teratus ordinem promoueri, & promotus in illo,
,, & alijs ordinibus huiuſmodi, etiam in Altaris Mi-
,, niſterio miniſtrare, nec non quæcumque, & qua-
,, liacumque, cum cura, & ſine cura beneficia Eccle-
,, ſiaſtica, etiam ſi Canonicatus, & præben. dignita-
,, tes etiam maiores, & principales perſonatus ad-
,, miniſtrationes, & officia, etiam curata, & electi-
,, ua in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, aut
,, Collegiatis, ſeu alijs Eccleſijs conſiſten., etiam ſi
,, Parochiales Eccleſiæ fuerint, vel earum perpetuæ
,, Vicariæ, ſi ſibi alias Canonicè conferantur, aut ip-
,, ſe eligatur, præſentetur, aut aſſumatur ad illa, etiã
,, inſtituatur in illis recipere, & quoad vixerit, reti-
,, nere liberè, & licitè valeat diſpenſare, ac omnem
,, inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſiue notam, cõ-
,, tra eum ex præmiſſis quomodolibet inſurgentem
,, ab eo penitus, & omnino tollere, & abolere, eũq;
,, in priſtinum, & illum, in quo erat ante præmiſſa
,, quomodolibet ſtatum reſtituere, reponere, & ple-
,, narie reintegrare dignemini de gratia ſpeciali. Nõ
,, obſtan. præmiſſis, ac quibusvis Conſtitutionibus,
,, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiarũ
,, in quibus beneficia huiuſmodi fuerint etiam iura-
,, mento, &c. roboratis ſtatutis, priuilegijs quoq;
,, indultis, & litteris Apoſtolicis illis, &c. conceſſis,
,, &c. quibus omnibus, &c. latiſſimè hac vice tantũ
,, ſpecialiter, & expreſsè derogare placeat, cæteriſ-
,, que contrarijs, quibuſcumque cum clauſulis op-
,, portunis.

Regulariter Dataria non diſpenſat ſuper hac
infamia, quia à triremibus, ad altare non datur
3 tranſitus, dico Regulariter, nam quando caſus eſt
miſerabilis vidi dari diſpenſationem, ſed antea pe-
titur atteſtatio ab Ordinario, quod Orator ad me-
liorem frugem conuerſus ſit, miſerabilis autem, ſi-
ue rationabilis cauſa diſpenſandi videtur eſſe iſta
de quo agimus, quia Iudex in rigore exceſſit ter-
minos iuſtitiæ condemnando adoleſcentulum, ex
ſimplici furto primo, & non qualificato ad trire-
4 mes, qui exceſſus rigoris videtur iuſta diſpenſatio-
nis cauſa *Nauarr. in cap. nullum 18. q. 2.* & ratio eſt,
quia irregularitas iſta ſolo iure humano eſt intro-
ducta, vt notat idem *Nauarr. in manuali c. 27. n. 197*
Vnde ſi Iudex in condemnando exceſſerit iuris ri-
gorem, & effectus ſententiæ retractetur non pote-
rit eſſe locus irregularitati iuris, ſed tantum facti,
quæ valdè inter ſe differunt, vt mox videbimus ſal-
tem ad effectum diſpenſationis.
6 *Super quodam furto, &c.* Epiſcopus poteſt tol-
lere infamiam iuris, quæ oritur ex crimine furti,
Tolet. inſtruct. lib. 1. cap. 62. num. 5. quod tamen in-
7 telligendum, niſi deſuper ſit lata ſententia conde-
mnatoria, quia tunc duæ concurrunt infamiæ, vna
facti ex furto, altera iuris ex ſententia: ſi accedet
executio ſententiæ, nempe deductio ad triremes
erit tertia infamia, quæ dicitur Canonica, & ſuper
illa non poteſt diſpenſare Epiſcopus, vt explicat
idem *Nauarr. d. cap 62. in princ. verſ. eſt etiam iuris
infamia, Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 1. nu. 3.* lata au-
tem ſententia non diſpenſatur ad ordines, nec or-
dinato adminiſtrare conceditur, *Specul. in tit. de di-
ſpenſ. §. iuxta verſic. 17.* etiam poſt pœnitentiam
peractam, quia immò ipſa pœnitentia, videlicet
executio ſententiæ aliam infligit, & quidem reli-
quis maiorem infamiam, vnde cum condemnato
ad Triremes diſpenſatur, ſi tamen non remigaue-
rit, ſecus ſi remigauit, quo caſu non vidi diſpenſa-
ri, niſi cum vno ſolo Gallo quodam, qui damnatus
fuerat ad Triremes per Iudices Laicos, & remigã-
uerat, Indecens enim videtur quod brachia, quæ
remum extenderunt, corpus Chriſti Populo oſten-
dant, & propterea Iudices Eccleſiaſtici debent eſ-
ſe valde circumſpecti, antequam Religioſum, ſiue
Præsbyterum ad Triremes damnent, cum hoc ſine
magno populi ſcandalo, & habitus, ac ordinis de-
8 decore contingere non queat, vt notat *Roderic. ex
S. Thoma, Nauarr., & alijs quæſt. reg. tom. 2. quæſt. 25.
art. 1. & 2.* Quòd probè conſiderans Sanctiſſimus
D. N., vt decori ordinis, & religionis prouideat
9 extrui fecit ergaſtulum propè vaticanum, quia
minus indecorum eſt, Religioſum, ſiue Clericum
perpetuo carceri detineri, quam ad remigium etiã
ad tempus damnari.

Conſulto deſuper Iuriſperito, &c. Hoc ipſum vi-
detur præbere iuſtam cauſam diſpenſandi à mala
promotione, quia ſapientis conſilium, ſiue Docto-
10 ris opinio excuſat à pœna regulariter in omni
materia *Bart. in leg. in bonorum in fin. ff. de bon. poſſ.
eſt textus expraſſus in l. regula, §. de Iuris, ff. de Iur.
& fact. ignor.*

In loco ab eiuſdem Oratoris patria diſtante, &c.
11 Hæc etiam cauſa facit ad faciliorem diſpenſatio-
nem *Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 1. circa fin. verſ. illud
vero,* quia crimen dicitur quodammodo occultũ.

Ad Romanam Curiam perſonaliter acceſſit, &c.
hoc etiam ſolet conducere ad facilitandum diſpẽ-
12 ſationem; immò vt videbimus, quando agemus
de diſpenſationibus matrimonialibus diſpenſandi
coguntur quandoque ad curiam accedere, & ab-
ſolutionem coram petere.

A mala promotione huiuſmodi, &c. Non ſolum
quis male promouetur ad ordines Sacros, ſi extra
tempora, aut ſine dimiſſorijs ordines ſuſceperit,
quos

quos duos caſus ſolum recenſet, *Rebuff. in prax. tit.*
de cleric. ad Sacros Ordines male promotis. Sed
13 etiam quando non peccatur in receptione ordi-
num, aut neceſſarijs circumſtantijs, at quando
Canonicum aliquod obſiſtit impedimentum, &
hoc ipſum cauſat aliam irregularitatem, vt dixi-
mus ſupra in princ. huius c. 16.

In Cathedralibus, etiam Metropolitanis, &c.
hæc expreſſio, & diſtinctio, eſt neceſſaria, quia Ec-
cleſiæ Cathedrales, & Metropolitæ ſunt multum
notabiles *Rebuff. in prax. tit. de diſpenſat. rat. ætat.*
verſ. in Cathedralibus. Sed habui caſum de Anno
1627. in vna Romana penſionis, vbi erat conceſſa
facultas transferendi penſionem, ſuper fructibus
menſarum, Abbatialium, Capitularium, Epiſco-
15 palium, & Archiepiſcopalium, & fuit facta tranſ-
latio ſuper fructibus beneficij exiſten. in Eccleſia
Patriarchali S. Petri in Vaticano. Titularis, di-
cebat translationem nullam, eo quod in facultate
non erat expreſſa Patriarchalis, pro negatiua fa-
16 cit cap. omnes diſtinct. 22. vbi quia propter nouā
Romam poterat dubitari, an Sedes Patriarchales
ſubijceretur Sedi Romanæ, eam in ſpecie exprimit
videlicet omnes, ſiue Patriarchæ &c. Secundò fa-
cit *Abb. in c. cum dilectus de conc. præbend.* vbi, quod
diſpenſatus ad Epiſcopatum, non cenſetur diſpen-
ſatus ad Archiepiſcopatum; pro affirmatiua facit
Mandoſ. de ſignat. grat. tit. diſpenſatio ſuper reten. pro-
pter promotionem, vbi teſtatur de cōſuetudine Cu-
riæ Romanæ, & Stylo: nomine Cathedralium ve-
nire etiam Patriarchales, cui facile annuo quia ve-
riſimiliter facultas transferendi voluit concedere
licentiam transferenti, vt transferat omnes pen-
ſiones, vel ex ijs ſibi benenifas ſuper quibuſcumq;
tandem Eccleſijs reſſeruatæ reperiantur, quia non
eſt maior ratio de vna, quam de alia, & hoc bene
notatur per clauſulam, ſeu alijs, nam licet dictio
alius de ſui natura ſit implicatiua ſimilium, tamen
17 quando ponitur poſt gradationem quemadmodū
Epiſcopatus excedit Collegiatam, & Archiepiſco-
patus Cathedralem, & dictio ſuper addita, & alijs
compræhendit aliquid plus, vt notat *Mandoſ. vbi*
ſuprà in fin. alias nihil operaretur.

Eumque in priſtinum, & illum, in quo erat ante
præmiſſa ſtatum reſtituere, &c. tollere, & abolere, &c.
18 hoc intelligitur de infamia Iuris, nam infamiam
facti Papa tollere non poteſt *cap. illi qui 6. quæſt. 1.*
Maiol. d. cap. 1. circa fin. verſ. illud vero, in fin. Tolet.
d. cap. 62. num. 3. verſ. primo Infamia; ſed hoc ſolum
poteſt facere ipſe infamis vt pote, quod per con-
traria facta, & bonam operam, auferat malam o-
pinionem, vel quod per purgationem, purget ſe de
crimine obiecto. Reſtituitur igitur infamis bene-
ficio Principis, ab infamia Iuris abolita ſententia,
cum omnibus inde ſequutis *Peregr. de Iur. fiſc. lib.*
5. tit. 2. num. 54. verſic. in hac Doctorum, Maſtrill. in
Comment. ad indult. cap. 22. nu. 79. & propterea non
20 vacarè penſiones (quicquid ſit de beneficio) per
condemnationem ad Triremes ad vitam conde-
mnati ſæpius reſcripſit ſignatura, & infra latius o-
ſtendemus, quàndo agemus de extinctione penſio-
nis, ratio eſt, quia condemnatus huiuſmodi poteſt
ex gratia Principis reſtitui.

Retinere liberè, & licitè valide diſpenſare, &c.
21 aliud eſt tollere infamiam, & aliud eſt diſpenſa-
re, *Tolet d. cap. 62. num. 3.* & ideo non ſufficit dice-
re, tollere, & abolere, ſed neceſſe eſt ſuperaddere,
diſpenſare, & dicitur licitè, hoc eſt, tàm in foro
contentioſo, quam conſcientiæ, vt ſuprà explica-
uimus *§. 4.*

Canonicè conferantur, vel eligatur, aut præſente-
tur. &c. dicitur Canonicè, nam ſi collatio fiat ir-
22 regulari, ſeu crimínoſo diſpenſatio nihil operatur
cap. audum il ſecundò de elect. in 6. Rebuff. in prax. tit.
de diſp. ratione ætat. verbo ſi tibi aliàs Canonicè con-
23 *ferantur num. 4.* dicitur conferantur, eligatur, vel
præſentetur ad euitandum omnem ambiguitatē,
quia hoc *verbum collatio in cap. cum in illis, §. cum*
autem de præbend. in 6. expreſsè diſtinguit collatio-
nem ab electione, & inſtitutione. In Clem. 5. vt
benef. ſine dim. conſ. verbum collatio ſumitur
generaliter ad quamlibet prouiſionem pro cōcor-
dia *Gonzalez gloſſ 16. nu 12.* dicit verbum collatio
prolatum à lege importare quamcumque proui-
ſionem; prolatum in reſcriptis reſtringi ad pro-
prietatem nominis.

Hac vice tantum, & expreſsè derogare placeat,
&c. derogatio enim tacita non ſufficeret *Mantic.*
24 *de coniect. vlt. vol. lib. 12 tit 8. num. 6.* & dicitur hac
vice, ne intelligatur, ſtatutis, de quibus ibi ſermo
25 perpetuo derogatum, quod tamen potius eſſet
abrogare, & reuocare, quam derogare.

SVMMARIVM.

Prouiſis datur annus ad ſe promouendū, quo elapſo bene-
ficium vacat ipſo iure, 1. Et de quibus beneficijs hoc
intelligatur, 2.
Vacatio ob non promotionem, non inducitur, niſi anno
completo, 3.
Prouiſus de Parochiali, & promotus ante annum, ſed
male vtrum compræhendatur ſub c. licet canon. 4.
Diſpenſatio de non promouendo hodie non datur ſine
cauſa, 5.
Formula diſpenſationis de non promouendo, 6.
Diſpenſatio de non promouendo, etiam cum cauſa difficil-
limè conceditur, 7.
Hoſpitale in dubio præſumitur prophanum, quando Mi-
niſtri ſunt Laici, 8.
Ius patronatus Rectorum Hoſpitalis Laicorum, dici-
tur, 9.
Decretum per Datariam apponi ſolitum in diſpenſatione
ſuper ætate, 10.
Diſpenſationis de non promouendo cauſa, quæ, 11.
Impedimentum rationabile excuſat à non promotio-
ne, 12.
Prouiſio ex vacatione ob non promotionem ſpectata ad
ſolum Papam, 13.
Diſpenſatio de non promouendo non conceditur niſi ad
annum, 14.
Annus conceſſus ad promouendum à quo tempore inci-
piat, 15.
Diſpenſatione de non promouendo pendente onera bene-
ficij debent per ſubſtitutum ſuppleri, 16.

§. VII.

De diſpenſatione de non promouendo.

PRouiſis de beneficio curato, ſeu ordinem ex fũ-
datione adiunctum habente, datur annus ad ſe
promouendum, vel illum ordinem ſuſcipiendum,
& niſi intra annum ordinem requiſitum ſuſcepe-
1 rit, beneficium ipſo iure vacat, & poteſt ab alio
impetrari, *c. licet canon de elect. in 6. Milis in reperi.*
in verbo curatum beneficium obtinens Staphileus de
litteris gratiæ tit. Qui fieri Sacerdos non cogitur, &c.
num. 1. & ſeqq. Rebuff. in prax. tit. de non promotis in-
tra annum &c. nu. 1. & ſeqq plures recenſet *Gonz.*
reg. 8. gloſſ. 15. nu. 47. & c. licet Canon, habet locum,
ne dum in curatis, ſed in alijs beneficijs ordinem
aliquem annexum habentibus, ſiue ſit Subdiaco-
natus, ſiue Diaconatus, idem *Rebuff. d. tit. num. 17.*
& 20 verſ. decimo etiam nihil prodeſſet, Staphileus
tamen vbi ſuprà num. 3. firmat cap. licet canon, non
procedere in Capellanijs requirentibus ordinem
2 Sacerdotij, niſi in fundatione appoſita fuerit pri-
uationis pœna, videlicet eo caſu per non promo-
tionem beneficium, non vacare eo ipſo, ſed requi-
ri, monitionem, idem dicit *Rebuff. d. num.* 17. qui
hoc extendit ad omnia beneficia, quæ non ſint Pa-
rochiales, quia c. licet canon non habeat locum,
niſi in merè Parochialibus, vt numer. 75. & ſeqq.
adeovt ſolus prouiſus de Parochiali, ſiue eius Vi-
caria, quod idem eſt *Rebuff. vbi ſupra num. 4.* com-
præhendatur ſub cap. licet canon ad effectum, vt
elapſo anno, & obtinente non promoto, inducatur
vacatio, eo ipſo abſque monitione, in reliquis prę-
cedere debet monitio, & poſtea priuari.
3 Impetrationi autem huiuſmodi ob non pro-
motionem locus non eſt, niſi anno completo etiã
ſi finis adeo eſſet propè, vt certum ſit obtinentem
promoueri non poſſe *Staph. vbi ſupra num. 7.* & in
eo, qui tenetur ordinem Præsbyteratus ſuſcipere,
non ſufficeret, ſi ante lapſum anni ordinem Dia-
conatus ſuſcepiſſet *Rebuff. vbi ſupra d. nu. 20. verſ.*
decimo etiam.
4 Sed quid ſi prouiſus de Parochiali promouea-
tur intra annum, vt potè ſine dimiſſorijs, vel per
ſaltum, an hoc caſu ſit locus impetrationi ex cap.
licet canon, & videtur quod ſic, quia cum in mala
promotione huiuſmodi adſit fraus, & dolus, non
videtur, quod delinquens poſſit fraudè iuuari: pro
contrario facit, quod cap. licet canon eſt pœnale,
& non extendendum, vndè licèt malè promotus
ab exercitio ordinationis repellatur, cap. ſi qui à
ſimoniacis, & ibi gloſſ. in verbo ſi quia quæſt. 1.
Hoſtien. in ſumma tit. de temp. ord. §. & à quo nu.
6. tamen huiuſmodi promotus, verè promotus eſt,
& habet caracterem impreſſum c. dominus de-
clarauit §. memento 1. quæſt. 1. & ſic beneficium,
hoc caſu non vacabit per non promotionem, ſed
ex capite irregularitatis ad deducta ſupra §. 1. hu-
ius capitis.
5 Diſpenſatio huiuſmodi de non promouendo,
antiquitus concedebatur, indiſtinctè, hodiè non
datur niſi ex rationabili cauſa, vt teſtatur *Mandoſ.*
de ſignat. grat. tit. diſpenſatio de non promouendo, in
princ. formulam huius diſpenſationis tradit *Rebuff.*
tit. de diſpenſ. de non promouendo, ſed ſatis muti-
lam; & non litterarum ſupplicationis, quam nos
tradimus videlicet.
„ BEatiſſime Pater. Aliàs perpetuo ſimplici
„ Sacerdotali tamen beneficio Eccleſiaſtico.
„ in Eccleſia S. Mariæ Curtis Orlandinorum Lucan.
„ Diœceſis, quòd de iurepatronatus Laicorum, vi-
„ delicet Rectorum Hoſpitalis Miſericordię Lucan.
„ ex fundatione, vel dotatione exiſtit, certo tũc ex-
„ preſſo modo vacan. de illo, ſic vacan. deuoto S.V.
„ Oratori Frãciſco Philippo Sbarra, Clerico Lucan.
„ Apoſtolica auctoritate ſub datum, videlicet Anno
„ Incarnationis Dominicæ 1624. 13. Kal. Iunij Pon-
„ tificatus Noſtri Anno primo prouiſum, ſeu proui-
„ deri mandatum, ſecumq; ſuper defectu ætatis le-
„ gitimę, quem tunc patiebatur, provt etiam pati-
„ tur de præſenti dicta auctoritate diſpẽſatum fuit.
„ Cum decreto tamen, quod ipſe Orator, cum pri-
„ mum ad ætatem legitimam, quemcumq; ex Sacris
„ Ordinibus ſuſcipien. perueniſſet proximis inde fu-
„ turis temporibus ordinem ipſum, quem ætas
„ poſtularet, videlicet Subdiaconatus, Diaconatus,
„ & Præsbyteratus Ordines Sacros ſuſcipere omni-
„ no teneretur, alioquin ipſo deficiente in aliquo ex
„ præmiſſis, beneficium huiuſmodi vacaret eo ipſo,
„ provt in litteris Apoſtolicis deſuper expeditis ple-
„ nius continetur; Cum autem Pater Sanctę Orator
„ prędictus, qui de proximo ætatem 22. annorum ad
„ Sacrum Subdiaconatus Ordinem ſuſpicien. requi-
„ ſitam attingit, ob peſtem in illis partibus graſſan-
„ tem, aliàſquè legitimas, & rationabiles cauſas Sa-
„ crorum Ordinũ ſusceptioni, ea, quà decet animi
„ applicatione incumbere non poſſit, proindeq; plu-
„ rimum cupiat ſibi vt infrà, per S.V., & Sedem A-
„ poſtolicam indulgeri, & ſuper non promotione
„ huiuſmodi diſpenſari. Supplicat igitur humiliter
„ S.V Orator prædictus, quatenus in præmiſſis op-
„ portunè prouiden. &c. tempus eidem Oratori ad
„ Sacros Ordines ſuſcipien. dicto decreto præfixũ,
„ cuius finis inſtar ad aliud biennium à fine tempo-
„ ris præfixi huiuſmodi computan., intra quod d.D.
„ Orator ad Sacrum Subdiaconatus ordinem ſe
„ promoueri facere, ac interim onera beneficio hu-
„ iuſmodi incumbentia, quæ ipſe Orator per ipſum
„ ratione defectus ętatis, & non ſuſceptionis ordinũ
„ ſupportare non poterit, per alium Præsbyterum
„ idoneum ab Ordinario approban. ſupportare fa-
„ cere poſſit, ac etiam teneatur Apoſtolica auctori-
„ tate prorogare, & diſpenſare dignemini de gratia
„ ſpeciali non obſtan. &c.
Diſpenſatio huiuſmodi difficillimè conceditur,
& rationabiliter, quia vt inquit *Rebuff. tit. de non*
7 *promotis, &c. num. 2.* beneficium datur propter of-
ficium, & vti ridiculum eſſet conferre beneficium
ſeculare ei, qui illud adminiſtrare, vel nollet, vel
non valeret, ità iniquum conferre beneficium, non
volenti adminiſtrare, ſibi vtilitatem quærere, &
onus in alium reijcere.
8 *Videlicet Rectorum Hoſpitalis Miſericordia,*
&c. Hoſpitale in dubio præſumitur prophanum,
quando Miniſtri ſunt Laici *Viuian. in prax. Iuriſp.*
lib 3. cap. 2. num. 12. & 13. vbi quando cenſeatur
9 auctoritate Epiſcopi erectum, qua deficiente, pa-
trona-

tronatus ritè nuncupatur Laicorum.

Cum decreto tamen, quod ipſe Orator, &c. Decretum hoc eſt huiuſmodi. *Quod Orator cum primum ad ætatem legitimam ordinem quemcumq; Sacrum ſuſcipiendi peruenerit proximis inde temporibus ordinē*
10 *ipſum, quem ætas poſtulauerit, videlicet Subdiaconatus, Diaconatus, & Præsbyteratus ſuſcipere omninò teneatur, alioquin eo deficiente in quibuslibet temporibus prædictis diſpenſatio ſibi conceſſa ceſſare, & ea ceſſante beneficium huiuſmodi vacare cenſeatur eo ipſo*, quod decretum fuit ferè ad verbum ſupplicationi ſupra poſitæ inſertum, & renouatur in ſecunda gratia, quæ conceditur ſub eodem decreto, & huic decreto locus eſt quandocumque diſpenſatus huiuſmodi non ſuſcepit ordinem aliquem tempore ordinationis adueniente, puta, ſi ętas venerit ſuſcipiendi Subdiaconatum, debet proximis tunc temporibus illum ſuſcipere, & ſi non ſuſcepit inducitur vacatio. etiam, ſi poſtea, & ante alicuius impetrationem nedum illum, ſed omnes alios ordines ſuſceperit, ſed ſemper remanet aperta vacatio, niſi per nouam prouiſionem illi fuerit prouiſum *Rebuff. in prax. tit. de non promotis intra annum, num. 72. & 73.* quod adeò verum eſt, vt huiuſmodi non ordinatus, nec quidem iuuetur, regula de triennali, quia illa requirit titulum, ſaltem coloratum, hoc caſu vero ob non ſuſceptos ordines in tempore titulus ille, quem habebat, fuit reductus ad non titulum, & ſic deſtituitur auxilio d. regulæ, vt in puncto Samen. ſuper d. regula, *quæſt. 16. in fi. verſic. breuiter, Rebuff. d. num. 72. & 73.* nec quidem iuuatur regula de decennali huiuſmodi non promotus, nam illa fundatur in præſcriptione, vt in cap. peruenit de empt. & vend., & in l. ſi filius, Cod. de petit. hæredit., hoc vero caſu deficit bona fides.

11 *Ob peſtem in illis partibus graſſantem, &c.* Hæc cauſa, vt toti Italiæ fuit luctuoſa, ita videtur ſufficiens ad obtinendum diſpenſationem, Libitina enim per contagem vires ſuas exerente, & maſculis ferè omnibus alicuius familiæ nobilis è medio ſublatis, clerico ſuperſtiti rationabiliter conceditur tempus ad promouendum, & deliberandum, vtrum promoueri velit, vel potius effici Laicus; Aliàs etiam cauſas recenſet *Rebuff. d. tit. de diſpenſ. de non promouen.*, nempe ſtudiorum, impedimen-
12 ti, & ſimiles, immò iuſtum impedimentum excuſat à non promotione, ſiue non ſuſceptione ordinum, etiam abſque diſpenſatione *Rebuff. tit. de non promotis, &c. num. 47. vbi num. 48.* quod hoc pro
13 cedit, etiam ſi impedimentum ſuperueniret in fine anni. Prouiſio autem ex capite non promotionis ſpectat ad ſolum Papam, vt infra dicemus, vbi agemus de vacatione certo modo, quicquid dicat *Rebuff.* de Epiſcopis in Francia loco allegato num. 50.

14 *Ad aliud biennium à fine temporis, &c.* licet prorogatio petatur ad biennium, tamen non conceditur niſi ad annum, vt deferatur Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. 12. dicenti facultates de non promouendo, præterquam in caſibus à iure expreſſis conceſſæ
15 ad annum, tantum ſuffragentur, & Conc. conformat ſe cum diſp. cap. licèt Canon. Annus autem conceſſus ad promouendum incipit a fine anni à iure, vel reſcripto Papæ ſibi præfixi *Rebuff. titul. de diſp. de non prom. n. 13.* Contrarium autem videtur ſentire *tit. de non promotis nu. 45.*, vbi dicit annum huiuſmodi incipere à die pacificæ poſſeſſionis adepta, & in Francia non dici quem habere pacificam poſſeſſionem ante annum, & poſt illum annum habere alium ad promouendum, quod de iure communi fortaſſis, & vbique procedit, non tamen quando quis tenetur ad promotionem in vim reſcripti, quia tunc tenetur promoueri infra annum à die datæ.

16 *At Interim onera beneficio huiuſmodi incumbentia &c. per alium Præsbyterum idoneum, &c.* Hoc decretum apponitur per Datariam, & eſt conforme declarationi Interpretum ad cap. 12. ſeſſ. 7. videlicet. *Interim tamen, dum non promouetur, debet per Capellanum, Miſſarum onera ad quæ tenetur ſubire.*

SVMMARIVM.

Diſpenſatio beneficij in Eccleſia, in qua pater, ſolus Papa concedit, 1.
Incontinentia Patris, conſideratur etiam in filio legitimo, 2.
Succeſſio in filijs Presbyterorum odioſa, 3.
Filius, cur non miniſtret in Eccleſia in qua Pater, 4.
Nepos non poteſt miniſtrare in Eccleſia, in qua Auus, 5.
Filius illegitimus tantum arcetur à beneficijs in Eccleſijs in quibus pater per Conc. Trid. 6.
Filius Clerici non poteſt habere beneficium in Eccleſia, in qua pater etiam ſi pater miniſtrauerit, ſed ſolum titulum obtinuerit, 7.
Miniſterium patris, ſiue filij in Eccleſia, &c. quod diſpenſatio non requirit quale ſit, 8.
Miniſtrare verbum, quid importet, 9.
Filius Presbyteri, habens beneficium in Eccleſia, in qua pater, non iuuatur regula de triennali, 10.
Filius Præsbyteri, an poſſit obtinere beneficium vnitum illi, cui præſunt pater, 11.
Filius Præsbyteri poteſt obtinere filialem matricis, quam obtinuit pater, 12.
Filius Præsbyteri non poteſt obtinere coadiutoriam in Eccleſia, in qua pater, 13.
Filius Pręsbyteri, imò nec nepos poteſt habere penſionem in Eccleſia in qua pater, 14.
Pater Præsbyter an, & quando penſionem poſſit transferre in filium, 15.
Formula diſpenſationis ſuper beneficio in Eccleſia, in qua pater, 16.
Filius Præsbyteri diſpenſatur ad ordines vt reliqui illegitimi, 17.
Diſpenſatio ſuper beneficio in Eccleſia in qua pater difficillime conceditur, 19.
Græci non receperunt Canonem ad extirpandas de fil. Pręsbyter. 18.
Card. per Conſtit. Sixti V. non creatur, qui ante ordines erat coniugatus, 20.

§. VIII.

De diſpenſatione ad beneficia in Eccleſia, in qua Pater.

1 HAec diſpenſatio omnino petenda eſt à Pa-
pa, ſiue filius ſit legitimus, ſiue illegitimus,
Mand. ad ſign. grat. hoc tit. de diſpenſ. ſuper defect. Nat.
num. 19. quod tamen aliquam videtur habere diffi-
cultatem in iure, nam c. 1. 2. & 3. c. ex tua, & c. lit-
teras, & c. cum decorem, & c. ad abolendum, & c.
fin. de fil. Presbyt. loquuntur de illegitimis c. ve-
rò veniens, & c. propoſuit, & c. ex tranſmiſſa, & c.
quoniam, & cap. ad extirpandas, & cap. michael
eodem tit. licet non faciant illegitimitatis men-
tionem tamen eam videntur ſupponere, quia cap.
ad hæc eodem tit. admittit, quod filius legitimus,
poſſit habere beneficium in Eccleſia, in qua Pater
fuit Epiſcopus; & nulla eſt differentia inter Epiſ-
copum, & alium Rectorem quo ad hoc *Gloſſ. in d.*
c. ad hæc, in verbo obtinere. Immò prohibitio debe-
ret eſſe fortior in Epiſcopo, quàm in ſimplici Re-
ctore ob maius ſcandalum conſideratum in cap.
ad extirpandas; Vndè cap. ad hæc videtur ex dia-
metro contrarium c. veniens, & cap cum decorem
2 præſertim ſtante declaratione interpretum Con-
cilij in continentiam patris, tam conſiderari in fi-
lio legitimo, quàm illegitimo; quia legitimi pater
ſine ſcandalo, aut peccato incontinens fuit, quia
duxit ideo quia continere non valuit: illegitimi
pater incontinens fuit cum peccato, & ſcandalo;
Verum principaliter in hoc conſideratur, ne detur
ſucceſſio in beneficio cap. ad extirpandas eodem
3 tit., quod æque procedit in legitimo, quam illegi-
timo. At hæc ratio poſſet conſiderari in caſu, quo
filius ſuccederet in beneficio patris, non autem in
caſu, quando filius miniſtraret in Eccleſia in qua
4 pater; quia vel concurrit cum patre eodem tem-
pore, & non poteſt dici ſuccedere, vel miniſtrat
poſt patrem, & ſi in alio beneficio miniſtrat patri
non ſuccedit, propterea hoc caſu ſola conſideratur
patris incontinentia.

5 Et non ſolùm filius non poteſt miniſtrare in Ec-
cleſia, in qua pater, ſed nec nepos *Rebuff.* poſt alios
in *praxi d. tit. de diſpenſat. ſuper defect. natal. num.* 25.
præſertim de mente Concil. Trid. vt dixerunt In-
terpretes, explicanda verba illa, *vbi eorum patres,*
videlicet hunc locum Sac. Cong. cenſuit procede-
re non ſolum in filio reſpectu patris, ſed in nepote
reſpectu Aui propter verbum longiſſimi, quod ex-
6 cludit omnem perſonam mediatam, quod tamen
de filijs illegitimis tantum intelligendum, quos ſo-
los comprehendit Concil. Trid. & ita prius diſpo-
ſuerat *Clem.* 7. vt teſtatur *Rebuff. vbi ſupra num.* 23.
& Mandoſ. vbi ſupra verſ. poſtremo aduertendum eſt,
vbi notat *dictam conſtitutionem declarari, & limita-*
ri dupliciter per deciſionem 1. *Acchill. de Graſſ. de fil.*
Præsbyt., quæ tamen limitationes hodie nullius
ſunt momenti, quia Conc. ſeſſ. 25. c. 15. prohibet,
ne filius illegitimus habeat aliud Eccleſiaſticum
beneficium in eadem Eccleſia, quodcumque illud
ſit etiam diſſimile contra Ius canonum toto *tit. de*
fil. Presbyt., & in hoc etiam Concil. Trid. derogat
iure Canonum, qui ſolum verant filio accipere
beneficium in Eccleſia; in qua pater miniſtrauit:
Concilium verò etiam ſi non miniſtrauerit benefi-
cium; circa quod declaratio valdè rigoroſa videli-
cet comprehenditur etiam in hoc decreto Conci-
lij is, qui Procuratorem poſſeſſionem apprehen-
dit, licet nunquam in d. Eccleſia miniſtrauerit, vel
vſus fuerit nec aliquid ex fructibus illius percepe-
7 rit, &c. ſed non comprehenditur is, qui neque lit-
teras Apoſtolicas expediuit, neque vnquam ha-
buit poſſeſſionem.

8 Miniſterium vero illud, ſiue patris, ſiue filij, val-
dè rigoroſè interpretatur ab interpretibus Conci-
lij, vt videlicet locum habeat, etiam in ſimplici cã-
tore, vt ex ſeq. declaratione. Dubitatum fuit, an
filius illegitimus Laicus, qui in Eccleſia in qua pa-
ter, &c. beneficium non habet, nec penſionem, ſed
vt cantor muſice tantum in Eccleſia cantat prohi-
beatur per iſtum textum Congregatio die 12. De-
cembris 1574. cenſuit affirmatiuè quia Concil.
dicit, quoquo modo miniſtrare: eadem enim eſt
ratio, ſiue miniſtrat in officio, ſiue in beneficio.
Quę reſolutio, vt potè contraria cap. conſtitutis de
9 fil. Presbyt., videtur valde dura, nam verbum mi-
niſtrare in iure Canonico non applicatur niſi altari,
vt d c. conſtitutis, & probatur ex Stylo Datarię
Cantan. in Altaris miniſterio miniſtrare; inuſitatũ
videtur, quod Cantor Laicus in Eccleſia, dicatur
Eccleſiæ miniſter, vndè ratio interpretum, quod
idem ſit miniſtrare in officio, ac miniſtrare in be-
neficio, non videtur Sacris Canonibus conſona,
qui vt videre eſt in tit. de fil. Præsbyter quando vo-
lunt vltra beneficium comprehendere perſona-
tum illum in ſpecie exprimunt, vt in d. c. conſtitu-
tis, & cap. quoniam eodem tit. Officij verò nullam
faciunt mentionem, ſignum euidens, quod officiũ,
præſertim Laicale comprehendere non voluerũt;
Immò hæc declaratio videtur contraria alteri, quę
dicit filius Clerici in hoc Decreto non prohibetur
quo minus tanquam capellanus amouibilis deſer-
uire poſſit, atque obtinere beneficium, in qua eius
pater nunquam fuit intitulatus ad aliquod benefi-
cium Eccleſiaſticum, licet pro Capellano amoui-
bili inſeruierit in eadem Eccleſia. Verum declara-
tio iſta, & cap. conſtitutis videtur continere cã-
ſum diuerſum à priori declaratione; videlicet,
quod filius non poſſit miniſtrare in Eccleſia, in qua
pater habuit beneficium, ſiue perſonatum, non è
conuerſo, quod filius non poſſit habere beneficiũ
in Eccleſia, in qua pater ſine titulo miniſtrauit, ſed
vtroque caſu videtur militare ratio conſilij, videli-
cet memoria incontinentiæ, quæ tam recurrit ſi
pater erat Capellanus amouibilis, ac beneficiatus
perpetuus, quia ſenſus corporis ex quo memoria
hac non diſtinguit, & dictio illa quoquomodo de-
bet reſtringi ad miſteria Eccleſiaſtica, videlicet ad
miniſterium Subdiaconatus, & ſimilia, non autem
ad alia non Eccleſiaſtica.

Planior videtur declaratio in vna Leodien.
in qua fuit expoſitum, quod in dicta Ciuitate ſunt
plures Collegiatæ, & quod earum Decani, & Ca-
nonici vigore ſtatuti accedunt ad certas proceſ-
ſiones in certis feſtis diebus anni ad Cathedralem,

& ibi

& ibi canunt vnum verſiculum, ſen Collectam; hoc
ſtante fuit pluries dubitatum, An electio facta de
filio illegitimo ad decanatum vnius illarum Ec-
cleſiarum collegiatarum, cum prædicta tenean-
tur præſtare in Cathedrali, in qua pater eius Ca-
nonicus fuit ſuſtineatur, Congregatio ter cenſuit
filium prædictum illegitimum incapacem eſſe hu-
ius decanatui, quia quoquomodo inſeruire d. Ec-
cleſiæ videtut, & quia Sanctiſſimus D. N. manda-
uit, iterum partes audiri, tamen Congregatio ſte-
tit in deciſis.

Dubitatum etiam fuit an præſumpta diſpenſa-
tione, in qua fundatur regula de triennali habeat
10 locum contra hoc decretum de filijs Præsbytero-
rum itavt poſſidens beneficium contra diſpoſitio-
nem huius Capituli ex aliqua præſumpta diſpen-
ſatione, ſuam poſſeſſionem tueri valeat: Congre-
gatio Concilij die 30. Iunij 1586. tenuit negatiuè,
quia regula de triennali requirit titulum colora-
tum, vt late in cap. 4. ſeſſ. 7.

11 Ruſſus dubitatum fuit, an filij illegitimi Præsby-
terorum poſſint obtinere beneficia vnita Eccleſijs,
quas obtinuerunt, vel obtinent parentes eorum, &
fuit reſolutum, quod ſi beneficia ſunt vnita æquè
principaliter, tunc illegitimi obtinere non poſſint,
ſi verò non ſunt vnita æquè principaliter, tunc
poſſunt, ſi tamen d. Eccleſiæ vnitæ, non tenentur
miniſtrare in Parochiali, ratio declarationis eſt
memoria paternæ incontinentiæ, quæ occurrit vt
diximus ex ſenſu, viſus, etiam in minimo, vt vidi-
mus in ſupradicta Leodien.

12 Similiter dubitatum fuit, & reſponſum in Eccle-
ſia filiali, qua filius Præsbyteri non arcetur, ſi non
tenetur miniſtrare in matrice.

13 Demum filius illegitimus Præsbyteri non po-
teſt obtinere coadiutoriam in Eccleſia in qua pa-
ter, licet enim coadiuctores revera non ſint titula-
res coadiutoria durante, vt ſuo loco videbimus,
nihilominus tenentur miniſtrare coadiuto infir-
mitate detento, & ſi miniſterium prohibeatur
deficit cauſa, propter quam coadiutoria con-
ceditur.

Poſtremo expræſſe diſponit textus in d. cap. 15.
ſeſſ. 25., quod filius Præsbyter non poteſt habere
14 penſionem in Eccleſia, in qua pater, quod decretũ
extendunt Interpretes, etiam ad nepotem legiti-
mum ex filio, vel filia illegitima, videlicet ſtante
ſupradicta declaratione, quod Conc. comprehen-
dat nepotem legitimum ex filio, vel filia illegiti-
mis reſpectu beneficij, quod Auus obtinuit, An
procedat etiam viuente ipſo Auo adeovt nepos
ex filia illegitima, ſiuè ille viuat, ſiuè non; poſſit
obtinere penſionem ſuper beneficio Parochiali,
quod Auus poſſidet: Congregatio die 13. Maij
1586. cenſuit negatiuè, vt arceatur memoria in-
continentiæ, licet omnes Illuſtriſſimi dixerint cõ-
trariam opinionem eſſe de Iure veriorem ex ſen-
tentia Rotæ, & ita planè exiſtimo, quia cum pen-
ſio ſit ius ſpirituale, quod ſenſu corporeo non cõ-
præhenditur, & memoria incontinentiæ. vt dixi-
mus ſupra reſultet ex actu corporeo, videtur ceſ-
ſare ratio memoriæ incontinentiæ per Congrega-
tionem adducta, & ita planè ſenſit *Gigas de penſ.
quæſt. 86. num. 5.* ſed pro declaratione eſt *Gonzal.*
15 *gloſſ. 5. §. 5. num. 23.* qui tamen *num. 22.* firmat pa-
trem Præsbyterum habentem facultatem transfe-
rendi, poſſe transferre penſionem in filium, quæ
non ſit impoſita ſuper eius beneficio hoc eſt, quod
aliquando habuit, ſiue obtinuit: idem ſentit, & fu-
ſius explicat *Pariſ. de reſig. lib. 6. q. 4. num. 23.* Con-
cludamus in hac materia, quod in filio illegitimo
præsbyteri ne habeat beneficium in Eccleſia in
qua pater militauit, ſaltem ſecundum diſpoſitio-
nem Concil. Trid. duæ rationes memoria nempè
paterna incontinentia, & ne detur ſucceſſio in be-
neficijs, in filijs vero legitimis, conſideratur hæc
poſtrema tantum, nunc ſubijciamus formulam.

16 „ Beatiſſime Pater. Cum deuotus S. V.
„ Orator Ferdinandus Biſaritus Cantor
„ Eccleſiæ Hoſtauen. aliundè commodè viuere va-
„ lens ex certis rationabilibus cauſis animum ſuum
„ mouen. cantoratum prædictum, quem obtinet in
„ S. V. manibus ſpontè, & liberè, non alias aliter
„ tamen, aut alio modo reſignare proponat, provt
„ reſignat de præſenti; ſupplicat igitur humiliter ei-
„ dem S. V. deuotus illius Orator, Lucas etiam Bi-
„ ſantius Subdiaconus Hoſtanen. dictiq; Ferdinandi
„ ex legitimo matrimonio filius legitimus, & natu-
„ ralis, quatenus reſignationi huiuſmodi admitten-
„ di, ſibiq; ſpecialem gratiam facien., Cantoratum
„ prædictum, qui in d. Eccleſia dignitas, non tamen
„ poſt Pontificalem maior exiſtit, ac cuius, & illi
„ forſan annexorum fructus 24. computatis vero
„ diſtributionibus quotidianis 40. ducatorum auri
„ de Cam. ſe: co: x. val. au. non excedunt, ſiue præ-
„ miſſo, &c.

17 *Subdiaconatus Hoſtanen. &c.* filius Præsbyteri
illegitimus non redditur incapax ad ordines. quia
filius Præsbyteri, ſed quia illegitimus, ex dict. cap.
conſtituris.

*Lucas Ferdinandi ex legitimo matrimonio filius,
quatenus reſignationi huiuſmodi, &c.* Sanct. Grego-
18 rius Nanzianzenus Eccleſiam ſuam reſignauit fi-
lio ſibi cognomini, & Greci tàm in Peloponne-
ſo, quàm in magna Grecia, Canonem de filijs
Præsbyterorum legitimis, cap. ad extirpandas
non receperunt, ſed quotidie filij ſuccedunt in Ec-
cleſijs Patruum.

Notandum, quod diſpenſatio iſta difficillimè
conceditur, adeovt Datarius non ſoleat Sanctiſſi-
19 mo afferre ſupplicationem ſuper huiuſmodi diſ-
penſatione ſignandam, niſi hac ſibi priùs à Pon-
tifice fuerit commiſſum per ſpeciale reſcriptum.

20 Poſtremo notan. per Conſtitutionem Sixti V.
in Bullario 9. in Ordine arceri à dignitate Cardi-
nalibus Præsbyteri, qui ante ordinum ſuſceptio-
nem in Matrimonio fuerunt, quod facit ad præſũ-
ptionem incontinentiæ vt videlicet ab vſu, & con-
ſuetudine difficillimè abſtinerent.

S V M M A R I V M.

*Neophita, an, & quomodo diſpenſetur ad ordines, & be-
neficia,* 1.

*Neophita expreſſe debet diſpenſari ad beneficia, & digni-
tates,* 2.

*Neophitæ, cur non arceantur ab ordinibus, & beneficijs
Eccleſiaſticis, remiſſiuè,* 3.

Neo-

Neophitarum plures ſemper iudaizant, 5.
Neophitæ officijs proſequendi, vt in fide confirmentur, 4.
Statuta Eccleſiarum excludentia Neophitas, eorumque filios, an ſint exorbitantia, 6.
Neophitis in concurſu præferendi ſunt Chriſtiani antiqui, 7.
Puritas ſanguinis præſumitur, & impuritas probanda ab allegante, 8.
Puritas ſanguinis quomodo probetur, 9.
Teneatur, verbum, importat neceſſitatem, 10.
Statutum Eccleſiæ Corduben. circa puritatem inijcit onus probandi promiſſo, 11.
Statutum requirens puritatem in quo differat à fundatione requirente eandem qualitatem, 12.
Canonicus debet eſſe magis qualificatus, quam ſimplex Capellanus, 13.
Purus ſemel habitus, & reputatus, an poſſit denuo ſuper puritate moleſtari, & quomodo procedatur, 14.
Qualitate patris probata, non eſt neceſſe probare qualitatem filij, 5.
Qualitas, quæ ſubſtulit maculam impuritatis in patre, redundat in filio, 16.

§. IX.

De diſpenſatione cum Neophitis.

M*Andoſ. ad ſign. grat. tit. diſpenſatio cum Neophitis, in princ.* dicit magnam eſſe inter Doctores altercationem, an Neophytæ ſint capaces beneficiorum Eccleſiaſticorum, quam tamen facilè dirimit *Riccinll. tract. de Neoph cap.* 4. videlicet affir-
1 mando eos eſſe capaces beneficiorum, & dignitatum quandocumque receperint ordines, adeo vt Inhabilitas conſiſtat ſolum in ordinibus ſuſcipiendis, non autem in conſequendis dignitatibus, quod an verum valdè dubito, immo praxis eſt contraria, quia non ſolum petitur diſpenſatio ad ordines, ſed etiam ad beneficia, & dignitates, vt notat *Mandoſ vbi ſupra verſ. ſignatura cum Neophitis, Staphyl. de litt. grat. tit. de reſcript. Apoſt. in forma breuis num.* 30. ex quo Stylo reſultat, quod diſpenſatus ad ordines, non cenſetur diſpenſatus ad beneficia, & dignitates, ſed requiritur expreſsè vtra-
2 que diſpenſatio. Nec obſtat doctrina *Lambertin. de Iurepatron. lib 2. par. 1. quæſt. 7. art. 14. nnmer.* 8. quia nullam pro ſe allegat auctoritatem, & loquitur de minoribus, ordinibus, & beneficijs illum ordinem, & non alium requirentibus, quod neque verum exiſtimo, nam obtinere beneficium, aliquod munus eſt, cum beneficium non detur ſine officio; Neophitæ vero ſunt incapaces officiorum Laicorum *cap. conſtituit* 17. *quæſt.* 4. ergò multò magis Eccleſiaſticorum, vt notat *Mandoſ. vbi ſupra verſ. inſuper Neophitę*: indigent igitur diſpenſatione ad vtrumque iuxtà dictum Apoſtoli ad Thimoteum oportet Epiſcopum eſſe Sobrium non Neophytum &c. quod præceptum extenditur ad alios Clericos, vt poſt multos, notat *Mandoſ. vbi ſupra in princip.* Et ſi aliquando contrarium factum eſt, vt in Nicolao, Seuero, & Ambroſio, id accidit præter legẽ, & denuo fiet ſi reperiantur Neophytæ tantæ Sanctitatis, quã vſi fuere: Nicolaus, Seuerus, & Ambroſius, itá reſpondet tex. in cap. ſtatuimus 61. diſtinct.

Rationes autem cur Neophytæ ad ordines, & dignitates Eccleſiaſticas admitti non debeant præſertim recenter conuerſi, plures traduntur per Doctores, apud *Mandoſ., Staphyl., Lambertin., & Riccinll. locis allegatis*. qui vero diu laudabiliter, & Chriſtiane vixerunt ab ordinibus, & beneficijs Eccleſiaſticis arceri non debent, cap. ſi quis in ęgritudine 57. diſtinct., inmò ſi fuerint ſanctæ, & approbatę vitę, non eſſet expectandus terminus biennij, aút alterius temporis, vt notat *Mand. vbi ſuprà verſic. ſi verò de nouiter*. Immò rationi congruum videtur, vt notat *Riccinll. vbi ſup. c.* 5. *n.* 10., quod Neophytæ honoribus proſequantur, quia hac via conuerſi in fide confirmantur, & adhuc cęci ad viam veritatis alliciuntur, & recenſet *Riccinll. vbi ſupra cap. 2. nn.* 17., quod quidam Alexander Neophyta fuerit à Clemente VIII. ad Epiſcopatum Foroliuien. ſublimatus, & Rota coram Gregorio XV. deciſ. 498. teſtatur de Epiſcopo Burgenſi virò doctiſſimo. Et ſanè Hębreorum aliqui inter ipſos melioris notę mihi ingenuè faſſi ſunt, ſe non poſſe Chriſti fidem amplecti, eo quod
4 Neophytę omnibus deſpectui ſint, & magis inter Chriſtianos vileſcat Neophyta, quam hæbreus, immò, quod conuerſus ad nomen Neophytę, ſi ita appelletur erubeſcit, & excandeſcit.

5 Verum hac in re non facilè properandum videlicet in honoribus Neophytæ deferendis, niſi curſu temporis conuerſionem ſuam comprobauerit nam vt multos noui Neophytas Viros Sanctiſſimos, & Chriſtianorum rituum obſeruantiſſimos, itá audio plures reperiri, qui ad extremum vſque ſpiritum iudaizant, immò, & ipſorum filij, & nepotes, retulit mihi aliquis, quod iſti, ſi abſq; pena liceret apertè, ac libenter ad Iudaiſmum redirent. Hinc licèt ſtatuta quarundam Eccleſiarum ab eo-
6 rum Capitulis arcentia, Neophitas, eorumque filios; videantur à iure communi exorbitantia vt in vtramque partem latè diſputat, *Riccinll. vbi ſupra cap. 6. & ſeqq.* tamen negari non poteſt, quin ſint
7 rationi conſona cum cęteris paribus pręferendi ſint illi, in quibus non cadit huiuſmodi diſputatio, vt notat *Riccinll. loc. alleg.*

Verum quia ſæpiſſimè incidit quæſtio in Rota ſuper puritate ſanguinis alicuius promiſſi propter ſtatuta ferè omnium Eccleſiarum Hiſpaniæ arcentia ab earum Capitulis, non ſolum Neophytas, ſed deſcendentes ab ijs, obiter hic quædam ſunt annotanda; Primò, quod puritas ſanguinis præſumitur, etiam in terminis ſtatuti Eccleſiæ
8 Toletan., ſeu alterius; & impuritas probanda ab allegante, *Rot. deciſ. 185. num. 2. & 3 & deciſ. 494. num. 2. & deciſ. 167. num. 31. & 39. & deciſ. 204. num. 5. par. 1. recent. & coram Greg. XV. deciſ. 455. num. 2. & 15. & deciſ. 498. n. 1. & ſeqq.*

9 Si verò puritas probanda ſit, illa probatur ex fama, & ex officijs obtentis per maiores, quæ non niſi puris conferri ſolent, *dict. deciſ. 408. nu. 10. & 18. & deciſ. 182. num. 1. & 5. & deciſ. 494. num. 4. par. 1. recent.*, quæ omnia quaſi in compendio reducuntur in Corduben. dimidiæ portionis 28. Iunij 1628. coram Reuerendiſs. D. Merlino.

Cum D. Ioannes Rubius prouiſus à Sede Apoſtolica de dimidia portione in Eccleſia Corduben. eſſet repulſus à Capitulo tanquam impurus, vigore ſtatuti dictæ Eccleſiæ, quod ei obſtare declaratum fuerat in partibus, commiſſa cauſa in Rota in gradu appellationis, fuit per duas ſententias diffinitiuas reuocatum d. decretum, & pronunciatum D. Ioannem eſſe immittendum à Capitulo in poſſeſſionem ſuæ dimidiæ portionis, denegata etiam remiſſoria pro nouis probationibus contra eius puritatem ſanguinis, Hodie verò in tertia Inſtantia coram me propoſito dubio, an ſententiæ Rotales eſſent confirmandæ, vel infirmandæ, fuit vnanimi conſenſu reſolutum eſſe confirmandas, De validitate enim ſententiarum conſtat ex actis, & toto proceſſu ritè peracto, ac ſeruatis terminis requiſitis in Iudicio, nec à Capitulo reuocatur in controuerſiam. Iuſtitia verò conſtat per duas deciſiones coram bo. mem. Patriarcha Manzanedo, & alteram coram R. P. D. meo Durano, fundatam enim intentionem habet D. Rubius, quod ſit purus, cum ortus ſit in Regionibus Chriſtianorum, iuxta *gloſ. in cap. presbyteris, diſtinct. 68, & in c. ſi eos 148, de conſecrat. diſtinct. 4.* Et inde Capitulo obijcienti impuritatem, & ortum à parentibus, vel infidelibus, vel alio modo impuris incumbit onus probandi, & quidem concludenter. vt perpetuo in his terminis ſtatutorum cenſuit Rot. coram Cardinal. *Mantic. deciſ. 174. num. 1. & deciſ. 307*, coram Seraphino in Oueten. denegationis poſſeſſionis 24. Ianuarij 1578., quæ eſt deciſ. 355. in eius impreſſ. coram Card. Blanchetto in Legionen. denegatæ poſſeſſionis 8. Martij 1593., & coram Card. Marcomontio in Toletana Canonicatus 10. Decembris 1608., quæ eſt recent. deciſ. 167. par. 1., & fuit confirmata ſub die 3. Aprilis, & 10. Iunij 1609. coram eodem in Pacen. puritatis 6. Aprilis 1609. coram bo. mem. Patriarcha Manzanedo, quæ eſt deciſ. 182. par. 1. recent., & in Legionen. Canonicat. 3. Iun. 1602. coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano, quæ eſt deciſ. 68. in eius impreſſis, & de hac opinione nefas videtur amplius dubitare. Nec obſtat, quod de mente etiam Rotæ colligatur, quòd hæc opinio ſibi locum non vendicet, quoties ſtatutum onus probandi imponeret ipſi prouiſo petēti executionem ſuæ gratiæ, vt in deciſ. 167. nu. 32. verſic. quarto quia, & num. 38. par. 1. recent. ac iure merito, quotieſcumq; enim tenetur quis probare aliquid, quod ſit fundamentum ſuæ intentionis, tunc non ſufficit probatio præſumptiua, ſed poſitiua requiritur, ad *l. Lucius, ff. de condit. & demonſtrat. Felin. in rubr. de probat. num. 3. & Dec. n. 153. Alex. conſ. 27. num. 7. lib. 7. Pariſ conſ. 104. num. 8. lib. 4. Natt. conſ. 581. num. 8 Put. deciſ. 385. in fin. lib. 2. Acchill. deciſ. 1. de probat. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 1. num. 17. & 18. qui fil. ſint legitim.* In ſtatuto autem Corduben. confirmato à Sede Apoſtolica videtur hoc onus impoſitum ipſi prouiſo ibi, & de eo ſufficientem informationem dare teneatur. Quoniam reſpondetur, huiuſmodi ſtatutum tanquam contrarium iuri communi ſtrictiſſimè interpretandum eſſe, vt quo minus fieri poſſit ipſum ius commune corrigatur, & ne onere illo probandi prægrauetur prouiſus, quod nedum contrarium eſt iuri, ſed valdè difficile, vt in d. deciſ. 167. n. 32. Vnde niſi ex verbis, vel ex alijs neceſſario deducatur, Papam confirmantem hoc onus probandi, impoſuiſſe ipſi prouiſo, præſumendum eſt hoc onus fuiſſe iniectum Capitulo obijcienti, & alleganti impuritatem, præſertim, cum prouiſus iuris præſumptione, quæ militat pro puritate innitatur, nec obſtant illa verba ſufficientem informationem dare teneatur, quia intelliguntur, quatenus ex abundanti ipſe prouiſus vellet ſuam puritatem deducere, non autem ſequitur, quod ſi non dederit huiuſmodi ſufficientem informationem, inde remaneat excluſus ab admiſſione in Eccleſia, quod, & bene comprobatur ex ſequentibus verbis eiuſdem ſtatuti, 161. Si informationem non daret prouiſus, illam accipiant Capitulares, & ſi illis per informationem eādem de contrario conſtaret, talis ad poſſeſſionem admitti non debeat; Vnde eatenus excluditur ex mente ſtamti, quatenus per probationem factam à Capitulo conſtiterit de impuritate prouiſi, & ſic benè infertur ex ſenſu ſtatuti, hoc onus probandi impuritatem impoſitum eſſe Capitulo, non autem prouiſo puritatem; Verum ex abundanti D. Rubius ſufficienter probauit ſuam puritatem, nedum quia admiſſus fuit aliàs ad Capellaniam, quæ exigebat hanc eandem puritatem, eiuſque collatio ſpectat ad idem Capitulum Corduben., tanquam ad collatorem inferiorem, vnde cum ſemel admiſſus, & tanquam purus habitus fuerit à Capitulo ab eodem tanquam impurus amplius reijci non debet, argumento *l. 1, § fin. de dot. præleg. Lara tractat. de Anniuerſ. & Capell. lib. 2. cap. 4. num. 88. & ſeqq.* & appoſita per Reuerendiſs. D. Ricciullum in *tract. de Neophyt. cap. 7. num. 26.* ac etiam approbauit Rot. in prima deciſ. coram bo. mem. Patriarcha Manzanedo in hac cauſa facta, ſed etiam quia per teſtes de puritate, & de eius publica voce, & fama deponentes iuſtificauit ſe deſcendere à Catholicis puris, & illibatæ religionis parentibus. Nec dubium eſt, quin in hac materia ſufficiant teſtes de publica voce, & fama deponentes, *Bart. in l. 1. num 101. C. de dignit. lib. 12.* & plenè firmatur in d. *deciſ. 167. par. 1. recent.* Non obſtant quamplures teſtes examinati à Capitulo pro impuritate probanda, quoniam non deponunt concludenter, prout requiritur, nec probant deſcendentiam Ioannis ab illis impuris, & damnatis, quod erat probandum, & aliqui eorum de mendacio cōuincuntur, multi vero deponunt de bona fama puritatis vt ſigillatim quo ad ſingulos teſtes perpenditur in deciſionibus prius in hac cauſa emanatis, & in omnem caſum teſtibus à Capitulo inductis, & de mala fama deponentibus præualent, ac ſunt præferendi teſtes pro Rubio de bona fama puritatis deponentes, *cap. cum in tua*, vbi *Abb. num. 3. de ſponſal. Felin. in c. cum contingat, nu. 2. de reſcript. Alex. conſ. 143. n. 7. lib. 2. Rot. in d. deciſ. 167. n. 27. & 28.* & coram Reuerendiſs. D. meo Decano deciſ. 68. num. 11. Nec demum obſtant habitelli, & puuitiones hæreticorum, & iudaizzantium, quæ pro Capitulo rurſus inculcantur, & ex his prætenditur Ioannem Rubium eſſe macula impuritatis infectum,

infectum quoniam quoad Ioannem Gõzalez Rubium punitum anno 1486. Gundiſaluum, Ruiz, Rubium anno 1512, & Gundiſaluum Rubium anno 1510., quod prætenditur fuiſſe procuratorem, & aſcendentes Matthęi Rubei proaui D. Ioannis Rubij ex fide Franciſci de Quiroga Secretarij Sancti Officij probatur in iſtorum damnatorum genealogijs, neminem eorum fuiſſe qui habuerit filium, vel deſcendentem Matthęum, & benè fuit obſeruatum in deciſione coram bo. mem. Manzanedo ſub d.e 27. Iunij 1625. Quo verò ad Alphonſum de Herrera, Fernãdum Lopez, & Iſabellam de Herrera non probatur, quod Ioannes ab illis deſcẽdat, aut vllam cum eis cognationem habeat, & quamuis Auus maternus Ioannis vocaretur Alphonſus de Herrera, conſtat tamen quod Alphonſus, qui fuit damnatus, & combuſtus anno 1466. erat alius ab eo, qui fuit Auus maternus Ioannis ex ponderatis in deciſione R. P. D. mei Durani ſub die 11. Februarij præteriti, & ſane fidei prædictæ Secretarij Sãcti Officij Corduben. de mandato DD. Inquiſitorum factæ, iunctæ cum quaſi poſſeſſione puritatis Ioannis, & teſtibus de puritate religione, & orthodoxa fide aſcendentium Ioannis deponentibus, magis deferendum eſt, quam quibuſcumque alijs contrarijs, & imperfectis probationibus pro Capitulò factis ad tradita in deciſ. 68. num. 13. coram Reuerendiſs. D. meo Decano, & in deciſione bo. mem. Patriarchæ Manzanedi ſub die 27. Iun. 1625. in hac cauſa emanata, &c.

Hactenus deciſio, quæ bene cõcludit pro Ioanne ex teſtium depoſitionibus, longè tamen meo iudicio præſtitiſſet, quod Ioanni non fuiſſet facta huiuſmodi oppoſitio, & ſanè maximum eſt infortunium, quod huiuſmodi oppoſitio fiat per Capitulum integrum puro, & nullam maculam habenti. Dixi Ioannem bene defendi in deciſione ex teſtium depoſitionibus; nam primum argumentum de puritate præſumpta, magnam habet difficultatem, quia, vt admittit deciſio non procedit quando ſtatutum præcipit, & præſcribit aliquid probãdum, prout de hoc ſtatuto Corduben. omninò dicẽdum videtur propter expreſſa verba, quod prouiſus ſufficientem ſuper puritate informationem dare teneatur, quod verbum importat pręceptum
10 pręciſum *Clem. 14. de paradiſo §. item ordo, communiter ſenſit, de verb. ſignif.*, neq; præciſo illi pręcepto derogatum per ſequentia ſtatuti verba ſi informationem non daret prouiſus, illã accipiant Capitulares, nam certum eſt ſtatutum requirere informationem ſuper puritate prouiſi, ſiue ea detur per prouiſum, ſiue accipiatur per Capitulum. Eſt tamen in poſſe prouiſi dare hanc informationem, & ſi eam dederit ſufficientem, non poteſt iuxta verba ſtatuti aliam informationem capere Capitulum; poſito autem, quod Ioannes in caſu noſtro informationem hanc non dederit, potuit eam, inmò debuit capere Capitulum, iuxta tenorem ſtatuti: ſi igitur Capitulo per informationem quam cepit conſtiterit de mala ſama puritatis, nõ debet prouiſum ad poſſeſſionem admittere iuxta ſubſequentia ſtatuti verba, ergo in eum reijcit probationem puritatis, antequam admittatur ad poſſeſſionem prouiſus, nec facere videtur reſponſio Rotę probationem, videlicet Capituli ſuper impuritate eſſe debere concludentem, quia hoc non importat verbum informatio, quod intelligitur de informatione extraiudiciali, vt infra dicemus, quando agemus de diſpenſationibus matrimonialibus; qua propter exiſtimo ſtatutum hoc Corduben. interpretandum eſſe, quod onus probandi puritatem ante admiſſionem ad poſſeſſionem incumbat prouiſo; ſi Capitulum ſuper puritate informationes cęperit, & eas contrarias inuenerit, poſſe autem prouiſum præuenire Capi-
11 tulum exhibendo informationem ſufficientem antequam eam capiat Capitulum.

Nec etiam Ioannes iuuatur alio argumento per Rotam ponderato, quod videlicet ipſe alias fuerit admiſſus ad Capellaniam requirentem puritatem, quia primo Capellania non requirit puritatem ad verba ſtatuti, quod interprętamur, ſed ex fundatione, quæ non reijcit, vt ſtatutum onus probandi in prouiſum, ſed ſimpliciter requirit puritatem qui termini valdè diſtant, vt deciſ. 167. num. 32. & 38. par. 1. recent., & propterea ibi non poteſt impediri poſſeſſio, niſi docto de impurita-
12 te, & in his terminis procedunt iuta allegata in deciſione. Hoc vero caſu non poteſt dari poſſeſſio, niſi prius docto de puritate.

Deinde maior habilitas requiritur in Canonicatu, quam in ſimplici Cappellania, & Canonicus debet habere maiores qualitates, quam ſimplex Capellanus, *Rot. deciſ. 13. nu. 4. de probat. in antiq.*
13 *Menoch de arbitr. caſ. 425 nu. 45.* præſertim in caſu noſtro propter ſtallum in Choro, & vocem in Capitulo, quæ omnibus ſunt in propatulo, quæ ſimplici Cappellaniæ non applicantur.

Et ſic non intrat concluſio, quod ſemel habitus pro puro, & admiſſus ad officium, & dignitatem, ad quem non niſi puri admittuntur, non debet denuo ſuper puritate moleſtari, vt in allegata Legionen. coram Manzanedo, & deciſ. 498. num. 10. coram Greg. XV. Nam dictæ deciſiones loquuntur in Officiali Sanctæ Inquiſitionis, & in habitu Melitenſi, in quibus requiritur poſitiua probatio puritatis, & præſumpta non ſufficit, vt in Cappellania; Ex quibus opinor deciſionem Corduben. potuiſſe ommittere hęc duo argumenta, & ſolummodo niti teſtium depoſitionibus; non omittendum annotare quod ſuprema Ciuilia Tribunalia, & præſertim Rot. Romanæ facillimè ſolent enadere materias obiectiuas, & proinde aliquis Rotę Auditor, qui erat, Ponens in cauſa quadam puritatis ſanguinis, cum pro affirmatiua deciſionem exhiberet Victor ei dixiſſe fertur, accipe tuam deciſionem: quia probatur, & aſſeritur tua puritas ſanguinis, quamuis re vera tu ſis magis Iudęus, quam ego Chriſtianus.

Obiter notandum veram eſſe concluſionem, quod probata qualitate patris, non ſit neceſſe probare qualitatem filij, quia vna neceſſario influit in aliam, iuxta addit. ad deciſ. Greg XV. 498. num. 18. Videndum tamen, an patre Neophyto magno in Eccleſia viro exiſtente adeo, vt ad ſummos Eccleſiæ gradus admiſſus ſit, debeat iuuare filium videtur, enim, quod ſi qualitates in patre,

effecerunt ipſum habilem ad primas dignitares, 15 ex quibus ſublata ſit omnis macula præcedens prætenſę impuriratis, iux *c. Neophytus 61. diſtinct.* & cum alijs in princ. huius *§.* allegatis, maculam in patre ſemel ſublatam, non poſſe ſine culpa reſuſcitare in filio: Quam opinionem ſaltem tacitè amplexa eſt Rota coram Greg. XV. d. deciſ. 498, in princ.; vbi quamuis appellet Paulum ibi nominatum, qui ante Chriſtianam fidem ſuſceptam fuit inſignis legis Moſaicę Rabinus appellet, in quam magnum Burgen. Archiepiſcopum denotans, eundem eximia virtutum, & meritorum vitum; Rota tamen conatur oſtendere Iſabellam ibi nominatã non fuiſſe d. Pauli neptem, quaſi hoc argueret eius impuritatem. Ego vero exiſtimo qualitatem paternam, quę ſemel ſubſtulit maculam impuritatis in patre redundare in filio: fa uent, quę tradit *Tiraq. de nobil. cap. 15. num. 1.*

Pro maiori explicatione huius materiæ apponendus caſus qui dum hæc ſcriberem occurrit: videlicet: fuit authoritate Apoſtolica prouiſus de Canonicatu Valentin. N. N. qui litteras ſuæ prouiſionis, vnà cum Procuratorio ad capien. poſſeſſionem tranſmiſit Valentiam. Procuratori poſſeſſionem petenti oppoſitum fuit, quod exhiberet fidem Baptiſmi ſui principalis; eo quod adeſſet Statutum in dicta Eccleſia particulari Conſtitutione à Sixto V. confirmatum, quo cauetur, quod nemo illegitimus in Canonicum d. Eccleſiæ recipi poſſit aut debeat. Et ad hunc effectum capitulum requirebat fidem Baptiſmi. Dicebam eam adhibendam non eſſe, ad quemcumq; tandem effectum requireretur, Nam vel Capitulum requirit fidem Baptiſmi ad effectum probationis ætatis; An videlicet d. N. ſit in ea ætate conſtitutus; quæ ad obtinendum Canonicatum à Concilio Trident. requiritur, vel certè ad effectum probationis legitimitatis à Statuto Eccleſiæ requiſitæ, vel quod ſit naturalis, & Originarius Regni Valentiæ, iuxta Indulta Apoſtolica d. Regno conceſſa, & nullo caſu dicebam eſſe exhibendam fidem Baptiſmi.

Nõ Primo nam licet ætas commodiſſimè probetur per librum Baptiſmi, *Rot. apud Buratt. deciſ. 75. num. 1.* attamen non inde ſequitur, quod alijs probationum modis præſertim per teſtes probari non poſſit, *Maſcard. de prob. concl. 668. num. 1.* maximè quando ex aſpectu ætas requiſita colligi poteſt, vt idem *Maſcard. concl. 667. nu. 1.*

Non Secundò, nam licet requireretur probatio legitimitatis in admiſſione ad Capitulum; tamen fides Baptiſmi hoc non præſtaret; cum illa quidem probet ætatem, non filiationem ſaltem ſine adminiculis *Rot. coram Buratto deciſ. 709 num. 5.* & non probata filiatione fruſtra quæritur de legitimitate *Rot. coram Greg. deciſ. 223.* Sed probatur communi præſumptione, & reputatione adeo vt dicenti contrarium incumbet onus probandi, vt in Mediolan. fructuum 23. Octobris 1592. coram Orano, & ſi conſtaret de illegitimitate, qui termini ſunt longè fortiores præſumeretur diſpenſatio, & negatiua diſpenſationis eſſet probanda ab allegante, *Rota deciſ. 242. n. 1.* in terminis diſpenſationis ſuper defectu natalium.

Non Tertiò, quamvis enim patria, & origo per librum Baptiſmi, & natiuitatem regulariter probetur, poteſt tamen probari multis alijs probationibus, videlicet per reputationem, per domiciliũ Patris, & alia de quibus late per *Maſcard. de prob. concl. 1141. lib. 3.*

Ex quibus fidem conſtat Baptiſmi, hoc eſt probationem qualitatis requiſitæ d. N. neceſſariam non eſſe ad gratiæ affectuationm; cum hic nõ agatur de iuſtificando aliquo requiſito in litteris narrato; vndè oppoſitio Capitularium venit in replicationem, qui non ſunt legitimi contradictores ad impedien. executionem litterarum Apoſtolicarum *Rot. coram Greg. dec. 221. nu. 3.* vbi additio ſub *litt. B* plures alias allegat reſolutiones.

Et licèt in Pacen. puritatis 11. Decembr. 1619. coram Manzanedo, & in Meleuitana Coadiutoriæ 27. Nouembris 1624. coram Domino Merlino Rota dixerit Capitulum eſſe legitimum contradictorem quando agitur de qualitatibus per Statutum Eccleſiæ requiſitis, illud præſenti caſui non applicatur concluſio enim procedit in qualitate requiſita poſitiuè, vt in puritate ſanguinis in dicta Pacen., & in nobilitate familiæ in Ratisbonen. Canonicatus 23. Martij 1618. coram Pirouano; nõ autem in qualitate concepta negatiuè; videlicèt: nemo illegitimus admittatur, quia tunc Capitulũ non eſt legitimus contradictor.

Et generaliter quod Capitulum non valeat impedire litteras Apoſtolicas expeditas in forma gratioſa ſub prætextu defectus alicuius qualitatis, omninò firmat Rota in dicta Ratisbonen., & in dicta Meleuitana, vbi declaratur hoc modo, &c. interpræt atur prædicta deciſio Pacen. Puritatis; quia videlicet potius præſumitur diſpenſatio iuxta deciſ. Greg. 221., & vt in dicta Ratisbonen. ad inferiorem, non ſpectat cognoſcere ſuper gratia Papæ, ſi ſibi non committatur, ſed ſi gratia eſt ſubreptitia, vel obreptitia ſit locus impetrationi. Et ideò in gratia non conferente beneficium, vbi locus impetrationi eſſe non poteſt apponitur clauſula reſtrictiua per Datariam *conſtito prius coram eodem Vicario de Oratoris legitimis natalibus*, vt diximus ſupra huius *cap. §. 1. num. 34.* quæ reſtrictiua per Datariam non apponitur quando eſt locus impetrationi: ex quibus planè conſtat quæ per Capitulum executioni litterarum opponi poſſunt.

His non obſtantibus Capitulum ſe reddebat difficile, allegans conſuetudinem qua in adeptione poſſeſſionis prouiſi ſemper producitur fides Baptiſmi, quam conſuetudinem, dicebam irrarionabilem, cum in Statuto, vel Conſtitutione Sixti non legatur, quod in actu capiendę poſſeſſionis debeat produci huiuſmodi liber, ſiue fides, ex libro. Propterea quia idem N. ſuper defectu natalium latiſſimè, fuerat diſpenſatus antequam obtineret Canonicatum, cum clauſula quod in cęteris deindè gratijs, non teneretur diſpenſationis aut qualitatum facere mentionem. Viſum eſt hanc diſpenſationem producere eaq; vti.

Verum quia in ea licet ampliſſima, non fuit facta mentio de Conſtitutione Sixtina, ſpecialem mentionem requirente, dubitatum fuit an ſuffragaretur, & dicebam ſuffragari: Nam diſpenſatum

fuir

ſuit cum eo ſuper defectu natalium ad quæcumq; & qualiacumq; beneficia, & dignitates, non tamē poſt Pontificalem maiores in Parochialibus, Cathedralibus, Metropolitanis, & Patriarchalibus Eccleſijs, cum Induko; quod de Diſpenſatione huiuſmodi impoſterum nullam mentionem in gratijs à ſe impetrandis facere teneatur, cum clauſulis ampliſſimis, & derogatione quarumcumque Conſtitutionum Apoſtolicarum; nèc non Conciliorum, Prouincialium, Synodalium, & Generalium, nec non Statutorum Eccleſiarum, ad quæ ipſe recipietur, à Sede Apoſtolica etiam motu proprio confirmatarum, etiam ſi Statuta illa, & Conſtitutiones caueant, quod de ijs mentio fieri debeat ſpecialis: Dicebam hanc diſpenſationem ſuffragari etiam ſi non fuerit facta mentio Conſtitutionis Sixtinæ; quia cum N. fuerit diſpenſatus ad Canonicatus, & Dignitates omnium Eccleſiarum totius Hyſpaniæ per expreſſionem Metropolitarum, & Patriarchalium, & ſub ijs comprænhendatur Eccleſia Valentina, & fuerit derogatum Conſtitutionibus Apoſtolicis, quæ expreſſam ſui mentionem requirunt, generalitas illa habet vim ſpecialis expreſſionis, etiam in caſibus vbi expreſſa derogatio requiritur. *Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 9. §. 2. num. 56. Rot. deciſ. 325. num. 17. p. 3. recent.* & in Ratisbonen. Canonicatus 13. Ianuarij 1617. coram Domino Pirouano.

» Fuit reſolutum, Statutum non obſtare, &c. nec
» refert, quod Clauſulæ ſint generales; quia nedum
» ſufficiunt ad derogationem Iurium particularium
» perſonarum; Sed etiam vt cenſeatur Concilio de-
» rogatum vt tenuit Rota in Cauſa S. Angeli Penſio-
» nis 16. Nouembris 1594. coram bon. memor.
» Cardinale Pamphilio; & in Ferentina penſionis
» 17. Iunij 1609. co: bo: me: Iuſto.

Aliàs enim niſi generalitas eſſet apta comprænhendere Caſus particulares, nihil vnquam operaretur diſpenſatio ad partes; cum quælibet Eccleſia habeat ſua particularia Statuta, vndè omnium eſſet facienda ſpecifica mentio, quod eſt prorſus abſurdum, quia Papa per clauſulas illas ampliſſimas voluit gratiam à ſe factam impediri non poſſe *Gonz. loco allegato.*

Et hæc corroborantur ex Stylo Datariæ, quæ quando vult obſtare Statuta, ſiue Conſtitutiones particulares, eas omnino excipit, vt exemp: cauſa videmus in diſpenſatione monialis illegitimæ ad Abbatiſſatum, in qua apponit reſtrictiuam, *dummodo non obſtent Statuta Monaſterij, &c.* Vndè per ommiſſionem huius Clauſulæ cenſetur derogatū Statuto particulari; cui Papa non ſubiacet, *Rota deciſ. 18. de reſcript. in antiquis ſuſ. deciſ. 308. lib. 1. & deciſ. 11. de Conſtitutionibus*, & multo magis, ſi omnibus, & ſingulis Statutis quarumcumq; Eccleſiarum in quibus diſpenſatus recipietur, expreſsè derogatur.

Et quamvis prædicta veriſſima ſint; nihilominus in caſu prædicto Valentin. ad tollendum omne obſtaculum fuit impetrata gratia Conualidatoria Perind. eo quod ab aliquibus in ſimilibus caſibus gratia ſimilis obtenta fuerit.

Notandum obiter quod ſupra diximus, in Diſpenſatione monialis illegitimæ ad Abbatiſſatum apponi clauſulam reſtrictiuam, *dummodo non obſtent Statuta Monaſterij*: hoc fuiſſe in vſu de præterito, hodiè tamen paſſim etiam derogari Statutis Monaſteriorum: adduxi tamen Stylum pro argumento quod concludit.

SVMMARIVM:

Diſpenſatio ad Abbatiſſatum pro corrupta non contingit niſi in Gallia, & expeditur per breue, 1.
Promotio ad Epiſcopatum inducit vacationem beneficiorum prius obtentorum, 2.
Formula diſpenſationis ſuper retentione, 3.
Papa prouidet conſiſtorialiter motu proprio, 4.
Clauſula motus proprij quid operetur, 5.
Prouiſio in Conſiſtorio, non indiget iuſtificatione, 6.
Retentio obtenti Epiſcopo datur ſub eadem data, ſub qua cadit cedula conſiſtorialis, 7.
Conſiſtorialis propoſitio quænam ſit, 8.
Retentio, qua de cauſa detur pro moſis, 9.
Retentio iuuat etiam quo ad beneficia Iuriſpatronatus, 10.
Vacatio obtentorum quando inducatur per promotionem ad Epiſcopatum, 11.
Florenus, ſiuè ducatus auri de Camera quid ſit, 12.
Retentionis diſpenſatio debet eſſe in cedula conſiſtoriali, 13.
Cedula conſiſtorialis formula, 14.
Retentionis ſupplicatio reſpondet ceduli cōſiſtoriali, 15.
Epiſcopus non debet ambire Eccleſiam pinguiorem, 16.
Ioannes XXII. introduxit inter Epiſcopos Ius optandi, 17.
Nominatio Regum non venit ſub diſpoſitione Cōcilij, 19.
Profeſſionem fidei, quomodo Epiſcopi emittant, 20.
Profeſſio fidei non committitur in Italia, aut ſimilia, 21.
Profeſſionem fidei emiſſam eſſe, ſi Ordinarius particulari ſcripto teſtetur non ſufficit, 22.
Fabricæ Eccleſiæ Epiſcopus tenetur impendere quartam partem redditnum, 23.
Clauſula non facit fructus ſuos quid operetur, 24.
Diſpenſatio ad plura reddit diſpenſatum ſecurum in foro fori, non autem in conſcientia, 25.
Retentio incompatibilium in Germania quomodo detur, 27.
Commenda à principio dabantur ad quinquennium cum prorogatione, 28.
Canonicatus plures quomodo in Germania ſint incompatibiles, 29.
Retentio datur etiam regularibus, & quomodo, 30.
Retentio non datur adminiſtratori, 31.

CAPVT XVII.

De Retentione.

Digreſſi aliquantulum ſumus quaſi per Epiſodiū à ſecundis gratijs, eo quod incidiſſet formula diſpenſationis in materia ampliationis, ſiuè extenſionis gratiæ, quam nobis tractandam propoſueramus; non tamen fuit inutile materiam diſpenſationis tradere, quæ videtur abſoluta, exceptis diſpenſationibus Matrimonialibus, de quibus agemus

agemus lib.2. Tradit Mand. in praxi formularum
diſpenſationis pro Abbatiſſa corrupta, & pro Mo-
nachis, pro obtinendis beneficijs, & filijs hæreti-
corum, ſed de hac poſtrema agemus commodius
lib.2. quemadmodum etiam de ſecunda; de prima
non videtur valdè neceſſarium agere, quia non
1 contingit fieri, niſi in Gallia, & expeditio fit per
Breue, non per Datariam, cuius Stylum nos pro-
ſequimur.

Retentio igitur de qua hic agimus differt à diſ-
penſatione ad plura, quam dedimus ſupra capite
2 16. §.3. in eo, quod iſta datur promotis ad Epiſco-
patum, per quam promotionem vacant beneficia
prius obtenta, nec ſuper retentione alius præter
Papam diſpenſat *cap. gratioſa de reſcript. in 6. vbi
gloſ.*, & hæc diſpenſatio ſupponit titulum Canoni-
cum præcedentem, adeovt illum tanquam ſecun-
da gratia conſeruet, *Milis in repertorio verbo diſ-
penſatio*, per quam conceditur, ſed ponamus for-
mulam, in cuius explicatione dicemus concer-
nentia hanc materiam.

3 „ Motu proprio &c. Cum nos hodie Eccleſiæ Prę-
„ mislien. certo tunc expreſſo modo Paſtoris deſti-
„ tutæ de perſona dilecti filij Henrici Finlei electi
„ Pręmislien., ob ſuorum exigentiam meritorum,
„ Apoſtolica auctoritate de fratruum noſtrorum S.
„ R.E. Cardinal. conſilio prouiderimus pręficiendo
„ ipſum illi in Epiſcopum, & Paſtorem, & ſicut ac-
„ cepimus idem Henricus tempore prouiſionis, &
„ præfationis huiuſmodi Monaſteriũ Tineren. Ord.
„ S. Benedicti Congregat. Claniacen. Cracouien.
„ Diœceſis, cui cura Parochianorum non imminet
„ animarum, ex conceſſione Apoſtolica Henrico
„ electo, vt ſtatum ſuum iuxta pontificalis dignita-
„ tis exigentiam decentius tenere valeat de alicu-
„ ius ſubuentionis auxilio prouidere, ipſumque fa-
„ uore proſequi gratioſo motu ſimili, &c., cum eo-
„ dem Henrico electo, vt etiam poſtquam io vi pro-
„ uiſionis, & perfectionis prædictarum pacificam
„ poſſeſſionem, ſeu quaſi regiminis, & adminiſtra-
„ tionis d. Eccleſiæ Pręmislien., ac illius bonorum,
„ ac maioris partis eorum aſſecutus fuerit, & munus
„ conſecrationis ſuſceperit Monaſterium prædictũ,
„ cuius fructus ad 266. Florenos auri, cum duobus
„ tertijs alterius ſimilis Floreni in libris Cameræ
„ Apoſtolicæ taxati reperiuntur, vt prius quo ad vi-
„ xerit vna cum dicta Eccleſia Pręmislien. retinere
„ liberè, & licitè valeat de ſpeciali dono gratiæ diſ-
„ penſamus, decernentes proptereà Monaſterium
„ prædictum non vacare illiuſq; commendam non
„ ceſſare, irritumq; &c. attentari non obſtan. gene-
„ ralis conſilij, ac felic. rec. Iulij II. ac Leonis X. nec
„ non Iulij III. ac forſàn aliorum Romanorum Pō-
„ tificum prædeceſſorum noſtrorum quibus caue-
„ tur, quod diſpenſationes ad retinendum benefi-
„ cia Eccleſiaſtica non valeant, nec ſuffragentur, niſi
„ in cedulis cōſiſtorialibus, & ordinationibus Apo-
„ ſtolicis, nec non Monaſterij, & ordinis huiuſmodi
„ ſtatutis, priuilegijs quoq; indultis, & litteris Apo-
„ ſtolicis, ceteriſq; contrarijs quibuſcumq; &c.

Motu proprio, &c. hac forma prouidendi, Papa
ſemper vtitur in prouiſionibus conſiſtorialibus,
videlicet Eccleſiarum, & Monaſteriorum in libris
Cameræ Apoſtolicæ taxatorũ, quæ omnia ordine
alphabetico receoſentur in quinterno Cancella-
riæ *Lap. alleg 83. Mandoſ. in reg de annal. quæſt. 16. n.
2. & 7. Gonzal. gloſſ. 9. num.* 38. Eccleſiæ verò omnes
ſimili ordine alphabetico recenſentur in libello in-
ſcripto Prouinciale omnium Eccleſiarum Cathe-
dralium vniuerſi Orbis, quod habes apud Rebuff.
in prax. in fi. & apud Hyeronimum Paulum in pra-
ctica Cancellariæ. ſimiliter in fine, vbi etiam habe-
tur exacta diſtinctio valoris monetarum illorum
temporum, qui tamen valor hodiè eſt valdè im-
mutatus, propterea nos in calce præſentis libri va-
lorem præſentem Regnorum, & Prouinciarum cũ
4 ducato auri de Camera compenſabimus, necnon
ſupplebimus defectum iſtius libelli inſcripti Pro-
uinciale addendo ſingulis Eccleſijs ſuas taxas, nec
non ſingulis Diœceſibus ſua Monaſteria; quomo-
do autem, & quando taxæ huiuſmodi originem
habuerint dicemus infra, vbi agemus de penſioni-
bus. Cœterum quo ad clauſulam motu proprio
illam explicauimus ſupra, vbi egimus de confir-
matione legitimationis, vbi diximus, quod clau-
ſula motus proprij non tollit intentionem, & di-
ſtinximus, quando clauſula prædicta apponitur ex
ipſa voluntate Papæ, & quando ad ſupplicationem
partis; Primò caſu, non recipit probationem in
contrarium; Secundò caſu, recipit quidem, ſed
probatio non incumbit impetranti, ſed aſſerenti
contrarium, vt ex multis cumulatis per *Marcheſ.
de commiſſione auocationis cauſarum, §. 4. num.* 82.
5 *& ſeqq.* Contrarium videtur ſentire *Put. deciſ.* 18 r.
num. 5. lib. 1. vbi quod motus proprius ad inſtantiã
partis appoſitus non purgat expreſſa, & in termi-
nis retentionis in promotione eſt deciſio 239. lib.
3., vbi quod retentio ibi expreſſa erat obreptitia,
quod non videtur poſſe verificari, quia promotio
huiuſmodi fit in Conſiſtorio, & in prouiſione Con-
ſiſtoriali Papa præſumitur habere notitiam om-
nium in prouiſione expræſſorum, adeovt prouiſio-
ni huiuſmodi in aliquo contraueniri non poſſit, vt
in terminis penſionis Conſiſtorialis ſuper menſa
Epiſcopali, etiam ſi non maneant mille pro Epiſ-
copo, ſæpè reſoluit Rota in S. Angeli penſion. 16.
Decembris 1594. coram Pamphilio in Feren. pen-
6 ſionis 23. Ian. 1602. coram Atrebaten., & Me ſcri-
bente in Marianen. penſionis 18. Aprilis 1622. &
in Alben. penſionis 20. Martij 1628. etiam D. Pi-
touano, de quibus Latius infra lib. 2. vbi agemus
de penſionibus, adeovt dictum Purei interpretari
debeat per clauſulam motus proprij non tolli, aut
ſuppleri intentionem, quæ tamen colligatur ex
ipſo tenore gratiæ motu proprio conceſſæ:

Cum nos hodie, &c. Etiam ſi hæc gratia reten-
tionis concedatur longo tempore poſt propoſitio-
nem Eccleſiæ in Conſiſtorio, nihilominus gratia
7 huiuſmodi fingitur conceſſa eodem die, & ita ha-
bet eãdem datam, ac cedula Conſiſtorialis, quam
mox dabimus.

*De Fratruum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium
conſilio, &c.* Quidquid Papa in Conſiſtorio pro-
8 nunciat conſultationi ſubijcitur *Paleott. de Sacro
Conſiſtor. parte quinta quæſt. 7. verſic. adde etiam*;
adeovt ſi Papa aliquid in Conſiſtorio decerneret
non conſultis Cardinalibus ipſi Cardinales, etiam
non interrogati, ſi res publicam vtilitatem cōcer-
neret.

neret, deberent ferre ſuffragia, ità idem *Paleot. vbi ſuprà verſ. nos etiam*, quamvis indubium ſit Papam poſſe omnia ex ſe reſoluere.

Monaſterium Tinecen. Ordinis Sancti Benedicti in commendam ad eius vitam obtineret, &c. Put. d. dec. 239. *lib.* 3. firmat retentionem in promotione ad Epiſcopatum, de qua ibi, eſſe obreptitiam, eo quod ibi dictum eſſet, quod promotus obtineret Monaſterium in commendam, cum tamen illud obtineret in titulum, ea ratione, quod commenda non cauſet incompatibilitatem, quemadmodum titulus, ſed vt dixi hodie doctrina illa circa obreptionem non admittitur, eo quod Pontifex cenſeatur plene certioratus de omnibus contentis in propoſitione: adeovt non poſſit eſſe locus obreptioni, & re vera æque facilè, vt vſus docet quotidianus Papa concedit retentionem promoto, ſiuè Monaſterium obtineat in commendam; ſiuè in titulum, & ſic ceſſat omnis ratio ſubreptionis, ſiue obreptionis.

9 *Vt ſtatum ſuum iuxta Pontificalis dignitatis exigentiam decentius tenere valeas, &c.* iuxta *cap. felix Epiſcopus* 16. *quæſt.* 1. vbi, quod indecens Epiſcopum neceſſarijs deſtitui, etiam non præciſè, ſed neceſſarijs ad decentiam; diuerſo modo reſcribitur in reſeruatione penſionis videlicet, vt commodius ſubſtentari valeas; in commenda vero dicitur vt commodius onera ſubſtentare valeas *Rebuff. in prax. tit. de commenda num.* 28. adeovt penſio conceditur perſonæ, commenda vero ipſi beneficio, quamvis hodie, vt infra dicemus commendæ, tranſiuerint in vtilitatem commendatarij, nulla habita ratione ſtatus beneficiorum, etiam ſi Dataria vtatur eadem clauſula. Dubitabatur hic, an retentio huiuſmodi ſuffragaretur in beneficio patronali laicorum, & ſuffragari dicit *Rebuff. in prax. in* 3. *par. ſignat. verbo necnon iuris patronatus num.* 27., quia non agitur de præiudicio patroni, cum non vacet beneficium; difficultas tamen eſt, an de pa-
10 tronatu ſit facienda mentio, & ſi facta non ſit, retentio cenſeatur obreptitia. Negatiuam tenet *Rota deciſ.* 21. *num.* 7. *de præbend in nouis*, ea ratione, quod non omnia tacita reddunt gratiam ſubreptitiam, ſed illa ſola, quæ vel ſunt in iure expreſſa, vel mouiſſent difficilius Papam ad concedendum, hoc caſu nulla poteſt conſiderari maior difficultas, quia patronis non infertur præiudicium, non quidem ea ratione, quod non vacet, nam re vera per promotionem ad Eccleſiam Cathedralem beneficia vacant, adeovt etiam ſi detur retentio, & deinde decedat promotus, beneficium non vacat per obitum promoti, ſed adhuc, vt prius videlicet per promotionem *Caſſad. deciſ.* 3. *de conſtitut.* Sed quod non datur locus patronis ad præſentandum propter vacationem in Curia *Gonzal. gloſſ.* 13. *num.* 45. *& num.* 46.

11 *Poſtquam in vim prouiſionis, & perfectionis huiuſmodi pacificam poſſeſſionem, ſeu quaſi regiminis, & adminiſtrationis d. Eccleſiæ, &c. aſſecutus fuerit, & munus conſecrationis ſuſceperit, &c.* de Iure non vacant beneficia per promotionem ad Epiſcopatū, ſed per muneris conſecrationis ſuſceptionem, vel certè ſi lapſum ſit tempus præfixum ad conſecrationem petendam ad *textum in cap. cum in cunctis, §. cum vero de elect. latè Gonzal. gloſſ.* 15. *numer.* 53. hodie tamen Papa in promotione Conſiſtoriali decernit illa vacare eo ipſo à die promotionis *Caſſad. deciſ.* 2. *num.* 1. *de conſtitut.*

Monaſterium prædictum, cuius fructus ad 266. *florenos auri de Camera in libris Cameræ, taxati reperiuntur, &c.* Florenus auri de Camera idem valet ac ducatus auri de Camera, qui in valore intrinſeco non eſt immutatus, ſed in valore extrinſeco videlicet, quod ante octuaginta, vel centum
12 annos emebatur florenus, ſiue ducatus huiuſmodi auri de Camera pro iulijs vndecim, hodiè verò ducatus, ſiue florenus in ſpecie non reperitur, vt eſt *deciſ* 372. *par.* 4. *diuerſ.*, & in illius locum ſubintrant ſcutatus aureus, quem vocant de ſtampis videlicet ſex ſtamparum, quæ ſunt Papę, Hiſpanię, Neapolis, Venetiarum, Florentiæ, Genuæ, aderat etiam Vrbini, quæ nunc deficit, & hoc intelligi debet de conio nouo, hoc eſt ponderis noui, non pōderis veteris, alioqui etiam, ſi conium eſſet prædictorum Principum, non tamen nouum nō compræhenderetur, ſub his ſtampis. Ducatus inquam hic hodie conficitur ex ſcutato aureo, & iulio vno argenteo, quia videlicet ſcutatus aureus non tanti valet in bonitate intrinſeca, ac olim florenus de Camera, qui in ſpecie exhibitus fuit in *Rota dicta deciſ.* 372., & propterea cum florenus ille hodiè defecerit, Camera Apoſtolica, Cancellaria, & Dataria illius loco exigunt valorem, ſeu æſtimationem floreni de Camera ſpecifici *iuxtà doctrinā Bart. & DD. in l. Paulus ff. de ſolut.*, adeo vt ſcutatus aureus in bonitate intrinſeca minus valeat vno iulio, quam olim florenus aureus, cuius valor, & æſtimatio iulio addito ſuppletur.

Non obſtan. Generalis Concil., ac felic. rec. Iulij II., vel Leonis X., necnon Iulij III. Rom. Pont. quibus cauetur, quod diſpēſationes ad retinendum bona Eccleſiaſtica non valeant, nec ſuffragentur niſi in cedulis Conſiſtorialibus petantur.

Quale ſit hoc Concil. Generale neſciui reperire, quemadmodum quænam ſit illa conſtitutio Iulij III., quibus hic derogatur, benè reperi conſtitutionem Leonis X., quæ eſt 35. in Ordine Bullarum Nou. quæ ſtatuit prout hic in ſupplicatione, & refert ita prius ſtatuiſſe Sixtum Quartum, & Iulium Secundum. Verum Conſtitutiones huiuſmodi non ſunt in Bullario, vndè exiſtimo ſancita illa Sixti Quarti, & Iulij Secundi emanaſſe per viam ſimplicis ordinationis, non autem per viam publicæ Conſtitutionis. Contra cædulę autem Conſiſtorialis tenor eſt qui ſequitur.

» HOdiè Sanctiſſimus in Chriſto Pater, & D.N.
» D. Vrbanus Diuina Prouidentia Papa VIII.
» in Conſiſtorio ſuo ſecreto, vt moris eſt ad relatio-
» nem Reuerendiſſimi Domini Coſmi S. R. E. Car-
» dinalis de Torres nuncupati, Reuerendum Pat.
» Dominum Adamum Epiſcopum nuper Primis-
» lien. à Vinculo, quo Eccleſiæ Primiſlien., cui tunc
» præerat, tenebatur de Reuerendiſſimorum DD.
» meorum S.R.E. Cardd. Conſil. & Apoſtolicæ po-
» teſtatis plenitudine abſoluens illum ad Eccleſiam
» Poſnanien., tunc ex eo, quod idem Sanctiſſimus
» D. N. R. D. D. Matthiam Epiſcopum Vladiſla-
» dien. nuper Poſnanien. à vinculo, quo dictæ Ec-

clesiæ

„ cleſiæ Poſnanien., cui etiam præerat tenebatur
14 „ de Conſilio, & poteſtatis plenitudine ſimili-
„ bus abſoluerat, & ad prædictam Eccleſiam Vla-
„ dislauien. certo tunc modo vacante Apoſtolica
„ anctoritate tranſtulerat paſtoris ſolatio deſtitu-
„ tam ad ſupplicationem Sereniſſimi Principis Si-
„ giſmundi Poloniæ Regis eadem anctoritate tran-
„ ſtulit ipſumque, qui Fidem Catholicam iuxta arti-
„ culos pridem à S. Apoſtolica Propoſitos expreſsè
„ profeſſus fuit eidem Eccleſiæ Poſnanien. in Epiſ-
„ copum profecit, & Paſtorem curam, & admini-
„ ſtrationem d. Eccleſiæ Poſnanien. ſibi in Spiritua-
„ libus, & Temporalibus plenariè committendo, li-
„ beramque ei ad dictam Eccleſiam Poſnanien.
„ tranſeundi licentiam tribuendo, abſoluens eun-
„ dem Adamum Epiſcopum à cenſuris ad effectum,
„ &c. In quorum fidem præſentem contra cædu-
„ lam exindè fieri, noſtrique parui Sigilli, quo in ta-
„ libus vtimur iuſſimus impreſſione communiri &c.
„ Datum, &c. in Cancellaria Apoſtolica, &c.

Nuper Primislien. &c. Hæc verba declarant
modum vacandi in ſupplicatione retentionis, de
15 qua ſupra generaliter videlicet per verba, certo
tunc expreſſo modo, &c. expreſſi, atq; referuntur.

Cardd. Conſilio, &c. Ita reſcribitur in omni pro-
uiſione Conſiſtoriali, nam quæcumque Pontifex
in Conſiſtorio proponit cum Conſilio Card. de-
terminat ad tradita per *Paleott. loco ſupra alleg.* &
*Mandoſ. reg. de annali, quæſt. 16 num. 1. Gonzal. gloſ-
ſa 9. num. 38.*

Nuper Poſnanien. &c. ex hac ſerie translationū
Epiſcoporū regulariter apparet, quod in Regnis,
in quibus nominatio ſpectat ad Reges, ſi promo-
uetur vnus ad Eccleſiam pinguiorem, reliqui qui
Eccleſias habent minus pingues, procurant tranſ-
lationem, quod non video, qua conſcientia fieri
poſſit, cùm Epiſcopi contrahant matrimonium
16 ſpirituale cum Eccleſia, adeovt eam deſerere non
debeant, c. Epiſcopum 7. q. 1. immo ſi Epiſcopus
ambierit Eccleſiam pinguiorem, debet priuari
etiam ea, quam obtinet, c. ſi quis Epiſcopus ea-
dem quæſt. ferunt Ioannem XXII. inter Epiſco-
pos introduxiſſe ius quoddam optandi, adeovt ſi
moriebatur ille, qui præ cęteris pinguiorem habe-
bat Eccleſiam, illam optabat, qui erat proximus
in redditu, & deinde alius vſq; ad infimum, qua
17 via volunt ipſum cōflaſſe ingentem auri vim poſt
eius mortem in Regem Galliæ transfuſam, ità re-
fert Martinus Polonus in vita d. Ioann. XXII. & Si-
gebertus in Cronico ſub anno Domini 1316.

*Ad ſupplicationem Sereniſſimi Principis Sigiſ-
mundi Poloniæ Regis* &c. Rex Galliæ vigore con-
cordatorum habet nominationem ad omnes Ec-
cleſias, & Monaſteria ſui Regni, quæ fit idiomate
Gallico ſimiliter; Rex Hiſpanię, & aliarum multa-
rum in Regno Neapolis, & Siciliæ, ſed non omniū,
& nominatio huiuſmodi exhibetur Sanctiſſimo in
ſcriptis, ſed ſtatur aſſertioni Oratoris. Rex Polo-
niæ nominationem hanc facit in ſcriptis, & qui-
dem idiomate Latino, cuius exemplū libet adij-
„ cere Sanctiſſime, & Beatiſſime Pater, & Domine,
„ Domine clementiſſime poſt oſcula pedum beato-
„ rum mei Regnorum, ditionumq; mearum dili-
„ gentem commendationem. Poſtquam Reuerend.
„ Mattheus ad Eccleſiam Vladislauien. &c. tranſ-
„ latus ex Cathedrali Poſnanien. abijſſet, hæc mea
„ fuit præcipua cura, & cogitatio, vt parem pietate
„ acciperē ſucceſſorem, qui, & vigilantia paſtorali
„ reliquiſq; alijs ad rectè gubernandam Eccleſiam
„ neceſſarijs virtutibus optimè inſtructus eſſet, &
18 quem non aliquę ſpes, & expectationes, aut com-
„ mendationes externæ, ſed propriæ, ac ſolidæ ip-
„ ſius virtutes, & optimè adminiſtrati Epiſcopatus
„ gloria nobis cōmendarent, qui deniq; hoc quod,
„ & nos optamus rationes, ac ipſa neceſſitas Eccle-
„ ſiæ illius in Lituania, vti in vaſto hereticorum opi-
„ nionum pelago inter tot, ac tanta valdeq; deplo-
„ randa animarum naufragia conſtitutæ poſtulant
„ gregi Domini, & Saluatoris noſtri: bene præeſſe,
„ ac vita irrepræhenſibili ad ſalutem præire vellet,
„ & poſſet, atque cum inter reliquos alios præcipuè
„ Adamum Nouodon. Epiſcopum Pręmislien. Vi-
„ rum, quem Sanctitas veſtra tam antea optime
„ notum habet apud ſe ſingulariter commendatū,
„ parem fore, tanto muneri iudicarem, eidem par-
„ tes illas mea commendatione, ac nominatione
„ de more maiorum meorum iureq; Regio impo-
„ nere cupiens, ſupradictum Adamum publicè in
„ Epiſcopum Poſnanien. nominaui, quem, & præ-
„ ſentibus hiſce litteris meis de more maiorum, &
„ iure meo S.V. nomino Deo imprimis, ac S.V. cu-
„ ius vices in terris gerit, hunc ipſum nominatum
„ meum, & cauſam, quæ ipſius eſt propria cōmen-
„ dans, & humillime ſupplicans, vt hanc ipſam no-
„ minationem meam ratam habere, atque gratia,
„ & auctoritate Apoſtolica illi de Eccleſia Poſna-
„ nien., & Collegium eiuſdem Eccleſiæ, quod cum,
„ & illis à me pro more delata fuiſſet eiuſdem no-
„ minati poſtulatio, vt illum ipſum à Sanctitate Ve-
„ ſtra confirmatum pro ſuo Epiſcopo agnoſcere ne-
„ ceſſe habeant ſecure hoc illis mandare velit, ac
„ reliqua omnia ad perfectam, & celerem expedi-
„ tionem totius negotij ſpectant, vt pro ſua pieta-
„ te, ac paterno erga me amore faciat iterum San-
„ ctitati Veſtræ ſupplico quamdiù ac bene valere,
„ & quam feliciſſime Eccleſiæ cum immortalis no-
„ minis gloria præeſſe votis omnibus exopto, Da-
„ tum Vaſauiæ, &c. eiuſdem S. V. obſequentiſſimus
„ filius Sigiſmundus Rex Poloniæ.

Hæc nominatio cōficitur in forma breuis, ſcri-
biturq; in Pergameno, & ſubſequentem habet in-
ſcriptionem Sanctiſſimo, ac Beatiſſimo in Chriſto
Patri, & Domino Noſtro Vrbano Diuina proui-
dentia Papæ Octauo, Sacroſanctæ Rom., ac Vni-
uerſalis Eccleſię Pontifici Maximo, Domino meo
Clementiſſimo; habes Lector, pijſſimi Regis no-
minationem, ex cuius tenore liquet quanto affe-
ctu proſequatur Sedem Apoſtolicam, & notādum
eſt, quod dicit ſe nominare de more, & conſuetu-
dine maiorū ſuorum, quod in inferioribus, & ma-
gnatibus non ſufficeret, nam ex illa dictione de
more, ſiue de conſuetudine argueretur præſum-
ptio vſurpationis, vt in Iacen. Parochialis 21. Iu-
nij 1603. coram Pamphilio; quæ pręſumptio in
19 iurepatron. Regum cadere non poteſt, neq; com-
præhenditur ſub diſpoſitione Concilij Tridentini
ſeſſ. 25. cap. 9.

Qui fidem Catholicam iuxta articulos pridem à
Sede

Sede Apoſtolicæ propoſitos expreſſe profeſſus fuit, &c.
videlicet iuxta formam contentam in Conſtitu-
tione Pij V., & quæ paſſim Romę imprimitur, ac
ſeruatur ab omnibus dignitatibus, quę profeſſio
fidei in reliquis dignitatibus committitur execu-
tori; Epiſcopi vero eam emittunt in manibus Re-
gentis Cancellarię, ſi præſentes ſint, vti contingit
in omnibus Epiſcopis Italię; & hęc profeſſio emit-
titur poſt prouiſionem Apoſtolicam: ſi verò pro-
moti ſint abſentes, tunc emittunt profeſſionem
huiuſmodi in manibus Archiepiſcopi, & vnà cum
proceſſu tranſmittitur ad Vrbem, & ſic de ea con-
ſtat ante propoſitionem conſiſtorialem. Cæterum
20 in reliquis dignitatibus cõmittitur profeſſio hu-
iuſmodi executori litterarum, ſed non in Italia, at
ſolum extra Italiam, & dubitatum aliquando,
vtrum Regnum Sicilię ad hunc effectum poſſet di-
ci ſitum in Italia, & conabar ſuadere D. Datario
affirmatiuam, ſed reſpondit mihi, Datariam ſem-
per ſeruaſſe hunc ſtylum, vt profeſſionem in Sici-
21 lia non committeret, ſed prouiſus abſens tenere-
tur tranſmittere ad Vrbem folium profeſſionis à
ſe ſubſcriptum; Dubitabam ſimiliter aliquando,
an ſufficeret atteſtatio Ordinarij talem, prouiſum
emiſiſſe in manibus ſuis profeſſionem fidei, iuxta
præſcriptum Concilij Trident., & Cõſtitutionem
Pij IV. 114. in Bullario antiquo, & fuit dictum nõ
ſufficere, quia eſt præſcripta forma, videlicet, quod
prouiſus profeſſionẽ in manibus Ordinarij emit-
tat, & deinde folio impreſſo ſubſcribat.

22 *Præſentem contra cędulam* &c. Hæc contra ce-
dula fit à Cardinale Cancellario, & habet reſpe-
ctum ad cędulam propoſitionis, quæ datur per
Cardinalem ponentem tenoris ſequentis.

„ REuerendiſſime Domine: Hodie Sanctiſſimus
„ in Chriſto Pater, & Dominus noſter Domi-
„ nus Vrbanus Diuina Prouidentia Papa Octauus
„ in Conſiſtorio ſuo ſecreto, vt moris eſt ad relatio-
„ nem meam Reuerendum Patr. Dominum Ada-
„ mum Epiſcopum nuper Pręmislien. à Vinculo,
„ quo Eccleſiæ Pręmislien., cui tunc præerat, te-
„ nebatur de Reuerendiſſimorum Dominorum S.
„ R. E. Cardinalium Conſilio, & Apoſtolicæ po-
„ teſtatis plenitudine abſoluens illum ad Eccleſiam
„ Poſnanien., tunc ex eo, quod idem Sanctiſſimus
„ D. N. R. D. D. Matthiam Epiſcopum Vladiſla-
„ dien. nuper Poſnanien. à vinculo, quo dictæ Ec-
„ cleſiæ Poſnanien., cui etiam præerat tenebatur
„ de Conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudi-
„ ne ſimilibus abſoluerat, & ad prædictam Eccle-
„ ſiam Vladislauien. certo tunc modo vacantem
„ Apoſtolica auctoritate tranſtulerat, Paſtoris ſo-
„ latio deſtitutam, ad ſupplicationem Sereniſſimi
„ Principis Sigiſmundi Poloniæ Regis eadem au-
„ ctoritate tranſtulit, ipſumque, qui Fidem Cat-
„ tholicam, iuxta articulos pridem à Sede Apoſto-
„ lica Propoſitos expreſsè profeſſus fuit, illi in Epi-
„ ſcopum præfecit, & Paſtorem; curam, & admi-
„ niſtrationem dictæ Eccleſiæ Poſnanien. ſibi in Spi-
„ ritualibus, & Temporalibus plenariè commit-
„ tendo, liberamque ſibi ad eandem Poſnanien.
„ tranſeundi licentiam tribuendo. Voluit autem
„ Sanctitas Sua, quod dictus Adamus Epiſcopus
„ pro reparatione Eccleſiæ Epiſcopalis, vltra id
„ quòd iuxta Sacros Canones debet, teneatur ſin-
„ gulis annis mille florenos illarum partium expen-
„ dere, donec eiuſdem neceſſitati fuerit ſufficienter
„ prouiſum, aliàs pro dicta rata fructus ſuos non
„ faciet, onerando in hoc eius conſcientiam, quod-
„ que erectioni Montis Pietatis pro viribus incum-
„ bere teneatur, abſoluens eundem Adamum Epiſ-
„ copum à cenſuris ad effectum, &c. In quorum
„ fidem præſentem cædulam exindè fieri, noſtrique
„ parui Sigilli, quo in talibus vtimur iuſſimus appo-
„ ſitione communiri &c.
„ Datum Romæ in Aedibus meæ ſolitæ reſiden-
„ tiæ, &c.

Notanda conditio per Papam appoſita, quod
Epiſcopus teneatur expendere florenos mille an-
nuos pro Fabrica Eccleſiæ, donec illi fuerit proui-
ſum quia in proceſſu ſuper ſtatu Eccleſiæ ad Vr-
bem tranſmiſſo legebatur, quod Eccleſia prædicta
non ità pridem conflagraſſet, & iſti mille floreni
annui ſint vltra id, quòd Epiſcopus tenetur con-
ferre ſabricæ Eccleſiæ de Iure Canonum, videlicet
23 quarta redditunm, vt in c. nobis, c. conceſſæ, cap.
quatuor, c. de redditibus, c. cognouimus, c. mos
eſt 12 quæſt. 2., & eſt textus, licet non exprimat
quantitatem, in c. de his de Eccleſ. edific., & im-
ponit Papa hoc onus ſub pœna, quòd non adim-
plens non faciat fructus ſuos, circa quam clauſu-
lam notandum eſt, quod dupliciter poteſt intelli-
gi ſuos, primò quòd non faciat fructus in fo-
ro fori, altero in foro conſcientiæ, & non faciens
fructus ſuos vno, ſiue altero modo, tenetur ad re-
ſtitutionem, ſed diuerſimodè in foro conſcientiæ,
puta ob omiſſionem recitationis officij Diuini,
Clericus nedum peccat mortaliter, ſed tenetur
ad reſtitutionem ratæ fructuum illius diei proue-
nien. ex redditibus ſui beneficij, vt multis *Nauarr.
de orat. & hor. canon. cap.* 18., & tunc ſatisfacit hu-
iuſmodi omittens, ſi ratam illam eroget in paupe-
res, ſi verò ei imponitur aliquod onus expreſſis
24 verbis, vt niſi adimpleuerit fructus ſuos non fa-
ciat, tunc non ſufficit erogare ratam pauperibus
quia clauſula illa, ſiue contemptus illius poteſt de-
duci ad forum contentioſum *c. commiſſa de elect. in
6. Rebuff. in prax. tit. de non promot. intra annum nu.
14. & 15.*

Et obiter hic notandum eſt, quòd non omnis
diſpenſatio ſuper retentione reddit impetran-
tem ſecurum in conſcientia, quo ad fructus plu-
rium beneficiorum contra communem opinio-
nem, quæ hodiè viget, vt notat *Gonzalez gloſ. 15.
num. 38. & ſeqq.* cuius tamen opinio videtur valdè
probabilis, videlicet, quod Papa diſpẽſando ſuper
retentione ſolum hoc facit, ne impetrans poſſit
moleſtari ſuper ſubreptione, non autem, quod
diſpenſet ſecum ſuper fructibus plurium, ſi ijs ne-
ceſſatio non indiget, & hoc videtur determina-
re *textus in cap. non poteſt §. final. de præbend. in 6.*
25 cuius verba ſunt. *Cum vero tibi non obſtante, quod
aliud beneficium obtinere noſcaris a Sede prædicta de
aliquo beneficio prouideri contingit, per hoc tecum,
vt primum beneficium cum ſecundo retinere valeas,
non intelligitur diſpenſatum; hoc enim ſolum præfa-*

ta operatur expreſſio, quod facta tibi gratia, nequeat ſubreptitia iudicari, adeovt Papa impetrantem huiuſmodi vult reddere ſecurum, ne poſſit conueniri in foro Iudiciali, non autem reddit ſecurum in conſcientia, & hunc textum ita interpretatur *Nauarr, tract. de Orat. cap. 22. Miſcel. 16. n. 64. & 65*, cum pluribus alijs adductis per *Gonzal. vbi ſuprà num. 28.*

Demum retentio huiuſmodi de compatibilibus ſolet concedi paſſim; de incompatibilibus vero nõ,
36 niſi in Polonia, quamvis viderim eam concedi etiam in Gallia, quia vigebat eadem ratio nempe penuria Sacerdotum in loco Rupellæ ab hæreticis recuperatæ.

In Germania datur retentio plurium dignitatum, & Canonicatuum, quia non habentur pro incompatibilibus, videlicet, quod quis plures obtineat Canonicatus, non autem, quod ſine diſpenſatione poſſit obtinere quis Canonicatum cum Eccleſia; Electi autem ad Eccleſias petunt retentionem Canonicatuum in alijs Eccleſijs, vt ad eas ſimiliter queant eligi. Tanta beneficiorum fames excuſanda aliquo modo eſſet, ſi electi ad ſecundam Eccleſiam priorem dimitterent, verum vtrãque & tertiam, ac quartam, ſi Deo placet cumulant, & tunc reſcribitur cum decreto. *Ad bien-*
37 *nium tantum, & quo ad perceptionem fructuum Canonicatus, & præbenda, exceptis distributionibus quotidianis. Et cum decreto, quod finito dicto biennio Orator infra duos menſes a fine illius computan. Canonicatum, &c. dimittere omnino teneatur, alioquin Canonicatus, & præbenda huiuſmodi vacent eo ipſo.* Verùm biennium huiuſmodi ſemper prorogatur, nec vnquam denegatur prorogatio, & hinc Germanorum quærelæ? Romanam Curiam non reſtringere hanc retentionem ad biennium, niſi ob cauſam pauci lucelli, quod recipit ex prorogationibus, ſanè quemadmodum commendę à principio dabantur ad quinquennium tantum, vt notat *Rebuff. in prax. tit. de commenda, & Gonzalez gloſſ. 5. §. 8. à princip. & ſequentibus*, & ſingulis
38 quinquennijs elapſis dabatur prorogatio ad aliud quinquennium, & de inde abrogata illa prorogatione, & cœptum commendari Monaſterium ad vitam, ità etiam fieri poſſet in hac retentione, ne in re minima detur anſa maleuolis calumniandi; magis tamen præſtaret, ne ipſi retentionem peterent, cum nihil magis deformet Eccleſiam, vt dicit *Rebuff. dicto titul. de commenda num. 10. & ſequentibus, & num. 23.* refert reſponſum quoddam ſancti cuiuſdam Epiſcopi Pariſien., cui offerebatur cum Eccleſia Monaſterium in commenda, abſit inquiens, vt cum ſponſa habeam concubinam.

Quòd autem diximus Canonicatus plures in Germania non cauſare incompatibilitatem intelligendum ex conſuetudine, ſecus de Iure, vt in
39 terminis Canonicatus Colonien. dixit Rota ſub XXIIII. Maij M. DC. XIX. coram Manzanedo.

,, Viſum fuit Dominis gratiam Federici non eſ-
,, ſe iuſtificatam, narrauit enim, quod Gulielmus
,, olim Canonicus Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Ca-
,, niberti Colonien. dict. Canonicatum retineat vna
,, cum decanatu, & alijs Canonicatu, & præbenda
,, prædictæ Eccleſiæ dicto Canonicatui annexis, de
,, qua tamen annexione non conſtat. Non obſtant
,, duæ prouiſiones aduerſarij factæ de hoc decana-
,, tu, in quibus enunciatur huiuſmodi annexio, tum
,, quia d. prouiſiones non ſunt in forma probanti, tũ
,, quia ſunt recentes. Minus obſtat alia enunciati-
,, ua facta in vnione producta per Gulielmum, quia
,, loquitur de annexione præbendę, cuius appella-
,, tione non venit Canonicatus cum præbenda ſit
,, quid temporale diſtinctum à Canonia, & ideò
,, nullam inducit incompatibilitatem cum decana-
,, tu *Gonzalez gloſs. 5. §. 1. num. 27.* de quo etiam in
,, ſpecie teſtantur Capitulares in fide data in Sum-
,, mario Gulielmi, quòd ſecus eſt in Canonicatu,
,, qui ſonat in titulum, & ſimul obtineri non poteſt
,, cum decanatu, qui eſt dignitas *Seraph. deciſ. 420. num. 2.* & fuit dictum in Gennen. portionis 5. Iu-
,, nij 1613. coram Dom. meo Vbaldo, vndè ex an-
,, nexione præbendæ, non reſultat annexio Cano-
,, nicatus.

Hæc Deciſio ſupponit plurium Canonicatuum incompatibilitatem, quæ tamen vt dixi de conſuetudine, ſiue potius deſuetudine In Germania non attenditur.

Vt autem retentionis materiæ, finem imponamus, notandum poſtremo eſt, quòd Priori promoto ad aliquod Monaſterium, à quo prioratus ipſe dependet, poteſt dari diſpenſatio, quod poſſit retinere dictum prioratum, ſicut prius, decernendo illum non vacare, ſecus, ſi prioratus de-
30 penderet ab alio Monaſterio, quia tunc eſſet danda diſpenſatio, quòd illum poſſet in commendam retinere, ratio diuerſitatis eſt, quod priori caſu conceditur res propria, ſecundo aliena; in
31 adminiſtratione verò non datur retentio, quia adminiſtratio ſupponit temporalitatem, retentio vero ſupponit titulum perpetuum, vt *Gonzal. dict. gloſ. 5. §. 8.*

S V M M A R I V M.

Compoſitio pro quibus gratijs ſoluatur, 1.
Taxa ſoluitur in Cancellaria pro omnibus gratijs, 2.
Scriptores Apoſtolici ſunt taxatores gratiarum, 3.
Annata pro quibus beneficijs ſoluatur, 4.
Mandatum de expediendu gratis conceditur motu proprio, 5.
Vicecancellarij munus quale ſit, 6.
Vicecancellarius vno Summo Pontifice minor eſt, 7.
Vicecancellarij facultas circa ſignaturam gratiæ, & iuſtitiæ, 8.
Summatoris officium quale ſit, 9.
Litteræ Apoſtolicæ, quæ expediuntur per Cameram, & quæ per Cancellariam, 10.
Summatoris origo, & eius officij erectio, 11.
Mandatum de expediendu gratis quibus detur, 12.
Mandatum de expediendu gratis, quomodo per Papam ſubſcribatur, 13.

CAPVT XVIII.

De Mandato expediendo gratis.

PReſens Materia, Cancellariam, eiuſque Officia-
les concernit, propterea fuſius Deo dante in
notabilibus Cancellariæ de ea agemus in præſen-
tiarum, tradentus ea, quæ ad interpretationem
ſupplicationis conferunt, quam hic more ſolito
præponimus.

„ Velitemen. Gregorius Papa XV. motu pro-
„ prio &c. Ven. Fratri Noſtro Alexandro Epiſco-
„ po Albanen. S. R. E. Vicecancellario, & Summa-
„ tori Noſtro, ac Secretarijs, & Plumbatoribus Re-
„ giſtri, & Plumbi Magiſtris, omnibuſque, & ſingu-
„ lis alijs Officialibus, ad quos litterarum Apoſto-
„ licarum expeditio per viam Secretam pertinet in
„ virtute Sanctæ Obedientię pręcipiendo manda-
„ mus, quatenus viſis pręſentibus pro dilectis filijs
„ Magiſtro Ioanne Andrea Caſtellano, in vtraque
„ Signatura Noſtro Referendario, & familiari con-
„ tinuo commenſali Noſtro, nec non Nicolao Petri
„ Mario Clerico Velitemen., ſeu alterius Diœceſis
„ Apoſtolicas prouiſiones perpetui ſimplicis bene-
„ ficij Eccleſiaſtici ſub Sancti Marci in Eccleſia Ve-
„ literneo., ac perpetuę ſine cura Cappellanię ſub
„ Sancti Barnabæ Inuocationibus in Sanctę Mariæ
„ de Crimo, etiam nuncupatum Veliter. ſuper per
„ liberam reſignationem dicti Nicolai in manibus
„ Noſtris ſponte factam, & admiſſam vacan. ad fa-
„ uorem dicti Ioannis Andreæ facta, nec non reſer-
„ uationis penſionis annuę 40. ſcutorum monetę
„ Roman. ſuper beneficij, & Cappellanię huiuſmo-
„ di proportionabiliter fructibus in fauorem dicti
„ Marci reſeruata, iſdem Ioanne Andrea, & Mateo
„ gratis vbique per viam Secretam, etiam quo ad
„ compoſitionem expediant, & relaxent, conſtitu-
„ tionibus, & ordinationibus ſupradictis, cęteriſq;
„ contrarijs quibuſcumq; non obſtan.

Tria genera expenſarum fiunt in expeditione
litterarum Apoſtolicarum ſub plumbo, quas Bul-
1 las vulgo vocant: primum fit in Dataria, non pro
omni gratia, immo pro nulla gratia beneficiali;
hoc eſt ſimplici impetratione beneficij, ſed pro
coadiutoria, quę eſt contra Ius, quia confertur
quod ad modo beneficium viuentis, vel ſanè vnum,
& idem beneficium confertur duobus, eodem
tempore, vt latius infra de coadiutoria ſcripturi
dicemus; in reſignatione vero cum penſione ſol-
uitur compoſitio, non quidem ratione beneficij,
ſed ratione penſionis, ità etiam in vnionibus, &
indultis ſoluitur compoſitio pro vnione, & in-
dulto, non pro beneficio, habita tamen ratione
fructuum beneficij, reliqua duo genera expenſa-
rum fiunt in Cancellaria, videlicet, taxa, & anna-
2 ta, taxa ſoluitur pro omnibus gratijs iuxtà nor-
mam, & regulam per Conſtitut. Pontificum prę-
ſcriptam, taxa autem huiuſmodi fit per ſcripto-
tes Apoſtolicos, ad quos ſpectat munus taxandi,
3 & iuxtà hanc taxam exigunt ſuos prouentus re-
liqui Officiales Cancellarię Annata verò non ſol-
4 uitur niſi pro beneficijs, quorum valor annuus ex-
cedit ſummam ducatorum vigintiquatuor auri
de Camera, vt de omnibus mox explicata ſuppli-
catione trademus.

Motu proprio, &c. hęc gratia non conceditur ad
ſupplicationem partis, ſed motu proprio, & ſepa-
5 ratim à gratia publica, & regiſtratur in Officio
Miſſarū, & ſola ſignatura ſufficit etiam, quod hoc
in gratia non legatur.

S. R. E. Vicecancellario, & Summatori Noſtro,
&c. dirigitur hoc mandatum Vicecancellario,
6 quia is ratione proprij officij litterarum expedi-
tioni pręeſt, *vt notat Veſtr. in praxi lib. 1. cap. 4.
num. 1.* & pręter hoc maximam habet iuriſdictio-
nem, tam in reſcriptis gratię, quam iuſtitiæ, *vt
Veſtrius dicto num. 1. & ibidem notat Grauat.* quod
7 vno Pontifice minor eſt, quia vt inquit *Cardinal. in
Clem. 2. de elect.* Poſt Papam in Curia Romana ma-
ior eſt; plura de hoc ſupremo magiſtratu, & eius
denominatione tradit *Chokier. ad Sotum in regul.
Cancell. in praem. num. 11. & ſequentibus*, de quo
tamen placeat Lectori meam videre ſententiam in
8 hoc voluminis principio cap. 2. cęterum, quam ha-
beat Iuriſdictionem Vicecancellarius circa ſigna-
turam gratię, & iuſtitię tradit *Gomez ad reg. de ve-
riſimil. not. quæſt. 10. verſic. eſt bene verum*, & Rota
in vna Romana Beneficiatus prima Iulij 1591.
coram Gyptio, quam deciſionem libet hic ap-
ponere.

„ Reuerendiſſimus Dominus Ferratinus Epiſco-
„ ſcopus Amerin. Regens Cancellariæ quandam
„ commiſſionem cauſæ ſuper iactationibus, & mo-
„ leſtationibus vnitis beneficiati Sancti Petri de Vr-
„ be ſola eius ſignatura relaxauit, vtendo illis verbis
„ de mandato &c. & mihi commiſit, quia partes in
„ propoſitione alicuius dubij extraiudicialiter in
„ me conſenſerunt. Cuius quidem commiſſionis
„ vigore Dominus Innocentius cum decreto inhi-
„ bitionem obtinuit, quæ ſub die 22. Maij præteriti
„ executa fuit; ſed ea non obſtante dictus Egidius
„ Adricus poſſeſſionem beneficiatus, de quo agitur,
„ adeptus fuit, quare cum pro reuocatione atten-
„ tatorum in vim litis pendentiæ inſtaretur, iux not.
„ in *Clem. 1. vt lit. pend. Guid. op. deciſ. 337. num. 6.* præ-
„ dictus D. Egidius oppoſuit dictam commiſſionem
„ nullam prorſus ex eo tribuere iuriſdictionē, quia
„ Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Cardinalis Signaturæ
„ iuſtitiæ Præfectus in ea manum non appoſuerat.
„ Ideo dubitaui an dicta commiſſio manu ſolius re-
„ gētis ſignata tribueret iuriſdictionem, & tribuere
„ Domini vnanimiter dixerunt, quoniam ſatis cla-
„ rum eſt ipſi competere hanc facultatem commit-
„ tendi omnes cauſas beneficiales, & in Curia non
„ deuolutas, vt legitur in regulis Cancellariæ ſub
„ rubrica de poteſtate Reuerendiſs. D. Vicecancel-
„ larij, & Cancellariam Regentis, *verſ. item quia poſt
„ omnes*, & tenuit *Rot. apud Egid. deciſ. 601. Incip. Cā-
„ cellaria poſt Felin. in rubr. de reſcript. num. 9. & 10.
„ Sarnen. & Staphil. in locis ab informantibus citatis*,
„ & ſi adeſſet aliqua dubitatio, quę tamen nō adeſt,
„ remaneret ſublata, tum ex obſeruantia ſubſequu-
„ ta, tum etiam, quia omnes Pontifices ſemper fa-
„ cultates dicti Illuſtriſs. D. Vicecancellarij inno-
„ uant, & obſeruari mandant, quo fit, vt de ipſis
„ Regentis poteſtate dubitari non poſſit.

Nec ad rem pertinet, quod poſt Concilij Tridentini publicationem forſan non reperiantur commiſſiones earum ad Curiam, etiam non devolutarum in prima inſtantia ſola Signatura dicti Regentis ſignata, quia non propterea dicendum eſt huiuſmodi facultatem amiſiſſe, nam Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 20. diſponit omnes cauſas ad forum Eccleſiaſticum pertinentes in prima inſtantia coram Ordinarijs locorum dumtaxat cognoſci debere, procedit quando cauſæ de partibus, quæ non debent ab Ordinarijs auocari, & ad Curiam trahi, non autem loquitur Concilium de illis cauſis, quæ ex earum pro prima natura ſunt in Vrbe committendæ, & determinandæ.

Et ratio propter quam, vt exiſtimo, mouetur Concilium, ne ſcilicet præiudicetur iuriſdictioni Ordinariorum, vel partes cogantur, non ſine maximo incommodo extra earum diœceſim litigare non militat in caſu propoſito, ideo nec eius diſpoſitio militare debet, *l. adigere, §. quamuis, de iurepatron.*, & quod expreſſe prohibitum non eſt per Concilium ſtare non prohibetur, *l. percipimus, in fi. C. de appell. l. fi. de indict. vid. tollen. cum vulg.* &c.

Hodie ſupremum huius Magiſtratum ſumma cum laude gerit Eminentiſſimus, & Reuerendiſs. D. Cardinalis Barberinus Sanctiſs. D. N. Vrbani VIII. ex fratre nepos, cuius ego viri merita hic non recenſeo, quia occaſio mihi dabitur, quando fauente Deo Typis dabo notabilia Cancellariæ.

Et ſummatori noſtro, &c. Summatoris officium, ſiue Summiſtæ quale ſit, habes apud *Veſtrium in praxi lib. 1. num. 2.*, quæ tamen hodie valde ſunt mutata, dicit enim, quod ſummiſta habet curam
9 expediendi litteras per Cameram, & modum etiam, quo hoc facit, & hoc etiam hodie ſeruatur; quod vero expeditio per Cameram expreſſum requirat Pontificis iuſſum, hodie non ſeruatur, quia paſſim ſollicitatores litterarum Apoſtolicarum, ſiue expeditores expediunt Bullas, per quã viam volunt, hoc eſt per Cancellariam, ſiue per Cameram, prout ipſis magis eſt libitum, ſuper quo tamen DD. Abbreuiatores magnam habent controuerſiam cum ſummatore, vel certè cũ ipſis expeditoribus litterarum prætendentes, quod ipſi expeditores non poſſint in præiudicium Cancellariæ, hoc eſt officij Abbreuiatorum expedire eas litteras Apoſtolicas, quæ per Cãcellariam commodè expediri poſſunt, ſed tantum eas, quæ habeant clauſulãs regulis Cancellariæ contrariantes, & quæ per Can-
10 cellariæ expediri nequeunt. Quod vt intelligatur ſciendum eſt duplici de cauſa litteras expediri per Cameram: Primò, quia Camera, hoc eſt Summiſta admittit clauſulas, & narratiuas, quas Cãcellaria admittere nequit, exempli cauſa, Camera confert beneficium cum expreſſione, ſiue ſit, ſiue non ſit de Iurepatronatus; quod Cancellaria nequit facere, habet enim certas regulas ſibi à Pontificibus præſcriptas, quas non valet tranſilire, & quia iiſdem Pontificibus durum videbatur, quod regulis Cancellariæ ligarentur, ſi vellent alicui gratiam vberiorem concedere, eo quia non eſſet officialis, qui litteras contra regulas Cancellariæ expedire poſſet adinuentus eſt ſummator, ſiue Summiſta, qui in Camera in preſẽtia Papæ litteras ſummariè cognoſcebat & ſubſcribebat, quod officium deinde ab Alexandro VI. erectum eſt in officium perpetuum ad inſtar aliorum officiorum Rom. Cur., vt ex Conſtitutione eiuſdem Alex. in Bullario nouo 10. quam erectionem Pius V. eodẽ Bullario Conſtit. 105. approbauit, & confirmauit, nec non priuilegijs auxit; & formam examinandi litteras Apoſtolicas præſcripſit, & facultates
11 Summatoris, etiam certis limitibus reſtrinxit. Secundò, fit expeditio per Cameram, non quia litteræ aliquam contineant clauſulam, quam Cancellaria admittere non valeat, ſed quando fructus beneficij, cuius prouiſio expeditur aſcendunt ad magnam ſummam, puta ad Ducatos auri de Camera 200. vel 300., quia tunc ratione taxæ plumbi minus diſpendioſa eſt expeditio Bullarum per Cameram, quam per Cancellariam, quamuis ſoluatur vna taxa, plus in expeditione Cameræ, quã Cancellariæ, vt not. *Veſtr. loc. alleg.*, & de hoc queruntur Domini Abbreuiatores, aſſerentes expeditionem per Cameram fuiſſe adinuentam ex primo capite, non autem permiſſam ex hoc ſecundo capite, quæ tamen lis, & controuerſia adhuc pendet indeciſa, & Summator, ſiue Summiſta eſt in poſſeſſione expediendi quaſcumq; litteras, quæ ſibi per expeditores offerantur. Ego in hac cauſa Dominis Abbreuiatoribus adfui Aduocatus, & re vera videtur aliquis vtriſq; præfigendus expediendi modus, quod vt ſpero aliquando per Sanctiſsimum D. N. præſtabitur ad tollendas huiuſmodi differentias, & diſſenſiones, quæ longè eſſent maiores, ſi officium Vicecãcellarij, & officium ſummatoris eſſent, vt antea in diuerſis, & ſeparatis perſonis, quia eorum intereſſe principaliter concernit expeditio per hanc, ſiue per illam expediendi viam, & propterea vt ego exiſtimo Alexander Cardinalis Montaltus bo. me. officium ſummatoris emere comparata pecunia voluit, vt tolleretur officiorum concurſus in expeditione, & ſic, quod illi decedit tanquam Cancellario in expeditione per Cameram; accreſcit eidem vti ſummatori, & è conuerſo, quod decedit vti ſummatori, accedit vti Cancellario, & ideò vtrumq; etiam officium hodie obtinet Eminentiſs. Dom. Cardinalis Barberinus.

Notandum autem, quod mandatum huiuſmodi dirigitur Vicecancellario, ſi ſummator non eſſet idem non dirigeretur, ſed quia vtrumq; obtinet officium, & ſi alius præter Vicecancellarium eſſet ſummator, etiam ſpecificè, & nominatim dirigeretur ſummatori, prout vidi in mandatis directis Alexandro Cardinali Farneſio Vicecancellario, & Ferdinando Cardinali Medices Sũmatori.

Ac Secretorijs, & plumbatoribus regiſtrique, & plumbi magiſtris &c. De his Officialibus eorumq; muneribus, & honoribus agemus in notabilibus Cancellariæ; nimis enim operoſum eſſet hoc loco, ea inſerere, quæ commodius ſuis loco, & tempore tradi poſſunt; nunc enim non niſi de Officialibus Datariæ exactè ſcribere propoſuimus.

Ioannis Andreæ familiaris, & continui commenſalis noſtri, nec non Nicolai, Petri, Marci, &c. Huic narratiuæ additur per Subdatarium reſtrictiua pro
12 familiari dumtaxat, licet enim familiaris Papæ ſit re-

ſit reſignatarius, & ex conuentione inter ipſum, & reſignantem inita ipſe omnes expenſas facere teneatur; nihilominus non fit defalcatio, niſi pro ea rata, quæ obueniret familiari de Iure, ſi nullā ſuper expenſis iniuiſſet conuentionem; Mandatum autem huiuſmodi non datur niſi familiaribus Papæ, circa quod aduertendum eſt, quod Cardinales eorum fratres, & nepotes Rotæ Auditores, Abbreuiatores; ac Scriptores expediunt eorum gratias gratis, non quidem per viam ſecretam, & præuio mandato manu Papæ ſignato, ſed in vim priuilegiorum, adeovt Scriptores non taxant eorū bullas, ſed loco taxæ ponunt gratis pro nepote Cardinalis. & hæc Bulla non indiget via ſecreta, quia nihil ſoluit, etiam ſi expediatur via ordinaria, attento quod reliqui Officiales Cancellariæ in exactione emolumentorum recipiunt normam à ſcriptoribus Apoſtolicis adeovt ſi ipſi faciant gratiam; reliqui Officiales teneantur ſequi eorum veſtigia......

Mandatum huiuſmodi de expediendo gratis
ſolum ſubſcribitur à Papa per ſequentia verba
13 Placet A. videlicet prima littera nominis Proprij,
& regiſtratur in officio Miſſarum, & nullius alterius Officialis habet ſubſcriptionem, immò nec datam, nam ſupponit primam gratiam, ſine qua nihil poſſet operari. Nunc quia de compoſitione, Taxa, & annata acturum me promiſi, debitum exoluam.

SVMMARIVM.

Compoſitio quando, & pro quibus gratijs ſoluatur, 1.

Rebuffi error circa compoſitionem, 2.

Compoſitio non ſoluitur pro diſpenſatione in foro conſcientiæ, 3.

Compoſitio pro fructibus malè perceptis, quid operetur, 4.

Compoſitio non fit ſuper diſtributionibus quotidianis, 5.

Compoſitio an dicatur cauſa oneroſa, 6.

Compoſitio non ſoluitur pro penſione in prouiſione ex obitu, 7.

Compoſitio facta ſuper aliqua gratia non probat illius effectuationem, 8.

Hæretici compoſitiones Datariæ damnant, 9.

Præfectura compoſitionum erecta per Pium V. & ſuppreſſa per Vrbanum VIII 10.

Compoſitiones Datariæ fiunt iuxta præſcriptas regulas, 11.

Compoſitionum Datariæ Inuentor fuit Alexander Sextus, 12.

§. I.

De Compoſitione.

COmpoſitio vt dicebam ſoluitur pro coadiutorijs, cum futura ſucceſſione, pro penſionibus ſine cauſa, ſiue ex cauſa ſtudij; pro penſionibus ex cauſa reſignationis, quando penſio ponitur ſuper fructibus certis, & incertis, vel quando penſio reſeruatur non reſignanti, ſed tertio, pro vnionibus, pro indultis, & demum etiam pro fructibus male
1 perceptis: quæ tamen tam poteſt fieri in Camera
quam in Dataria, vt notat *Rebuff. in praxi d. 3. p.*
ſign. verſ. necnon Iurispatronatus num. 8. Hallucinatur autem idem *Rebuff. in de diſpenſ. ſuper defect. natal. num. 96* vbi dicit, quod compoſitio non ſolet per Papam remitti, quia tangit Curiæ Romanæ officiales, quod omnino falſum eſt; nam compoſi-
2 tio, vt dixi, ſoluitur in Dataria, & tota reſultat in
vtilitatem Papæ, neque officiales aliquid ex compoſitione percipiunt præter milites Lauretanos, quorum Collegium ex ſingula compoſitione pro diſpenſatione matrimoniali exceden. tertium gradum, recipit duos ducatos auri de Camera, & Gregorius XIII. fel. rec. cum erexiſſet Collegium Germanicum, & Vngaricum, aſſignauit illi compoſitionem nouam trium ducatorum ſoluendam pro ſingulis indultis ſimplicibus non qualificatis, quod Sixto V. ſucceſſori, viſum eſt inconueniens, vt videlicet Collegium haberet auctoritatem in libris Datariæ, & propterea commutauit hoc emolumentum cum pingui beneficio, quod loco eiuſdē emolumenti contulit, & vniuit prælato Collegio, & ita Dataria hodiè emolumentum huiuſmodi recipit ad vtilitatem Papæ. De compoſitione, quæ fit pro diſpenſationibus matrimonialibus, hic non agemus, ſed ſuo eo titulo oſtendemus Stylum Datariæ in hoc à temporibus Rebuffi, qui deſuper tractat in *praxi ad regulam de diſpenſat. in grad. prohib. gloſſ. 7.* valdè eſſe immutatum, quamuis hoc ve-
3 rum ſit, quod nulla ſoluitur compoſitio pro diſpē-
ſatione in foro conſcientiæ, quod autem dixi ſolitum eſſe, quod ſuper fructibus malè perceptis fiat compoſitio, vt teſtatur *Rota decil. 665. num. 10. par. 2. recent.* quæ efficit, quod huiuſmodi componens,
4 tutus ſit in conſcientia, & foro fori, ſiue fructus illi
debeantur vniuerſali, vel particulari Eccleſiæ *Caſſad. deciſ. 6. nu. 4 9. de præbend.*, Hoc tamen procedit de fructibus certis, ſecus de incertis, & diſtri-
5 butionibus quotidianis *Gonzal §. 7. proœm. n. 173.*
& ratio eſt, quia diſtributionis quotidianæ acquiruntur ex opere, & labore, non autem ex titulo beneficij. Aduertendum autem eſt notabile *Nauarri de præcepto Decal. cap. 17. de reſtit. bonorum incertorum num. 93. verſic. per quæ reſoluo,* vbi dicit, quod licet Papa, qui habet generalem adminiſtrationem omnium bonorum Eccleſiæ poſſit male perceptores fructuum ex beneficijs Eccleſiaſticis prouenientium ad compoſitionem admittere, tamen, ſi huiuſmodi male percipiens de tempore compoſitionis petitæ, poſſet integram reſtitutionem facere, quod per huiuſmodi cognitionem in foro conſcientiæ non liberatur; immò etiam ſi poſtea locuplex fiat, & commoditatem habeat reſtituendi integros fructus perceptos, quod non iuua-
6 tetur compoſitione; An autem compoſitio dicatur
cauſa oneroſa, & Pontifex dicatur quaſi contrahere diſputat *Gonz. gloſſ. 28 n. 22. & ſeqq.* vbi, quod quando compoſitio eſſet correſpondens gratiæ, ſiue indulto recepto, quod tunc diceretur cauſa oneroſa, adeovt princeps nam poſſet gratiam, ſiue indultum mediante huiuſmodi compoſitione obtentum reuocare, quod autem diximus de compoſitione ratione penſionis, notandum, quod non vendicat ſibi locum in penſione ex cauſa obitus,

quia

quia pro ea nulla ſoluitur compoſitio, quantumvis
ſit excedens, *etiam ſi excedat fructuum* medietatem
7 *Rota deciſ.928.lib.3.par.3.diuerſ.* Querit Rota co-
ram *Acebille deciſ.1.de conceſſ. præbende numer* 4.
vtrum ex compoſitione poſſit argui ad effectua-
tionem gratiæ, pro qua fuit facta compoſitio, & re-
8 ſpondet, quod non, quia huiuſmodi componens
potuit decipi, & ideo quemadmodum compoſitio
componenti non prodeſt, niſi gratia iuſtificata; ita
etiam componenti non poteſt obeſſe, vt videmus
in compoſitione facta cum fiſco, quæ non opera-
tur acceptationem ſententiæ, vel confeſſionem
criminis, ſed ſolum cenſetur facta ad ſe redimen-
dum à vexationibus *Rota coram Seraph.dec.1352.
num.5.*, quamvis compoſitio huiuſmodi veniat
ſub nomine pœnæ *Pariſ.de Puteo de ſindicatu §. cō-
poſitio nu.6.Ghirl and.de relaxat.carcerat.tit.de pœn.
compoſit.num.3.Monteleon.in prax.arbitr.p.1.2.par.
principalis nu.8.*

Hæretici plerumque compoſitionem hanc, quæ
in Dataria ſoluitur, inter quos impius Carolus
Molineus facilè Princeps multis contumelijs tra-
ducunt, ſed malignantium more, quia Romani
Pontifices id, quod ex compoſitione prouenit pijs
addicunt operibus, & publicis, ac priuatis elemo-
ſinis, immo Camera Apoſtolica aliquando ita re-
peritur exhauſta, quia nunc Imperatori, nūc huic,
& alteri Principi Catholico pecunias in bellum
ſubminiſtrat, vt Pontifex, eiuſque familia ex hoc
prouentu viuere cogatur, quod ex Rebuffo locis
9 allegatis compertum fuit, adeo vt obtrectatores
ſcindantur licet, nō poſſunt probis viris perſuade-
re, pecuniam hanc in malam cauſam verti.

Officialis verò Datariæ, qui huiuſmodi compo-
ſitiones exigit Præfectus compoſitionum vocaba-
tur, quod officium non ita pridem à Pio Quinto
ad inſtar aliorum officiorum Romanæ Curiæ ere-
10 ctum fuit, & nuper iuſtis de cauſis à Sanctiſſimo
Domino Noſtro ſuppreſſum, vt illud exercea-
tur, non per Officialem perpetuum, ſed per
Miniſtrum ad nutum amouibilem. Compoſi-
11 tiones autem huiuſmodi non fiunt arbitrio illius
miniſtri, ſed habet ſibi præſcriptas regulas, quas
ſeruat eas; ego hic non recenſeo quin nimis eſ-
ſet operoſum, & fortaſſis non expediens. Pri-
mum auctorem huius compoſitionis, exiſtimo
fuiſſe Alexandrum Sextum, vidi enim Epiſtolam
12 quandam Ferdinandi, & Iſabellæ Regum Cattho-
licorum ad præfatum Alexandrum, in qua quære-
bantur de hoc, tunc nouo onere, quòd compoſitio-
nem vocabant, qui tamen piiſſimi Reges volunta-
ti Pontificis acquieuerunt, & hæc de compoſitio-
ne Datariæ ſufficiant.

S V M M A R I V M.

Taxa augetur iuxta valorem expreſſum, vel gratiarum quantitatem, & qualitatem, 1.
Officiales participantes de taxa, 2.
Iulius nummus denarius antiquitus erat groſſus, 3.
Taxa noua, quæ ſit, 4.
Vice Cancellarius exigit pro ſingulis bullis vnam taxam, 5.
Taxarum inuentor fuit Ioannes XXII. Aueniōni, 6.
Gomesij error circa taxam, 7.
Taxantur bullæ beneficiales etiam ſi fructus nulli ſint, 8.
Valor beneficij etiam minimus exprimendus, 9.
Valor in gratia motu proprio non eſt exprimendus, 10.
Valoris expreſſio aliquando venit ſub nomine taxæ, 11.
Taxam poſſe probari per famā quomodo ſit intelligen. 12
Taxa, & valor expreſſus quando dicatur pars gratiæ, 13
Taxa inducta fuit cauſa diminutionis, non augumenti, 14
Valor vt plurimum excedit taxam, 15.
Taxæ reductio quando fiat, 16.
Valor expreſſus iux. taxam librorum Cameræ ſatisfacit, 17.
Taxa adinuenta fuit propter ſolutionem annatæ, 18.
Taxa librorum Cameræ, & taxa decimalis valde diſtant inter ſe, 19.
Regula de valore non habet locum in beneficijs taxatis, 20.
Taxa in libris Cameræ reddit beneficium collationis conſiſtorialis, 21.
Conſiſtorialiter vt prouideatur de Monaſterio, an requiratur certus quidam valor, 22. 60.
Taxa exprimenda, & verificanda eſt, etiam in gratia ſi neutri, 23.
Taxam de tempore vacationis non data attendendam eſſe quomodo ſit intelligendum, 24.
Taxa aliquo caſu expectatiuæ non exprimitur. 25.
Taxæ diſpenſationum matrimonialium ſunt variæ, 26.
Taxa eadem ſoluitur in gradu prohibito affinitatis, ac conſanguinitatis, 27.
Taxarum reformatio in Concilio Lateranen. 28.
Commiſſio ſuper vi, & metu, quomodo expedienda, 29.
Irregularitatis abſolutio quomodo expedienda, 30.
Simoniaco, quomodo detur abſolutio, & diſpenſatio, 31.
Licentia promouendi ad ordines ex Rom. Cur. 32.
Periuro, quomodo detur abſolutio. 33.
Pœnitentiarius non diſpenſat in ſecundo grado, 34.
Correctoris pœnitentiariæ officium, 35.
Scriptorum Pœnitentiariæ officium, 36.
Taxa procuratorum pœnitentiariæ, diſpenſationum matrimonialium, 37.
Taxa abſolutionis ab homicidio, 38.
Taxa commutationis votorum, 39.
Taxa diſpenſationis illegitimorum, 40.
Taxa licentiæ de promouendo, 41.
Taxa licentiæ celebrandi in Oratorio, 42.
Taxa abſolutionum, 43.
Taxa pro præſentibus, & pauperibus moderatur, 44.
Cardinalis Cantarellus Datarius mandant diſpenſationes in tertio expediri per Cancellariam, 45.
Pius V., & Concil. Trid. plura immutauit circa gratias pœnitentiariæ, 46.
Hiberni immunes à taxa, 47.
Taxa Vicecancellarij, 48.
Regentis Cancellariæ officium circa taxas, 49.
Taxa Cuſtodis Cancellariæ, 50.
Taxa Oſtiarij Cancellariæ, 51.
Taxa Notarij Cancellariæ, 52.
Taxa Abbreuiatorum de maiori, 53.
Taxa Abbreuiatorum de minori, 54.
Taxa Scriptorum Apoſtolicorum, 55.
Taxa Sollicitatorum litterarum Apoſtolicarum, 56.
Taxa Archiuiſtarum, 57.
Taxa Cubiculariorum, & Scutiferorum, 58.
Taxa Secretariorum Apoſtolicorum, 59.

Taxa

Taxa Subdiaconorum, 61.

Subdiaconi Apoſtolici officium ſupprimere volebat Gregorius XV. 62.

Protonotarij Antiquitus exercebant eorum officium in Cancellaria, 63.

Gratiæ euentuales, quæ dicantur, 64.

Taxæ antiquæ plures mutatæ ad fauorem impetrantium, 65.

Taxa non eſt integra impenſa expeditionis, 66.

Conſtitutiones de datis, & promiſſis non tollunt, quin minus detur quid pro labore ſollicitatori gratiæ, 67.

Annatiſtarum Capellani recipiunt obligationes de ſoluendo annatam, quando penſio antiqua ceſſerit, 68.

Abbreuiatores de minori præter taxam recipiunt vnum iulium pro prima viſione, 69.

Abbreuiatorum de maiori, & minori præſidentia, eſt communis maſſa emolumentorum, 70.

Ioannes Franciſcus Vgolinus notas fecit ad taxas Abbreuiatorum, 71.

Iulius, Carolenus, & Turonen. idem important, 72. 76.

Taxa magiſtrorum regiſtri bullarum, 73.

Taxa magiſtrorum magiſtri ſupplicationum, 74.

Pontifices compeſcunt Officiales, ſi opus ſit, ne vltra debitum exigant, 75.

Vicecancellarius, ſiue eius Regens eſt Iudex taxarum; etiam quo ad exemptos, 77.

Officia Rom. Curiæ quæ de cauſa introducta, 78.

Taxarum, & officialium numerus, quare excreuerit, 80.

Diſpenſare in gradibus prohibitis poſſunt Epiſcopi, 81.

Papæ voluntas ſolum requiritur in diſpoſitionibus, 82.

Taxa materiarum conſiſtorialium remiſſiuè, 83.

§. II.

De Taxa Bullarum.

TAxatores Bullarum, vt ſupra annotauimus, ſũt
1 ſcriptores Apoſtolici; quorum normam reliqui
Officiales Cancellariæ participantes de taxa tenentur
ſequi, adeovt ſi ſcriptores impetranti voluerint
gratificari in parte, vel tota taxa, reliqui
2 tenentur idem ſeruare. Taxa autem huiuſmodi
augetur vel minuitur, & in vniuerſum conſtituitur
iuxta valorem expręſſum, & gratiarum in litteris
compræhenſarum, quantitatem, vel qualitatem,
ſuper quibùs omnibus ſcriptores habent ſuas regulas,
vt fusè dicemus in praxi Cancellariæ; Offi-
3 ciales vero, qui de taxis participant, hoc eſt apud
quos ſoluitur taxa ſunt primo ipſi Scriptores, ſecundo
Abbreuiatores litterarum Apoſtolicarum;
& hi duo tantundem recipiunt, & in emolumento
taxæ litterarum, quæ dicuntur maiores procedũt
de pari, tertio loco recipiunt ſuam taxam ſollicitatores
Apoſtolicarum litterarum, vulgo, & ridiculo
vocabulo Iannizeri nuncupari, dico ſuam,
nam eſt diuerſa eorum taxa a taxa Scriptorũ, ipſi
enim pro qualibet taxa, quæ non attingit 30. groſſos,
hoc eſt tres ducatos de Camera recipiunt du-
3 catum & groſſos, ſiue iulios tres, quia denarius ille,
qui hodie iulius nuncupatur, antiquitus vocabatur
groſſus, & hoc vocabulum retinuit Dataria,
ſi vero taxa aſcendat ad 30. groſſos recipiunt ducatos
duos, & groſſos, ſiue iulios duos, neque hanc
ſummam excedunt, quantumcumque taxa excreuerit;
quarto loco recipiunt ſuam taxam Præfectus
ſollicitatorum; officium à Sixto V. nouiter
adinuentum, & propterea taxa huiuſmodi communi
vocabulo dicitur taxa noua, ſiue taxa Pal-
4 lotti, quia Euangeliſta Cardinalis Pallottus fuit
primus in quem à Sixto V. officiũ huiuſmodi collatum
fuit, & taxa iſta eſt pro ſingulis bullis de
minori iulij duo, pro bullis de maiori iulij 4. pro
perpetuis iulij 8. quinto loco iuxta taxam regulantur
plumbatores, tam quo ad emolumenta
propria, quam quo ad Vicecancellarium, pro quo
5 exigunt vnam taxam pro ſingulis bullis parem
taxæ Scriptorum, & Abbreuiatorum.

6 Taxarum inuentor fuit Ioan. XXII. vt notat
Gonzal ad reg. de valore exprimendo circa finem, vbi
dicit duos libros fuiſſe exaratos per d. Ioan. XXII.
in vno quorum continebantur taxæ minorum beneficiorum,
in altero taxæ maiorum, & conſiſtorialium.
Hallucinatur autem Gomeſius, dum eo
loci firmat non taxari bullas, niſi pro quibus ſol-
7 uitur annata, in alijs non exprimi valorem, iuxta
quam expręſſionem regulatur taxa, quia immò
taxatur quæcumque gratia beneficialis, etiam ſi
8 diceretur, cuius fructus nulli sũt, & ſi ſunt fructus,
etiam ſi minimi ſunt exprimendi, *Anchar. conſil.*
9 *138. in princ.* quamuis non in gratia conceſſa ſub
certa taxa, *Rot. deciſ. 12. de probat. in antiq. vel mo-*
10 *tu proprio*, vt *Anchar. d. conſ. 138. & conſ. 195. nu. 1.*
& hæc expreſſio valoris inuenit nomen taxæ; ad-
11 dit. ad deciſ. *Mobed 20. num. 1. de præben.*, & huiuſmodi
taxa poteſt probari per famam & commu-
12 nem reputationem, vt *Mohed. loco allegato*, quod
applicatur valori expræſſo. vt alibi commodius
13 dicemus. Quando autem hæc concluſio locum
habet, quod nempe taxa dicatur pars gratiæ, &
quod in idem incidit, gratia ſit probanda per impetrantem,
ſeù per opponentem, declarat *Mobed.
d. deciſ. 20.* videlicet quod quando collatio eſt facta
vigore indulti, habemus præfixam, & limitatã
ſummam valoris beneficij conferendi, vltra quam
indultarius diſponere non poſſit, tunc taxa eſt
pars gratiæ, & impetrans tenetur eam concludenter
probare: ſi verò collatio fiat per habentem facultatem
conferendi iure proprio, tunc taxa expreſſa,
non eſt pars gratiæ, neque eam probari tenetur
impetrans, ſaltem concludenter, ſed opponens,
& ita procedit *deciſio 10. de probat. in non. &
Bellam. deciſ. 302.*

14 Notandum eſt, taxam beneficiorum in Camera
taxatorum fuiſſe inductam cauſa diminutionis,
non augumenti, *Rot. deciſ. 60. num. 6. de reſcript. in
antiq.*, & ideò exprimens taxam librorum Cameræ,
etiam ſi beneficium in valore excedat, eſt tutus,
& plerumque valor de præſenti multum ex-
15 cedit taxam præteritam, præſertim in Monaſterijs:
in Eccleſijs tamen Cathedralibus præſertim
in Germania, & Gallia non ſemper idem contingit,
nam in aliquibus taxa excedit fructus, quia de
tempore taxæ erant magni, qui inde ſunt diminu-
16 ti, & hoc caſu reducitur taxa ad valorem præſentem.
Iniquum enim eſſet tantundem ſoluere
pro paucis fructibus, ac pro multis; Exẽpli cauſa
Archiepiſcopus Lugdunen. primas Franciæ antiquitus

quitus erat Dominus, etiam temporalis d. Ciuita-
tis, ex quo dominio multam recipiebat vtilitatẽ,
illud hodie Reges Franciæ ſibi vindicant, ex quo
illi Eccleſiæ multum deceſſit, & proptereà æquum
non eſt, quod ſoluatur pro eo iux. taxam antiquã,
ſed illius taxa fuit reducta ad minorem ſummam,
& ſic de multis alijs, quas reductiones omnes ha-
bebit Lector in calce huius voluminis.

Notandum quod ſupra firmauimus; impetran-
tem cum expreſſione taxæ libri Cameræ eſſe ſecu-
rum, cuius contrarium reſoluit Rota corã Greg.
XV. deciſ. 13. num. 4., quæ eſt deciſ. 37. par. 2. rec.
17 & coram eod. deciſ. 490. nu. 5., vbi dicit, valorem
expreſſum ſecundum communem æſtimationem
non probari per taxam in libris Cam. propter reg.
de vero valore, quod explicandum, vt infra n. 78.
nam taxa iſta inducta fuit pro forma expreſſionis
ad effectum ſolutionis annatæ, propter quam
18 adinuenta eſt taxa, adeovt etiam ſi fructus eſſent
minores taxa, nihilominus expreſſio, & annatæ
ſolutio deberet fieri iux. taxam: *Caſſad. deciſ. 19.
ſup. reg. num. 1.* qui perperam allegatur à *Rota co-
ram Greg XV. dd. deciſ. 13. & 490.* quia imò *Caſ-
ſad.* expreſſe ſatetur huiuſmodi expreſſionem iux.
taxam Cam. ſufficere *d. num. 1.* nec facit, quod in
fine dicat, taxam non ſufficere, provt *deciſ. 42. de
reſcript. in antiq.*, quia tam *Caſſad.*, quam *Rota in
antiquis*, loquitur de taxa decimali, non de taxa
librorum Cameræ, quæ duo valdè inter ſe diſtant,
nam taxa in libris Cameręfuit facta ab ipſo Pon-
tifice beneficiorum collatore, vt ſupra diximus,
iuxta quam voluit fieri expreſſionem, cui iuſſioni,
qui obediuit, non debet puniri, vt *Caſſad loc. alleg.*
Taxa verò decimalis facta fuit inter ipſos, qui de-
cimas ſoluunt, cum nulla participatione Papæ, &
ideò eum non poteſt afficere, nec probat verum
19 valorem, tum ex eo quia potuit eſſe non adequa-
ta, tum etiam quia poteſt valor beneficij mutari,
quod ipſum conſiderat Rota in dictis deciſioni-
bus coram Greg. XV., ſed minus probè in taxa
Camerali, quia illi mutatio valoris applicari non
poteſt, vt pote lege Principis ſemel conſtitutæ, &
immutabili, bene autem applicatur ratio taxæ
decimali nullo diuali pręcepto munitæ.

Non ſufficeret igitur in expreſſione facta ſecũ-
dum cõmunem æſtimationem afferre taxam de-
cimæ, ſed bene ſufficeret è conuerſo, ſi expreſſio
facta fuiſſet ad taxam decimæ probare verum va-
lorem, *Caſſad. d. deciſ. 19. num. 7. Accbil. deciſ. 24 de
probat.*, ſed hæc diſputatio hodie redditur inanis,
quia non fit aliqua expreſſio, niſi ſecundum com-
munem æſtimationem propter regulam de valo-
20 re, quæ habet locum in beneficijs non taxatis,
non autem in taxatis ad ſupradicta.

Vbicumque autem, vt diximus aliquod Mona-
ſterium reperitur taxatum in libris Cam., illud
21 non poteſt, niſi conſiſtorialiter prouideri, & hoc
notiſſimum eſſe dicit Rot. deciſ. 540. lib. 3. par. 3.
diuerſ. num. 4. etiam ſi valor ſit paruus, vt notat
Zotter. quæſt. 27. num. 50. & ſeqq. & ideni eſt bene-
ficium eſſe conſiſtoriale, & prouiſionem de eo fa-
ciendam conſiſtorialiter, vt Rota ibidem, quod
tamen verum non eſt vt infra nu. 78. Verum qui-
dem eſt, quod quantitas taxa non facit monaſte-
rium eſſe Conſiſtoriale, puta ſi Monaſterium aſcẽ-
dat ad ducatos 200., non ideo ſequitur eius pro-
uiſionem conſiſtorialiter fieri debere, quemadmo-
22 dum ſi fructus exigui ſint modo taxatum repe-
riatur, non ſequitur quin minus conſiſtorialiter de
eo prouideri debeat, Rot. deciſ. 584. num. 1. lib. 3.
par. 3. diuer. vbi datur quo ad hoc differentia inter
Epiſcopatum, & Monaſteriũ notat *Lotter. loc. alleg.*

Notandum ſimiliter eſt, quod taxa exprimi, &
23 verificari debet etiam in gratia, ſi neutr. Rot. de-
ciſ. 160. num. 3. lib. 3. par. 3. diuerſ.

Rurſus notandum, quod dicit addit. ad *deciſ.
Mobed. 20. de præben.* videlicet, quod taxa illa at-
24 tenditur, quæ erat de tempore vacationis, non au-
tem quæ erat de tempore Datæ, quod videtur val-
de exorbitans, nam tota iuſtificatio gratiæ in reli-
quis pendet à tempore Datæ, vnde cum nulla ad-
ducatur ratio quoad valorem, nòn videtur diuer-
ſo iure cenſendæ; Verum additio illa fundatur in
deciſ. 10. de conceſſ. præbend. in nou., & *Caſſad. dec. 3.
de præben. num. 27.*, quæ iura procedunt in taxa
diminuta, nempe, quia Pontifex reduxerat taxas
pro medietate, pro impetrantibus pauperibus,
vnde non mirum, ſi eo caſu attendebatur taxa de
tempore vacationis, quia expectatiua erat con-
25 ditionalis ad incerta beneficia, immò datur ca-
ſus, in quo taxa ad expectatiuam non exprimitur,
vt apud *Staphil. de litt. grat. ſitul. de tertia forma ex-
pectatiuarum num. 17.*

Cœterum, vt materiam taxarum abſoluamus
dicendum eſſet de taxis diſpenſationum matri-
monialium quæ variæ ſunt, & diuerſæ, vt notat
26 *Rebuff. in prax. tit. de diſpenſat. in grad. probib. gloſſ. 7.
num. 2.* Verum quia de diſpenſationibus prolixius
agendum erit, pro nunc in hoc tractatu ſuperſe-
debimus; illius tantum in præſentiarum admoni-
27 ti, quòd eadem taxa ſoluitur in pari gradu affi-
nitatis, quam conſanguinitatis *Rebuff. vbi ſupr à
gloſſ. 4.*

Verum quia ſupra num. 22. mentionem, feci-
mus Conſtitutionis Leonis X. circa taxas in Con-
cil. Lateranen. æditas operepretium, erit par-
tem illius, quæ ad propoſitum noſtrum facit hic
ſubtexere.

„ Nec minus ad Pœnitentiariæ officium oculos
„ dirigentes, in quo morum cenſura, & animarum
„ ſalus præcipuè vertitur, eum per eius officiales,
„ etiam quædam taxæ litterarum, quæ expediuntur
„ vltra ſolitum auctæ dicantur, ipſius exercitium,
„ his regulis circumſcribimus. In primis maioris
„ pęnitentiarij qui pro tempore erit cura ſit Regen-
„ tem, & auditores, ac cœteros officiales, tum ſui
„ exemplo, tum congruis monitis, & ſeueritate op-
„ portune intra honeſtatis terminos continere, &
„ vt à temp. fel. rec. Sixti Papæ IV. prædeceſſoris
„ noſtri concedi non conſuetis abſtineant prouide-
„ re, & officium per ſe, vel Regentem, aut locumte-
„ nentem ſuum in omnibus, & ſingulis caſibus iuxt.
„ facultates à Rom. Pontif. prædeceſſoribus noſtris
„ conceſſis exercere poſſit; Correctorautem, & Au-
„ ditor Pœnitentiariæ ſupplicationis ſuper materijs
„ non permiſſis, & antiquitus per ipſum officium
„ concedi non ſolitis, etiam à Regente ſignatas, &
„ omnes omninò ſignaturas, & conceſſiones, quæ
ſcan-

ſcandaloſè, & inſolitè, vel minus expedientes vi-
„ debuntur, ac taxationes litterarum prętet anti-
„ quum ordinem, & naturam modificationem fa-
„ ctas ſub excommunicationis ſententia non per-
„ mittant, ſed illas omninò retineant, vel reijciant,
„ niſi aliter ſummo Pœnitentiario expreſſe viſum
„ fuerit, & de eius voluntate manifeſtè appareat.
„ Taxæ quidem antiq; vſque ad ipſius Sixti præde-
„ ceſſoris tempora exigi ſolitæ iux. bullam refor-
„ mationis fel. rec. Iulij PP. II. prædeceſſoris noſtri,
„ & moderationem noſtram ſub pœnis, & ab illo, &
29 „ à nobis poſitis obſeruentur; Materiæ autem,
„ quarum maior eſt abuſus, & maior multo querela
„ ad nos prolata eſt, & particularius exprimendæ, &
„ ſpecialiter his modis inhibendæ ſunt illæ. Vbi re-
„ ligioſus legitimæ ætatis fuerit, & vltra annum in
„ religione permanſerit, & aſſerit ſe habitum, &
„ profeſſionem per vim, vel metum emiſiſſe, ad effe-
„ ctum, vt ad ſeculum redeat, & habitum deponat,
„ & ſuper hoc declaratoriam petat, de cętero ſi
„ committatur in Curia alicui Prælato cum clauſu-
„ la, vocato Generali, vel procuratori Ordinis, ſi ve-
„ rò in partibus Ordinario cũ clauſula, vocato Pro-
„ uinciali, ſeu Guardiano, vel Cuſtode Conuentus,
„ in quo impetrans degebat, & aliàs facta commiſ-
„ ſio non teneat, In foro verò conſcientiæ ſine clau-
„ ſula vocatis, & litteris lineatis dumtaxat expedi-
30 „ ri poſſit. Cum aliquis per membri mutilatio-
„ nem, vel homicidium commiſſum irregularitatẽ
„ non incurriſſe petit, ac ex ſupplicationis tenore
„ vel caſus narratione apparet eum de Iure ab ir-
„ regularitate non excuſari, licet clauſula appona-
„ tur mortem, aliter euitare non valens, ſupplicatio
„ ipſa nullatenus ſignetur. Super beneficio quocũq;
„ modo ſimoniacè obtento non concedatur abſo-
„ lutio, & diſpenſatio, niſi eo modo, quo in facultate
„ Apoſtolica ſibi auctoritate cõceſſa cõtinetur, &
„ ſi fuerint fructus male percepti litteræ mittantur
„ ad Datariam, prout hactenus mitti conſueuerũt;
31 „ Et cum per officium prædictum detur licentia
„ promouendi Clericos ad ſacros Ordines extra
„ Romanam Curiam, ipſumq; Clericum promouen-
32 „ di huiuſmodi licentia abutantur, & extra mu-
„ ros Vrbis per aliquem antiſtitem promoueri pro-
„ curent ad huiuſmodi abuſum tollendũ, ſtatuimus,
„ & ordinamus, quod de cœtero in litteris, in qui-
„ bus datur licentia promouendi extra Curiam po-
„ nantur hæc verba, videlicet extra Romanam Cu-
„ riam in locis ab Vrbe per 40. milliaria detur talis
„ licentia, tunc in litteris licentiæ huiuſmodi ponã-
„ tur hæc verba videlicet, quod promouendi non
„ poſſint examinari, niſi per examinatores, & ordi-
„ natores per Nos, & Rom. Pontif. pro tempore ad
„ id deputatos, & ſi falſo iuratum fuerit ſuper exi-
„ ſtentia beneficij, quod ordinandus ſe obtinere aſ-
„ ſerebat, & quod non obtinebat aut in rerum na-
„ tura nõ erat, aut quod forsã ſibi per amicos com-
„ modatum fuerat, tunc cum promoto ratione talis
33 „ iuramenti, & teſtibus, qui taliter periurarunt,
„ non diſpenſetur per litteras pœnitentiariæ, niſi in
„ illis ponantur hæc verba, videlicet, quòd ille, qui
„ ſic doloſè promotus fuerit, ab executione ordi-
„ num, ſaltem ad biennium ſuſpenſus exiſtat, & alias
„ ſibi pœnitentia ſalutaris iniungatur, & nihilomi-
„ nus de periurio huiuſmodi puniri valeat dicta ab-
34 ſolutione non obſtante. In ſecundò ſimplici affi-
„ nitatis, vel conſanguinitatis gradu diſpenſari non
„ poſſit. Res grauiores, & importantiæ maioris,
„ iuxtà laudabilem inſtitutionem ad Datariam re-
35 „ mittantur Corrector Pœnitentiariæ, vel Doctor
„ ſit, vel ſaltem in altero iurium peritus iuxta con-
„ ſtitutionẽ & formam antiquarum reformationum,
„ ſcriptores conſtitutiones antiquas ad vnguem ſer-
„ uent, & nemo deinceps in pęnitentiariæ ſcripto-
„ rem admittatur, qui Clericus non ſit, vel cęlebs
36 „ matrimonio non alligatus, nec minus 25. annis
„ natus niſi ex diſpoſitione Apoſtolica aliter con-
„ ceſſum fuerit. Procuratores pœnitentiariæ vnica
37 media taxa ſibi ex conſtitutione officij compe-
„ tenti contenti ſint, nec partes in vllo plus grauent;
„ nec prohibitas materias, & inſuetas expediri pro-
„ curent. Nec item à partibus pluſquam pro ex-
„ pediendo negocio neceſſarium fuerit, extorque-
„ ant, ſi contra fecerint duorum menſium pęna pro
„ prima vice, pro ſecunda ſex à Summo pœniten-
„ tiario mulctentur, ſi tertio item errauerint pri-
„ uentur eo ipſo. Et vt omni dolo penitus occurra-
„ tur procurator de prætio eidem pro expeditione
„ ſoluto Regenti per teſtimonium partis faciat fi-
„ dem, & ad inſtar ſollicitatorum litterarum Apo-
„ ſtolicarum verum totius expeditionis impendium
„ propria manu in plica litterarum ſcribat, talibus
„ verbis; expedita per me N. procuratorem, &c. ex-
„ poſuit tantum, &c. hoc niſi fecerit priuationis offi-
„ cij pœna ſubiaceat. Et quilibet deinceps quando
„ ad officium recipietur, ità ſe accurate, & ſine frau-
„ dè facturum ſub d. pœna iuret; ſupplicationes con-
„ tra rei veritatem, & caſuum conſcientiam, & in-
„ formationes habitas de partibus falſum narran-
„ do, ad hoc, vt negocium expediatur etiam parte
„ inſtante ſub ſimili pœna non forment, vel ſcribant
„ horum tranſgreſſores mulctentur, & officio quo ſe
„ reddiderunt indignos careant.

Taxa ſcriptorum Pęnitentiariæ.

38 „ DE Matrimonio contrahendo, ſiue igno-
„ ranter contracto, ſiue conſumato, ſiue
„ non; in quarto conſanguinitatis, vel affinitatis
„ gradu Turonen. ſeptem de ſcienter contracto, ſiue
conſumato, ſiue non in quarto ſimili augetur taxa
ratione abſolutionis à generali excommunicatio-
nis ſententia eis impendenda de duobus, & ſic ta-
xatur ad nouem, in tertio gradu de contrahendo,
ſiue conſanguinitatis, ſiue affinitatis, taxatur ad
14., de contrahendo verò ignoranter in eodem
gradu, ſiue conſumato, ſiue non, etiam 14., ſi verò
ſcienter ſit contractum, & conſumatum propter
abſolutionem ratione ſententiæ excommunica-
tionis iniungendam, huiuſmodi taxa de duobus
augetur, & taxatur ad ſexdecim. Et ſupradictæ
materiæ expediantur per officium pęnitentiariæ
indifferenter, vel de contrahendo, vel de contra-
cto, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter litteris ſemper
apertis, & componitur cum Datario Rom. Pontif.
pro tempore exiſten., excepto in 4. de contra-
hendo, & ignoranter contracto, & conſumato, vel
ſcienter contracto non conſumato, quæ ad Data-

tinm mitti non conſueuerunt, niſi in quarto ſcienter contracto, & conſumato; Et in tertio gradu de contrahendo, vel contracto, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter, conſumato, vel non conſumato, in ſecundo affinitatis gradu conceditur in foro conſcientiæ tantum, & committitur Confeſſori, & ſunt litteræ clauſæ, & hæc ſolummodo quando negotium eſt pœnitus occultum, & quando prouenit ex actu fornicario, & taxatur ad 20. In primo affinitatis gradu non datur per pœnitentiariam diſpenſatio ſuper primo gradu dumtaxat, niſi in foro conſcientiæ tantum, vt puta, ſi impedimentum huiuſmodi ſit pœnitus occultum, & prouenit ex actu fornicario, & additur in fine litterarum pręſentibus laniatis, & taxatur ad 24. ſuper præcedentibus gradibus litteræ declaratoriæ ſolent expediri videlicet ſuper primo, & ſecundo, vel tertio, vel ſecundo, & tertio, ſeù ſuper primo, & quarto, vel ſecundo, & quarto, nec non ſuper tertio, & quarto gradibus ex eodem ſtipite prouenien., ſolentq; taxari ad ſeptem, ſuper quarto gradu conſanguinitatis, vel affinitatis cuiuſcumq; qualitatis exiſtant, videlicet de contrahendo, ſiue de contracto, ſiue ſcienter, vel ignoranter, expediuntur in forma, & taxantur, ex quo matrimoniales, ad ſeptem, ſi verò occurrerint aliqua diuortia præmiſſis, aut alijs ſubſequentibus impedimentis obſtantibus, taxantur ad ſeptem, tales indigeant aliqua abſolutione. tunc augetur taxa de duobus ratione abſolutionis, & ſic taxatur ad nouem. De publica honeſtate notandum, quod de contrahendo de publica honeſtate, ſeu ignoranter contracto, ſiue conſumato, ſiue non in publica honeſtate, ex primo duodecim, aut ſecundo decem, vel tertio gradibus prouenientе taxatur ad octo, & ſi tales prædictis implicati impedimẽtis ſcienter contraxerint, & conſumauerint, tunc taxa augetur de duobus ratione abſolutionis illis impendente, & ſic taxatur ex primo ad 14. aut ſecundo ad 12., vel tertio gradibus prędictis ad decem, & ſi huiuſmodi impedimentum videlicet publicæ honeſtatis iuſtitiæ ex quarto gradu proueniat, tũc taxa ordinaria eſt ad ſeptem, & eſt ſciendum, tunc ſi ſcienter contraxerint, & conſumauerint, augetur etiam taxa ratione illius abſolutionis de Turonen. duobus, & ſic taxatur ad nouem de cognatione ſpirituali, quæ fit inter leuatos, ſeu de ignoranter contracto, ſiue conſumato, ſiue non in eodem impedimento, ſemper taxatur ad 14., & ſi tales contraxerint ſcienter, & cõſumauerint, tũc ratione conſcientiæ, & abſolutionis ab exceſſibus iniungendæ, huiuſmodi taxa augetur de duobus, & taxatur ad ſexdecim.

De abſolutionibus ab homicidio.

38 SI Pręsbyter, aut alius in Sacris Ordinibus conſtitutus, eius inualorem vim vi repellendo, & ſe defendendo; nec aliter mortis periculum euadere ſperans, ſi petierit ad cautelam abſolui, & cum eo diſpenſari, aut alius ad beneficia inhabilitari, taxatur ad decem, & octo. Declaratoria ſuper homicidio, ſi tales noluerint per viam declaratoriæ, cum ſuis declarationibus inficicis taxatur ad ſex, & ſi huiuſmodi homicidia non poſſent declarari, & partes petierint per viam abſolutionis, ex quo non habet declaratio, vel quia dederint operam rei illicitæ, aut quia aliàs auſugere potuiſſent, taxatur ad triginta. Pręsbytericidium verò taxatur ad ſex, pro illo verò, qui interfuit bellis 18., & ſi velit ſuper infamia ad 20. & ſi velit ad beneficia quęcumq; aliàs rite obtẽta ad 18.

De commutationibus Votorum.

39 COmmutatio voti Religionis ſimplicis in foro conſcientiæ tantum taxatur ad 12. Liminum verò Apoſtolorum 10. Sepulchri autem Domini ad decem. S. Iacobi in Compoſtella ſimiliter ad decem, & litteræ mittuntur ad Datarium, non autem in voto religionis. Prorogatio autem votorum huiuſmodi, legitima cauſa ſubſiſtente, conceditur vt plurimũ ad biennium, & taxatur ad 4. Commutatio Ieiuniorum taxatur etiam ad 4. alterius verò abſtinentiæ, quæ ſubſiſtente cauſa ſeruari non poteſt ad 4. commutatio vltimæ voluntatis ad 12. participatio ad 4.

De diſpenſatione illegitimorum, & ſpuriorum.

40 OFficium pœnitentiariæ, cum illis diſpenſat in prima forma tantum, videlicet ad omnes etiam ſacros Ordines, & vnum beneficium Eccleſiaſticum, etiam ſi illi cura immineat, taxatur ex antiqua conſuetudine ad ſex, & ſi tales ob eorum merita vberiorem petierint gratiã, datur ad aliud beneficium, & taxatur ad ſeptem, ſi verò tertio, & vltimo illis aliqua fiat gratia, conceditur ad tertium beneficium cum ſuis conſuetis clauſulis, & taxatur ad decem, & ſi tales illegitimi tanto huiuſmodi defectu aliquid attentauerint videlicet ſe ad aliquos Ordines, tacito huiuſmodi defectu promoueri fecerint, tunc augetur prima forma de vno Turonen. ratione abſolutionis impendendæ ab exceſſibus huiuſmodi videlicet ad vnum. Etſi cum illis ordinaria auctoritate diſpenſatũ fuerit, vt eſt ſolitum ad primam tonſuram videlicet, & ad 4. minores Ordines, nec non ad vnum beneficium ſimplex, tunc ſi datur de vberiori, videlicet ad 2. beneficium cum ſuis debitis limitationibus conſuetis, taxatur ad 10., ſi verò tales petierint ad 3. cum quibus ſimiliter eadem auctoritate Ordinaria, & deinde Apoſtolica diſpenſatum fuerit, prout in ſuis ſolitis fuerint formis, taxatur ad decem, & ſi tales illegitimi ſecum diſpenſari petierint, vt obtinere poſſint beneficia aliàs per eorum genitores obtenta cum ſuis debitis limitationibus cõceditur videlicet, dummodo iiſdem beneficijs genitoris immediatè non ſuccedant, nec in Altaris miniſterio cum illis concurrat, & taxatur ad ſex.

De Promotis, & promouendis.

41 DE promouendo ad Ordinem Subdiaconatus num. 16. taxatur ad decem; de promouendo verò ad Ordinem Diaconatus in 18. ad decem, ſi verò in 19. ad Ordinem huiuſmodi Diaconatus

ad

ad ſex, licentia promouendi ad Presbyteratus or-
dinem in 24., vel cum primum 23. annum attige-
rit, taxatur ad 12. ad huiuſmodi autem ordinem
in 24. ad ſex licentia promouendi à quocumque
Antiſtite ex Rom.Cur.reſid. ad 12., & extra præ-
dicta à iure ſtatuta ad decem, à quocumque ad
primam tonſuram ad ſex; licentia promouendi à
viciniori ſuo Ordinario ad ſex. Abſolutio pro pro-
motis minoribus ignoranter, ſiue ſcienter ad ſep-
tem, abſolutio pro promotis abſq; litteris dimiſ-
ſorialibus ad ſex, ad fictum titulum ad ſeptem,
relaxatio iuramenti ad effectum agendi dumta-
xat, & non excipiendi ad ſeptem abſolutio ab in-
iectione ad ſex, etiã ſi in loco ſacro Laici ad tres.

De Confeſſionalibus.

42 Confeſſionalia taxantur ad ſex, ſed ſi conce-
datur Religioſis ſine licentia Superioris ad
12. aliàs cum limitationibus conſuetis, & iuxta
facultates eis conceſſis ad 4. & quando huiuſmo-
di ſolum concedatur ad quinquennium, tunc ta-
xatur ad duos Altare portatile ad octo; licẽtia ce-
lebrandi in locis interdictis ad ſex, licentia eodem
tempore interdicti recipiendi Eccleſiaſtica Sacra-
menta, cum ſuis etiam limitationibus ad ſex, li-
centia dicendi horas anteponendi, & poſtponen-
di, vrgenti tamen, & ſubſiſtente cauſa legitima
ad ſex, licentia celebrandi ante diem, circa tamen
diurnam lucem ad 12., licentia celebrandi vbiq;
ad nouem, licentia celebrandi in aliena diœceſi
ad ſex, licentia de Monaſterio ad Monaſterium
ad quatuor, de Ordine ad Ordinem, dummodo in
eo par, vel arctior vigeat obſeruantia regularis ad
12. pro tranſlato de facto ad laxiorem ad 20., ſi
verò tales velint eſſe capaces adminiſtrationum,
niſi per Signaturam Papæ fuerit data tranſlatio
ad 30. licentia, & ea durante ex legitimis cauſis
ad 12. licentia exercendi tempore infirmitatis ad
12., & ſi præcedentibus licentijs addatur aſſiſten.
Iudicis ad ſex, licentia celebrandi in Capella cum
aliquo Altari portatili ad 12., licentia ingredien-
di Monaſterium Monialium, etiam S. Claræ qua-
ter in anno, dummodo non pernoctet ad 12.

De Simonia.

Abſolutio à Simonia ad ſex cum diſpenſatione
ſuper irregularitate ad 18., & ſi cum retentio-
43 ne ad 20., & ſi cum rehabilitatione, ne ad alia ob-
tinenda ad 30. ſi in euidentem vtilitatem, dummo-
do cenſus annuus non traſcendat ducatos quinq;
ad ſeptem Pro hæreticis, ſciſmaticis, filijs, aut ne-
potibus Maranorum nuncupatorum taxatur ſe-
cundum eorum petitiones, & moderatur pro ar-
bitrio correctoris huiuſmodi taxa videlicet pro
Laicis ad 24. & pro Clericis volentibus promoue-
ri, & Presbyteris 36., & mittantur litteræ ad Da-
tarium. Poſtremo alij plures caſus in dies emergũt
iuxtà, & ad rationẽ præcedentium, & eiuſdem of-
ficij Correctores, taxam moderantur, & officium
ex ſua benignitate, & clementia. Et ſæpiſſimi vt
plurimum taxarum rigorem temperant, & præci-
44 puè, ac ſignanter pro præſentibus, ac miſerabilibus
perſonis, & hibernis, ità quòd illis diligentiſſimè
ſubueniatur.

Et hæc de taxis gratiarum per pœnitentiariam
expediendarum, circa quæ notandum primò, cir-
ca expeditionem diſpenſationum matrimonialiũ,
vbi dicitur, quòd omnes illæ materiæ indifferenter
expediuntur per pęnitentiariam, quòd hodie cor-
45 rectum eſt, nam diſpenſationes in tertio Cardina-
lis Contarellus Datarius mandauit expediri per
Datariam.

Notandum Secundò, quòd plura ſunt immuta-
ta per Concil. Trid. & Conſtitutiones Pij V. circa
conceſſionem materiarum, & gratiarum per pœ-
46 nitentiariam expediendarum, & multa tunc con-
cedebantur, quæ hodie non conceduntur, ſi tamen
concederentur, ſeruanda eſſet eadem taxa præter
ea, quæ in ſuis Conſtitutionibus taxari prohibuit
idem Pius, & expediri ſub litteris clauſis. Præſer-
tim tempore Sedis vacantis, quo Pęnitentiarius
expediebat ferè omnes gratias pertinentes ad Cã-
cellariam. Vndè illo tempore magnam confla-
bant vim auri, quòd inter cęteros contigit Ranu-
tio Farneſio Card. Sancti Angeli Summo Pœniten-
tiario, qui in Sede vacante Pauli IV. triginta con-
geſſit aureorum millia, quæ obtulit Pio IV. Pauli
Succeſſori, Pontifex magna commitate, Domi-
ne inquit Card. volo pugnis decertemus ſuper hac
ſumma: eamque diuidamus; cum Cardinalis reſ-
ponderet, ſe cum Sanct. ſua non certaturum im-
mo ſubintulit Pontifex certandum omninò. Et
arepto pugno auri, iuſſit idem faceret Cardinalis
& hoc pacto ſummam diuiſerunt. Verum totam
hanc facultatem Sanctiſſimus D.N. Vrbanus limi-
tauit: vt ex eius nupera Conſtitutione, quam hic
ſubijcio.

Vrbanus Papa VIII.

Ad perpetuam, &c. Regimini Vniuerſalis Eccle-
ſiæ diuina fauente clementia præſidẽtes inter
multa, ad quę ratione noſtri Paſtoralis officij tene-
mur, illud præcipuè vrget, vt officia noſtræ Roma-
næ Curiæ ad debitam normam, & obſeruantiam
reducantur; officialesq; in meſſe aliena, etiam vi-
gore facultatum, & priuilegiorum Apoſtolicorũ,
etiam viuæ vocis oraculo per Prædeceſſores no-
ſtros conceſſorum manũ nullo modo ponant. Qua
propter aciem oculorum noſtrorum ad Pęnitẽtia-
riæ officium dirigentes Veſtigijſq; fel. rec. Pij IV. &
Pij V. prædeceſſorum noſtrorum inherentes, ac
quo ad infradicta capita, quaſcumq; facultates, ſeu
indulta, ac viuæ vocis oracula deſuper conceſſa, &
aliàs emanata quatenus opus foret reuocantes,
motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deli-
beratione noſtris deq; &c. plenitudine per præſen-
tes ſtatuimus, & ordinamus quòd de cętero per-
petuis futuris temporibus Maior Pęnitentiarius,
ac eiuſdem Pęnitentiariæ Regens, cęteriq; eius Of-
ficiales, & Miniſtri pro tempore exiſtentes ab in-
fraſcriptorum conceſſione, commiſſione, & expe-
ditione penitus ceſſare, & abſtinere debeant aliàs
illæ nullæ ſint eo ipſo.

In primis abſtineant à diſpenſationibus etiam
in foro conſcientiæ tantum, & in occultis caſibus

cum agitur de Simonia reali ſciẽter cõtracta, & de beneficijs ſuper quibus ipſa Simonia eſt cõtracta.

Item abſtineant à conualidatione titulorum beneficialium etiam in occultis, etiam in foro conſcientiæ tantum, quo ad illos, qui ipſa beneficia Simoniacè ſcienter fuerint, vel de eis quauis auctoritate prouiſi, ac etiam quo ad illos, qui de Eccleſijs Cathedralibus prouiſi infra præfinitum tẽpus munus conſecrationis non ſuſceperint.

Abſtineant quoq; à compoſitione, & condonatione fructuum beneficialium, etiam Eccleſiarum Epiſcopalium, & diſtributionum quarumcumque quouis modo malè perceptorum in caſibus nõ occultis. In occultis verò caſibus Volumus, vt cum Gallis, Belgis, Germanis, Polonis, & vlterioribus componere, vel cõdonare poſſint iniunctis eiſdem pœnitentibus erogatione eiuſdem Maioris Pœnitentiarij, vel Confeſſoris ab ipſo deputandi arbitrio limitandi; cum reliquis autem videlicet Italis, Hiſpanis, Luſitanis, & adiacentium Inſularum perſonis diſcretè compoſitionem, vel condonationem concedant, ſed exactas pecunias in Officio noſtræ Datariæ faciant integraliter conſignari, Pauperibus tamẽ, quorum facultates compoſitionem non admittit condonare poſſint iniuncta eleemoſina modo ſupradicto iniungenda, quæ tamen cenſeantur ordinata, ſine præiudicio illorum quibus diſtributiones accreſcere, ſiue non decreſcere debent.

In Matrimonijs pariter contrahendis abſtineãt à diſpenſationibus ſuper quouis impedimento cõſanguinitatis, vel affinitatis etiam cognationis ſpiritualis, & in foro conſcientiæ, etiam in occultis etiamſi periculum immineat ſcandalorum.

In contractis verò abſtineant à diſpenſatione, ſeu Matrimonij validitate in gradibus Primi, & Secundi conſanguinitatis, vel affinitatis ac etiam Secundi conſanguinitatis, vel affinitatis præterquã ſi in hoc ſecundo gradu impedimentum durauerit occultũ ſaltem per decenniũ, & oratores ſimul cõuixerint, & vti coniuges legittimi communiter reputati fuerint. *In Tertiò verò, & Quartò gradibus poſſint diſpenſare, præterquam ſi falſitas conſiſtat in narratione copulæ, quæ antea non interceſſerat.* Poſſint etiam in Vtroque vel altero machinante diſpenſationes concedere quando neceſſitas poſtulauerit ratione alicuius grauis imminentis periculi, quod prudentia Maioris Pœnitentiarij arbitrandum erit præſertim re diſcuſſa in Signatura.

Pariter abſtineant à conceſſione diſpenſationũ, cum promotis per ſaltum, & licentiarum de promouendo extra tempora, vel non ſeruatis interſtitijs, vel ſine litteris dimiſſorialibus proprij Ordinarij, niſi quando in occultis periculum aderit grauium ſcandalorum; tunc enim poterunt diſpẽſare in forma Pœnitentiariæ conſueta, videlicet omiſſos ordines ſecreto recipiant à quouis Catholico Antiſtite gratiam, & communionem cum Sede Apoſtolica habente, & tunc etiam extra tempora, & non ſeruatis interſtitijs, & abſq; prædictis litteris dimiſſorijs. Et quo ad facultatem per nos viuæ vocis oraculo conceſſam de diſpenſandis Sacerdotibus, alijſq; in Ordinibus Sacris exiſtentibus, qui homicidia voluntaria commiſerunt ad effectũ ingrediendi Religionem. Volumus eos cum quibus in vim prædictæ facultatis de cætero diſpenſabitur teneri omninò profeſſionem facere, aliàs ſuſpenſi remaneant ab exercitio quorumcumque ſuorum ordinum.

Abſtineant etiam à conceſſionibus abſolutionum, ſiue commiſſionum de abſoluendo Principes, & alios ius Imperij habentes, nec non Dominiorum, & Rerumpublicarum perſonas, item Epiſcopos, & alios etiam Superiores Prælatos in caſibus publicis, qui litteris in die Cœnæ Domini legi ſolitis continentur, etiamſi tunc Sedes Apoſtolica vacabit, aut Summus Pontifex, vel propter infirmitatem, vel aliam cauſam ita fuerit impeditus, vt celeriter conſuli non poſſit.

Similiter abſtineant etiam in occultis, etiam in foro conſcientiæ tantum à conceſſione abſolutionum, vel commiſſionum de abſoluẽdo S. R. E. Cardinales, & alios cuiuſcumq; qualitatis, ſtatus, gradus, dignitatis, conditionis, & præeminentiæ fuerint, qui viuente Romano Pontifice, de quopiam eligendo, vel excludendo tractauerint ſuffragia inierint, ambitusvè, aut pactiones fecerint, & abſtineant, etiam in occultis, etiam in foro conſcientiæ tantum à conceſſionum, vel commiſſionum de abſoluendo dictos S. R. E. Cardinales, & alios quoſcumq;, qui Sede Apoſtolica vacante cenſuras, & ſeù pœnas in conſtitutione rec. mem. Gregorij XV. Prædeceſſoris noſtri, & noſtra ſuper electione Roman. Pontificis pro tempore facienda æditis cenſuras quomodolibet inciderint.

Abſtineant etiam in occultis, etiam in foro cõſcientiæ tantum à conceſſione abſolutionum, vel commiſſionum de abſoluendo à cenſuris, & pœnis eos cuiuſcumq; qualitatis, ſtatus, gradus, dignitatis, præeminentiæ, & conditionis fuerint, qui de Statu Reipublicæ Chriſtianæ, vel Sedis Apoſtolicæ, ſiuè de vita, aut morte noſtra, vel Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, vel noſtrorum, ſiue eius conſanguineorum vſq; ad tertium gradum incluſiuè inquirentes Conſtitutioni noſtræ contra eoſdem editæ quomodolibet circa præmiſſa contrauenerunt.

Quo verò ad facultatem conceſſam ſimili viuæ vocis oraculo per fel. rec. Paulum Quintum prædeceſſorem noſtrum de abſoluendis ad Vrbem accedentibus à cenſuris non tamen in Romana Curia Notorijs ad effectum acquirendi indulgentias, loca, & Eccleſias Vrbis viſitantibus conceſſas pariter abſtineant, quo ad cenſuras in Romana Curia latas.

Decernentes præſentes litteras etiã ex eo quòd Maior Pœnitentiarius, ac Regens, & Officiales prædicti alijq; quicumq; in præmiſſis quomodolibet intereſſe habentes, ſeù habere prætendentes præmiſſis non conſenſerint, aut vocati, & auditi non fuerint aliaq; quauis de cauſa quantumvis legitima, & iuridica de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeù nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, & impugnari, redargui, retractari, in ius vel controuerſiam reuocari nullatenus poſſe, ſed eas ſemper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces exiſtere, & à Maiore Pœnitentiario, & Regente, Officialibusq; prædictis alijſq;

ad

ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit inuiolabiliter obſeruari ſicq; per quoſcumq; &c. Auditores ac S.R.E. Cardinalibus, etiam de Latere Legatos, ſublata &c. attentari. Non obſtan. quatenus opus ſit Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, & præſertim de Iure queſito non tollendo, alijſq; quibusvis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Pœnitentiariæ etiam &c. conſuetudinibus quibuſcumq; ac priuilegijs, &c Apoſtolicis dictæ Pœnitentiatiæ, illiuſq; Maiori Pœnitentiario, ac Officialibus, & Miniſtris, & quibusvis alijs ſub quibuſcumq; tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis alijſq; efficacioribus efficaciſſimis, &c. vel in ſpecie etiam motu pari, & Conſiſtorialiter, ac aliàs quomodolibet in contrarium, &c. innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum, &c. ſeruanda foret tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum infererentur præſentibus pro expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes illis, &c. ad effectum præmiſſorum pleniſſimè derogamus. Datum.

S. V.: decernit vt Maior Pœnitentiarius, ac Pœnitentiariæ Officiales, & Miniſtri à certis conceſſionibus, & gratijs per eos in vim facultatum, & viuæ vocis oraculorum hactenus factis de cętero abſtineant, aliàs illæ nullæ ſint.

47 Notandum tertio, quod pauperibus in expeditione litterarum ſuccurritur, & quod Hyberni sũt exempti a taxis, nedum poſtquam Regnum illud ab hæreticis occupatum eſt, ſed etiam ante fortaſſis ob magnam locorum diſtantiam, de quo vero tempore ipſis hoc fuerit indultum, vel certè quando hac conſuetudine vti cęperint, nondum inueni nunc paucula dicamus de taxis Cancellariæ, & primo.

De Eminentiſs. Vicecancellario.

48 PRo Eccleſia, ſeu Monaſterio taxato in libris Cameræ à 33.⅓ vſq; ad 300. ducati duo pro taxatis 300. vſq; ad 500. ducati tres, à quingentis vſque ad 1000. ducati 4. pro taxatis à mille ſupra pro ſingulis quingentis ducat. vnus, pro retentionibus Monaſteriorũ ſoluatur dimidia pars, habita ratione taxæ, & Secretario iulij tres, etiam ſi prouiſus ad alia beneficia obtinenda diſpenſetur ſuper ætate, vel natalibus, derogetur Concilijs, vel iuripatronatus ſoluatur tantum pro prouiſione.

De Regente Cancellariæ.

49 SIt Regens diligentior in audiendis quęrelis de exceſſiua taxa, & quod indebitè fuit exactum ſtatim reſtitui faciat, & quando eſt diſputatio de quantitate ſoluenda, ne expeditio retardetur, deponatur in manibus Regentis totum id, de quo diſputatur, & bulla expediatur, & tamen poſtea ipſe Regens, ſemper expediat cauſam, & declaret dubium, etiam ex officio ſuo, etiam parte non petente, & deciſiones annotentur in libris Officialium, & ſuper differentijs verten., ſuper exactionibus non detur fides libris Officialium, niſi à tẽpore Iulij. Difficiliores materias diſtribuat Abbreuiatoribus peritioribus; prouideat vt illius impenſa reſcribantur litteræ Apoſtolicæ, cuius culpa veniunt reſcribenda, ſiue Abbreuiatoris, ſiue Scriptoris. Prouideat, etiam Dominus Regens, quod Abbreuiator, qui facit minutam Bullæ non ſit reuiſor eiuſdem: Hodiè pro reuiſione reſcriptæ Bullæ Abbreuiatori, qui confert illam cum prima ſcripta, vt appareat de idoneitate, datur iulius vnus.

De Cuſtode Cancellariæ.

50 PRo cedula Conſiſtoriali non recipiat vltra 5. iulios, & neminem cogat inuitum ad recipiendas copias contra cedularum, non cogat partes ad redemptionem ſupplicationum, nihil exigat pro commiſſione formæ iuramenti, teneatur Cuſtos pro ſubſtituto excedente, qui accipiat ſolum, quod ſpontè datur, & in omnem euentum non recipiat vltra quinque carolenos, pro qualibet expeditione; non augeatur exactio ſub prætextu numeri perſonarum, aut clauſularum; idem etiam ſeruetur in ſumptibus, quando alij Officiales gratis dant, & ipſe det gratis: Quando partes velint redimere ſupplicationes, nihil accipiat, pro præmiſſis nihil exigat, pro bullis vltra taxas per ſcriptores Apoſtolicos poſitas pro redemptione plurium ſupplicationum, tendentium ad eandem expeditionẽ, non augeat, niſi carolenũ vnum.

De Oſtiario.

51 PRo Eccleſia, vel Monaſterio non taxato in libris Cameræ vltra centum percipiat Oſtiarius iulios quinque dumtaxat pro taxa, vltra centum ducatos, ducatum vnum. Pro retentionibus conſiſtorialium exigat dimidium ejus, quod recepiſſet in prima prouiſione, in reliquis tolleranda eſt conſuetudo, nihil exigat pro forma iuramenti vltra carolenum vnum.

De Notario Cancellariæ.

52 NOtarius ſit contentus quoad conſenſus, qui præſtantur in Cancellaria tribus carolenis, quo ad alios ſex, & quo ad huiuſmodi conſenſus non habeatur ratio aliqua acceſſoriorum, puta in penſionibus, non conſideretur facultas transferendi, nec regreſſus ob non ſolutionem, & ſimilia, nihil etiam exigat prætextu antiquitatis inſtrumenti.

De Abbreuiatoribus de Maiori.

53 PRo ſupplicationibus ſimplicibus non exigãt, niſi quinque carolenos Cãcellariæ, vel quinque iulios, & ſi ſit duplex, puta reſignatio cum pẽſione, vel reſeruatione fructuum, recipiant duplicatam mercedem; ſi addatur regreſſus recipiant etiam quinque carolenus, vel iulios, pro alijs verò materijs, ſi ſint his accumulata, nihil exigant, niſi quinque carolenos, vel iulios. Quando plura retinentur, non recipiant, niſi vnum turnum, quia ſolum habent facere vnam minutam, & idem intel-

ligatur,

ligatur, ſi datur licentia retinendi vnum beneficium ſimul cum Eccleſia, de qua prouidetur.

De Abbreuiatoribus de Minori.

54 PRo prima litterarum viſione, cum eas non videant, & minus pro diſtributione ſuppoſitionum, cum ipſi minutas non faciant Capellanus eorum, nihil prorſus à quoquam exigat. Quo vero ad taxas ſequatur Scriptores Apoſtolicos, nec nō prætextu gratiarum factarum per Scriptores deſinant dimittere quinque, Quo ad dimiſſionem quinque tolleranda eſt conſuetudo, ſi expediatur vna bulla ſuper ſupplicatione continen. plures gratias, non omittat dimittere quinque, & hoc procurandum eſt, quod ſeruent.

De Scriptoribus Apoſtolicis.

55 PRo littera 25 lineas continente, itavt in quãlibet 25. ad minus ſint dictiones vnum ducatũ auri pro labore capiant, à 25. verò vſque ad 40. lineas pro quibuslibet 4. lineis groſſum vnum ex inde ſupra ſi inter Scriptorem, & partem diſcordia fuerit Reſcribēdarij defenſorum pro tempore exiſtentium, vel Vicecancellarij ſeu Regentis iudicio ſtent; litteræ prouiſionis Eccleſiæ Parochialis pro eo, qui aliam quoque Parochialem obtinet, ſi in ea diſpenſatio ad duo, & cum clauſula permanendi poſita fuit ad groſſos 50. taxent, & idem in ſimilibus gratijs fiat, quæ in bulla eadem pro vno congeminantur. In Conſiſtorialibus ex Francia venientibus littera, quæ expeditur ſiue clauſula generalis reſeruationis per Cameram ſub eadem data, ſiue in illa ſint modi vacandi, ſiue non, taxentur, vt taxantur, videlicet ſi Eccleſia Metropolitana 24. ſi Eccleſia Cathedralis 22. Monaſterium Conſiſtoriale 16., ſi vero ſub diuerſa data ſunt, & ſi in ea contineantur vacandi modi, ſi Metropolitana, vel Cathedralis Eccleſia, groſſos 40. ſi Monaſterium Conſiſtoriale ſit 30. taxentur. Item addendum pro quando bullæ reſcribuntur, ſi nihil addatur, quòd augeat taxam, non augeatur taxa, ſed ſolum mutetur, ſi non augeatur de duplicatis taxentur bullæ pro medietate, vt conſuetum eſt Item quando materiæ multiplicantur in eadē bulla, non taxētur ad rigorem, ſed fiat aliqua gratia, provt conſuetum fuit, & eſt æquum, quod dimittatur de multiplicatis quarta pars, & ſi plura multiplicarentur, æquum eſt, vt maior diminutio fiat, non tamen vltra tertiam. Quando expeditur diſpenſatio de tertio, vel ad tertiam, ſi addatur ad tertiam Parochialem ad annum, non augeatur taxa, niſi ad vnum ducatum, ſi ad plures annos augeatur ad duos. Reſcribendarius Computator, & Receptor pro Conſiſtorialibus & retentionibus nihil recipiant particulariter pro eis; Bullæ diſtaxentur, etiam poſt iudicationem Abbreuiatoris, ſi vlterius proceſſum non ſit, & tempus ad diſtaxandum ſit ſex menſium, quia tempus trium menſium, videtur nimis anguſtum. Quando indicatur plumbum abſcindendum, taxam eis reſtituere nō recuſent. Quo ad exactionem ab ijs, qui expediunt gratis de mandato Papæ videtur tolerandũ, quod aliquid exigant, ſed moderatè, non ad rigorem. Quo ad quæſtionem antiquam de non recipiendo vltra taxam, cum videatur non minus impoſſibile, quam difficilè, videtur ſic reſoluendum, quod in Bulla vſq; ad 4 ducatos dimittant, quintam partem ab inde ſupra, dimittant ſeptimam, & idem ſeruetur in duplicatis. Quòd autem dimittetur, dimittant facto, & non ſcriptis, immò tota taxa integra annotetur, ne alij officiales defraudentur. Scriptores ipſi, & Abbreuiatores de Maiori non faciant aliquem ſub eorum familiaritate expedire gratis, niſi ſit verè continuus commenſalis, & ſteterit cum eis ſaltem per ſex menſes, de cœtero taxent cum moderatione, quàm ſeruabant à tempore Iulij retro. Quo ad reliqua, quæ eis opponuntur negatio, & iniungatur eis, vt abſtineant, provt abſtinere dicunt.

De Sollicitatoribus litterarum Apoſtolicarum.

56 PRo normis monialium nihil exigant, præter taxam bullæ, pro bullis non exigant, niſi quæ ſunt taxatæ vſque ad 30. vnum ducatum, & duos carolenos, & à 30. ſuprà duos ducatos, & duos carolenos pro Eccleſijs titularibus cum bullis ab eis dependen. vltra decem ducatos auri de Camera non recipiant, cum declaratione quòd in decem ducatis includatur portio ipſis ſollicitatoribus, debita ratione annatæ penſionis, vel retentionis; Capellani ipſorum nihil exigant, & idem de alijs officijs habentibus Capellanos præſertim, ſub prætextu obligationis de ſoluendo annatam, non faciant atteſtationem expenſarum in bullis, quia neſciunt veritatem earum, quæ paucis eſt nota, & atteſtatio eorum non vera aliquando parit ſcandalum; In ijs, quæ dependent ab annatis, ſeruent, quòd ſeruat Camera Apoſtolica, puta in ijs quæ ad tempus, & eorum extenſionibus, & in ſpecie, ſi aſſignetur pēſio ſuper fructibus Monaſteriorum monialium, nihil exigant pro annata, & idē faciant in officiales.

De Archiuiſtis.

57 SEruetur inſtitutio Officij, & non annotentur acceptationes acceptantium. Item Correctores auſcultent, & locum Officij fideliter contineant, & viſitent, quando ſunt ad id deputati notaſque Inſtrumentorum reportatas regiſtrari faciant infra tempus ſtatutum. Errantes Scriptores in ſcribendo, vel aliter iux. eorum Officij naturam corrigant, & caſtigent; Scriptores notas nòn matriculatorum non recipiant, & aliàs acceptas infra tempus debitum fideliter regiſtrent, mercedes eis ſtatutas contenti ſint, tam pro rogitu, quã regiſtratura, quam pro ſcribendis confeſſionalibus; ſcripta confeſſionalia, ſine manu correctoris partibus non tradant, in illis ſcribendis, formam illis traditam non excedant, & clauſulas inconſuetas non apponant litteras legibiles, & bene compoſitas ſcribant, & in regiſtris ſimiliter diligentiam adhibeant, ſecreta Inſtrumenta, vel Teſtamenta non reuelent partibus non habentibus intereſſe, Inſtrumenta acceptationum, vel

alia

alia non edant, ſed partibus dumtaxat recognita per duos teſtes, quando aliter non eſſent notæ Scriptoribus. Notarios, inhabiles, & inſufficientes non creent, ſed idoneas perſonas, & ſufficientes.

De Cubicularijs, & Scutiferis.

58 SEruetur Bulla erectionis eorum Collegij, & alij, qui non ſunt de Collegio nihil exigant, quia quod exigi conſueuerat applicatum eſt Collegijs, & illi de Collegio exigunt. Illi autem, qui exigere conſueuerunt, & de eis non eſt factum Collegium, vt ſunt Parafrenarij, Camerarij, & ſimiles exigant id, quod exigere conſueuerunt, ante tempus Leonis, & motus proprij poſtea conceſſi reuocentur; pro Eccleſijs, & Monaſterijs in patria reducta, non exigant, niſi pro medietate prout exigunt Eminentiſs. Domini Cardinales, & alij Officiales.

De Secretarijs.

59 QVo ad exactionem vnius ducati pro qualibet litiera gratis expedita, nihil eſt innouandum, ſed aduertant Domini Camerales, an ſub prætextu alicuius diminutionis, vel damni, aliquid plus eis datum fuerit ab Alex. VI. quàm deberetur. Quo ad taxas Breuium, quæ exceſſiue alteratæ fuerunt, reducantur iuxta ordinationem Leonis in Concilio Lateranenſi, quæ ſequitur, & eſt talis videlicet. Breue ſuper abſolutione ab apoſtaſia, cum licentia transferendi ad alium Ordinem ſe remonendi in Ordine, ad quem ſe tranſtulerat, ac deſeruiendi alicui beneficio Eccleſiaſtico ad duos ducatos; ſuper abſolutione à Cenſuris pro vna perſona ad vnum, pro pluribus vero perſonis quotquot numero fuerint ad duos; ſuper arrendandi licentia, etiam anticipata ſolutione infra triennium ad vnum, ſi verò ad maius tempus ad duos ducatos, & non vltra ſuper Altari portatili ad vnum, ſuper Confeſſionali ad vnum, ſuper Confeſſionali Capitulorum conceſſorum Cõmunitati, ſeu Vniuerſitati ad vnum, & pro confeſſione teſtamenti ad vnum; & ſuper ſimplici cauſæ commiſſione, etiam cum ipſius auocatione, & noua commiſſione, & illius extenſione ad vnum: ſuper diſpen. verò in 20., vel in 24. ad vnum ſuper diſpenſatione de non promouendo extra tempus ad vnum, & ſi inſtantiæ in eodem breui cumulentur illud ad duos tantum, & ſi ſuper diſpenſatione ſuper defectu oculi ad ſacros Ordines ad vnum, ſuper diſpenſatione vero de non promouendo ad biennium ad vnum, ſuper prorogatione vero vna, vel pluribus quot fuerint ad duos ducatos, & non vltra taxentur. Breue verò ſuper exemptione ab Ordinario pro vna perſona ad vnum, pro Capitulo autem, & Vniuerſitate ad tres ducatos, & non vltra taxentur, & breue ſuper habitus per fratres S. Iacobi, vel alterius Militiæ geſtari ſoliti exemptione ad vnum, ſuper lacticinijs etiam ad vnum, ſuper licentia vero eundi ad ſepulchrum dominicum, etiam pro Epiſcopo ad vnum, ſuper licentia autem recipiendi gradum Doctoratus, pro Regulari ad duos, pro Seculari verò ad vnum, ſuper licentia ſtudendi in Iure ciuili ad vnum, ſuper licentia intrandi Monaſteria pro mulieribus ad vnum, ſuper licentia teſtandi, etiam pro fratre alicuius Militiæ ad vnum, ſuper licentia tranſeundi de Ordine ad Ordinem ad vnum, ſuper mutatione voluntatis teſtatoris infra centum ad vnum, ſuper priuilegijs, & indultis, etiam Congregationibus, & Vniuerſitatibus conceſſis, nunquam taxetur vltra 4. ducatos, ſuper repræſalijs, & ſuper criminibus, non vltra duos, ſuper ſaluo conducto ad vnum, ſuper tracta Eccleſiarum ſalmarum grani non vltra duos ducatos breue taxetur. Et ſi plures materiæ in eodem breui cumulentur, prima gratia integrè, aliæ verò gratiæ pro dimidia taxentur. Item addendum quo ad materias, quæ in dicta ordinatione Leonis, & hic non inueniuntur ſpecificata, non poteſt taxari breue, etiam ſi agatur de materia, quantumcumque magna, aut aliàs perpetua vltra quinque ducatos; taxas ruptas, debent exigere ad carolenos, & non ad iulios. Pro regiſtratura vnius bullæ ſi 25. linearum numerum non excedat 4. dumtaxat, ſi exceſſerit; ſex. Pro mandatis, quæ ſub duabus bullis in Francia expediuntur quinque carolenos Cancellariæ, nec etiam vltra à ſponte dantibus recipere valeant: Pro ſũptibus cuiuslibet bullæ, cum illius ſcriptura, nihil vltra vnum ducatũ, & vnum carolenum ſimilem etiam à præbente vltra recipere valeant.

De Prothonotarijs.

60 PRothonotarij Apoſtolici, quos participantes vocant, quo ad receptionem quinque pro centenario taxa, & vnius ducati pro quolibet cẽtenario permittendi in conſuetudine in qua ſunt, & quo ad hoc non eſt aliquid innouandum: De deuolutis, ex quo dicunt nihil ſe exigere, nihil eſt dicendum, niſi hortari eos, vt perſeuerent: Quo vero ad diminutiones, vel reductiones Eccleſiarũ, vel Monaſteriorum taxarum debent ſeruare reductiones, & diminutiones, non obſtantibus per eos allegatis, quæ non videntur releuare: Quo ad conſiſtorialia, quæ expediuntur per Cameram nihil debent exigere, ſed ſolum quo ad ea, quæ expediuntur per Cancellariam vigore ſupplicationum. De Monaſterijs autem taxatis ad 60. ducatos infra, ſimiliter nihil debent percipere, quia non reputantur conſiſtorialia. Quo ad euentualia nihil debent exigere, niſi ſecuto effectu Clerici ipſorum nihil à partibus ob expeditiones exigant, ſed eis per Notarios, quibus eſt ſatisfiant, officium eorum in Cancellaria, iuxta antiquum morem, & obſeruantiam, & conſtitutiones eorum exerceant; diebus Cancellariæ deputatis horis cõueniant, & ſe præſentes exhibeant vſq; ad finem Cancellariæ: Incumbentia ad eorum officium non dimittant, ſed cum omni diligentia, & ſolertia exerceant.

De Subdiaconis.

61 INterdicenda eſt exactio pro Pallio, & ſimiliter Magiſtris ceremoniarum, & alijs exigentibus

ratione

ratione pallij, & loco huius exactionis eogitandũ
eſt de aliqua eompenſatione, & ad reducendum
ad memoriam Sanctiſſimo Domino Noſtro, provt
intępit perſeuerare, videlicet reducendo officium
Subdiaconi in priſtinum ſtatum, vt ſcilicet non ſit
venale.

Et hæc de Officijs Cancellatiæ, pœnitentiariæ,
& alijs extra Datatiam exiſtentibus, circa quæ ali-
qua notanda. Primum hoc poſttemum decretum
de exactione pallij, non habuiſſe effectum, & Sub-
diaconi iſti, qui alio nomine cruciferi nuncupan-
tur nullom aliud recipinnt emolumentum, quo
vero ad motinum illud, quod deberent reduci ad
ſtatum amouibilitatis, illa cogitatio, etiam iocceſ-
ſit Greg. XV. fel. rec., qui illud officium, vel vole-
62 bat ſupprimere, vel certè in alium ſtatuoi reduce-
re, ipſorum enim munus eſt in Miſſa Papali aſſiſte-
re Pontifici celebranti, vti Subdiaconi, vbi Cardi-
nalis agit Diaconum, quod indecorum videbatur
Pontifici, Clerici claſſis ordinariæ, in ſolemni, &
publico Sacro ęquiparentur Cardinalibus propte-
rea idem Pontifex diſpoſuerat hoc muneris con-
ferre præcipuis Curiæ Prælatis, inter quos. & Car-
dinales non eſſet tanta diſcrepantia, ſed morte
prouentus effectus noo eſt ſequutus.

Secundò ootandum iuxtà illa verba de Protho-
notariis; officium eorum in Cancellaria, &c. exer-
63 citant; quòd hodie non ſeruatur, ſed privatim
exercent eorum munera.

Tertiò notandum eircà illa verba, quò ad euen-
64 tualia nihil exigant; gratiæ euentuales dicuntur,
quæ fiunt ſub conditione omninò incerta, & vaga,
puta expectatiuæ non autem quæ fiunt ſub condi-
tione, cuius effectus pendet ab impetrante, nam
omnis gratia Papæ, habet in ventre conditionem,
ſi ità eſt, vt fusè dicemos lib. 2. vbi agemus de iuſti-
ficatione impetrationis, & ſecundum hoc nunquã
fieret ſolutio taxæ, oiſi poſt iuſtificatam gratiam,
quod æquum non eſt, nam ſibi imputet impetrans,
ſi non vera expoſoit. Dobitabam aliquando an
præſectus compoſitionum rite exigeret taxam pro
commune reſtitutionis ad formam iuris petita, &
qnod huiuſmodi impetrans poſſet ſuccumbere, &
ſolutio ſacienda ſit pro reſtitutione, non autem
pro commiſſione, & reſponſum mihi fuit, & qui-
dem ſatis probè, ſupponendum eſſe impetrantem
vera expræſſiſſe, & ſi hoc; reſtitutionem ei eſſe de-
bitam, qoòd ſi ſolotio in id tempus reſeruetur
exactionem reddi incommodam, & ferè impoſ-
ſibilem.

65 Quartò notandum, quod multæ taxæ ex prædi-
ctis, hodie non exiguntur, ſed conceduntur gratis,
& ſunt illæ pro indulgentiis perpetuis, pro crimini-
bus, & repræſaliis, ac ſimilibus.

66 Notandum quintò, eirca taxam Breuium, vbi
dicitur Breue taxari ad vnum, vel duos docatos, &
ſic deinceps, quod huiuſmodi taxa non eſt integra
impenſa expeditionis, quia in aliquibus plures Of-
ficiales eãdem recipiunt taxam pro vnaquaq; mate
ria, vltra quòd id, quod exponitur pro labore, aliàs
enim fruſtra diceretur in cap de ſollicitatoribus,
quos ipſi non debeant facere atteſtationem expẽ-
ſarum, quę paucis eſt nota, ſi vnica taxa eſſet totius
impenſæ inditium; & hic obiter notandum, quòd
67 Conſtitutiones Bonifat. VIII. Greg. XIII. & Clem.
VIII. de datis, & promiſſis non prohibent qno mi-
nus poſſit ſatisfieri labori ſollicitatoris, hoc enim
iniquum eſſet, vt notat Nauar. ad Conſtit. Gregor.
XIII. in Bullario nouo Conſtit. 24., quia de iure na-
turæ operarius debet recipere mercedem pro la-
bore ſuo, ſed videant ne in retia incidant ij, qui nõ
ſunt ſoliti expedire gratias Pontificis, quia illi
nullo titulo videntur recipere poſſe eum opus,
quod prætenditur factum, non ſpectet ad munus
ipſorum.

Notandum ſextò in cap. de ſollicitatoribus, diſ-
ponitor, qood Capellani non poſſint quicquam
percipere, etiam ſub prætextu obligationis de ſol-
uendo annatam, in qno conſtitutio iſta, non fuit
vſu recepta, quia revera percipiunt, hodie duos in
hoc pro obligatione de ſoluendo annatam; quæ
fuit deducta ratione penſionis antiquæ quaodo-
cumque illa ceſſerit. & merito quidem, quia ipſi
perlegunt totam Bullam, vt ſciant quantum Offi-
ciales teneatur deducere, cui labori vix reſpondet
illa quantalacumque recognitio; ſimiliter non eſt
recepta reformatio in eo, quod dicit, quod Abbre-
uiatores de minori non recipiant aliquid pro pri-
69 ma viſione, quia recipiunt vnum iulium pręter ta-
xam, quando bulla expeditur per Cancellariam,
non autem qoando per Cameram. Similiter non
eſt recepta reformatio io eo, quod non obſtante
gratia facta per Scriptores, teneantur dimittere
quinqne, quia contrarium ſeruatur, & quidem ma-
xima ratione, quod vt intelligatur ſciendum eſt
Abbreuiatorum de maiori, & minori eandem eſſe
maſſam emolumentorum, & de taxa communi il-
li de maiori recipiunt ſes qoi alteram, ad eoſdem
70 de maiori ſpectat confectio minutarum, quæ ſol-
uitur in diſtributione ſupplicationis videlicet iulij
quinque vt ſuprà diximus, qui iulii quinquę com-
putantur in taxa, & propterea de ea deducuntur; ſi
autem ſupplicatio contineret plures gratias, &
minuta non niſi vnam, æquum non eſt, quod dedu-
eatur id, quod non fuit ſolutum, ſimiliter ſi taxa
fuit per gratiam ſcriptorum diminuta, & integrè
non ſoluitur, non eſt æquum, quod alteram Ab-
breuiatores recipiant diminutionem, & hoc vidẽ-
tur innuere reformationis verba, quæ dicunt, tolle-
randam eſſe conſuetudinem de dimiſſione quinq;,
videlicet in ſuis caſibus, quos magno labore anno-
tauit quond. mihi in hoc Officio Collega Ioannes
71 Franciſcus Vgolinus Vir ſolertiſſimus, quas ego
notas exhibebo fauente Deo in notabilibus Can-
cellariæ. Indiget etiam interpretatione, qood ſub-
dit reformatio in ſupplicationi continente plures
gratias, non omittant dimittere quinqoe &c. quia
hoc ſeruatur quotieſcumque Bulla integrè reſpõ-
det ſupplicationi, hoc eſt, quod omnes gratiæ cõ-
tentæ in ſupplicatione, expręſſę ſiot in bulla, ſecus
verò ſi bulla non contineat omnes gratias ſuppli-
cationis ratione mox allegata.

Notandum ſeptimò, quod pro temporum di-
uerſitate in conſtitutione taxarum aliquando re-
72 peritur expreſſa moneta per Turonen., aliquan-
do per Carlenos, aliqnando per Iulios, quæ omnia
idem ſignificant, & idem etiã venit nomine groſſi,
vt ſuprà diximus.

Sini-

Similiter Bullatores, ſiue Plumbatores, ac Ma-
73 giſtri, tàm Regiſtri Bullarum, quam ſupplicationum habent ſuas taxas, ſuper quibus tamen maior altercatio eſt, quam ſuper taxis aliorum officialium, præſertim Regiſtri ſupplicationum, & quãuis plures Summi Pontifices deſuper diſpoſuerint, nihilominus Regiſtrum ſupplicationum quotidie magnum facit negotium Datario pro tempore ſuper eorum taxa, quæ communiter eſt, vt ſequitur.

74 Ex quolibet ſumpto. ꝟ. 1.

Si ſupplicatio ſumpti contineat perſonam tertiam, tale ſumptum eſt duplex. ꝟ. 2.

Item ſi ſupplicatio plures vltra tertiam perſonã concernat, tale ſumptum eſt triplex. ꝟ. 3.

Item pro qualibet abſolutione ab homicidio, ſi eſt pro vna perſona tantum. ꝟ. 1.

Item ſi ſunt plures perſonæ, tot, quot ſunt perſonæ in ſupplicatione expræſſę, tot ducati debentur.

Item homicida quam plura homicidia commiſit, tot tenetur ſoluere ducatos, quot ſunt homicidia narrata.

Item impetrans rehabilitationem ad dignitates, & beneficia, ex eo quod præſens fuit homicidio, licèt auxilium non præſtiterit, ſoluit. ꝟ 1.

Item pro ſupplicatione Marani, ſeu Lutherani ſi eſt vnius tantum. ꝟ. 1.

Item ſi plures ſint perſonæ in ſupplicatione expræſſæ, tot, quot ſunt perſonæ in ſupplicatione nominatæ, tot debentur ducati.

Nota, quod exempti, & qui habent expeditionem gratis, vt ſunt Cardinales, & alij exempti, non gaudent Priuilegio exemptionis, ſi in ſupplicatione cum ipſis nominetur alia perſona non exempta.

Præter emolumenta prouenientia ex ſumptibus, habent etiam alia, vt ſunt pro conceſſionibus in euidentem, derogationibus, & ſimilibus, attamen particularia, & propria emolumenta ipſorũ ſunt, quæ proueniunt ex ſumptibus, vt ex motu proprio Pij II. videlicet.

„ Cum ſicut accepimus non nulli animarum ſuarum ſalutis immemores, libros Regiſtri ſupplicationum per eos, ſeù de mandato noſtro ſignatarũ vt plurimum extra d. Regiſtrum ſua temeritate fieri latenter, & occultè præter Datarij Noſtri, & eiuſdem Regiſtri Magiſtrorum, voluntatem malitiosè deferre, & illos etiam per menſes, ſeù aliud longum tempus apud ſe pro ſuo libito voluntatis retinere, & nequiter occultare non vereantur, nec expaueſcant in animarum ſuarum periculum, & præſertim ſumptis ſupplicationum in illis Regiſtratarum copijs, & eorundem Magiſtrorum non modicum præiudicium, ac præter hoc Clerici ipſius Regiſtri, etiam pro ſumptis, & copijs ex huiuſmodi libris, abſque ſcitu, & voluntate Magiſtrorum, ad quos ratione officij eorum Magiſtratus emolumenta ex ijs prouenientia, cum ſuper illis Officia Magiſtratus huiuſmodi fundata exiſtant, pertinennt extrahendis, & exemplandis ad Notarios publicos extra Regiſtrum huiuſmodi per Vrbem deferre, & exportare, & ſupplicationes regiſtratas huiuſmodi excopiare, in publicam formã, ad effectum, vt fidem facere videantur redigere quotidie perniciosè ſatagant, & procurent Nos, ad quos tales auſus reprimere, ſimileſque temerarios, & præſumptuoſos debita correctione punire ſpectat, motu proprio, & ex certa noſtra, ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine huiuſmodi librorum occultatoribus, & ex illis copias extrahentibus, & eas, dictaque ſumpta eiſdem Magiſtris non ſoluentibus in virtute S. Obedientiæ, & ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac anathematis, nec non quingentorum ducatorum Cameræ Apoſtolicæ realiter applicandorum pœnis per eos præſentibus, non parentes ipſo facto pro qualibet vice incurren. præcipimus, & mandamus, vt viſis præſentibus, libros prędictos illi pęnes quos exiſtunt realiter ſine mora ad illorum matricẽ reportent, eoſque eiſdem Datario, & Magiſtris conſignent, abſque vlteriori ſpe, eos de cœtero extra eandem matricem exportandi Clericiſq; & Notarijs prædictis diſtrictius inhibentes, ne deinceps d. libros ſine ſcitu eorundem Datarij, & Magiſtrorũ ſub dictis pœnis extra matriculam prædictam exportare, nec illos Notarijs quibuſcumq; exhibere, ſiue oſtendere, nec ipſi Notarij aliquem extractũ ex ijs facere præſumant quoquo modo &c.

Cœterum plures Pontifices ſcriptorum Regiſtri licentiam compeſcuerunt, præſertim Martinus V. in reformatione Curiæ, ſub titulo de Bulla, & Regiſtris litterarum Apoſtolicarum, vbi dicit.

„ Item cum litteræ Apoſtolicæ pro ſola taxa illarum debeant Regiſtrari, nihilq; niſi taxa illarum litterarum exigi debeat, cum earum Scriptores ſalariũ habeant de publico, & intellexerimus, quod tàm prædicti, quàm alij in regiſtro ſupplicationũ, ſcriptores, ſupplicationes & litteras ipſas, aut nolũt, aut nimium differunt regiſtrare, niſi prius data eis à partibus aliqua pecunia, & nouiſſimas prioribus præferunt, hoc fieri de cętero diſtrictius inhibemus, ſtatuentes, quod litteræ, & ſupplicationes prædictę ad regiſtra delatæ prius omnes regiſtrentur, quam aliæ quęcumq; quæ poſtmodum ad ipſa regiſtra deferuntur. niſi fortè Magiſtri Regiſtrorum ipſorum ex aliqua rationabili cauſa, aliquas ſupplicationes, vel litteras prius mandauerint Regiſtrari, ita vt iurent ſcriptores dd. Regiſtrorum, cum ad illud officium de cœtero aſſumuntur fideliter obſeruare ipſique Magiſtri id faciant diſtrictius obſeruari ſimiliter ſtatuimus, & etiam ordinamus, quod Bullatores, ſeù Cuſtodes Bullæ dd. litterarum pro ipſis litteris bullandis gratiam, ſiue iuſtitiam continẽtibus, vltra taxam antiquam videlicet, quæ tempore Gregorij XI. prædeceſſoris pro ſimilibus litteris recipere conſueuerant, nihil ampliùs recipiant. Item de littera correcta defectu partis iterũ bullanda vltra octo, necnon de alijs litteris bullatis, & iterum non tamen propter defectum partiũ bullandis, & in d. regiſtro corrigendis vltra vnum turonen. groſſ. recipere, aut exigere non pręſumãt idemq; per Regiſtratores dd. litterarũ qui pro ſũpto cuiuſcumq; gratiæ, & regiſtris eiuſdẽ vltra vnũ florenum de Cam. & vnum gr. turonen. exigere nequeant præcipimus obſeruari, quòd ſi prędicti Regiſtratores cauſa aliquid exigendi, aut extorquẽdi à proſequentibus ipſas plus debito faciant regiſtrari, vel eas mala expeditione malitioſe redar-

» guant in ſalarijs clericorum in Regiſtro ſcribentiũ
» participent, ſeù vltra taxam litterarum Apoſtoli-
» carum, directè, vel indirectè à partibus aliquid
» nitantur exigere, vltra quam ab antiquo conſue-
» tum ſit ſententiam excommunicationis incurrãt,
» à qua, mortis caſu excepto, per aliquem, quã Rom.
» Pont abſolui non poſſint, & Inſuper in hoc per te-
» ſtes, vel aliàs præſumptiones violẽtas priuari poſſe
» officio ſuo, priuentur per Iudicem, cui per nos, ſeù
» de mandato noſtro cauſa committetur huiuſmo-
» di. Quodq; Clerici prædicti, qui litteras eis tra-
» ditas infra tres dies ex tunc immediatè ſequentes,
» ceſſante impedimento legitimo non regiſtrauerit
» à dicto regiſtro pœnitus amoti ſint, nec ad ibi ſcri-
» bendum de cętero admittantur. &c.
» Pręterea volumus decem groſſos Turonen. cir-
» cà taxam litterarum Apoſtolicarum, necnon in
» Bulla, & Regiſtris Apoſtolicis pro vno dumtaxat
» floreno de Camera deputari. Datum Gebennis
» Kal. Sepetembris Anno I I.

76 Ex fine conſtitutionis huiuſmodi habemus gr. Turonen., & iulium; vnum, & idem eſſe, & à princ. introductionis taxæ per Io: XXII., vt inquit Polidorus Virgilius, de rerum inuentoribus, & nos ſupra diximus, fuit in vſu moneta gallica, nempe Turonen., quia taxa in Gallia adinuenta, deinde poſtquam Pontifices Romam redierunt, quia ibi deficiebat illa moneta ei fuit ſubſtiturus carolenus, moneta nempe Neapolitana, quę in valore aſcendebat ad gr. Turon. progreſſu temporis; licet Pontifices cuderent monetam eiuſdem valoris, ac erat carolenus, vt ex monetis Calixti III. & Alex. VI. videre licet; retinebat tamen nomen caroleni, qui illi reſpondebat in valore, donec Iulius II. monetã illam à proprio nomine Iulium dixerit, quam denominationem hodie retinet, licet etiam Paulus vocetur ob imaginem Diui Pauli, quam referre ſolebat; ſimiliter cuderunt Pontifices nummum aureum, qui in valore reſpondet floreno qui nummus vnà cum Iulio conſtitnit duc. de Cam. iux. hãc conſtitutionẽ. & flor. iux. conſtitutionem eandem, licet valor ipſius excedat, non tamen computatur vltra 10. groſſ. quòd, & hodie in vſu eſt quoad duc. qui in taxis non æſtimatur, niſi ad decem groſſos.

» Aliam ſimilem conſtit. prædictę conſtit. Marti-
» ni edidit Six. IV. eius tenor eſt. Cũ ſicut frequenti-
» bus quærelis partim clericorũ pauperum, ac etiam
» proborum virorũ relationibus fide dignis, cogno-
» ſcimus ità iam ſcriptorum in Regiſtro Bullarum
» excreuit inſolentia, vt licèt contra vetitum Bullas
» ad Regiſtrandum eis pro Magiſtros d. Regiſtri di-
» ſtributas cũ quinternis ſibi aſſignatis pro celeriori,
» vt ęſtimari poſſit expeditione ad domos proprias
» publicè deferant regiſtrandas tamen illas per 3. &
» plerũq; 4. interdum dies dolo, & malitia, & quòd
» deterius eſt ſollicitant in ipſo Regiſtro Bullas Re-
» giſtrandas. & vt exactiones maiores pecuniarũ fa-
» ciant, differunt Regiſtrare, eaſq; antequam ſint re-
» giſtratæ publicant, & dant ad proceſſus ſuper illis
» fulminandos. Nos igitur in præmiſſis opportunè
» prouidere volentes motu propr. & ex noſtra vera
» ſcientia omnes, & ſingulos ſcriptores prædictos
» ſub excommunicationis pęna, quã contrafacientes
» incurrere volumus ipſo facto, monemus, quatenus
» de cętero litteras Apoſtolicas; ſiue Bullas prædi-
» ctas in Regiſtro dũtaxat loco publico ad hoc de-
» putato regiſtrent, nec illas ſollicitent, ſiue à caſſa-
» rio d. regiſtri redimant, vel extra diſportent publi-
» cent, vel oſtendant, & Bullas ſibi vna die per Magi-
» ſtros ipſius Regiſtri diſtributas vltra duos dies ſe-
» quentes regiſtrare, & loco publico, & vt pretẽditur
» ad hoc deputato non differant, nec mercedẽ aliã,
» directè, vel indirectè à quoquam exigant, quã con-
» ſuetã tempore fe. re. Eug. IV. Nicol. V. ſ. m. Cal. III.
» Pij II. Rom. Pon. prędeceſſorũ noſtrorum, videlicet
» pro ſingulis ſimplicibus in forma quinterni Canc.
» Apoſt. vnũ, pro verò ſimplicibus, & extra formam
» quinternij prędicti, duos, & alijs etiam bullis, etiãſi
» magnę ſcripturę forent 3. gr. Papales recipiant, &
» non vltra, ſi forſan ipſi ſcriptores huiuſmodi excõ-
» municationis ſententiam à qua nonniſi à Ro. Põt.
» abſolui volumus pro 15. dies poſtquam illã incur-
» rerint animo ſubſtinuerint, indurato elapſis diebus
» prędictis, eorũ officijs decernimus eſſe ipſo facto
» priuatos vacare, & per aliòs poſſe libere cauſa
» prędicta, & nulla alia pręcedente impetrari. Ad
» conuincendũ autem ſcriptores præfatos in eorum
» temeritate de non Regiſtratura Bullarũ, vt pręſcri-
» bitur, ità quòd alio probationis adminiculo opus
» nõ ſit, ſufficere volumus librum diſtributionis, ſiue
» quinternos, & relaxationẽ alterius Magiſtrorũ re-
» giſtri. Et quòd mãdatũ, ſiue conſtitutio huiuſmodi
» valeat, & perpetuò duret, & quòd præſentis ſola
» ſignatura abſq; alia deſuper litterarũ confectione,
» & quòd deſcribatur in quinterno Cancell. & in ip-
» ſa Cancellaria publicetur; Placet motu proprio &
» ita mandamus ſ. Dat. Romæ in Cancell Apoſt. an-
» no Domini 1479. indit. 12. die verò 18. Menſis
» Maij Pont. prædicti S. D. N. Sixti Papæ IV. anno 8.

77 Et quia ſuper exceſſiua taxa aliquando inter taxantes, & expeditores oriebatur difficultas, conſtitutũ fuit per Iul. II. vt ſupra vidimus, quòd Vicecancellarius, ſiue Cãcellarię Regẽs eſſet ſuper huiuſmodi controuerſia cõpetens Iudex, & quia aliqui officiales pretendũt ſe Sum. Pontif. immediatè ſubiectos eſſe, & iuriſdictioni Vicecanc. ſiue Canc. Regẽtis, ſe quo ad hoc nõ ſubiacere, Sixt. V. alia cõſtitutione motu proprio emanata diſpoſuit Vicecancell. & Regentẽ quò ad omnes habere hãc Iuriſdictionẽ, cuius cõſtitutionis tenor eſt Six. PP. V.

» Motu proprio &c. Dudũ cum inter q. Franciſcum
» Conzolis Clericũ Paduan., tunc plũbatorẽ fratrẽ
» plũbi nũcupatũ, ac dilectos filios ipſius plũbi Ma-
» giſtros, & tunc exiſtentem Abbatem, ſeù perpetuũ
» commendatatiũ Monaſterij de Roſſano Ord. S. Be-
» nedicti Ianuen. Dięc. orta fuiſſet cõtrouerſia ſuper
» eo, quòd d. Franciſc. vltra taxam debitam exigere
» cõtendebat huiuſq; rei occaſione pro parte d. Ab-
» batis, ſeù Cõmendatarij ad tũc temporis Regentẽ
» Canc. Apoſt. recurſũ extitiſſet, vt eoſdẽ plũbi Ma-
» giſtros ad pecunias, quæ vltra taxã debitam exa-
» ctę fuerant, eidẽ Abbati, ſeù Commẽdatario reſti-
» tuendũ cogeret d. verò Magiſtri Plũbi Vicecãcell.
» iuriſdictionem declinantes ſub eo prætextu, quòd
» S. Apoſtolicæ immediate ſubiecti eſſent, tandẽ prę-
» miſſis ad notitiam fel. rec. Iulij PP. II. prædeceſſoris
» noſtri peruentis, dictuſq; Iulius prædeceſſor noſter
» volens hanc litigandi materiam, & occaſionem

è medio

,, è medio tollere quadam ſua conſtitutione perpe-
,, tuo valitura motu proprio decreuit, & declara-
,, uit, non ſolum prædictos plumbi Magiſtros, ve-
,, rum etiam omnes alios officiales, qui ex litteris
,, Apoſtolicis ſub plumbo expeditis taxã, ſeù emo-
,, lumenta percipiunt, quod ea, quæ ipſarum litte-
,, rarum expeditionem concernunt, ſoli Vicecancel-
,, lario prædicto omnino ſubiacere, ipſumque Vice-
,, cancellarium plenam, & liberam in huiuſmodi of-
,, ficiales habere poteſtatem, & auctoritatem provt
,, in dicta Conſtitutione plenius continetur. Cum
,, autem ſicut accepimus incuria, aut parua cura, ac
,, diligentia eius, qui dictam Conſtitutionem, ſeu
,, motum proprium in quinterno Cancellariæ Apo-
,, ſtolicæ deſcripſit hæc verba ſuperiùs expræſſa vi
,, delicet, qui taxam, & emolumenta percipiunt
,, omiſſa fuerant, nec iam de mente, & diſpoſitione
,, prædicti Iulij prædeceſſoris circa hoc aliàs, quam
,, ex huiuſmodi quinterno apparere potuit, aut poſ-
,, ſit. Nos defectum hunc ſupplere, & aliàs in præ-
,, miſſis opportunè prouidere volentes, dictamque
,, Conſtitutionem approbantes, & confirmantes,
,, motu ſimili, & ex certa ſcientia, meraq; delibera-
,, tione noſtris auctoritate Apoſtolica tenore præ-
,, ſentium decernimus, & declaramus prædicti Iulij
,, prædeceſſoris mentem, & intentionem fuiſſe, vt
,, tam Magiſtri Plumbi, Plumbator famuli eiuſdem,
,, necnon Plumbatores, & plumbi collectores, ac in
,, eodem plumbo inſeruientes Regiſtratores Bulla-
,, rum, Capellani eiuſdem Regiſtri, Scriptores Bre-
,, uium Apoſtolicorum, Sollicitatores, quomodo-
,, cumque, & qualitercumque dictæ Cancellariæ ne-
,, gocia, & expeditiones proſequentes, quàm, & ce-
,, teri omnes, & ſinguli Officiales, & Miniſtri quocũ-
,, que nomine, nuncupentur, & quacumq; etiã Epi-
,, ſcopali, & alia Eccleſiaſtica, vel Mundana dignita-
,, te præfulgeãt, ac auctoritate, qui taxam, ſeu emo-
,, lumenta ex dictis litteris Apoſtolicis ſub plumbo
,, expeditis percipiunt eidem Vicecancellario quo
,, ad earundem litterarum expeditionem omninò,
,, & non alteri ſubiaceant immediate, provt etiam
,, ſic illos ſubiacere volumus, & tenore præſentium
,, decernimus, ipſeque Vicecancellarius plenariam
,, in eos poteſtatem, & auctoritatem habeat; ſup-
,, plentes præmiſſum, & quemcumq; alium defectũ,
,, ſi quis deſuper aliàs etiam quam vt præfertur in-
,, teruenerit, ac decernẽtes ſic in præmiſſis per quoſ-
,, cumq; Iudices, etiam cauſarum Palatij Apoſto-
,, lici Auditores, & S.R.E. Cardinales ſublata &c. &
,, non obſtan. &c. Et cum abſolutione, &c. Ita quod
,, ſola præſentis noſtri motus proprij Signatura ſuffi-
,, ciat, & vbique fidem faciat in Iudicio, & extra, &
,, abſque data, & regiſtratura Cancellariæ Apoſto-
,, licæ, Regula, Stylo, atq; vſu Curiæ, & alijs contra-
,, rijs quibuſcumque non obſtan., ac iuxtà illius Si-
,, gnaturam, & tenorem vbique in quavis inſtantia
,, iudicari debeat, ſeu ſi videbitur litteræ deſuper per
,, Breue noſtrum, ſeù Officium minoris gratiæ, vel
,, contradictarum aut aliàs expediri poſſint, Placet,
,, & ita motu proprio mandamus F.

Conſtitutionis illius Iulij PP. II., cuius mentionem facit hæc conſtitutio Sixti tenorem integrum hic ſubnectere ſuperfluum duco, cum diſpoſitio illius in Cõſtitutione Sixti bene referatur, nihilominus principium illius dabo, vt cognoſcatur ſuper quo erat tunc differentia, quàm Conſtitutio Sixti non exprimit, eſt autem Iulius PP. II. motu pro-
,, prio, &c. licet Monaſteria, quorum fructus in li-
,, bris Cameræ Apoſtolicæ ad 67. duc. aur. de Cam.
,, taxati reperiuntur in Conſiſtorio noſtro ſecreto de
,, Fratruum noſtrorum Conſilio expediri conſueue-
,, rint, Monaſteria vero, quorum fructus 200. ducat.
,, ſimilium ſe com. ex va. au. non excedunt, per Can-
,, cellariam Apoſtolicam paſſim expediantur, &
,, nobis vna; alia verò pars fructuum eorundem
,, Cardd. Coll. ſoluatur, & illorum occaſione Magi-
,, ſtro Plũbi pro dictis Monaſterijs nil penitus vltra
,, taxam Bullæ ſolui conſueuerit, tamen ſicut nuper
,, accepimus dilectus Filius Franciſcus Candis Cle-
,, ricus Paduan. vnus ex Magiſtris in dicto Plumbo
,, Dilecto filio Chriſtophoro Abbati Monaſterij S.
,, Mariæ de Roſſano Ordinis S. Benedicti Ianuen.
,, Diœceſis, cuius fructus 200. duc. ſimiliũ ſec. com.
,, exiſt. prædictũ valorem annuũ non excedunt, ac in
,, dictis libris ad 66. ... taxati reperiuntur, &
,, qui litteras Apoſtolicas ſuper prouiſione dicti Mo-
,, naſterij per Cancellariam Apoſtolicam expediuit
,, vltra debitam taxam, quatuor ducatos extor-
,, ſit, &c.

78 Volui referre; hæc verba conſtitutionis, per quę explicatur id, quod ſupra dictum eſt nu. 17. nempe taxam in libris Cameræ non probare verum valorem, videlicet, quando illa nõ exprimitur ſed valor ſec. com. ex. poteſt autem beneficium Conſiſtoriale expediri per Cancellariam, ſi taxa illius in libris Cameræ non excedat 67. & impetrans tacita taxa libri Cameræ velit exprimere valorem ſe. comunẽ exiſtimationem, vt ex hac Conſtitutione Iulij, quę cum legatur in quinterno Cancellariæ eſt ſeruanda, & ſic confirmata per Conſtitutionem Sixti, & proinde corrigendi ſunt allati ſupra nu. 20. & 21., contrarium indiſtinctè aſſerentes, immo Rota ibi allegata, niſi hoc ſupponat, ſibi neceſſario contradicit, nam ſi omnis expeditio beneficij taxati in libris Cameræ, eſt Conſiſtoriale, taliter, quod per Cameram debent expediri, non poteſt eſſe locus expræſſioni valoris ſec. com. exiſt. nam in prouiſione Conſiſtoriali expræſſio ſemper fit ad taxam librorum Cameræ. Raro autem contingit, quod beneficium Conſiſtoriale expediatur per Cancellariam, quia primo quidem vt vidimus, hoc non poteſt fieri, niſi taxa ſit infra 67., & tunc ſi impetrãri expedit ſoluere annatam ad valorem expręſſum ſec. com. ex. vt ſumptus prouiſionis Conſiſtorialis effugiat, & hoc caſu eſt verum quod ſupra diximus, taxam gratia diminutionis, non augumenti adinuentam fuiſſe.

Notandum obiter circa illa verba Conſtitutionis Iulij II., & Sixti V. *Taxa, & emolumenta percipiunt, &c.* per quæ Pontifices videntur voluiſſe ſubijcere omnes officiales, Cancellariæ Regenti: quod tamen Annatiſtæ non admittunt. Sed dicũt, dictas Conſtitutiones ſolummodo procedere in taxis, ipſi verò particularem habent iudicem Annatarum, nihilominus crederẽ quod ſaltẽ ſit locus Conſtitutioni Martinianæ quod ſumma cõtrouerſa deponatur penes Regentem, ne expeditio litterarum ſuſpendatur per acceſſum ad Iudicem

Annatarum, qui non habet ſtallum in Cancellaria.

Hæc omnia adduxi, vt pateat Officiales certis regulis in exigendis taxis coerceri nec eis, vt alij,
79 qui male exiſtimant licere terminos præſcriptos tranſilire, & ſi hoc fecerint corripi, & caſtigari; obturandum etiam eſſet os impudentium illorum taxas iſtas abuſum, & tyrannidem Papiſtarum nũcupantium; ſed ipſis vti ab Eccleſia reciſis reſpondiſſe ſufficiat apud probos Chriſtianos de Pontifici Romano hũc ſenſum eſſe, quod ipſe actionum ſuarum nulli, niſi Deo rationem reddere tenetur, per quem pater communis Orbi vniuerſo conſtitutus fuit; ſi tamen iſti reſipiſcere velint, & impudentiam deponere, ſic habeant, omnino neceſſarios eſſe Miniſtros, quibus cura ſit gratiarum, & reſcriptorum Papæ, aliàs enim quilibet per ſe illam fingeret, & infinitè committerentur fraudes; quæ etiam nunc poſitis multis Officialibus vix vitantur. Miniſtris autem huiuſmodi neceſſario ſubueniendum eſt de condecenti ſtipendio, quia iuris naturalis eſt, vt ex labore operarius victũ habeat, ſtipendium hoc non eſt perſoluendum ab eo, qui gratias facit, ſed ab ijs, qui eas impetrant, nulla enim æquitas poſtulat, quod Princeps perſoluat ſtipendia Miniſtris, non vſui proprio, ſed publico addictis; nihil autem intereſt, ſi Miniſtri hi ſint Officiales perpetui, vel ad nutum amouibiles, modo impetrantium crumena non lędatur, compertum autem fuit expenſas, & ſumptus gratiarũ per conſtitutionem Officialium perpetuorum, nedum in principio fuiſſe auctos, ſed imò redactos, quia ex quo officia perpetua erecta ſunt, præſcripta illis fuit taxa emolumentorum, quæ prius erat vaga, & pro libito, & hoc ciuili ratione patet, nam magis properabit miniſter ad nutum amouibilis, & qui quandocumque amoueri poteſt, quam perpetuus, qui non niſi ex delicto amouetur, quod committere verebitur magis, quia magis timet amiſſionẽ officij titulo oneroſo acquiſiti, & quod quandocumque, vt infra videbimus, pecunia recepta poteſt diſtrahere, ſed opponũt duo, & quod excreuerit numerus Officialium non neceſſariorum, qui nihil cognitionis in expeditione conſe-
80 runt, nec non numerus taxarum, alterum, quod quando præficiuntur Miniſtri miniſterio publico, & è republica ſtipendium accipiunt, illud debeat eſſe regulatum, vt videlicet ſalarium non excedat meritum miniſterij, Officiales fuiſſe in miniſtrorũ locum ſubrogatos, & pro inde taxam, quam recipiunt, non debere excedere mercedem Miniſtrorum, iuſtum videlicet ſtipendium, & vitæ congruens. Vtrique obiecto facilis reſponſio; priori quidem verum eſt Officialium numerum creuiſſe, nec non aliquam taxam nouam à primo inſtituto fuiſſe inductam, ſed hoc factum fuit non commodo Summorum Põtificum, ſed ex neceſſitate Reipublicæ Chriſtianæ, vt pote, quod religio aliquo in loco laboraret, cui præſenti pecunia per Pontifices ſuccurſum fuit, quod alio modo præſtari non potuit, ſaltem commodiori, niſi recepta pecunia creare Officiales qui ex gratiarum cõceſſionibus emolumenta pecuniæ ſolutæ reſpondentia perciperent. Hoc cum propter publicam cauſam factũ ſit, non debet conqueri vniuerſitas, ſi illius aliquis quid conferat illi ſumptui, qui religionis conſeruandæ, vel tuendæ cauſa factus fuit; Accedat, quod ex creatione officiorum huiuſmodi vniuerſus Orbis recipit commodum, quia in Vrbe communi patria, quilibet cuiuſcumq; tandem nationis ſit poteſt officium emere, & ex illius exercitio vitam honeſtam ducere. Et tanta ſemper fuit Rom. Pont. pietas, & in veram religionem prouidentia, vt non ſolum quando cauſa religionis ità poſcebat officia ſuper emolumẽtis ex gratijs percipiendis conſtitueret, & recepta pecunia diſtraherent, ſed etiam proprium Rom. Eccleſiæ patrimonium oppignorarent, huic tot locorum montium erectiones, quorum precium modo Strigonium, modo Iauarinum, modo alibi traductum fuit, & hodie Sanctiſs. D. N. Vrbanus VIII., vt Imperatori contra Suecum aſſiſtat decem millia nũmorum aureorum in menſe perſolui iubet. reſtituat Orbis Chriſtianus, quæ Pontifices in publicam religionis cauſam expoſuerunt, & reducentur immo ſupprimentur Officia, & diminuentur taxæ.

Alteri obiecto, quod videlicet emolumenta Officiorum excedant eam ſummam, quæ ad congruam ſuſtentationem Miniſtri requiritur, facilius reſpondetur, quia prorſus falſum, cum nullum Officium vno excepto emolumenta habeat, quæ ad congruam habita ratione perſonæ ſuſtẽtationem ſufficiant, immò ſtipendia Officialium, vt plurimũ ſunt exigua, vt quandoque Pontifices ijs aliunde prouidere coacti fuerint; exemplũ habemus apud Pium II. de Republica Chriſtiana optimè meritũ videlicet Pius PP. II. ad futuram rei memoriam. Decens reputamus, & debitum, vt S. R. E. Officialibus, qui pro communi omnium fidelium vtilitati laborantes ſtipendia opportuna proueniant, ex quibus decenter ſe valeant ſuſtentare; Cum itaque, ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorũ Magiſtrorum regiſtri noſtri ſupplicationum petitio continebat propter creationem Officij Abbreuiatorum litterarum Apoſtolicarum, per nos nuper ad certum numerum tunc expreſſum reducti, & ex certis alijs cauſis emolumenta ipſis Magiſtris prouenientia, prout euidentia facti inſinuat, ſunt adeo diminuta, quod ex ejs ſe ſubſtentare, & alia ſibi pro tempore incumbentia onera ſupportare nõ poſſunt, pro parte eorundem Magiſtrorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt ipſorum indigentijs ſuper his opportunè proſpicere de benignitate Apoſtolica dignaremur: Nos itaq; attenden. eorum petitionem eſſe conſonam rationi, eorum in hac parte ſupplicationibus inclinati eis pro qualibet ſupplicatione, vel reformatione regiſtranda, & per eos auſcultãda, vltra id, quod pro ipſius regiſtratura ſolui conſueuit, duos bononenos paruos recipere, & exigere in ſuoſque vſus conuertere liberè, & licitè valeant permittimus, ac eis concedimus per præſẽtes, mandantes harum ſerie Clericis regiſtri, quod dictos duos bononenos, vt pręmittitur pro qualibet ſupplicatione, vel reformatione pro eiſdem Magiſtris recipiant, & exigant, & aliter dictas ſupplicationes, vel reformationes ad ſcribẽdum non diſtribuant quoquomodo alioquin de ſuo dictos bononenos

„ bononenos reficere teneantur, nec non de eiſdem,
„ & alijs emolumentis, & iuribus dictorum Magi-
„ ſtrorum eiſdem fideliter, & integrè reſpondeant,
„ ac expenſas in dicto regiſtro neceſſarias pro eiſdē
„ regiſtris faciant. Quodq; de cætero alicuius ſup-
„ plicationis copiam ex dicto regiſtro cuipiam pe-
„ tenti non tradant, niſi alicuius prædictorum ma-
„ nu prius ſignata fuerit ſub excōmunicationis pœ-
„ na, quam contrafacientes eo ipſo incurrant, nulli
„ ergo, &c. Dat. Romæ 1463. pridie nonas Februa-
„ rij Anno 6.

Et hac prouiſione, nondum dictis Magiſtris pro-uiſum ſatis, quin Leo X. ſub Datum Romæ Anno Incarnationis Dominice 1516. 9. Kal. Decembris Pont. anno 4 ipſis ob ſtipendij exiguitatem denuo prouideret Leo, &c. Ad perpetuam rei mamoriā.
„ Summi bonorum omnium largitoris Dei, qui bo-
„ norum participes, præmiorum etiam cenſuit eſſe
„ conſortes verbo, atq; exemplo inſtructas verus eius
„ Vicarius Roman. Pont in ſuſtinendis pro vniuerſæ
„ Reipublicæ Chriſtianæ, cuius cura ſibi imminet
„ generalis gubernationi laboribus continuè aſſi-
„ ſtentes, ac irrequiſitis ad hoc officijs indefeſſis iu-
„ ribus laborantes priuilegij ſpecialis prærogatiuis
„ proſequi, & diſtributione gratiarum debet quibus
„ vis cæteris anteferre. Accepimus ſiquidem, quod
„ licet de tempore inſtitutionis officij Magiſtrorum,
„ Regiſtri ſupplicationum huiuſmodi eſſe deberent
„ & deinde emolumentis dicti officij adeo exiguis exi-
„ ſtētibus, quod ipſi quatuor Magiſtri ſe ex illis ſub-
„ ſtentare, & expenſas, quas eos in exercitio Officij
„ huiuſmodi ſubire oportebat ſupportare commo-
„ de non poterat, & propterea, quod vnum ex offi-
„ cijs prędictis extingui deberet, &c.

Ex quibus liquet neceſſarium quandoque fuiſſe, vt Pontificis Officialibus de cōgruo ſtipendio procederent, nedum quod ſtipendium huiuſmodi eſſet exorbitans; & exceſſiuum.

Obijcitur quod prędicta quo ad gratias beneficiales, ſiue alias facile poſſent admitti, non tamen in diſpenſationibus matrimonialibus in quibus diſponit Concil. ſeſſ. 24. cap. 5. de reform. matrimonij, quod vel omnino non concedantur, vel raro, idque ex cauſa, & gratis, qua diſpoſitione ſtante exigere ſtatutas, & determinatas taxas, nihilo ſecius, ac ante diſpoſitionem prædictam, nihil aliud eſſe, quam orbem illudere Chriſtianum.

Sed reſpondetur Synodus Tridentinæ mentem, & intentionem nequaquam fuiſſe aliquam neceſſitatem, ſiue legem imponere Summo Pontifici, prout ipſa declarat ſeſſ. 25. cap. vlt. Vnde tota hęc diſpoſitio intelligi debet de Ordinarijs, qui vel auctoritate Ordinaria diſpenſent iuxta *Sot. in 4. ſent. diſt. 37. q. vnica art. 1. Silueſtr. in verbo diſpenſatio*
81 *§. 9. Arm. eod. verbo n. 19. Zerol. in prax. Epiſc. eod. verbo diſpen. num. 5.* quod ex eo liquet, quia dicitur diſpenſatio ex cauſa &c. quod de Pontifice nō poteſt intelligi, in quo ſola deſideratur voluntas, nec ei poteſt dici, quare ità facis *Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum num. 80. & ſeq. de conſtit. Alex. conſil. 92. num. 35. lib. 6. Ruin. conſ. 76. num. 6. lib. 5.*, vel etiam
82 diſpenſent auctoritate delegata iuxta diſpoſitionem eiuſdem Conc. ſeſſ. 22. cap. 5. de reform. quæ benè oſtendit diſpoſitionem ſubſequētem noluiſſe comprehendere Pont. Rom., qui nunquam diſpenſat, ſed mandat diſpenſati ab Ordinarijs locorum, qui diſpenſant hoc caſu auctoritate delegata, pro quo mandato de diſpenſando Officiales rectè percipiunt ſua emolumenta, tanquam publico ſeruientes, immò rationabiliter exigitur aliqualis compoſitio, in pœnam tranſgreſſionis pręcepti Eccleſiæ, quæ omnia pauperibus remittuntur, & totum illud quod eſt laborum, & expenſarum in charta, plumbo, chordulis, & ſimilibus ipſis gratioſè remittitur.

Pręter taxas ſupradictas, ſunt aliquę alię mate-
83 riarum, quę in Conſiſtorio proponuntur. & ſoluuntur Miniſtris, & Cuſtodibus Palatij Apoſtolici ſolummodo pro gratijs Cōſiſtorialibus, de quibus commodius dicemus in praxi Cancellarię.

SVMMARIVM.

Annatarum origo, 1.
Annatarum exactio, an legitimè fiat, 2.
Simonia quid ſit, & quando committatur, 3.
Papa non committit ſimoniam, 4.
Papa maiorem auctoritatem habet in beneficijs, quam Principes ſeculares in bonis ſubditorum, 5.
Papa eſt abſolutus Dominus beneficiorum, 6.
Gaſpar Riualdus annatarum generalis ſubcollector, maximè notam habet materiam annatarum, 7.
Annatæ dicuntur primitiæ S. Petri, 8.
Annata non eſt vectigal, 9.
Vectigal quid ſit, 10.
Vectigal dicitur à vehendo, 11.
Annata non eſt præſtatio annua, 12.
Annata non eſt introductio recens, 13.
Concilium Baſileen. à princip. Oecumenicum, deinde Conciliabulum fuit, 14.
Ioann. Baptiſta Coccinus Rotæ Decanus vir eximius, 15
Annata quid ſit, 16.
Annata quibus ſoluatur, 17.
Annata differt à communi, & minuto ſeruitio, 18.
Annata ſoluitur ex fructibus beneficiorum, 19.
Annata non ſoluitur pro diſtributionibus, 20.
Annata non ſoluitur pro beneficio, cuius fructus non excedunt 24. ducat. de Cam. 21.
Canonicatus Germaniæ de conſuetudine exprimuntur ad 24. per non exceſſum 22. & etiam Italiæ quando non habent præbendam annexam, 23.
Conſuetudo exprimendi fructus Canonicatus ad 24, non liberat prouiſum à Nuncio habente indultum conferendi non exceden. 24. à iuſtificatione, 24.
Annata ſoluitur vel iuxta expræſſionem, vel iuxta taxam in libris Cam. 25.
Annatam diuerſimodè ſoluunt Galli, 26.
Patria obedientiæ, & Patria reducta apud Gallos, quæ dicatur, 27.
Annata ſoluitur pro beneficijs Iurispatronatus, 28.
Annata non ſoluitur pro deputationibus, & adminiſtrationibus, 29.
Annata ſoluitur tantum pro fructibus certis, 31.
Annata non ſoluitur pro vnitis, 32.
Annata ſoluitur etiam in reſignatione, 33.
Et in permutatione, 34.
Annata ſoluitur in prouiſione legati, 35.
Annata non ſoluitur in prouiſionibus extra Curiam, 36.

Anna-

Annata non ſoluitur, nec litteræ expediuntur in reſignatione Cardinalis de beneficio ſui familiaris, 37.
Annata ſolui non poteſt, vbi non expediuntur litteræ, 38.
Annata non ſoluitur ſub narratiua intruſionis, 30.
Intruſionis narratiua ad effectum euitandi annatam non eſt iuſtificanda in Iudicio, 40.
Intruſionis narratiua iuſtificatur in Camera, & quomodo, 41.
Annata ſoluitur etiam pro penſionibus exceden. 24. n. 42
Et quando hoc habeat locum, 43.
Et quod vbi adeſt mandatum expediendi gratis, 45.
Penſionarius in ſolutione annatæ, tenetur contribuere pro rata penſionis, 44. & quando non, 46.
Annata an, & quando deducatur ob penſionem antiquam, 47.
Annata non ſoluitur ſtante mandato expedien. gratis, 48
Et quando non ſuffragetur. 49.
Indultum de expediendo litteras gratis non excuſat ſolutionem annatæ, ſi de illa non fiat expreſſa mentio, 50
Clerici Cameræ Apoſtolicæ habent indultum expediendi gratis, etiam quo ad annatam, 51.
Indulta Card. de expediendo gratis per viam ſecretam, procedit tantum in ijs, qui fuerunt præſentes in Curia ſaltem per ſex menſes, 52.
Albertus Archidux Auſtriæ Principũ Sanctiſſimus, 53
Retentio non datur niſi obtinenti, 54.
Indulta de expediendo gratis ſunt odioſa, & ſtrictè interpretanda 55.
Mandatum expediendi gratis, intelligitur de prima expeditione, 56.
Annata in applicatione fructuum an S. Collegio, vel Officialibus Conc. debeatur, 57.
Legatum etiam perpetuum ex bonis Laicalibus, non dicitur beneficium Eccleſiaſticum, 58.
Vnio facit ceſſare onera beneficij vniti, 59.
Commutatio voluntatis non ſupprimit omnino onera, ſed illa permutat in alia, 60.
Annata regulariter non ſoluitur in translatione penſionis, 61.
Quando autem ſoluatur, 63.
Indulta de transferendo penſionem expediuntur in forma Breuis, 62.
Annata an, & quandò ſoluatur in confirmatione concordia, 65.
Vacatio conſumitur per prouiſionem. 66.
Vacatio non inducitur ex ceſſione iurium, 67.
Ceſſio ſit iurium reſignatio beneficiorum, 68.
Vocabula confundi ſignificat ea trahi extra proprium ſignificatum, 69.
Regula de infirmis reſignan., an habeat locum in ceſſione iurium, 70.
Annata, quæ ſoluitur Capitulis differt ab annata, quæ ſoluitur Cam. Apoſt. 71.
Annatas non ſoluentium pœna, 72.
Annata quare introducta, 73.
Annatarum ſolutio an ſit de iure diuino, 74.
Annatarum ſolutionem impugnare non eſt viri Catholici, 75.

§. III.

De Annata.

IOannes Andreas in c. inter cetera, de offic. ordin. n. 13.
& Card. num. 1. atteſtantur, annatam ſolui ſolitã
fuiſſe ante Conc. Viennenſe, quos ſequitur *Cam-*
1 *peg. de inſtit. annat. in princ.* & colligitur ex Conſtit.
Pauli IV. 17. in Bullario nouo. *Galleſ. verò in tract.*
de annata in princ. illam originem habuiſſe dicit
ſub Bonifatio IX. *Polidorus Virgilius de rerum in-*
uentorib. lib. 8 cap 2. longè ante habuiſſe principiũ
tradit nempe ſub Ioanne XXII., quod fortaſſis
verius eſt, nam hic Pontifex, vt aliàs vidimus Can-
cellariæ Apoſtolicæ normam, & Miniſtros ſtatuit,
illique regulas præſcripſit, vnde veriſimile ipſum
etiam de annatis diſpoſuiſſe. Illud autem notan-
dum, quod hic Auctor annatam vectigal nuncu-
pet, eamque quodammodo improbet, ſane non
probat, deceptus fortaſſe doctrina *Ioan. And. in d.*
c. inter cetera, qui ibidem videtur modum quærere
quomodo prouiſos liberet à ſolutione annatæ, ſed
Ioann. Andr. annatam non damnat: liberius im-
2 mò inſolentius contra annatas inuehitur *Duaren.*
Ordini Eccleſiaſtico ſemper infenſus, lib. 6. de Sa-
cris Eccleſ. Miniſtris, cap. 3. inquit enim exa-
ctionem Annatarum, eſſe rem turpem, & in-
honeſtam, ac ſubdit. Quoquo ſe vertant Ponti-
fices quibuſcumq; decretis Conſtitutionibus, pa-
ctiſq; hanc exactionem tueantur diuinum oraculũ
ſemper eis opponemus, gratis accepiſtis, gratis da-
te, & proſequitur annatam damnant Canones, &
Concil. Baſilien. ſeſſ. 21. & plura ingerit Catholico
viro indigna, quibus reſpondet *Azzor. Inſtit. Mor.*
lib. 7. cap. 12. cui reſponſioni aliqua videntur poſſe
adijci, & primo illud, gratis, intelligitur de aucto-
ritate ſpirituali, annata non exigitur ex Sacerdo-
tio, ſed ex fructibus beneficialibus, ſine quibus cõ-
ſtat poteſtas ſpiritualis, & in quam peccauit Simõ
ille ſimoniacę labis auctor; & licet ſimonia com-
mittatur, nedum per voluntatem emendi, & ven-
dendi rem ſpiritualem, ſed etiam per illi annexa,
vt latè ex *Diuo Thoma, Nauar. & alijs tradit Franc.*
Rip. tract. de Simon. p. 1. art. 1. n 18. hoc tamen non
vendicat ſibi locum in Papa, qui non vendit, ſed
concedit tanquam Superior, rem ad ipſum ſpectã-
tem, & propterea Papa non committit Simoniam
per ſe, ſed ſolus Simoniam tollit, vt idem *Rip. p. 3.*
art. 1. num 34. inferiores qui acceperunt à Papa,
non poſſunt ſine ipſius licentia, alteri concedere
quicquid impie, & falſo dicat *Duaren. d. cap. 3.* nem-
pe ex Theologorum ſententia, Papam non minus,
ac reliquos Epiſcopos de Simonia teneri, de qua
re in fine §. *particularem diſputationem inſtituemus.*
3 Hinc, quod Pontifex ex fructibus temporalibus
Sacerdotio non neceſſario annexis, ſed ex accidẽ-
4 ti coniunctis, demat aliquam partem, eamque de-
ſtinet Miniſtris ſuis, qui Pontifici in laboribus, &
Iudiciis exercendis aſſiſtunt, & publico inſeruiũt,
neſcio videre quid inhoneſti contineat. Erit ne li-
citum Regibus vectigalia imponere ſubditis ſuis
pro libitu, & ſine, non dicam neceſſitate, ſed abſq;
vllo honeſtatis velo, & Romano Pontifici denega-
bitur

5 bitur idem iuris in fructibus beneficiorum, in qui-
bus ipſe lõge maiorem,& pręcioſiorem habet au-
ctoritatem ac Principes Sęculares in bonis ſubdi-
torum. Eſt enim Papa Dominus beneficiorum, &
6 poteſt ea, vel concedere, vel ſupprimere nulla red-
dita facti ſui (quam ſoli Deo debet) ratione, vt latè
ex Doctrina, tàm Theologorum, quàm Canoni-
ſtarum oſtendit *Gonzal. ad reg. 8. §. primo procem. nu-
mer. 21. & ſeqq.*

7 Deinde Gaſpar Riualdus Annatarum in Can-
cellaria Apoſtolica generalis Collector, qui ma-
ximè in materia Annatarum verſatus eſt, vt ipſi
deficienti, neſcio quis poſſit, ſubſtitui, librum ha-
bet penes ſe venerandæ antiquitatis, in quo An-
natæ appellãtur primitiæ S. Petri, ea ratione, quod
8 Antiſtites, & Præſules in ipſo præſulatus initio,
dum Eccleſijs perficiebantur, viſitabant limina
Apoſtolorum, & Romano Põtifici offerebant pri-
mitias fructuum Eccleſiarum, videlicet fructus
primi anni. Quod tamen non in ipſo limine pro-
uiſionis, ſiue electionis, ſed in petitione confirma-
tionis factum cenſeo: nempe antequam ea per
Cap., quia propter ad trimeſtre reſtringeretur;
nam tunc etiam poſt annum poterat peti confir-
matio; & poterat Præſul in confirmatione fructus
percipere, illoſque Sedi Apoſtolicæ offerre. Ve-
rum quia Reuerentia erga S. Romanam Sedem
progreſſu temporis refrixiſſe viſa eſt, & Præſules
diutius, quam par eſſet, Viſitationem Liminum
Apoſtolorum, nec non petitionem ſuę confirma-
tionis, ac oblationis primitiarum differrent, pri-
mo quidem neceſſe fuit pręſcribere terminum ad
petendum confirmationem ſub pœna deuolutio-
nis, deinde ne Sedes Apoſtolica iuribus, & ſubuẽ-
tionibus communi Orbis conſenſu, & longa con-
ſuetudine ſibi debitis defraudaretur introductum
fuit, vt in ipſa prouiſione, ſiue confirmatione ſol-
uerẽtur huiuſmodi primitiæ, & ne prouiſi, ſiue ele-
cti de hac anticipata ſolutione poſſent conqueri,
primitiæ illæ debitæ ad fructus totius anni, reda-
ctæ fuerunt ad partem dimidiam, adeovt iniquè
ſatis Duarenus, vbi ſupra quęrelam inſtituat con-
tra hanc anticipatam ſolutionem, & Clericorum
nomine ſine procuratorio quæratur ob huiuſmodi
anticipationem prouiſos, qui nullos adhuc fru-
ctus perceperunt cogi ad fœnus, nam illud per re-
miſſionem dimidiæ partis abundè ſuppletur; Ac-
cedat, quod ijs prouiſis, qui propria pecunia deſti-
tuuntur, ſuccurrit Curia per Breue de capienda
poſſeſſione, vigore cuius prouiſus habet ſex men-
ſes ad expediendum litteras, & ſoluendum Anna-
tam, quo tempore poteſt exigere medietatẽ fru-
ctuum beneficij, & ex ijs mediam annatam per-
ſoluere. & ſi fructus tot in ſex menſibus non ca-
dant, datur prorogatio ad alios tres, adeo vt Dua-
renus conqueſtus videtur de re, cuius notitiam nõ
habebat, ſed ſolum aliquid à detrectatoribus ſum-
mis auribus hauſerit, & in ipſum quadrat, maximè
Terentianum illud, homine imperito, nunquam
quicquam iniuſtius.

Sed reuertamur ad denominationem illam an-
natã, quæ Duareno, & Polidoro vectigal eſt, quod
de his malè affectis, mirum videri non debet, ſed
de Azorio Annatarũ defenſore, maximè; ipſe enim
veſtitur eadem denominatione, immò titulus *Dua-
reni lib. 6. de Sacr. Eccleſ. miniſtr. cap. 3.* & *Polidori
Virgilij de rerum Inuent. lib. 8. cap. 2. & Azor. inſtit.
moral. lib. 7. cap. 12.* omninò idem eſt, vel nec litte-
ra mutata, vt alter ab altero eum mutuatum eſſe
neceſſe ſit. Inquit titulus, de annuo vectigali, quod
vulgo annata vocant à nouis Antiſtitibus exigi
ſolito &c. in eo multi ſũt errores nõ prętereundi.

9 Primus error, quod annata nuncupatur vecti-
gal, per quam abſurdè: nihil enim commune ha-
bet cum vectigali, quod ſoluitur pro rebus Ciui-
10 tati inuectis, vel euectis, & tradit *Alciat. in Leum
qui vectigal ff. de verb. ſignif.*, & ex vi nominis patet
ſumptum à vehendo, & probat *l. vniuerſi, C. de ve-
ctig. & Commiſs.* hoc ſanè nullo modo conuenit
annatæ, quæ eſt recognitio quædam ſuperiorita-
tis erga Sedem Apoſtolicam; quæ vnica ſolutione
11 terminatur, non autem eſt perpetua, vel ſæpius
repetitur, vt contingit in vectigalibus, ſcio nomẽ
vectigalis aliquando etiam latius accipi, & non
ſolum vectigalia ſolui pro rebus inuectis, aut eue-
ctis, ſed etiam pro ijs, quæ vectioni apta non ſunt,
puta pro fundo, quod dicitur vectigale, vt notat
Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 5. num. 2. vbi generaliter
vectigalis nomine continetur omne quod fiſco
penditur.

Sed etiam ſi latiſſimam hanc vectigalis deno-
minationem admittamus, nõ tamen comprahen-
detur annata; ea ratione, quod non repetitur, ſed
vnica præſtatione terminatur, & propterea reco-
gnitio, vt dixi aptius dicetur non multum diſtans
à laudemio, quod ſoluitur ob Emphyteuta domi-
no directo in alienatione rei emphyteutæ: & vt
verbo concludamus vectigal dici omne id, quod
pẽditur fiſco, hoc debet reſtringi ad emptionem,
& venditionem, ſiue contributionem onerum pu-
blicarum, vt in *d. l. vniuerſi*, quod annatæ adaptari,
etiam ſi deſcriptio valde diſtrahatur non poteſt.

Secundus error, quod annata nuncupatur iſtis
Auctoribus vectigal annuũ quod omninò falſum
12 eſt, annua enim præſtatio dicitur, quæ ſingulis an-
nis recurrit, *Put. deciſ. 253. par. 1. & deciſ. 304.
apud Madern. de cenſib.*, annata autem vt vidimus
non recurrit, ſed præſtatur ſemel tantum, & dimi-
dia, non integra.

Tertius error, quod annata dicitur vectigal à
nouis Antiſtitibus exigi ſolitũ, & hoc pariter fal-
13 ſum eſt, nam vt vidimus vſus illius antiquiſſimus
eſt, licet fortaſſis non ſub hoc nomine quod pa-
rum refert ſi habeamus rem ipſam. ſanè etiã, nec
quidem quo ad nomen poteſt dici introductio re-
cens, quia vt vidimus in principio præſentis §. in-
certum eſt apud Auctores, annatæ initium; de quo
non ambigeretur ſi annata eſſet recens excogita-
tum quid, vt audacter nimis Duarenus vocans
per contemptum Romanos Pontifices nouos An-
tiſtites. qui modus loquendi redolet fortaſſis im-
pietatem verbo non expreſſam.

Sed veniamus ad reliquam Duareni aduerſus
annatas impugnationem; inquit eas improbari à
Canoniſtis, & à Concilio Baſileenſi, ſanè vir alio-
qui doctus, & eruditus hic nimium infenſum ſe
oſtendit ſacerdotio, nam quo ad Canoniſtas vidi-
mus ſupra, quid illi contra annatam ſtatuant: quo
ad

ad Concilium Baſileenſe, ſciendum eſt, quod il-
lud à principio fuit verum, & Oecumenicum Con-
cilium, quia auctoritate Apoſtolica ſub Præſidio
Card. Cęſarini Papæ Legati indictum; ſed cũ po-
ſtea præfatum Concilium ſibi arrogaſſet auctori-
tatem ſtatuendi aduerſus Roman. Pontificem ille
reuocauit Legatum ſuum Concilij Præſidem, nec
non reliquos Epiſcopos, qui per Papæ ædictum ibi
conuenerant; remanſerunt pauci aliqui Epiſcopi
ſub præſidio Card. Arelatenſis, qui ſuâ ſponte id
14 muneris ſuſcepit, & contra omnem Concilij for-
mam, vt conſeſſus frequentior videretur, conuoca-
uit ex agris, & locis vicinis Pręsbyteros; quorum
inſolentiam, Deus Opt. Max. reprimere volens
horribilem immiſit Ciuitati peſtilētiam, quæ om-
nes fere aſſumpſit, vt refert Aeneas Siluius in hi-
ſtoria Concilij Baſileen. cui ipſe interfuit, & om-
nium ſpectator fuit. Et pro inde Conc Lateranen.
vltimo ſub Leone X., & Iulio II. celebrato Con-
cilium Baſileen. nuncupatur Sciſmaticum, & ſedi-
tioſum, ac nullius auctoritatis.

Et quamuis aliqui decreta Conc. Baſileen. ſer-
uare conentur, quæ ædita erant antequam illud à
Papa diſſolueretur, exiſtimantq; illa à Nicolao V.
fuiſſe confirmata; aduertendum tamen eſt decre-
tum de annatis emanaſſe poſtquam per Papam
fuerat improbatũ, vt ex eius lectura, & ex reſpon-
ſione, quam dedit Eugenius IV., qui Conc. hoc
indixerat; & itidem diſſoluerat: facta Ioanni Ba-
chenſtein pro parte dicti Concilij plura petenti;
inquit enim d. Pontifex. Quantum autem ad ne-
gotium indulgentiarum, electionum, annatarum
cauſarum, & vocationum, Scriptorum, & Abbre-
uiatorum Rom. Curiæ, quia materiæ grandes sũt,
& diſcuſſione, ac declaratione indigent, ſe vna cũ
fratribus ſuis S.R.E. Cardd. decreuiſſe. reſponde-
re per ſuos Concilio, quod quamprimum facere
intendit &c. Vides, quod decretum de annatis
emanauit in ſeſſionib. Concilij reprobatis.

Quod attinet ad confirmationem Decretorum
factam per Nicolaum V. illa ſolum compræhendit
quaſdam ſeſſiones habitas ſub Legato Cæſarino,
non autem compræhendit reliquas, immo nullum
Decretum Concilij Baſileen. confirmatum fuit
per Nicolaum V., quod vt probè intelligatur ſciẽ-
dum eſt, aliud eſſe approbare aliquod Decretum,
vti ſanam doctrinam continens, & aliud eſſe ap-
probare Decretum, vt in tali Concilio emanatũ.
Nicolaus V. approbauit aliqua Decreta primo
modo, non ſecundo, in cõmodum Nationis Teu-
tonicæ per viam concordatorum, vt diſertiſſimè
15 oſtendit doctiſſimus D. Coccinus Rotæ Decanus
in deciſione cauſæ Treueren. Abbatiæ 24. Ianuar.
1625 verſ. & Aeneas Siluius, qui Pontifex crea-
tus annatas approbauit, vt in eius Conſtitut. 9. in
Bullario, quod non feciſſet ſine aliquo iudicio, ſi
annata legitimè reiecta fuiſſent in Concilio Baſi-
leen., cui ipſe interfuit, & hæc quo ad defenſio-
nem Annatæ ſufficiant, modo illius interpræta-
tionem aggrediamur.

Annata igitur eſt dimidia pars fructuum vnius
anni cuiuſcumque beneficij, quæ ſoluitur in pro-
uiſione, & in ipſa bullarum expeditione Officia-
16 libus Cancellariæ, vt notat *Galeſ. hoc tractat. in
principio*, & alij ab eo allegati. Officiales autem
17 participantes de Annata enumerantur à *Veſtrio
in prax. lib. 1. cap. 4. num. 4.* videlicet Sollicitatores
litterarum Apoſtolicarum, vulgo Iannizzeri nun-
cupati, & iſti participant ad rationem duorum
cum dimidio pro centenario, Scriptores Archi-
uij, & iſti participant ad rationem ſex pro cente-
nario; Cubicularij, & Scutiferi, & iſti participant
ad rationem decem pro centenario; Milites SS.
Petri, & Pauli, & iſti participant ad rationem 15.
pro centenario; Portionarij Ripales, & iſti partici-
pant ad rationem ſimiliter 15 pro centenario, &
hi omnes reſident in Cancellaria Apoſtolica; de-
inde extra Cancellariam participant de Annata
Clerici Cameræ Apoſtolicæ ad rationem vnius,
cum dimidio pro centenario, quę ſummæ inuicem
iunctæ conſtituunt ſummam 50., quæ ſoluuntur
pro annata, videlicet ducat. centum ſi totidem
beneficiũ, fuerit taxatũ ſiue expreſſi illius fructus.

Differunt inter ſe annata, ac commune ſerui-
tium, & minutum ſeruitium, vt notat *Anton. Ga-
18 leſ. d. tract. in princ.*, ſed quia differentiam hanc
non benè explicat, Nos eam luculentius proſe-
quemur; & primo ſupponendum: commune ſer-
uitium, & minutum ſeruitium non habere locum
in beneficijs non conſiſtorialibus, quia pro huiuſ-
modi beneficijs ſoluitur annata Officialibus Cã-
cellariæ tantum, vt mox vidimus; ſed illa locum
habent in prouiſione Eccleſiarum, aut Monaſte-
riorum, ſiue aliorum quorumcumq beneficiorũ
conſiſtorialium, hoc modo videlicet beneficium
conſiſtoriale, ſi taxatum reperitur in libris Came-
ræ, v.g. ad ducatos 300. annata ad hanc ſummam
non ſoluitur Officialibus Cancellariæ, ſed tribus
generibus perſonarũ, nempe Sacro Collegio Car-
dinalium pro tertia parte, pro alia tertia Came-
ralibus, & pro reliqua tertia Officialibus in Can-
cellaria, qui Annatiſtæ dicuntur, adeo vt taxa in
ſingulis excedat tertiam partem, & hæc ſolutio
Annatæ dicitur ſeruitium commune, ex eo exiſti-
mo, quod tota, & integra annata diuidatur inter
Cardinales Camerales, & Annatiſtas communi-
ter, hoc eſt pro æquali portione. Minutum vero
ſeruitium ſoluitur iiſdem, ſed non pro æquali por-
tione, & taxa illa non excedit tres cum dimidio
pro centenario, quæ non cedunt in grauamen pro-
uiſi, nam quando integra taxa diuiditur in tres
partes, puta ſi Eccleſia ſit taxata ad mille, & quin-
genta, taxa ſtatuitur ad quingenta tantum, de qua
vt diximus Cardinales Camerales, & Annatiſtæ
æqualia percipiunt emolumenta, nũquam tamen
ſolutio huiuſmodi tripartita aſcẽdit ad eam ſum-
mam, quæ ſoluitur pro integra annata, ſi diuiſio
facta non eſſet, & ideò vt dixi partes in ſolutione
minuti ſeruitij in nihilo grauantur, immò neque
cum hoc minuto ſeruitio perſoluunt integram,
mediam annatam.

19 Annata igitur ſoluitur ex fructibus beneficij,
Verall. deciſ. 248. num. 2. par. 1. quod intelligi de-
bet de fructibus certis, non autem de emolumen-
tis incertis, ſiue diſtributionibus, *Gonzal. proem. §.
7. num. 166.*, & propterea annata non ſoluitur in
prouiſione Canonicat., quorũ prouentus conſiſtũt
in diſtributionib., vt idẽ *Gõz. vbi ſu. n. 167. & 168.*

Hinc

20 Hinc de communi conſuetudine Canonicatus
valor exprimitur ad 24., quæ cadit infra ſummam
pro qua ſoluitur annata, nam vt notat *Galleſ. loc.*
21 *alleg.* non pro omni fructu ſoluitur annata, ſed ſi
fructus excedunt ducat. 24. auri de Cam. iux. Con-
22 ſtit. Clem. VII. in Bullario nouo 33. Conſuetudo
autem exprimẽdi fructuus Canonicatuum ad 24.
probatur per Rotam in Canonicatib. Germaniæ,
vt videre eſt in Colonien. Canonicatus 20. Maij
1602. coram Pamphilio, & in Paderbonen. Cano-
nicatus 20. Martij 1610. coram Coccino, & in
23 Ratisbonen. Canonicatus 11. Ianuar. 1616. co-
ram D. Pirouano, & poſteà etiam in alijs, quod
tamen procedit ad effectum annatæ tantum, non
autem ad quemcumq; alium, vt me ſcribente di-
xit Rota in Cameracen. Canonicatus 20. Nouem-
bris 1624. coram D. Merlino.

„ Cum vacaſſet, &c. Nec ſuffragatur Gulielmo,
„ quod fructus Canonicatuum illarum partium ſo-
„ leant exprimi per non exceſſum in ducatis 24., vt
„ de conſuetudine totius Germaniæ dixit Rota in
„ Leodien. Canonicatus 9. Decembris 1589., & in
„ Colonien. Canonicatus 20. Maij 1602. coram bo.
„ mem. Card. Pamphilio, in Leodien. Canonicatus,
„ & Scolaſtriæ 27 Februarij 1612. coram bo. mem.
„ Sacrato, & in Paderbonen. Canonicatus 29. Maij
„ 1610. coram Reuerendiſs. D. meo Decano, quo-
„ niam talis conſuetudo obtinet quidem in proui-
„ ſionibus, quæ fiunt in Curia ad effectum iuſtifica-
„ tionis narratiuæ, factæ in gratia conceſſa per Pa-
„ pam, & in his terminis procedũt dictæ deciſiones,
„ & hoc introductum fuit per concordata, vt euite-
„ tur ſolutio Annatæ in Curia, non autem ad alios
„ effectus, cum immò, vt validè fiant nominationes
„ conceſſę ex priuilegio verus valor prout eſt, veniat
„ omninò exprimendus, quemadmodum in his ter-
„ minis pulchrè notat *Rebuff. in prax. in 3. par. ſig. q. 9.*
„ *num. 32. & 33* aliàs ènim fruſtra in indultis con-
„ ceſſis Vniuerſitati fuiſſet limitata facultas nomi-
„ nandi ad beneficia valoris 60. vel 100. ducator.,
„ cum ſcirent Summi Pontifices valorem cuiuſcũq;
„ beneficij, etiam opulentiſſimi in illis partibus nõ
„ exprimi, niſi in 24. ducatis, & alioquin etiam illu-
„ ſum eſſet voluntati Romanorum Pontificum, ſi
„ dum ipſi reſtrinxerunt indultum ad beneficia va-
„ loris ducat. 100. dumtaxat ſub hac tamen poſtea
„ cautela conſuetudinis Germaniæ exprimendi in
„ ducatis tantum 24 Louanienſes inuaderent be-
„ neficia valoris trecentorum, & vltra ducat.

Conſuetudo igitur exprimendi fructus in 24.
non iuuat indultario, etiam ſi fuerit Nuncius Apo-
ſtolicus, vt poſſit prouidere de Canonicatu, cuius
24 valor re vera excedit 24. ducatos, ſed ad effectum,
vt intret indultum, debebit prouiſus iuxta hanc
deciſionem iuſtificare valorem beneficij, nec con-
ſuetudine generali iuuabitur.

Soluitur Itaque Annata ex fructibus beneficij,
vel ſecundum expræſſionem in non taxatis, vt ha-
ctenus diximus, vel ſecundum taxam in libris Ca-
25 meræ, quæ ſi minor ſit quantitate taxata, nihilo-
minus ſatisfacit, neque Cancellaria quærit de illo
pluri, ſed taxa illa contenta eſt, vt notat *Caſſad. de-
ciſ. 19. num. 6. ſuper regulis.*

Notandum autem hic eſt, quod Galli diuerſi-
26 modè ſoluunt annatam, aliquando integrè, ali-
quando non integrè; integrè ſoluunt pro benefi-
cijs exiſtentibus in Patria obedientiæ, vt ipſi vo-
cant, non integrè ſoluunt pro exiſtentibus in Pa-
tria vt dicunt reducta. pro Patriæ obedientiæ in-
telligunt eas Prouincias Galliæ, quæ in concor-
datis inter Leonem X. Põtificem, & Franciſcum I.
Galliarum Regem initis compræhenſa fuerunt.
27 Patriam verò reductam intelligunt eam, quæ ſub
concordatis compręhenditur per quæ taxa bene-
ficiorum, vt nomen ipſum indicat fuit reducta ad
medietatem, adeovt pro beneficijs exiſtentibus in
Patria reducta, ipſi non ſoluunt, niſi medietatem
mediæ annatæ; Hoc ego in vim concordatorum
prædictorum exiſtimo, quamuis in concordatis de
hac re, nec verbum quidem; ſed cum ab illo tem-
pore citra reperiam ſolutionem ſemper fuiſſe fa-
ctam vniformiter iuxta prædictam reductionem,
neceſſe eſt dicere ità conuentum fuiſſe, licèt in
concordatis non fuerit expręſſum, cum ſtylus ille
non potuerit ſine fundamento irrepere, pręſertim
quia Officialibus damnoſus.

Annata autem ſoluitur de quocumque benefi-
cio exceden. ſummam ducat. 24. cuiuſcumque ſit
naturæ, etiã ſi ſit iuriſpatronatus laicorum, vt ſta-
28 tuit Iulius III. Conſtit. in Bullario nouo 20., & ra-
tio eſt, quia ſoluitur ratione prouiſionis, vnde ea-
tenus annata ſoluitur pro beneficio Iuriſpatrona-
tus, quatenus prouiſio aliqua de cauſa petatur in
Curia, ſi verò prouiſio fiat ab Ordinario, clarum
eſt, annatam non deberi.

Non autem ſoluitur annata in deputationibus,
ſiue adminiſtrationibus, Rot. deciſ. 182. num. 10.
29 par. 1. diuerſ., quia nõ ſoluitur niſi pro beneficijs,
quibus reſpondet perpetuitas, & prouiſio. Et quã-
30 uis Vicariæ perpetuæ poſt Conſtit. Pij V. ſint vera
beneficia, & de ipſis fiat prouiſio, non deputatio;
tamen, quia illis aſſignatur congrua, quæ non ſit
minus 50. nec plus centũ, in qua compręhendun-
tur incerta; vix vnquam pro Vicaria ſoluitur an-
nata, vt notat *Gonzal. gloſ. 5. §. 3. nu. 78.*, qui tamen
corrigendus eſt in ratione; inquit enim ideò in
Vicarijs non ſolui annatam, quia ſub congrua cõ-
præhendũtur diſtributiones, pro quibus annata nõ
31 ſoluitur, & æquiuocat in nomine diſtributionũ,
quia Vicariæ non habent diſtributiones, ſed ali-
qua emolumenta incerta, quæ, quia fructus certi
non ſunt, nomine fructuum non veniunt, & non
ſoluitur pro illis annata ad inſtar diſtributionum:
diſtributiones autem non ſunt, quia illæ dantur
ſingulis intereſſentibus, & pluribus; emolumenta
vero incerta competunt in ratione curæ: diſtribu-
tio igitur applicatur Canonicatibus, & dicitur in
exprętſſione, cuius fructus ducat. 24. vna verò cum
diſtributionibus quotidianis: exempli gratia 60.
in expræſſione vero Curati dicitur, cuius 24. vnam
cum incertis 60. & hæc eſt differentia incertorum
emolumentorum, ac diſtributionum.

32 Rurſus annata nõ ſoluitur pro Vnitis Rot. apud
*Seraph. deciſ. 1410. num. 18. & deciſ. 659. nu. 11. p. 2.
recent.*, quia beneficium vnitum deſinit eſſe, & in-
corporatur illi, cui vnitur, & propterea ſoluitur
quindennium, vt dicemus ſequenti §.

In reliquis autem annata ſoluitur tam in vaca-

33 tione per obitum, quam per reſignationem *Veral.*
deciſ.325.num.4. lib.3., ac etiam in permutatione,
in qua non minus ac in reſignatione contingit va-
catio, vt poſt *Archid.*, *& Ioann. And. in c.ſi propter*
34 *de reſcript.in 6.contra Hoſtien.in cap.inter cætera de*
prabend.notat Azor.vbi ſupra lib.7.cap.30. verſ.de-
cimo queritur.

Soluitur etiam Annata in prouiſione Legati
Creſc.deciſ.11.de reſcript. Pariſ.de reſig.lib.10. q.2.
35 *num.57.*, quod intelligendum ſi indultum Legati
contineat clauſulam, quod ſuper illius prouiſione
36 debeat expediri noua prouiſio in Curia, extra quã
nulla ſoluitur annata, quemadmodum neque ſol-
uitur annata, neque litteræ expediũtur in reſigna-
tione Card.de beneficio ſui familiaris *Verall.deciſ.*
94 num.2.par.1. quia annatæ ſolutio ſupponit, vt
37 vidimus litterarum expeditionem. Non tamen
38 vbicumq; expediuntur litteræ, etiam ſi fructus ex-
preſſi excedant 24. ſoluitur annata, nam ſub nar-
ratiua intruſionis non ſoluitur annata, ſed fit obli-
gatio de illa ſoluenda poſt habitam poſſeſſionem
notat *Rota apud Gregor. XV. deciſ.440.num.6.* Quę
39 intruſionis narratiua facta in litteris ad effectum
euitandi ſolutionem annatæ, non eſt iuſtificanda
40 in Iudicio, vt bene notat *addit.ad deciſ.Greg.XV.*
577.num.7. ſed malè ſubdit, eam eſſe iuſtificandã,
ſi illa narratiua non ſolum contineatur in litteris,
ſed etiam in ſupplicatione, quia vtriuſq; par ratio
eſt. Impetrans enim non narrabit intruſionem, ſi
nullus adſit intruſus, cum narratiua illa cedat in
illius præiudicium, quo ad litterarum executionẽ
propter clauſulam vocatis: & cum Iudex non iux-
ta tenorem ſupplicationis, ſed litterarum iudicare
debeat, non eſt recurrendum ad ſupplicationem,
eo minus, quia intruſio illa iuſtificatur in Cancel-
41 latia; alias .n. Annatiſtæ Bullas non expedirent.
Probatur autem intruſio duobus teſtibus coram
Notario Cameræ inductis, in manibus cuius im-
petrans, & prouidendus obligat ſe ſoluturum an-
natam habita poſſeſſione præſtando fideiuſſorem.
Notarius Cameræ ſtante depoſitione teſtium, &
obligatione impetrantis de ſoluẽdo annatam ha-
bita poſſeſſione, ei tradit mandatum de expedien-
do ſub intruſione directũ annatiſtis, quod exhibe-
tur generali ſubcollectori, qui notat in Bulla obli-
gauit ſe, quem deinde ſequuntur reliqui Officia-
les annatarum, qui Stylus etiam ſeruatur in reſi-
gnationibus.

Nam pro penſione etiam exceden. 24. ſoluitur
annata iuxta conſtit. Clem. VII. in Bullario nouo
33. quòd indiget aliqua declaratione, nam triplici
modo reſeruatur penſio, primo ex cauſa vacatio-
nis per obitum, ſecundò ex cauſa reſignationis,
tertiò ſuper beneficio pleno de conſenſu titularis,
quæ penſio dicitur ſine cauſa, de quibus ſingulari-
ter videndum. Quando reſeruatur penſio ex cau-
ſa vacationis per obitum, annata non ſoluitur pro
penſione, ſed in prouiſione puta, quod fructus be-
neficij ſint expreſſi 300. ſuper quibus reſeruatur
penſio 150. tunc ſoluitur annata pro integris fru-
ctibus 300., in quibus etiam compræhẽditur pen-
ſio 150. & tunc Officialis annatiſta ſubſcribit Bul-
43 læ penſionis cum clauſula ſoluit in prouiſione;
alioquin enim eandem annatam bis reciperet ſu-
per iiſdem fructibus, quòd prorſus eſſet iniquum.
Verum licet prouiſus ſoluat in prouiſione annatã
44 integraliter, habet tamen regreſſum contra pen-
ſionarium, qui tenetur contribuere pro rata ſuæ
penſionis, & propterea Cancellaria dat mandatũ
de retinendo huiuſmodi prouiſo contra penſiona-
rium pro ea portione, & rata, quæ ad ipſum ſpe-
ctat. Si verò penſio ſit Palatina, & penſionarius
habeat mandatum de expediendo gratis, ſiue per
viam ſecretam, tunc Officiales annatarum dedu-
cunt prouiſo ratam pro quantitate penſionis, cum
clauſula attento mandato Sanctiſſimi, &c. Con-
tingit autem aliquando, quòd in vacatione ex
obitu non illico aſſignatur penſio nominatæ per-
ſonæ, licet reſeruetur, ſed reſeruatio fit pro perſo-
na nominanda per Papam, quæ nominatio ali-
quando non fit, niſi poſt plures menſes, & interim
prouiſus cogitur expedire litteras prouiſionis, in
quibus ſoluit annatam integraliter, & reportat
mandatum de retinendo pro rata contra penſio-
narium nominandum. Deinde nominatur ad pen-
ſionem Palatinus, qui habet mandatum de expe-
diendo gratis, contra quem prouiſus opponit mã-
datum de retinendo, & penſionarius tuetur ſe mã-
dato de expediendo gratis, ſuper qua difficultate
multum vidi altercari quia Cancellaria receptum
45 non reſtituit, attento quod de tempore ſolutionis
annatæ nullum aderat mandatum Sanctiſſimi de
expediendo gratis: vnde differentia vertebat inter
prouiſum, & penſionarium, pro quo videbantur
inclinare executores, ego autem ſentiebam pro
prouiſo, quia iniquum videbatur, quod ipſe ſol-
ueret annatam pro fructibus, quos nõ perciperet,
præſertim, cum non poſſit illi aſſignari aliqua ne-
gligentia, attento quod de tempore expeditionis
litterarum ipſe non habebat mandatum de expe-
diendo gratis. nec quidem ſcire poterat, an ille,
cui penſio aſſignanda foret huiuſmodi mãdatum
eſſet conſecuturus, & fecit ſibi dari mandatum de
retinendo. Ex altera verò parte, durum etiam vide-
tur, quòd penſionarius, cui ob qualitatem famula-
tus, & ſeruitij eſt debitum mãdatum de expedien.
gratis, illius effectu fruſtretur propter retardatam
aſſignationem, cuius retardationis ipſe nullam ha-
bet culpam, qua propter crederem æquius fore,
quod annatiſtæ reſtituant hoc caſu ratam reſpon-
dentem penſioni, quod vt ſine vlla tergi verſatione
fiat: ſuaderem mandato de expediendo gratis in-
ſerendum eſſe, quòd Annatiſtæ reſtituant ſi quid
contra mandatum receperunt. Quando verò pen-
ſio reſeruatur ex cauſa reſignationis, tunc ſimili-
ter non ſoluitur annata pro Bullis penſionis, ſed
dicitur, ſoluit in prouiſione, excepto ſi penſio ex-
cederet medietatem fructuum expreſſorum, nam
tunc in Bulla penſionis deducitur annata, quo ad
medietatem fructuum; pro exceſſu vero penſio-
narius tenetur ſoluere, puta, quod fructus ſint ex-
preſſi ad 400., & penſio ad 260., tunc vltra mediã
annatam omnium fructuum quæ eſt 200. ſoluitur
etiam pro illis ſexaginta, quia illa medietatem
excedunt, & tunc annatiſtæ notant in Bulla ſum-
mam ſolutam addito *reſiduum in prouiſione*. Quan-
do vero penſio reſeruatur ſine cauſa, ſiue, quod idẽ
eſt cauſa ſtudij, ſiue vt commodius ſuſtentare ſe
valeat,

valeat,tunc ſoluitur iotegrè media annata,& nihil
deducitur, niſi ſi contingat noua beneficij vacatio
penſione adhuc durante,de quo mox dicemus.

Diximus Penſionarium teneri ad ſolutionem
annatæ pro rata penſionis, quod videndum an sẽ-
46 per ſit verum. Ponamus, quod ſuper beneficio,
cuius fructus 60. reſeruetur penſio 24. hoc caſu
prouiſus ſoluit integrè mediam annatam, nulla
facta mentione penſionis, quæritur vtrum prouiſo
competat retentio pro rata penſionis, & videtur,
quod ſic, quia eadem eſt ratio de hac ſumma, quã
de maiori, nam verum eſt, quod prouiſus ſoluit ad
rationem ſexaginta, in quibus compræhenduntur
24. quæ percipit penſionatius vndè ſi penſionarius
tenetur contribuere pro ſumma maiore, tenebitur
etiam pro minore, quia vtriuſque eſt par ratio, &
plus, & minus non faciunt differentiam ſpecificã.
Verum quidem eſt, quod hoc caſu non poterit
prouiſo dari mandatum de retinendo ab officiali-
bus, quia ipſi de penſione huiuſmodi nullam habẽt
notitiam, nec aliquid pro ea receperunt, vnde hoc
caſu requirendum officium Iudicis.

Videamus modo, vt promiſi, quomodo in noua
vacatione deducatur in ſolutione annatæ, penſio
antiqua ab Officialibus Datariæ: primo quidem
exhibetur Inſtrumentum ſuperuinentiæ penſiona-
47 rij, deinde datur nota officialibus temporis quo
reſeruatio penſionis fuit expedita, & tunc ſcribitur
in libris, exempli cauſa *Chriſtophorus Panicarola
pro annata Parochialis Eccleſia S. Maria loci de Põ-
tenuro Placentin. Diœceſis, cuius duc. 300. ſuper qui-
bus penſio antiqua ducatorum 160. ſimilium Franciſco
legę reſeruata reperitur, pro qua fuit ſolutum in Can-
cellaria 5. Iunij 1613. quę deducitur attenta ſuperui-
nentia, & ſic ſoluit pro ducatis 140.* ſi vero pro pen-
ſione antiqua ſolutum non fuerit, nihil deducitur,
vt mox dicemus. Totum hoc autem debet intel-
ligi ſi penſio excedat ducatos 24., nam ſi dictam
ſummam non excedit, nihil deducitur etiamſi prę-
deceſſor integraliter ſoluerit, & ratio eſt, quia an-
natiſtæ pro hac penſione nihil receperunt.

Tertiò principaliter annata non ſoluitur pro-
pter mandatum de expediendo gratis, per viam
49 ſecretam: eximit enim huiuſmodi mandatum
quemcumque prouiſum reſeruatarium alicuius
penſionis à ſolutione annatæ, & ratio eſt, quia talis
prouiſio ſeu reſeruatio non venit ad Cancellariã,
ſeu Cam. Apoſtolicam, ſed expeditur per viam ſe-
cretam, fallit tamen in reſeruatario alicuius pen-
49 ſionis, ſi ſuperueniat noua prouiſio Eccleſiæ, ſeu
beneficij ſuper cuius fructibus fuit reſeruata pen-
ſio. Quia licet prouiſus aſſerat Eccleſiam, vel be-
neficium eſſe grauatum tali penſione, tamen quia
non poteſt docere de illius ſolutione, de tempore
reſeruationis facta, licet doceat de expeditione
litterarum ad fauorem penſionarij per viam ſecre-
tam expeditarum nulla fit deductio, ſed conſuli-
tur illius indemnitati per mandatum de retinen-
do, & ita pluries reperio fuiſſe iudicatum inter cę-
tera in vna Cremonen. contra Sangallettum, & in
vna Paduana contra Odoardum Sanctarellum:
ſecus autem eſſet dicendum, ſi quis vltra manda-
tum expediendi litteras reſeruationis per viam ſe-
cretam, haberet etiam mandatum de deducendo
ratam penſionis, nam ſic ſemel deducta de man-
dato Sanctiſſimi, ſemper deducetur in ſuperuenien-
tibus prouiſionibus, etiam ſi plures contingant va-
cationes.

Similiter habens indultum expediendi litteras
Apoſtolicas gratis, etiam ſi in illis exprꝭſſa fiat
mentio de illas expediendi ſuper quibuſuis gra-
tijs, & quorumcumq; beneficiorum Eccleſiaſti-
corum, etiam Eccleſiarum Cathedralium, vel Me-
tropolitanarũ, aut Patriarchalium prouiſionibus,
ſeu commendis, ac fructuum, ſeu penſionum an-
nuarum ſuper iiſdem fructibus reſeruationibus,
quantumuis ampliſſimum, & cum quibuſuis dero-
50 gationibus, etiam regulæ de non tollendo iure
quæſito, non ſe extendit ad annatæ ſolutionem,
ita vt per huiuſmodi indultum impetrans ſit liber
ab illius ſolutione, & ità fuit iudicatum in Came-
ra Apoſtolica contra R.P.D. Laurentium Celſum
Prothonotarium Apoſtolicum prouiſum de Eccle-
ſia Caſtren., qui vti Prothonotarius Apoſtolicus,
volebat vti tali priuilegio, & contra R. P. D. Ro-
buſterium Rotæ Decanum promotum ad Eccle-
ſiam Oriolen., & contra R.P.D. à Sancto Georgio
Vrbis Gubernatorem, promotum ad Eccleſiam
Aquen. Et ratio eſt, quia licet annata exigatur in
expeditione litterarum, & conformetur taxæ, vt
ſupra oſtendimus, non tamen exigitur ratione ex-
peditionis litterarum, ſed ratione primitiarum,
ſeu primorum fructuum Summo Eccleſiæ Dei Sa-
cerdoti in recognitionem vniuerſalis dominij de-
bitorum, vt ſupra dictum eſt, & ſic indulta expe-
diendi litteras gratis non compræhendunt anna-
tam; Fallit in Cam. Apoſtolicę Clericis ex concor-
51 dia inita inter ipſos, & Officiales Cancellariæ tẽ-
pore Alexandri VI. in qua fuit conuentum, quod
Theſaurarius, & Clerici numerarij litteras expe-
diant gratis in omnibus, & viceuerſa Officiales
Cancellariæ obligationes, quæ in Camera Apo-
ſtolica tunc temporis in qualibet prouiſione fie-
bant, gratis haberẽt; prout videre eſt in quinterno
Cancellariæ ſub titulo gratis pro Clerico fol. 300.

Prædictæ concluſioni alia quædam addam exẽ-
pla comprobatoria; Indulta Cardd. de expedien-
52 do gratis per viam ſecretam non habent locũ niſi
in iis, qui ad minus fuerunt præſentes in Curia per
ſex menſes. Albertus Archidux Auſtriæ Clar. me.
53 Principum quotquot vixere Sanctiſſimus, quem
Confeſſarius nunquam à reatu mortali abſoluiſſe
palam confeſſus eſt, ante Principatum Belgij Car-
dinalis fuit tituli S. Crucis in Hyeruſalem, & quia
nunquam in Vrbe fuerat præſens, obtinuit indul-
tum præſentiæ à Clem. VIII., deinde prouiſus fuit
de Eccleſia Toletana, volebantq; ipſius agentes
expeditionem gratis, & quo ad annatam ſuccu-
buerunt, quia illius non erat facta expreſſa men-
tio in indulto præſentiæ.

Henricus Cardinalis Caietanus Abbatiam ob-
tinebat Sancti Leonardi Hidrũtin. Diœceſis, hanc
reſignauit Bonifatio nepoti (qui, & ipſe poſtea
Cardinalis) cum reſeruatione omnium fructuum
demptis 200. pro titulari, Bonifacius deinde
Cardinalis obtinuit Eccleſiam Capuanam cum
indulto retinendi obtenta, inſteterunt Annatiſtæ
pro annata, eo quia eſſerat reſeruatio fructuum

eo quia ceſſerat reſeruatio fructuum per mor-
tem Henrici Cardinalis , ipſe oppoſuit ſe non
54 poſſidere ratione illius primæ gratiæ , ſed in vim
indulti de retinendo , ſed ſuccubuit ea ratione ,
quod retentio non datur, niſi ei, qui obtinet, adeò
vt cum ante indultum retentionis ceſſaſſet reſer-
uatio fructuum , & tunc aduenerat tempus ſol-
uendi annatam , non poterat Cardinalis iuuari in-
55 dulto retentionis, quod poſtea ſuperuenit; Indul-
ta enim de expediendo gratis, quia cedũt in dam-
num Officialium obtinentium officia titulo one-
roſo, ſunt odioſa , & ſtrictè interpretanda , quod
magis etiam oſtendit ſequens caſus.

Epiſcopus Lucan. reſignauit Eccleſiam ad fa-
uorem nepotis, reſeruatis ſibi fructibus , demptis
mille pro titulari , Reſignatarius obtinuit indultũ
de expediendo gratis pro medietate, & propterea
in expeditione litterarum ſoluit pro quingentis ,
facta obligatione de ſoluendo pro reſiduo fru-
ctuum, reſeruatione ceſſante , qua effectũ ſortita
volebat ſoluere pro medietate , iuxta tenorem ſui
56 indulti , ſed fuit reſponſum gratiam prædictam
eſſe interpretandam de illa priori expeditione ,
non de hac ſecunda, ad quam non debet extendi.

Solet etiam aliquando inter Sac. Collegium
Card. & Officiales Cancellariæ oriri difficultas
in applicationibus fructuum , ſiue partis , quando
fiunt beneficio taxato , nam diſputatur hoc caſu
an ſit ſoluendum Commune, vel Annata, & in vna
Legionen. Dominus Gaſpar Riualdus me aſciuit
Aduocatum pro Officialibus Cancellariæ contra
Sacrum Collegium Card. : Caſus autem erat ,
quod aliàs à fel. rec. Paulo V. fuerunt diſmembra-
tæ duæ ex tribus partibus fructuum , qua ad du-
cat. ſexcent. exprimebãtur à Prioratu S. Michae-
lis loci de Eſclada Ordinis S. Auguſtini Legionen.
Diœceſis, & applicatæ domui , & fratribus S. Do-
minici loci de Trianos d. Diœceſ. ad effectum ma-
nutenendi in eadem domo quinq; Lectores artiũ
Liberalium, & Theologiæ , & quoniam applicatio
huiuſmodi effectum ſortitura erat poſt obitum q.
Martini Cardenes tunc Prioris, litteræ fuerunt ex-
peditæ in Cancellaria, & relaxatæ ſub ſolita obli-
gatione de ſoluendo annatam debitam , quando
applicatio huiuſmodi ſuum fuiſſet ſortita effectũ ;
& deinde quindennia ſuis temporibus debita ;
Succeſſit obitus d. Martini, & fuit factus locus ap-
plicationi , & per conſequens ſolutioni annatæ :
diſputabatur inter S. Collegium , & Officiales, an
ſoluendum eſſet commune , quo caſu, vt ſupra di-
ximus , Officiales tantum participant pro tertia
parte, vt ſupra oſtendimus. an potius annata, quã
Officiales integrè percipiũtur; effectus dubij pen-
debat ex eo , an applicatio eſſet facta Monaſterio
taxato, ſeu potius non taxato? Pro cuius maiori
intelligentia, quãuis ex ſupradictis percipi poſsẽt;
nihilominus vt minus Lector laboret, aliqua pmitto.

Primò aliud eſſe mediam annatam, & aliud cõ-
mune, media annata, vt vidimus, ſoluitur pro be-
neficijs inferioribus in libris Cameræ non taxatis,
& dicuntur beneficia inferiora, omnia ea , quæ in
libris Cameræ taxata non reperiuntur , etiã ſi ſint
Monaſteria Prioratus Ordinum , ſiue aliæ dignita-
tes in Eccleſijs etiam Metropolitanis, & pro his
(vt ſimiliter vidimus) ſoluitur integrè media an-
nata ad rationẽ valoris expreſſi Officialibus Can-
cellariæ tantum : Commune vero, vt diximus, ſol-
uitur pro Eccleſijs taxatis , & participat Sac. Col-
legium pro tertia parte.

Secundò , Duos aſſeruari in Camera Apoſtoli-
ca libros annatarum ſeparatos, & diſtinctos apud
Notarium pro tempore deputatum, quorũ vnus
appellatur Cõmunium , in quo omnes obligatio-
nes, quæ ratione annatæ communis , tam ratione
quindenniorum , quam ratione penſionum dedu-
ctarum, & pro tempore ex cauſa ceſſationis illarũ
S. Collegio , & Officialibus Cancellariæ debentur
receptæ annotantur. Alter verò albus annatarum
nuncupatur, in quo cæteræ obligationes , quæ ſi-
mili de cauſa Officialibus Cancellariæ de annatis
participantibus ſoluendæ veniunt, deſcribuntur.

Tertiò , quod ſi contingat aliquam Parochialẽ
Eccleſiam, ſeu beneficium valoris , hoc eſt taxatũ
in libris Cameræ vniri alicui Eccleſiæ , ſeu Mona-
ſterio in libris Cameræ Apoſtolicæ taxato , taxa
illius augetur pro tertia parte valoris beneficij
vniti, adeo vt in futuris vacationibus , & reſpecti-
uè prouiſionibus S. Collegium percipit ratam cõ-
munis ad rationem taxæ auctæ ; & ratio eſt , quia
Sac. Collegium habet fundatam intentionem in
Monaſterio , ſeu beneficio taxato, cui ſi vnitur, vel
applicatur aliquid aliud, hoc ipſum inducit natu-
ram illius, cui vnitur.

Quartò , quod licèt taxa Eccleſiæ, ſeu Mona-
ſterij veniat augenda ratione vniti , nihilominus tamen S.
Collegium percipit ex litteris vnionis , ſeu appli-
cationis fructuum vniti beneficij non taxati in
Camera Apoſtolica, ſed in huiuſmodi expeditione
pro illa prima annata ſoluitur ad rationem valo-
ris integrè Officialibus Cancellariæ , & ratio eſt ,
quia de tempore applicationis beneficium, ſiue
fructus illius , qui applicantur non dum ſunt de
taxatis in libris Cameræ , de quibus ſolis partici-
pat S. Collegium.

57 Ex his patet , quid dicendũ ſit in propoſito ca-
ſu, nempe annatam ibi eſſe ſoluendam Officiali-
bus Cancellariæ tantum , non autem S. Collegio ,
attento quod ſolutio fit non iuxta taxam , ſed pro
tertia parte valoris expreſſi, vt in ſimili dixit *Garz.
3. par. cap. 2. nu. 457.* An autem propter huiuſmodi
applicationem quindennium ſoluendum ſit , Sac.
Collegio, ſiue Officialibus Cancellariæ, dicemus
§. ſequenti. vbi de quindennio agemus.

Addamus aliũ caſum applicationis in vna Se-
guntina coram R.P.D. Raymũdo annatarum Iu-
dici, in qua cauſa ſcripſi contra Cancellariam , &
D. Gaſpar Riualdus ſuccubuit , adeo vt quandoq;
ſummè peritis poteſt aſſignari lapſus . Caſus autẽ
eſt Ioannes de Aquilera incola oppidi de Molina
Seguntina Diœceſis legauit fratribus Carmelitis
d. loci plura bona, conditione impoſita, quod ſin-
gulis hebdomadibus haberẽt publicas proceſſio-
nes. & pluribus alijs fungerẽtur ſacris Miniſterijs .
Fratres legatum ob onus recuſarunt , Executores
teſtamentarij adiuerunt Sanctiſſimum pro cõmu-
tatione voluntatis, quam obtinuerunt transferen-
do hoc legatum à Sacerdotibus Regularibus ad
Sacerdotes Seculares, omnibus oneribus in ſuo
robore ,

robore,& ſtatu manentibus; in expeditione com-
mutationis volũtatis huiuſmodi Annatiſtæ,& pro
eis D. Riualdus prætendebat exigere annatam, &
per conſequens quindennium, ego vero dicebam
neutrum deberi, quia annata non debetur, niſi
pro beneficio, vt ſupra dixi, ex *Galeſ. tract. de an-
nat. in princ.*, in caſu noſtro nullum adeſſe benefi-
cium, ſed legatum pium ex redditibus laicalibus
58 bonorum teſtatoris, latè *Garz. de ben. p. 1. c. 2. n. 61*
adeò vt bona poſſent per hæredem vendi,& nihi-
lominùs ipſe quotannis reſpondere de fructibus
ad rationem legati, vt exigebat teſtator, quia li-
cet bona legato eſſent obnoxia in genere, non
tamen fuerunt aſſignata legato in ſpecie, vt re-
quiritur ad rationem beneficij, & latè ſupra oſtẽ-
dimus, vbi agimus de diſpenſatione ſuper inter-
ſtitijs, & in his terminis *Lar. de annuerſ. lib. 1.
cap. 2. num. 24.*

Nec obſtare quod dicebatur ex aduerſo ſolutio-
nem annatæ, immò hoc caſu eſſe debitã ex Conſt.
Sixti V. in Bullario nouo 33., vbi expreſſe caue-
tur, quod pro quibuſcumque Monaſterijs, ſup-
preſſis, etiam monialium, debeat ſolui annata,
quia Conſtitutio loquitur de Monaſterijs vnitis; in
caſu noſtro nulla adeſt vnio, ſed ſimplex commu-
59 tatio voluntatis, remanentibus in ſuo robore vt
dixi iiſdem oneribus per teſtatorẽ impoſitis, vnio
vero ſupponit ſuppreſſionem onerum beneficij
vniti *Garz. de benef. par. 12. cap. 2. num. 1. & ſeqq.* in
commutatione vero voluntatis remanent onera,
vel ſaltem alia in aliorum locum ſubrogantur,
*Moder. de commutat. vol. c. 1. in princ. Lar. vbi ſuprà
60 lib. 1. c. 14. nu. 17.* quod ſi non debetur annata, nec
etiam debetur quindennium, vt dicemus §. ſeq.

Videamus modo, quid ſeruetur in penſionibus
translatis, nam regulariter in translatione penſio-
61 nis non ſoluitur annata; Indulta enim de transfe-
62 rendo ſolent expediri per litteras in forma Breuis,
quæ non veniunt ad Cancellariam, & ipſæ trans-
63 lationes fiunt coram Notario,& perſona in digni-
tate Eccleſiaſtica conſtituta; Nihilominus ſoluitur
annata pro penſione translata quando præceſſit
obligatio, vel ſuperuenit prouiſio Eccleſię, ſiue be-
neficij, ſuper cuius fructibus penſio reſeruata repe-
ritur. Obligatio autem duobus caſibus poteſt prę-
cedere translationem; vel quia indultum transfe-
rendi per Cancellariam fuerit expeditum, vt in
vna Tudertina pro Reuerẽdiſſimo Angelo Coctio
Cameræ Apoſtolicæ Clerico, qui cum eſſet perſo-
na priuilegiata nihil ſoluit, ſed litterę fuerunt rela-
xatæ ſub obligatione de illas ſoluendo per transla-
tarios, cum effectum ſortirentur. Vel quia proui-
ſo de Eccleſia Monaſterio, ſiue beneficio fuerit fa-
cta deductio penſionis, vel ratione ſolutionis de ea
iam facta, vel ratione priuilegij perſonalis, vt ſunt
Cardinales, & litteræ fuerunt relaxatæ ſub ſolita
obligatione de ſoluendo, cum primum per ceſſum,
vel deceſſum talis penſionarij penſio ceſſare conti-
gerit, nam licet vacatio non ſuccedat ad fauorem
prouiſi, ſed translatarij, tamen quia translatio fit
per caſſationem antiquæ, & reſeruationem pen-
ſionis nouæ, prouiſus tenetur ad ſolutionem pen-
ſionis caſſatæ, & eidem à Camera datur mandatũ
de retinendo contra translatarium, ſi in toto pen-
ſio translata fuerit de toto, ſi vero in parte pro ra-
ta illius partis, & ita pluries fuit iudicatum in Ca-
mera Apoſtolica, & nuper contigit in prouiſione
Parochialis Eccleſię loci de Lammare Lucan. Diœ-
ceſis, ſuper cuius Eccleſiæ fructibus aliàs reſerua-
ta fuit penſio ad fauorem Cardinalis Maffei, qui il-
lam transtulit ad fauorem Nepotis, in expeditione
fuit facta mentio illius penſionis, quæ petebatur
deduci; verum quia Card. obierat, & ceſſabat pri-
uilegium perſonæ, nec non mandatum de expe-
diendo gratis, & penſio repetiebatur in alia perſo-
na, nulla fuit facta deductio, ſed prouiſo fuit datũ
mandatum de retinendo, & ratio eſt, quia transla-
tarius nunquam ſoluit, nec obtinuit mandatum
de expediendo gratis, ſed illius auctor, qui fuit alia
perſona, & per mutationem perſonæ, cenſetur ef-
fecta noua penſio. Quando verò nulla præceſſit
obligatio ex parte prouiſi, multis modis continge-
re poteſt, quod annata non ſoluatur, vel quia pro-
uiſus ſit perſona priuilegiata, vt ſunt Cardinales,
Clerici, Cameræ, &c. vel litteras ſpeciali gratia
Sanctiſſimi per viam ſecretam expediuerunt, vel
quia fructus beneficij, ſuper quo eſt impoſita pen-
ſio fuerunt expreſſi ad 24. & penſio imponitur ſu-
per diſtributionibus quotidianis, vt in Canonica-
64 tibus ferè totius Italiæ, hodie contingit, qui
non habent præbendas, ſed conſiſtunt in diſtri-
butionibus.

Alia hic adhuc incidit difficultas, an, & quomo-
do ſoluenda ſit annata in confirmatione concor-
65 diæ Puta, quod in expeditione litterarum per Ti-
tium fuit ſoluta annata in prouiſione alicuius be-
neficij, deinde fuit impetratum idem beneficium
certo modo, & poſtea inita concordia, cum reſer-
uatione penſionis, an eo caſu denuo ſit pro pẽſio-
ne ſoluenda annata. Pro maiori intelligentia po-
namus caſum in forma. Nicolaus fuit præſentatus
ad Prioratum Parmen., cuius poſſeſſionẽ adeptus
fuit, deinde aliqua de cauſa obtinuit nouam pro-
uiſionem, in qua ſoluit annatam, poſtea eundem
Prioratum impetrauit Octauius, tã quam liberum,
& lite deſuper introducta in Rota, fuit poſt mul-
ta deuentum ad concordiam, in qua Franciſco ceſ-
ſit Prioratus, Octauio verò fuit reſeruata penſio in
cuius expeditione petebatur ab Officialibus ſolu-
tio annatæ; ipſe autem opponebat eam fuiſſe ſolu-
tam in prima beneficij prouiſione, vel ex eorun-
demmet annatiſtarum confeſſione, qui pro litteris
confirmationis non exegerunt annatam, ſed illis
ſubſcripſerunt per clauſulã fuit ſolutum in proui-
ſione, quæ ſolutio non dubium, quin ſuffragetur
penſioni, pro qua non ſoluitur annata, vt ſuprà vi-
dimus quando fuit ſolutum integraliter in proui-
ſione, & penſio medietatem fructuum non exce-
dit. Non enim ſoluitur annata, niſi ſemel ex vna,
& eadem vacatione, vndè cum prior vacatio non
conſumetur niſi per ceſſum, vel deceſſum Franci-
ſci, annata per eum tunc ſoluta, durat vſq; dum da-
tur noua vacatio.

Neque obſtat, quod pro penſionibus ſine cauſa
vt ſuprà diximus, ſemper ſoluatur integrè annata,
penſionem autem ex cauſa concordiæ eſſe ſine
cauſa, cum non procedat ex obitu, ſiue ex reſigna-
tione, nam reuera penſio illa trahit originem ex il-

la va-

la vacatione per obitum,quæ vacatio dedit locum vtriuſque impetrationi. & ita obtinui.

Si verò in confirmatione concordiæ poſſeſſor beneficij illud cederet colliti ganti non poſſidenti, ille denuo teneretur ſoluere annatam, licet prius per cedentem eſſet ſoluta, & ratio eſt,quia hoc caſu interuenit noua vacatio ex capite ceſſionis, &
66 prior illa per prouiſionem cedentis fuerat conſumpta *Rot.deciſ.691.num.5.par.2. recentior. & in Vlixbon.beneficij 19. Decembris 1622. coram Vbaldo*, ſufficit enim quælibet vacatio,ſiue de Iure,ſiue de facto *Garz.p.11.c.1.n.2.& 14.*

Differt autem multum ceſſio huius ſecundi caſus à ceſſione primi caſus, quia in hac poſtrema ceſſione ceditur poſſeſſio, & titulus, ex quo bene
67 reſultat vacatio; priori caſu ceditur tantum Ius prætenſum à collitigante ex qua non inducitur
68 vacatio, quia renunciatur beneficium, & ceditur Iuri, vt bene notat *Sot.ad reg.43. & Mandoſ.de Signat. grat.tit. ceſſiones, verſic. ceſſiones autem*: Vndè perperam *Flammin. Pariſ.de reſign.lib.1. cap.1.numer.71.* firmat idem eſſe renunciare,cedere,& reſignare, nam licet illa aliquando confundantur,vt etiam admittit *Sot.loc.alleg.* non tamen poteſt inferri, vt facit *Pariſ.*, quod idem ſint propriè loquendo, nam vocabula confundi,ſignificat,ea tra-
69 hi extra proprium ſignificatum, aliàs enim non diceretur confundi, ſed idem ſignificare ſiue eſſe Synonima,& ideo dicimus ſub nomine prouiſionis contineri collationem,inſtitutionem & præſentationem, quæ tamen multum inter ſe diſtant,vt ſuo loco demonſtrabimus. Et idem *Pariſ.lib.12.q.3.*
70 *numer.58.* fortaſſis verè firmet *regulam de infirmis reſig.* procedere etiam in ceſſione iurium, de quo tamen dubitat *Chokier.* & rationes *Pariſij* non admittit ad *d. regul. num.19.* tamen ceſſio iurium,de quo ſermo eſt *Pariſ. d.lib.12.* multum differt à ceſſione iurium, de qua agimus,nempe in cedente nõ poſſidente, & habente collitigantem poſſeſſorem *Pariſij* verò, ceſſio erat ab eo, qui non habet collitigantem, ſed deceſſerat ſupplicatione ſignata,literis nõ expeditis, de qua re latè dicemus vbi agemus de ſupplicatione.

Poſtremò notandum,quod annata,quæ ſoluitur
71 Capitulis à nouiter prouiſis longè differt ab annatâ, quæ ſoluitur Camer.Apoſtolicæ vt notat *Rota apud Serapin.deciſ.1410.num.11. vſque ad 28.*, & de illa non habetur ratio in impetratione *Rot. deciſ 659. p.2. rec.*

Tandem Pontifices plures pœnas ſtatuerunt contra non ſoluentes annatas, ſi eas ſoluere tenẽtur,nempè excommunicationis incurſum,& beneficiorum priuationem,vt ex conſtit.3.Innoc.VIII.,
72 & conſtit.II.Pauli IV., & conſt.33. Sixti V in Bullario nouo,& Iure merito quia ſolutio annatæ adinuenta fuit ad ſubuentionem Papæ, & Cardina-
73 lium indigentium, nec non reliquorum miniſtrorum Curiæ,qui publico viuunt,& propterea *Belerſtinus tract.de charitat. ſubſid. quæſt.16. ſub num 1. verſic. & idem dico*, non dubitat ſolutionem anna-
74 tæ appellare charitatiuum ſubſidium, immo aliqui exiſtimarunt eſſe adeò rationabilem, vt eam crediderint de Iure diuino, vt multis relatis notat *Azor.loc.alleg.*, quod an verum ſit non firmo ſanè longè præſtare cenſeo, quod Chriſtianus pius, &
75 Orthodoxus vir hanc teneat opinionem, quam contra annatarum ſolutionem inuehatur, quod à Catholico viro longe iudico alienum, ſi Summus Pontificatus in vnam aliquam familiam reſtrictus eſſet, daretur color ſubtrahendi prouentus, qui in priuatum vſum conuertuntur, nunc quoniam per liberam electionem Summus Pontificatus communis eſt cuicumq; Catholico Viro,nulla natione excepta, quæ iniquitas eſt Iura detrahere illi magiſtratui, ad quem omnibus datur aditus? ſed de hoc fuſius dixi in libro de Pietate Romana. A prædictis tribus oneribus liberat prouiſum man-
76 datum de expediendo gratis,quod ſi aliquis ſe familiarem aſſerit, vt gratis expediat, & non ſit incidit in pœnas in Alexandrina,& Leonina Conſtitutionibus fulminatas *Rota deciſ.166.num.3.lib.3.p.3. diuerſ.*

SVMMARIVM.

Quindennium quid ſit, 1.
Quindennia ſoluuntur officialibus,quibus annata, 2.
Quindennia introduxit Paulus II.3.
Quindenniorum ſolutionem, qui Pontifices approbarunt, 4.
Quindennia ſoluuntur etiam pro exemptis, 5.
Quindennia ſoluuntur etiam in vnionibus factis per Ordinarios, 6.
Annata ad tempus inſtituit Clemens V. in Regno Angliæ, 7.
Annatarum Iudicum,& Commiſſariorũ auctoritas, 8.
Annatas, & quindennia per officiales Cancellariæ non exactas Paul.II. & Paul.IV. applicant Cameræ Apoſtol. 9.
Annatæ, & quindennia non ſoluuntur pro Monaſterijs Monialium, & Hoſpitalium, 10. quando ſic, 11.
Quindennia quandoq; ſoluuntur pro ijs beneficijs,quę nunquam ſoluerunt annatam, 12.
Quindennia ſoluuntur propter annexionem, & incorporationem, 13.
Quindennia debentur, pro vnione beneficiorum totius mundi, 14.
Legatum pium non eſt beneficium, 16.
Cardinales habent facultatem taxandi beneficia in Camera Apoſtolica, 15.
Quindennium non debetur, quando annata fuit indebitè ſoluta, 17.
Monaſterio ſuppreſſo, ſupprimuntur etiam onera, 18.
Commutatio voluntatis non tollit onera, ſed ea commutat, 19.
Cardinalis Seraphini votum circa quindenniorum ſolutionem, 20.
Quindennij præcipua cauſa eſt damnum, quod Cancellaria patitur ex vnione, 21.
Quindennium non debetur, ex vnione facta Parochiali, 22.
Quindennia debentur ex vnionibus factis ſeminarijs, 23.
Quindennia ſoluenda ſunt pro vnionibus quocunq; tempore factis, 24.
Quindenniorum exactio non eſt ſimonia, 25.
Azzoris error circa officiales annatarum, 26.

§.IV.

§. IV.

De Quindennio.

1 QVindennium eſt ſoboles annatæ, nam vbicũ-
que per vnionem eſt ſublata ſolutio anna-
tæ alicuius beneficij, quia non poteſt amplius cõ-
tingere illius vacatio, loco annatæ ſoluitur quin-
dennium, hoc eſt ſingulis quindecim annis ſolui-
tur annata pro fructibus beneficij vniti, vel iuxta
taxam, vel iuxta valorem expræſſum, ne videlicet
Officiales, & Camera Apoſtolica ex huiuſmodi
vnionibus nimium damnum patiantur, inducitur
fictio, quod ſingulo decimoquinto anno contingat
2 vacatio *Seraphin. deciſ.* 1410., & ſoluitur quinden-
nium iiſdem Officialibus Cancellariæ, & alijs, qui-
bus ſoluitur annata *Pariſ. de reſign. lib. 4. quæſt.* 10.
numer. 4., ad formam nempe ſupra traditam de
annata, videlicet, de beneficio taxato, & benefi-
cio valoris. Auctor vero Quindenniorum fuit
3 Paulus Secundus per eius Conſtitut. 6. in Bullario
nouo, vt notat *Galeſ. de Annat. & Quindẽnijs in fin.*
nam antea quidem fiebant vniones & illi, qui cõ-
modum ſentiebant ex huiuſmodi vnione obliga-
bant ſe erga Camer. Apoſtolic., & Officiales, An-
natarum de ſoluendo annatam ſingulis octo, de-
cem, quindecim, vel viginti annis prout inter par-
tes conueniebant; Paulus vero ſupradictus ſub-
ſtulit omnes conuentiones huiuſmodi, & quin-
demniorum ſolutionem, ſtatuit ſingulo decimo
quinto anno faciendam, quam quindemniorum
4 ſolutionem approbarunt Paulus Quintus Conſtit.
17., Pius Quintus conſtitut. 38., Sixtus Quintus
conſtitut. 131. in Bullario nouo, eamque extendit
5 ad exempta priuilegiata; Et declarauit habere
locum in vnionibus factis per Ordinarios Sanctiſ-
6 ſimus Dominus Noſter Vrbanus in eius Conſtitu-
tione deſuper ædita ſub datum Idus Iunij Anno I.
cuius tenor eſt.

» Motu proprio, &c. Alias fel. rec. Pius Papa V.
» prędeceſſor noſter provide conſiderans, quod an-
» natarum Communium, & aliorum Iurium Cam.
» Apoſtolicæ debitorum exactio in recognitionem
» vniuerſalis dominij introducta eſt antiquiſſima,
» quindenniorum vſus, & ſolutio, ideo inuenti fue-
» runt ne Cameræ prędictæ, ex Monaſteriorũ Prio-
» ratuum, aliorumq; beneficiorum Eccleſiaſticorũ
» vnionibus, quæ amplius vacare non ſperabantur,
» detrimentum aliquod induceretur, volens propte-
» reà d. Cameræ, ac Venerabilium Fratrum noſtrũ
» S.R.E. Card. Collegio, nec non dilectis filijs Can-
» cellariæ Apoſtolicæ Officialibus de Communibus
» annatis, & quindennijs participantibus iura præ-
» ſeruare, illorumq; indemnitati conſulere, Motu
» ſimili, &c. omnia, & ſingula Cathedralium, etiam
» Metropolitanarum Eccleſiarum Collegiatarum
» Capitula, Congregationes, Vniuerſitates, Colle-
» gia, Hoſpitalia, ac pia loca, & quoſuis alios, in
» quorum fauorem, tam ſecularium, quam quorũ-
» vis Ordinum Regularium Monaſteria, Prioratus,
» Præpoſituræ, nec non dignitates, & alia quęcumq;
» beneficia Eccleſiaſtica vnita, annexa, & incorpo-
» rata, ſeu applicata exiſterent, & illorum vniones
» eis factæ reperirentur, quantumcumq; exempta,
» & priuilegiata exiſterent, etiam ſi ſe ſuper inde in
» Camera Apoſtolica non obligaſſent, dũmodo be-
» neficia ipſa poſſiderent ad ſolutionem Commu-
» nium Annatarum, & aliorum Iurium prædictorũ,
» eiſdem Camer. Collegio, & Officialibus ratione
» vnionum, annexionum, ſeu applicationum prædi-
» ctarum ſingulis quindecim annis à die, quia illæ
» ſuum ſortitæ fuiſſent effectum faciendum teneri,
» & obligatos eſſe, & ad id per ſententias, cenſuras,
» & pœnas in ſingulis Pauli II. & aliorum prędeceſ-
» ſorum ſuorum Summorum Pontificum litteris
» contentas, cogi, & compelli poſſe, decreuit, &
» declarauit; mandans propterea bo. me. Hierony-
» mo tunc Epiſcopo Maceratenſi, & Cameræ Apo-
» ſtolicæ Clerico Annatarum Iudici tunc exiſtenti,
» vt pro faciliori indagatione vnionum prędictarũ
» omnia, & ſingula Cathedralia, etiam Metropoli-
» tanarum, & Collegiatarum Eccleſiarum, Capitu-
» la Collegia, nec non tam virorum, quam mulierũ
» Seculares, quam quorumuis Ordinum Regulares.
» Congregationes, ſeu Collegia, & pia loca huiuſ-
» modi eorumdemq; Prętatos, & procuratores ad
» indicandum, & profitendum medio iuramento
» omnia, & ſingula Monaſteria, Prioratus, Prępoſi-
» turas, Parochiales Eccleſias, & alia quæcumque
» beneficia, quæ ipſa Capitula, Congregationes, &
» alia loca prędicta poſſiderent, & quo titulo illa
» poſſideant, illorumq; annuos valores ſub priua-
» tionis, & alijs in litteris in forma motus proprij
» Pij V. prędeceſſoris huiuſmodi contentis, ſenten-
» tijs, cenſuris, & pœnis in Romana Curia, & extra
» eam moneret, & requireret. Et ſucceſſiuè felic.
» rec. Sixtus Papa V. etiam Prędeceſſor noſter at-
» tendens, quod tantum detrimenti Cam. Collegio,
» & Officialibus prędictis ex vnionibus, quæ ab Or-
» dinarijs locorum, & alijs fiant prouenit, ac prop-
» terea æquum eſſe cenſuit, vt quod in vnionibus
» per Sedem Apoſtolicam factis locum obtinet, il-
» lud idem, & fortius per ipſos Ordinarios factis,
» & faciendis obſeruaretur, & licet in Conſtitutio-
» nibus, & litteris prędeceſſorum ſuorum comprę-
» hendi viderentur, tamen, vt omnis diſputandi oc-
» caſio procederetur, motu, & ſcientia ſimilibus de
» Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſtatuit, decre-
» uit, & declarauit, quod vniones, annexiones, in-
» corporationes, applicationes, & ſubmiſſiones de
» quibuſcumque beneficijs Eccleſiaſticis, tam Secu-
» laribus, quam Regularibus, etiam ſi Monaſteria,
» Monialium, & Hoſpitalia fuiſſent, quæ tamen tẽ-
» pore ipſarum vnionum Cura, Conuentu, & hoſpi-
» talitate caruerint, & quorum ſingulorum, vel ſi
» plura beneficia vnicis litteris compręhenſa ſint,
» quorum quodlibet annuus valor 24. ducat. auri
» de Camera, ſecundum æſtimationem valoris non
» excederet, dummodo tamen omnium ſimul illud
» tranſcenderet cuicumque Eccleſiæ, Monaſterio,
» Collegio, domui, Societati, Congregationi, Ordi-
» ni Militiæ, Hoſpitali, Seminario, aut alijs locis piis,
» tam per quoſcumq; Romanos Põtifices prędeceſ-
» ſores ſuos, nec non per Sedis Apoſtolicæ Legatos,
» Nuncios, & alios quoſcumq; Subdelegatos, aut
» alias quomodolibet auctoritate Apoſtolica, quã
» per quemcumque loci Ordinarium in qualibet

Mundi

,, Mundi parte hactenus factæ ,& in futurũ facien-
,, dæ, etiam ſi manualia, & de Iurepatronatus Lai-
,, corum, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, Mar-
,, chionum, Baronum, Comitum , & aliorum nobi-
,, lium, & illuſtrium beneficia illa fuerint ſub dicto-
,, rum, prędeceſſorum, Conſtitutionibus, & declara-
,, tionibus omninò compręhendi , & includi, & ab
,, omnibus compręhenſæ , & incluſæ cenſeri voluit,
,, & ad ſolutionem quindenniorum teneri , & obli-
,, gatos eſſe, & ad id cogi , & compelli poſſe decla-
,, rauit, mandauitq; bo.mem. Alexandro Glorierio
,, Cam. Apoſtolicæ Clerico, & Annatarum tunc Iu-
,, dici , vt pro faciliori indagatione Vnionum prędi-
,, ctarum omnia, & ſingula Cathedralium, etiã Me-
,, tropolitanarum , & Collegiatarum Eccleſiarum
,, Capitula, & alia loca pia prędicta moneret, & re-
,, quireret, vt profiterentur medio iuramẽto omnia,
,, & ſingula beneficia Eccleſiaſtica , quæ vigore ſi-
,, milium Vnionum quomodolibet poſſidebant, illo-
,, rumq; annuos valores iuxta prędicti Pij prędeceſ-
,, ſoris Conſtitutionem cum facultate citandi , &
,, inhibendi, & aliis in litteris in forma breuis , ſub
,, Dat. 14. Maij 1586. dicitur contineri. Cũ autem
,, ſicut accepimus, & ſicut etiam nobis innotuit ad-
,, ſint quam plurimæ vniones, & applicationes à di-
,, cto tempore citra factæ , quorum notitiam à Ca-
,, mera, & Cancellaria Apoſtolicis deſideratur. Vo-
,, lẽtes igitur tàm Camerę noſtrę Apoſtolicę , quàm
,, Venerabilium Fratruum noſtrorum S. R. E. Car-
,, dinalium Collegio , ac dilectis filijs noſtris Can-
,, cellariæ Apoſtolicę Officialibus de annatis parti-
,, cipantibus conſulere , motu ſimili, & ex certa ſciẽ-
,, tia noſtra quaſcumque, tàm ſub plumbo, quàm in
,, forma breuis, & motus proprij litteras eorumdem
,, Pij , & Sixti V. , nec non quorumcumq; aliorum
,, Rom. Põtificum prędeceſſorum noſtrorum ſuper
,, ſolutione annatarum communium , quindennio-
,, rum , & aliorum Iurium , ratione prouiſionum,
,, ſeu vnionum perpetuarum quorumcumq; benefi-
,, ciorum per Sedem Apoſtolicam factarum , & fa-
,, ciendarum æditas, confirmatas, & innouatas cum
,, omnibus clauſulis, decretis , derogationibus , ac
,, cenſuris , & pœnis in illis contentis , nec non om-
,, nia , & ſingula per quoſcumq; Iudices , Executo-
,, res, & Commiſſarios in pręmiſſis, & circa ea quo-
,, modolibet geſta, & exequuta , &c. tenore pręſen-
,, tium approbamus , & confirmamus , mandantes
,, propterea dilecto filio Magiſtro Hyeronimo Rai-
,, mundo d. Camerę Clerico , &c. , vt pro faciliori
,, indagatione annexionum, &c. ſingula Capitula ,
,, &c. in Romana Curia , & extra eam moneantur ,
,, &c. etiam per ędictum publicum, &c. citandi , &
,, inhibendi , conſtito de ſortito effectu Vnionum ,
,, &c. ac in pręmiſſis omnibus, & ſingulis , etiam
,, ſummarię, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, &
,, figura Iudicij, ſola veritate facti inſpecta , & alias
,, more Camerali procedendi, &c. Quibus omnibus,
,, &c. eorumq; totis tenoribus, &c. Dat. Romæ apud
,, S. Mariam Maiorem Idus Iunij anno primo.

Confirmatur ex hoc motu proprio annatarum quindenniorum aliaque iura Cameræ Apoſtolicæ, vt ſupra diximus, eſſe debita Sedi Apoſtolicæ in recognitionem vniuerſalis dominij, eorũq; vſus dicitur antiquiſſimus , quamuis vt ſupra oſtendi
antiquior eorum notitiam non excedit Ioannem
XXII. ſaltem hac forma , qua hodie exiguntur.
7 Vidi tamen apud Sigebertum quod tempore Cle-
ment. V. Epiſcopi Angliæ petierunt à Papa, vt ip-
ſis propter eorum exigentiam liceret ſemel tantũ
in proximis tunc futuris vacationibus exigere an-
natam, Pontifex exactioni annuit , ſed eam non
Epiſcopis, ſed ſibi tribuit.

Hieronymo tunc Cam. Apoſtolicæ Clerico Epiſco-
po Maceraten. Annatarum Iudici , &c. hic non ſo-
lum de tempore Pij V. , ſed etiam ſub Paulo IV.
erat Commiſſarius Annatarũ , ſed Subdelegatus ,
8 vt ex motu proprio eiuſdem Pauli IV. ſub 3. Sep-
tembris 1555. à Guidone Aſcanio Cardinale Ca-
merario : Deputabantur enim prius Commiſſa-
rij Annatarum cum omnimoda auctoritate con-
tra non ſoluentes annatas, & quindennia, qui sũ-
mariè de plano, & ſola veritate facti inſpecta pro-
cederent abſq; figura Iudicij : à Iulio III. deputati
fuerunt Commiſſarij Annatarum , & quindennio-
rum. Guido Aſcanius Card. Camerarius, & The-
ſaurarius generalis Cameræ , vt ex Breui ſub die
5. Ianuar. 1554. & ex alio motu proprio eiuſdem
Iulij III. ſub die 7. Aprilis 1554. in quo annatas ,
& quindennia in quorum exigendi poſſeſſione Of-
ficiales Rom. Curiæ non exiſtebant , ex præterito
9 dumtaxat applicat Cam. Apoſtolicæ , quam Con-
ſtitutionem confirmat Paulus IV. ſed Commiſſio-
nem auocat à Card. Camerario , ac Theſaurario ,
eamque tribuit Ioanni Baptiſtæ Cardinali, Sancti
Clementis, & Hyeronimo Epiſcopo Maceratenſi,
vt ex motu proprio eiuſdem ſub 16. Kal. Decem-
bris anno primo . Quos Iudices , ſiue Commiſſa-
rios Annatarum , idem Pontifex rurſus dimouit ,
& in eorum locũ ſubſtituit Ioannem Michaelem
Saracenum Cardinalem de Aracœli , & Fabium
Migranellum Card. Sancti Silueſtri, vt ex eius mo-
tu proprio ſub die 3. Septembris 1555. De inde
idem Pontifex executores ſententiarum, & decre-
torum per prædictos Cardin. Later. deputat Ar-
chiepiſcopum Ianuen. Theſaurarium , & Epiſco-
pum Reatin. Datarium , vt ex motu proprio ſub
die 1. Octobris 1555. Deinde idem Pontifex mã-
dat omnibus Collegijs, & locis pijs , quibus facta
eſt vnio , vt præſcripto tempore ſub pœna vaca-
tionis profiteri teneantur , quæ bona poſſident ad
effectum ſoluendi quindennia ; executores depu-
tat Hieronymum Epiſcopum Torcellanum The-
ſaurarium , & Franciſcum Gebennenſem Data-
rium ; vt ex ipſius motu proprio , quod data ca-
ret , quæ diſpoſitio fuit confirmata per Pium , &
Sixtum V. , ac Vrbanum VIII. , vt ex conſtitutio-
10 ne, quam dedimus, ex qua etiam habemus, quin-
dennia non ſolui pro vnionibus factis de Hoſpita-
li, ſiue Monaſterijs Monialium alicui Eccleſiæ, niſi
Monaſteria , & Hoſpitalia huiuſmodi de tempore
vnionis careant cura, & conuentu , nam cum illa
non ſoluant Annatam, neque etiam ſubiacent ſo-
lutioni quindenniorũ, aliud enim eſt , quod quin-
dennia ſoluantur pro beneficijs, quę vniuntur Mo-
naſterijs Monialiũ, & Hoſpitalibus, & aliud, quod
ſoluantur pro Monaſteriis Monialium , & Hoſpi-
talibus , quando vniuntur aliis Collegiis; priori
enim caſu Camera Apoſtolica, & Officiales Can-
cellariæ

cellariæ damnum paterentur, quia pro illis bene-
ficiis ſoluebatur Annata, quæ cum per vnionem
fuerit ſublata, æquum eſt, quod ſubintret quin-
dennium. Secũdo vero caſu pro Monaſterio habẽ-
te Conuentum, & Hoſpitali habente curam non
ſoluitur Annata, quia adminiſtratio eſt quid ma-
11 nuale, & omnes fructus sũt addicti Regularibus,
ſiue ægrotis. Quando verò adminiſtratio habet
particulares fructus ſeparatos à menſa ægrotorũ,
ſoluitur annata in prouiſione adminiſtratoris pro
rata fructuum adminiſtrationis: ſimiliter Mona-
ſteria Monialium, niſi ſit collatiuum, vt in Francia
non ſoluunt Annatam, vnde ſi vniantur alteri Ec-
cleſiæ, nec quidem ſoluũt quindennia, ſi habeant
conuentum, quia prius non ſoluebant Annatam,
eo quod nulla contingebat vacatio, ſi verò Mona-
ſterium huiuſmodi Conuẽtus, & Hoſpitale careat
cura, tunc redditur ad inſtar beneficii ſimplicis,
pro cuius ſolutione rectè exigitur quindennium,
12 licet pro ijs nunquam fuerit ſoluta Annata, nec
quidem fuiſſet, niſi ſubſecuta eſſet vnio. Vnde in
ſolutione quindennii, non ſolũ conſideratur dam-
num Cameræ Apoſtolicæ, & Officialium Cãcel-
lariæ ex iure de prꝙterito, ſed etiam vtile, ex Iure
de futuro, adeò vt quemadmodum ſoluitur anna-
ta pro beneficiis recenter fundatis, ſi fructus eorũ
24. ducatos excedant, ita etiam ſoluuntur quin-
13 dennia pro beneficiis annexis, & incorporatis, ſi
incorporentur plura, quorum ſingulum de per ſe
valorem 24. non excedit, omnia tamen ſimul iun-
cta dictam ſummam excedunt, vt expreſsè diſpo-
14 nitur in prꝙmiſſa conſtitutione Vrbani VIII. in
qua ſimiliter declaratur, quindennia deberi pro
vnione quorumcumq; beneficiorum in qualibet
Mundi parte exiſtentium.

Vt autem redeamus ad id, quod ſupra diximus
num. 2., quindennia deberi iuxta ſolutionem an-
natarum, videlicet, ſi beneficium quod vnitur ſit
taxatum illius quindennium deberi pro tertia par-
te Sacro Collegio, & pro duabus reliquis Cancel-
lariæ Officialibus; ſi verò beneficium vnitum ſit va-
loris totum quindennium deberi Officialibus
Cancellariæ, contingit aliquando quod in ipſa
vnione beneficia, quæ vniuntur, in valore plus ex-
primantur, quam de inde taxentur in Camera, &
propterea de tempore Pauli Quinti ſuper quibuſ-
dam vnionibus Elboren., & Portugalen. nata fuit
lis inter Officiales Cancellariæ, & Superiores Col-
legiorum, quibus facta fuerat vnio: expræſſa
enim erant beneficia vnita exempli cauſa 400., &
iuxta hunc valorem recipientes vnionem obliga-
runt ſe ad ſolutionem quindenniorum; Collegium
vero Cardinalium ex Conſtitutione Pauli Secun-
15 di, habet facultatem taxandi beneficia in Came-
ra Apoſtolica valorem annuum centum ducato-
rum excedentia, & in dictis Vnionibus Elboren.,
& Portugalen. Cardinales taxarunt beneficia vni-
ta longe minus, quam in vnione eſſent expræſſa:
Hinc officiales prætendebant exigere quindenniũ
iuxta valorem expræſſum, & obligationem per Su-
periores Collegiorum in Cancellaria factam, Su-
periores verò prætendebant ſoluere iuxta taxam
in libris Cameræ per Cardinales factam. Paulus
Quintus, ne fieret difformitas ſolutionum, & exa-
ctionum reſpectiuè, per Breue motu proprio ema-
natum ſub 3. Idus Iunij Anno XII. ordinauit Offi-
ciales Cancellariæ ſequi debere taxam Cardina-
lium, non obſtante obligatione per Superiores
Collegiorum in Cancellaria Apoſtolica, in actu
vnionis facta.

Quod autem vidimus ex ſupradicta Conſtitu-
tione Vrbani, reliquorum, & prꝙdeceſſorum quin-
dennia deberi ex vnione, quorumcumque benefi-
16 ciorum, qualitercumque nuncupatorum, non
debet intelligi de Legatis Pijs: Legatum enim
Pium, beneficium non eſt, latè *Garz. de benefic.
par.1. cap.2. num.61. Lara de Anniuerſarijs lib. pri-
mo cap.2. num.24.* Hinc contigit dubitari de Anno
1627. vt ſupra deductum in vna Seguntina, vbi
Ioannes de Aguilar Incola Oppidi de Molina le-
gauit Fratribus Carmelitis plura bona ſua, mul-
tis impoſitis, & adiectis oneribus; Fratres Lega-
tum oneroſum recuſarunt, executores teſtamen-
tarij in ſignatura gratiæ obtiunerunt commuta-
tionem voluntatis, in cuius expeditione ſollicita-
tor ſoluerat annatam; lapſo quindennio Dominus
Gaſpar Riualdus annatarum generalis ſubcolle-
ctor coram Reuerendiſſimo Domino Hyeronimo
Raimundo, Iudice annatarum petijt ſolutionem
quindennij; Capitulum vero Collegiatæ Eccleſiæ,
cui dictum Legatum cum oneribus à fratribus re-
cuſatis applicatum fuerat ſolutionem huiuſmodi
detractabant, & Me pro Capitulo ſcribente obti-
nuit ea ratione, quod Legatum Pium non eſt be-
neficium, neque iuribus Capituli fuit præiudica-
tum per expeditorem litterarum ſoluentem anna-
tam, quaſi ex ſolutione annatæ neceſſario ſequa-
tur ſolutio quindennij, nam licet verum ſit, quod
quindennium regulariter reguletur iuxta anna-
tam, tamen ſi annata fuerit indebitè ſoluta, ex in-
debita illa annatæ ſolutione, non deſertur aliquod
Ius annatiſtis ad exigendum quindennium, immò
17 ſi oſtendatur annatam non fuiſſe iuridicè exactã,
exactores tenentur ad illius reſtitutionem condi-
ctione indebiti, Neque ſolutio illa annatæ dici po-
teſt iuridicè facta, eo quod Pius Quintus Conſtit.
33. in Bullario nouo expræſſꝙ ſtatuat, quod etiam
pro Monaſterijs ſuppreſſis ſit ſoluendum quinden-
nium, quia in caſu iſto nullum poteſt dici Mona-
ſterium ſuppreſſum, quia nunquam fuit erectum
Monaſterium, vnde non potuit ſupprimi, & quan-
18 do Monaſterium ſupprimitur, ſupprimuntur etiã
onera *Garz. de benefic. par.12. cap.2. numer. 1. &
ſequentibus.* In commutatione verò voluntatis,
remanent onera, vel ſaltem ſubrogantur vna in
19 locum aliorum *Modern. de Commutat. volunt. cap.
1. in princip. Lara vbi ſupra lib. primo cap.14. nu-
mer.* 17. quod cum ſucceſſerit in caſu propoſito,
ceſſat prætenſio quindennij, aliàs enim onera iux-
ta gratiam commutationis non poſſent ſuppleri,
& Pius Quintus in Conſtitut. 38., quindennium
ſolui præcipit pro Monaſterijs vnitis exceden. an-
nuum valorem ducatorum 24. auri de Camera,
quæ Conſtitutio fuit per Sixtum Quintum confir-
mata: in caſu propoſito, cum vtilitas legati cor-
reſpondeat oneribus, & nulli ſuperſint fructus, eo
caſu non exigitur annata, ſiue quindennium
Galeſ. vbi ſuprà numer. 26. circa finem, verſic. præ-

ſertum;

ſertim, cum cauſa exactionis annatarum.

20 Subnectum hic votum Card. Farratini tunc Cãcellariæ Regentis in materia quindenniorũ, quod multum facit ad rem noſtram, illudque poſtea examinabimus.

„ In hac materia vnionum, & quindenniorum
„ ità mihi videtur diſtinguendum, quod quoad vnio-
„ nes, quæ fiunt ab Ordinarijs ex diſpoſitione Iuris
„ Communis nihil innouetur, nam ſicut in eorum
„ prouiſionibus non exigitur annata, ità ſimiliter in
„ eorum vnionibus non debetur quindennium, &
„ ità fuit perpetuo obſeruatum, quod hodie immu-
„ tari non poſſet, niſi cum maximo incommodo. Il-
„ lud tamen animaduertendum puto; quod cum
„ Ordinarij non poſſint niſi ex cauſa vniones facere,
„ quæ quidem cauſæ, licet plures ſint, ad duas ta-
„ men tantum reducuntur, videlicet ad cauſam ne-
„ ceſſitatis, & vtilitatis, ſicut experientia docet, &
„ pluries audiuimus in Signatura coram Sanctiſſi-
„ mo vniones per Ordinarios fieri omiſſis cauſis
„ prędictis, eaſque reſcindi, vnde non mirum, ſi fa-
„ cultas conceſſa à Iure Communi Ordinarijs, quæ
„ continetur in decreto; ſicut vnire eſt poſitum ſub
„ tit. de exceſſ. prælat., quod non alia ratione factũ
„ puto, niſi quia frequentiſſimè in prædictis vnioni-
„ bus excedunt, quo caſu non eſt cogitandum de
„ quindennio, ſed de reſtitutione fructuum.
„ Quo ad vniones vero, quæ vigore decretorum
„ Concil. Tridentini per Ordinarium fiunt, aliter
„ ſentirem, nam in quatuor Capitibus de facultate
„ vniendi Ordinarijs conceſſa in volumine Concilij
„ prædicti fit mentio. Primò ſeſſ. 21. cap. 5. de refor-
„ matione; Incipit, Vt etiam Eccleſiarum vbi vni-
„ uerſaliter datur facultas omnia beneficia cuiusvis
„ generis ſint etiam, ſi eo tempore quo vniuntur
„ non vacent, dummodo ſine præiudicio obtinen-
„ tium, quæ omnia eis conceduntur tanquam Sedis
„ Apoſtolicæ delegatis, etiam ſi beneficia prædicta
„ ſint affecta, vel alias reſeruata, quo caſu delegatus
„ debet præſeruare iura delegantis, & eius Stylum
„ in omnibus ſequi, & obſeruare tenetur, nam Con-
„ cilium licet huiuſmodi facultates Ordinarijs con-
„ ceſſerit, noluit tamen adimere iura Sedi Apoſtoli-
„ cæ, aut in aliquo ei præiudicare, & eum ſolutiones
„ annatarum non ſubſtulerit, præcisè credendum
„ eſt, quod voluerit illas firmas remanere, ſicuti vi-
„ demus in ſimili, quod vbi voluit ſupprimere iura
„ Sedis Apoſtolicæ, hoc expreſsè fuit dictum, vt in
„ *c. ſi quis 24. de matrim.*, vbi in diſpenſationibus in
„ gradu prohibito, in caſibus ibi expreſſis, gratis
„ voluit expediri, & ſic prohibuit compoſitiones;
„ prætereà vidimus, quod licet examen ad eum
„ ſpectat, qui beneficium debet conſerre, voluit ta-
„ men Concilium, examen fieri debere pro Paro-
„ chialibus in partibus præſeruando tamen colla-
„ tionem ſuo Collatori, quare vbicumq; Ordinarius
„ vtitur hac facultate ſibi à Concilio conceſſa, cre-
„ derem, quindennium legitime per Sedem Apoſto-
„ licam exigi poſſe. Alia eſt facultas eiſdem Ordi-
„ narijs per Conc. conceſſa in c. 13. ſeſſ. 24. quod in-
„ cipit, Quoniam plerąque, vbi datur facultas eiſ-
„ dem Ordinarijs vniendi beneficia Parochialibus,
„ & hoc caſu crederem quindennium non deberi,
„ nam cum ex huiuſmodi vnionibus fructus Paro-
„ chialium augeantur, & vbi prouiſio ſpectet ad
„ Sedem Apoſtolicam exprimantur fructus cum ta-
„ li augumento, & annexorum in hoc non video,
„ quod fiat præiudicium aliquod Sedi Apoſtolicæ,
„ cum ſoluatur annata etiam pro fructibus annexis;
„ tertio loco datur facultas vniendi, vt in cap. 15.,
„ quod incipit in Eccleſijs, ſeſſ. 24. vbi præbendæ te-
„ nues ſunt, & quia in prædicto caſu ceſſat ratio ſu-
„ perius expreſſa, cum fructus vniti ferè ſemper cõ-
„ uertantur in diſtributiones quotidianas, & in col-
„ latione canonicatuum, aliarumq; præbendarum
„ fructus non augentur, cumq; etiam hoc caſu Or-
„ dinarij vtantur facultate vniendi, etiam ſi benefi-
„ cia non vacent, ſine præiudicio obtinentium, licet
„ hoc expreſſum in tali decreto non reperiatur, ni-
„ hilominus Congreg. Eminentiſſimorum Cardi-
„ nalium ſuper Concilio declarauit, tales vniones
„ eſſe validas, & ita vidi obſeruari in quadam vnio-
„ ne facta per Epiſcopum Amerinum, quæ etiam
„ fuit à Rota approbata, quo caſu poſſent, & quan-
„ doque compertum fuit beneficia affecta, & reſer-
„ uata vniri, cum ſupradictis rationibus, putarem
„ ſimiliter quindenniũ deberi. Quartò Vniones fieri
„ poſſunt à prædictis Ordinarijs Clericorum Semi-
„ narijs. vt habetur in c. ſicut adoleſcentum, ſeſſ. 23.
„ vbi ſimiliter datur facultas diſponendi de benefi-
„ cijs reſeruatis, & affectis ante eorum vacationẽ;
„ Et cum ſupradictæ Vniones ſint multum damno-
„ ſæ Sedi Apoſtolicæ, quia Seminaria nunquã con-
„ ſeruntur crederem cum aliquo moderamine quin-
„ dennia exigi poſſe.

Hactenus Ferratinus tunc Cancellarię Apoſtolicæ Regens, cuius ratio in primo capite excludens quindennij ſolutionem in vnione, quam facit Ordinarius auctoritate Ordinaria, nẽpe quindennium non deberi eo, quod in prouiſione Ordinarij non ſoluatur annata, non eſt bona, nam vt ſupra vidimus quindennium etiam aliquando debetur, vbi ante non fuit ſoluta annata. Quamuis hoc caſu dici poſſet eſſe debitam annatam, quam non metimur ex qualitate collatoris, ſed ex qualitate beneficij, vt videlicet illud ſit eius valoris, quod ſpectante collatione ad Papam, annata ſit ſoluenda, quamuis ſi vacatio contingat in menſe Ordinarij, annata non ſoluitur, nam hoc eſt per accidens poteſt enim contingere vacatio in mẽſe reſeruato, & tũc ſoluetur annata, propter quod eſt debitum quindennium, aliàs enim Camera Apoſtolica, & Cancellaria pateretur damnum ex eo quod vnio per Ordinarium facta operaretur, quod nunquam rediret vacatio huius beneficii ad Cancellariam, quod eſt præcipua cauſa quinden-
21 nii. *Rot. apud Seraph. deciſ.* 1410., quod tam reſultat ex vnione facta per Ordinarium auctoritate Ordinaria, quã auctoritate delegata, & propterea diſtinctio illa, quam affert Farratinus, non diuerſificat Ius Cancellariæ, & Cameræ Apoſtolicæ.

Secundo notandum, quod Farratinus dicit in diſpenſationibus matrimonialibus in gradibus prohibitis, Concilium vetare, & tollere compoſitiones, nam hoc verum non eſt, licet enim ſtatuat raro diſpenſationes matrimoniales concedendas eſſe, eaſque gratis; non tamen ſpecificam facit mẽtionem de compoſitione aut annata, & diuer-

ſa eſt

ſa eſt lex affirmatiuè concepta concedantur gratis à lege concepta negatiuè non exigatur compoſitio, ſiue taxa, quod indicare hic obiter volui rem totam explicaturus, vbi agemus de diſpenſationibus matrimonialibus.

21 Tertiò notandum, quod in vnione facta Eccleſiæ Parochiali non debetur quindennium, quia augentur fructus, prò quibus ſoluitur annata adueniente vacatione, vnde ſi etiam ſolueretur quindennium imponeretur vnis, & eiſdem fructibus duplex onus, cum tamen vnum iſtorum tantum ſoluendum ſit, annata nempe, vel quindennium, annata in vacatione, & quindennium vbi vacatio ſuit ſublata per vnionem, eadem eſt ratio in vnione facta Canonicatui, ſiue dignitati, modo detur vacatio.

Quartò notandum, quod dicit Farratinus ſe credere, quod in Vnionibus factis Seminariis
23 quindennium cum aliquo moderamine exigi poſſit, quaſi verò hoc aliquod admitteret dubium, cum idipſum ſtatuant Conſtitutiones Pij, & Sixti V., vt ex præmiſſa Conſtitutione Vrbani, & nulla prorſus eſt differentia inter vnionem factam Seminario, ac vnionem factam Monaſterio, quoad damnū, quod reſultat Cancellariæ, vnde neſcio excogitare, quod moderamē hic requirat Farratinus.

Concludendum igitur quindennia deberi ex quibuſuis vnionibus quibuſcumque locis pijs, & quocumque tempore factis, etiam quando vna cum fructibus vniuntur diſtributiones quotidianæ, quia tunc ſoluitur quindennium etiam pro illis diſtributionibus, etiam ſi non ſoluatur annata *Monet. de diſtribut. quotid. par. 3. quæſt. 9. num. 32.* ex Conſtit. Pij V., licet enim Paulus II. quindenniorum moderator ea ſoluenda ſtatuerit pro vnionibus factis poſt Martinum V. Paulus tamen IV.
24 ſtatuit ſoluenda eſſe quindennia etiam pro vnionibus factis ante Martinum V., vt notat *Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 7. verſ. 6. quæritur*, vbi ſubdit quindenniorum exactionem nō eſſe ſimoniacam,
25 quod facilè perſuadetur ex deductis in §. præcedenti pro annata; Illud non omittendum, quod Azorius eſt parum informatus de ſtylo Cancella-
26 riæ, cum addit Officiales quandoq; excedere in exactione, tam annatarum, quam quindenniorū, quia hoc omnino eſt falſum, immo impoſſibile, annata enim quindenniumve ſoluitur nō vni perſonæ, nec vni generi perſonarum, ſed in pluribus officijs, vt ſupra oſtendimus, & ſinguli recipiunt ſuam ratam, quam annotant in bulla, quæ ſubſcriptio, & annotatio non poteſt eſſe erronea, & quatenus aliquis Officialium erraret, error hic poteſt quandocumque corrigi, vt ſubducto computo, ſoluatur illa taxa, quæ competit illi officio. Illud quidem non negauerim annatarum ſubcollectorem, aliquando eſſe nimis rigoroſum, vt Vicarius ſi incidat caſus, in quo diſputetur vtrum annata debita ſit nec nè, affirmatiuam pertinacius tueatur, vbi meo quidem iudicio, quando poſſit dari probabilis excuſatio à ſolutione annatæ, ea ſemper debeat admitti, quandoquidem totum hoc Ius exigendi, licet radicem habeat iuris; de facto tamen pendet ob obedientia ſoluentium, qui non ſunt per cauillum moleſtandi.

Nunc quia ſupra promiſi diſputare vtrum Papa poſſit committere ſimoniam receptum perſoluo.

SVMMARIVM:

Simoniam poteſt incurrere Papa, 1.
Papa quomodo ſit Dominus beneficiorum, 2. & 7.
Abb. diſtinctio circa ſimoniam refellitur, 3.
Simoniæ omnis originem habet ex iure diuino, 4.
Clericus prima tonſuræ dicitur perſona Eccleſiaſtica, & habet characterem indelebilem, 5.
Spirituale duplici modo annectitur temporali, 6.
Papa non poteſt conferre beneficia ſibi ipſi, 8.
Simoniam quomodo Papa contrahat, 9.
Henrici Caniſij error circa Simoniam, 10.

QVÆSTIO XIX.

Vtrum Papa committat Simoniam.

PApam poſſe incurrere peccatū Simoniæ apertè docet *S. Thomas 2. 2. q. 100. art. 1. ad 7: bis verbis.*
1 *Dicendum, quod Papa poteſt incurrere vitium Simoniæ, ſicut quilibet alius homo, peccatum enim tanto in aliqua perſona eſt grauius, quanto maiorem obtinet locum, quamvis enim res Eccleſię ſint eius, vt principalis diſpenſatoris, non tamen ſunt eius, vt domini, & poſſeſſoris, &c.*

Caietanus in hunc locum ex eodem quoq; fundamento inquit, quod Papa non eſt dominus, ſed diſpenſator, ergo ſequitur, quod de plenitudine poteſtatis nō poſſit dare ad libitum beneficia Eccleſiaſtica cui voluerit, ſed tenētur fideliter diſpēſare, vt recta ratio ſuadet iuxta illud, hic iam quęritur inter diſpenſatores. vt fidelis quis inueniatur;
2 hæc ille: in quo articulo Theologi valdè diſſentiunt à Canoniſtis, qui dicūt Papam poſſe mutare quadrata rotundis, eumque eſſe Dominum beneficiorum, & poſſe ad libitum ſuum de ijs diſponere, niſi velimus concordare opiniones, vt Theologorum procedat in foro conſcientiæ, Canoniſtarum vero in foro fori, quia vera eſt concluſio, quod ſupremo capiti nemo poteſt dicere quare ita facis.

Sed redeamus ad noſtram principalem quæſtionem, & Caietanum, qui tractatu 9. fusè eam explicat, recēſens plures opiniones; Prima eſt eorum, qui putant ſimoniam in beneficijs vniuerſis tantū prohibitam eſſe iure poſitiuo, ac propterea Papam quippe qui ſit ſupra Ius poſitiuum peccatum ſimoniæ vendendo beneficia Eccleſiaſtica nō incurrere, & hæc eſt opinio Canoniſtarum; Secunda opinio eſt Theologorū affirmantium ſimoniam in omnibus beneficijs Eccleſiaſticis prohibitam eſſe iure diuino, & proinde Papam, vt pote qui ſubiacet iuri diuino vendendo beneficia Eccleſiaſtica ſimoniam incurrere, ratio huius opinionis affertur à S. Tho 2. 2. quæſt. 100. art. 4. quia ſcilicet beneficia Eccleſiaſtica non poſſunt eſſe ſine ſpiritualibus antecedētibus, & ipſa cauſantibus, quia beneficium datur propter officium, ex quo ſequitur vt venditis præbendis, etiam ſpiritualia illis indiuiſè annexa venditioni ſubijciantur. Me-

dia ſententia eorum eſt, qui dicunt ſimoniam in
quibuſdam beneficijs committi,in quibuſdam nõ
committi,quia videlicet prohibitio priorum pro-
ueniat è iure diuino; prohibitio verò aliorum è
iure humano, Venditionem beneficiorum haben-
tium adminiſtrationem ordinis, vel executionem
clauium,aiunt prohiberi de Iure diuino,at eã non
habentium de Iure humano, cuiuſmodi ſunt ad-
miniſtrationes hoſpitalium, &c., & conſequenter
Papam in illis ſimoniacè peccare, in his autem
non; hanc opinionem tuetur *Abb. in c.1 de ſimon.*

His ſententijs in medium allatis Caietanus in
beneficijs conſiderat duo,clericatum nempe,& ti-
tulum præbendæ; clericatum eſſe de Iure diuino,
ex eo apparet, quod clericatus eſt addictio mini-
ſterio diuino, & ſacrificijs, & quidẽ docet S.Tho.
d.2.2.quæſt.100.art.4. officium clericale eſſe ſpi-
rituale, & à Deo, Ideoq; beneficium Eccleſiaſti-
cum ſpirituali annexum cẽſeri, quamquam enim
modus faciendi clericos ex Eccleſiæ inſtitutione
extiterit, clarum tamen eſt ſpiritualium aucto-
rem eſſe Deum.

3 Ex his intelligitur diſtinctionem Abbatis de
ſimonia oriente ex præcepto diuino, & oriente ex
præcepto humano nõ ſubſiſtere,ſed omnem ſimo-
niam originem trahere ex iure diuino ratione cle-
ricatus à Panormitano non conſiderati, quod lo-
4 cum habet etiam in clerico primæ tonſuræ apto
ad obtinendum beneficia ſimplicia, qui dicitur
perſona Eccleſiaſtica, & habet characterem ſpi-
ritualem indelebilem, *c.cum contingat*, & ibi *Doct.*
de ætat.& qualit. c.Cleros.& ibi *Præpoſ.*& alij com-
muniter 20.*diſtinct. Abb.in c.1.num.6.de vit.& ho-
neſt.Cleric. Felin.in c.ſicut pro certo num.2. de ſimon.
Gemin.in c. Clericos*, & ibidẽ latiſſimè *Præpoſ.nu.4.
diſtinct.21.Gabr.conſ.18. num.3. lib. 2.* cum alijs
5 per *Garz.de benef.par.2.cap.1.num.2.& ſeqq. Rot.
deciſ.721.num.5.& 6 par. 1. diuerſ.* Et licet ordi-
nes maiores ſolummodo dicantur ſacri, quia mi-
niſterio Altaris, & ſacrificij adhibentur, non inde
reſultat, quo minus ordines minores habeant ſpi-
ritualem,& indelebilem characterem, & proinde
venditio cuiuſcumq; beneficij Eccleſiaſtici quan-
tumvis ſimplicis,erit vetita de iure diuino, ratione
ſpiritualis adiuncti; quia beneficium Eccleſiaſti-
cum neceſſario comprehendit clericatum, & ra-
tione huius annexionis beneficium redditur inuẽ-
dibile ſine incurſu ſimoniacæ labis, *cap.1. c.non ſa-
tis 8.diſtinct.c.cum in Eccleſiis 9. diſtinct.* & per to-
tum extra de ſimonia.

Vt igitur rem dilucidius explicemus, quod atti-
net ad titulum beneficij,ſiue vt loquuntur D.Tho-
mas,& Caietanus præbendæ, notandum, præben-
dæ nomine, duo ſignificari, ſtipendium videlicet
clericale,& certam determinationem talis ſtipen-
dij ſecundum quantitatem, v. g. mille ducatorum
ſecundum tempus puta annuum, ſecundum locũ,
puta ex fructibus talis agri. Quod attinet ad ius
ſtipendij, ſine dubio eſt ex diuino iure, & ſpiritua-
le, nam qui diuinis miniſterijs addictus eſt, Ius ha-
bet à Deo, vt ſubſtentetur à Populo, pro quo Deo
miniſtrat iuxta illud, qui Altari deſeruiunt, de Al-
tari participant 1 *Cor. 9.* ſtipendium ipſum non
videtur aliud quiddam à Iure ſtipendij, ſaltem di-
uiſibile, ſed vnum idem à Deo quidem indetermi-
natè ordinatum, ſi materiæ ratio habeatur; ab Ec-
cleſia verò poſtea determinatum. Igitur cum res
ſpiritualis, non poſſit eſſe materia venditionis, &
omnes Ius clericale, tam ratione ſtipendij inde-
terminatè ſumpti, quam talis, ac tanti ſtipendij
ſpirituale ſit, ſequitur neceſſario, vt ius præbendæ
venale non ſit & is, qui illud vendit ſimoniæ la-
bem incurrat.

Non obſit obiectum; falſam, nempe eſſe con-
cluſionem, quod omnis annexio ſpiritualis faciat
rem inuendibilem, vt videmus in calice conſecra-
to, qui tamen vendi poteſt: nam huic obiecto oc-
6 currit *D.Thom. loc. alleg.* diſtinguendo de conne-
xione rei ſpiritualis cum temporali, aliquando
enim temporale ſe habet ad ſpirituale, vt ad con-
ſequens, ita vt temporale ordinetur ad ſpirituale
aliquod exercitium, & in his connexum poteſt
vendi ratione temporalis, vt patet in calice: altero
modo, vt cum temporale ſe habet ad ſpirituale,
vt ad præcedens, ita vt temporale oriatur, & con-
ſeruetur ex ſpirituali, & in his annexum nõ poteſt
vendi ratione temporalis; tale autem eſt benefi-
cium Eccleſiaſticum, quoniam ex clericatus gra-
du, quo addictus quis eſt miniſterijs diuinis, ius in-
naſcitur præbendæ, quo ſtante præbendæ ſtipen-
dium Iure diuino, naturalique debetur, cui Papa
contrauenire non poteſt.

Non obſtat ſecundo, ſi dicatur Papam eſſe ab-
ſolutum Dominum beneficiorum,& poſſe benefi-
cia ſupprimere, ergo etiam & vendere; Reſpon-
detur enim ad primum membrum obiecti, cõclu-
ſionem illam Papa eſt Dominus abſolutus benefi-
ciorum (quam ita Indefinitè proferunt *Æneas de*
7 *Falcon.de reſeruat.prælud.2.n.2.Pariſ.de reſig lib.2.
quæſt.4. num.4.*, & alij relati per *Gonzal.ad reg.8.
§.1.proem.num.33.& ſeqq.* quorum aliqui dicunt
Papam quo ad beneficia eſſe Deum in terris) in-
digere interpretatione, vt videlicet dominium il-
lud intelligatur, quoad abſolutam adminiſtratio-
nem, vt poſt *D.Thomam loco prox. alleg.ſupra nu.2.
Sot.de Iuſt.,& Iur. lib.3.quæſt 6. art. 2. Abb.in c.
conſtitutus num. 13. de relig. domib.* notat *D.Lotter.
de re benef.quæſt.4.num.57.*& pulchrè *D.Bernardus
lib 3.de conſid.* ad Eugenium; *Tu hæres*, inquit, *&
Orbis hæreditas. At quatenus hæc portio te contingit
id ſobria cõſideratione penſandum, non enim per om-
nem reor modum, ſed ſanè quadam tenus, vt mihi vi-
detur diſpenſatio, tibi ſuper illum credita eſt non data
poſſeſſio*; Hæc Bernardus.

Hinc licet Auctores ſupra allegatos loquentes
de dominio interpretari quoad diſtributionem,
nam iidem affirmant Papam licet ſit Dominus,
8 non poſſe beneficia ſibi conferre, cui nõ officit di-
ctum *Acebedi lib.2.tit.14.num.10.* Papam quo ad
beneficialia cenſeri Deum in terris, quia Deus
Opt.Max. eſt omnium bonorum diſtributor, quo-
rum nihil retinet pro ſe, quia iis non indiget.

Reſpondetur ad 2. membrum obiecti; Ex eo
quod Papa poſſit ſupprimere beneficium, nõ ſequi
quod illud poſſit vendere, nam vt ſupra vidimus,
cum de ſuppreſſione ageremus per ſuppreſſionem
beneficium reducitur ad non eſſe, & ſic remanet
mera temporalitas nulli ſpiritualitati adiuncta,

beneficium

beneficium autem, vt mox vidimus, quatenus beneficium ſpirituale eſt, & ideò vendi non poteſt ex ſupra deductis, & propterea Papa vendendo
9 beneficium, incurrit peccatum ſimoniæ, quod ità interpretandum eſt, vt Papa vendens beneficium contrahat labem, & malitiam peccati ſimoniaci, non autem, quod illi ſimonia opponi poſſit, quia ſuprema Sedes à nemine iudicatur, cuius auctoritas, non ab homine, ſed à Deo eſt, *cap. nouit, de Iudic.*

Verum iſta non applicantur taxæ annatæ, ſiue quindennio, vt ſupra *§.2. 3.* & 4. huius capitis oſtendi, nam venditio eſt contractus alicuius rei particularis; in iis autem Papa procedit per viam legis vniuerſalis inductæ ad ſubueniendum non perſonæ propriæ, ſed neceſſitatibus Sedis Apoſtolicæ, & pro ea laborantibus, & merentibus, & ſanè ridiculum eſſet, quod particularis Eccleſia poſſet diſponere de prouentibus Eccleſiaſticis ad ſe ſpectantibus demendo ex præbendis ſtipendia pro benemeritis, *cap. ad Apoſtolicam* 42 *extra de ſimon.* Et Papa Caput Eccleſiæ vniuerſalis, non poſſet hòc idem ſtatuere ſuper beneficiis in vniuerſum.

Pro coronide adiiciam hic errorem Hẽrici Caniſii in *Summa lib. 3 tit. 14 in fine*, vbi dicit ſimoniã
10 non committi, ſi aliquid detur pro beneficio modo non fiat proſpectu, ſiue intentione emendi, ſeu vendendi; quam opinionem dico erroneam, nam poterit excuſari omnis ſimonia, quantumvis turpiſſima, eo quia non accipio pecunia tradens beneficium, vt illud vendam, ſed quia indigeo ea pecunia, & ſimiliter emens poterit dicere non præbeo pecuniam recipiens beneficium, vt illud emã, ſed vt neceſſitati venditionis ſubueniam, quod maximum eſt abſurdum.

S V M M A R I V M.

Prouiſi à Cardinalibus Ordinarijs, tenentur expedire nouam prouiſionem, 1.
Collator, qui poteſt conferre iure ordinario, & iure indulti, cenſetur contuliſſe iure Ordinario, 2.
Cardinales Ordinarij indigent indulto de cõferendo, etiam ſi ſint excepti à regula, 3.
Alternatiua per Epiſcopum acceptata ille non poteſt redire ad quatuor menſes, 5.
Alternatiua eſt remotio obſtaculi, 4.
Decretum petendi nouam prouiſionem afficit tam Ordinarios, quam inferiores Collectores, 6.
Decretum de petendo nouam prouiſionem eſt appoſitum ad fauorem Cam. Apoſt. 7.
Obſeruantia, & conſuetudo eſt optima conſtitutionum interpres, 8.
Indultum de conferendo non reſpicit commodum prouiſi ſed collationis, 9.
Indultum de conferendo in ſingulis menſibus eſt quaſi contractus, 10.

QVÆSTIO XX.

Vtrum prouiſi à Cardinalibus Ordinarijs teneantur petere nouam prouiſionem ac ſoluere annatam, & taxas.

COntingit vacatio Parochialis Fauentinæ Diœceſis de Menſe reſeruato. Cardinalis loci Ordinarius dictam Parochialem contulit A. tam iure Ordinario, quam vigore indulti, quod expræſſe mandat huiuſmodi prouiſos intra duos Menſes teneri petere nouam prouiſionem à Sede Apoſtolica; prouiſus non petijt nouam prouiſionem intra præſcriptum tempus, quapropter dictam Parochialem certo modo vacantem, impetrauit à Sede Apoſtolica B. quærebatur, an impetratio eſſet bona, & deſuper Conſulti Domini Maſcambrunus, & Mercuda reſponderunt impetrationem non ſubſiſtere, ea ratione, quod indultum nihil aliud ſit quam remotio obſtaculi, Cardinales autem nullum habere obſtaculum conferendi in ſingulis menſibus, eo quod ipſi in regula 8. reſeruatoria menſium excipiantur; ego verò contrariam amplectebar ſententiam, nempe prouiſos à Cardinalibus Ordinarijs teneri expedire nouam prouiſionem, quia indultum, quod
1 Cardd. conceditur, ità diſponit clariſſimis verbis, vt interpretationem non admittant, *Gonzal. gloſſ. 15. num.* 109. *&* 110., & beneficium non vacat vt prius, ſed propter non expeditionem inducitur noua vacatio, *ibid. num.* 110.

Neque obſtare videtur, quod Card. Collator contulerit, tàm Iuriſdictione Ordinaria, quàm vigore indulti, eumque, vt diximus, indulto non indigere, cum in Regula reſeruatoria 8. Menſium Cardinales expræſſe excipiantur, & cum indultum de conferendo non ſit niſi remotio obſtaculi, nullumque poſſit conſiderari obſtaculum in Cardinale, etiam ante indultum, vt pote in regula reſeruatoria excepto; ſequitur, quod col-
2 latio facta cenſeatur iure ordinario, *Gonzal. gloſſ. 24. num.* 68. Rot. in Ferrarien Canonicatus 26. Aprilis 1624. coram Remboldo, & ſic non erit locus decreto indulti, quo Cardinalis non indiget.

Nam reſpondetur immo Cardinalem indigere indulto de conferendo, licet Regula Cancel-
3 lariæ excipiatur, nam regula illa reſpicit indultum præcedens Cardinalibus conceſſum, cui per hanc regulam poſſet cenſeri derogatum, niſi fieret in limine Pontificatus huiuſmodi generalis exceptio, vel certè indulta deberent per aliam regulam, ſiue Conſtitutionem confirmari, & reualidari, & niſi demus hanc interpretationem indulto, & regulæ, ſequeretur indulta Cardd. de conferendo eſſe ſuperflua, & inutilia, quod dicendum non eſt, vt in puncto arguit *Gonzalez gloſ. 24. numer.* 23.

Poſito itaque, quod Cardinales indigeant indulto, non dubium, eſſe locum decreto indulto appoſito, quod licet non ſit niſi remotio obſtaculi, remotio tamen illa conceditur cum illo de-

creto,

creto, quod inficit titulum, & poſſeſſionem, Rot.
in Vlixbonen. Beneficij 19. Decembris 1619. co-
ram Vbaldo.

Et ceſſare videtur omnis difficultas ex eo, quod
Card. Collector indultum acceptauit, vt ex teno-
re collationis, quod cenſetur acceptatum cum
ſuis clauſulis, & ab eo poſt acceptationem, non
poteſt ad libitum ſuum recedere, vt dicimus in
4 gratia alternatiua, quæ ſimiliter nihil aliud eſt,
quam remotio obſtaculi, & tamen ea acceptata,
5 non eſt locus regreſſui ad quatuor menſes, Rot. in
Paduana Prioratus 18. Maij 1611. coram D. Pi-
rouano, & in Papien. Beneficij 10. Aprilis 1617.
coram Andrea.

Et niſi ita dicamus, ſequeretur magnum abſur-
dum, ex eo, quod decreto de petendo nouam pro-
uiſionem vix vnquam eſſet locus; Et ſi dicatur lo-
cum ei fore in Collatione Cardinalis non Ordina-
rij Collatoris, reſpondetur (quicquid eſſet dicen-
dum de hac quæſtione, vtrum nempe reg. 8. com-
præhendat Cardinales, tam ordinarios, quam ex-
traordinarios Collatores) hoc certum eſſe, indul-
to conferendi conceſſo Cardinali Collatori Ordi-
nario apponi decretum de petenda noua proui-
6 ſione. Si replicetur Decreto locum fore in col-
latione affecti, reſpondeo Decretum loqui gene-
raliter, vnde de omni vacatione debet intelligi, &
interpretatio facienda eſt de ea vacatione, quæ
frequentior eſt, non autem de ea, quæ rarius con-
7 tingit, cum ſit appoſitum ad fauorem Cameræ
Apoſtolicæ, ne videlicet priuetur annatis, & taxa,
Gonzal. d. gloſ. 17. nu. 109. & lex aliquid diſponens
debet interpretari de eo quod ſæpius, non quod
raro accidit, *l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur.*

Demum ità inualuit conſuetudo, qua vide-
mus effectum quod prouiſi à bo. mem. Card. Bo-
romeo, & alijs ſuperſtitibus Card. Ordinarijs Col-
latoribus, indulta etiam ampliſſima habentibus,
petunt nouam prouiſionem, quæ conſuetudo, &
8 obſeruantia eſt optima Conſtitutionum Inter-
pres, *l. ſi de interpretatione, ff. de leg. vbi Doct. Aym.
conſil. 205. num. 11. & 12. Caſtr. conſ. 347. in fin.
lib. 1. & conſil. 118. num. 7.*, &. huic obſeruantiæ,
& conſuetudini etiam acquieſcebat Domin. Me-
renda.

Confirmantur prædicta, quia regula Cancella-
riæ non excipit Cardinales, niſi in reſeruatione
Menſis, vnde indultum quo ad affecta, & digni-
tates (quod tamen nemini, vel certo rariſſimè
conceditur) eſt practicandum cum ſua qualitate
de expediendo nouam prouiſionem, & ratione
huius partis indultum acceptatur in totum, à qua
acceptatione non poteſt recedere ſine conſenſu
Papæ tacito, vel expreſſo, vt in allegatis Padua-
na, & Papien., adeò vt indultum de conferendo,
& gratia alternatiuæ re vera non ſunt ſimplices
remotiones obſtaculorum, ſed tranſeunt in vim
contractus, nō ſolum, quo ad prouiſum, ſed etiam
quo ad Collatorem, vt dixit Rota in ſupradicta
Papien. Beneficij coram Andrea, quod quo ad
9 prouiſum nullam poteſt habere difficultatem,
quia indultum de conferendo, vt ex vi verbi li-
quet, non reſpicit commodum prouiſi, ſed colla-
toris, *argumento l. ſi ſponſus, §. ſi quis rogatus, ff.
de donat. inter vir. & vxor.* Quemadmodum itaq;
Papa in gratia alternatiuæ concedit Epiſcopo
quatuor ex Menſibus reſeruatis, & ipſe recipit
duos ex Ordinarijs, ita in indulto de conferen-
do Papa concedit Cardinali excepto in regula 8.,
10 quod poteſt conferre etiam affecta, hoc tamen
pacto, quod ſemper conferat in vim indulti, quod
Collatori in nihilo obeſt, & prouiſus expediat
nouam prouiſionem.

Hinc nihil operatur clauſula collationi appoſi-
ta, tam vigore indulti, quam iure collationis or-
dinariæ, quia illa vel eſt ſuperflua, vel debet in-
terpretari modaliter, videlicet confero vigore in-
dulti, quia Ordinarius, ex quo indultum mihi con-
ceſſum eſt tanquam Ordinario, quæ interpretatio
comprobatur, quia Cardinales indultarij vtuntur
iiſdem clauſulis in Menſibus Ordinarijs, & non
reſeruatis.

Poſtremo confirmatur hæc opinio, ex quo eam
tuentur *Gonzal. dict. gloſ. 15. num. 110. Germon. de
indult. Cardin. in princip. Maſſobr. cap. 4. num. 13.*
pro contraria verò opinione nullus omnino, qui
eam tueatur eſt, vel vnus Auctor.

Quibus non obſtat vulgata illa concluſio, quod
Ordinarius cenſetur potius feciſſe actum Iuriſdi-
ctione ordinaria, quam delegata, de qua per
Greg. deciſ. 325. num. 24., quia debet interpræ-
tari de priuilegio communi, non autem particu-
lari, vt videlicet quando Concil. Trident. præbet
omnibus Ordinarijs facultatem procedendi tan-
quam Delegatis Sedis Apoſtolicæ, hoc caſu Or-
dinarius non cenſetur procedere iuriſdictione de-
legata, ſed Ordinaria, ſecus verò quando concer-
nit priuilegium ſpeciale conceſſum illi perſonæ,
cum aliqua qualitate expræſſa per eum accepta-
ta. totum hoc colligitur ex tenore, & forma in-
dulti, quod concedit Cardinali Collatori Ordina-
rio non ſolum facultatem conferendi affecta, ſed
etiam reſeruata; quod ſi Pontifex voluiſſet indul-
tarium, vti poſſe exceptione regulæ, & iure Ordi-
nario fruſtra illi indulgeret collationem reſerua-
torum, ſed Pontifex vtrumque expreſſit, vt vide-
licet vtroque caſu conferat iure indulti, alias enim
ſatis fuiſſet exprimere affecta, nulla habita men-
tione reſeruatorum, ſi ea conferre debebat iure
Ordinario, & ſtylus eſt; quod in indulto expri-
mantur reſeruata, & affecta pari modo, nec vnum
ſine altero concedatur, etiam ſi vnum tantum
petatur.

SVMMARIVM.

Commutatio Iudicis habet locum in Iudice delegato, 1.
*Iudex Ordinarius, & delegatus, quomodo allegetur ſu-
ſpectus, 2.*
Suſpectum allegare Iudicem idem eſt ac appellare, 3.
*Executionem litterarum raro Dataria committit alteri,
quam Ordinario, 4.*
Formula commutationis voluntatis, 5.
*Transferria prior gratia in ſecunda eſt vtilis, & neceſſa-
ria, 6.*
*Commutatio Iudicis non datur quando Iudicium eſt cœ-
ptum, 7.*

Auocatio

Auocatio cauſa non eſt neceſſaria vbi iudicium non eſt cæptum, 8.
Commutationis Iudicis cauſæ debent eſſe iuſtæ, 9.
Decreto Concilij de committendo nullitatem profeſſionis extra locum emiſſionis difficillimè Papa derogat, 10.
Iudice mortuo non fit commutatio, ſed ſubrogatio, ſiue ſuffectio, 11.
Data commutationis Iudicis recipit vires à prima Signatura, 12.

CAPVT XIX.

De commutatione Iudicis.

VT in principio Operis diximus nobis non eſt
ſolummodo negotium circa gratias benefi-
ciales, ſed circa quaſcumque aliàs, cum omnes
compræhendat, & expediat Dataria; de cuius
ſtylo tractamus. De commutatione igitur Iudi-
cis hic pauca afferemus, cum illa etiam inter
ſecundas gratias connumeretur, quia Iudex com-
mutari non poteſt, niſi per priorem gratiam fue-
rit datus prior Iudex, gratia enim illa non habet
1 locum in Iudice Ordinario, ſed in Iudice Dele-
gato, & in Ordinario quatenus ſit Delegatus, vt
pote ſi litteræ Apoſtolicæ dirigantur Ordinario,
& ille ſit abſens, vel impetrans habeat aliam iu-
ſtam cauſam deficiendi ab illo foro, aliàs enim
quando Iudex Ordinarius procedit abſque dele-
gatione, conuentus ab eius Iuriſdictione defle-
ctere non poteſt, ſed tenetur illum allegare ſuſ-
pectum, & afferre ſuſpicionis cauſas, eaſque
probare; In Delegato verò non eſt neceſſarium
allegare, aut probare cauſas ſuſpicionis, ſal-
tem concludenter *Doct. in cap. cum ſpeciali, vbi
gloſſ. de appellat., & in cap. ſi quis contra Clericum*
2 *de for. comp., & in cap. ſuſpicionis, de offic. deleg.*
latè *Marcheſ. de commutat. tit. de commiſſ. ſuſpicio-
nis Iud.*, & in Iudice Ordinario, vti Ordinario
non habet locum noſtra commutatio Iudicis, de
qua agimus, niſi quatenus fuerit datus in litte-
ris, aliàs enim, vel ab eo prouocatur, vel alle-
gatur ſuſpectus, prout de Iure, quæ allegatio
3 ſuſpicionis habet vim appellationis. Quando
autem petitur commutatio Iudicis executoris
dati in litteris, qui itidem ſit Ordinarius, hoc
ſolet contingere, quando impetrans non eſt præ-
ſens, & ſollicitator ignorat Ordinarium eſſe
ſuſpectum, vel certè, quod cauſæ ſuſpicionis
oriuntur poſt impetrationem, & ante litterarum
oblationem tempore nempe illo intermedio,
alioquin ſi allegetur iuſta ſuſpicionis cauſa in
ipſis litteris, datur vicinior inſertis cauſis ſuſ-
picionis non obſtante, cap. cauſæ omnes ſeſſ.
4 25. Concil. Trident.; hoc tamen Dataria valde
raro admittit, & niſi cauſa ſit admodum re-
leuans.

Verum omiſſa commutatione Iudicis ex capi-
te ſuſpicionis, quæ iuſtitiam magis ſapit, quam
5 gratiam, & de qua luculenter *Marcheſ. de ſign.
Iuſt.* Nos hic more noſtro exemplum dabimus ex
alia cauſa, quam ſuſpicionis.

„ BEatiſſime Pater, quia in præinſerta S.V. iuxta
„ diſpoſitionem Conc. Trident. cauſam reſti-
„ tutionis, & nullitatis commiſit Ordinario An-
„ tuerpien., & Superiori domus clauſtralis eiuſdē
„ Ciuitatis, coram quibus nihil hactenus actum
„ eſt, & Orator eſt præſens in Curia, & difficilli-
„ mè ob bella, quæ ibi vigent, poteſt accedere
„ Antuerpiam: ſupplicat propterea idem Frater
„ Albertus de Vaga Orator S.V. quatenus dignetur
„ præuia auocatione ab Ordinario loci, & ſuperio-
„ re domus clauſtralis prædictis quatenus opus ſit
„ cauſam prædictam alicui ex Sacri veſtri Palatij
„ cauſarum Auditoribus audien. cognoſcen. fineq;
„ debito terminan., committere, & mandare, præ-
„ miſſis nec non Conſtitutionibus, & Ordinationi-
„ bus Apoſtolicis in contrarium facien. non ob-
„ ſtan. quibuſcumque.

Dicitur *in præinſerta, &c.*, quia ne quis tenea-
tur priorem gratiam integrè repetere, præinſeri-
6 tur de verbo ad verbum, & in reſcriptis, tam
gratiæ, quam iuſtitiæ, eſt valdè commodum,
immo in Dataria neceſſarium, quæ quando non
præinſeritur prior gratia, ſed deſcribitur, ſolet
reſcribere, *exhibeatur prior gratia*, quod non fit
quando prior legitur præinſerta.

Coram quibus nihil hactenus actum eſt, &c. ſi
iudicium eſſet cœptum, non daretur commuta-
tio Iudicis propter regulam Iuris, quod Iudi-
7 cium terminari debeat vbi fuit cęptum, *præuia
auocatione, &c.* quamuis verum ſit, quod quan-
do Papæ narratur cauſam vni commiſſam eſſe,
& petitur committi alteri, eo ipſo inſurgat auo-
catio à primo Iudice, nihilominus ad tollen-
dum omnem ambiguitatem, prius auocatur cau-
ſa à primo Iudice, & de inde committitur alteri,
quod tamen videtur ſolummodo habere locum
quādo cauſa eſſet cępta, & firmata iuriſdictio per
8 exhibitionē reſcripti, quo caſu Iudex niſi intimata
auocatione poſſet proſequi in Iudicio, vt *Mar-
cheſan. de commiſſ. auoc. cauſ.* §. 1. *num* 4. & 5.,
quando vero cauſa non eſt inſtructa, & Iudicium
non dum cęptū, non videtur neceſſaria auocatio.

S. Palatij cauſarum Auditoribus, &c. peteba-
tur, quod cauſa committeretur Vicario Vrbis,
& Superiori domus Clauſtralis eiuſdem Vrbis,
attento quod Orator eſſet præſens, & in Belgio
9 vigerent bella, propter quæ non dabatur tutus
acceſſus, & hæc videbatur ſatis iuſta cauſa
commutandi Iudicem, & in locum Ordinarij,
& Superioris domus Clauſtralis loci emiſſæ pro-
feſſionis ſubrogandi Vicarium Vrbis, qui ibidem
eſt Ordinarius, & Superiorem domus eiuſdem
loci, & in hac commutatione Papa videbatur
vel nihil, vel minimum derogare diſpoſitioni
Concilij Tridentini, ſtatuentis cauſam nullitatis
profeſſionis committendam eſſe Superiori Do-
mus Clauſtralis, in qua profeſſio emanata fuit,
& Ordinario eiuſdem loci, quia illis duobus
ſubrogantur alij duo eiuſdem qualitatis, nihilo-
minus Pontif. noluit petionem admittere, aſſe-
rens Concilium non perperam decreuiſſe cau-
ſam nullitatis committendam eſſe in loco e-
miſſæ profeſſionis, vbi veritatis exactior poteſt

haberi

10 haberi indagatio, quàm apud Iudices longè diſtantes, quibus facili negotio in probationibus nullitatum poteſt fieri fucus. Verum replicante D. Datario, cauſam poſſe committi in Rota Tribunali omnium exactiſſimo, illiuſque rei aliqua exiſtere exempla, Sanctiſs. ſine aliqua renitentia annuit.

11 Iudice ante expeditionem cauſæ mortuo non ſit commutatio Iudicis, ſed datur ſubrogatio, ſiue ſuffectio, de qua plenè per *Marcheſ.*

In hac gratia attenditur data prioris commiſſionis, quo ad eſſentiam gratiæ, vt videlicet 12 fatalia, ſiue aliud tempus præſcriptum interrumpantur per priorem Signaturam, licet impetrans ea non ſit vſus. modo inter priorem Signaturam, & alteram non labatur alterum fatale, ea ratione, quod fatalia dantur, tam in ſecunda, quam in prima appellatione, *Mandoſ. de commiſs. fatal. prorog. in verbo Secunda Inſtrumenta*, quamnis *Scaccia de appellaton. quæſtione* 15. *num.* 128. ſit eius opinionis, quod ſecundum fatale non currat eo caſu, quia videlicet per priorem Signaturam fuerit ſatisfactum tempore præſcripto.

SVMMARIVM.

Formula gratiæ, Quod Iudices procedant non obſtante obitu Prædeceſſoris, 1.

Succeſſor in Eccleſia an teneatur ſtare locationi Si in euidentem, & Prædeceſſor deceſſerit, ſiue ceſſerit ante executionem beneplaciti Apoſtolici, 2.

Delegati iuriſdictio, an & quando expiret morte delegantis, 3.

Executorum Iuriſdictio ſpirat Sede vacante, 4.

Gratia Rationi congruit, & gratia Quod Iudices procedant non obſtante obitu Prædeceſſoris, in quo differant, 5.

Gratia Quod Iudices procedant, &c. in nihilo mutat gratiam priorem, 6.

Gratia Quod Iudices procedant, &c. confirmat datam prioris gratiæ, 7.

CAPVT XX.

Quod Iudices procedant ad executionem literarum non obſtante obitu Prędeceſſoris.

ATtigimus breuiter, quomodo ſuperſtite Iudice Papa commutet alium in cauſæ Iudicem, ea nondum cœpta, & quomodo auocetur, poſtquam eſt cœpta, & demum Iudice mortuo cauſa indeciſa pendente alter in locum mortui ſuccedat, vel in locũ abſentis ſufficiatur, ordo ſcripturæ exigit, vt videamus, quomodo mandante vita functo, & executione non ſecuta, prorogetur iuriſdictio Delegato, quod liquebit ex ſequenti formula.

1\. Beatiſſime Pater. Alias fel. recor. Gregorio
» Papæ XV. Prædeceſſori Veſtro pro parte Ec-
» cleſiæ S. Ioannis, &c. Firm. diœceſ. & Thomæ
» de Sinigardis Laici illarum partium expoſi-
» to, quod dictus Rector, vt ſuam, & prædictę
» Eccleſiæ, quam de præſenti obtinet, &c. prout
» in dictis literis pleniùs continetur. Cùm au-
» tem Pater Sancte omnes prædicti dictas lite-
» ras debito tempore expediri curauerint, ac
» etiam dictis executoribus præſentauerint, di-
» ctiq; executores informationem deſuper ſum-
» pſerint, verùm vlteriorem dictarum litera-
» rum executionem non procurauerint; nunc
» verò dubitent, prædictos executores propter
» obitum dicti Prædeceſſoris Veſtri prædictas li-
» teras debitæ executioni demandare poſſe
» abſq; nouo S.V. & Sedis Apoſtolicæ mandato,
» Supp. igitur hum. S.V. omnes prædicti, quate-
» nùs ſibi, ne dictarum literarum fruſtrentur ef-
» fectu, in præmiſſis opportunè prouidētijs dictis
» executoribus, vt ad earundem literarum exe-
» cutionem, ſeruata alias earum forma, proce-
» dant, eaſq; exequantur in omnibus, & per
» omnia, ac ſi dictus Gregorius Prędeceſſor Ve-
» ſter in humanis ageret committere, & man-
» dare, &c.

3\. *Quam de præſenti obtinet, &c.* Magna eſt difficultas; Vtrum Succeſſor in beneficio teneatur ſtare alienationi factæ per Prædeceſſorem in euidentem Eccleſię vtilitatem interueniente beneplacito Apoſtolico nondum ante ceſſum, ſiue deceſſum concedentis executo. *Rota* tamen *deciſione 205. & 206. parte 4 diuerſ.* firmat ante obtentum beneplacitum pœnitere non poſſe, quamuis nondum executum, quæ opinio mihi arridet, quia per beneplacitum Apoſtolicum eſt acquiſitum ius contrahenti cum Eccleſia, modo adimpleatur conditio, quod contractus cedat in Eccleſiæ vtilitatem. *Rota deciſ. 243. nu. 4. & 5. parte 4. diuerſ.*

3\. *Literas debito tempore expediri curauerint, ac executoribus præſentauerint, &c.* quid ſi literæ nõ fuiſſent executoribus pręſentatę immò nec quidem expeditæ? *Rebuff. in praxi titulo differentiæ inter reſcripta gratiæ, & iuſtitiæ num. 36. & 37.* ita diſtinguit; Vel reſcriptum eſt gratię, & morte concedentis nõ expirat iuriſdictio re integra, expirat tamen re non integra, vel reſcriptum eſt iuſtitiæ, & morte concedentis etiã re
4\. integra expirat, & quod iuriſdicto delegati expiret, morte delegãtis re integra, eſt *textus in c. fin. verſ. officium. de offic. deleg. verſ. Sed & ſi de præbend. in 6. rota deciſ. 203. par. 4. Caſſad. deciſ. 35. p. 2.* quod autem re integra nõ expiret videtur ſtatui *in c. ſi ſuper. de off. deleg. eod. lib. 6.* tamen *Gloſ. d. c. ſi cui t. notab.* concordat prout *Rebuff. & Felin. in cap. cæterum num 23. Verſ. ſeptima reſtrictio. de reſcript.* generaliter tamen, quod Sede vacante ſileat executorum Iuriſdictio dicitur *in Clem. Ne Romani. §. fin. de Elect. & Rota deciſ. 19. de præben. in nouis.* Ne autem deſuper partes teneantur expedire nouas literas, Paulus V. *per Reg. Can. cap. 11.* literas intra annum tum gratiæ, quam iuſtitiæ expeditas conualidauit.

5\. *Ne dictarum literarum fruſtrentur effectu, &c.* hoc ſcilicet literis expeditis, quia ſi literæ expeditę non eſſent in gratioſis expedienda eſſet alia gratia in forma Rationi congruit, de qua mox dicemus.

6\. *Seruata alias earum forma, &c.* per hanc clauſulam apparet nihil prioris gratiæ mutari in hac, & proinde etiam attendendam eſſe da-
7\. tam prioris gratię, quo ad validitatem, & conceſſionem, quia ſecundo ſuperueniens non facit nouam gratiam, ſed tantùm ſuſcitat Iuriſdictionem executorum. Notandum hanc gratiam demum expediri, ſi lapſus fuerit annus die Aſſumptionis, nam intra annum conualidantur omnia reſcripta Prædeceſſoris *per reg. Cancell. hodie 12.*

SVMMARIVM.

Gratia Rationi congruit quare ſic appellata, 1.

Forma gratiæ Rationi congruit, 2.

Gratia per mortem Papæ non expirat, ſed ſuſpenditur, donec veniat Succeſſor, 3.

Gratia in forma Rationi congruit, eſt de iure debita, 4.

Gratia in forma Rationi congruit, ſupponit priorem gratiam iuſtam, 5.

Gratia Rationi congruit, nihil addit, aut demit, 6.

Reſtitutio an detur cõtra regulam Rationi congruit, 7.
Impedito non curr it tempus, 8.
Datariæ Officiales quandoq; maximè peccant in reſcriptis ad Supplicationes, 9.
Nouam prouiſionem, qui intrà certum tempus petere tenentur, vtrùm debeant obtinuiſſe, 10.
Dataria in noua prouiſione ex decreto rectè petit de eo edoceri, 11.
Bulla recipit vires à plumbo, 12.
Bullæ quando perſumdentur, 13.
Bulla in forma Rationi congruit, an de gratijs immediatis Prædeceſſoris, vel etiam aliorum expediri poſſit, 14.
Incluſio vnius, excluſio alterius, 15.
Numerus ſingularis non aptatur pluribus, 16.
Regula de forma Rationi congruit, concedens ſex menſes ad expediendum ad quas gratias referatur, 17.
Gratia in forma Rationi congruit, dicitur ſecunda gratia, 18.
Regula de forma Rationi congruit an habeat locum in gratia obtenta, & non ſignata, 19.
Data in gratia Rationi congruit, vnde ſumatur, 20.

CAPVT XXI.

De gratia, & forma Rationi congruit.

ACcidit quaſi neceſſario, quod de tempore obitus Pontificis plures remaneant. Supplicationes in Dataria manu Pontificis ſignatæ. Super quibus literæ ob ſuperuenientem obitum expediri non potuerunt, quia illicò mortuo Pontifice rumpuntur, & penitus comminuuntur Sigilla Pontificis, tam annula Piſcatoris, quam literarum ſub plumbo expediendarum. Et ne gratiati defraudentur ob caſum fortuitum gratiis Apoſtolicis, Pontifices per regulam Cancellariæ ſtatuerunt literas ſuper huiuſmodi gratijs expediendas; & vo-
1 catur hæc gratia: *Rationi congruit*: ob formulam, quæ in ea ſeruatur, quæ eſt huiuſmodi Vrbanus, &c. *Rationi congruit, & conuenit*
2 *honeſtati, vt ea, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licèt eius ſuperueniente obitu literæ Apoſtolicæ ſuper illis confectæ non fuerint, ſuum ſortiantur effectum, &c.* & non ſolum rationabile eſt, & conueniens quod Pontifex Succeſſor permittat expeditionem gratię per Prædeceſſorem conceſſæ, ſed de iure tenetur, quia per mortem Papæ gratia non reuocatur, ſed tan-
3 tùm ceſſat, donec alter ſuperueniat. *Caſſad. dec. 35. n. 6. par. 2.* eſt quidem igitur hæc permiſſio
4 aliqualis gratia, ſed iurè debita, modo petitio fuerit æqua, & iuri conſona: ſi ſecus, Pontifex Succeſſor non ſolùm non tenetur expe-
5 dire gratiam iniquam Prædeceſſoris, ſed nullo modo debet, *vt notat Rebuff. tit. de gratia Rationi congruit n. 12. & 13.* vbi dicit propterea Pontificem eſſe ſolitum, in hac gratia addere.
6 *In proſequendo deſideria iuſtà petentium*, quæ de Stylo hodie in formula, *vt vidimus* omittitur.

Hæc gratia nihil addit, aut demit ſignaturę. Rota in Veronen. penſionis prima Iulij 1592. coram Millino, ſed eſt illi in omnibus, ac per omnia conformis, quia ad præſcriptum illius regulatur, vt omnes aliæ gratiæ regulantur, à Supplicationibus. *Mandoſ. ad reg. Vul. quæſt. 2. n. 5. & Rebuff. vbi ſup. n. 15.* inquit, exprimenda eſſe omnia ea, quæ continentur in ſupplicatione, quòd ipſum nulla aſſertione indigebat, quia contrarium fieri nequit, etiamſi aliquis maximè cupiat.

Quapropter miror dictum Gloſſatoris antiqui ad hanc regulam, & *Rebuff. hoc n. 22.* videlicet quòd aliqui etiamſi literas de tẽpore Gregorij verbi gratia expediuerint, nihilominùs, quia illæ in aliquo minùs placebant, ſuperueniente Vrbano nouas literas expediuit, in quibus ponunt ea, quæ volunt, non quæ debent, miror inquam, quia hæc iuxta Stylum Modernum omninò fieri non poteſt, quia literæ, vt dixi non excedunt terminos ſupplicationis, & Sotus ſcripſit de tempore Innocen. VIII. & longè priùs erant introducti Abbreuiatores, qui literas Apoſtolicas expediunt iuxta tenorem ſupplicationis, & ſic ſuperflua redditur *quæſt. 7. Mandoſ. ad hanc reg.* Vtrùm qui expediuit literas tempore Prædeceſſoris, poſſit expedire alias tempore Succeſſoris in forma Rationi congruit: quia cùm literæ iſtæ non poſsint in aliquo eſſe diſsimiles inter ſe, nullus erit, qui vellet facere duplicatas expenſas ſine vllo fructu.

Similiter idem *Mandoſ. ad hanc regulam quæſt. ſexta* quærit Vtrùm impedito infra tempus regulæ, quia minùs expediat literas, an ab ipſo iure, vel per viam reſtitutionis in integrũ
7 ſeu per gratiam Perindeualere ſuccurratur, & hanc quæſtionem gloriatur eſſe nouiſsimam, & a nemine vſque dum tactã & ſubdit, *ſi eum affirmatiua vera eſt, non fruſtrabitur impetrans gratia ſua, ſi negatiua, gratia euaneſcet, & ad nihilum redigetur.* Sed hæc quæſtio mihi non videtur adeo ardua, ac eam facit *Mandoſ.* nàm quo ad gratiam Perindeualere quæſtio eſt puerilis, quia Perindeualere, *vt vidimus*, datur ſuper mala expreſsione, non ſuper lapſu temporis. Hoc, quod impeditus fruſtraretur ſua gratia, facilè ſuccurritur; Nàm impedito de iure non currit tempus. *l. qui in vlterius ff. de reg. Iur.* Verum tamen eſt, quod poteſt contingere, eum, qui allegat impedimentum probet illud fuiſſe tale, quod non potuerit tẽpore præfixo expedire literas, & hoc nihilominùs non ſufficiat, vt de iure ei debeatur reſtitutio; nam poteſt eſſe, quod non habuerit facultatem expediendi literas, & nihilominùs potuerit petere prorogationem; & vt quis iure poſsit petere reſtitutionem, debet oſtendere adhibuiſſe omnem diligentiam, & nihilominùs fuiſſe impeditum. ad noſtram materiam facit deciſ. in cauſa Vlixbonen. beneficij 17. Maij 1624. coram Vbaldo.

Rota cenſuit &c. Quod verò ad Ius Lau-

,, rentij, de eo non docuit Michael, quia pro-
,, uiſio Laurentij habebat in ventre conditio-
,, nem, vt intra ſex menſes, deberet impetrare
,, à Sede Apoſtolica nouam prouiſionem alias
,, beneficium vacare cenſeretur, vnde cùm
,, non expediuerit literas in tempore præfixo, in-
,, trat decretum irritans in prouiſione appoſi-
,, tum, & fuit firmatum in dicta deciſ. 19. De-
,, cembris 1622. Nec ſuffragari videbatur ex-
,, cuſatio, ex aduerſo prætenſa, ex quo Lau-
,, rentius feciſſe dicebatur diligentias pro ob-
,, tinenda noua prouiſione, & reiectus à Da-
,, tario cùm reſponſione ad ſupplicationem *pri-*
,, *mo doceatur de facultatibus Collectoris, qui Lau-*
,, *rentium prouidit ſecundo alteri collatum.* Qui
,, omiſſa reſponſione, quæ in deciſ. aſſertur,
,, quòd requireretur etiam proteſtatio, de qua
,, reſponſione dubitari poſſet *ex deciſ. Verall. 73.*
,, *par. 2.* reſpondebatur non fuiſſe ſatisfactum
,, primæ reſponſioni Datarij, vt doceretur de fa-
,, cultate Collectoris, de qua ſufficienter nõ fuit
,, doctũ, & vtiq; probabilis fuit Datarij dubitatio,
,, etiam ſi exhibitæ fuiſſent facultates Cla. mem.
,, Alberti Card. Auſtriaci, conferendi beneficia
,, reſeruata, donec Legatus Sedis Apoſtolicæ
,, permaneret cum facultate ſubſtituendi, quæ
,, facultates durabant per triennium, & poſtea
,, fuerunt prorogatæ ad biennium, donec idem
,, Cardinalis verſaretur apud Hiſpaniæ Regem
,, pro eiuſdem Regni negotijs, vt fuit præſuppo-
,, ſitum in deciſ. 22. Iunij 1622. in hac cauſa fa-
,, cta. Cum clarum ſit ex Hiſtorijs illius temporis,
,, Cardinalem tunc non fuiſſe in Hiſpania, vide-
,, licèt de anno 1596. quo contigit vacatio, ſed
,, in Belgio Præfectum Copiarum Regis Catho-
,, lici, vt conſtat ex *Homero Turtura in Hiſtorijs*
,, *Galliæ lib. 2. circa dictum annum* 1596. quibus
,, Hiſtorijs in hoc creditur, vt *per Bart. & Doct.*
,, *in l. 1. ff. ſi cert. per Rotam in cauſa Commen. habi-*
,, *tus coram R. P. D. meo Pirouano*, quæ eſt *deciſ.*
,, *290. n. 7. poſt lib. 2. Conſ. Farinacc.* & fuit dictum
,, in Romana fidei commiſſi de Columna 15.
,, Maij præteriti coram me, ideo expirabant fa-
,, cultates tam Legati, quam Collectoris, & cùm
,, non fuiſſet doctum de facultatibus, ſecunda re-
,, ſponſio fuit iuridica, videlicèt alteri collatũ, &
,, quatenùs adducuntur fides de diligẽtijs factis,
,, illæ nõ faciunt fidem, vt notum eſt, & firmatur
,, in deciſione 19. Decembris 1622. & depoſitio
,, ſollicitatoris, qui porrexit dictam ſupplicatio-
,, nem pro noua prouiſione, eſt dictum vnius
,, tantùm, quod non probat *c. veniens de teſtibus,*
,, & tamen certum eſt, vbi allegatur impedi-
,, mentum, debere & de impedimento, & de
,, diligentijs pro eo remouendis adhibitis
,, conſtare *c. ex tranſmiſſa vbi Felin. de præ-*
,, *ſcript. cum alijs per Rotam deciſ. 541. n. 1. & 2.*
,, *coram Greg. XV.*

Hactenus deciſio cuius occaſione ſæpiſſimè contingit, gratiam expeditionis retardari propter reſcripta, & difficultates, quas mouent officiales, & notant in calce ſupplicationum, in qua re, quia quandoq; maximè pec-
9 catur, eo quod aliquando mouent quæſtiones vanas, aliquando verò reſpondent adeò tardè, vt gratia non obueniat in tempore habili: operæ prætiũ duxi, præmiſſam deciſionem examinare, ex quo examine reſultabit certa norma, quid petentes excuſet, & quid damnet officiales, plures vnam poſt alteram difficultates in præiudicium Papæ, in detrimentum Datariæ, & in damnum Supplicantis mouentes.

Inquit itaque deciſio impedimentum à Datario obſtare, quominus lapſo tempore petens nouam prouiſionem cadat a iure petendi, & quod non obtinuerit, quam doctrinam,
10 ego exiſtimo prorſus falſum. Sed ſufficeret, quod fuerit petita, etiam non obtenta iuxta deciſ. Vlixboneñ. beneficij 4. Decembris 1600. coram Cardinale Pamphilio ſeniore, & hoc eſt conforme verbis decreti, videlicet, quòd tanto tempore petere teneatur non dicit obtinere, & ſtolida prorſus eſt cautela, quam tradit *Gonzal. Gloſ. 15. n. 110.* quod videlicèt petẽs nouam prouiſionem, ſi reijciatur à Datario, debeat coram eo proteſtare, & teſtibus; quia cùm Datarius repræſentet Papam, *vt diximus in principio operis.* proteſtatio illa erit penitus fruſtratoria, & minimè tuta, quapropter Datarius debet vel concedere nouam prouiſionem, vel ſi vult mouere difficultates, notare diem petitionis, ne ſublatis difficultatibus incidat in maiorem difficultatem ex lapſu tẽporis; Contingit enim mihi in vna Maioricñ. vbi fuit porrecta ſupplicatio pro impetratione beneficij ſimplicis de iure patronatus Eccleſiaſtico vacari per obitum Clerici, qui militabat apud Inſubres, vbi deceſſerat fuit mota difficultas, an Pontifex poſſet conferre iure præuentionis, & dùm deſuper diſputatur labuntur menſes, interim collatores inferiores, in Hiſpania certiores facti de obitu contulerunt, & collatio præceſſit prouiſionem Papæ: quæ propterea nullius fuit roboris in præiuditium Datariæ, & damnum impetrantis, quia tardata fuit ſupplicationis ſignatura, & appoſita Data de tẽpore ſignaturæ, cùm tamẽ debuiſſet dari, Data oblatæ ſupplicationis. E cõtrariò in vna Segobriceñ. Canonicatus Theologalis, qui ex indulto Clem. VIII. per concurſum debebat prouideri cùm decreto petendo nouam prouiſionem, dùm diſputatur ſuper iuribus indulti labitur tempus; & D. Datarius iuſſit dare nouam prouiſionem ſub data oblatæ ſupplicationis. Conſultum ſemper erit in his materijs petere, quòd ſupplicationi opponatur præſentata quamuis cautela iſta aliquandò non iuuet, tantam enim vidi quandoq; in officialibus moroſitatem, vt integros menſes quamuis ſæpiùs interpellati, retinentes penes ſe ſupplicationes, antequam quicquam reſpondeant, abuſus ſanè quauis correctione vindicandus. Sed redeamus ad deciſionem, & videamus, vtrùm reſponſio doceatur de facultatibus Collectoris, & fuerit æqua. Sanè prima

facie videtur eſſe iniqua, nàm dat fumus ex
indulto Cardinalis, qui Collectorem poterat
ſubſtituere; & ille procul dubio fecit mille col-
lationes in vim facultatis: vnde cùm de illa
ſubſtitutione non poſſet in continenti doceñ
ſed documenta debeant peti ex Portugallia,
non videbatur retardanda ſignatura nouæ
prouiſionis, quia in omnem euentum ſi facul-
tates non extabant, vel alias expoſita non
fuiſſet vera, erat locus impetrationi: nihilomi-
nùs Dataria in ſimilibus caſibus rectè poſtulat
de Indultis, priuilegijs, & facultatibus, ne
11 extorqueatur prouiſio Apoſtolica indebi-
tè, cui non ſemper per impetrationem ſuc-
curritur, nunc redeamus ad propoſitam ma-
teriam.

Dicebamus, quòd impedito debetur reſti-
tutio in gratia Rationi congruit non minùs,
ac in reliquis gratijs, ſi verum ſit impedimen-
tum, quod non eſt adeò plenè iuſtificandum,
cùm quodlibet ſufficiat pro excuſatione: nec
rigorem deciſionis Vlix boneñ. ſequitur Data-
ria, quæ ſola aſſertione contentatur, vbi non
eſt alteri ius quæſitum.

Dubitat etiam *Mandoſ. hic quæſt.* 3. ſatis ine-
ptè, an regula hæc locum habeat in Bulla
plumbata, ſed nondum perfectè expedita,
12 quæ quæſtio eſt ſuperflua: quia Bulla habens
plumbum expeditur etiam poſt mortem Papę,
13 quia à plumbo recipit vires. *Gomeſ. ad reg. de
non iudican. iux. for. ſupp. quæſt.* 1. *num.* 5. &
obiter hìc dicendum de diuerſo modo expe-
diendi per Cancellariam, & per Cameram,
quoad plumbationem Bullarum. Nam
Bullę, quæ expediuntur per Cancellariam, non
mittuntur ad plumbum, niſi totaliter expedi-
tæ. Abbreuiator enim, cui reuiſio per Regen-
tem commiſſa eſt, ſcrutatur, an Bulla reſpon-
deat ſupplicationi, ſi reperierit conformes, &
quòd Bulla nullam contineat mendam, reddit
eamdem Regenti, qui eam notat tribus cha-
racteribus L.A.C. videlicet, Lecta, Audita,
Correcta; & ita ſignatam tradit Plumbatori-
bus & deinde Bullę nihil poteſt addi, aut demi,
nec litera quidem ſub grauibus pœnis. In ex-
peditione verò per Cameram Bullæ vt pluri-
mùm plumbantur ante reuiſionem per Sum-
miſtam, quod mihi non placet, nam de facili
poteſt committi dolus, & fraus, & audio ſępiùs
commiſſam.

Ad *quæſtionem* igitur *Mandoſ.* dico, nul-
lam poſſe habere difficultatem, nam ſuppli-
catio fuit ſignata manu Pontificis, & Bulla
continet plumbum eiuſdem, & ſic Succeſſor
nullam in ea habet partem. Verum quidem
eſt, quòd adueniente morte Pontificis, quia nul-
lę ſolent ſupereſſe gratiæ non expeditæ ſolent
plumbari multæ Bullæ in albo, vel certè qua-
rum exordium tantummodò exarauit Scri-
ptor, qui ob temporis penuriam, quia iam-
iam plumba eſt comminuendum, non potuit
Bulla integrè perſcribere, & tunc Plumbator
recipit notam iſtarũ Bullarũ, quas reddit non
ipſis penſibus, ſed Scriptoribus, vt eas abſol-
uant, & ſibi reſtituant, deinde eas exhibet of-
ficialibus, vt iuxta Stylum expediant in Can-
cellaria, quæ ſolet ob huiuſmodi expeditiones
fieri etiam poſt mortem Papæ, quia expediunt
gratiam perfectã iuxta ſuas regulas & quoad
hoc nulla eſt opus gratia in forma Rationi cõ-
gruit, in quo decipitur *Mandoſ. d. quæſt. ad hanc
reg. n.* 6.

Quærit *hoc titulo n.* 25. *Rebuff.* vtrum gratia
14 iſta in forma Rationi congruit, vel regula, lo-
cum habeat in gratijs factis non ſolùm per im-
mediatum Prędeceſſorem, ſed etiam per alios
mediatos, & reſpondet, locum habere etiam
in gratijs mediatis, quod tamen debet inter-
pretari de ijs Prædeceſſoribus, de quibus fit
mentio in regula. Nam cùm illa nominet ne-
dùm immediatum Prædeceſſorem, ſed etiam
alterum, & tertium, conſequens eſt, quod re-
liqui excludantur per regulam iuris, quod in-
15 cluſio vnius, eſt excluſio alterius, quãdo reſpi-
ciunt idem. *Salu. in l. de crimine. C. qui accuſ. non
poſ. Dec. in l* 1. *n.* 84. *in* 3. *dict. ff. ſi cert. petatur
Becc conſ* 93. *n.* 24. *Menoc. conſ.* 86. *n.* 30. *Surd.
cõſ.* 25. *n.* 35. Cũ igitur S.D N. Vrbanus VIII. in
ſua regula nominat. inexprimat Gregorium,
Paulũ, & Leonẽ videtur, & ſequitur anteriores
fuiſſe excluſos, quòd magis liquebit, ſi conſide-
remus regulam Innoc. VIII. pauciſſimis ver-
bis conceptam videlicèt: *Item voluit, quòd con-
ceſſa per Prædeceſſorem ſuum, & de eius mandato
expediantur in forma Rationi congruit.*
16 In hac regula nulla fuit ſpecialis denomi-
natio alicuius Prædeceſſoris, nihilominùs exi-
ſtimo regulam interpretari non poſſe, niſi de
Prædeceſſore immediato propter locationem
ſingularem, quam non poteſt aptari pluribus.
l. vb numerus. ff. de teſtibus. cũ alijs per Surd. deciſ.
210. *n.* 9. & hoc videntur innuere *Mandoſ. ad
hanc reg. quæſt.* 4. *n* 8. *& Cochier. n.* 12. vbi dicunt
prior, regulam Iulij III. alter, regulam Pauli V.
eſſe liberaliores, eò quòd plures compræhen-
dant Prędeceſſores, quam regulam Innocentij
VIII. vnicum tantum complectentem Præde-
ceſſorem.

Quærunt item Compilatores hic, an regula
hæc in tertia ſui parte, vbi dicit, *Ad ſex menſes
17 dumtaxat ab ipſo die Aſſumptionis incipiẽdos ob-
ſeruari voluit*, comprehendat gratias tam Pauli
& Gregorij XV. quàm Leonis XI. cui illa adij-
citur, vt in hac quæſtione, quæ meo iudicio ar-
dua eſt, poſſimus ferre iudicium, ipſum regu-
læ textum ante oculos ponendum duxi. *Item
voluit idem D. N. Papa, quod conceſſa per fel. rec.
Paulum V. & Greg XV. Prædeceſſores ſuos, & de
eorum mandato, expediantur in forma Rationi
congruit à die Aſſumptionis ſuæ ad ſummi Apoſto-
latus apicem; & idem quoad conceſſa per piæ mem.
Leonem XI. etiam Prædeceſſorem ſuum ad ſex men-
ſes dumtaxat ab ipſo die Aſſumptionis incipiendos,
obſeruari voluit.*

Totidem verba habent reg. Iulij III. & Pau-
li III. quas referunt *Mandoſ. & Rebuff.* &

vterq;

vterq; concludit reſtrictiuam ſex menſium reſtringi ad mediati prædeceſſoris gratias, non autem immediati, quibus nullum tempus diffinitũ eſt. *Rebuff. hoc tit. n. 25. Mandoſ. quæſt. 4. n. 8. & ſeq. & n. 13.* atteſtatur de Stylo notorio *Cochier. vbi ſup. n. 8.* ego ſubſcribo huic Stylo; poſſet tamen regula clariùs loqui, immò deberet, cum nulla ſit maior ratio, quare expeditio vnius reſtringatur ad ſex menſes potiùs, quàm alterius gratiæ, cum vtraq; indigeat regula, eiuſq; remedio, ſine quo gratia principalis in nihilo ſuffragaretur, adeò vt hæc regula meritò dicatur tribuere ſecundam gratiam perficientem priorem.

28 Rurſum quęrit *Mandoſ. quæſt. 11. & vltima,* an hæc regula locum habeat in gratia obten-
29 ta, & non ſignata? reſponſio facilè deſumitur ex ſupradictis non, quicquid ſit, an & quando gratia ſolo verbo perficiatur, certum eſt regulam hanc concernere duntaxat gratias ſignatas, quæ ſunt aptæ, vt ſuper ijs expediantur Bullæ. *Gloſſator. antiq. hic ſub num. 2.*

30 Poſtremò quæritur vtrùm in hac gratia attendatur Data gratiæ principalis, vel ſecundariæ, & videtur dicendum, quod ſic, vt ſupplicatio ſit cõformis Bullę in Data, quę eſt pręcipua pars gratiæ, & ita tenet *Rebuff. vbi ſup. n. 21.* vbi dicit in hoc differre hanc gratiam, à per indeualere. Nihilominùs cõtrarium dicendum eſt, nempe Datam ſecundæ gratiæ à Die Aſſumptionis Succeſſoris, vt ſunt clara verba regulæ; vnde neceſſe eſt dicere, regulam Pauli III. quam vidit Rebuff. non habuiſſe hanc clauſulam, ſed fuiſſe ſimilem, regulæ Innoc. VIII. quam ponit *Cochier. loc. alleg.*

Aduertendum eſt quòd hæc regula à Iulio III. vſq; ad Vrbanum VIII. habebat, *ſub die Coronationis ſuæ,* & inferiùs, *ab ipſo die Coronationis incipiendos, &c.* Vrbanus verò Datam Coronationis mutauit in Datam Aſſumptionis, ſub qua cadunt regulæ Cancellariæ, quod ideò cõformius eſt, & propterea exiſtimo futuros Põtifices vſuros hac formula Vrbani.

SVMMARIVM.

Dimiſſio ex decreto eſt ſecunda gratia, 1.
Dimiſſionis decreti forma, 2.
Dimittendi temporis quantum habeat, qui tenetur decreto, 3.
Dimittendi tempus non currit quando poſſeſſio non eſt pacifica, 4.
Poſſeſſionem capere dolo differri quomodo probetur, 5.
Dimiſſio ex decreto, quomodo fieri debeat, 6.
Dimiſſionis ex decreto formula, 7.
Specifica mentio quæ dicatur, 8.
Impetrationis ob dimiſſionem formula, 9.
Data impetrationis per Dimiſſionem, 10.
Dimiſſio in quo differat à reſignatione, 11.
Dimiſſio nihil aliud eſt, quàm ceſſio, 12.
Dimiſſio, & ceſſio differunt inter ſe, 13.
Dimiſſione ex decreto non fit locus præſentationi patronorum, ſecus ſi fiat in manibus Ordinarij, 14.
Impetrationis ob nõ dimiſſionẽ per decretũ formula, 15
Dimiſſionis decreto an fiat ſatis per dimiſſionem in manibus Notarij, 16.
Tantum taxatiua quid importet, 17.
Decreta ſunt ſtricti iuris, et ſtrictè interpretanda, 18.
Omninò aduerbium declarat præciſam voluntatẽ, 19.
Argumentum à ſimili quando procedat, 20.
Leges non potuerunt comprehendere omnes caſus, 21.
Præſentatio an, & quando ſuſtineatur de abſente, 22.
Illatio non fit à diuerſis, 23.
Forma quando dicatur in aliqua diſpoſitione inducta, 24.
Forma non dicitur ſeruata, ſi in aliquo, vel minimo deficiat, & actus corruit, 25.
Dimiſſionis conſenſus quomodo extendatur, 26.
Dimiſſionis decretum pro Regularibus, 27.
Intruſionis periculum ceſſat in beneficijs Regularium, 28.
Dimittendi beneficij valor non eſt iuſtificandus, 29.
Obtenta in dimiſſione an indigeat iuſtificatione, 30. & 31.

CAPVT XXII.

De dimiſſione ex decreto.

NON eſt nobis hic ſermo de dimiſſione faciẽda in vim *extrauag. execrabilis. de præben.* neq; de alijs dimiſsionibus voluntarijs, de quibus per *Rebuf tit. de diſpenſat. ratione ætatis. Verſ. Illaq; ſimul dimittere, &c.* neque de dimiſſionibus factis in manibus Ordinariorum, ſiuè patronorum, ſed ſolùm de dimiſſione ex decreto,
1 quæ connumeratur inter ſecundas gratias, quas nunc proſequimur, quæ ſupponit fuiſſe conceſſam aliam gratiam anteriorem, cui fuit appoſitum decretum, quòd gratiatus teneatur dimittere beneficium, quod narrat ſe obtinere, quia cum illo, quod nunc impetrat, eſt incompatibile, & Papa non vult diſpenſare.

2 Forma verò decreti de dimittendo ſequens eſt. *Et cum decreto quod dictus Orator habita poſſeſſione dictæ Parochialis Eccleſiæ, ſiù ſi per eum ſteterit, quominùs illam aſſequatur, Canonicatum, & Præbendam prædictos infra duos menſes dimittere omninò teneatur, alioquin tàm Parochialis Eccleſia, quàm Canonicatus, & Præbenda huiuſmodi vacetur eo ipſo, &c.* Hæc eſt forma decreti in Francia, in Italia verò Dataria vtitur forma aliquantulum ampliore, videlicet. *Et cum decreto, quod Orator infra duos menſes, à die habita per eum poſſeſſionis dictorum Canonicatus, & Præbendæ, ſeu quò per eum ſteterit, quominùs illam aſſequatur cõputan. Parochialẽ Eccleſiã prædictam liberè cum ſpecifica mentione præſentis decreti, & in manibus Rom. Pont. tantùm dimittere omninò teneatur, alioquin tàm Canonicatus, & Præbenda quàm parochialis Eccleſia huiuſmodi vacetur eo ipſo, ita quod de illis per Sedem Apoſtolicam duntaxat diſponi poſſit, irritum, &c.*

Hanc ſecundam formulam ampliorem more noſtro examinabimus, & declarabimus
3 & primo *infra duos menſes à die habita per eum*

poſſeſſionis, &c. dimiſſio intra id temporis eſt
omninò neceſſaria. *Gloſ. in c. concertationi in ver-
bo Seiuerit. de appell. in 6. Rota apud Seraph. deciſ.*
4 *856. n. 7.* Illud autem à die habitæ poſſeſſio-
nis intelligitur de poſſeſſione pacifica *c. ecm-
miſſa de elect. in 6 addit. ad deciſ. Gregor. XV.
451. n. 10.* etiam ſi moleſtiæ eſſent extraiudi-
ciales *Seraphin. deciſ. 997. per totum, & deciſ.
1254. n. 2.*

*Seu quia per eum ſteterit, quominus aſſequatur,
&c.* hoc decretum eſt rationabile, quia hæc
5 mora operatur, quod ſecundum impetra-
tur, debitis fraudatur ſeruitijs, & per impe-
trantem ſtare, dum quominus beneficium
aſſequatur, quandocunque non docet de im-
pedimento *Seraph. dicta deciſ. 997. in fine.*

Eccleſiam prædictam liberè eum ſpecifica men-
6 *tione præſentis decreti in manibus Rom. Pontif. tan-
tum dimittere, &c.* ſtante hoc decreto non eſt
locus *deciſ. Putei. 250. n. 3. lib. 1. ac doctrina
Mandoſ. reg. 19. quæſt. 13. n. 9. in fine*, & Sa-
crat. in Tullen. Monaſterij. 5. Iulij. 1608. vbi di-
citur eum, qui tenetur dimittere, ſatisfacere,
ſi verbaliter dimittat, & abſtineat inferre mo-
leſtias, quia illę doctrinę loquuntur in terminis
decreti Iudicis, non autem in terminis decreti
noſtri, quod requirit actualem dimiſſionem, &
propterea ad tollendam omnem anſam diſpu-
tandi fortaſſis commodè apponerentur verba
7 *realiter, & cum affectu*, formula autem dimiſ-
ſionis eſt huiuſmodi.

,, Beatiſſimè Pater, cum deuotus veſter Lu-
,, douicus Codurus Presbyter Regien. cui nuper
,, de Canonicatu, & Præbenda Eccleſiæ Re-
,, gien. certo tunc expreſſo modo vacari, Apoſto
,, lica auctoritate prouisũ fuit cum *decreto, quod
,, dictus Orator infra certum tunc expreſſum, & non-
,, dum elapſum tempus* Canonicatum, & Præben-
,, dam Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Proſperi Re-
,, gien. quos tunc obtinebat, in manibus veſtris
,, dimittere omnino teneretur, huiuſmodi decre-
,, to parendo ſecundo dictos Canonicatum, &
,, Prębendam in eiſdem S.V. manibus purè, & li-
,, berè dimittat, Supplicat humiliter S. V. idem
,, Orator quatenus ſpecialem gratiam facien-
,, do dimiſſionem prædictam admitten. ſecun-
,, dum dictos Canonicatum, & Præbendam
,, vacare, declarare irritumq; decernere, non
,, obſtan. Conſtitutionibus, & ordinibus Apoſto-
,, licis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque cum
,, clauſulis oppoſitionis.

Ecce quod ſit mentio decreti iuxta illius
pręceptum de intra certum tempus dimitten-
do, & ſic ſatisfactum fuit decreto, quia illud
requirit mentionem ſpecificam, quæ in præ-
miſſa formula videtur deſiderari eo, quod in
genere tantum enunciet tempus tunc ex-
preſsum nondum elapſum, illud autem tem-
pus in decreto legitur ſpecificatum; nempe
duorum menſium, & propterea non vide-
tur ſatisfactum decreto per ſpecificam men-
tionem temporis, nihilominus dicendum
eſt, decreto fuiſſe ſatisfactum, etiamſi non ſit
8 expreſſum tempus duorum menſium; ad ſpe-
cialitatem enim ſufficit, quod per expreſſio-
nem alicuius qualitatis, vel circumſtantiam,
etiamſi verba ſpecifica non ſint, poſsumus red
di certi, quid voluerit enuncians *Rota dec. 721.
num. 2 in fine p. ſecunda recent. Rebuff. ad tertiam
partem ſignaturæ n. 7. verſ. Et de ſpeciali, &c.* Cau-
ſam verò cur non fiat mentio duorum men-
ſium, ſed potius tempus hoc longiori verbo-
rum inuolucro circumſcribatur, eam eſſe, exi-
ſtimo, quod quamuis regulariter decretum
de dimittendo habeat duos menſes, poſſe ta-
men tempus illis ex cauſa dilatari, propterea
expeditores, qui habent ſuos formularios, re-
culare illud tempus in genere.

Oblata Pontifici huiuſmodi ſupplicatione,
eaque admiſſa fuit, inducta vera vacatio ex
dimiſsione iuxta petitionem ibi *vacare decla-
rare*, quamobrem porrigitur ſupplicatio im-
petrationis ſequentis tenoris.

,, Beatiſsime Pater cum Canonicatus, & Pręe-
,, benda Collegiatę Eccleſię Sancti Proſperi Re-
,, gien. qui de Iure Patronatus Laicorum, &
,, fundatione, & dotatione exiſtunt per liberam
,, dimiſsionem deuoti S. V. Oratoris Ludouici
9 Coduri nuper ipſius Eccleſię Canonici, de illis,
,, quos tunc obtinebat, parendo decreto in pro-
,, uiſione ſibi de alijs Canonicatu, & Præbenda
,, maioris Eccleſiæ Regien. certo tunc expreſſo
,, modo vacan. Apoſtolica auctoritate facta ap-
,, poſito, in manibus veſtris ſpontè factã, & per
,, eandem S.V. admiſſa apud Sedem Apoſtoli-
,, cã vacauerint, & vacent ad pręſens Supp. hum.
,, S. V. deuotus illius orator Ludouicus de Bec-
,, chis Clericus Regien. quatenus prædictos Ca-
,, nonicatum, & Præbendam, &c.

10 Data huius impetrationis ſolet eſſe per
diem poſt dimiſsionem: quamuis ambæ ſup-
plicationes ſignentur eodem die: & hoc, quia
videtur proponere vnico, & eodẽ tempore ad-
11 mittere dimiſsionem, & ob illius admiſsionem
conferre, in quo differt dimiſsio à reſignatio-
ne ad fauorem, vbi eodem tempore admitta-
tur reſignatio, & ſit collatio. Coincidit ta-
men in hoc cum reſignatione ſimplici, ſiue ceſ-
ſione; nam dimiſsio nihil aliud eſt, quam ceſ-
12 ſio. *Rebuff. tit. de diſpenſat. rat. ætat. verſ. Quoad
vixeris. n. 8. Mandoſ. reg. 19. quæſt. 13. n. 9.* Dif-
13 ferunt tamen dimiſsio, & ceſsio, pro vt ter-
mini iſti accipiuntur in ſignificatui legali in eo,
quod ceſsio ſit nemine impellente decreto.

Vnde perperam in ſupplicatione videntur
appoſita verba, *per liberam dimiſſionem.* & rur-
ſus. *Spontè factam.* quia immò dimiſsio ſit coactè
propter decretum, & ſi ille, qui dimittit, poſſet
vtrumq; retinere, non dimitteret.

De iure patronatus laicorum, &c. etiam ſi di-
miſsio fiat de beneficio iuris patronatus, pro-
uiſio nihilominus ipſius ſpectat ad Papam
abſq; pręſentatione Patronorum, qui per ap-
poſitionem manus Papę dicitur vacare apud
Sedem; iuxta *c. 2. de præbend.* & aſſeritur in
ſupplicatione ibi *per eandem dimiſſionem apud*

Se-

Sedem Apoſtolicam vacauerint, & vacent, &c. de quo plura dicemus, vbi agemus de reſignatione. Si tamen dimiſsio fieret in manibus Ordinarij eſſet locus pręſentationi patronorum, ſine qua Ordinarius non poſſet conferre.

Certo tunc expreſſo modo vacante, &c. non exprimitur modus vacationis pręciſus, ne impetrans ad eum ſe liget, cum omnes modi veniant in hac impetratione pręter modum vacationis per obitum, qui de Stylo excipitur.

Dimiſsione iuxta decretum nõ facta, intrat vacatio vigore eiuſdem decreti inducentis vacationẽ vtriuſq; tam recenter impetrati, quã prius obtenti iuxta *c. de multa de præbend.* pœna condigna cõtumacis contra decretum retinere præſumentis, & tunc porrigitur ſequens ſupplicatio.

15 ,, Beatiſsime Pater, cum perpetua ſine cu-
,, ra Capellania, ſed perſonalem reſidentiam
,, requirens ſub inuocatione S. Marci in Col-
,, legiata Eccleſia Sãcti Laurentij terrę Voghe-
,, ræ Terdonen. Diœceſis, quam quidem Fabri-
,, tius Corana obtinens de Parochiali Eccleſia
,, loci Montis Seglij eiuſdem diœc. certo tunc
,, modo vacãte Apoſtolica auctoritate ſibi pro-
,, uideri obtinuit cũ decreto, quod idẽ Fabritius,
,, intra certum tunc expreſſum tempus dictam
,, Cappellaniam in manibus Rom. Pont. admit-
,, tere teneretur, alioqui vacari cenſeretur eò
,, ipſo ex eo, quod idem Fabritius eandem Cap-
,, pellaniam iuxta decretum huiuſmodi non di-
,, miſit, & tempus in eo præfixum, iam lapſum
,, eſt, & propterea *per decretum huiuſmodi* vaca-
,, uerit, & vacet ad tempus, ſupplicat, &c. & ci-
,, tra modum vacandi per obitum, &c.

Quęſtio hic incidit non parua, an decretum de dimittendo inducat vacationem ob non di-
16 miſsionem infra tempus pręfixum ſolummodo, vel etiam ſi dimiſsio debito tẽpore facta ſit, non tamen legitimè, puta, quod non ſit facta in manibus Papę, ſed ſolius Notarij; pro affirmatiua eſt, quod verba decreti ſunt clara ibi *in manibus Rom. Pontif. tantum*, quę dictio taxati-
17 ua excludit omnem aliam perſonam *Abb. in c. cum inter Sol. per. in princ. verſ. Tertius caſus, & ibi Felin. n. 11. Verſ. Fallit. 5. de ſent. & re Iud. Bald. in l. 1. num. 3. in fin. C. ſi aduerſ. rem Iud.* & in terminis collationis *Rota deciſ. 600. n. 2. in fine parte ſecunda recent.* Contrarium tenuit Rota in cauſa Compoſtellana Canonicatus 20. Iunii 1601. coram Corduba.

,, Domini dixerunt ſententiam Rotalem eſſe
,, cõfirmandam, cum nihil deducatur ex aduer-
,, ſo releuans, nam ad illud, quod dicebatur di-
,, miſſionem faciendam in manibus Papæ tan-
,, quam de forma, fuit reſponſum dictam for-
,, mam fuiſſe datam ad effectum, vt Ordinarius,
,, aut quilibet alius collator non poſſet ſe intro-
,, mittere in collatione *illius beneficij*, quod per
,, huiuſmodi decretũ Papa ſibi reſeruauerat, vt
,, in ſimili fuit dictum coram me, in vna Cordub.
,, Cappellaniæ Lunæ 10. Iunij 1596. & inde po-
,, tuit per equipollens adimpleri, cum in hoc ca-
,, ſu non attẽdatur modus, ſed effectum dimisſio-
,, nis *Caſſad. deciſ. 2. n. 2. de Ind.* & in his terminis
,, eſt *deciſ. 754.* & ideo Alphonſus, qui dimiſit in
,, manibus Notarij in partibus, & in dimiſſione,
,, ſit mentio decreti ſibi iniuncti, & inſtrumen-
,, tum dimiſsionis tranſmiſit ad curiam, vt Papę
,, præſtaretur, ſatisfeciſſe dicitur decreto dimit-
,, tendi, & placuit ſimile, quod præſentatio *de-*
,, *bet fieri coram Superiore*, & tamen iſta forma
,, cenſetur adimpleta, ſi patronus faciat Inſtru-
,, mentum præſentationis, & illud produca-
,, tur coram Ordinario: ſicut etiam valet reſi-
,, gnatio facta de beneficio reſeruato in mani-
,, bus Ordinarij, qui tamen non poteſt illud con-
,, ferre, ac videlicet dicta reſignatio debeat ad-
,, mitti a ſuperiore ad eius validitatem, valet ta-
,, men, vt reſignans ampliùs non poſſet ſe in-
,, tramittere in dicto beneficio, cum reſignatio
,, fuerit neceſſaria virtute decreti, & tantò ma-
,, gis, cum Ordinario *volenti* conferre dictum be-
,, neficium Alphonſus ſe oppoſuerit proteſtan-
,, do, prouiſionem ſpectare ad Papam, & Inſtru-
,, mentum dimiſsionis fuit productum in Data-
,, ria, quod licèt Datarius noluerit approbare
,, ratione Styli, quia ſuper huiuſmodi dimiſsio-
,, nibus expedirentur ſupplicationes, hoc tamen
,, non venit ex defectu validæ dimiſsionis, ſed
,, quia non producebatur mandatum ad reſi-
,, gnandum iuxta dictum Stylum.

Hæc deciſio videtur mihi laborare maxima difficultate propter verba præciſa decreti, quod eſt ſtricti iuris. *Rota deciſ. 113. n. 12. p. 2. diuerſ.* & ratio deciſionis, quod videlicet inten-
18 tio decreti ſit, vt prouiſio veniat ad Papam, & non alia, non ſatisfacit, quia decretum non ſolùm diſponit, quod impetrans beneficium dimittat eo, quod prouiſio non fiat ab alio, quàm à Rom. Pontifice, ſed præſcribit etiam formam, qua ſeruata, hæc meliùs, & tutiùs fiant; & quòd ita tria diſponit decretum gradatim primo, quod impetrans *omninò dimit-*
19 *tere teneatur* per quam dictionem omninò declarat præciſam ſuam voluntatem *Bart. in extrauag. qui ſint rebelles. in verſ. Nulli.* deinde diſponit, quod dimiſſio fiat in ipſius manibus tantum, vt mox vidimus; poſtremò quod Rom. Pontif. de dimiſſo dumtaxat diſponere poſſit, vnde quando decretum diſponit de dimiſſione facienda in manibus Papæ, nondum voluit per hoc excludere Ordinarium, quia hoc continuò ſubdit particulari prouiſione; ergo mens Papæ non fuit ſolummodo, vt Ordinarium à prouiſione excluderet, ſed etiam vt dimiſsio fieret in ipſius manibus, quod quia non legitur in decreto de dimittendo pro Regno Franciæ ideò ſufficit, quod dimiſſio ibi fiat in manibus Ordinarij *Rebuff. tit. de diſpenſat. ratione ætatis. verbo. Quoad vixeris.* Ratio igitur, cur Pontifex velit dimiſsionem fieri in manibus ſuis, non ſolùm eſt, ne Ordinarius, ſiue alius ingerat ſe collationi, ſed etiam vt collatio fiat quandoq; à ſuis, ne beneficium diù vacet, & de dimiſsione Põtifex certam ſcientiam, & notitiam habeat.

Immò

Immò Pontifex non ſolùm reſeruat ſuæ colla-
tioni beneficium dimittendum, ſed particula-
riter prouidet, ne quis collationi ſe intromit-
tat, cui de re per ſimplicē dimiſsionē in mani-
bus alterius, quàm Summi Pontificis factam,
non eſt cautum, vt patet facto deciſionis, vbi
quantumuis, qui tenebatur dimittere ex de-
creto, vt collatio ſpectaret ad Pontificem, ni-
hilominùs Ordinarius voluit ſe intromittere
d. collationi, adeò vt fuerit opus proteſtatio-
ne; quam nec etiam fuit ſatis. de hoc Pontifex
tutum voluit reddere ſuum prouiſum per hu-
iuſmodi decretum, ne cogatur experiri contra
intruſum, quod conſequitur, ſi dimiſsio fiat in
manibus ſuis, quia hoc modo non datur cauſa
Ordinario inuadendi collationem ſpectantem
ad Papam, quia nulla adeſt vacatio.

20 Nec quicquam faciunt duo argumenta à ſi-
mili in deciſione allata, quia licèt argumenta à
ſimili in iure recepta ſint, eò quod legibus nō
21 omnia potuerint comprehendi, quia plures
ſunt caſus, quàm vocabula *l. 4. ff. de præſcript.
l. non poſſunt. ff. de legibus.* attamen, vt obiter hoc
dilucidemus, argumentū à ſimili non procedit,
quando illatio eſſet abſurda, vt tradunt *Docto-
res in c. Cum dilecta. de Confirmat. vtili, vel inutli.*
Secundo non procedit, quando cōſequitur pœ-
na, de quo *in c. in pœnis. de reg. Iur. in 6.* Tertiò
non procedit argumentum a ſimili a iuribus,
quę a iuris communis regulis vel in totum, vel
in parte deuiant, de quo *in cap. Quæ à iure de reg.
iur. eod. lib.* hic eſt caſus noſter. Nam de iure
quilibet poteſt dimittere rem, quam habet,
eamq; relinquere, vt *Mandoſ dicta reg. 19. &
Rebuff. loco proximo allegato.* cum igitur præcipi-
tur, quòd dimiſsio fiat non iuxta voluntatem
dimittentis, ſed iuxta mandatum dimittere
iubentis, hocq; ſit contra iuris communis re-
gulas conſequens eſt, illationi à ſimili, hoc caſu
locum non eſſe.

Sed nec ſunt quidem ſimilia, quæ adducun-
tur in deciſione, non primùm de patrono præ-
ſentante per epiſtolā, ſiue per procuratorium,
quia pręſentatio, quãuis de iure fieri debeat co-
ràm habente facultatem inſtituendi, hoc ta-
men lex non requirit pro forma. aut neceſſa-
22 ria conditione: nam patroni præſentatio per
ſcripturam valet, quando præſentatus eſt no-
tus inſtitutione *Viuian. in praxi Iuriſp. p. 2. lib. 6.
cap. 8 n. 14. Rota deciſ. 575. p. 4 diuerſ.* dimiſ-
ſio verò ſemper, & quandocunq; præcipitur
fieri eodem modo.

Non etiam alterum de reſignatione reſer-
ua i facta in manibus Ordinarij, quia hoc ve-
rum eſt in eo, qui liberè poteſt diſponere iux-
ta *Mandoſ. & Rebuff. alleg.* vnde ex his caſibus
nulla poteſt fieri illatio ad noſtrum decretum,
23 quia ſunt inter ſe diuerſa *l. Papinianus ff. de
minor.*

Ex quibus exiſtimo deciſionem non ſubſiſte-
re, ſed vacationem ex decreto de dimittendo
induci etiamſi dimiſsio fiat, ſed non iuxta de-
cretum, hoc eſt in alterius, quàm Romani
Pontificis manibus: quia decretum pariformi-
tèr requirit dimiſsionem fieri in manibus Pa-
pę, ac requirit eam fieri certo tēpore; vtrum-
24 que procul dubio eſt de forma: cum tunc di-
catur inducta forma, quando lex non ſolùm di-
ſponit aliquem actum eſſe faciendum, ſed vl-
teriùs progreditur circa modum, quo fieri de-
beat, vt in ſimilibus terminis dicit *Mandoſ. reg.
24. quæſt. 3. n. 8. & 9.* & quando additur, pro-
ut hic, decretum irritans *Rota apud Greg. XV.
deciſ. 384. num. 9.* vel quando apponitur pœ-
na nullitatis *Rota coram eodem Greg. 395. n. 6.*
quę omnia concurrunt in caſu noſtro, vnde
dici non poteſt, quod in decreto non ſit indu-
cta forma, & clarum eſt actum, ſi forma
inducta, vel in minimo deficiat. *cap. primo, de
25 Baptiſ Bald. in l. 2. n. 64 C. de ſeruit. & aqua Sar-
nen. in rubric. de Idcom. 9. 8.*

Et miror, quod deciſio admittat de Stylo
Datariæ, dimiſsionem faciendam eſſe in ma-
nibus Papæ, & tamen contrarium ſentiat, cū
Stylus tribuat ius, & pro lege ſit ſeruandus, vt
fortè dicam infra, vbi particulariter agam de
Stylo.

26 Eſt autem Stylus huiuſmodi, quòd qui di-
mittere teneretur, ſi abſens eſt, tranſmittat
procuratorium ad Vrbem, vbi procurator
porrigit ſupplicationem, quam ſupra dedimus
nomine dimittentis, cui à tergo adijcitur extē-
ſio conſenſus procuratoris. Si præſtatur in Ca-
mera eſt huiuſmodi. *die 21. menſis Martij 1602.
d. ctus D. Antonius per Magnificum D. Deſiderium
Henriot procuratorem ſuum dimiſſioni conſenſit, iu-
rauit, &c.* Subſcribit Notarius. *Eſt in Camera
Laurentius Cumſellus.* Si verò conſenſus præſta-
tur in Cancellaria, extenſio conſenſus eſt lon-
gè breuior videlicet. *Quinta Octobris Deſiderius
Henriot procurator*, idem ſeruatur, ſi dimittens
ſit præſens, & conſenſum præſtat perſonalitèr.
Sed contra hanc noſtram concluſionem, quod
videlicèt dimiſsio facienda in manibus Papę ſit
pro forma, oritur nō parua difficultas, quod vi-
delicet illa ſit inductiua immeritę pœnę, vel ex-
citatiua doli, & fraudis. Pœnæ immeritæ, ſi
dimittens tranſmittat mandatum, & procura-
tor, antequam porrigat ſupplicationem dimiſ-
ſionis, vel præſtet conſenſum moriatur, & de
hoc dimittens certior non fiat. Doli, & fraudis,
ſi procurator nequam differat porrigere ſup-
plicationē, vel omninò non porrigit, negans ſe
recepiſſe literas. Verùm his caſibus excuſatur
dimittens, ſi docuerit debito tempore procu-
ratorem conſtituiſſe ad dimittendum, quod
probatur ex data procuratorij.

Obijciet aliquis, hoc reſponſum coincidere
cum deciſione, quam improbauimus, vbi dimiſ-
ſio erat tranſmiſſa ad Curiam, ſed reſponde-
tur, aliud eſſe tranſmittere ad Curiam inſtru-
mentum dimiſsionis in manibus Ordinarij fa-
ctæ, & aliud tranſmittere procuratorium, vt
dimiſsio fiat in manibus Papę: ſecundo caſu ſa-
tisfit decreto, priore non item.

Et hæc de dimiſsione beneficiorum ſæcula

rium

27 rium;pro Regularibus verò decretum variat.
Dimittendi Monaſterium in prouiſione alterius Monaſterij dicitur. *Et cum decreto quod Orator antequam poſſeſſionem ſeu quaſi regiminis, & adminiſtrationis dicti Monaſterij, aut eius bonorum, vel maioris partis eorum aſſequatur, regimini, & adminiſtrationi vltima dicti Monaſterij, cui praeeſt cedere omninò teneatur, aliàs vtrunq; Monaſterium huiuſmodi vacare cenſeatur eo ipſo.* In prouiſione verò Monaſterij pro obtinente locum, & Canonicalem portionem dicitur. *Et cum decreto, quod Orator antequam poſſeſſionem, ſeu quaſi regiminis, & adminiſtrationem eiuſdem aſſequatur, locum & portionem prædictos in manibus noſtris, ſeu pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, nec aliàs, dimittere omninò teneatur, alioquin prouiſio eidem monaſterio de perſona ſua, vt præfertur, facta nulla ſit, & in euentum non dimiſſionis huiuſmodi tàm Monaſterium, quàm locus, & Canonicalis portio huiuſmodi vacent eo ipſo, ita vt de regimine, & adminiſtratione Monaſterij, ac loco, & Canonicali portione prædictis per Sedem Apoſtolicam duntaxat diſponi poſſit, & irritum, & cæt.*

Hęc decreta pro Regularibus in eo differũt, à decretis pro Sæcularibus, quod impetrant dimiſſionem ante aſſecutionem impetrati,
28 quod ideò fit in Regularibus, quia in eorum beneficijs non eſt, periculum intruſionis, cùm omnimoda diſpoſitio ſpectet ad Papam, nec alius collator poſſit ſe quouis in modo in eorum collatione intromittere iuxta *reg. 2. Cancell. notat Rebuff. titulo de translat. monaſt. n. 4.* & in his etiam videre eſt, quod Papa vult dimiſſionem fieri in manibus ſuis, quod non eſt in decreto dimittendi pro Monachis in Francia videlicet. *Et cum decreto, quod Orator antequam poſſeſſionem dictę Camerariæ aſſequatur, Prioratum prædictum dimittere omninò teneatur; alioquin tàm Cameraria, quàm Prioratus huiuſmodi vacent eo ipſo.*

Poſtremò notanda doctrina *Seraph. decis. 1470.* quod videlicet valor beneficij obtenti, & dimittendi non ſit iuſtificandus, hodie
29 ſaltem non habere locum, quia *vt vidimus in formula*, nullus valor dimittendi exprimitur, ſi verò doctrina *Seraphini* interpretetur de alijs obtentis, quæ non dimittuntur, idem dicendum eſt, quia in dimiſſione obtenta non exprimuntur ea ratione, quia quia in ſupplicatione aſſecutionis apponitur decretum dimittendi incompatibile tantùm, non
30 autem compatibilia; & expreſſis pluribus in vna gratia, quorum vnum mandatur dimitti, reliqua cenſentur conceſſa, vnde cùm non exprimuntur, neceſſe ſequitur, ea nulla indigere iuſtificatione. *Gonzal. gloſſ. 15. § 2. num. 68.* Quando non exprimuntur ad effectum retinendi, tunc exprimendus eſt eorum valor, & iuſtificandus; ſed ſufficit quælibet leuis probatio *Ægyd. decis. 684. Rota coram Greg. XV. decis. 78. n. 4. & decis 490. n. 2.* & in Firmana. Iuris patronatus. 9. Maij 1631. coram R.P.D. Ghiſlerio. *Mantica decis. 132. num. 4. Garzias de benef. parte 6. cap. 2. num. 165.* vbi quod requiritur probatio valoris diſtincta, & non ſufficit in confuſo, vtpotè quo exprimuntur duo, quæ ambo non excedunt 164. tunc non ſufficiat probare ambo non ſufficere, ſed requiri vnũ eſſe valoris tot, & alterum tot; quod ego non admiſerim, cùm ſufficiat verificare valorem eo modo, quo fuit expreſſus. Stylus autem eſt, quod valor obtentorum in ſimul exprimatur, videlicèt *Quorum in ſimul fructus 200. non excedunt.* Immò *Rebuff. in praxi tit. ad formam nouæ prouiſionis. Verb. Eorumque fructuum, & prouentuum n. 2.* firmat non eſſe neceſſariam vllam expreſſionem valoris obtentorum, quæ ſolummodò fit propter ſolutionẽ annatæ; idem repetit *Verb. Papa habuit.* quod tamen verum non eſt. Nam pro obtentis non ſoluitur annata, & tamen obtenti eſt neceſſaria expreſſio, vt *in c. non poteſt. §. fin. de præbend. in 6. latè Gonzal gloſſ. 5. §. 5. num 16.* & fatetur *Rebuff. hic.* Vnde retorquetur argumentum *Rebuff.* quòd videlicèt ſi expreſſio obtenti non fit propter annatam, fieri ad effectum, vt Papa ſciat, quantum confert, quòd neceſſariò requirit expreſſionem valoris. *Gomez. ad reg. de exprimen. vero valore. quaſt. 2. Verſ. Præterea mens regulæ.*

CAPVT XXIII.

De Gratia Si neutri.

SVMMARIVM.

Gratia Si neutri, an ſit prima, vel ſecunda gratia, 1.
Quid ſit, 2.
Gratia Si nulli, quid ſit, 3.
Gratia Si alteri, quid ſit, 4.
Gratia Si neutri vſus frequentiſſimus, 5.
Gratia Si neutri non datur contra prouiſum Apoſtolicum, 6.
Non competit niſi prouiſo Apoſtolica, 7.
Formula gratiæ Si neutri, 8.
Gratia Si neutri quomodo ſit aliquãdo prima gratia, 9.
Dicitur noua gratia non prima gratia, 10.
Non debet dari niſi colligitanti, 11.
Gratia Si neutri, & Si nulli in quo differant, 12.
Gratia Si neutri habet tacitam conditionem Vacat, 13
Debet exprimere modum vacandi, 14
Supponit litem, 15.
Non committitur niſi in Rota, 16.
Gratiæ Si neutri iuſtificatio à quo pendeat, 17.
Gratia Si neutri debet iuſtificare omnia narrata, 18.
An teneatur iuſtificare modum vacandi, 19
Pendet à conditione, 20. & 34.
Reſpicit futura, 21.
Nullum ſupponit, aut requirit titulum impetrãtis, 22.
Non derogat iuri tertij, 23.
Datur in electionibus, & præſtutationibus, 24.
Eſt materia ordinaria, 25.
Gratia ſi neutri præcipuè impetrãda, in electionib. 26.

Non

Nõ căpitur illius vigore poſſeſſio, niſi priùs decreta, 27.
Nunquam continet promiſsionem, 28.
Conceditur lite pendentè, 29.
Non competit niſi collitigante ſuperſtitè, 30.
Deſtruit omnes alias gratias, 31.
Conceditur vtriq; collitiganti, 32.
Secundo conceſſa eſt maximè conditionalis, 33.
Gratia Si neutri admittit materiam obiectiuam, 35.
Non ſanat defectum regulæ de annali, 36.
Non conceditur poſt tres conformes, 37.
Quam datam attendat, 38.
Quando habeat neceſſe expedire literas, 39.
An requirat expeditionem literarum primæ impetrationis, 40.
Debet intimari præſenti, quando non agitur de priuatione, 41.
Quomodo intimetur parti, 42.

CAPVT XXIII.

De Gratia Si neutri.

1 POno hãc gratiam, inter ſecundas: quia ſupponit impetrationẽ præceſſiſſe, quamuis ſit de appendicibus primæ gratiæ vigore clauſularum, ita quòd literæ deſuper in forma ſimplicis prouiſionis, gratioſæ ſurrogationis, etiã quoad poſſeſsionem gratiæ Si neutri, Si nulli, Si alteri, &c. quorum terminorum interpretatio eſt, vt gratia Si neutri ea ſit, quæ conceditur vni ex duobus collitigantibus, ſuppoſito, quòd neutri ex ijs ſuper beneficio controuerſo competat ius. Si nulli ea, qua impetrans, petit beneficium ſibi conferri, quando
2 plures ſunt in cauſa, vel tertius, & extra cauſam poſitus petit admitti, ſi nulli eorum, qui ſunt in cauſa ius competat. *Mandoſ. reg.* 33.
3 *quæſt.* 10. *num.* 6. Si alteri ea eſt, qua impetrans petit ſibi conferri beneficium, contrauerſum etiam, ſi alteri alicui, quàm collitiganti, & ad cauſam non venienti, aut venire cu-
4 ranti ius competat. Duę gratię poſteriores parùm ſunt in vſu, quia raró incidunt caſus, quibus poſſunt applicari, altera prior, nempe Si neutri, vſitatiſsima eſt, & mirum in modum ea vtuntur cauſarum patroni, quando nuper iuſtificatio gratiæ eſt difficilis: exempli cauſa;
5 Petrus impetrauit beneficium poſſeſſum per Paulum ob non expreſsionem veri valoris eo, quod illud expreſſerit in ducat. 24. cum tamen aſcendat ad 60. verbi gratia, & quia Petrus faciliùs poteſt probare exceſſum in 24. quam acceſſum ad 60. ideò impetrat gratiam Si neutri; quæ, *vt diximus* eſt de appendicibus primę gratiæ, & propterea non datur contra prouiſum Apoſtolicum; immò de iure non poteſt dari niſi prouiſo Apoſtolico, cui ea competit in vim prioris gratiæ, *vt diximus ſupra de gratia perinde valere*, quæ naſcitur ex eodem fon-
6 te. Vidi tamen eam concedi inter duos non prouiſos Apoſtolicos, quod ego nunquam
7 probaui, quia Dataria per huiuſmodi gratiam ſubſidiariam non tenetur ſuccurrere, niſi illi, qui alias ab ea gratiatus fuit, relinquẽs omnes alios ius ſibi aliundè, quàm ex gratia Papæ competere prætẽdentes, vt via iuris illud proſequantur. Vidi etiam concedi gratiã Si neutri inter electos nõ prouiſos Apoſtolicos, quòd tamen aliquo modo poteſt ſuſtineri eo, quod electio huiuſmodi cõpetat ex priuilegio Apoſtolico, vt fuit conſideratum in Ratiboñ. Canonicatus 22. Iunij 1618. coràm D. Pirouano, ſed ponamus noſtro more exemplum.
8 „ Beatiſsime Pater, aliàs Prioratu maiori Cõ-
„ uentualis Eccleſię Hoſpitalis S. Ioãnis Hiero-
„ ſolymitani Meleuitañ. qui eſt dignitas Magnę
„ Crucis, & Superior in Spiritualibus eiuſdem
„ Hoſpitalis, ad quem, dùm pro tempore vacat,
„ electio perſonæ idoneæ, ex Fratribus Cappel-
„ lanis Sacerdotibus dicti Hoſpitalis aſſumendo
„ *iuxta formam priuilegiorum, & indultorum* ei-
„ dem Hoſpitali à Sede Apoſtolica conceſſorum
„ ſpectare dignoſcitur, tunc per obitum quon.
„ Petri de Virea Camaraſa illius dum viueret
„ vltimi poſſeſſoris extra Rom. Curiam defun-
„ cti vacante inter omnes concurrẽtes ad illum,
„ vt præfertur *vacantem*; deuotus S. V. Orator
„ Saluator Imbrol. dicti Hoſpitalis Frater Ca-
„ pellanus *expreſsè profeſſus*, Sacerdos, V.I.D. ac
„ tunc eiuſdem Hoſpitalis Cancellariæ Regens,
„ ab eiuſdem Magiſtro, & Cõſiliarijs, iuxta for-
„ mam ſtabilimentorum eiuſdem Hoſpitalis, ac
„ alias *ſeruatis de iure ſeruandis*, electus, dictique
„ Prioratus poſſeſſionem, in qua ad præſens exi-
„ ſtit, adeptus fuit, & quia quidam Petrus Sitges,
„ vnus ex ijs, qui ad obtinendum dictum Prio-
„ ratum concurrerant, ſe eidem Oratori litem
„ inferre velle iactabat, dictus Orator cauſam, &
„ cauſas iactationis, & iactationum huiuſmodi
„ bon. mem. Magiſtro Franciſco Vbaldo Palatij
„ noſtri dum vixit Auditori committi obtinuit;
„ rebuſq; ſic ſtantibus, quidam Vitalis de Vitali-
„ bus Frater Capellanus dicti Hoſpitalis, etiam
„ ſi è concurrentibus nõ eſſet, ad cauſam pro ſuo
„ prætenſo intereſſe admitti obtinuit, *cumq; lite,*
„ *& cauſa huiuſmodi* hodie inter dictos Vitalem
„ & Oratorem ſuper dicto Prioratu coram de-
„ uoto veſtro Magiſtro Pirouano, eiuſdem Pa-
„ latij Auditore, in locũ dicti Franciſci Audito-
„ ris ſurrogato, indeciſa pendente à nonnullis
„ aſſeratur neutri dictorum Oratoris, & Vitalis
„ Aduerſarij, in dicto Prioratu, vel ad illum ius
„ competere, ſed Prioratum ipſum adhuc, vt
„ quæritur, aut aliàs certo alio modo vacare;
„ Supplicat humiliter S.V. dictus Orator, qua-
„ tenus verum, & vltimum dicti Prioratus vaca-
„ tionis modum, etiam ſi ex illo, quæuis gene-
„ ralis reſeruatio etiam in corpore iuris clauſa
„ reſultet, pro expreſſa habeñ. ſibique ſpecialem
„ gratiam facieñ. eidem Philippo Auditori, ſeù
„ in eius locum ſurrogato, vel ſurrogañ. vt ſi per
„ euentum litis, & cauſæ huiuſmodi, ſibi con-
„ ſtiterit neutri, ſeu nulli dictorum Oratoris, &
„ Aduerſarij in dicto Prioratu, vel ad illum ius

com-

,, competere, tunc, & eo caſu Prioratum prædi-
,, ctũ, cuius & illi forſan annexorum fructus, &c.
,, Viij. LXXX. cõputatis verò diſtributionibus
,, quotidianis IX. LXXXV. duc. aur. de Ca. ſe
,, com. ex val. an. nõ excedunt, aut ex cuiuſcunq;
,, perſona, ſeu per liberam reſignationem, aut
,, iuris ceſſionẽ Petri Virea, vel cuiuſuis alterius
,, de illo in dicta Curia, vel extrà eã etiam coram
,, Notario publico, & teſtibus ſponte factam,
,, aut conſtitutionem execrabilis, vel aſſequu-
,, tionem, &c. vacet, etiamſi deuolutum, electum,
,, curatum, cura etiam iuriſdictionali ſpe-
,, cialiter, vel aliàs ex quauis cauſa in literis, &
,, diſpoſitiuè exprimenda generaliter reſerua-
,, tur, inter alios, & aliàs, quam vt pręfertur, li-
,, tiq; &c. eidem Oratori Apoſtolica Auctoritate
,, conferat, & aſſignet committere, & mandare
,, de gratia ſpeciali, non obſtañ. &c.

9 Iuxta hanc formulam gratia iſta Si neutri
eſt prima gratia, quia alia non pręceſsit, niſi
velimus, quod *vt ſupra diximus* prior gratia
fuerit electio, vigore indulti Apoſtolici, quòd
ego magis probo, nam cum de ſui natura
ſupponat aliam gratiam priorem, dicitur no-
ua gratia, non prima gratia. *Put. deciſ.* 46.
num. 3. *lib. primo Rota deciſ.* 856. *lib.* 3. *parte* 3.
10 *diuerſ.* cui non obſtat *Mandoſ. reg.* 34. *quaſt.* 83.
num. 2. vbi gratiam Si neutri vocat primam
gratiam, quia loquitur ad effectum, de quo ibi,
nempe regulæ de annali, cui non erat ſatisfa-
ctum in prima gratia, quæ propterea erat nul-
la, & non habenda in conſideratione, non ta-
men inde ſequitur, quòd gratia Si neutri non
ſupponat aliam priorem, ſiue illa ſit valida, ſi-
ue inualida. Similiter interpretandum, quòd
firmat idem *Mandoſ. reg.* 33. *quaſt.* 10. *num.* 6.
gratiam Si neutri poſſe eſſe primam, & prin-
cipalem, quia vt illemet fatetur, hoc erit, quã-
do conceditur vni, qui non eſt in cauſa, & col-
litigans, reſpectu cuius, licèt hæc gratia ſit pri-
ma, tamen *vt dixi* ſupponit alteri, alicui gra-
tiam factam fuiſſe, & deſuper pendere litem,
vt mox oſtendemus, & hoc caſu gratia iſta
potiùs dicetur Si nulli, quàm Si neutri, quæ
non debet dari, niſi collitiganti. *Gloſſator ad*
11 *reg.* 61. *num.* 6. vbi quòd quandò beneficium
confertur tertio non collitiganti, dicitur gra-
tia Si nulli; non autem Si neutri. Idem firmat
12 *Chokier hic num.* 16. quòd fortaſsis etiam voluit
dicere *Mandoſ. vbi ſupra num.* 6. ſed non benè
ſe explicauit: nam re vera gratia Si neutri re-
gulariter dicitur non prima, ſed noua gratia.
Paris. de reſig. lib. primo quaſt. 3. *num.* 104. *lib.*
10. *& quaſt.* 2. *num.* 101. *addit ad Mobed. deciſ.*
83. *de prabend. ſub litera A.* ſingula autem me-
liùs explicabimus in commentario Supplica-
tionis.

*Iuxtà formam priuilegiorum, & indultorum ei-
dem Hoſpitali, à Sede Apoſtolica conceſſorum, &c.*
ex hac clauſula diximus ſupra, poſſe ſuſtineri
gratiam Si neutri, quia electus vigore indulto-
rum Apoſtolicorum cenſetur prouiſus ab ipſa
Sede Apoſtolica, *vt fortè tradidimus ſupra,
vbi egimus de confirmatione electionis.*

Ad illud, vt pateteur vacante, &c. habet
13 enim hæc gratia, conditionem, ſi beneficium
vacat, *Pariſ. de reſig. lib. primo quaſt.* 3. *num.*
105. *& lib.* 10. *quaſt.* 2. *num.* 162. *& lib. primo
quaſt.* 4. *num.* 27. *& lib.* 10. *quaſt.* 3. *num.* 11. *&
lib.* 2. *quaſt.* 27. *n.* 7. & nihil operatur niſi be-
neficium ſit vacans *Rota deciſ.* 24. *de reſcript. in
nouis*, quæ quidem vacatio debet eſſe de tem-
pore impetrationis, nec ſufficit, ſi poſtea ſu-
peruenerit *Verall. deciſ.* 43. *num. primo parte* 2.
Rota deciſ. 824. *lib.* 3. *parte* 3. *diuerſ.* Et nedùm
beneficium debet eſſe vacans, ſed exprimi de-
bet vacationis modus. *Put. deciſ.* 84. *num.* 6. *lib.*
14 3. immò & ipſa affectio puta, quòd vacauerit
per obitum familiaris Cardinalis. *Put. hic num.*
8. & nominatio, & titulus Cardinalis. *Mandoſ.
reg.* 32. *quaſt.* 9. *num.* 8. & denique omnis reſer-
uatio. *Put. vbi ſupra num.* 9. *ad deciſ. Mobed.* 33.
de prabend. poſſet tamen gratia huiuſmodi
concedi etiam ad vacatura, vt notat *Mandoſ.
reg* 32. *num.* 8.

Expreſſè profeſſus, &c. hæc verba non ſunt
Impetrãtis, ſed Reuiſoris; quę tamen ego cum
adeſſem huic cauſæ, curaui deleri, ea ratione,
quòd Dataria non debet requirere aliam pro-
feſsionem, quàm ea, quæ requirit ius commu-
ne, quod cum contentetur profeſſione tacita,
non debet impetrans adigi ad probationem
profeſsionis expreſsè, quæ curſu temporis po-
teſt ex libris profeſsionum excerpi, vel ipſe li-
ber non rectè cuſtoditus amitti. Similis eſt
clauſula ſubſequens *ſeruatis de iure ſeruandis ele-
ctus, &c.* quam ſimiliter curaui deleri, quia eſt
longè intolerabilior prima, attento, quod eſt
ſubuerſiua impetrationis, & gratiæ, quæ pe-
titur, nam *vt mox videbimus* gratia Si neu-
tri conſiſtit in cõfeſsione impetrantis, ſibi nul-
lum ius competere, ſi autem dicatur electio-
nem fuiſſe ritè, & rectè factam, hoc non erit
confiteri, nullum ius ſibi competere, ſed è cõ-
uerſo competere ius, eo quod electio fuerit
canonicè facta, quo caſu impetrans non indi-
geret gratia Si neutri, adeò vt clauſula iſta
reddidiſſet gratiam Papæ eluſoriam. *Ruin. con.*
68. *num.* 4. *&* 105. *num.* 13. *lib.* 3. *Bero. con.* 168.
lib. 2. *Gozad. conſ.* 85. *num.* 23. *Roland. con.* 12.
num. 43. *cum ſeq. lib.* 6.

15 *Cumq; lite, & cauſa huiuſmodi, &c.* gratia
Si neutri ſupponit beneficium litigioſum. *Rota
deciſ.* 445. *num. primo par.* 2. *recent.* & ſine lite
non poteſt ſubſiſtere. *Mantica deciſ.* 50. *num.* 1.
a cuius futuro euentu tota pendet. *Rota deciſ.*
726. *num. primo parte* 2. *recent.* quod Rota *apud
Manticam deciſ.* 99. *num.* 4. explicat, vt ſufficiat
lis de facto, & dicit ità ſæpiùs fuiſſe reſolutum,
nullam tamen producit reſolutionem, ex qua
videre poſsimus, in quibus terminis Rota ita
reſoluerit, nam mihi videtur valdè difficile,
quod ad gratiam Si neutri ſufficiat lis de facto,
immò aduerſari ipſi gratiæ, quæ committitur
Iudici, coram quo narratur lis pendere; Im-
mò gratia Si neutri non committitur niſi in

Rota,

Rota vbi committi non poteſt, niſi priùs fue-
16 rit Auditori commiſſa cauſa, notat *addit ad deciſ. 33. Mohed. de præbend.* & ſic lis non erit de facto, ſed iudicialis, immò Supplicatio gratiæ Si neutri non ſignatur per Datariā niſi priùs ea ob reuerentiam tribunalis remiſſa ad Auditorē, corā quo cauſa fuit introducta, qui ſubſcribit in calce ſupplicationis Gratia videtur ſignanda, appoſito ſubſcribentis nomine. & in hoc hallucinatus eſt *Chokier. ad reg. 62. num. 16.* vbi dicit reſcriptum gratiæ Si neutri dirigi Ordinario, ſeu alteri Executori, cuius tamen rei nullum inueniet exemplum, & non ſufficit quælibet lis, ſed requiritur lis ſuper beneficio *addit. ad deciſ. Mohed. 33. de præbēdis. Rota deciſ. 445 num. 1. parte 2. recent. Mandoſ. reg. 33. quæſt. 10. num. 4.* & propterea rogatus ego dicere ſentētiam, an Dataria poſſet reſcribere in gratia Si neutri Auditori Cameræ Executori literarum, reſpondi nō poſſe, eo quod Auditor nunquam reſcribatur in beneficialibus, qui ſolùm eſt Executor, & proinde litem nō poſſe dici verti ſuper beneficio, & ita videntur procedere deciſiones in Albeñ. Iuriſpatronatus, & Beneuentana Vicariæ, quas mox ſubdam.

17 *A nonnullis aſſeratur, neutri dictorum ius competere, &c.* Immò debet hoc aſſeri ab ipſo impetrante, quia gratiam Si neutri nititur duobus, In non iure aduerſarij, probando per impetrantem. & In non iure impetrantis, reſultare ex illius confeſſione *Mandoſ. reg 27. quæſt. 18. num. 4 Chokier. reg. 34. num. 19. Caſar de Graſſ. deciſ. 2. n. 6 de except. addit. ad deciſ. Mohed. 33. de præbend. Rota deciſ. 10. num. 5. parte 2. recent. & deciſ. 105. num. 3. parte 2. recent. latiſſimè Garzias parte 6. cap. 2. num. 212. & ſeq. Mantica deciſ. 231. num. 4. Creſcen. deciſ. 8. num. 2. de dilat. Rota deciſ. 726. num. 1. parte ſecunda recent.*

Quamuis autem iuſtificatio gratiæ Si neutri præcipuè pendeat ex illis duobus nempè In non iure vtriuſq; litigantis, non tamen hæc duo ſufficiunt ad totalem huiuſmodi gratię iuſtificationem, ſed requiritur iuſtificatio omniū
18 narratorum, non ſecùs ac in alijs gratijs *Mandoſ. reg. 33. quæſt. 18. num. 5.* prout omnia iſta benè explicantur in Albeñ. Iuriſpatronatus 21. Iunij 1618. coram Eminentiſſimo Cardin. Pamphilio.

Domini concluſerunt Bartholomęo eſſe ad iudicandum beneficium, quia gratia Si neutri, quam ipſæ vltimo loco præſentauit, eſt in omnibus juſtificata, nàm de lite cùm Vacciolo in ea narrata, conſtat, ex commiſſione cauſæ, & ex pluribus actis ſubſecutis *Caſſad deciſ. 6. num. 3. ſuper reg.* & fuit dictum in cauſa Arianeñ. Archipresbyteratus 17. Martij 1608. coram Bo. me. Penia. Quod neutri ius competat, ſatis viſum fuit iuſtificari ex reuolutione proceſſus, & quoad Vacciolum non poteſt ei ſuffragari gratia per ipſum obtenta ex perſona Golij, in cuius locum idem Vacciolus ſe ſubrogari fecit, nō n. iuſtificatur illius titulus in omnibus cùm ſua gratia narratis, prout requiritur vix *deciſ. Egid. 112. &c.* quòd verò Bartholomęo ius competat, ſatis dicitur conſtare ex confeſsione illius, vt fuerit reſolutum in cauſa Cluſina Prioratus 17. Februarij 1592. coràm bo. me. Orano, & in dicta Arianen. Quod beneficium vacet, & ſit ſine cura, & de iure patronatus Laicorum ex fundatione, & non excedat 24. iuſtificatur ex cōfeſsione Vaccioli, qui hęc omnia narrauit in eius gratia, quod ſufficit *Bellem. deciſ. 268. & 596. Seraph. deciſ. 677. num. 5. &c.*

Idem verè aduerbio, fuit dictum in Talleñ. parochialis de Vircourt. 15. Martij 1627. coràm D. Merlino.

Reſponſum fuit gratiam Si neutri conceſſam Matthiæ eſſe iuſtificatam, quia omnia narrata benè videntur probata. Nam de Clericatu teſtantur literæ patentes. Valor beneficij per non exceſſum 70 probatur teſtibus licèt deponant de publica voce, & fama *Seraph. deciſ. 62. num. 2. Mantica deciſ. 132. num. 4.* Vacatio beneficij rectè deducitur eo, quod Blaſius, qui olìm hoc beneficium obtinuit, ingreſſus eſt S. Rel. Hieroſolymitanam, & in eam profeſsionem emiſit *c. beneficium. de regular. in 6.* ex quo etiam infertur ad nos ius eiuſdem Blaſij collitigantis, quia ſi ipſe profeſsionem emiſit non poteſt retinere beneficium ſæculare, niſi docuerit de facultate retinendi, & in hac materia iuſtificationis gratiæ Si neutri, ſufficit, quod ex reſolutione actorum, non conſtet de iure collitigantis. Rota in Feſulana præceptoriæ 27. Ianuarij 1563. coràm Robuſterio, *& coràm Mantica deciſ. 213. num. primo, & coràm Greg XV. deciſ. 84. num. 5. & deciſ. 89. num. 3. & 94. num. 7.* cum alijs relatis in Vrbinaten. beneficij 20. Decembris 1624. coràm me, non ius verò Matthiæ ſatis reſultat, ex propria eius confeſsione, in qua profitetur nullum ius ſibi competere, vt in his gratijs Si neutri, Rota ſolet reſpondere; Quòd ad litem dantur commiſsio, & citationes ad dicēdum contra, & fuerunt producti articuli, & expedita remiſſoria, &c.

Ex his deciſionibus liquet, quomodo ſit iuſtificāda gratia Si neutri, & præſertim lis narrata nempè per actus Iudiciales, *vt diximus ſupra num. 15.* & non ſufficere litem de facto, & ad hunc effectum ſufficeret ſubſcriptio, quam facit Auditor in calce ſupplicationis, qui ei nō ſubſcribit, niſi ſibi priùs conſtet, de legitima introductione.

Similiter apparet non ius aduerſarij narratum in gratia Si neutri, ſatis probari ex reſolutione proceſſus, ſi ex eo non conſtet, de dicto non iure, etiamſi aliàs ei ius competeret, quod ius quale ſit, & eſſe debeat, declarat Rota in Beneuentana Vicariæ 28. Iunij. 1617. coràm Card. Sacrato.

Reſolutum fuit gratiam Si neutri obtentam à Franciſco non eſſe iuſtificatam in eo, quod narrat non ius Marcelli, ſtante quòd de

dicto

,, dicto iure Marcelli, conſtat ex præſentatione
,, de illo facta, vt *ex deciſ.* 13. Nouembris 1615.
,, coràm me, quòd quidem ius competens ex
,, præſentatione cenſetur præſeruatum in gra-
,, tia Papæ *Veral. deciſ. 37. parte ſecunda Sarnen.*
,, *ſuper reg. de non tollen. iur. quæſito quæſt. prima*, &
,, fuit dictum in Florentina parochialis 28. Maij
,, 1599. & in Barchinonenſi Parochialis 6. Ia-
,, nuarij 1602. coràm bo. me. Iuſto. Non ob-
,, ſtat gratia Si neutri dicatur iuſtificata eo ipſo,
,, quod in actis nõ conſtet de titulo canonizabi-
,, li, vt in cauſa Feſulana Beneficij 27. Ianuarij
,, 1563 coram bo. mem. Robuſterio, & titulus
,, Marcelli non poſsit dici canonizabilis, ex quo
,, in actis non conſtat de appellatione Ordinarij
,, cum ſubſecuta inſtitutione, quia Domini di-
,, xerunt, tunc demùm debere conſtare in actis
,, de titulo canonizabili, quando ſcilicet titulus
,, eſt talis, qui requirat iuſtificationem ex par-
,, te illius, qui titulum habet, vt reſpondit *Rota*,
,, in Placentina Canonic. [illegible]us 4. Ianuarij 1600.
,, coram Card. Lancelloto. In propoſito au-
,, tem caſu non habet Marcellus, quòd iuſtifi-
,, cet, cùm ſufficiat ſibi exhibere præſentationē
,, de ſua perſona legitima facta, vt ſupra dictum
,, eſt. Et licet non exhibeat inſtitutionem, non
,, ex hoc dicitur conſtare de non iure illius, cùm
,, non ſit præfinitum tempus Ordinario, ſiue Au-
,, ditori in illius locum ſubrogato iuxta *Clem. au-*
,, *ditor. de reſcriptis* ad dandam dictam inſtitu-
,, tionem *Gloſſ. & Doctores in c. cum in cunctis.*
,, *§. primo de elect. Rota deciſ. 4. de Iurepatronat. in*
,, *nouis. Rocchus de Iurepatronat. verbo honori-*
,, *ficum. quæſtione* 25. & fuit alias deciſum;
,, ſecundo principaliter fuit dictum non obſta-
,, re, quod literæ non fuerint expeditæ, intra
,, ſex menſes ante acceptam poſſeſsionem vt
,, diſponitur *in conſtit. Py V.* 46. in ordine inter
,, impreſſas, quia fuit dictum conſtitutionem
,, non annullare prouiſionem, ſed ſolum diſpo-
,, nere, quod tali caſu prouiſi debeant ſoluere
,, integrum quindennium, nec faciant fructus
,, ſuos. Tertio fuit dictum non obſtare, quòd
,, Marcellus ſe intruſit abſq; legitimo titulo, &
,, propterea ipſo iure omiſerit omne ius, iuxtà
,, *textum in c. auaritia, de elect. in* 6. qui habet lo-
,, cum etiam in intruſo cum præſentatione.
,, *Card. conſ. 31. num. 4. verſ. ſed remanet dubium.*
,, *Roman. Conſ. 330. num. 21. & ſeq. Gabr. conſ. 199.*
,, *num. 5. & 6. lib. 1. Rota deciſ. 140. num. 3. par.*
,, *3. lib. 2. cum alijs allegatis*, quia fuit reſponſum
,, quod licèt pœna ex aliquo facto, vel non facto
,, ipſo iure inducatur nihil, requiri, ad effectum
,, vt non ſit locus dictæ pœnę, declarationem iu-
,, diciariam ſuper facto, *Socin. Iun. poſt alios*,
,, *quos obligat conſ. 130. n. 29. verſ. ſi verò dicimus. li.*
,, *3.* quem ſecuta fuit, *Rota* in cauſa Foroliuienſi
,, de Monſignoris 30. Octobris 1602. coram
,, bo. me. Penia, quod magis de plano viſum fuit
,, procedere, quando non ſufficit factum, ſed
,, requiritur qualitas, quia tunc videtur, quod
,, declaratio iudicialis debeat comprehendere
,, vtrumq; & quod non ſufficiat docere de facto
,, niſi etiam doceatur de qualitate, quæ eſt
,, fundamentum diſpoſitionis. *Pariſ. conſ. 152.*
,, *num. 5. lib. 4. Cæphal. conſ. 256. in fin. Socin. Iun.*
,, *conſ. 22. num. 10. lib. 1. Curt. conſ. 124. num.*
,, *11. Tiraq. de retract. lignag. §. 8. gloſſ. 7. in fine*
,, & ita fuit deciſum in Romana penſionis do-
,, mus 11. Martij 1613. coram me. In propoſito
,, autem caſu videtur, quòd textus *in c. auaritia.*
,, non contentetur ſola intruſione, ſed requi-
,, rat temeritatem, fraudem, & malitiam, vt
,, in principio ibi *in illam temeritatem impellunt.*
,, & ibi *à iure interdicta, exquiſitis fraudibus, vſur-*
,, *pare conentur*, & ibi *cum itaque non ſit malitijs*
,, *hominum indulgendum nos latiùs prouidere volen-*
,, *tes, &c.* quod in ſpecie animaduerterunt.
,, *Gloſſ. in c. fin. verbo tacens in fine: & ibi Franc.*
,, *n. 8. de elect. in 6. Mil. in repert. verbo pœna de-*
,, *cretalis auaritiæ*, & fuit dictum in cauſa Caſ-
,, ſalenſi Parochialis 30. Maij 1586. coram Ro-
,, buſterio, & in alia Caſalenſi Parochialis 5.
,, Nouembris 1596. coràm Seraph. & in alia
,, Bracbaren. Parochialis 13. Iunij 1605. coram
,, Reuerendiſs. Atrebaten.

Hæc deciſio benè replicat, de quo non iu-
re conſtare debeat ex reuolutione actorum,
quod explicatio fuit apprimè neceſſaria, ſi-
militer indiget interpretatione quod *ſu-*
pra diximus num. 13. gratiam Si neutri ſuppo-
nere vacationem, quia nedùm contentatur,
quacunq; vacatione, ſed requirit, quòd iuſti-
ficetur modus vacandi, prout requiritur in a-
lijs gratijs, *vt diximus ſupra in principio huius*
numeri, nec iuuatur impetrans clauſula vel ali-
quouis modo, niſi verificato modo vacandi
expreſſo, prout dicimus in omnibus alijs gra-
tijs, etiamſi beneficium re vera vacet, & Ad-
uerſario nullũ ius competat. *Mantica dec.* 347.
vbi quia fuit expreſſus modus vacandi per re-
ſignationem, & non docebatur de publicatio-
19 ne, quę neceſſario requiritur ad validitatē re-
ſignationis, fuit dictum non eſſe locum gra-
tiæ Si neutri, quia non erat expreſſus verus
modus vacandi, nempe per reſignationem,
cum tamen beneficium vacaret ob non
publicationem. Ego exiſtimo hanc deciſio-
nem non ſubſiſtere, ſed eſſe ſatisfactum gra-
tiæ Si neutri eo ipſo quod oſtendatur Ad-
uerſario nullum ius competere, in quo *vt di-*
ximus principaliter fundatur huiuſmodi gra-
tia, etiamſi non fuerit expreſſus titulus per
quem Aduerſarius poſſidebat, ſed alius, mo-
do ille, qui per impetrantem expreſſus eſt,
non ſuffragetur *addit. ad deciſ. Mohed. 33. de*
præbend. circa med. pro quo allegat *deciſ. Put.*
271. num. 1. lib. 2. quod tamen apud Puteum
reperire nequiui, placet tamen reſponſio,
quia eſt fundata in ratione, quæ eſt quod gra-
tia Si neutri fundatur in non iure collitigantis
Rota deciſ. 10. num. 5. parte 2. recent. Vnde quo-
modocunque reluceat nõ ius collitigantis, erit
ſatisfactum huic gratiæ: quia concluſio il[illegible],
quod in gratia Si neutri omnia debent veri-
ficari, prout in alijs gratijs *Rota dec. ſ. 1. 6. nu.*
1. p.

interueniret; Deinde Guido impetrauit gratiam Si neutri, ſuperuenit conſenſus in prima gratia requiſitus, dubitabatur, an ſuffragaretur; & reſponſum, ſuffragari, quia conditio potuit quandocunq; parificari, nec debet ab aliqua gratia intermedia impediri, aut interrumpi.

Deniq; gratia Si neutri operatur, quòd, ad-
35 mittitur materia obiectiua, quę in alijs gratijs reijceretur latè *addit. ad d. deciſ. 33. Mohed. de præbend.* non tamen ſonat defectum pro-
36 uenientem ex regula de annali *Put. deciſ. 46. num. 1. lib. 1. Rota deciſ. 856. parte 3. lib. 3. diuerſor.* 8. quia hoc cedit, *vt ſupra vidimus ex Pariſ. lib. primo quæſt.* 4. *num.* 26. in præiudicium tertij.

37 Similiter gratia Si neutri non conceditur poſt tres conformes, quia, *vt diximus*, nō datur ſine lite, & eodem modo lis non eſt, antequam fuerit cœpta, ac poſtquàm eſt terminata, datur tamen gratia Si alteri *Chokier reg. 62. num. 17.*

38 Cęterùm quod nos principalitèr quęrimus, In hac gratia attenditur Data huius ſecundæ, non primæ gratiæ, & inter duos concurrentes, ſuper eadem gratia Si neutri, præfertur qui habet Datam anteriorem cæteris paribus. *Mandoſ. reg. 33. quæſt. 10. num. 9.*

39 Quæritur etiam an, & quando hæc gratia requirat expeditionem literarum, & reſpondet *Rota deciſ. 81. num. 3. par. 2. recent.* ſufficere, quod expediantur literæ, quando petitur illius canonizatio, ſed hoc de literis gratiæ Si neutri, ſed vtrùm requirat expeditionem priorum literarum, ita vt qui obtinuit committi cauſam ſuper gratia Si neutri, debuit expediuiſſe literas primæ impetrationis, *Mandoſius regula 31. quæſt. 15. num. 3.* reſpondet negatiuè afferens dicti ſui plures rationes, quarum nulla mihi affidet. Aliam ego darem videlicèt, quòd regula De non iudicando, &c. non compræhendat hanc gratiam, eo quod non iudicatur iuxtà tenorem prioris gratiæ, prout prohibet regula, immò ab ea in totum receditur. Subdit autem *Mandoſ. num.* 4. quod quoniam committitur cauſa ſuper gratiam Si neutri, quod tunc ſolet addi clauſula *dummodo literas primæ prouiſionis expediat*, vel *quod literas omninò expedire teneatur*, quod eſt aduertendum, quia hodie huiuſmodi clauſula non apponitur, nàm non minùs in gratia ſi neutri, quàm in gratia primę impetrationis, exprimuntur fructus beneficij. Vnde ſi prior gratia fuit expedita, & pro ea ſoluta annata, & non debet ſolui annata in gratia Si neutri. Si verò annata ſoluta non fuit in prima gratia, ſoluitur in gratia Si neutri, & nullum fit pręiudicium Cancellarię. Literæ autem ſuper gratia Si neutri, debent, *vt diximus*, expediri ante canonizationem, & de-
41 bent intimari parti, quando agitur de priuatione *Rota deciſ. 99. num. 4. parte 2. recent.* quod
42 impletur per ſimplicem citationem abſq; inſertione gratiæ, *vt Rota ibi*.

SVMMARIVM.

Subrogatio aliquando poteſt dici ſimplex prouiſio, 1.
Subrogatio eſt ſecunda gratia, 2.
Subrogatio de iure non competit niſi prouiſo Apoſtolico, 3.
Subrogatio in genere quid ſit, 4.
Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum fuit ſubrogatum. 5.
Subrogatus nullum acquirit ius de nouo, 6.
Subrogatus vtitur iure ſui Authoris, 7.
Subrogatus alicui in aliquo negocio ligatur iiſdem pactis, 8.
Subrogatus poteſt dicere penſionem nullam, non minùs ac teſignans, 9.
Subrogatio conſiderari non poteſt in ea re, quæ non habet ortum ab alia, 10.
Subrogatum niſi habeat eaſdem qualitates cum principali, non dicitur ſubrogatum, 11.
Iudex Subrogatus idem eſt cum primo, 12.
Subrogatus cenſetur eadem perſona cum eo, cui ſubrogatur, 13.
Auditor ſubrogatus in locum abſentis excluditur per illius reditum, 14.
Subrogatus venit ad cauſam in iiſdem ſtatu, & terminis 15.
Subrogatio bonorum liberorum in locum vinculatorum, quomodo probetur. 16.
Subrogatio gratioſa, & Subrogatio in locum collitigantis, in quo differant, 17.

CAPVT XXIV.

De Subrogatione.

Licèt Subrogatio aliquando dici poſſit ſimplex prouiſio, vt notat *Rebuff. de Subrog. Gloſſ. 7. num.* 48. tùnc videlicèt quando ob obi-
1 tum alicuius fit prouiſio non collitiganti cum gratioſa ſubrogatione, nihilominùs quia vt plurimùm diſpoſitiones de ſubrogatione procedunt in terminos Regulæ, dubitari non poteſt Subrogationem eſſe connumerandam in-
2 ter ſecundas gratias, præſertìm illa, quæ datur vigore Regulæ, & de iure non competit niſi prouiſo Apoſtolico in vim clauſularum prioris gratiæ, *vt ſupra diximus de gratia Si neu-*
3 *tri*, & errant Officiales Datariæ concedendo Subrogationem alteri, quam prouiſo Apoſtolico, cui ſoli competit gratia hæc exorbitans; quia ei conceſſa fuit in clauſulis prioris gratię, quarum vigore, *vt infra videbimus*, poteſt petere immiſſionem. *Mandoſ. reg. 29. quæſt.* 1.
4 latè indicat, quid ſit vocabulum Subrogationis quęrens eius notionem, ex vi verbi, & concludit ſubrogationem nihil aliud ſignificare, quàm ſubſtitutionem, quod idem dixerat *Rebuff. tit. de ſubrog. Gloſ. 7. num.* 1. & ideò ſubrogatum dicitur ſapere naturam eius, in cuius locum ſubrogatur *Mandoſ. reg. 4. quæſt. 6. num.* 278. *& reg. 17. quæſt. 9. num. 1. Gonzal. gloſ.* 5. § 9.

§. 9. n. 99. *Pariſ. de reſig. lib. 3. quæſt. 5. num.*
6 75. & propterea vtitur iure ſui authoris *Mandoſ. reg. 27. quæſt. 13. num. 2.* non minùs ac
ceſſionarius vtitur iure cedentis, quia nullum
7 acquirit ius de nouo. *Bellam. deciſ. 116. num. 3.*
& hinc ſimiliter ſubrogatus alicui in aliquo
negotio ligatur ijſdem pactis. *Seraph. dec. 1496.*
8 Et ſubrogatus poteſt dicere penſionem nullã,
eodem iure, quo author, & reſignans. *Pariſ. lib. 1. quæſt. 3. num. 88.*
9 Et demum Subrogatio non poteſt conſiderari in ea re, quæ non habet ortum ab alia.
10 *Rota deciſ. 90. num. 1. part. 2. recent.* & niſi
Subrogatum habeat eaſdem qualitates cum
eo, in cuius locum ſubrogatur, non dici-
11 tur ſubrogatum, nec gaudet eius priuilegijs. *Rota corãm Cauallerio deciſ. 588. num. 6.*
12 Hinc Subrogatus Iudex idem eſt cum primo,
& tenetur ſequi illius acta cum ijſdem terminis iuriſdictionis *Rota deciſ. 558. num. 8. par. 1. recent. Verull. deciſ. 259. num. 4. par. 2.* Quod
quotidiè, experimur in Auditore ſubrogato
13 in locum abſentis, qui ſubit perſonam illius,
immò cenſetur eadem perſona, & ſubroga-
14 tus in locum abſentis excluditur per illius
reditum. *Caſſad. deciſ. 2. num. 3. de reſcript.* &
viceuerſa ſubrogatus actor venit ad cauſam
15 in ijſdem ſtatu, & terminis, in quibus cauſa
ante Subrogationem reperiebatur. *Put. deciſ. 423. lib. 1. & deciſ. 272. lib. 2. de reſig. lib. 2. quæſt. 3. num. 84.* & hæc omnia procedunt,
16 nedum in Iudicibus, & litigantium perſonis,
ſed & in ipſis rebus, vtpotè quod bona libera
ſubrogata in locum vinculatorum cenſeantur
vinculata, vti erant ea, in quorum locum fuerunt ſubrogata, & quomodo hoc probetur,
oſtendit *Rota dec. 162. nu. 5. par. 2. recent.* quod
tamen Dataria difficulter ſolet admittere.

Verùm hęc de ſubrogatione in genere dicta ſufficiant, per quæ ſatis videtur explicata notio vocabuli Subrogationis. Nunc veniamus ad Subrogationes ſpecificas, quas ad duas reduco ſpecies; ad ſubrogationem nempe perſonarum, & ad ſubrogationẽ rerũ. Subrogationẽ autem perſonalẽ, ſiue perſonarũ ego ſimilitèr diuido in duas, nempè in Subrogationem gratioſam in locum demortui non collitigantis, & in ſubrogationem in locum collitigantis, quæ ſimilitèr poteſt eſſe gratioſa: ſed non eſt neceſſarium, quod ſit gratioſa, in quo pleriq; errant confundentes omnem ſubrogationem gratioſam cum ſubrogatione in locũ
collitigantis, quæ tamèn diſtant inter ſe, cùm
17 detur ſubrogatio gratioſa, quæ non eſt in locum collitigantis, *vt infra videbimus*, & datur ſubrogatio in locum collitigantis, quæ non eſt gratioſa, in quo allucinatus eſt *Oliuerius Beltraminus in addit. ad deciſ. Greg. XV. in princ.* vbi ipſe extendit concluſionem, quòd Subrogatio gratioſa requirit litem, quod tamèn nõ eſt verum, & textus deciſionis non loquitur de Subrogatione in locum defuncti. Habent igitur ſe ita duo ad inuicem tanquam excedens, & exceſſum; vt Surrogatio in locum collitigitantis poſſit eſſe gratioſa, & dari Subrogationem gratioſam, quæ non ſit in locum collitigantis, immò quæ litem requirat nullam, *vt dicemus §. 2.* priùs igitur agamus.

SVMMARIVM.

Subrogatio collitiganti intra quod tempus debita, 1.
Menſis ſubrogandis præfixus quando incipiat currere, 2.
Prohibitum ad tempus cenſetur poſt illud conceſſum, 3.
Subrogatio in locum collitigantis, an ſit debita de iure, 4.
Subrogatio in locum collitigantis an neceſſaria, 5.
Prouiſus contra ſubrogatum an dicatur venire contra ius, 6.
Subrogatio non prodeſt ſtante prouiſione tertij, 7.
Rota non diſputat de Subrogatione danda, vel non danda, niſi dubium tranſmittatur per Datariam, 8.
Regulæ de ſubrogandis etiam tacitè derogatur, 9.
Derogari non debet iuri non conſiderabili, 10.
Subrogatio non datur impetranti certo modo, 12.
Subrogatio non datur impetranti per priuationem, niſi poſt ſententiam, 11. & quando ante, 12.
Subrogatio non datur calumnioſo litiganti, 13.
Calumnia ad effectum regulæ de ſubrog. vnde deducatur, 14
Lis calumnioſa ad effectum regulæ quæ dicatur, 15.
Subrogatio etiam debetur ex gratia Signaturi, 16.
Intruſus quis dicatur ad effectũ regulæ de ſubrog. 17.
Triennalis poſſeſſor quis dicatur ad effectum regulæ de ſubrog. 18.
Subrogationem in locum collitigantis non concedit Dataria, niſi conſtet aliquo modo de iure petentis, 19.
Subrogatio non datur collitiganti, quando vacatio contingit in Curia, 20.
Subrogatio non ſolet concedi non poſſidenti, 21.
Subrogatus in ius alicuius nihil acquirit, niſi illè, cui ſubrogatur, ius habeat, 22.
Subrogatio nunquam derogat iuri tertij, 23.
Subrogatio conceditur ad ius ſine poſſeſſione, 24.
Subrogatus illi, qui agebat de ſpolio, vtrum actionem ſpolij continuare poſſit, 25.
Subrogatio ſpolij requirit diuerſas clauſulas, ac Subrogatio ad litem, 26.
Subrogatus gratioſè habet intentionem fundatam, non ſolùm ad ius, ſed etiam quoad poſſeſſionem, & litis proſecutionem, 27.
Subrogatus non cenſetur quis ad cauſam ſpolij, niſi hoc expreſsè dicatur, 28.
Subrogatus in ius alterius, etiam quoad poſſeſſionem, an teneatur purgare ſpolium, 29.
Subrogatus ad ius, & poſſeſſionem vtrum cenſeatur Subrogatus ad fructus, 30.
Subrogatus in locum ciuilitèr poſſidentis poteſt petere naturalem, quemadmodum ipſe decedens petere potuiſſet, 31.
Subrogati poſſeſſio an ſit vera, vel ficta, 32.
Subrogato non competit manutentio ſed immiſſio, 33.

Poſ-

Poſſeſſio Surrogati quomodo dicatur continuari, 34.
Surrogatio gratioſa non eſt ad inſtar ſtatuti continuati in poſſeſſionem defuncti in hæredem, 35.
Surrogatus quoad ius an, & quando cenſeatur Surrogatus quoad poſſeſſionem, 36.
Surrogationem in lite quæ impediunt, non impediunt Surrogationem in iure, 37.
Surrogatus ad rem non cenſetur Surrogatus ad qualitatem, 38.
Surrogatus in iure petentis non poteſt petere ſequeſtrum, niſi gratia iuſtificata, 39.
Poſſeſſio antequam acquiratur, eſt aliquod ius, 40.
Surrogatio ad poſſeſſionem non datur, vbi defunctus poſſeſſionem non habuit. 41.
Surrogatio ad omne ius, & poſſeſſionem extendit ſe ad iudicium poſſeſſorium 42.
Surrogatio in locum eius, quem dubitamus nullum ius habere, quomodo fiat, 43
Formula Surrogationis in locum collitigantis, 44.
Surrogatio gratioſa datur contra impetrantem certo modo, 45.
Impetratio ob non publicationem eſt reliquis impetrationibus certo modo factis fauorabilior, 46.
Subrogatus gratioſè non tenetur publicare, 47.
Subrogatio collitiganti danda etiam per mortem ciuilem, 48.
Subrogatus ad ius, quod alicui competebat ex prouiſione, an cenſeatur Subrogatus eidem quoad ius, quod ei competebat ex mandato de prouidendo, 49.
Gratiæ minores conceſſis, & expreſſis, cenſentur conceſſa de Stylo Cancellariæ, 50.
Subrogatus in lite præſumitur illius litis habere notitiam, 51.
Subrogatus aliquem ad litem proſequendam vtrum cenſeatur ei ceſſiſſe beneficium, 52.
Subrogationes ad beneficia concedit ſolus Papa, 53.
Subrogatus quoad ſpolium, & proſecutionem executorialium, poteſt procedere ad declaratoriam, illis denuò intimatis 54.

§. I.

De Subrogatione in locum collitigantis.

REgula de ſubrogandis collitigantibus tàm antiqua, quæ Vrbani VIII. eſt in ordine 29. adinuenta fuit, vt notant omnes ad tollendas lites inter prouiſos de beneficijs: Diſponit enim, quod ſi vacante Beneficio litigioſo per obitum Poſſeſſoris, collitiganti in iure, vel ad ius Subrogatio conceſſa fuerit, alias omnes impetrationes intra menſem, etiamſi motu proprio emanauerint, nullas eſſe; ne videlicèt, vt præmittit regula, detur nouus collitigans. Verùm verba Regulæ, & totus contextus adeò ſcabroſus eſt, vt multis dederit anſam diſceptandi, ſuper genuino ſenſu. Tamen communis interpretatio obtinuit, *vt notat Gloſſator hìc*, quod infra menſem collitiganti debetur Subrogatio; Tertio infra dictum tempus denegetur, & ita etiam regulam interpretatur *Sarnen. hìc, & Mandoſ. ad eandem quæſt. 2. num. 1.* qui non videtur intellexiſſe Gloſſatorem, aut Sarnenſem eo quod per ſuam, quam firmat concluſionem, videtur receſſiſſe ab opinione Gloſſatoris, & Sarnen. cùm dicat: *quidquid velint Gloſſator antiquus, & Sarnen.* & ſanè vterq; optimè ſe explicat, dùm dicunt; *Si duo litigant ſuper beneficio, & vnus alius tertius quomodocunq; ſe petat ſubrogari & ſit prior in Data; Si tamen alius collitigant infra menſem poſt impetrationem illius tertij, petat ſe ſubrogari; quod valet impetratio collitigantis, & non illius tertij.* Et nil aliud dicit *Mandoſ.* Vnde Interpretatio ab eo allata non eſt ipſius propria, ſed Gloſſatoris, & aliorum; quam ſequitur *Garz. par. 6. cap. 4. num. 37. Rot. apud Seraph. dec. 1165. num. 2.* vbi quod menſis, qui præſcribitur ad petendam ſubrogationem, non incipit currere à die obitus collitigantis; Sed a die impetrationis tertij; ita collitigans
2 non ſit aſtrictus petere Subrogationem infra menſem à die obitus collitigantis; ſed ſufficit, quòd eam petat à die impetrationis factæ per tertium, quod ipſum firmat *Rota deciſ. 342. parte prima recent.* & in Hiſpaleñ. & Cordubeñ. præſtimoniorum 6. Iunij 1607. coram Domino Coccino Decano; quæ eſt inter eius impreſſas, & in Barchinoneñ. Parochialis 20. Iunij 1611. coràm eodem; *& coràm Greg. XV. deciſ. 125. num. 16.* & in Tiraſoneñ. Eleemoſynariæ 5. Nouembris 1605. coràm Lancellotto infrà extendenda: In quibus deciſionibus firmatur, quòd regula non arctat petitionem Subrogationis infra menſem, ſed mentionem menſis adijcit ad inualidandam impetrationem factam in præiudicium Subrogandi. Et re vera litera Regulæ, non apponit menſem conceſſioni denegationis; quaſi illam quandocunq; fieri poſſe ſupponat; ſed expedita periodo de conceſſione Subrogationis, quando loquitur, & diſponit de impetratione per tertium facienda; videlicèt *aliorum quorumlibet impetrationis infra menſem, ante conceſſionem huiuſmodi facta, nullauſq; roboris, vel momenti, &c.* adeò vt nullitas ex tempore adijcitur impetrationi tertij, non Subrogationi colligitantis.

Ego verò non obſtante ſumma Rotæ authoritate crederem, Subrogationem infra menſem petendam eſſe, cum *Mandoſ. 10. dicta parte 2. ſub num. 4.* vbi teſtatur de Stylo. Et moueor non ſolùm ratione, ſed etiam ex verbis Regulæ: ratione quidem, quia plures Cannones diſponunt contrà diutinam vacationem beneficiorum, (quam omninò improbant) quibus hæc regula non voluit contrariũ diſponere; *Si* verò ſumatur interpretatio Rotæ, nullus præſcribitur terminus Subrogationi faciendæ, & ſic inducitur diutina beneficij vacatio: propterea cenſeo regulam reſtrinxiſſe petitionem Subrogationis ad tẽpus menſis, quod ipſum declarant verba regulæ; ibi *ante conceſſionem huiuſmodi* quæ aptè explicari non poſſunt, niſi per ea dicatur præfinitum tempus Subrogationi petendæ: Nam procul

dubio verba iſta: *ante cõceſſionem huiuſmodi, &c.* referuntur ad ſuprapoſita *ſubrogari conceſſerit*; quia de nulla alia conceſſione fuit habitus ſermo: *Vnde impetratio facta infra menſem ante conceſſionem huiuſmodi nulla ſit, &c.* debet intelligi de facta poſt obitum infra menſem petendi Subrogationem. Et hoc importat dictio *ante*, quę non eſt adiecta tempori, ſed conceſſioni, vbi deciſiones allegatæ interpretantur aduerbium *ante* pro aduerbio *poſt*; dicunt enim impetrationem factam poſt Subrogationem intrà menſem eſſe nullam. Vnde dicendum eſt, regulam diſponere, quòd Subrogatio petatur infrà menſem à die obitus, ne Beneficium diutiùs vacet, quod vt indubitatum ſupponit *Put. deciſ. 272. num. 2. lib. 2.* & quòd impetratio medio tempore facta eſt nulla. Ex quo ſequitur, quod facta poſt illud tempus ſit valida *ad regul.* quòd prohibitum ad tempus
3 cenſetur poſt illud conceſſum *l. Si vnus. §. 1. vbi Bald. ff. de pactis cum alijs per Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gl. 2. num. 46. & ſeq. Surd. conſilio 8. num. 7. Rot. deciſ. 475. num. 1. part. 2. recent.* Et hæc videtur naturalis, & legitima regulæ interpretatio. Ex hoc autem non ſequitur, quòd Dataria non poſſit quandocunq; velit concedere Subrogationem collitiganti, quando nõ adeſt impetratio intermedia; ſed ſolùm, quòd vigore huius regulæ non tenetur, & non ſolet concedere Subrogationem valdè negligentibus.
4 Subrogationem autem hanc, in Iuribus demortui collitigantis eſſe de iure debitã videntur aſſerere *Doct. relati per Rot.* ſæpiùs *apud Seraph. deciſ. 1165. num. 1. apud Greg. deciſ. 27. num. 1. & deciſ. 125. num. 1. & part. 2. recent. deciſ. 42. num. 1.* & alias ſæpiùs; adeò vt aliqui
5 dixerint, Datàrium peccare mortalitèr, ſi huiuſmodi Subrogationem deneget, quæ eſt neceſſaria. *Mandoſius regula 32. quæſtione 9. num. 2. lib. 3. & deciſ. 292. lib. 2.* & propterea fuit dubitatum coram eodem *Put. deciſ. 242.*
6 *lib. 1. Verall. deciſ. 232. par. 3.* An prouiſus in concurſu Subrogati dicatur venire cõtra ius? Sed re vera dubium non videtur dimittere difficultatem; Nam vel neceſſitas iſta Subrogationis deducitur ex iure communi, & tunc nedum non eſt neceſſaria, immò odioſa, vt notat *Mandoſ. reg. 27. quæſt. 23. num. 4.* Ex verbis verò regulæ non poteſt deduci iſta neceſſitas, quia non diſponunt circa Subrogationem dandam; ſed circa impetrationem faciendam à tertio, quæ Subrogationem impediat ibi: *Si ſubrogari conceſſerit, &c.* Ita vt Regulà totum hoc poſitum voluit in diſpoſitione Datariæ, volentis, vel non, ſubrogare (*Caſſad. deciſ. 40. num. primo de reſcript. Seraph. d. deciſ. 1165. quod etiã cenſuit Gloſſator antiquus reg. 28. num. 4.* immò *Seraph. vbi ſupra* dicit fuiſſe diſputatum de ordine Sanctiſſimi, An cõpeteret Subrogatio. Rota enim numquam diſputat hoc dubium inter prouiſum, & petentem Subrogationem, niſi hoc ſibi à Dataria particularitèr commiſſum ſit, & ratio eſt; quod Dataria ſi confert tertio impetranti poſt habita, ſiue reiecta Subrogatione petita, nullæ ſunt partes Rotæ decidendi: An Subrogatio competat, cùm ei præiudicatum fuerit per Datariam, hoc eſt per Papam, qui potuit Regulæ, & Subrogationi dandę etiam tacitæ derogare, vt notat Gloſſator loco mox allegato, & fusè dicitur in Tiraſonen. Eleemoſynariæ 5. Nouembris 1605. coram Lancellotto.

Cùm Alphonſus, quamuis non ſit collitigans, obtinuerit prouiſionem, & Subrogationem in ius defuncti; cum derogatione regulæ de ſubrogando collitigantibus, Domini dixerunt Petro collitiganti non eſſe dandam Subrogationem, cùm tali caſu collitigans nõ ſubrogetur, *vt per Alphonſum Gloſſatorem antiquum ſuper dicta regula de Subrogando paulò ante finem verſ. Item adde*: Nam dubitandum non eſt, quin Papa poſsit, & ſoleat, huiuſmodi regulæ derogare. *Sarnen. in proœm. ſuper reg. & quæſt. 1. 10. & 17.* cum ea non obſtante, non ſint manus Papæ ligatæ, quia regula fuerit; cùm tamèn maiorem poteſtatem penès ſe habeat. *c. Dudum de præbend. in 6. & tradit dictus Gloſſator vbi ſupra* maximè, quia per Derogationem, non fit iniuria collitiganti, cuius ius ſaluum remanet, quod proſequi poteſt contrà prouiſum, & Subrogatum, ſicut poterat contrà defunctum. *Sarnen. dicta quæſt. 10. verſ. mihi tamen pro nunc*: & ideò dicit idem Gloſſator; *quando eſt conceſſa Subrogatio tertio cum Derogatione Regulæ, ſi collitigans ſubrogetur intra menſem, valet nihilominùs prima Subrogatio*, & in fortioribus terminis eſt *deciſio Put. deciſ. 253. lib. 3.* Nec obſtant deciſiones, quæ allegantur quòd collitiganti debeatur Subrogatus alius cum derogatione Regulæ, ſed ſolùm quando non fuit derogatum, vel quando agitur in concurſu inter plures petentes Subrogationẽ, quo caſu, cùm non conſtet Papam noluiſſe alicui gratificari, Subrogatio debetur collitiganti: Non obſtàt, quod Petrus petierit Subrogationem infrà menſem à die Datæ gratiæ Alphonſi, & antequam in ſecunda gratia fuerit derogatum regulæ, quia ſola petitio Subrogationis, non reſoluit, neque annullat gratiam tertii non collitigantis, quæ habet implicitũ ſtatum validitatis, vel inualiditatis, quatenùs collitigans obtineat, vel non, Subrogationem, ad effectum enim annullandi gratiam anteriorem oportet, quod ſit conceſſa cùm effectu gratia collitiganti, vt denotant verba Regulæ, ibi *Subrogari conceſſerit*; & alia ibi *ante conceſſionem huiuſmodi factam, &c.* quæ non poſſunt intelligi de petitione ſolùm; ſed præſupponunt gratiam eſſe conceſſam, quòd etiam eſt de mente *Rebuff. ſuper hac reg. gl. 6.* Dum dicit, quod *tunc impetratio tertij eſt nullius roboris, quando collitigans impetrauit: ſecus verò ſi non impetrauit; aliàs eſſet ligare manus Papæ, quia per ſolam petitionem Subrogationis non poteſt collitiganti denegari Subrogatio*, neque

alteri

,, alteri conferri *beneficium*, *quod eſſet abſurdum*
,, Neque per hanc petitionem fuit quęſitum ali-
,, quod ius Petro; ita vt ei eſſet derogandum in
,, poſteriori gratia Alphonſi; quidquid dicendũ
,, ſit: An ſola petitio collitigantis infra menſem
,, ſufficiat ad hoc, vt poſteà poſsit obtenta
,, Subrogatione (citra tamen illius negligentiã)
,, annullare Subrogationem conceſſam tertio;
,, Clarum enim eſt, quod ante Subrogationem
,, collitiganti conceſſam, nullum ei quæritur
,, ius conſiderabile *Idem Gloſſator antiq. vbi ſupra*
,, *verſic. Sed ne videatur tolli*; & vt videmus in ſi-
,, mili, quod per ſolam appoſitionem non quę-
,, ritur ius ad rem conſiderabile, ita vt impe-
,, trans teneatur de ea facere mentionem in im
,, petratione. *Caſſad. deciſ. 28. de Præbendis. Mo-*
,, *bedan. deciſ. 1. & 34. eod. num.* & ſæpè dictum
,, fuit: Quod autem dicebatur, non currere
,, tempus menſis Petro; dum in Rota concede-
,, bat diſcuſsio conceſsionis derogationis, nihil
,, releuat, cùm Alphonſus non fundet ſe in la-
,, pſu menſis, ſed in Derogatione Regulæ,
,, quia Papa, ſiuè ante, ſiuè poſt menſem con-
,, cedere poſſe certum eſt, nec de voluntate
,, pręiudicandi collitiganti dubitari poteſt, ſtan-
,, te clara eiuſdem regulæ derogatione, & cęt.
,, & ita concluſum, &c.

Ex hac deciſione liquidò apparet Papam non ſolùm poſſe, ſed etiam conſueuiſſe, poſt habito collitigante, Subrogationem concedere tertio: Explicanda tamen obitèr eſt deciſio; vbi dicit, quod ſola petitio Subrogationis facta per collitigantem non annullat gratiam tertij, quæ eſt in ſtatu implicito validitatis, ſi videlicèt collitiganti conceditur, vel non, Subrogatio, Nàm ſi Subrogatio tertij habet derogationem Regulæ de Subrogandis, vt ſupponit deciſio, illa impetratio non poteſt eſſe in ſtatu implicito validitatis, quia iuxta punctum deciſionis fuit per Derogationem Regulę præiudicatum collitiganti: propterea dicendum eſt hoc dictum verificari non poſſe, niſi in caſu, vbi adeſſet impetratio tertij abſque derogatione regulæ.

Interpretanda ſimiliter eſt deciſio, vbi dicit, quòd per petitionem Subrogandi, ei non fuit quæſitum aliquod ius, cui in poſteriori gratia tertij impetrantis ſit derogandum. Nam hoc de poſteriori gratia interpretandum eſt, ſcilicèt de gratia tertio impetranti conceſſa per petitionem factam à collitigante, licèt non obtentam. Nàm ſi gratia abſolutè collitiganti eſſet conceſſa, non eſſet ampliùs locus impetrationi tertij. Illud tamen ex deciſione notandum, nó eſſe derogandum iuri non conſiderabili, & quale illud ſit.

Notandum demum Rotam tunc cenſuiſſe collitiganti non dari Subrogationẽ poſt menſem, poſt cuius lapſum notat negligentiam in ſubrogando, quæ notanda non eſſet ſi Subrogatia quandocunque concederet.

Verum firmato Papam poſſe ſpreta Subrogatione collitigantis concedere impetrationem tertio, videndum, quibus caſibus ſoleat admitti ſubrogatio collitigantis, ne Regula Cancellariæ reddatur fruſtatoria: & Rota in prædicta Tiraſoneñ. *vt vidimus*, reſpondens huic obiectioni, dicit ſubrogationem deberi collitiganti, quando Regulæ non fuit derogatum, vel quando plures petunt ſubrogationem, & non conſtat, quòd Papa voluerit alicui gratificari. Verùm hæc Reſponſio non tollit dubium, quia pari modo quæritur; Quando Papa non ſolet derogare Regulæ, vel alteri gratificari. Cui quæſtioni non poteſt dari reſponſio affirmatiua, ſed per negatiuam; videlicet, non datur hoc, & illo caſu, de quibus in Regula; ita vt Regula habeat affirmatiuam generalem; ſed excipiuntur caſus, videlicet ſubrogationem non dari collitiganti calumnioſo, ſiue collitiganti, qui impetrauit per priuationem, ſeu amotionem; quod tamen debet intelligi, antequam feratur ſententia: Nam ſi impetratio facta fuerit
11 poſt ſententiam priuationis, debet huiuſmodi impetranti ſubrogatio. *Rota coram Greg. dec. 426. nu. 10. & deciſ. 261. num. 6. par. 2. Recentior.* quod non eſt contrarium regulæ, quæ diſponit in fine ſubrogationem non dari impetranti per priuationem, etiam ſi proceſſum fuerit ad ſententiam diffinitiuam, quia regula loquitur de impetratione facta ante ſententiam; deciſiones verò loquuntur de impetratione facta poſt ſententiam, quæ duo multum diſtant inter ſe, quia poſteriori caſu ceſſat cauſa calumniæ ex præſumpta procuratione ſententiæ, quod tamen videtur valdè durum, & immò contra iuſtitiam: conſtitutiones enim Pontificum, quæ ob delictum vel crimen inducunt vacationem, aperiunt viam impetrationi: Ponamus itaq; caſum, quod quis impetrauerit Beneficium ob commiſſam Simoniam, & deſuper impetrans obtinuerit ſententiam, qua obtenta, collitigans deceſſerit, nulla videtur ratio aſſignari poſſe, cur illi non debeatur ſubrogatio; nam præſumpta calumnia eliditur per ſententiam, quæ habet præſumptionem pro ſe, neq; præſumendum delictum non ſolùm in impetrante, ſed etiam in iudice; & tamen Regula non contentatur ſententia; ſed videtur requirere rem iudicatam ob differentiã ſupradictam: Quod de omnibus impetrationibus certo modo factis dicendum eſt; quia ſi Dataria non admittit ad ſubrogationem ea ratione: quod plerumque impetrationes huiuſmodi cenſeantur calumnioſæ, videretur ſufficiens ſententia, quæ habet præſumptionem iuſtitiæ. Quod autem diximus tunc dari ſubrogationem ex impetratione ob priuationẽ, fallit ſi ſubrogatio fuerit obtenta ad ius, & poſſeſſionem, & litem cum clauſula *quouis modo*; quia hæc clauſula capit modum vacationis per priuationẽ *Seraph. dec. 1055. nu. 6.* Sed nõ video quomodo hęc Cõcluſio adaptetur Regulę, quę excludit impetrationẽ priuationis expreſſam, nedum tacitam.

Ca-

Calumnia igitur excludit ſubrogationem ex verbis regulæ. *Seraph. deciſ.* 1165. *Greg. dec.* 125. *num.* 2. *Rot. deciſ.* 42. *num.* 3. *& deciſ.* 261. *num.* 6. *par.* 2. *recent. & alibi ſæpius.* Calumnia autem ad effectum Regulæ poteſt deduci ex pluribus, licet regula vnam tantum afferat cauſam; quando videlicet impetratur beneficium ſenis; quæ cauſa conſideratur *à Gloſſatore, Rebuffo, Sarnen. Mandoſ. & Ebokier ad hanc regulam* vt potiſſima, non tamen eſt ſola; quia calumnia *vt diximus* poteſt conſiderari in quacumq; impetratione facta certo modo. Illa tamen excluditur per quemcumq; colorem; ſiue probabilitatem, vt notat *Oliuer. ad deciſ. Greg.* 426. *nu.* 11. & *eſt deciſio eiuſdem* 27. *nu.* 8. & in Caputaqueñ Abbatiæ 25. Maij 1620. corã Seleucieñ infra danda, & coram eodem in Firmana Altaris 30. Ianuarij 1614.

„ Rota cenſuit non conſtare de calumnia, ob
„ quam D. Ricciotto poſſit denegari ſubroga-
„ tio in locum Coriolani collitigantis; licèt
„ enim ſuccubuerit Ricciottus per tres ſenten-
„ tias conformes in hac cauſa; tamen vt ſub-
„ rogatio poſſit denegari, non ſatis eſt, quod in
„ lite mota euenerit, ſed requiritur quod lis
„ fuerit à principio calumnioſa, & mota per
„ calumniam. *Caſſador. deciſ.* 5. *vt lite pend. &*
„ *deciſ.* 7. *de dolo & contum.* quod quidem princi-
„ pium huic liti per Ricciottum intentatæ non
„ adeſt; quia cum ipſe fuerit præſentatus à ve-
„ ris patronis, licèt à minori parte; tamen da-
„ ta nullitate præſentationis Coriolani, vt ipſe
„ prætendebat ob non ſeruatam fundationis
„ formam totum ius remanebat penès ipſum
„ *c. Dudum* il primo *de election. gloſ. in c.* 1. *de iu-*
„ *repr. Abb. conſ.* 54. *num.* 3. *par.* 1. *Federic. de*
„ *Senis conſ.* 112 *circa fin. Lambert. de iurepatron.*
„ *lib.* 1. *art.* 4. *quæſt.* 5. *num.* 2. Vnde etiam ſi in
„ prima gratia aliqua narrauerit, quæ minus
„ vera apparerent; non tamen ex eo ſequitur
„ litem calumnioſè fuiſſe initam prout requiri-
„ tur. Vltra quod de manifeſta iniuſtitia d. gra-
„ tiæ ad hunc effectum nec ſatis conſtat, quia
„ & ſi fundata ſit in deuolutione, & deuolutio
„ non fuerit iuſtificata, quia Plebanus, & Prior
„ excuſarentur ex eo quòd vacationis notitiam
„ non habuerint *cap. Quamquam de election in* 6.
„ *& c.* 2. *de conceſſ. præbend.* potuit tamen Ric-
„ ciottus probabiliter ſperare illorum ſcien-
„ tiam de facili probaturum; ſed quidquid ſit
„ quoad iuſtificationem narratorum in dicta
„ gratia; cùm poſtea fueris obtenta gratia Si
„ neutri, non poteſt dici lis calumnioſè proſe-
„ cuta, & licèt deciſum fuiſſet non fuiſſe iuſti-
„ ficatam, & ex hoc capite latas ſententias, ta-
„ mèn multa deducuntur contra deciſiones,
„ quæ vtiæ ſunt tali circumſpectione dignæ, vt
„ non ſolum ſufficere exiſtimare, &c. ad hoc, vt
„ Ricciottus dici non poſſit, quòd ſubſtinuerit
„ litem calumnioſam; ſed aliqui ex Dominis
„ dubitarunt: an poſſint ſubſtineri dictæ deci-
„ ſiones. Quod autem dicebatur de extinctio-
„ ne litis, ac de periurio Ricciotti particulari-
„ ter videndum eſſe cenſuerunt: Et ex his vtra-
„ que parte informante deciſum fuit, non poſ-
„ ſe à ſubrogatione gratioſa prætextu calum-
„ niæ Ricciottum repelli, &c.

Hæc deciſio videtur optimis rationibus fundata, tamen fuit ab ea receſſum ſub die 20. Iunij 1614. vt *ex deciſione* 568. *& deciſ.* 625. *par.* 2. *recent.* eo ex capite, quòd Ricciottus narrauerit ſe eſſe præſentatum a maiori parte Patronorum, & hoc verum non fuerit: ſed Ricciottus prætendebat, vt dicitur in præmiſſa deciſione, non ſpectare ad eos ius præſentandi, quos deinde Rota patronos iudicauit; vndè potuit excuſari *iuxtà deciſ. Greg.* 27. *num.* 8. adeò vt reſolutio iſta valdè ſit rigoroſa, & exorbitans à cæteris reſolutionibus, præſertim cùm plures ex Dominis dubitauerint de ſubſiſtentia deciſionum contra Ricciottum emanatarum; quæ ſunt *deciſ.* 173. 178. 222. 506. *par.* 2. *recent.* præſertim etiam cum *deciſio* 10. *eadem parte* in gradu reſtitutionis poſt tres ſententias conformes emanauerit ad fauorem Ricciotti: quæ fuit confirmata coram Pœnia 30. Octobris 1600. & tamen ſuper articulo tam arduo, qui pluribus Dominis incuſſit dubium firmata fuit calumnia. Quod pondero ad hunc effectum, vt pateat, materiam hanc de calumnia eſſe valdè arbitrariam: immò quòd generalitèr nihil adeò firmum in iure, quod non poſſit etiam exhibito ſcripto debilitari, & nihil tam clarum, quòd non poſſit argumentis, & apparentibus magis, quam veris rationibus obnubilari: Sed de his alias.

Ex deciſione notabam, quod firmet collitiganti deberi Subrogationem etiam ex capite gratiæ Si neutri *iuxt. Put. deciſ.* 423. *lib.* 1. *&* 1627. *lib.* 2. non obſtante Regula, quæ diſponit calumnioſo litiganti gratiam Si neutri nõ ſuffragari, & proindè doctrina *Putei* intelligenda videtur, tunc demum gratiam Si neutri non ſuffragari, quando conſtet de calumnia; ſecus quando de ea clarè non conſtat.

Sed hoc ipſum maximam habet difficultatem eo, quod gratia Si neutri non poſſit conſiderari ſine expreſſa calumnia, vtpotè quod impetrans gratiam Si neutri, fateatur per neceſſe, ſibi nullum ius competere, ex qua confeſſione manifeſta reſultat calumnia. Sed poteſt reſponderi, hoc non ius detectum fuiſſe in Proceſſu cauſæ, & ſupra firmauimus calumniam non debere influere in principium, & limen Iudicij *iuxta deciſ.* in cauſa Firmana *allegatam*: quæ Reſponſio eò magis admitti debet, quod confeſſio iſta de non iure cenſetur facta non ſimplicitèr, ſed ad effectum obtinendi gratiam Si neutri, quæ fundatur præcipuè in huiuſmodi confeſſione; Vnde quamuis ex gratia Si neutri nõ reſultet titulus abſolutus, & certus, ſed conditionalis, ille ſufficit tamen ad ſubrogationem obtinendam vt in ſupra allegata Caputaqueñ. Abbatiæ 25.

Maij

Maij 1620. coràm Seleucien̄., vbi quod ſuffi-
cit quicunq; titulus coloratus.

„ Poſt plures poſitiones, & dubio maturè di-
„ ſcuſſo: An eſſet danda ſubrogatio Antonio
„ Franciſco, Domini affirmatiuè reſpōderunt;
„ Stante namque lite ipſe habet fundatam in-
„ tentionem tàm de Iure ex diſpoſitione *c. 2. vt*
„ *lite pend. in 6.* quàm vigore regulę de ſubrogan-
„ dis *Sarnen. in dicta reg. q. prima num. 1. in fine:*
„ *Mandoſ. ibidem quæſt. 2. num. 2. Put. deciſ. 141. &*
„ *144. Seraph. deciſ. 1165. num. 1.* & fuit ſæpiſ-
„ ſimè deciſum: Non obſtat, quod ad hoc, vt
„ debeatur Subrogatio colligiganti, neceſſe ſit
„ litem eſſe ſuper titulo beneficij *dicto c. 2. vt li-*
„ *te pend. in 6. Caſſad. deciſ. 6. num. 2. de reſcript.*
„ *& deciſ. 4. vt lite pend. Mandoſ. ſuper reg. de ſub-*
„ *rogan. quæſt. 2. num. 5.* Nam licet commiſsio vi-
„ deatur ſuper ſtatu beneficij; non autem ſuper
„ titulo, An ſcilicet eſſet ſæcularis, vel Regu-
„ laris; tamen cùm talis ſtatus fuerit narratus
„ ad effectum canonizandæ prouiſionis obten-
„ tæ per veteranum, & excludendi Antonium
„ Franciſcum, qui obtinuerat hoc beneficium
„ vti Sæculare, & Curatum, ſatis commiſſa
„ fuit lis ſuper titulo ſtante præcipuè clauſula
„ *vna cum inciden., & quam, & quas, &c. Caſſad.*
„ *deciſ. 9. verſ. Item commiſſio. de cauſa poſſeſſ. &*
„ *propriet. Mohedan. deciſ. 6. de reſcript. Mandoſ.*
„ *ſuper reg. de ſubrogan. quæſt. 14. num. 7.* & fuit
„ dictum in vna Barchinonen̄. Parochialis 20.
„ Iunij 1611. coràm Reuerendiſs. Domino De-
„ cano *quæ eſt in recent. deciſ. 342. num. 2. verſ.*
„ *Tamen in cauſa. par. 1.* In Nucerina Iuriſpatro-
„ natus 14. Maij 1612. coràm R.P.D. Caua-
„ lerio, & nuper in Conchen̄ Beneficij de Inſe-
„ ſta. 20. Nouembris 1619. coram Reuerendiſs.
„ D. meo Decano non obſtat, quod vltra litem
„ requiratur titulus in petente ſubrogationem
„ *cap. 1. & 2. vt lite pend. in 6. Sarnen. in regula de*
„ *ſubrogan. quæſt. 12.* Quia & de titulo conſtare
„ viſum fuit; non enim neceſſarius eſt titulus
„ verus ad effectum obtinendæ ſubrogationis;
„ quia alias non eſſet opus ſubrogatione, ſed
„ ſufficit coloratus: *Ægid. deciſ. 110. num. 3.*
„ *verſic. ſic itaq;* pro quo ſufficit oſtendere titu-
„ lum coloratu fuiſſe conceſſum ab habente po-
„ teſtatem: *Ægid. dec. 116. in princ. Mand. in reg.*
„ *16. quæſt. 27. nu. 6.* & licèt Antonius Franci-
„ ſcus non haberet ſimplicem collationem ab
„ Ordinario, ſed inſtitutionem ad præſentatio-
„ nē Patroni; tamen cùm adſit etiam ſententia
„ Ordinarij canonizatiua Iuriſpatronatus, ex-
„ cluditur omnis præſumptio calumniæ, pro-
„ ptèr quam derogatio denegatur; *vt fuit di-*
„ *ctum* in Aprutina Beneficij 10. Maij 1611.
„ coràm Reuerendiſs. Lugdunen̄. maximè quia
„ ſine ſententia Ordinarij ex iuribus productis
„ per Antonium Franciſcum, negari nō poteſt,
„ quin ſaltem detur magnus fumus Iuriſpatro-
„ natus, ex quo excluditur præſumptio calum-
„ niæ, cùm ad id ſufficiat quælibet cauſa co-
„ lorata: *Rebuff. ad reg. de ſubrogan. gloſſ. 7. nu. 3.*
„ *fuit dictum in dicta* Aprutina Beneficij, & in
„ Pampilonen̄. Abbatiæ de Allegia 20. Iunij
„ 1603. coram Ludouiſio.

17 Vlteriùs excluduntur à beneficio Regulæ de ſubrogandis intruſi: Dicitur autem intruſus ad effectum huius regulæ ille, qui cœpit poſſeſſionem beneficij reſeruati virtute collationis alterius, quam Papę. *Rota deciſ. 741. par. 2. recent. num. 2.* Verum quidem eſt, quod intruſio debet verificari poſſe de tempore petitæ Subrogationis; Nàm ſi quis antea ſe intruſerit in poſſeſſionem beneficij, & de tempore petitionis ipſe poſſeſſionem dimiſerit, & alius in poſſeſſione reperiatur, tunc nulla poteſt conſiderari intruſio, quæ beneficium regulæ excludat. *Rota deciſ. 341. num. 1. par. 1. & deciſ. 531. num. 2. part. 2. recent.*

18 Demum per regulam non eſt locus Subrogationi, quando collitigans cedens, vel decedens fuiſſet triennalis poſſeſſor, quod tamèn indiget Interpretatione, nempè quòd non poteſt dici pacificus poſſeſſor, qui non habuit prouiſionem, ſed tantùm decretum de prouidendo, quandò ad legitimam ætatem peruenerit. *Rot. deciſ. 531. num. 3. & 4. part. 2. recent.* Vndè etiam ſi quis poſt decretum huiuſmodi perceperit pacificè fructus per plures annos, non poterit dici triennalis poſſeſſor, qui re vera non poſſidet canonicè, quæ poſſeſsio requiritur ad hunc effectum. An autem Regula de triennali habeat locum in Succeſſore, ad quem tranſeat vitium litigoſi, diſputat *Rota in deciſ. 342. part. 1. recent. num. 4.* vbi ponit duos caſus procedendo cùm diſtinctione. Primus caſus, quandò tertius habet cauſam à collitigante, poſſeſsione vacante, vel exiſtente penès non collitigantem. Secundus caſus; quandò tertius habet cauſam à collitigante, poſſeſsione exiſtente penès ipſum collitigantem; Primo caſu dicit poſſeſſorem effici triennalem. Secundo caſu non effici. Verùm primus caſus indiget interpretatione; Nam impoſsibile videtur, quòd tertius impetrans habeat cauſam à collitigante, & poſſeſsio ſit vacua, nàm poſſeſsio erit apud vnum ex collitigātibus, & quamuis *Mohed. deciſ. 8. vt lite pend.* ponat caſum, quo poſſeſsio non erat penès aliquem ex collitigantibus, vbi Marcus erat in poſſeſsione, & Munos, ac Main litigabant ſuper beneficio per Marcum poſſeſſo, hic tamen tertius impetrans non habet cauſam à collitigante, ſed à Marco, qui non erat in lite. Si verò ſupponatur, quòd tertius impetrans poſsit habere cauſam ab vno ex collitigantibus, vtpotè quòd aliquis eorum iura ſua ceſſerit, vel in ius collitigantis, non ſui, ſed alterius, ſubrogari obtinuerit, hoc caſu, vel quia poſſeſsio erit penès tertium, qui non eſt in cauſa, & non poterit acquiri impetranti: Vel erat penès collitigantem cedentis, ſiue illius, in cuius locum tertius ſibi petijt ſubrogari, & non poterit dicta poſſeſsio, ſi acquiratur tertio, dici pacifica, ſed tranſit in eum vitium litigioſi juxta ſecundum caſum; adeò vt

pri-

primus caſus diſtinctionis non videtur poſſe practicari.

Cæterùm præter caſus expreſſos in regula, quibus excludit beneficium Subrogatio-
19 nis, inueſtigandi ſunt alij, quos de Stylo ſeruat Dataria. Et primò quidem Dataria non concedit Subrogationem, niſi ſibi aliquo modo conſtet de Iure petentis, quod videlicet nedùm lis pro parte ſua fuit calumnioſa, ſed immò, quod Iura inclinent pro ipſius parte *Mandoſ. de Signa. Grat. titulo Subrogationes in fine.* vbi dicit, hoc eſſe de mente Regulæ, ſaltem implicitè, etiamſi Regula hoc non dicat.

Secundò Dataria non ſolet concedere ſubrogationem, quando vacatio contigit in Curia, & hoc maxima ratione propter reſerua-
20 tionem in corpore Iuris clauſam, cui Regula non cenſetur voluiſſe derogare.

Tertiò Dataria non ſolet concedere ſubrogationem, quando collitigans, qui deceſſit, erat in poſſeſſione, ſed regularitèr ſubrogatio
21 conceditur poſsidenti in locum collitigantis non poſsidentis, interpretando regulam, quod nouus collitigans non debet dari poſſeſſori, vt ipſe videlicèt eximat ſe à moleſtijs, & vexationibus, non autem quod collitigans per ſubrogationem debeat acquirere poſſeſsionem, quàm non habebat, quod tamen videtur eſſe contrarium textui Regulæ, quæ excipit impetrantes calumnioſos, & certo modo, quos ſupponit poſſeſsionem aſſecutos nō fuiſſe, vnde firmat Regulam in non exceptis; videlicèt alijs impetrantibus, etiam non poſſeſſoribus, ſubrogationem deberi; Dataria tamen, *vt dixi*, rarò vel nunquam concedit ſubrogationem non poſſeſſori.

Attamen *Rota poſt Puteum, & alios* in Tiraſoneñ. Eleemoſynariæ *quam dedi ſupra num. 9.* expreſsè firmat, quod Dataria per obitum collitigantis Poſſeſſoris conferens tertio impetranti, nullum infert præiudicium ſuperſtiti collitiganti, qui contra tertium ſubrogatum poterit experiri ſua iura, eodem ſtatu, ac terminis, quibus contra collitigantem defunctũ,
22 vt conſiderauit *Rota* in Burgeñ. Abbatiæ 17. Decembris 1612. coràm bo. mem. Vbaldo; quia ſubrogatus in locum alterius non plùs acquirit, quàm ille habuerit. *Rota deciſ. 81. nu. 7. part. 1. recent.* Verùm hoc idem poterit dici de collitigante Poſſeſſore, cuius cauſa non erit facta deterior per ſubrogationem tertij
23 in Iuribus collitigantis, cui Iuri ſubrogatio numquam in aliquo derogat *Seraph. deciſ. 990. num. 8. Rota deciſ. 526. num. 8. part. 2. recent.* nihilominùs Dataria magis poſſeſsionem conſiderat, quàm prætenſum ius collitigantis merè euentuale.

Quamuis autem hoc verum ſit, quod Dataria, *vt diximus*, non ſoleat admittere ſubrogationem collitiganti non poſſeſsori; non inde ſequitur, quod ſubrogatio nunquam detur, niſi in locũ poſſeſſoris, quia conceditur etiam ad ius ſine poſſeſsione, etiam quoad proſecutionẽ Breuis *de capien. poſſeſſione*
24 *nomine Cameræ* Rota coràm Caualerio *dec. 639. nu. 3. & dec. 385. lib. 3. nu. 1. part. 3. diuerſ.* dubitat, Vtrum ſubrogatus illi, qui de ſpo-
25 lio agebat, actionem ſpolij proſequi, & continuare poſsit, & nihil reſoluit; ſed remittit ſe ad alias reſolutiones, quæ quales ſint, cum eas non indigitet, vix poteſt colligi. Nam *deciſio 387. eodem lib.* firmat requiri diuerſas clauſulas in ſubrogatione ſpolij, quàm requi-
26 rit ſubrogatio ad litem, quatumuis gratioſè ſubrogatus habeat intentionem fundatam non ſolùm ad ius, ſed etiam, quoad poſſeſsio-
27 nem, & litis proſecutionem. *Seraphin. deciſ. 596. num. 2.* quia videlicet ad ſpolium debet ſpecificari, vt ſubrogatus non cenſeatur quis ad cauſam ſpolij niſi hoc expreſsè dicatur *Mãdoſ. reg. 27. quæſt. 23. num. 2. & regula 29. quæſt. 7. num. 4. Pariſ. lib. 13. quæſt. 5. num. 79.* licèt è conuerſo verum ſit, quod ſubrogatus in ius alterius etiam quoad poſſeſsionem tenetur purgare ſpolium *Pariſ. vbi ſupra libro primo quæſtione 16. num. 59.* Ratio diuerſitatis eſt, quia ſi ſubrogatus in locum ſpoliantis liberaretur à purgatione ſpolij, ex mutatione perſonæ fieret præiudicium ſpolio: Subrogato verò in actione ſpolij nullum fit pręiudiciũ, niſi hoc dicatur, & ita petierit, quia actio competens ſpoliato eſt perſonalis, & non tranſit in ſubrogatum, qui nec eſt læſus, nec ſpoliatus *Pariſ. vbi ſupra num. 80.* qui tamen *num. 83.* limitat hanc concluſionem, vt non procedat quotiès mortuo ſpoliato Papa confert, & gratioſè ſubrogat: quæ limitatio vix poteſt intelligi, niſi velit concluſionem procedere in reſignatione tantùm, hoc eſt in vacatione per reſignationem, non autem in vacatione per obitum; quod tamen nulla ratione ſuadetur, nàm ſpolium æquè conſideratur in reſignante, ac in mortuo, quia ſpolium præceſsit obitum, vel reſignationem, ſeu iurium ceſsionem: Siue igitur poſt ſpolium ſuccedat ceſsio ſpoliati, ſiue obitus eiuſdem, præcedens ſpolium nō alteratur, ſed remanet in ſuo eſse, & ſemper erit ſpoliũ, immò deciſiones allegatæ loquuntur in ſubrogato ſpoliato ex obitu. Quapropter exiſtimo *Pariſ.* voluiſſe diſtinguere, de ſubrogatione collitigãtis, & ſubrogatione tertij, & cõcluſionẽ procedere in primo caſu, nō autẽ in ſecũdo, vbi Papa gratioſè ſubrogans tertium impetrantem in locum demortui, cenſetur eum ſubrogaſſe ad cauſam ſpolij, etiam ſi hoc non dicat, quod tamen eſt contra deciſiones, & ego cum deciſionibus cenſeo, quandocunq; fiat ſubrogatio, faciendam eſſe expreſſam mentionem ſpolij, cùm ad hoc vtatur Dataria diuerſis clauſulis, ſiue decretis, *vt diximus ſupra num. 26.*

Clauſula verò ſiue decretum, quo vtitur Dataria in ſubrogatione ad cauſam ſpolij, & de quibus loquitur *deciſio 387. par. 3. diuerſ.* vix alicui hodiè ſunt nota; nam vt plurimum in-

ſup-

ſupplicationibus ſubrogationum video cancellari verba illa *etiam quoad ſpolium*, & ratio eſt, quia ſubſtitutus, qui conficit ſummarium nullam facit mentionem ſpolij, licèt [illegible]us fiat mentio in corpore ſupplicationis, ſed ſolùm exprimit ſubrogationem Iurium in genere: Vnde Reuiſor videns Papam de ſpolio nullam habuiſſe notitiam, cui ſummarium & non integra ſupplicatio prælegitur, & ſpolium expreſſam mentionem deſideret, meritò delet è corpore ſupplicationis id, quod non legitur in Summario, adeò vt conficiens Summarium præiudicat impetrantibus; quamuis imperitia etiam Sollicitatorũ multum ad hoc cooperetur, qui non vt præteritis temporibus erant viri probè ſtylati, *vt inquit Gomeſ.* ſed hodie vt quis ternas vidit ſupplicationes, illico inter poma natat, & multa inſcitia laudabilem profeſſionem corrumpit, veraque praxis reſtricta ad paucos.

Tamen quia certũ eſt, Datariam vti in his Subrogationibus ad ſpolium proprijs clauſulis, quia hoc teſtatur *Rota dicta dec.* 387. volui videre ſupplicationes antiquas, & reperi vnã manu Clementis VIII. ſignatam, in qua impetrans ſubrogari petebat *etiam quo ad actionẽ ſpolij, & recuperationem fructuũ dicti beneficij, nec non Iura dandi, et excipiendi de prædicta regula de triennali poſſeſſore etc.* totum hoc fuit delectum, & in illius locum appoſitum ſequens decretũ: *etiam quo ad proſecutionem actionis ſpolij, quæ dicto defuncto tempore ſui obitus competebat, & cõpetere poterat quoad poſſeſſionem dicti beneficij, qua idem defunctus ſpoliatus fuerat, vt præfertur recuperandum, & ſibi tradendum dumtaxat, &c.*

Hoc itaq; eſt decretũ de quo *Rota dicta deciſ.* 387. in quo aduertendum quam ſit diuerſimodè conceptum ab eo, quod continebatur in corpore ſupplicationis, & munitum clauſula *dumtaxat*, quæ tollit duo petita per impetrantem; primum, facultatem dandi, & excipiẽdi de triennali; Alterum recuperationem fructuum; per quæ poteſt intelligi, quam legaliter procedat Dataria, & non caſu, ſiue arbitrio, vt quidam ineptè ſcituli ignorantèr calumniantur, ſed omnia decreta, & reſtrictiuæ fundantur ſiuè in Sacro Canone, ſiuè Pontificum Conſtitutione, vel ratione, ac legis diſpoſitione. In hoc caſu deleta eſt facultas dandi, & excipiendi de triennali; quia ſpoliatus non indiget triennali, ſi agat, ſed quę libet poſſeſſio ſufficit. Viceuerſa excipere non poteſt de triennali ſpoliatus; quia non poſſidet. Alteram petitionem de recuperatione fructuum ſimiliter deleuit Dataria, quia articulum illum, vti dubium, relinquere voluit in diſputatione iuris; dico articulum dubium generalitèr loquendo, quia alius negat, alius aſſert, quamuis fortaſsis vnuſquiſq; verum affirmet in ſuo caſu, qui pro intelligentia probanda omnes ſunt examinandi.

Pariſ. de reſignat. lib. 2. quæſt. 2. num. 84. firmat, Rotam in vna Taruiſina tenuiſſe, quod ſubrogatus in omni iure, quod alicui competebat, non videri ſubrogatum ad fructus ei competentes ante ceſsionem; & ſubdit, quod ita deciſio reſpondet *ad deciſ. Bellemer.* 359. & 951. quas requiſiui, vt viderẽ, in quibus termi-
30 nis loquantur; ſed fruſtra quia *deciſio* 359. nullum verbum de hac materia, & *deciſ.* 951. non legitur in Codice deciſionum Bellemeræ, quia numerus deciſionum non eſt tantus. loquitur, itaq; *Pariſ.* in terminis Reſignationis; vbi Reſignatarius, qui in vim clauſularum generalium ſubrogatur Reſignanti; quo caſu nullum dubium, quin Reſiguatarius non acquirat fructus, qui ſpectabant ad Reſignantem ante Reſignationem, licèt per eum non exactos; & hoc caſu ſubrogatio non poteſt comprehendere fructus.

Rota apud Caual. deciſ. 477. num. 2. dicit ſubrogato deberi fructus a die obitus illius, in cuius locum eſt ſubrogatus; & hæc concluſio ſimilitèr non admittit difficultatem; quia alteri, quam defuncto, aut ſubrogato acquiri non poterunt.

Et in Aretina Plebaniæ S. Felicis lunæ 27. Ianuarij 1623. coram Remboldo. firmat ad ſubrogatum ſpectare fructus, qui erant ſub ſequeſtro, quod quia luculenter in dicta deciſione probatur, etiam hic adijciendum cenſui.

,, Domini cenſuerunt fructus Plebaniæ, de
,, quà agitur penès ſequeſtratarium exiſtentes
,, eſſe conſignandos Dominico in poſſeſsio-
,, nem d. Plebaniæ vigore gratioſæ ſubroga-
,, tionis; quia poſſeſſio, quæ erat penès defun-
,, ctum Anteceſſorem dicti Dominici, fuit vi-
,, gore dictæ gratioſæ ſubrogationis in Domi-
,, nicum Principis miniſterio translata *Lancel-*
,, *lot. de attentat. par. 2. cap. 4. num. 395. Pariſ. de*
,, *reſignat. lib. 2. quæſt. 3. num. 70 & 74. Mohed.*
,, *deciſ. 11. num 20. vt lite pend.* & fuit dictum in
,, Parmeñ. Beneficij Sancti Nicolai de Tolen-
,, tino 21. April. 1589. coram bo. me. Penia, &
,, alias ſæpiſſimè; ac propterea dictus Domini-
,, cus habetur a die obitus dicti eius Anteceſſo-
,, ris pro poſſeſſore; & per conſequens ad ip-
,, ſum quoq; ſpectant dicti fructus, quia perti-
,, nent abſque dubio ad poſſeſſorem. *Cephal. conſ.*
,, *63 num. 10. & ſeqq. & nu. 15. lib. 1. Guido Pap.*
,, *deciſ. 356 Rota deciſ. 397. num. 1. par. 1. recent.*
,, Nec obſtat, quod gratioſa ſubrogatio de-
,, ſeruit potius ad effectum, vt ſubrogatus va-
,, leat apprehendere poſſeſsionem, quàm vt
,, cenſeatur per eam continuata poſſeſsio de-
,, functi in ſubrogatum, ideoq; nec detur vigo-
,, re dictæ gratioſæ ſubrogationis, manutentio,
,, ſed immiſsio; quia eſt aduertendum, quod per
,, ſubrogationem gratioſam transfertur abſq;
,, dubio poſſeſsio iuris, & quamuis ad effectum
,, acquiſitionis poſſeſsionis facti acquiratur iux-
,, ta ſtylum, quem ſeruat Rota, apprehenſio,
,, ſeu immiſsio, nihilominus per huiuſmodi im-
,, miſsionem ita coniungitur poſſeſsio facti,
,, cum dicta poſſeſsione iuris, vt potiùs cenſea-

tur

,, tur continuatio poſſeſsionis defuncti, quàm
,, noua apprehenſio ad tradita per *Lancellott. de*
,, *attentat. dicta par. 2. cap. 4. num. 395. Rot. deciſ.*
,, *472. num. 5. lib. 3. par. 3. diuerſ.* & fuit dictum in
,, Regienſi Prioratus 14. Iunij 1604. coram Re-
,, uerendiſs. D. Decano, & in Burgenſi Canoni-
,, catus 30. Martij 1607. coram S. D N. vbi
,, quod ſubrogatio nihil aliud eſt, quam conti-
,, nuatio quædam in ſubrogatum illius poſſeſ-
,, ſionis, quam habebat defunctus, quodq; ſub-
,, rogatio, & ſtatutum de continuanda poſſeſ-
,, ſione procedunt per eaſdem regulas, itaut
,, ſicuti ſtatutum operatur, quod poſſeſsio nec
,, momento temporis cenſeatur vacans, ita
,, pariter eundem producit effectum ſubroga-
,, tio; nec propterea obſtat, quod vt dicitur
,, materia ſubrogationis regulatur iuxta termi-
,, nos *leg. fin. C. de Ædicto D. Andr. tollen.* quodq;
,, in illo remedio non veniunt fructus poſt mor-
,, tem teſtatoris; quia hæres mittitur in poſſeſ-
,, ſionem bonorum, quæ fuerunt teſtatoris tem-
,, pore eius mortis. *Menoch. de adipiſc. hær. remed.*
,, *4. num.* 80. *& ſeq.* vbi ſubdit hæredi eſſe ſuc-
,, curſum alio remedio, ſcilicèt petitione hære-
,, ditatis in petitorio pro conſequendis fructi-
,, bus; nam licèt ſubrogatio in pluribus regule-
,, tur *iuxt. terminos d. leg. finalis*; tamen hoc ha-
,, bet peculiare, quòd per eam poſſeſsio defun-
,, cti transfertur in ſubrogatum, & quod per
,, immiſsionem vigore dictæ Subrogationis
,, continuatur potiùs poſſeſsio defuncti, quam
,, noua acquiratur; ità quod ſubrogatus, po-
,, ſtea quàm fuit immiſſus, perinde habeatur,
,, ac ſi à die obitus defuncti verè poſſediſſet,
,, etiam ad effectum acquiſitionis fructuum
,, ante immiſsionem ex ſupra allegatis, vt
,, fuit firmatum in Cordubēſi Beneficiorum 16.
,, Nouembris 1618. coram R. P. D. Caua-
,, lerio, & eadem ratione tollitur aliud ob-
,, iectum, quod ex interdictis non veniunt
,, fructus, niſi a die, qua ſunt ædita interdicta
,, *Menoch. dicto remed. 4. quæſt. 97. num* 80. *&*
,, *ſeq.* Quia, vt dictum eſt, hoc eſt ſpeciale in
,, Subrogatione, quod per immiſsionem non
,, acquiratur noua poſseſsio; ſed potiùs conti-
,, nuatur poſſeſsio defuncti, miniſterio Princi-
,, pis in ſubrogatum tranſlata; & hæc poſſesſio
,, ſufficit ad effectum acquiſitionis fructuum,
,, ſaltem quando ante immiſsionem non fuit
,, poſseſsio ab alio occupata, vt in caſu iſto,
,, quia tunc habetur pro vero poſſeſsore, nec
,, vlli alteri, quam ſic poſsidenti, videntur hu-
,, iuſmodi fructus magis debiti, ad tradita *per*
,, *Dyn. in cap. ſine poſſeſsione. de Reg. Iuris in 6. Ac-*
,, *chill. deciſ. 24. num. 3. de reſtit. ſpoliat.* Nec ob-
,, ſtat deciſio in Cauſa Oſceñ. 16. Nouembris
,, 1620 coram R. P. D. Pamphilio, quia in illa
,, deciſione dicitur, quod ſub clauſula *Parito*
,, *Breui* nō veniūt expēſç litis quia in Breui nulla
,, ſit mentio expenſarum; non autem negatur
,, quòd fructus etiam ante immiſsionem decur-
,, ſi non debeantur ſubrogato, vigore ſubroga-
,, tionis immiſſo quando ante immiſsionem
,, non fuit poſſeſsio facti ab alio occupata, qui
,, eſt caſus, de quo nunc agitur, & propterea
,, dicta deciſio non applicatur.

Hæc deciſio eſt ſanè magiſtralis in hac ma-
teria, immò aliquantulum duriuſcula, quia
tribuit ſubrogato aliquod ius ante, quam ſub-
rogaretur, nempè fructus ante immiſsionem
decurſos, qui vel ſunt debiti ſucceſſori in
Beneficio, vel non ſunt debiti: Si ſunt debiti,
nihil ſpeciale tribuit ſubrogatio: Si non ſunt
debiti, non videtur hoc poſſe operari ſubro-
gatio, vt videlicèt deſerat fructus ei, qui illos
lucratus non eſt. Vndè concluſio aſſumpta
in deciſione: *fructus ſpectant ad ſucceſſorem*, non
videtur applicari; quia ille in cuius locum fuit
facta ſubrogatio non poſsidebat, vt fatetur
deciſio: ergo, ſi fructus illi quęſiti non fue-
runt, nec quæri potuerunt: pari modo ne-
que ſubrogato, cuius ius vlterius non præ-
tenditur, licèt contrarium ſit in ſubroga-
tione ad ſpolium; quia ibi, illi, cui ſubroga-
tur ſunt debiti fructus, & proindè etiam ſub-
rogato *Tut. deciſ. 159. lib. 3. & deciſ. 361. eod.*
lib. Exiſtimo igitur deciſionem loqui in Caſu
vbi ſublatum fuit ſequeſtrum, quo caſu intrat
poſſeſsio ciuilis prædeceſſoris, quam benè
coniungit cum naturali ſubrogatus eodem
modo, quo potuiſſet dictas poſſeſsiones vnire
prædeceſsor. *Argil. tract. de acquir. poſſeſ. quæſt.*
18. art. 2. num. 99. & 102. vbi allegat deci-
ſionem in Toletana Parochialis 24. Iunij
1604. coram Sacrato.

Contrarium reſoluit Rota in terminis
clauſulę *Parito literis ſubrogationis*, in Foroli-
uieñ. Beneficij Veneris 10. Martij 1623. co-
ram Vbaldo.

,, Per obitum Aſdrubalis fuit ab Ordinario
,, prouiſus de hoc Beneficio Ioannes poſſeſſione
,, ſubſecuta, a Sede verò Apoſtolica D. Franciſ-
,, cus Paulutius tamquam de litigioſo, & ſic re-
,, ſeruato, qui etiam expediuit ad partes literas
,, ſubrogationis, & ab A. C. obtinuit pronuncia-
,, ri ſe immitteñ. in poſſeſſionem, cum condem-
,, natione Ioannis ad dimittendam poſſeſſio-
,, nem, & fructus reſtitueñ; necnon eum decla-
,, rari tamquam excommunicatum. A qua ſen-
,, tentia interpoſita appellatione fuit com-
,, miſſa cauſa in Rota cum clauſula *Parito lite-*
,, *ris*: vndè dato dubio: an fuerit paritum; re-
,, ſolutum vt infra, & quidem quoad poſſeſſio-
,, nem non controuertebatur fuiſſe paritum
,, cùm ſufficiat ſola dimiſſio, & pertinentia *Mo-*
,, *hedan. deciſ. 9. de re iudic.* & fuit dictum in Bur-
,, geñ. iuriſdictionis 10. Decembris 1597. co-
,, ram Peregrino, & in allegatis in Reatina
,, terrarum 14. Maij 1614. coram R. P. D. Bu-
,, ratto, quæ dimiſsio fuit hic facta à Procurato-
,, re Ioannis habente ſpeciale mandatum, vt in
,, his terminis fuit cōſideratum in Neapolitana
,, Beneficij 13. Ianuarij 1617. coram me: Quo
,, vero ad fructus, Domini duo capita diſtin-
,, guebant: Primum; an clauſula *parito literis*
,, *ſubrogationis* comprehenderet etiam reſtitu-

tio-

,, tionem fructuum in ſimili de clauſula *parito*
,, *Breui*, vt non comprehendat expenſas, de
,, quibus in Breui nulla eſt facta mentio, ſæpè
,, tenuit *Rota*, & ſignantèr in dicta Neapolita-
,, na Beneficij coram me. Nec facit quod Ioan-
,, nes fuerit condemnatus per ſententiam etiam
,, ad reſtitutionem fructuum; quia ſententia fuit
,, per appellationem ſuſpenſa, & reſcriptum
,, cantat *parito literis*, non *parito ſententiæ*, vel
,, *parito iudicato*; prout hæc omnia fuerunt con-
,, ſiderata in proprijs terminis in Oſceñ. Paro-
,, chialis 16. Nouembris 1620. coram R. P. D.
,, meo Pamphilio; in qua etiam fuit reſponſum,
,, vt prouiſio debeat integrè de fructibus reſ-
,, pondere; quod intelligatur de fructibus poſt
,, adeptam à Prouiſo poſſeſsionem, non autem
,, de perceptis antea per alios, in quibus cade-
,, ret reſtitutio, & accedit, quod dicta clauſula
,, adeſt in literis prouiſionis, non autem in
,, literis ſubrogationis, quarum vigore fuit
,, actum coram A.C. vt actor releuaretur ab
,, onere iuſtificandi gratiam, & apparet ex le-
,, ctura ipſius ſententiæ, vndè non applicatur
,, *Rebuff. in prax. titulo de forma nou. prouiſ. verſ.*
,, *faciens te vel procuratorem. num.* 1. qui loqui-
,, tur in literis prouiſionis coram executore
,, productis, in quibus legebatur ſimilis clauſu-
,, la, nec facit *Seraphin. deciſ.* 655. *nu.* 1. *& dec.* 50.
,, *num.* 1. *coram Sanctiſſimo* quia apertè loquuntur
,, de clauſula *parito Breui*, quæ etiam compre-
,, hendit reſtitutionem fructuum, *vt in dicta*
,, Neapolitana coram me. Non obſtat deciſio
,, in Cordubenſi Beneficiorum 16. Nouembris
,, 1618 corã R.P.D. meo Caualerio; quia vltra
,, quod ibi etiam erat *clauſula parito Breui*; quæ
,, comprehendit etiam fructus, vt ibi dicitur, &
,, allegatur deciſio *Seraph.* 655. & præterquam
,, quod etiam dicta deciſio fuit reuocata die 24.
,, Februarij 1620. & fuit dictum clauſulas am-
,, pliſsimas ſubrogationis non poſſe extendi ad
,, fructus, de quibus nulla fuit facta mentio in
,, ſubrogatione; reſpondebatur etiam, quod ibi
,, ſubrogatus erat Lopez non ſolùm ad poſſeſ-
,, ſionem Ludouici primi titularis, ſed etiam ad
,, ius Piccardi, qui fuerat prouiſus per obitum
,, Ludouici; & obtinuerat literas in forma
,, Breuis, quæ capiunt etiam fructus, vt dictum
,, eſt, & qui fructus etiam per Piccardum fue-
,, runt deducti in iudicium. Vndè non mirùm, ſi
,, Rota reſpondit, Lopez ſubrogato in ius Pic-
,, cardi etiam quo ad executionẽ Breuis, & litis,
,, & cauſæ proſecutionem occaſione eiuſdem
,, Breuis deberi immiſſionẽ cum fructibus, *iuxta*
,, *diſtinct. Put. deciſ.* 220. *num.* 6. *lib.* 2. *& deciſ.*
,, 361. *lib.* 3. ſed hic agitur de ſubrogatione Do-
,, mini Franciſci ad ius, & poſſeſſionem Aſdru-
,, balis, & Fabritij cum eo litigantis, quare
,, ſubrogatio non capit fructus poſt obitum
,, Aſdrubalis perceptos, & allegata in *dicta dec.*
,, Oſceñ. Quæ licèt ſufficere deberet, cùm ſit in
,, his terminis, nec debeat incidentèr reuocari
,, iuxta Stylum Tribunalis; tamen Domini ex
,, abundanti addebant, quod continuatio Poſ-
,, ſeſsionis vigore ſubrogationis gratioſæ non
,, operatur effectum ante apprehenſionem ſub-
,, rogati; quia ſubrogatus quoad poſſeſsionem
,, intelligitur ſubrogatus quoad poſſeſsionem
,, iuris, non facti, quæ requirit apprehenſio-
,, nem *l. cum heredes ff. de acquir. poſſeſsione* & ita
,, ſentit *Sarnen. in regula de Triennali quæſt.* 14. *col.*
,, 7. *& col.* 9. *verſ. non obſtat quod ſit ſubrogatus.*
,, *Cotea deciſ.* 189. *Mobed. dec.* 21. *in fine de reſtit.*
,, *ſpoliat Verall. deciſ.* 231. *par.* 2. *Gonz. ad reg.* 8.
,, *§* 3. *proem. num* 93. *&* 94. *& gloſſ.* 34. *num.* 80.
,, & fuit reſolutum in Cauſa Lucana Maiuſcu-
,, latus 27. Aprilis 1587. coram Orano; & hæc
,, eſt ratio, cur ſubrogato a Rota non detur
,, manutentio, nec reintegratio; ſed ſolùm re-
,, medium adipiſcendæ, vt per *Mobedan. &*
,, *Gonz. locis allegat. Rebuff. in praxi ad* 3. *par. Si-*
,, *gnat. verſ. vel ſubrogationis*, quia ante appre-
,, henſionem illa poſſeſsio eſt ficta; ideòq; nec
,, ſubrogatus poteſt habere fructus vigore lite-
,, rarum, ſed poſtquam apprehendit poſſeſsio-
,, nem; aliàs fictum fictionem pareret, ſi ficta
,, poſſeſsio traheretur etiam ad fructus, vt in ſi-
,, mili per *Bald. in Rubr. de cauſa poſſeſſ. & prop.*
,, *ſub.* 13. & benè explicat *Chriſtophor. de Fazz. in*
,, *tractat. de tenut. cap.* 8 *num.* 4. licet infra teneat
,, contrarium, quia ſenſit in caſu ſuo poſſeſsio-
,, nem eſſe veram, licèt modus ſit fictus, *vt dicto*
,, *cap.* 8. *num.* 49. ſed in caſu noſtro Poſſeſsio vi-
,, gore ſubrogationis eſt ficta ante apprehenſio-
,, nem *vt dixi*. Neq; obſtat quod cum Dominus
,, Paulucius haberet ſubrogationem gratioſam
,, quoad poſſeſsionem Defuncti, beneficio Prin-
,, cipis, ſententia, quæ fuit lata pro eius im-
,, miſsione in poſſeſsionem, non faciat eum
,, poſſeſſorem, ſed in poſſeſsione iam in ipſum
,, tranſlata eum tueatur; & ſic fructus ad ipſum
,, pertinere debeant, non a die ſententiæ, ſed à
,, die obitus titularis; à quo poſſeſsio fuit in eum
,, tranſlata vigore ſubrogationis; cùm fructus
,, adhæreant poſſeſsioni *l.* 3. *§. ex contrario.*
,, *vbi gloſſ. & Doct. ff. de acq. poſſeſsione. Paz. dicto*
,, *cap.* 8 *num.* 33. *& ſeqq.* quia reſponſio patet ex
,, ſupradictis; cùm prædicta procederent, ſi poſ-
,, ſeſsio vigore ſubrogationis tranſlata eſſet ve-
,, ra poſſeſsio, ſed cùm ſit ficta, non poteſt ope-
,, rari aliam fictionem, vt in ea etiam veniant
,, fructus; ſed poſt apprehenſionem; cum cen-
,, ſeatur potiùs continuata, quam de nouo ac-
,, quiſita. *ſuit reſolutum in cauſa* Regieñ. Prio-
,, ratus 14. Iunij 1602. coràm R.P.D. Decano.
,, *Pariſ. de reſign. lib.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 70. *&* 74. *&*
,, *ſeqq.* vbi allegantur aliæ deciſiones Rotales:
,, mer[illegible] iſto caſu poſſet fortè dici fructus debe-
,, ri à die obitus, cùm ſpectent ad verum Poſſeſ-
,, ſorem. *l. ſequitur. §. fructus. ff. de vſuris. l. Et*
,, *ex diuerſo, vbi Bart. ff. de rei vendicat. Curt. ſen.*
,, *conſ.* 71. *num.* 5. *& ſeqq.* ſed quoad effectum du-
,, bij, de quo agitur, ſatis eſt, quod literæ ſubro-
,, gationis non faciant mentionem de fructibus,
,, vt per ſolam dimiſsionem Poſſeſsionis dicatur
,, illi ſatisfactum. An verò debeantur fructus
,, vigore ſententiæ, & poſt immiſsionem obten-

„ tam per Dominum Paulucium erit aliàs agen-
„ dum ; ſed nunc non eſt parendum dictæ ſen-
„ tentiæ, cum ſit per appellationem ſuſpenſa; ſed
„ tractatur de paritione litterarum, vt ſupra di-
„ ctum eſt.

Præmiſſæ duæ Deciſiones nempè Aretinæ Plebaniæ coram Remboldo, & Foroliuien. coram Vbaldo, licèt caſus ſint diuerſi aliquo modo, in ipſis tamen reſolutionibus, & puncto deciſo ſunt omnino contrariæ inter ſe. Prior enim firmat, ſubrogationem in iuribus extendi ad fructus, etiam ſi hoc non fuerit dictum: Altera coram Vbaldo firmat contrarium; nempè requiri quod hoc exprimatur. Similitèr deciſio Aretina facit ſubrogatum verũ poſſeſſorem deciſio Foroliuienſi facit ſubrogatũ Poſſeſſorẽ fictum. Ego in hac re opinor tenendam reſolutionem in Cauſa Foroliuien. quia in articulo quod ſubrogatio in iure non comprehendat fructus eſt confirmis deciſionibus antiquis, de quibus ſupra; & in altero articulo, quod poſſeſſio ſubrogati beneficio Principis ſit ficta, non vera Poſſeſsio, niſi ſequatur apprehenſio, eſt conformis ſenſui Rotæ communi firmanti ſubrogato ſine apprehenſione non competere manutentionem, ſed immiſsionem; & in hoc ſubrogationem differre a Statuto de continuãda Poſſeſsione vt fusè probat prædicta Foroliuien. & Meten. Prioratus 2. Decembris 1622. coram D. Merlino.

„ Domini pro informante reſponderunt &c.
„ Nec etiam obſtat, quod gratia, ſiuè ſubrogatio
„ gratioſa, habeat annexam clauſulam Decre-
„ ti irritantis, per quam propterea dicitur infe-
„ cta Poſseſsio Ioannis in ipſum Paulum tran-
„ slata *ad Sarnen. de iure quaſ. non tollen. quæſt. 5.*
„ *num. 3. cum alijs.* Nam vltra quod non dantur
„ litteræ ſubrogationis expeditæ, immò nec il-
„ lius ſupplicatio fuit poſita in actis; & ſubroga-
„ tio nullam transfert actualem poſſeſſionem,
„ etiam ſi ad eam videatur ſubrogatus miniſte-
„ rio Principis poſsidere per modum continua-
„ tionis, & ideò illi competit quidem immiſsio,
„ non autem manutentio, *vt pluriès dixit Rota,*
„ *& præcipuè* in Hyſpalen. Beneficij 2. Maij
„ 1602. coram bo: me: Card. Sacrato &c.

Sanè mira videtur terminorum in hac materia ſubrogationis diuerſitas. Nam omnes firmant, quod Poſſeſsio ſubrogati miniſterio
34 Principis cenſetur continuata, non autem de nouo quæſita *Pariſ. de reſignat. lib. 2. quæſt. 3. num. 75.* & quidem continuata ſine illo temporis intermedio *Gonz. §. 3. proem. num. 85. & 86.* nec quidem per momentum, & eſt vera, non ficta poſſeſsio. *Rot. deciſ. 653. par. 4. diuerſ.* vbi additur *præſertim poſſeſsione vacante*; quæ dictio *præſertim* non facit quominus, ſi poſſeſſio vacua non fuerit, continuata non ſit: & nihilominus requirunt ad effectum continuationis apprehenſionem facien. per ſubrogatum *Gonz. vbi ſupra num. 93. & 94. & gloſſ. 34. num. 110. & firmat deciſio Foroliuien. ſupra allegata*, quæ duo videntur omninò contraria.

Nam ſi re vera poſſeſsio vnius continuatur cum poſſeſsione alterius ſolo beneficio Principis abſq; vllo facto ſubrogati, aut miniſterio Iudicis *Caſſad. dec. 1. num. 3. vt lite pend.* non eſt opus vlla apprehenſione; nam ſtante ſubrogatione non poteſt conſiderari vacatio intermedia *Mohed. dec. 327. Put. deciſ. 214. lib. 1. & 495. lib. 2. Paleott. deciſ. 119.* & ſic Poſſeſſori, vigore ſubrogationis competet manutentio, non immiſsio, quæ non poteſt competere poſſeſſori, vndè iſta duo implicant inter ſe, eſſe poſſeſſorem, & debere immitti.

Tota hæc contradictio oritur ex eo quòd ſi medio tempore eſſet capta poſſeſsio per tertium, ille non debeat inauditus expelli, ſed poſſeſſori etiam contra ius in ſummariſsimo poſſeſſorio decerni debeat manutentio, vt in Vlixbonen. Beneficij 26. Iunij 1623. coram Vbaldo.

„ Agitur de manutentione in ſumariſſimo
„ poſſeſſorio, quam Domini 19. Decembris præ-
„ teriti dixerunt dandam eſſe Antonio ex ratio-
„ nibus in deciſione adductis, in qua deciſione
„ hodiè perſiſtendum cenſuerunt. Nec obſtare
„ ſubrogationem gratioſam Michaeli conceſ-
„ ſam ad ius, & poſſeſsionem Laurentij prouiſi
„ à Collectore Portugalliæ, nec non ad ius, &
„ Poſſeſsionem Emanuelis, per cuius obitum
„ vacauit beneficium; quia quoad poſſeſsionem
„ Laurentij ea Michael iuuari non poteſt; quia
„ Laurentius non ſolùm fuit priuatus poſſeſsio-
„ ne per ſententiam A. C. ſed etiam ſe habuit
„ pro ſpoliato cedendo poſſeſsioni, vt in deci-
„ ſione deducitur. Quò verò ad poſſeſsionem
„ Emanuelis, nec minùs poteſt iuuari; quia licèt
„ gratioſè ſit ſubrogatus quoad ius, & poſſeſsio-
„ nem Emanuelis, nihilominus cùm Antonius
„ expulſo, & cedente Laurentio, medio tem-
„ pore ceperit poſſeſsionem naturalẽ, poſſeſsio
„ vigore ſubrogationis gratioſæ nihil operatur
„ *Gab. titulo de acquir. poſſeſſ. concluſio vlt. nu. 19.*
„ *Rum. conſil. 28. num. 6. lib. 5. Pariſ. conſil. 1. nu.*
„ *158. li. 1.* & fuit reſolutum in cauſa Lucana Ma-
„ iuſculatus 27. Aprilis 1587. coram bo: me:
„ Orano, vndè cum hodiè nulla detur anterior
„ poſſeſsio poſſeſsione Antonij non videtur, ei
„ poſſe denegari manutentio. Nec obſtat quod
„ A. C. in tradenda poſſeſsione Antonio malè
„ proceſſerit, ita vt non priuauerit Laurentium
„ ſua poſſeſsione, quia quidquid ſit, de hoc ſatis,
„ quod Laurentius habuerit ſe pro ſpoliato ce-
„ dendo poſſeſsioni, & proſequendo, cauſam
„ appellationis in ſolo petitorio, *vt dicitur in*
„ *deciſione*, tunc enim ad effectum manutentio-
„ nis poſsidentis non eſt agendum, an Iudex be-
„ nè, vel malè proceſſerit, ſed ſolùm attendi-
„ tur poſſeſsio poſterior, & quod primus poſſeſ-
„ ſor habuerit ſe pro ſpoliato, vt in cauſa Ca-
„ merinen. Penſionis 22. Maij 1592. coram
„ bo: me: Gypſio. Non obſtat quòd intra ſex
„ menſes, intra quos Laurentius tenebatur li-
„ teras expedire in Curia non potuerit benefi-
„ cium conferri Antonio, & quod per Lauren-

tium

,, tium non ſteterit, quominus expediret, cum
,, fecerit diligentias, de quibus *in deciſione*; quia
,, omiſſis alijs ſufficit dicere; quod hæc reſpi-
,, ciunt petitorium, & iuſtitiam poſſeſſionis, quę
,, in hoc Summarijſsimo poſſeſsorio non ſolet
,, attendi; ſed ſola poſſeſſio *Bald. in cap. licet nu.*
,, *30. de probat. cum alijs per Rot. deciſ.* 270 *nu.4.*
,, *par.1. recent. & deciſ. 275. ſub num. 5. verſ fuit*
,, *etiam reſponſum eadem par.* 1. ideo quoad ſim-
,, plex poſſeſsorium: Domini permanſerunt in
,, deciſis pro manutentione Antonij non ob-
,, ſtante ſubrogatione Michaelis quoad Ius, &
,, Poſſeſſionem Laurentij, & Emanuelis, ſed
,, quoad Ius Domini non erant concordes, &
,, poterit alias videri.

Ex hac deciſione liquet ſubrogato non ſolùm non competere manutentionem contra poſſeſſorem, qui medio tempore poſſeſſionem cæpit, ſed eandem dari poſſe contra ſubrogatum, & concluſiones illas, poſſeſſionem ſubrogati eſſe eandem cum prima, illam continuari cum ſecunda beneficio Principis, & ſimiles eſſe falſas; quia poſſeſsio tertij interrumpit illam continuationem. Nec dicatur concluſiones procedere quando nullus adeſt poſſeſſor; quia eo caſu beneficium hoc Principis ſeruit deuento, quando nullus adeſt, qui poſſeſsionem impedire conatur. Nec facit quidquam ſi dicatur. quod licèt nullus adſit poſſeſſor, poſſe tamen adeſſe contradictorem qui poſſeſsioni ſubrogati gratioſè nempè Tertio ſe opponat, vt potè colligans defuncti: quia cum huiuſmodi ſubrògato competat Immiſsio, *vt ſupra oſtendimus & infrà fuſius oſtendemus*; adeò vt eam contradictor impedire non poteſt, neſcio viderè quæ neceſsitas nos cogat ad aſſerendum poſſeſsionem primi eſſe eandem cum ſecunda; cum effectum ſubrogationis aſſequamur immiſsione, à qua non appellatur, & nolumus admittere ſubrogato deberi manutentionem.

Hinc etiam non eſt verum; quod in allegatis deciſionibus dicitur ſubrogationem gra-
35 tioſam eſſe ad inſtàr Statuti continuatiui poſſeſsionem defuncti in hæredem; quia ſtatutum huiuſmodi non admittit poſſeſsionem intermediam, ſed tribuit poſſeſsionem hæredi quando probat ſe verè hæredem, *vt de ſtatuto Vrbis cap. 147. lib. 1. dixit Rota* in Romana vineæ 15. Ianuarij 1616. coram Card. Pamphilio, & *aliàs ſepiùs*, & ſolùm Statutum hoc non procedere in bonis Emphiteoticis dixit *Rota* in alia Romana vineæ 13. Martij 1606. coram Pœnia; eòquod non omnis poſſeſsio eſſet penès Emphiteotam, ſed naturalis tantùm, ciuili penès Dominum directum remanente.

Inueſtigandum igitur vndè Concluſiones prædictæ intèr ſe diuerſæ originem duxerint; quod ego exiſtimo facili negotio aſſequi poſſe, ſi conſideremus ſubrogationem quoad Principem Subrogantem, non quoad ſubrogatum. Nam Principes concedens ſubrogationem dicitur ſubrogare Petrum verbi gratia in poſſeſsionem, & ius Pauli defuncti excluſo Ioanne collitigante Pauli, vt oſtendatur quod nullam facit iniuſtitiam Ioanni, qui poterit iura ſua in iiſdem ſtatu, & terminis proſequi contra Petrum, ac potuiſſet contra Paulum, vt latè oſtendemus in §. ſequenti. Concluſio igitur iſta ſubrogatus cenſetur eadem perſona cum ea, cui fuit ſubrogatus; quoad Principem Subrogantem ad effectum ſupradictum eſt vera; quam deindè aliqui inconſideratè ampliarunt, & extenderunt ad terminos, *vt oſtendi contradictionem* implicantes.

Sed de his hactenùs: notandum quod in calce mox allatæ deciſionis Vlixbonen dicitur Dominos cenſuiſſe ſubrogationem non operari contra poſſeſsionem medio tempore quęſitam, ſed quo ad Ius non fuiſſe concordes, quia videlicèt aliud ſit ſubrogari ad ius; & aliud ſubrogari ad poſſeſsionem ſanè *Bellemer. deciſ. 351 num. 1.* dicit ſubrogatum ad ius non cenſeri ſubrogatum ad poſſeſsionem; quia videlicèt ſubrogatio ſtrictè debet interpretari tam pro, quam contra ſubrogationem, & ideo alibi *Bellemer.* nempè *deciſ* 115. dicit, quod ea quæ impediunt Subrogationem in lite, non impediunt ſubrogationem in iure, idem dicit *Put. deciſ* 220. *lib.* 2. proptèr eandem nempè rationem, quòd ſubrogatio eſt ſtrictè interpretationis, & ſubrogatus ad rem non cenſetur ſubrogatus ad qualitatem *Gom. reg. de triennali quæſt. 14. verſ & fundamentum*, & hinc ſubrogatus in iure petitorio non poteſt petere ſequeſtrum niſi gratia iuſtificata *Creſcen. deciſ. 5. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fructuum*.

Nihilominus ſubrogatum quo ad ius cenſeri ſubrogatum etiam quoad poſſeſsionem, vti indubitatum ſupponit *Rot. deciſ. 456. lib. 3. par. 3. diuerſor.* quam contrarietatem concordare conatur *Mandoſ reg. 29. quæſt. 7. num. 5.* dicens Concluſiones negatiuas procedere quando quis ſubrogatus ſimplicitèr ad ius, ſecus, quando ad omne, & quodcumq; Ius, quæ tamen concordia non ſatisfacit, nam *apud Put. dicta deciſ.* 220. ſubrogatio erat facta ad omne ius; & tamen fuit negatum eam extendi ad poſſeſsionem. Neq; etiam alius terminus concordiæ *ibidem per Mandoſ. adductus* videtur habilis nempè ſubrogatum ad ius cenſeri ſubrogatum ad poſſeſsionem quando in ſupplicatione fuit facta aliqua mentio poſſeſſionis etiam ſi Diſpoſitiua de poſſeſsione non loquatur quia hoc aſſumptum habet maximam difficultatem, immò fortaſſis omninò eſt falſum; nam ſola Diſpoſitiua ſupplicationis attēditur *vt infrà latè oſtendemus*. Fortaſsis cōcordia melius deducetur *ex Bellem. d. deciſ* 351. vbi dicit quod poſſeſsio ante quam acquiratur eſt aliquod ius; & indè ſubrogatū quoad ius cēſeri ſubrogatum quoad poſſeſsionem. Verum hoc de ſubrogato videtur dici non poſſe: Nam ipſe nō ſubrogatur ad ius proprium, ſed ad ius

tertij; qui ſi cepit poſſeſſionem, in ipſo conſumptum eſt illud ius acquirendi; & facta fuit Poſſeſſio realis; quæ differt à iure ad poſſeſſio-

Aliam igitur exiſtimo concordiam allatam meliorem *à Mandoſ. vbi ſupra num. 6.* videlicèt quod ſubrogatus ad litem, & ius, cenſetur ſubrogatus ad poſſeſſionem, quando lis eſſet ſuper ſpolio tantùm, ſiuè poſſeſſorio; quia tunc cenſetur nominatim facta expreſsio.

Hanc quæſtionem dilucidare volui magis pro intelligentia materiæ, quàm pro neceſſitate, quia hodiè plerumq; ſubrogationes dantur ad ius, & poſſeſsionem ſimul, niſi ille, in cuius locum fuit quis ſubrogatus poſſeſſionem non

41 habuerit; quo caſu clarum eſt ſubrogationem ad Poſſeſſionem dari non poſſe *Rota apud Gregor. deciſ. 307. num. 2.* Si tamen poſſeſſionem habuerit, ſed litigioſam; tunc ſubrogatio ad omne Ius etiam quoad Poſſeſsionem extendit

42 ſe etiam ad iudicium poſſeſſorium. *Mandoſ. reg. 29. quaſt. 23. num. 6.* Similiter ſubrogari ad ius alicuius, qui nullum ius habet fieri non poteſt, ſi tamen dubitetur, vtrum ius habeat, necne poſſeſſor, ad cuius ius petit quis ſubrogari; tunc petitio fieri debet conditionaliter; videlicèt ſi quod ius habebat *Rebuff. titulo de Subrogat. nu. 44.*

Verùm quia iam tranſcendimus ad eam ſubrogationem, quæ conceditur. Tertiò etiam non litiganti, particulari §. vt promiſimus, eam explicabimus, ſi priùs more noſtro formulam Subrogationis prædictæ pręmiſerimus; quam licèt ponat *Mand. reg. 29. quaſt. 1.* non tamen abs re fuerit etiam eàm per nos poni, cum ex eo quod noſtra in aliquo differat, tum quia more noſtro habeamus occaſionem eam interpretandi.

,, Beatiſſime Pater, cum lite, & cauſa in
,, Romana Curia, & Sac. Rutæ Auditorio in-
,, ter Thomam Vltrapontanum Presbyterum
,, Leodień. Diœceſis deuotum S.V. oratorem ex
,, vna, & Antonium Gaſſor aſſertum Clericum
,, ex altera partibus ſuper Parochiali Eccleſia
,, loci de Lierneua dictæ Diœceſis, de qua alias
,, tunc per liberam reſignationem Remigij etiã
,, Vltrapontani de illa, quam tunc obtinebat in
,, S.V. manibus, ex cauſa permutationis pro alia
,, Parochiali loci de Glope dictę Diœceſis ſpon-
,, te factam, & per eandem S. Veſtram admiſ-
,, ſam Oratori Apoſtolica Auctoritate proui-
,, ſum, & quam dictus Antonius ſub prætextu,
,, quod idem Orator reſignationem huiuſmodi
,, iuxta conſtitutionem fel. record. Gregorij Pa-
,, pæ XIII. Prædeceſſoris veſtri infra tempus
,, in eadem conſtitutione præfixum non publi-
,, caſſet; tanquam ob non publicationem hu-
,, ius modi reſpectiuè vacan. eadem Auctoritate
,, ſibi conferri obtinuit, poſſeſſione per eundem
,, Oratorem iam a pluribus annis ſubſecuta, &
,, in qua de præſenti reperitur, & in prima in-
,, ſtantia Pendẽte indeciſa dictus Antonius Pa-
,, rochialem Eccleſiam loci de Naome dictæ
,, Diœceſis certo tunc expreſſo modo vacan-
,, tem, & Ordinaria ſibi Auctoritate collatam,
,, illiuſq; poſſeſſionem pacificè aſſecutus fuerit.
,, Supplicat igitur humiliter eidem S.V. dictus
,, Orator quatenus, ne nouus ſibi detur aduer-
,, ſarius, qui in locum dicti Antonij ſubrogetur,
,, ac alias in præmiſſis opportunè prouiden.
,, ſibique ſpecialem gratiam facien. eundem
,, Oratorem in omni Iure, & ad omne ius,
,, quod dicto Antonio in primodicta Eccleſia,
,, vel ad illam quomodolibet ex prouiſione,
,, ſeu mandato de prouiden. iuxta conſtitutionẽ
,, prædictam ante aſſecutionem tertiodictę Ec-
,, cleſiæ competebat, & competere poterat,
,, etiam quoad poſſeſſionem, quatenus in ea
,, tempore aſſecutionis reperiretur, gratioſè
,, ſubrogare, dictumq; ius ſibi concedere, & aſ-
,, ſignare, cumque ad omne eiuſmodi admitte-
,, re, &c. admittendumq; fore, & eſſe, irritumq;
,, &c. decernere, & nihilominùs primodictam
,, Eccleſiam, cuius & illi forſan annexorum fru-
,, ctus ſuper quibus, &c. eidem Oratori conferre
,, &c.

Infra tempus in eadem Conſtitutione præfixum, &c. Diximus ſupra, Subrogationem in locum collitigantis non dari impetrãti certo modo;

45 vt hic & quidem longè faciliùs, quia cedit in odium gratiæ Piſcatoriæ, prout eſt impetratio ob non publicationem, quamuis illa ſit tolerabilior, immò fauorabilior cæteris impetrationibus certo modo, eo quod regula de publicandis ſit inducta ad eliminandas frau-

46 des, de quibus per *cap. auaritiæ* non erat ſatis prouiſum.

Notandum autem circa id, *quod diximus* nõ dari Subrogationem impetranti certo modo, vt hoc intelligatur, non de omni certo modo, prout accipitur, quando impetratio non ſit per ceſſum, vel deceſſum; ſed de certo modo Piſcatorio exempli cauſa: inter coelectos, ſeu compræſentatos, ſi quis impetret gratiam Apoſtolicam, non poterit dici Piſcator, quia prætendit ſibi ius competere, & illatam ſibi fuiſſe iniuriam, & propterea ſi quis in concurſu repulſam paſſus, appellans a denegata iuſtitia, & impetrans ob non ſeruatam formam concurſus, non dicetur impetrans, immò eſt ei debita Subrogatio vt in Dertuſen. Vicariæ 1. Iulij 1639. coram R P.D. Peuttingerio.

Commodè autem hic quæritur vtrum Subrogatus gratioſè teneatur publicare, cui quæſtioni reſpondet *Pariſ. de Reſignat. lib. 11. quaſt. 3. num. 37.* cum diſtinctione. Aut Reſignatarius fuit adeptus Poſſeſſionem ante obitum Reſignantis in vim ſubrogationis etiam quoad Poſſeſsionem, & non tenetur publicare; aut non fuit adeptus poſſeſsionem ante obitũ Reſignantis, & tenetur publicare; adeò vt impetrans medio tempore ob non publicationẽ eum Subrogatione obtineret contra Reſignatarium *iuxta deciſionem Cottæ 181.*

Illiuſq; poſſeſſionem pacificè aſſecutus fuerit, &c. Subrogatio datur, non ſolum ſi vacatio contingat ex obitu, ſed etiam ſi contingat ex

morte ciuili *Rota deciſ.* 131. *part.* 2. *recent.* & demum datur collitiganti ex quacunq; vacatione; quemadmodum dari nequit niſi Beneficium vacet, *Caualer. deciſ.* 458. *num.* 3.

Ne nouus ſibi detur aduerſarius, qui in locum dicti Antonij ſubrogetur, &c. hæc narratiua confirmat diſtinctionem, quam ſupra dedimus de Subrogatione facta collitiganti, & alteri non collitiganti, hoc eſt Tertio impetranti in beneficio litigoſo, qui hic petens ſubrogari, licèt ſit collitigans, nihilominus veretur, ne Subrogatio detur Tertio attenta lite, de quo plura §. ſequenti.

Ex prouiſione, ſeu mandato, &c. Poſſet dubitari vtrum ſubrogatus ad ius, quod alicui cōpetebat ex prouiſione, cenſeatur Subrogatus eidem quoad ius, ſi ille non habuiſſet prouiſionem, ſed tantum mandatum de prouidendo, & propterea vtrumque explicatur. Poſſet
49 inquam deſuper dubitari, eo quod in tribunalibus quæſtiones tractantur, adeò ſpinoſæ, vt nihil ſit, quod aliquando non diſceptetur; nàm re vera caſus propoſitus nullum admiſit dubium iuxta Stylum Cancellariæ, quo cenſentur conceſſæ gratiæ minores expreſſis. Dubium autem non eſt, quin habens prouiſionem habeat maius, firmiuſq; ius, quam
50 qui habet ſolùm mandatum de prouidendo etiā in gratiam Subrogationis, *vt mox dicemus.*

Etiam quoad poſſeſſionē quatenus in ea de tempore aſſecutionis reperiretur gratiosè ſubrogare, &c. Notanda eſt cautela huius petitionis narrantis poſſeſſionem collitigantis ſub dubio, ne videlicet quatenus gratia non admittatur, im-
51 petrans ſibi in confeſſione præiudicet contra tertium, ſi detur, ſubrogatum: Nam ſubrogatus in lite præſumitur habere notitiam ſtatus cauſæ *Caſſador. deciſ.* 2. *vt lite pend.* qui ponit caſum notabilem, vbi Alexāder fuerat ſubrogatus in ius Latini litigātis cum Antonio, qui Antonius fuit deinde in Rota abſolutus, à quā ſententia Alexander non appellauit: Quærebatur vtrum lis eſſet extincta, & Domini cenſuerunt extinctam, eo quod ſubrogatus ad litem cenſeatur habere notitiam ſtatus cauſæ niſi ſubrogatio eſſet facta motu proprio.

Sed hic aptè quæritur. Vtrum ſubrogans aliquem ad litem proſequendam cenſeatur ei
52 ceſſiſſe beneficium, & negatiuè reſpondet *Rota deciſ.* 169. *num.* 2. *lib.* 3. *par.* 3. *diuerſ.* & ratio eſt quia ſubrogationes ad Beneficia ſo-
53 lus Pontifex concedit *Pariſ. de Reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 104. & Ordinarius non poteſt *num.* 108. Subrogatus vero ad litem in ſtatu, & terminis, &c. etiam quoad ſpolium, & proſecutionem executorialium poteſt illis denuò intimatis procedere ad declaratoriam *Rota deciſ.* 772. *lib.* 3. *par.* 3. *diuerſ.* hoc enim importat clauſula *in ſtatu, & terminis, &c.* quamuis propter mutationem perſonæ requiratur intimatio de nouo, & hæc ſufficiant de ſubrogatione in locum collitigantis, ſi quæ deſiderantur, dabuntur §. ſequenti.

SVMMARIVM.

Subrogatio quid ſit, 1.
Subrogatio quotuplex, 2.
Subrogatio gratioſa, & rigoroſa multum differunt, 3.
Subrogatus rigorosè tenetur ad gratiæ iuſtificationem, 4. *Non autem Subrogatus gratiosè*; 5.
Subrogatus gratiosè quæ teneatur iuſtificare, 6.
Subrogatus gratiosè, quandò teneatur iuſtificare gratiam. 7.
Subrogatus vt immittatur debet docere de lite, vel de reſeruatione, 8.
Subrogatio conceditur etiam ſine lite, 9. *etiam ſine reſeruatione*, 10. *Sed non gratioſa* 11.
Subrogatio gratioſa quid ſit, 12.
Subrogato gratiosè non debetur immiſſio ceſſante lite, ſine reſeruatione. 13.
Subrogatio gratioſa continet duo, quorum ſi vnum deficiat, ſuſtinetur ratione alterius, 14.
Subrogatio quando præbeat proceſſum Ordinarium, & cognitionem ſummariam, 15.
Subrogatus gratiosè non procedit executiuè contra poſſidentem pari titulo, 16.
Titulus par ad effectum Subrogationis, quis dicatur, 17.
Reſeruatio ad effectum immiſſionis in vim ſubrogationis debet eſſe clara, 18.
Reſeruatio ex regula tertia excludit reſeruationem ex regula octaua 19.
Menſis vacationis non ſemper exprimitur, vt inde capiatur reſeruatio, 20
Subrogatio gratioſa requiritur, quod probetur poſſeſſio defuncti pleniſſimè, 21.
Lis ad effectum ſubrogationis concludenter probanda, 22.
Lis ad effectum ſubrogationis qualis eſſe debeat, 23.
Vacatio dupliciter conſideratur de iure, & de facto, 24.
Subrogatio debetur tàm ex mandato de prouidendo, quàm ex prouiſione, 25.
Subrogatio debetur tàm ex lite ſuper præſentatione, quàm ſuper electione, 26. & 51.
Calumnia non præſumitur in principio litis, 27.
Lis ad iuſtificationem ſubrogationis obtentæ, & ad Subrogationem obtinendam differunt, 28.
Approbatus in concurſu habet maius ius ad parochialem, quàm electus, aut præſentatus, 29.
Subrogatio facilius datur collitiganti ſuperſtiti in beneficio non reſeruato, 30.
Subrogationes duo ſuper vno beneficio ſub eadem Data non debent dari, 31.
Subrogatio debetur etiam ex lite ſuper poſſeſſum, 32.
Subrogatio iuſtificanda eſt eo modo, quo fuit expreſſa, 33.
Subrogatio ſemper eſt danda, 34.
Subrogatus gratiosè an, & quando capere poſſit poſſeſſionem propria authoritate, 35.
Lis ſuperueniens non impedit immiſſionem gratiosè ſubrogato, 36.
Subrogatio collitiganti non datur niſi poſſeſſori cum titulo ſaltem putatiuo, 37.
Lis ſemper dicitur eſſe ſuper titulo ſtante prouiſione, 38.

Clauſula cum omnibus incidentibus,&c.*æquiualet clauſulæ* quam, & quas, &c. 39.

Titulus omnis Ad, *ſiue* In beneficio *dempta prouiſione reducitur ad electionẽ, ſiue ad præſentationẽ*, 40.

Subrogatio ſemper eſt danda, 41.

Subrogatio nedum datur ad poſſeſſionem, ſed etiam ad detentionem, 42.

Subrogatus gratioſè debet immitti etiamſi poſſeſſio defuncti eſſet vitioſa, 43.

Subrogatus gratioſè non immittitur quando defunctus poſſeſſionem expreſsè dimiſit, 43. *etiamſi tacitè*, 46.

Poſſeſſionem ciuilem quod quis retinuerit non poteſt probari per tertium, 47.

Subrogationi ad poſſeſſionem locus non eſt quando poſſeſſio defuncti eſt offuſcata, 48.

Poſſeſſionem, quem dimiſiſſe animo ex quibus præſumitur, 49.

Subrogato ad poſſeſſionem vltimi poſſeſſoris an ſit danda immiſſio, ſi fuerit intermedia alia prouiſio, 50.

Subrogationes non debentur famulari ſupplantationibus 51.

Executores ſubrogationis gratioſæ poſſunt extraiudicialiter capere informationes, 37. & 51.

Subrogatus gratioſè debet immitti non obſtante proteſtatione collitigantis non poſſeſſoris, 52.

Iudex procedens non attenta proteſtatione, dicitur procedere nulliter, 53.

Comparens, & proteſtans debet audiri, 54.

Executoris munus eſt exequi, non cognoſcere, 55.

Subrogatus gratioſè quando capiens poſſeſſionem attentet, 56.

Subrogationis gratioſæ priuilegium ceſſat contra prouiſum ab Ordinario habente facultatem conferendi litigoſa, 57.

Subrogato non poteſt denegari immiſſio, quando defuncto competiiſſet manutentio, 58.

Subrogatus in locum ciuilitèr poſſidentis poteſt petere naturalem quemadmodum decedens petere potuiſſet, 59.

Subrogationis gratioſæ effectus ceſſat ijs caſibus, in quibus ceſſat executio Breuis de capienda poſſeſsione, 60.

Subrogatio quomodo probetur, 61.

Subrogatio ſumi poteſt tàm ex clauſulis generalibus, quàm ex particulari ſupplicatione, 62. 65.

Subrogatus capiens poſſeſſionem abſq; literis attentat, 63.

Subrogatio non datur ad ius illius, qui literas non expediuit, 64

Collitigans non poteſt petere ſubrogationem ex clauſulis generalibus, 65.

Formula ſubrogationis ad partem ex clauſulis generalibus pro tertio non collitigante, 66.

Subrogatio ad partem poteſt expediri ſimul cum literis principalibus, & deinde quandocunq; 67.

Subrogatio ad partem habet Datam gratiæ principalis, 68.

Executores gratiæ principalis poſſunt exequi ſubrogationem à parte omiſſis literis, 69.

Reſeruatio ex regula tertia clarior eſt, & irrefragabilior, quàm ex regula octaua, 70.

Subrogatio gratioſa an habeat locum in beneficijs Eccleſiæ non numeratæ.

Subrogatio cenſetur facta quoad tempus etiamſi hoc non explicetur, 72.

Subrogatio datur ad Ius ceſſum, 73.

Formula ſubrogationis iuris ceſſi, 74.

Vacatio per collationem dicitur conſumpta 75.

Subrogatio an extendatur vlteriùs, quàm ad ius immediati Prædeceſſoris, 76.

Gratia Si neutri *capit poſſeſſionem ab vltimo legitimo poſſeſſore*, 77.

Litis mentio in genere comprehendit plures lites, 78.

Subrogatio anterior, an ſit nulla, poſteriore ſubrogato oſtendente Beneficium eſſe duplici reſeruatione reſeruatum, 79.

Subrogatus tenetur iuſtificare ius illius, in cuius locum eſt ſubrogatus non minus, ac proprium, 80.

Modo tamen quo hoc expreſſit, vt ſi expreſſit factum, non tenetur iuſtificare ius, 81.

Subrogatus habens ceſsionem à collitigante non tenetur ad aliquam iuſtificationem, 82.

Subrogatio quas clauſulas admittat, 83.

Subrogatio an, & quomodo ſit intimanda, 84.

Subrogatio gratioſa an detur ſuper literis in forma Commiſſaria, 85.

§. II.

De Subrogatione gratioſa pro Tertio non collitigante.

QVintilianus Mandoſius *tract. de ſignat. gratiæ titulo Subrogationes* definiens Subrogationem: *Eſt*, inquit, *Subrogatio ſubſtitutio, vel ſuffectio in locum defuncti pro aliquo ſuper beneficio litigantis*, quæ definitio, licèt magis propria tradi potuiſſet, nihilominùs explicat
1 naturam ſubrogationis iuxta terminos noſtros, & applicatur tam ſubrogationi conceſſæ collitiganti, quam Tertio non collitiganti. dico *iuxta terminos noſtros*; quia generaliter ſubrogatio nihil aliud eſt, quam ſuffectio, Petri (verbi gratia) in locum Pauli prout eam definit *Rebuff. in praxi titulo de Subrogationibus nu.* 1. & propterea Mandoſius addit definitioni Rebuffo verba illa: *Super Beneficio litigantis.* Latiùs autem hanc diffinitionem explicat *idē Mandoſius ad regulam 29. quæſt. prima num.* 1. *& ſequen.*

Idem Mandoſius *dicto titulo ſubrogationes* duplicem agnoſcit ſubrogationem, Gratioſam
2 vnam, & Rigoroſam aliam. *Rota* verò *deciſ. 456. num. 3. lib. 3. par. 3. diuerſ.* triplicem agnoſcit ſubrogationem videlicèt Gratioſam, Rigoroſam, & Quoad litem; ſed revera Subrogatio, quoad litem non conſtituit ſpeciem diuerſam; nàm ſubrogatio poteſt quidem dari ad Ius, poteſt dari ad poſſeſſionem, & poteſt dari quoad litem; ſed omnes iſtæ tres Subrogationes poſſunt concedi gratioſè, vel rigoroſè; adeò vt gratioſa, & rigo-

rigoroſa Subrogatio non conſtituant ſpeciem
Subrogationis ſeparatam, ſed potiùs ſint mo-
di ſubrogandi, vt notat *Rebuff. dicto titulo Sub-
rogationes, num.* 2. At Mandoſius *dicta regula
29. nu. 3.* tripliciter dicit fieri Subrogationem,
videlicet per ceſſum, per deceſſum, & per pri-
uationem; vult dicere, quod Subrogatio datur
triplici ex capite; primò quando quis cedit iu-
ri, ſiuè poſſeſſioni, *de quo mox infra*; ſecundò
obitu; tertiò ex capite priuationis, & hoc eſt,
quod diximus §. præcedenti, Subrogationem da-
ri etiam ex morte ciuili.

Inter Subrogationem verò gratioſam, &
rigoroſam, magna eſt differentia, vt eſt apud
3 *Mobed. deciſ. 2. de ſubrogat.* & vtraq; valdè di-
uerſum producit effectum; nam Subrogatus
rigoroſè tenetur ad plenam gratiæ iuſtifica-
4 tionem; *Rota deciſ. 429. num. 1. & 2. part. 1.
recent.* immò & prædeceſſoris, nam executor
ſubrogationis in forma *Dignum* eſt mixtus.
5 *Seraph. deciſ.* 1383. gratioſè verò ſubrogatus,
vt obtineat immiſſionem non tenetur ad gra-
6 tiæ iuſtificationem *Garz. part. 6. cap 4 num. 21.
24. 32. & ſeq.* ſed ſufficit, quod iuſtificet tria,
nempè obitum in poſſeſſione prædeceſſoris,
Clericatum ſuum, & reſeruationem, vel li-
tem idem *Garz. vbi ſupra num. 7. procem. nu. 112.
& 113. Rot. deciſ. 509. num. 1. & deciſ. 401. nu.
2. part. 2. recent. & coràm Seraph. deciſ.* 1426.
coràm Greg. deciſ. 307. ſæpiſſimè. Dixi iuſtifica-
tionem iſtorum trium ſufficere ad effectum
7 obtinendi immiſsionem; ſecus ſi agatur ad
canonizationem gratiæ, quo caſu requiritur
iuſtificatio gratiæ canonizandę. *Seraph. deciſ.
596. num. 3.*

Ad effectum autem obtinendi immiſſionem
8 requiritur lis, vel reſeruatio, *Rot. deciſ. 187.
num. 4. par. 2. recent.* quod quidem verum eſt,
non autem quod ſubdit, nempè niſi adſit lis,
vel reſeruatio, quod tunc Dataria non con-
cedit ſubrogationem, ſed nouam prouiſionem
9 quia ſubrogatio poteſt etiam concedi ſine li-
te, *Pariſ. de Reſignat. lib. 2. quæſt. 3. num. 95.* im-
10 mò etiam ſine reſeruatione, quia clauſulæ
ſubrogationis ſemper apponuntur in prima
gratia quæcumq; illa ſit, vt benè notat *Gon-
zal. gloſſ. 34. num. 95. & 96.* exiſtentia verò li-
tis, ſiue affectionis operatur quoad immiſsio-
nem, non autem quoad conceſsionem ſubro-
gationis, vt notat *Rota coram Greg. deciſ.* 58. &
benè explicatur in Mirandeñ. Parochialis 17.
Maij 1600. coram Pœnia videlicèt.

„ Pendente lite inter Emanuelem de Arca
„ Rectorem, & poſſeſſorem Parochialis Eccle-
„ ſiæ S. Eleucadiæ oppidi de Cirno Mirandeñ.
„ Diæceſis, & Antonium de Ruberedo, Ema-
„ nuel obijt de menſe Septembris 1599. & per
„ eius obitum Franciſcus Sanchez nonis Martij
„ 1600. à Sede Apoſtolica fuit de eadem Paro-
„ chiali prouiſus cum ſubrogatione gratioſa in
„ omne iure, & ad omne ius, etiam quoad poſ-
„ ſeſsionem Emanuelis. Et quia Franciſcus
„ vigore gratioſæ ſubrogationis petebat immit-
„ ti in poſſeſsionem, iuſtificatis ſolùm duobus;
„ clericatu videlicèt ſuo, & poſſeſsione dicti
„ Emanuelis de tempore obitus; hæc enim pro-
„ batio ad præfatum effectum *iuxta Rotales de-
„ ciſiones* habetur ſufficiens *Mobed. deciſ. 1. de
„ probation.* contra verò prætendebat Antonius
„ id habere locum, quando ſubrogatio princi-
„ pali, impetratur, & habet per ſe exiſtentiam;
„ ſecus autem eſſe in ſubrogatione à prima
„ gratia dependente, quæ deſumitur vel ex cor-
„ pore gratiæ principalis, vel ex clauſulis gene-
„ ralibus; tunc enim omnia narrata in tali gra-
„ tioſa ſubrogatione eſſe iuſtificanda: Ideò da-
„ to ſuper hoc dubio; An Franciſcus eſſet im-
„ mittendus, Rota, vtraq; parte informante,
„ immittendam cenſuit: In hac enim materia
„ ſupponatur primò, gratioſam ſubrogationem
„ propriè habere locum in Beneficijs litigioſis.
„ *Bonif. de Vital. in Clem. 1. num. 41. verſ. & ideò
„ puto vt lite pend. Mobedan. deciſ* 180. *in princip.
„ & in Burgenſi* de Pancornio 28. Nouembris
„ 1580. coram Domino Gypſio; eadem verò
„ gratioſa ſubrogatio multò magis ſibi locum
„ vendicat in beneficijs reſeruatis, ſiuè affectis,
„ & ſic conſequenter tres caſus diſtinguuntur;
„ Primus, quando Papa ſubrogat gratioſè ad
„ beneficium litigioſum reſeruatum, & tunc ta-
„ lis gratia non indiget iuſtificatione alia, quam
„ Clericatus impetrantis, & poſſeſsionis dece-
„ dentis *Mobed. deciſ. 292. incipit* Fuit dubitatum
„ *& deciſ. 327. Put. deciſ. 214. num. 1. lib. 1. Par-
„ leott. dec. 103. & deciſ.* 119. Et ratio eſt, quia
„ conferendo beneficium litigioſum, vel reſer-
„ uatum, nemini fit iniuria. Cum nemo præter
„ Papam poſsit de illo diſponere, & illa gratia
„ vim prouiſionis obtineat, ſi ille, qui obijt, fo-
„ uebat bonum ius, vt declarat *Vital. loco citato
„ num. 41. & fuit deciſum* in prædicta cauſa de
„ Pancornio; & hæc procedunt ſine difficul-
„ tate; quando gratia ſubrogationis gratioſæ
„ fuit principalitèr, & de per ſe petita, & ob-
„ tenta, & litteræ deſupèr expeditæ, & hoc mo-
„ do videntur loqui deciſiones allegatæ. Alter
„ caſus eſt, quando Papa facit gratiam de bene-
„ ficio litigioſo, ſeu reſeruato cum Subrogatio-
„ ne gratioſa quoad ius, & poſſeſsionem De-
„ functi, & impetrans expediuit Bullas ſuper
„ gratioſa ſubrogatione, deſumpta vel ex cor-
„ pore, vel ex clauſulis generalibus eiuſdem ſup-
„ plicationis, & hoc caſu, licèt non modo
„ gratia ſubrogationis quo ad duo predicta, vi-
„ delicèt ad Clericatum, & poſſeſsionem, ſed ad
„ omnia etiam narrata in gratia ſubrogationis
„ principalitèr iuſtificanda viderentur, nihi-
„ lominus Rota cenſuit ſufficere iuſtificationem
„ Clericatus, & prouiſionis. Ratio fuit, quia
„ agebatur de Beneficio litigioſo, ſeu reſeruato;
„ de quo cùm nemo (Papam prætèr) poſsit pro-
„ uidere, nemini fit iniuria per talem prouiſio-
„ nem, & conſequentèr ſatis erit iuſtificare illa
„ duo, prout requirit natura gratiæ ſubroga-
„ tionis gratioſæ. Tertius caſus eſt, quando Be-
„ neficium non eſt litigioſum, vel reſeruatum,

ſeu

„ ſeu aliàs effectum, & tunc ſi quis ad illud gra-
„ tioſè ſubrogetur omnia narrata in gratia
„ Subrogationis tenetur iuſtificare, nam tunc
„ Subrogatio data in beneficio non litigoſo, vel
„ non reſeruato, habet vim collationis, & o-
„ pus eſt eam iuſtificare, prout neceſſe eſt iuſti-
„ ficare aliam prouiſionem, & collationem pro
„ obtinenda canonizatione, tum quia huiuſ-
„ modi iuſtificatio venit in conſequētiam ipſius
„ prouiſionis, vt fuit conſideratum in illa Bur-
„ genſi de Pancornio, tum quia per prouiſio-
„ nem Beneficij nō litigioſi, vel reſeruati, ſiuè af
„ fecti, iniuria poteſt inferri prouiſis ab Ordina-
„ rio, ſiue alijs legitimis collatorib⁹, & ex his, &c.

Datur igitur ſubrogatio ſine lite, & ſine af-
11 fectione, ſed non gratioſa; quia tunc habet
neceſſariam connexionem cum illa impetra-
tione, quæ non procedit ex lite, ſiue ex reſer-
uatione; vnde requiritur iuſtificatio cauſæ im-
petrationis, quo caſu non datur prouiſio; ſed
mandatum de prouidendo, & per conſequens
12 *iuxta deciſ. Mohedan. ſupra allegat.* non dabitur
Subrogatio gratioſa, ſed rigoroſa, quia Sub-
rogatio gratioſa nihil aliud eſt, quàm quędam
continuatio in ſubrogatum illius poſſeſſionis,
quam habebat defunctus. *Caſſad. deciſ. 1. nu. 1. vt lite pend. Garz. dicto c. 4. num. 1. & 2. par. 6. Ludouiſ. deciſ. 307. n. 16.* quod non poteſt ſibi
vendicare locum, niſi in ſubrogatione, vbi ad-
eſt lis, ſeu reſeruatio, aliàs enim, vt conſi-
deratur in dicta Mirandeñ. poſſet inferri prę-
iudicium Ordinario, vel eius prouiſo, ad quem
ceſſantibus reſeruationibus ſpectat collatio.
Caſus ponitur in *dec. 525. n. 8. p. 2. rec.* vbi Ordi-
narius habebat Indultum conferendi etiam
reſeruata, & proindè ceſſabat gratioſa ſub-
rogatio, quia collatio non ſpectabat ad Pa-
pam, ſed ad Ordinarium, cuius prouiſus ritè
ſe opponebat ſubrogato, & immiſſioni per
eum petitæ; eſt *deciſ. 604. par. 8. diuerſ.*

Requiritur igitur lis, ſiue reſeruatio ad ſub-
rogationem nō quidē ſimpliciter, ſed ad effe-
ctum conſequēdi immiſſionem, reliqua gratia
nō iuſtificata; nam Subrogatio continet duo,
videlicet ſubrogationem quoad litem, & ſub-
13 rogationem quoad poſſeſsionem. Poteſt cō-
tingere, quod nulla adſit lis, & quoad hoc ca-
put deficiat gratia ſubrogationis, & non de-
14 ficiat quoad Subrogationem poſſeſsionis, ſi
gratia principalis iuſtificetur. *Gonzal. gloſ. 5. §. 9. num.* 58. & tunc licèt procedatur via Ordi-
15 naria, cognitio, tamen eſt ſummaria. *Put. deciſ. 308. lib. 1.*

Similiter non proceditur executiuè in vim
ſubrogationis gratioſæ contra poſsidentem
16 pari titulo. *Put. deciſ. 249. lib. 1.* difficultas au-
tem hic eſt quando, & quis dicatur par titu-
lus ad hunc effectum; & requiritur, quod vter-
17 que ſit gratioſè ſubrogatus, & tunc non pro-
ceditur executiuè, etiamſi vna ſubrogatio ſit
prior altera. *Seraph. deciſ. 1153. Put. deciſ. 294. & deciſ. 131. & 308. lib. 1. Rota* in Ra-
tiſboneñ. Canonicatus 13. Martij 1618. co-
ràm D. Pirouano, & Ouєteñ. Canonicatus
30. Martij 1607. coram Cardinale Marque-
montio. Immittendus tamen eſſet gratioſè
ſubrogatus contra prouiſum Apoſtolicum,
qui non haberet Subrogationem, quia requi-
ritur tituli conſimilitudo, vt in Seneñ. Cano-
nicatus, & Præbendæ 1588. coràm Bubalo.

„ Fuit reſolutum, &c. non obſtat quod alio
„ exiſtēte in Poſſeſsione naturali impeditur im-
„ miſsio ſubrogati, vt per *Zuccard. in l. fin. C. de*
„ *Ædict. D. Adriani Tollen. num. 391. & ſeq.*
„ quia hoc procederet, quando poſſeſſor habe-
„ ret conſimilem titulus. *Bart. in l. fin. num. 21. &*
„ *ibi Dec. num. 40. Zuccard. num. 34. Menoch. de*
„ *adipiſcen. rem. 4. num.* 58 t. & fuit reſolutum in
„ vna Lucana maiuſculatus coram Orano de
„ anno 1586.

Quibus non contradicit *Put. deciſ. 6. lib. 1.*
vbi videtur velle, quod poſſeſſor poſsit impedi-
re ſubrogationem debitam gratioſè ſubroga-
to, nàm ſolùm dicit, quod petente poſſeſſore
danda ei eſt dilatio ad conſulendum, quod nō
eſt impedire immiſsionem.

Docuimus itaq; ad quem effectum ſubroga-
tio requirat litem, ſiuè reſeruationem; nem-
pe ad effectum immiſsionis, cui ſufficit etiam
ſola affectio, vt in Oxomenſi Archidiacona-
tus 10. Martij 1624. coram Buratto.

„ Domini cenſuerunt Petro Briones dandam
„ eſſe immiſsionem, quæ Clerico gratioſè ſub-
„ rogato conceditur in poſſeſsione defuncti nō
„ controuerſa; vt non ſolùm data lite, vel re-
„ ſeruatione, ſed etiam vbi concurrit ſola affe-
„ ctio, vt fuit reſolutum in Bachinonenſi Cano-
„ nicatus 1598. coràm Cardinale Millino, et iā ſi
„ Subrogatio deſumpta ſit ex clauſulis genera-
„ libus ſupplicationis, vt *tenuit Rota* in Miran-
„ denſi Parochialis 13. Martij 1600. & 2. Apri-
„ lis 1602. coràm Penia, Aurieñ. Archidiaco-
„ natus 6. Nouembris 1602. & in Montis Fali-
„ ſci Capellaniæ 30. Ianuarij 1606. coram Car-
„ dinale Lancellotto.

Reſeruatio autē, ſiue affectio ad hoc vt ſub-
18 rogatus obtineat immiſsionem debet eſſe cla-
ra, quæ non admittat exceptionē, *Rot. dec. 187. n. 1. dec. 526. nu. 8. & deciſ. 600. nu. 1. par. 2. recent.* & in Placentina Archidiaconatus 28.
Nouembris 1614. coram Cardinale Veroſpio
& coram Cardinale Caualerio *deciſ. 266.* in
fine, quæ deciſio obiter corrigenda eſt, quoad
reliquam diſpoſitionem, vtpotè contraria
noſtro Stylo Datariæ; cui ſoli modo ſtudemus,
19 neque alias difficultates explanandas nobis
ſumpſimus in hac igitur cauſa, quæ eſt Nola-
na Primiceriatus, bis fuerat reſolutum Sub-
rogato dandam eſſe immiſsionem, eo quod
Primiceriatus, de quo agebatur, oſtendeba-
tur Dignitas, & proinde per regulam tertiam
reſeruatus. Qualitas autem Dignitatis pro-
babatur ex vltimo ſtatu, quia Papa in præce-
denti vacatione Primiceriatum contulerat
tanquam Dignitatem, & ita bis reſoluit Ro-
ta. Poſtrema autem deciſio receſsit ab illis re

ſolu-

ſolutionibus, eo quod reſeruatio illa præcedens non fuiſſet clara, attento quod tunc Primiceriatus iſte vacauerat de menſe Nouembris, qui ſemper eſt Apoſtolicus; vndè non inferebatur per neceſſe, quod prouiſio eſſet tunc facta de hoc Primiceriatur tamquam de Dignitate, prout requirebatur in caſu deciſionis vbi ſubrogatus neceſſariò nitebatur reſeruationi ex capite Dignitatis: verum ratio deciſioni non eſt bona, nam quando impetratio exprimit, ex quo capite reſeruationis fit collatio, videlicet ſi de menſe ex regula 8. dicitur: *Beatiſſime Pater. Cum Primiceriatus Collegiatæ Eccleſia Sancti Felicis Terræ Lauri, Nolan. Diœceſis per obitum N. de menſe Nouembris proximè præteriti extra Romanam Curiam defuncti vacauerit, & vacet &c. ſupplicatur &c.* quando verò Impetratio fit vbi de Dignitate, hoc vtiq; exprimitur videlicèt: *cum Primiceriatus in Collegiata Eccleſia, quæ inibi Dignitas principalis exiſtit, &c.* & huic narratiuæ ſupplicationis reſpondet proemium litterarum reſeruationem ex menſe deducens ex regula 8. vel de Dignitate ex regula 3. adeò vt reſeruatio regulæ 3. ſuppri-
20 mat reſeruationem regulæ 8. & menſis vacationis exprimitur, non vt hoc caſu indè capiatur reſeruatio, ſed quia ſolet exprimi locus, & tempus vacationis, ne contingat Beneficium alia reſeruatione præter expreſſam reſeruatum eſſe, nempè quod ſit deuolutum, vel quod vacatio contigerit apud Sedem. Idem hoc quod firmauimus colligitur ex proemio Bullarum; nam in reſeruatione de menſe dicitur. *Dudum ſiquidem omnia beneficia certis tunc expreſſis menſibus vacantia, & in antea vacatura diſpoſitioni noſtræ reſeruauimus* Quando vero reſeruatio oritur ex capite regulæ 3. proemium Bullarum incipit *Dudum ſi quidē omnes Dignitates, &c.* vndè non obſtat, quod etiam fuerit expreſſus menſis, & hic ſit reſeruatus; nam indè non capitur reſeruatio concurrente expreſſione Dignitatis; ſed vt *diximus* menſis exprimitur ad euitandam deuolutionem.

Hæc ego quamuis tunc, cùm cauſa ageretur, cui aderam pro parte ſubrogati aduocatus, omni conamine ſuggererem, non fui exauditus, fortaſſis, quia Domini non dictum, ſed ætatem inſpicerent, & Prouiſus Apoſtolicus ſumma iniuria fuit beneficio Papæ priuatus.

Sed redeamus ad rem: *diximus* reſeruationem vnum ex requiſitis ad ſubrogationem, concludenter probandam eſſe; idem dicendum de 2. requiſito; nempè poſſeſſione prædeceſſoris; nam cum ſubrogatio gratioſa operetur effectum exorbitantem, & extraordinarium, requirit, quod probetur poſſeſſio defuncti pleniſſimè, nec eſt contenta Iuris præſumptione ex continuatione poſſeſſionis, diſertè *Rota* in Meteñ. Cercatoriæ 15. Decembris 1628. coram Card. Virile.

„ Steterunt Domini in deciſis coram me ſub die 3. Iulij præteriti, ex rationibus in deciſione deductis, non obſtante prætenſa iniuſtitia ſententiarum Rotalium. Punctus enim difficultatis conſiſtit in eo, quod ſententiæ ſint iniuſtæ; nam licet Deſiderius gratioſè ſubrogatus ad poſſeſſionem Claudij petens inhibitionem teneatur concludentèr probare poſſeſſionem Claudij tempore obitus; quod eſt vnū ex requiſitis gratioſæ ſubrogationis. *Put. dec.* 214. *lib.* 1. *&* 495. *nu.* 1. *lib.* 2. *Seraph. dec.* 1426. *num.* 1. *& fuit dictum* in Argentina Præpoſituræ 1. Iunij 1626. *&* in Cuſentina Abbatiæ 20. Decembris 1627. coram me; tamen hoc requiſitum prætendebatur a Deſiderio probatum, tum quia cum Claudius ſemel poſſederit præſumitur continuatio poſſeſſionis vſq; ad obitum *Gloſ. in l. ſine poſſidetis C. de probation. Abb. in cap. cum ad Sedem. num.* 16. *de reſtit. ſpoliat. Alciat. reg.* 2. *præſ.* 21. *num.* 5. *in fine*; tum quia ex depoſitione primi teſtis prætenditur probata poſſeſſio Claudij de anno 1606 et 1607. & ex depoſitione ſecundi teſtis, nepotis Claudij dicitur probata poſſeſſio; & intentio Claudij poſſidendi: Quibus non obſtantibus viſum fuit Dominis non probari requiſitum poſſeſſionis Claudij tempore obitus, immò concurrere vrgentiorem, & maiorem probationem excluſiuam poſſeſſionis Claudij: Duo enim teſtes in curia examinati deponunt de dimiſſione & renunciatione aſſertæ Cercatoriæ facta per Claudium in manibus Capituli; quæ dimiſſio extra Curiam etiam per teſtes probari poteſt *Dec. in cap.* 2. *num* 3 *de reſti. ſpoliat. Caſſad. deciſ.* 8. *nu.* 5. *eod. titulo.* Non obſtat præſumptio continuationis poſſeſſionis; quia illa ceſſat, vel quando adeſt alia præſumptio in contrarium, vel datur actus interruptionis. *Cin. in l.* 1. *num.* 16. *circa med. verſ. ſed qualitèr apparebit, & ibi Bald. num.* 10. *propè finem verſ. aduerte quod aut probatur C. vti poſſidetis. Affl. deciſ.* 194. *num.* 2. *Alciat. reg.* 2. *præſ.* 21. *limit.* 8. *Rot diuerſ. deciſ.* 4. *num.* 12. *par.* 2. Ex quibus reijcitur præſumptio continuationis, *&c.*

Quæ doctrina ſolùm procedit ad effectum obtinendi in vim gratioſæ ſubrogationis proptèr effectum exorbitantem, quem operatur continuando poſſeſſionem defuncti cum poſſeſſione ſubrogati; quæ proptereà non afficit, quòd ſit præſumpta; ſed requiritur probatio illius, & quidem concludens. In reliquis Iudicijs ſufficit Iuris præſumptio, *vt ſupra diximus*.

Tertium Requiſitum Subrogationis eſt lis, de qua ſimilitèr plenè conſtare debet; ſed hoc requiſitum facillimè probatur; nempè ex Cōmiſſione, & citatione illius vigore obtenta, vt in allegata Caputaqueñ. Abbatiæ 25. Maij 1620. coram Seleucien. & *coram Greg. XV. deciſ.* 27. *num.* 2. *&* 3. *& aliàs ſæpè*.

Verum quia magnam habet difficultatem diſcernere qualiſnam debeat eſſe huiuſmodi lis; videlicèt ſuper qua re; An ſuper poſſeſſorio tantum ſufficiat, vel certè requiratur, quod ſit ſuper titulo beneficij operæ prætium

du-

ducti particulari, & diſtincta diſputatione
explicare.

QVÆSTIO XXI.

Quæ lis requiratur ad effectum Subrogationis.

MAgnam habet hæc quæſtio difficultatem,
vtpotè quod Rota in hac concluſione ſę-
piùs mutauerit ſententiam; nàm ſubrogatio-
ni locum non eſſe niſi ex lite, quæ ſit ſuper ti-
tulo, & quæ faciat nõ ſolùm perſonã, ſed & ti-
tulũ litigioſum, firma sẽper videtur fuiſſe opi-
nio apud Rotã antiquã *Put. dec. 108. lib. 3. Ludo-*
23 *uiſ. dec. 335 per totã, & dec. 342. par. 1. recen.* &
plures alios cumulat *Garz. de Benef. par. 4. cap.*
6. num. 8. Perſonam autem non beneficium
eſſe litigioſum cenſebat, quando impetratio
fuit facta per priuationem, & literæ expeditę
in forma rigoroſa, notat *Beltram. ad deciſ. Lu-*
douiſ. 305. num. 8. & ſeq. fundata in Doctrina
Innocentij *in c. cum M. Ferrarienſis de Conſtit.* di-
centis eo caſu nullam adeſſe litem, quæ im-
pediat collationem Ordinarij, aliud enim eſt
habere prouiſionem vigore, cuius quis petat
Beneficiũ ſibi adiudicari, vti ſuum, & aliud eſt
habere mandatum de prouidendo, vigore cu-
ius petitur adiudicari beneficium, tanquã ſibi
debitum; cui diſtinctioni reſpõdet *Beltr. vbi ſup.*
illam non eſſe ſemper receptam; immò effici
litigioſum Beneficium, quod petitur tanquam
ſibi debitum, iuribus ibi allegatis, & ſubdit
doctrinam Innocentij *in dicto c. cum M. Ferra-*
rienſis fuiſſe corrrectam per *c. 1. & 2. v. lite pen-*
dente in 6.

Hæc reſponſio *Beltramini* videtur ſatis bo-
na; ſed tamen aliqualiter interpretanda, vt
puta quod *c. 1. & 2. vt lite pend. in 6.* ſtatuant Be
neficia eſſe litigioſa ex lite inter coelectos, &
compræſentatos, qui tamen non habent pro-
uiſionem, vt poſſint petere Beneficium tan-
quam ſuum, ſed tantùm ex electione, vel prę-
ſentatione, quæ ſolummodò tribuunt Ius ad
rem, & quidem longè debiliùs, quàm man-
datum de prouidendo, & hoc quidem benè;
ſed quod doctrina *Innocentij in c. cum M. Ferra-*
rienſis corrigatur per d. c. 1. & 2. non equidem
admitto etiam *ſi gloſſa, & Doct. & ipſa Rota,*
vt infra num. 37. ita ſentiant. Nam doctrina
Innocentij loquitur de literis ad beneficia
vacantia, hoc eſt ad beneficia impetrata certo
modo, ſuper quibus requiritur declaratio Iudi-
cis, quod idem dicit regula noſtra de ſubrogã-
dis fundata proculdubio in Doctrina Innocen
tij, *c. vero 1. & 2. vt lite pendente in 6* loquitur in
diuerſis terminis, nempe præſentationis, &
electionis, de quibus dubitabatur vtrum redde-
rent beneficium litigioſum. Impetratio verò
certo modo nullum tribuit ius impetranti, ni-
ſi cauſa impetrandi iuſtificata; licèt impediat
collationem aliorum, vt mox patebit, ergo
vt ſuſtineamus doctrinam Innocentij non eſt
opus, quod confugiamus ad correctionem.
Nec dicatur immò impetrationem certo mo-
do eſſe de vacanti, non de vacaturo, cum
ideò fiat impetratio, quia Beneficium, ob ta-
le, vel tale delictum perpetratum vacet: Nam
reſpondetur dupliciter poſſe conſiderari va-
24 cationem; de iure nempè, & de facto, vt plu-
ribus diſtinguit *Garz. par. 11. c. 1. num. 2.* vnde
licèt per homicidium exempli cauſa, de iure
vacet beneficium, non tamen ſemper vacat
de facto; quia Clericus homicida inſiſtit poſ-
ſeſſioni, qua nõ expellitur niſi per ſententiam,
& reſpectu huius Ius iſtentiæ Innocentius in-
telexit de vacaturo. Hinc patet non eſſe at-
tendẽdam doctrinã *Baldi in auth. litigioſi,* quia
fundatur in doctrina Innocentij; quæ vel fuit
correcta, *vt vult Oliuertus,* vel vt ego exiſtimo
non probè à Baldo intellecta.

Quod autem attinet ad alteram partem
doctrinæ *Oliuerij*, ſubrogationem nempè de-
25 beri, tam ex mãdato de prouidendo, quàm
ex prouiſione, veritatem etiam continet, at-
tamen indiget quoq; Interpretatione, nam di-
ſtinguendum iuxtà naturam, & modum im-
petrandi. Quia ſi impetratio fit ad priuatio-
nem, non dubium, vt benè notat *Oliuerius*,
quod literæ non expediuntur in forma gra-
tioſa, ſed commiſſaria, & hoc caſu ſubroga-
tioni locus non eſt; non quidem quia literæ
ſunt in forma Commiſsaria; ſed quia impe-
tratio eſt facta certo modo, in regula noſtra
excepta, niſi haberet pro ſe impetrans ſen-
tentiam, *vt diximus ſupra §. 1.* quando verò im-
petratio non eſt facta certo modo, ſed ex o-
bitu, ſiue reſignatione, & impetrans non
exhibet literas approbationis; tunc literæ ſi-
militer expediuntur in forma commiſſaria, &
tamen nemo dicet ex huiuſmodi mandato nõ
competere ſubrogationem, quia forma com-
miſſaria non datur ex natura impetrationis,
ſed quia non fuit exhibita approbatio, & quo-
ad Papam ſupplicatio illa potuit expediri tàm
in forma gratioſa, quàm commiſſaria.

Hinc patet quid ſibi velit *Rebuff. in praxi tit.*
de Subrog. quæſt. 7. num. 3. vbi dicit, quod in
ſubrogatione non ſufficit quod ſit litigioſa
perſona, ſed requiritur quod ſit litigioſum be-
neficium, quod dictum debet intelligi, vt non
ſufficiat ad ſubrogationem, quod quis (verbi
gratia) ſi accuſatus de homicidio, niſi etiam
ſit impetratum beneficium. Vnde exploden-
da eſt diſtinctio illa de impetratione, qua pe-
to beneficium tamquam meum; & de impe-
tratione, qua peto beneficium tamquam mi-
hi debitum, nam licèt prior modus videatur
reſpicere prouiſionem; ſecundus verò manda-
tum de prouidendo nihilominùs ſi mandatum
de prouidendo fuerit iuſtificatum, habet
vim prouiſionis, quo caſu dicti termini in
idem incidunt. *Caſ. de Graſſ. deciſ. 12. num. 4.*
de probat. & propterea cum delectu legenda

eſt

eſt deciſio in cauſa Florentina Parochialis de
Vecchiettis 29. Ianuarij. 1619. coram Cardi-
nale Virile; quia licèt vera ſit concluſio illius
deciſionis, plura tamen in ea aſſumpta, & ad-
miſſa non ſubſiſtunt, vt ex illius lectura.

» Fuerunt concordes Domini, quòd Laurẽ-
» tio ſit danda ſubrogatio; licèt enim pro obti-
» nenda ſubrogatione requiratur lis ſuper titu-
» lo beneficij, & propterea neceſſe ſit, quod
» præceſſerit collatio, & quod petens beneficiũ,
» petat illud tanquam ſuum, non vti ſibi debi-
» tum, *Innocent. in cap. cum M. Ferrarienſis num.*
» *9 de conſtitut. Compoſtellan. num. 21. Ioan. An-*
» *dr. num. 23. Bald. in auth. litigoſa num. 1. C. de*
» *litig. Greg. deciſ. 305. in fine & fuit dictũ* in Leo-
» dieñ. Canonicatus 9. Iunij 1621. coram bon.
» mem. Vbaldo; *&* in Ilerdeñ Præceptoriæ 5.
» Martij, *&* 21. Maij 1627. coràm Patriarcha
» Manzanedo; nam aliàs quando petitur bene-
» ficium conferri, vti debitum, non vti ſuum;
» quia non præceſsit collatio, imploratur quo-
» dammodo officium Iudicis, & ſic actio perſo-
» nalis, ex qua non contrahitur vitium litigioſi.
» *Innocent. vbi ſupra Greg. dicta deciſ. 305. & fuit*
» *dictum in ſupradictis deciſionibus*; *&* in eadem
» Ilerdeñ. 7. Februarij 1628. coram R.P.D.Du-
» nozetto, tamen vbi agitur de electione, quia
» *Innocent. loco allegato dicit*, quod ſicuti quan-
» do quis petit Pręendam, tamquam debitam,
» non contrahitur vitium litigioſi; idem eſt, ſi
» petatur confirmatio electionis, & idem *Inno-*
» *cen.* eſt ſibi ipſi contrarius *in c. ex parte ius nu. 6.*
» *de arbitris*, vbi dicit, quod quando pendet lis
» ſuper prima electione, non poteſt deueniri ad
» ſecundam. Idem tenet *Hoſtienſis in dicto c. ex*
» *parte. num. 11.* & eſt *text. in c. conſiderauimus*; *&*
» *in c. ad audientiam. de electione*, vt benè decla-
» rat *Io: Andr. in dicto cap. M. Ferrarienſis. nu. 23.*
» Propterea Bonifacius Papa VIII. ad declara-
» tionem eorum, quæ dixit *Innocent. & Bald.*
» *in dicta auth. litigioſa*; fecit prouiſionem con-
» trariam *per c. 1. vt lite pend. in 6.* vt aduertit
» *gloſ. ibi in verbo diſpendijs* Inquit enim, extra
» dictum Innocentij factus eſt locus in *c. 1. vt li-*
» *te pendente in. 6.* & ſubdit quod hoc eſt neceſſe
» ſcire in Palatio; *Idem dicit Archidiac. in dicto c.*
» *1. ſuper verbo litigantibus*, *& fuit dictum in ſu-*
» *pradicta* Ilerdẽſi coràm R.P.D. meo Dunozet-
» to. Vnde hodie in electione ceſſat diſputatio
» Doctorum, nec eſt curandum, quòd lis ſit ſu-
» per titulo beneficij; ſed ſufficit, quòd lis ſit
» ſuper electione, etiam quòd non proceſſerit
» collatio, quia habemus peculiarem prouiſio-
» nem Papæ *in dicto c. 1. vt lite pendente in 6. &*
» *fuit dictum in ſupradicta* Ilerdeñ. coràm Duno-
» zetto. Diſpoſitio autem *dicti c. 1. de electione*
» habet locum etiam in præſentatione, & quã-
» do eſt lis inter præſentatos *Calderin. in dicto c.*
» *1. vt lite pend. Lap. allegat. 22. num. 3. Sarnen.*
» *in regula de ſubrogan. quæſt. 13. & fuit dictum in*
» *ſupradicta* Ilerdenſi Quare cum in caſu noſtro
» verſemur inter præſentatos; etiam ſi non eſ-
» ſet ſecuta Inſtitutio, ſufficit lis inter eos, vt
» ſuperſtiti collitiganti debeatur ſubrogatio;
» *per text. in dicto c. 1.* Nam mortuo collitigante
» prohibetur deueniri ad nouam electionem, &
» ad nouam præſentationem; & huius modi lis
» ſuffragatur ad effectum debitæ ſubrogationis
» *Seraph. deciſ. 990. num. 3. & ſeq. Rota dec. 306.*
» *num. 1. par. 1. recent. Sarnen. in reg. de ſubrogan.*
» *dicta quæſt. 13. & fuit dictum* in Aprutina Be-
» neficij 11. Martij 1609. coram Cardinale
» Marquemontio, in qua lis erat inter præſen-
» tatos, & vlteriùs vnus ex præſentatis obti-
» nuerat inſtitutionem, & commiſſa fuerat cau-
» ſa appellationis prout hic. Deciſiones quæ al-
» legantur in lite ſuper optione, non applican-
» tur, quia *textus in dicto c. 1.* loquitur in electio-
» ne, & ſic in præſentatione, vt dictum eſt, non
» in optione; & lis in optione non facit Benefi-
» cium litigioſum. *Rota deciſ. 604 num. 2. par.*
» *4. diuerſ. & fuit dictum in ſupradicta* Ilerdeñ.
» Pręceptorię 21. Martij 1657. coram bo. mem.
» Manzanedo.
» Eſt vtraq; parte informante, &c.

Dixi concluſionem in deciſione firmatam
veram eſſe; ſed aſſumpta admittere difficulta-
26 tem. Verùm enim, eſt quod ſubrogatio com-
petit ex lite tam ſupra electione, quàm ſuper
præſentatione, ſiue præſentatorum alter ob-
tinuerit inſtitutionem, ſiue non: aſſumptum
autem, quòd Regula ſit, Subrogationem non
dari niſi habenti literas, præter quam in caſu
electionis; quia ita diſponitur *in cap. 1. & 2. vt*
lite pendente; non videtur verum; Nam *in di-*
ctis c. 1. & 2. diſponitur tantùm in caſu ele-
ctionis, nulla facta mentione præſentationis
& tamen dicuntur procedere etiam in præ-
ſentatione, quod non habetur *ex textu* ſed per
extenſionem Doctorum; ita ſimilitèr ſi dan-
tur caſus ſimiles, debet fieri ſimilis extenſio,
prout nunc in facto, dum hæc ſcriberem, in
vna Salernitana Parochialis ad quam alias
dum vacaret concurrerunt Paulus, & An-
tonius, qui ambo fuerunt ab examinatoribus
Synodalibus denunciati idonei: Epiſcopus
prætulit Paulum, à cuius irrationabili iudicio
appellauit Antonius, eo quod Paulus eſſet
extraneus, ipſe verò Originarius; ipſe eſſet
legum peritus, & Paulus deſtitueretur hac
qualitate, ac in reliquis eſſent pares; cau-
ſamque appellationis deſuper introduxit in
Rota, vbi citationem obtinuit, quam
executam reproduxit; qua lite pendente in-
deciſa ante triennium deceſſit Paulus; Ordi-
narius loci prefixit edicta, & habuit concur-
ſum, in quo magis idoneus denunciatus fuit
Romulus, qui petebat diſpenſationem reti-
nendi duo, quæ obtinebat; Antonius verò pe-
tebat ſubrogationem ad Ius, & poſſeſſionem
defuncti, docens de lite ex Commiſſione, &
citatione eius vigore executa. Huic cauſæ,
cum ego pro Antonio eſſem Aduocatus in
Dataria, reſpondi dandam eſſe ſubrogationẽ
Antonio, ſtante litis pendentia, præſertim
cùm ipſe in continenti doceret, quòd lis quo-
ad

ad ipſum non eſſet calumnioſa, & magnum *vt ſupra oſtendi* daret fumum irrationabilis iudicij Epiſcopi, quod ſufficit ad excludēdam
27 calumniam, quę tamen in principio litis non præſumitur, ſed ſufficit, litem quomodocunque introductam eſſe. *Rota coràm Greg. XV. deciſ. 27. num. 6. & ſeq. & in allegata* Caputaquen. Abbatiæ coràm Dunozetto, & ita reſcriptum fuiſſe ab Interpretibus Concilij Tridentini teſtatur *Scholiaſtes ad conſtitutionem Pij 5. ſuper concurſu, quæ eſt in Bull. nouo. num. 33. Gonzal. gloſ. 4. num. 144.*

Opponebantur duo: primum quod Antonium per integrum ferè triennium nullam fecerit in cauſa diligentiam, ex quo inferebatur, eum non habuiſſe animum litem proſequendi; Alterum, quod ipſe non haberet literas, & proindè non poſſet petere beneficiū, tanquam ſuum, & ideò ei non competere ſubrogationem.

Reſpondebam ad primum obiectum, ſufficere introductionem, quando non fundatur in Impetratione facta certo modo; *ex allegatis deciſionibus*; & cùm de Iure non adſtringeretur Antonius præfixo tempore ad litem proſequi, non poſſe in eo allegari culpam, & animum vlteriùs non proſequendi gratis præſumi; quamuis quoad hoc oſtenderentur diligentiæ factæ per Antonium, nempe productio Proceſſus de partibus, & multæ in-
28 ſtantiæ per eum factæ. Nam vt hoc obitèr dixerim magna eſt differentia inter litem, quę ſufficiat ad iuſtificationem ſubrogationis obtente, & litem ad ſubrogationem obtinēdam; Nàm Rota vtitur ſuis, & Iuris concluſionibus; Datarius verò non tenetur eas ſequi, cum tota ſubrogatio *vt ſupra oſtendi* pendeat ex eius arbitrio, & propterea ſi quis poſt introductionem cauſæ in Rota ſileret per plures annos; & deinde moriente collitigante petat ſubrogationem, non videretur concedenda, quia apparet, quod potiùs obtinuerit commiſſionem, vt expectaret tempus ſubrogationis, quàm quod literis proſequeretur.

Ad ſecundum obiectum dicebam nō requiri literas, neque neceſſarium eſſe, quod petatur Beneficium tamquam ſuum, ſed ſufficere illud petiiſſe tanquam ſibi debitum, *vt ſupra oſtenſum*, præſertim quando, vt hic, impetratio non fit certo modo, immò nunquam magis petitur Beneficium, quam ex approbatione in Concurſu, vt notant verba *conſtitutionis Pij V.* deferentis appellationem ab irrationabili iudicio, *ibi conſiſto de prioris eligentis irrationabili iudicio, coq; reuocato Parochialis magis idoneo per eundem iudicem appellationis confera-
29 tur, &c.* vbi Papa vult conferri Parochialem magis idoneo, vt legitimo conflictu acquiſitam, & proindè approbatus in concurſu habet maius ius ad Parochialem, quàm electus, aut præſentatus, qui nullo labore electionem, ſiue præſentationem aſſecuti ſunt, approbatus verò in concurſu, nonniſi iuſto conflictu approbationem obtinuit, *quod latiùs oſtendemus, vbi de concurſu ſermonem habebimus.*

Ex quibus Antonio collitiganti ſuperſtiti ſubrogationem deberi concludebam, præſertìm, cùm non ageretur de Beneficio reſeruato,
30 quo caſu faciliùs ſolet concedere Datarius ſubrogationem collitiganti, licèt contra prouiſum Apoſtolicum.

Sed petebat Romulus approbatus in Concurſu; quòd ſaltem ei daretur noua prouiſio cum diſpenſatione retinendi duo obtenta in pari Data cum ſubrogatione Antonij, ad effectum diſputandi in Rota; An ſit danda Antonio Subrogatio, vel potiùs ſit locus nouo Concurſui: Cui petitioni acquieui, ita tamen, vt ex ſupplicatione Diſpenſationis ad plura, deleatur clauſula *cum ſubrogatione quoad poſſeſſionem defuncti*, & alia clauſula *litig.* alias enim non poſſet diſcerni, cui Papa voluiſſet conferre, cùm vterq; haberet prouiſionem
31 cum ſubrogatione ſub eadem Data; & iuxta hunc diſcurſum reſpondit *Rota* in Dertuſenſi Parochialis 1. Iunij 1639. coram Domino Peutingerio; vbi opponentibus Iacobo, & Ioſepho; & Ioſepho magis idoneo renunciato, Iacobus appellauit ad Sanctiſsimum, qua appellatione pendente Ordinarius contulit, & Rota reſoluit poſſeſſionem eſſe attentatam; qua deciſione obtenta, Datarius ſignauit ſubrogationem pro Iacobo.

Ex quibus liquet non requiri literas ſuper titulo eo modo; *quo ſupra diximus*, hoc intelligi, vt videlicèt requirantur literæ præcedentes, ſiue prouiſio, ſed ſufficere, *vt explicauimus*, quod non ſit ſolummodo litigioſa perſona; ſed vlteriùs etiam Beneficium, hoc eſt, quod petatur ſibi Beneficium adiudicari, ſiue illius poſſeſsio, *iuxtà deciſionem Seraph. 990.* vbi quòd ſubrogatio debetur etiam ex lite ſuper Poſſeſſorio, ea ratione, quòd Poſſeſſorium Beneficiale non poſſit ſecerni a pertinentia tituli, *& notat Beltramin. loco alleg.* & hoc euidentiſſimè probatur *per Gloſſ. in cap. verbo poſſident, vt litè pendente in 6. vbi quod cap. 2.* differt à *cap. 1.* in hoc, quòd in caſu c. 1. nulla aderat poſſeſsio; vt in caſu *cap. 2.* & ſ neq; literæ, neq; Inſtitutio.

Quæ tota diſputatio referri debet ad quæſtionem: Vtrum ſubrogatio ſit danda; videlicèt antequam Subrogatio concedatur, non autem poſtquam conceſſa eſt; nam eo caſu ſufficit verificari eam litem, quæ fuit narrata, & expreſſa, & modum, quo fuit expreſſa *Seraph. dicta deciſ. 990. in fine*; & ideò generalitèr *Rota coram Greg. XV. deciſ. 27.* firmat ſubrogationem gratioſam ſempèr deberi.

Sed vt interpretemur Concluſionem illam de lite inter Patronos; An videlicèt illa cauſet litem ſufficientem ad ſubrogationem; reſpondendum eſt, cum diſtinctione, videlicèt; quod quandocumq; eſt lis ſuper præcedenti præſentatione, & per conſequens inter Patronos, & præſentatos, debetur ſubrogatio; & in-

intrat diſpoſitio *cap. 1. & 2. vt lite pendente in 6.* Si verò nulla præceſſit præſentatio, vt contingere poteſt; quod lis oriatur inter Patronos, ſuper Patronatu, ac Beneficio pleno pro futura vacatione; tunc intrat *doctrina Innocentij in c. eum & M. Ferrarienſis*; nec dicatur hanc diſtinctionem eſſe nullam, eo quòd quando nullus adeſt præſentatus non poteſt dari ſubrogatio, cùm non adſit ſubrogandus; nam reſpondetur *cap. 1. & 2.* non diſponere, dandam eſſe ſubrogationem collitiganti, ſed declarat Beneficium eſſe litigioſum, ex quo inferunt *Doctores iuxtà regulam Cancellariæ* dandam eſſe ſubrogationem; quæ datur propter litem; licèt textus Canonis de ſubrogatione non loquatur; ſed venit ex diſpoſitione Regulæ, vndè iuxta diſpoſitionem *cap. 1. & 2.* per quam tantùm ſuſpenditur, & prohibetur deueniri ad nouum actum, ſiue ille ſit electio, ſiue præſentatio, Papa poterit prouidere abſq; ſubrogatione, attenta lite.

Et iſta de hac quæſtione ſufficiant: reliquum eſt, vt aliam enucleemus quæſtionem, præmiſſa non minùs difficilem, videlicèt

QVÆSTIO XXXI.

An, & quando gratioſè ſubrogatus apprehendendo poſſeſſionem attentet.

PLures in hac quæſtione ſunt diſtinguendi caſus. Primus eſt, quando Prouiſus Apoſtolicus habet ſubrogationem ex affectione, ſiue reſeruatione, nulla exiſtente lite de tempore ſubrogationis. Alter quando ſubrogatio petitur ex reſeruatione, vel affectione, à tertio, qui ſit extra litem præexiſtente lite, & ſuperſtite collitigante; Tertius, quando collitigans ſuperſtes obtinuis ſubrogari, & poſſidet prouiſus ab Ordinario, qui omnes caſus ad lydium examinandi ſunt.

Quoad primum caſum, dicendum eſt, Prouiſum Apoſtolicum cum ſubrogatione gratioſa, non attentare; cùm propria authoritate poſſit capere poſſeſſionem vacuam. *Dec. conſ. 199 ſub n. 1. Ferret. conſ. 25. n. 1. lib. 1.* adhibita tamen diſtinctione, de qua *per Mobedan. deciſ. 11. vt lite pendente, & nos ſupra §. 1. huius capitis latiùs explicauimus*, videlicèt
35 quod literæ ſint expeditæ in forma gratioſa, non autem Commiſſaria; Et lis quæ ſubſequitur non poteſt impedire immiſſionem gratioſè ſubrogato debitam. *Pariſ. de reſignat. lib. 2. quæſt. 3. num. 30. & num. 79. cum pluribus ſeqq.* vbi multas affert ampliationes.

Circa Secundum Caſum rurſus diſtinguendum eſt, vel ille, in cuius locum fuit facta ſubrogatio poſſidebat, vel non poſſidebat, ſi mortuus non poſſidebat, & aderat poſſeſſor collitigans, qui contradicebat, ſubrogatus capiendo poſſeſſionem attentat contradictore inaudito, *vt dixit Rota* in Zamoren. Portionis 5. Iunij 1598. coram Corduba, *relata apud Marcheſ. de commiſſ. par. 1. fol. 1339.* vbi eſt caſus notabilis, nempè quod ſubrogatio non ſit niſi poſſeſſori cum titulo, ſaltem putatiuo, non autem poſſeſſori fructuum titulum non habenti, quo caſu ſubrogatus attentat, etiam ſi contradictor non poſſideat, quia eſt audiendus; quamuis iuſtificata ſubrogatione procedatur executiuè *vt ſupra oſtendimus*. Si verò mortuus, in cuius locum fuit facta ſubrogatio, poſſidebat, eo caſu non eſt vocandus collitigitans ſuperſtes, etiam ſi vltrò, & non vocatus compareat, & opponat, non eſt audiendus; ſed poſſunt executores ſpreta ipſius oppoſitione extraiudicialitèr capere informationem; ſuper tribus illis ad ſubrogationem requiſitis, & ſubrogatum immittere. *Mandoſ. reg. 29. quæſt. 8. num. 1. Put. deciſ. 208. lib. 1.* & latiſsimè me ſcribente fuit deductum in Piſana Beneficij 27. Iunij 1629. coram Domino Merlino.

„ Cùm ad Beneficium, de quo agitur, fuiſſent
„ præſentati D. Franciſcus Roſerminus, & Pe-
„ trus Rôcionus, qui Apoſtolicam prouiſionem
„ obtinuit cum derogatione Iuris Patronatus
„ pro medietate, & fuit per executores in poſ-
„ ſeſſionem immiſſus; idemq; Roncionus, cùm
„ poſtea deceſſiſſet, & per eius obitum D. Ban-
„ dinus Ceulus ſubrogationem gratioſam quò-
„ ad illius Ius, & poſſeſſionem obtinuit, & dein-
„ dè in vim decreti, & mandati executorum in
„ literis datorum, fuit in realem, & actualem
„ poſſeſſionem immiſſus; vnde interpoſita ap-
„ pellatione pro parte Domini Franciſci, &
„ cauſa mihi commiſſa dubitaui, an Decretum
„ Dominorum executorum cum omnibus eſſet
„ reuocandum; & Domini negatiuè reſponde-
„ runt quoniam cùm Dominus Bandinus ſub-
„ rogationē gratioſam, vt ſupra, obtinuerit, &
„ doceat de Clericatu, lite, & obitu Domini
„ Petri collitigantis, meritò fuit illi conceſſa
„ immiſsio. *Mobedan. deciſ. 9. & 11. vt lite*
„ *pendente. Put. deciſ. 214. lib. 1. & deciſ. 495.*
„ *lib. 2. Rota deciſ. 715. num. 3. par. 1. & deciſ.*
„ *252. num. 6. par. 2. recent. & fuit dictum* in
„ Miranden Parochialis 17. Iunij 1600. co-
„ ram Penia. Neq; obſtat quòd non conſtet
„ prædicta fuiſſe probata coram Executoribus
„ quoniam cùm Franciſcus non eſſet legitimus
„ contradictor, ex quo nec parem titulum,
„ nec poſſeſſionem habebat, & literæ non fa-
„ cerent executores mixtos potuerunt illi ex-
„ traiudicialitèr procedere, & ſpernere etiam
„ ipſius Franciſci comparitionem. *Rota de-*
„ *ciſ. 221. num. 23. & ſeqq. coram Gregor. XV.*
„ Pro executore autem extraiudicialitèr proce-

 den-

dente præſumitur. *Put. deciſ. 340. lib. 2. & fuit*
firmatum in Elboreñ. Penſionis 1. Iulij 1616.
coram R.P.D. meo Pirouano. Non obſtat,
quod lis non eſſet ſuper titulo beneficij, quia
dupliciter fuit reſponſum: Primò quatenus
hoc eſſet verum, non afficere, quia hic non
agitur de ſimplici prouiſione Beneficij, quo
caſu certum eſt requiri, quòd lis ſit ſuper titu-
lo, quod fuit originale dictum Innocentij *in c.*
cum M. Ferrarienſis num. 9. verſ. generaliter dixi-
mus. de conſtitution. & exornat. Bald. in auth. liti-
gioſa. num. 1. verſ. dicit Innocent. C. de litigioſ. &
ſæpè dixit Rota in præſentatione, quæ regula-
tur ſecundum terminos electionis. *Cald. conſ.*
1. vt lite pendente. Sarnen. in reg. de ſubrogan. quæſt.
13. Quo caſu ſufficit, quòd lis ſit ſuper iſta e-
lectione, & ſic ſuper præſentatione, etiam ſi
non præceſſerit alia collatio, vt in *c. 1. vt lite*
pend. in 6. quod eſt diuerſum a *c. 2. eod. tit.* In
caſu enim *cap. 1.* non fuerat ſecuta collatio,
ſecus in caſu *cap. 2. gloſ. in dicto cap. 2. verbo poſ-*
ſident, quæ dicit quod in caſu *cap. primi* non
erat adeptus Beneficium; In caſu verò *cap. 2.*
erat adeptus *Archidiac. eod. c. 1. & princ. in ver-*
bo litigantibus dicit in caſu *cap. 1.* nullus ex liti-
gantibus erat adeptus poſſeſſionem; ſecus au-
tem in caſu *c. 2.* quia vnus erat adeptus, & li-
cèt *Innocent. in dicto cap. cum M. Ferrarienſis* ge-
neraliter teneat contra; tamen dictum Inno-
centij fuit in cauſa, vt concederetur illud ca-
pitulum, vt aduertit *gloſſ. ibidem in verbo di-*
ſpendijs. Bald. in d. auth. litigioſa. num. 7. vbi *quod*
hoc ſit neceſſe ſcire in Palatio Apoſtolico. Archi-
diaconac. in dicto c. 1. ſub. verbo litigantibus. Io.
Andr. in dicto c. cum M. Ferrarienſis, & nuper
hoc latè fuit firmatum in Florentina Parochia-
lis de Vecchiettis 29. Ianuarij præteriti coram
R. P. D. meo Virile. Secundo principalitèr
fuit reſcriptum non poſſe dubitari, quin lis
fuerit ſuper titulo beneficij, ex quo in com-
miſſione adeſt clauſula *cũ omnibus inciden. &c.*
nec fuit opus deducere clauſulam iſtam ad
ſpeciem, prout dicitur de clauſula *quam, &*
quas, &c. Verall. deciſ. 125. par. 3. ſed ſufficit,
quòd præceſſerit Inſtitutio. Sic quod adſit ma-
teria præexiſtens, *vt fuit conſideratum in cau-*
ſa Ilerdeñ. Præceptoriæ 5. Martij 1627. co-
ram bon. mem. Patriarcha Manzanedo; quia
tunc negari non poteſt, quin negotium ſimi-
le ſit de inciden. emergen. annexis, & conne-
xis cauſæ commiſſæ, & ſic quòd ſpecialitèr ſit
commiſſum abſq; aliqua ſpecificatione; & hoc
eſt quod dicit *Bellerm. dec. 619. Caſſad. dec. 9. nu.*
13. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Mandoſ. ſuper reg. de
ſubrog. quæſt 14. nu. 7. et fuit dictũ in cauſa Peruſi-
na hæreditatis 26. Octobris 1601. coram bo:
mem. Cardinale Pamphilio. Denique non
viſum fuit obſtare quod pro parte Franciſci
prętendebatur poſſeſſionem dicti Petri defun-
cti fuiſſe nullam, & attentatam, & minimè
manutenibilem; Nam reſponſum fuit ceſſare
obiectum ex facto; quia licèt cauſa ex ſe ipſa
videatur appellabilis; tamen Roſerminus ac-
ceptauit Reſcriptum cum clauſula ſibi præiu-
diciali, nempè *ſine præiudicio vlterioris executio-*
nis literarum Apoſtolicarum Domini Roncioni; vt
in Summario num. 8. qui propterea potuit in
vim dictæ clauſulæ proſequi ad vlteriora in
executione ſuarum literarum abſq; vitio at-
tentatorum. Vltrà quod Dominus Bandinus
ſubrogatus debuit interim immitti in illam
talem qualem poſſeſſionem, ſeu detentatio-
nem, quam habebat defunctus, in cuius locum
fuit ſubrogatus. *Mantic. deciſ. 252. num. 5. &*
coram Cardinale Sacrato in Bracharenſi Be-
neficij 27. Iunij 1605. & in Anconitana Capel-
laniæ 14. Martij 1607 coram bo. mem. Vbal-
do, in Pampilonenſi Parochialis de Arnedo 6.
Iunij 1611. & coram Reuerendiſs. Domino
meo Decano in Gerundenſi beneficij 9. Maij
1622. Et ita deciſum vtraq; parte informante.

Hæc deciſio optimè videtur explicare ma-
teriam ſecundi caſus ſupra poſiti, tamen aliqua
ſunt notanda, quæ indigent ſiue examine, ſiuè
obſeruatione, ne negligentèr videamur ea
præterijſſe. Notanda igitur reſponſio ad obie-
ctum ſuper titulo, quæ dicit, quod *hic non agi-*
tur de ſimplici prouiſione Beneficij, quo caſu
certum eſt requiri; quod lis ſit ſuper titulo, &c.
ſed ſuper præſentatione, ,&c. Hæc reſponſio
non ſubſiſtit, nam quandocunq; lis eſt ſuper
prouiſione, quæcunq; tandem illa ſit, perne-
ceſſe ſequitur, quòd ſit ſuper titulo *etiam ex ſen-*
tentia Innocentij, Baldi, & aliorum pro doctrina
Innocentij ſentientium; quia ſtante prouiſione,
aliquis prouiſus petit beneficium tamquam
38 ſuum, vt probat *Oliuer. ad d. deciſ. 305. Greg.*
XV. Vnde qualitas illa ſimplicis prouiſionis,
quæ opponitur Inſtitutioni, quæ non dicitur
ſimplex prouiſio, eo quod præceſſerit præſen-
tatio, potiùs arguit contrarium, quàm inten-
dit reſponſio, quia in præſentatione poſſunt
conſiderari duo. Actus præſentationis, ſiuè
Ius præſentandi, quo ad patronum, & Ius ad
Beneficium, quoad præſentatum: Si lis ver-
ſaretur ſuper primo, non diceretur ſuper ti-
tulo, in ſimplici verò prouiſione non cadit a-
liqua diſtinctio, ſiue ſegregatio, quæ poſſit
ſtatuere litem ſuper alio, quam ſuper titulo.
Immò *c. 1. & 2. vt lite pendente* non alia de
cauſa emanauit, quam proptèr hoc dubium,
quod nempè in præſentato, ſiue electo poſsint
conſiderari duo: præſentatio videlicèt, &
inſtitutio.

Ex eadem deciſione notandum, quod quan-
docunq; cauſa appellationis per commiſſio-
nem introducta eſt in Rota, ſemper dicetur lis
introducta ſuper titulo propter clauſulam
39 *Cum omnibus inciden. &c.* quam dicit æquipa-
rari clauſulæ *Quam, & quas, &c.* ratio dicti
eſt, quia coelectus, ſiuè compræſentatus, ſiuè
alius quicunque prætendens Ius *ad* ſiue *in Be-*
neficio omnes reducuntur ad electionem, ſiuè
præſentationem, non firmat ſe in iure eligen-
tium, ſiue præſentantium; ſed vlterius vult
experiri Ius proprium, & titulum beneficij;

quod

& nulla adeſſet Commiſsio Papæ continens
dictas clauſulas; quod ipſum mihi valdè arri-
det; quia nemo tam ſocors eſt, vt litiget
ſuper beneficio, cuius titulum ſibi adiudicari
non prætendat, vt notat *Oliuer. loco allegato*;
41 adeò vt non malè firmauerit *Rota deciſ. 27. coram Greg. XV.* ſubrogationem ſemper dan-
dam eſſe.

Notandum ſecundò ſubrogato gratiosè de-
beri immiſsionem iuxta terminos poſſeſsionis
etiam ſi ipſe fuiſſet nudus detentator, quia re-
42 præſentat illius perſonam. *Gabr. tit. de Reg. iur. concl. 2.* & propterea gratiosè ſubrogatus
immitti debet etiam ſi poſſeſsio anteceſſoris
eſſet vitioſa. *Rot. deciſ. 170. num. 6 & 7 par. 4. diuerſ.* ſed omninò requiritur aliqua poſſeſsio,
43 ſiue illa ſit bona, ſiue mala; nam ſi nulla adeſ-
ſet poſſeſsio, vt puta numquam capta, vel di-
miſſa, non eſſet locus immiſsioni, quia non
datur Subrogatio ad poſſeſsionem dimiſſam;
vt in Vlixbonen. Beneficij 19. Decẽbris 1619.
44 coram Vbaldo.

,, Fuit dictum, &c. Non obſtat igitur, quòd
,, Michael tamquam gratiosè ſubrogatus obti-
,, nuerit immiſsionem iudicialitèr, & ſic poſſi-
,, deat authoritate Prætoris, qui ſi ritè, & rectè
,, proceſsit potuit priuare Antonium naturali
,, & ciuili poſſeſsione, *l. iuſtè poſſidet. ff. de acquir. poſſeſſ.* Quia fuit reſponſum ſententiam ſiue
,, Decretum immiſsionis videri iniuſtum. Nam
,, de obitu Laurentij in poſſeſsione non conſta-
,, bat in actis, vltra quod ceſſerat poſſeſsionem,
,, quæ ceſsio ei præiudicauit, non obſtante pro-
,, teſtatione reſeruatoria iurium; quia intelligi-
,, tur de alijs iuribus præterquam dimiſsionis
45 poſſeſsionis. *Holdrad. conſil. 330. in fine Signorel. conſ. 75. num. 19. Seraphin. deciſ. 756. num. 2. Rota* in Neapolitana Beneficij 18. Ianuarij *&* 5.
,, Maij 1617. coram me, *&* in Cæſenaten. bo-
,, norum 21. Februarij præteriti etiam coram
,, me, ideò non poterat ſuffragari ſubrogatio.

Verùm non ſolùm non ſuffragatur ſubro-
gatio, quando anteceſſor expreſsè dimiſit poſ-
46 ſeſsionem; ſed etiam quando tacitè; vt in Al-
bẽn. Iuriſpatronatus 24. Februarij 1620. co-
ram Card. Pamphilio.

,, Domini cenſuerunt recedendum eſſe, &c.
,, Vndè cum ex his, & alijs ſimilibus per infor-
,, mantes pro Bartholomæo deductis de poſſeſ-
,, ſione per eum capta poſt Goſium, & de eius
,, continuatione ſatis appareat, Io: Angelus tã-
,, quam tertius ad eam excludendam non po-
,, teſt dicere, quòd Goſius ſemel poſſeſſor præ-
47 ſumatur ſemper poſſeſſor. *Rip. in c. cum Eccleſia Sutrina n. 25. verſ. tertio intellige. de cauſ. poſſ. & propriet. Alciat. reg. 2. præſ. 21. nu. 7. verſ. limitatur quarto Menoch. lib. 6. præſum. 64. n. 38. Put. deciſ. 19. lib. 2. & deciſ. 11. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & fuit dictum in cauſa* Leodien. be-
,, neficij 11. Decembris præteriti coram R. P. D.
,, meo Decano, & ſic ceſſat, quòd Goſius potue-
,, rit ſaltem ciuilem animo retinere, illamq; vſq;
,, ad obitum continuare; quia præterquam
,, quòd ex pluribus pro Bartholomæo in facto
,, deductis contrarium colligitur; cùm tempore
,, obitus Goſij Bartholomæus eſſet in poſſeſsio-
,, ne; præſumptio illa continuationis remanet
,, obfuſcata. *Alciat. d. regula 2. præſ. 22. ſub nu. 4. verſ. nec obſtat. Put. d. deciſ. 19. in fine lib. 2.* & Io:
,, Angelus ſtantibus ſumptis non poteſt decla-
,, rare animum, & voluntatem Goſij, quod nihi-
,, lominus voluerit ſaltem ciuilem ſemper ani-
48 mo retinere; idem *Alciat. d. reg. 2. præſumpt. 21. nu. 7. & verſ. Tu dic. Menoch. d. lib. 6. præſumpt. 64. ſub nu. 38. circa finem* Et ita &c.

Ex hoc eſt, quod *dixi ſupra n. 21.* requiri nem-
pè pleniſsimam probationem poſſeſsionis, &
præſumptum non ſufficere. Quando verò ſen-
tentiam paſſus præſumatur poſſeſsionem
etiam animo dimiſiſſe, declaratur in alia de-
ciſione in hac cauſa facta ſub die 14. Martij
1622. coram Domino Manzanedo.

,, Domini receſſerunt ab vltimo loco deciſis
,, coram D. meo Pamphilio; ex eo quia, cùm to-
,, ta difficultas conſiſtat in eo, quod an Goſius
,, obierit in poſſeſsione, & non dubitetur de il-
,, lius apprehẽſione per ipſum facta die 6. Mar-
,, tij 1612. vt apparet ex illius inſtrumento, quã-
,, do erat vacua, cùm poſſeſsio capta per Pe-
,, culum fuerit de proximè ſequenti, & quòd
,, Goſius in illa obierit, fundatur in regula; quòd
,, poſſeſsio ſemel capta præſumatur continuata
,, vſq; ad obitum. *Rot. deciſ. 4 de probation. in nouis Menoch. alios allegans præſumpt. 64. lib. 6.*
,, & quod ad Ciuilem admittendam requiratur
,, decennium. *l. ſi de eo. cum ibi notatis. ff. de acq. poſſeſſ. & fuit dictum in vna* Romana Canoni-
,, catus S. Marci 23. Febr. 1611. coram Domi-
,, no meo Pamphilio, quæ regulæ ceſſant quan-
,, do alius medio tempore cæpit poſſeſsionem.
,, *Innocent. & Bald. in cap. querelam. de Elect.* vbi
,, quod quando quis eiectus fuit de poſſeſsione,
,, & habet ſcientiam poſſeſsionis alterius; &
,, poteſt timere redeundo ad illam repelli; quod
,, tunc, vel ſi non recuperat poſſeſsionem de
,, facto, vel recurrat ad iudicem pro mandato
,, de manutenendo præſumatur animum circa
,, poſſeſsionem amiſiſſe; quod etiam firmant.
,, *Afflict. deciſ. 295. num. 7. Put. deciſ. 409. lib. 2. & fuit reſolutum* in Leodienſi Beneficij 15.
,, Decembris 1619. coram Domino meo De-
,, cano, & tunc per modicum tempus amittitur
,, poſſeſsio. *l. ſi quis. l. quod meo. ff. de acquir. poſſeſſ. Aym. conſ. 235. n. 1. & fuit dictum in dicta* Ro-
,, mana Canonicatus, &c.

Ex quibus liquet Poſſeſsionem cenſeri ani-
mo amiſſam, quando ſuperuenit poſſeſsio
cum titulo, qui facit ceſſare poſſeſsionem
mentalem. *Put. deciſ. 87. lib. 3. Garz. de Benefic. par. 11. cap. 1. num. 14. vbi plures allegat deciſiones.*

Sed magna eſt difficultas: An ſubrogato ad
poſſeſsionem vltimi poſſeſſoris ſit danda im-
miſsio, quando adeſt intermedia alia collatio:
exempli cauſa R. D. Manzanedus reſignauit
beneficium Ciuitatẽn. ad fauorem Antonij

de Sylua, qui Antonius deceſsit in Curia, literis non expeditis, Ioannes obtinuit prouideri de hoc beneficio tamquam adhùc vacante per reſignationem nulla facta mentione vacationis ex obitu apud Sedem, & expediuit gratioſam ſubrogationem ad partes. De eodem beneficio tamquam de vacante apud Sedem fuit prouiſus Aſſenſius Gallus: introducta lite in Rota inter Aſſentium, & Ioannem coram R. P. D. Motmanno fuit ſub die 26. Martij 1632. & ſub die 4. Martij 1633. diſputatum: vtrum Ioanni gratioſè ſubrogato eſſet danda immiſſio, & reſolutum eſſe dandam. Deciſiones non affero quia verſantur circa ſolita, & trita de probandis illis tribus requiſitis. Verùm quia Aſſentius habuit recurſum ad ſignaturam Sanctiſsimi, fuit ſublatus effectus deciſionum, & ordinatum, quòd Poſſeſſorium cumuletur petitorio, & meo quidem iudicio maxima ratione, quia ſubrogationes non debent famulari ſupplantationibus, ſiuè malis impetrationibus; vndè exiſtimarem officium iudicis fore, quando ſubrogatio non prouenit ex reſeruatione clara, inquirere priùs de viribus impetrationis principalis. Et propterea quamuis firmauerim *ſupra nu.* 26. appellanti ab irrationabili iudicio deberi ſubrogationem mortuo collitigante; hoc tamen intellectum volo, ſi irrationabile iudiciū probauerit *iuxta deciſionem* in Eugubina Parochialis 13. Ianuarij 1623. coram Vbaldo; aliàs enim quilibet poſſet appellare ab irrationabili iudicio, & committere cauſam appellationis, & expectare euentum mortis concurrentis, & etiam obtinere ſubrogationem, quamuiſe lectio Ordinarij fuerit rationabilis, & æqua.

Sed reuertamur ad deciſionem Piſanam, huius materiæ locupletem interpretem, quæ fuit confirmata ſub die 1. Februarij 1630. cuius tenorem ad maiorem corroborationem præmiſſorum lubet ſubijcere.

Placuit Dominis deciſio in hanc cauſa facta, à qua non putarunt eſſe recedendum; quoniam D. Bandinus in vim gratioſæ ſubrogationis validè ac iuſtè fuit ab executoribus immiſsus, pro quibus præſumitur; quia poterant extraiudicialitèr procedere, nec tenebantur proceſſum formare, ſed tantummodò animum ſuum extraiudicialitèr informare. *Put. deciſ.* 130 *lib.* 2. *Gonz. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 9 *in adnotat. num.* 19. 25. *&* 26. præſertim quia poſtea ſufficientèr doctum fuit de Clericatu, lite, & obitu, Petri poſſeſsione, & ſic de omnibus requiſitis ad ſubrogationem gratioſam *iuxta tradita per Mohedan. deciſ.* 9. *&* 11. *vt lite pendente cum alijs in ſubrogatione allegatis*; vndè multò magis intrat ſupradicta præſumptio, quòd executores extraiudicialitèr ſe informauerit, & benè conſtat de eorundem Decreti iuſtitia, neq; obſtat, quòd pro parte Domini Roſermini fuerit coram dictis executoribus comparitum, & proteſtatum non procedi ad vlteriora, niſi ipſo, & per conſequens Decretum prędictum cum omnibus indè ſecutis, tamquam eo non citato factum, fuerit nullum, & inualidum ad tradita *per Abb. in c. fin. num.* 13. *verſ. ſed ſi comparet is, qui prætendit, Felin. num.* 25. *verſ. fallit.* 5. *de Præſumpt. Garz. de Beneſic. par.* 6. *cap.* 2. *nu.* 110. *&* 143. *& ſeqq.* Nam placuit reſponſio quòd executores non erant mixti, nec D. Roſerminus reperiebatur in poſſeſsione, nec parem titulum gratioſæ ſubrogationis habebat, & ſic cum rę vera non eſſet legitimus contradictor non potuit per dictam comparitionem, & proteſtationem, ſe talem facere, ſed adhuc executores potuerunt extraiudicialitèr, eo non citato procedere *Innocent. in cap. fin. nu.* 2. *& ibi Imol. num.* 9. *de Præſumpt. Io: Andr. in cap. capitulum. nu.* 50. *& ibidem Compoſtellan. nu.* 47. *de Reſcriptis.* Minus obſtat, quòd poſſeſsio Petri capta pendente appellatione a Decreto executoris mixti, proptèr clauſulam *verificato iurepatronatus* fuerit nulla, & attentata, vt per *Rota dec.* 81. *nu.* 2 *&* 5. *& ibi addit. num.* 11. *Greg. XV.* Quoniam vltrà quod, vt aliqui ex Dominis dicebãt, attentata ceſſare videntur ex eo, quia Ius Patronatus verificari debebat coram Ordinario non autem coram executore, propterea non erat mixtus, & Petrus poſſeſsionem apprehendit, poſtquam Roſerminus produxerat Reſcriptum cum clauſula *ſine præiudicio executoris literarum Apoſtolicarum*; fuit reſponſum quòd quidquid ſit de hoc, ſuper quo non videtur opus inſiſtere, ſubrogato debet dari immiſsio, in poſſeſsionem defuncti qualiſcumq; illa ſit, etiam ſi fuerit vitioſa *Mant. dec.* 252. *nu.* 5. vel attentata, *vt fuit dictum* in Romana Parochialis 6. Iunij coram bo: mem: Vbaldo *relata per adden. ad Greg. XV. deciſ.* 261. *num.* 15. Deniq; nec viſum fuit obſtare quod Dominus Bandinus vnico contextu produxerit coram Executoribus tam Bullas gratiæ principalis, in quibus erant deputati Executores, quam etiam Bullæ gratioſæ ſubrogationis, in quibus nullus erat datus executor, & quòd quidem executores pronunciauerint Bullas prædictas eſſe executioni demandandas, & conſequenter videatur facta mixtio vtriuſq; gratiæ, & ceſſare Priuilegium ſubrogationis; capiendi ſcilicèt poſſeſsionem lite pendente, præſertim quia ſi fuiſsent ſeparatim executioni demandatæ literæ tantùm ſubrogationis, Decretum eſſet nullum ex defectu iuriſdictionis, cùm in illis, *vt dixi*, nulli legantur dati executores: Quoniam pro reſponſione fuit animaduerſum, quòd in literis gratioſæ ſubrogationis, quæ ſeparatim expediuntur, nulli ſolent dari executores, vt ſubrogatus, ſi velit, poſsit propria authoritate poſſeſsionem capere *iuxta tradita per Mohedan. deciſ.* 11. *vt lite pendente, & Puteus deciſ.* 208. *lib.* 1. Et ideò ſi ipſe velit viam Executorum elegere ad alios recurrere non poteſt, quam ad datos in gratia principali.

,, li. Vndè iuxtà ſtylum ad firmandam Iuriſdi-
,, ctionem fuerunt productæ literæ gratiæ prin-
,, cipalis; illæ verò non fuerunt executioni de-
,, mandatæ, cùm hoc in Decreto expreſsè
,, non dicatur, & de iure lite pendente fieri
,, non po uit; ſed dicendum eſt ſolas literas
,, gratioſæ ſubrogationis executioni deman-
,, datas fuiſse, ſemper enim factum præſumitur
,, quòd fieri validè potuit *ex traditis per Felin. in*
,, *cap. cùm ex officij num. 31. & ſeqq. de præſcription.*
,, *Menoch. præſumpt. 4. num. 8. & 15. & ſeqq.*
,, *præſertim num. 27. & 28. lib. 6. & in ſimili fuit*
,, *dictum* in Cocheñ. decimarum 7. Maij 1601.
,, coram Card. Pamphilio, & ita vtraq; parte
,, informante reſolutum.

Ex hac etiam deciſione aliqua notanda;
Primò quod non obſtante proteſtatione col-
litigantis ſuperſtitis, tertius gratioſè ſubro-
gatus debet immitti, quando ſuperſtes colli-
tigans non eſt poſſeſſor, nec habeat parem
52 titulum. Hæc concluſio videtur dura, cùm
Iudex procedens contra proteſtationem re-
gularitèr dicatur procedere nullitèr; nam
53 debet quieſcere Iudicium principale, & co-
gnoſci ſuper exceptione. *l. Titio ff. ſolut. ma-*
trimon. cum alijs per Angel. Aretin. conſil. 62.
ſub num. 9. verſ. ſed tamen. num. 10. ſed reſpon-
det deciſio concluſionem procedere in Iudi-
ce, non autem in executore, qui partes Iudi-
cis aſſumere non tenetur, ſed poteſt ſe extra-
iudicialitèr informare; Iudex verò non po-
teſt niſi ex actis informationem capere.

At videndum vtrum ſit diuerſum, quod me-
rus executor non teneatur aliquem citare, &
quid ſi nemo poſſideat, ſiue contradicat, vel
quod poſſit ſpernere oppoſitionem compa-
rentis, & crederem iſta duo multùm diſtare,
nam facilè intelligitur, quod Iudex, ſiue exe-
cutor, nemine poſſidente, aut contradicen-
te poſſit prouiſum immittere, nec teneatur
54 quærere vtrum adſit, qui velit vocari; natu-
rale tamen videtur, quòd vltrò comparens
debeat audiri *iuxta doctrinam Abbatis & Garz.*
in præmiſſa deciſione allegatam. Neq; facienda
videtur vis, quòd *Garzias par. 6 cap. 2. n. 143.*
dicat audiendum eſſe legitimum contradicto-
rem, & opponentem hoc caſu non fuiſſe le-
gitimum contradictorem; nam bona videtur
reſponſio, quòd ſi fuerit contradictor legiti-
mus, non ſolùm eſſe attendendam eius oppo-
ſitionem, ſed etiam admittendam eius appel-
lationem: Si verò non fuit legitimus contra-
dictor, tunc executor, non tenebitur differre
eius appellationi, ſed interim debet eum au-
dire, & niſi de iure ſuo incontinenti doceat,
decernere immiſſionem pro ſubrogato, a quo
Decreto non dabitur appellatio, quia contra-
dictor non eſt cum pari titulo, et ſic legitimus.

Neque huic difficultati videtur ſuccurri per
id, quòd dicit deciſio, nempè quòd proteſtans
non poteſt facere ſe legitimum contradicto-
rem, ſi re vera talis non eſt, quia ſemper pa-
tet reſponſio, videlicèt quòd opponens non
facit ſe contradictorem legitimum, adeò vt
executor teneatur differre eius appellationi,
ſed contradictorem talem qualem, qui pro
ſuo intereſſe debet audiri, etiam ſi eius oppo-
ſitio, ſiuè proteſtatio ab Executore non at-
tendatur. Sanè hæc difficultas, cum ego adeſ-
ſem iſti cauſæ magnum mihi faciebat nego-
cium, à quo extricari vix poſſe rebar, niſi per
hanc reſponſionem, quòd Bandinus non
adiuit Iudicem, ſed executorem, cuius mu-
55 nus non eſt cognoſcere, ſed exequi. *Rota*
deciſ. 802. nu. 6. & 7. par. 1. & deciſ. 621. num.
3. & 4. par. 2. Recentior. vndè ceſſat obiectum,
quòd habens facultatem propria authorita-
te ingrediendi poſſeſſionem, præiudicat ſibi,
ſi Iudicem adiuerit, quia quamuis executor
poſſit etiam aſſumere partes Iudicis, non ta-
men ſequitur, quod executor ſemper ſit Iudex;
nam quandò eſt merus, videtur potiùs execu-
tor haberi, quàm Iudex. Vndè adiens exe-
cutorem ad effectum immiſsionis tantùm,
non videtur implorare officium Iudicis, qui
ſuper aliquo cognoſcat, niſi hoc expreſsè di-
cat in ſua petitione. *Rota coram Gregor. deciſ.*
105. *num. 13. & 14. & deciſ. 160. num. 6. &*
ſeqq. par. 4. diuerſ. Et ſic potuit ſubrogatus
comparere coram executoribus, iiſq; offerre
literas impetrationis, & literas gratioſæ ſub-
rogationis à parte, & tantùm petere execu-
tionem ſubrogationis, & non gratiæ princi-
palis, vt teſtatur deciſio de ſtylo, quòd eſt no-
tandum; nempè dari caſum, vbi executor exe-
quitur literas, in quibus non eſt deputatus.

Notandum ſecundò, quòd aliquis recipiens
Reſcriptum, cum aliqua clauſula præiudicia-
li poteſt in ſui præiudicium executorem red-
dere mixtum, quia aliàs talis non fuiſset, *vt*
benè firmatur in prima deciſione, & nos infra latè
explicabimus in ea quæſtione. vtrum Reſcriptum,
ſiue ſupplicatio cenſeatur impetrata, ſub cu-
ius nomine legitur.

56 Poteſt igitur ſubrogatus gratioſè lite pen-
dente poſseſsionem capere, & non attentare,
vt patet ex ſupradictis; quod tamen fallit, ſi lis
ſit deducta ſuper ipſa ſubrogatione. *Rota de-*
ciſ. 159. num. 8. par. 4. diuerſ. & ſi poſſeſsio fue-
rit capta poſt inhibitionem, quæ actum alias
licitum, reddit illicitum, *vt latè Pariſ. de Re-*
ſigna. lib. 2. quæſt. 3. num. 91. & ſeqq. non quòd
omnis inhibitio poſsit impedire effectum gra-
tioſæ ſubrogationis, ſed quòd tunc ſubroga-
tus ob reuerentiam debet obtinere inhibitio-
nis moderationem: Et iſta de hac quæſtione
ſufficiant.

Supereſt, vt explicemus. Tertium caſum,
videlicet quãdo collitigans ſuperſtes obtinuit
ſubrogari, & poſſidet Prouiſus ab Ordinario,
& tunc vel prouiſus ab Ordinario poſſidebat
ante obitum collitigantis, & clarum eſt ſubro-
gato non competere immiſsionem, eo quia
fuit ſubrogatus in ius, & poſseſsionem colliti-
gãtis, qui nõ poſſidebat; vel prouiſus ab Ordi-
nario cępit poſſeſsionẽ poſt obitũ alterius ex

collitigantibus, & clarum eſt, ſubrogato de-
beri immiſſionem *iuxta cap.* 1. *&* 2. *vt lite
pend. in* 6 niſi Ordinarius habuiſſet Indultum
conferendi litigioſa; quia tunc ceſſat Priui-
57 legium gratioſæ ſubrogationis *Rota deciſ.* 525.
num 8. *par.* 2. *recent.* & ſic non eſt verum, quòd
poſſeſſio naturalis ab alio occupata impediat
effectum gratioſæ ſubrogationis: Nam ſi de-
functo non potuiſſet denegari manutentio,
vtporè quòd poſſeſſio intruſi eſſet attentata,
vel alias vitioſa, ſubrogato non poteſt dene-
58 gari immiſſio *Rota coram Greg. XV. deciſ.* 307.
num. 13. *& ſeqq.* quòd non auerſatur ei, quòd
ſupra diximus num. 43. nempè ſubrogato gra-
tioſè debitam eſſe immiſsionem defuncti, etiã
ſi eſſet vitioſa; quia aliud eſt, quòd ſit vitioſa
immiſsio defuncti, & aliud, quòd ſit vitioſa
poſſeſſio defuncti: Et hinc ſubrogatus in lo-
cum ciuilitèr poſſidentis poteſt petere natu-
ralem; quemadmodum ipſe decedens petere
potuiſset *Argel. tractat. de acquir. poſſeſſ. quaſt.*
18. *art.* 2. *num.* 99. *&* 102. quod verum eſt,
ſiue poſſeſſio reperiatur ab alio occupata, ſiue
59 non *Rota* in Toletana Parochialis 24. Iunij
1604. coram Card. Sacrato, quæ allegatur
ab Argel. loco citat. & in deciſ. 307. *Greg. XV.*
Quod non repugnat Concluſioni *ſupra* §. 1.
aſſumpta; nempè ſubrogationem gratioſam
non operari, quando medio tẽpore eſt capta
poſſeſſio *iuxta deciſ.* in cauſa Vlixbonenſi Be-
neficij 26. Iunij 1623. coram Vbaldo, quia
debet interpretari quòad continuationem
poſſeſsionis ſine apprehenſione, non autem
ad immiſſionem cum apprehenſione *iuxta
terminos deciſ.* Foroliuienſi beneficij 10. Martij
1623. coram eodem Vbaldo.

Demum literarum gratioſæ ſubrogationis
executio ceſſat ijſdem caſibus in quibus ceſſat
60 executio Breuis *de capienda poſſeſſione nomine
Cameræ Gonzal. gloſſ.* 9. *in annot. nu.* 300.

Supereſt, vt videamus quomodo probetur
ſubrogatio, & quomodo de ea doceri debe-
bat; & exhibendum eſse non ſimplices atte-
ſtationes, nec ſupplicationem, ſed literas ex-
peditas *docet Rota deciſ.* 549. *lib.* 3. *num.* 3. *par.*
3. *diuerſor.* vnde licèt ſubrogatio ſumi poſſit
tam ex clauſulis generalibus, quàm ex parti-
culari ſupplicatione. *Seraphin. deciſ.* 1426.
num. 2. *Rota deciſ.* 570. *num.* 1. *par.* 1. *recent. &
coram Caualer. deciſ.* 559. *nu.* 1. debent tamen
literæ ſuper ſubrogatione omninò expediri.
Seraphin. deciſ. 236. alias capiens poſseſsionem
vigore ſubrogationis in vim ſupplicationis,
non expeditis literis attentat. *Pariſ. de reſi-
gnat. lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 85. Immò Rota non ſolet
admittere ſubrogatum ad diſputationem, ſu-
per ſubrogationis iuribus, niſi exhibitis lite-
ris ſubrogationis, *& deciſ.* 568. *&* 625. *par.* 2.
recent. in qua cauſa ego aderam, non alia de
cauſa denegarunt ſubrogationem collitigan-
ti, quàm quòd ipſe poſuiſset in actis ſolam
ſupplicationem ſine literis, cum tamen du-
bium fuiſset diſputatum cum ſuppoſito exi-
ſtentiæ literarum, quamuis hoc in Deciſioni-
bus non dicatur.

Et non ſolùm requiruntur literæ expeditæ
pro ſubrogato, ſed *Rota deciſ.* 576. *num.* 8. *lib.* 3.
par. 3. *diuerſ.* videtur velle, quòd ſubrogatio
non detur in Ius illius, qui impetrauit, & li-
teras non expediuit, quòd non fuit conſidera-
tum in cauſa Ciuitatem coram Motmanno *de
qua ſupra num.* 5.

Verùm, quòd *diximus* ſubrogationem capi
poſse ex clauſulis generalibus debet intelligi
de ſubrogatione pro tertio non collitigante,
nam collitiganti non datur ex clauſulis gene-
ralibus, ſed requiritur ſupplicatio ſpecialis:
forma verò ſubrogationis ex clauſulis genera-
libus ad partem huiuſmodi eſt.

66 Vrbanus &c. Dilecto filio Bernardo Bar-
„ boſæ Rectori Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ
„ loci de Roſeem Portugalenſi Diœceſis, &c.
„ Vitæ ac morum honeſtas &c. Hinc eſt, quòd
„ Nos, qui hodiè Parochialem Eccleſiam loci
„ de Roſeem Portugallenſi Diœceſis tunc per
„ obitũ quon. Thomæ Nonghera, ipſius Eccleſię
„ dum viueret Rectoris extra Romanam Cu-
„ riam de menſe Octobris proximo præterito
„ defuncti vacantem, & ante diſpoſitioni Apo-
„ ſtolicæ reſeruatam, tibi per alias Noſtras lite-
„ ras contulimus, & de illa etiam prouidimus,
„ prout in ipſis literis plenius continetur, volen-
„ tes te præmiſſorum meritorum tuorum intui-
„ tu fauore proſequi gratioſo, &c. te dummo-
„ do in d. Eccleſia intruſus non ſis ad eiuſdẽ Ec-
„ cleſiæ poſſeſſionẽ in qua d. Thomas tempore
„ obitus ſui exiſtebat Apoſtolica authoritate te-
„ nore præſentium ſubrogamus, teq; ad poſſeſ-
„ ſionem, huiuſmodi authoritate & tenore,
„ prædictis admittimus, & admittendum fore,
„ & eſſe decernimus, non obſtante &c.

67 Hæc ſubrogatio ſumpta ex clauſulis gene-
ralibus poteſt expediri ad partem, tàm ſi-
mul cum literis principalibus; hoc eſt cum
Bulla prouiſionis eodem tempore, ſed etiam
poſtea quandocunq; & ſemper ſub eadem Da-
ta, quia eſt appendix gratiæ principalis, vt
denotant verba illa, *Nos qui hodie &c.* ex qui-
68 bus etiam corroboratur, quod firmauit *Rota
ſup. num.* 51. videlicèt executores deputatos
69 in literis gratiæ principalis poſſe exequi ſub-
rogationem ad partem tanquam deſumptam
ex ventre illarum, & dependentem ab ijs o-
miſſa executione literarum, *vt mox dicemus*.

De menſe Octobris proximè pręterito, &c. Hęc
verba denotant reſeruationem claram,
quam diximus requiri ad effectum ſubrogatio-
nis nempe ex regula 8. ratione menſis; quæ
in hoc caſu, vbi impetratur Parochialis
non poteſt controuerti; aliàs enim reſeruatio
70 ex regula tertia reſeruatoria Dignitatum eſt
magis irrefragibilis, quàm reſeruatio ex re-
gula octaua ratione menſis; quia poteſt dari
vacatio de beneficio, quod non cadit ſub col-
71 latione, vti ſunt manualia, vel etiam benefi-
cia in Eccleſia non numerata, in qua non ha-

bet

bet locum ſubrogatio, niſi hoc fuerit expreſ-
ſum in gratia *Gonz. gloſ. 9. §. 3. num. 25.*

In dictis Eccleſia intruſus non ſis, &c. iuxta
regulam de ſubrogandis, *quam ſupra explica-
uimus.*

Teq; ad poſſeſſionem huiuſmodi admittimus, &c.
non ſolum quoad poſſeſsionem, ſed etiam
quoad tempus cenſetur facta ſubrogatio, etiã
72 ſi hoc non dicatur. *Rota deciſ. 490. par. 4. diuerſ.*
quod tamen non ſuffragatur, quando benefi-
cium vacaret per obitum alicuius, qui illud
obtinuiſſet per reſignationem, & conſenſiſ-
ſet reſeruationi Penſionis ad fauorem reſi-
gnantis, & ille petijſſet regreſſum ob non ſo-
lutionem Penſionis. *Rota deciſ. 231. par. 3. di-*
73 *uerſ.* ſed huic deberetur ſubrogatio. *Rota deciſ.*
1196. lib. 3. par. 3. diuerſor.

Diximus ſubrogationem non deſumi ex
clauſulis generalibus pro collitigante, quòd
non extenditur ad impetrantem facta men-
tione litis, ſiue impetratio proueniat ex obi-
tu, ſiue ex ceſsione; nam ſolet etiam quis ſub-
rogari ad ius ceſſum, quemadmodum admit-
titur ceſsio iurium, vt ex ſequenti formula.

„ Vrbanus, &c. Dilecto Filio Hieronymo
„ Clemerio Portionario Eccleſiæ Cæſar-Augu-
„ ſtañ. literarũ ſcientia, &c. cum itaq; hodie di-
„ lectus filius Ioannes Ortiz Clericus Cæſar Au-
„ guſtanus, inter quem, vt aſſerebas, & dile-
„ ctum filium Petrum Nunez lis, & cauſa ſuper
„ portione Cæſar-Auguſtan. de qua alias, tunc
„ pèr obitum q. Cypriani Martinez; olim Por-
„ tionarij dictæ Eccleſiæ ex Romana Curia de
„ menſe Ianuarij anno Domini 1600. defuncti,
„ vel alias alio certo modo vacante dicto Ioan-
„ ne authoritate Apoſtolica prouideri, ſeu quod
„ prouideretur mandari conceſſeramus, coràm
„ certo cauſarum Palatij Apoſtolici Auditore
„ pendebat indeciſa; liti, & cauſæ, ſeu conceſ-
„ ſioni huiuſmodi, necnon omni, & cuicunq;
„ iuri ſibi in dicta Portione, vel ad illum quomo-
„ dolibèt competenti in manibus noſtris ſponte
„ & liberè ceſſerit, noſq; ceſsionem huiuſmodi
„ admittentes, portionem huiuſmodi *adhuc per*
„ *obitum dicti Cypriani*, aut alias certo modo va-
„ cantem etiam *si ſuper ea inter. aliquos alios*, &
„ alias, quam vt pateretur lis, ac primodictæ li-
„ tis ſtatum, & merita cauſæ, nominaq; & co-
„ gnomina Iudicum, ac collitigantium, ac Io-
„ annis, & Capriani prædictorum, ac aliorum
„ quorumcunq; conceſsiones, prouiſiones, præ-
„ ſentationes, aliaq; Iura, & titulos, etiam
„ nullos, & infectos haberi volumus pro expreſ-
„ ſis pendeat indeciſa, dicta tibi auctoritate cõ-
„ tulerimus, & de illa prouiderimus, prout in
„ noſtris inde confectis literis plenius contine-
„ tur. Nos te præmiſſorum, &c. cenſentes, &c.
„ te dummodo in dicta Portione intruſus non ſis
„ in omne Iure, & ad omne Ius, quod Cypria-
„ no tempore ſui obitus, & Ioanni prædictis
„ tempore ceſsionis huiuſmodi in dicta portio-
„ ne, vel ad illam quomodolibèt competebat,
„ aut competere poterat dicta authoritate ſub-
„ rogamus, dictumq; Ius tibi conferimus, &
„ prouidemus etiam de eodem: Teq; ad huiuſ-
„ modi Ius, eiuſq; ac litis, & cauſæ proſecutio-
„ nem, & defenſionem in ijſdem ſtatu, & ter-
„ minis in quibus reperiuntur, & prout Cypria-
„ nus ſi non abijſſet, & Ioannes prædicti ſi non
„ ceſsiſſet, poſſent, & deberent admitti, & quo-
„ ad poſſeſsionem in qua Cyprianus tunc erat
„ in omnibus, & per omnia admitti, & quoad
„ omnia admitti, & admittendum fore, & eſſe
„ decernimus; Non obſtan. &c.

Hæc formula eſt probè extenſa, ex qua il-
lud notandum primo *Adhuc per obitum dicti
Cypriani*. Hæc aſſertio Papæ non videtur ſub-
ſiſtere, nàm per obitum Cypriani fuerunt pro-
uiſi diuerſis reſpectibus Ioannes, & Petrus,
quorũ alterius prouiſio neceſſe eſt, quòd fue-
rit bona, & ſic beneficium non poteſt ampliùs
vacare per obitum Cypriani, ſtantibus proui-
ſionibus factis Ioanni, & Petro, per quas, quia
vna earum neceſſe eſt, quod ſit valida, vacatio
ex morte Cypriani fuit conſumpta, & ſic non
75 poteſt dari ſubrogatio ad Ius, & poſſeſsionem
Cypriani, ita in terminis firmauit *Rota* in
Vlixbonenſi Beneficij 22. Iunij 1622. coram
Vbaldo, in qua cauſa vacauerat benefi-
cium per obitum Emanuelis, per cuius obi-
tum fuit prouiſus a Sede Apoſtolica Laurén-
tius, & a Legato de Latere Antonius, inter
quos orta lite, & ea pendente deceſsit Anto-
nius, in cuius locũ obtinuit Subrogari Michael
& dixit Rota illam ſubrogationem nõ extendi
ad vacationem ex perſona Michaelis; quia illa
erat per collationem factam Laurentio, ſiue
Antonio conſumpta: Verba deciſionis ſunt:
*Neque etiam Michael potuit ſubrogari in Ius, &
poſſeſſionem Emanuelis. per cuius obitum vacaút
76 beneficium, quia vacatio erat conſumpta per pro-
uiſionem Laurentij, vel Antonij Rot. deciſ. 691 nu.
5. recent. & admittunt informantes pro Michaele,
&c.* & meo iudicio malè; nam poteſt contin-
gere, quod neutri Ius competat, quo caſu be-
neficium vacat adhuc, vt prius, *vt ſupra oſten-
77 dimus, cùm egimus de gratia Si neutri*, quæ capit
vacationem ex Iure legitimi poſſeſſoris, vt ex
narratiua huiuſmodi gratiæ videre liquet,
quam ſupra exhibuimus. Hinc Stylus iſte Data-
riæ capiendi ſubrogationem, non ſolùm ad
Ius immediati poſſeſſoris, nititur optima ra-
tione, quia videlicet poteſt contingere, quod
neutri prouiſorum Ius competat.

*Inter aliquos alios, quàm prædictos lis pendeat,
&c.* omnis litis facienda eſt mentio *Rota co-
78 ràm Gregor. deciſ. 305. num. 5.* ſed facta in ge-
nere compræhendit plures lites *idem Greg. de-
ciſ. 2. num. 13.*

Sed ſi Beneficium ſit pluribus reſeruationi-
bus reſeruatum, vtrum in ſubrogatione õ-
mnes reſeruationes debeant exprimi? puta
concurrunt duæ Subrogationes ad Beneficiũ
duplici reſeruatione reſeruatum, quarum pri-
ma ſolum facit mentionem de vnica ſubroga-
tione. Poſterior oſtendit duplicem reſerua-

tio-

tionem, an debeat præferre *Rota deciſ.* 588.
79 *num.* 1. *lib.* 3. *par.* 3. *diverſ.* negatiuè reſpondet, ea ratione, quòd ad impetrationem ſufficit vnica reſeruatio.

Illud non omittendum, quòd Ius Auctoris, quando agitur ad iuſtificationem gratiæ in ſubrogatione narratum, debet tali modo iuſtificari, ac Ius ipſius ſubrogati. *Bellemer.*
80 *deciſ.* 112. modo tamen, quo hoc expreſsit, vt ſi expreſsio ſit facti, non eſt facienda iuſtificatio de Iure. *Rota coràm Cardinale Caualer. deciſ.*
81 202. *num.* 3. vno caſu ſubrogatus ſolùm, non tenetur ad aliquam iuſtificationem, quando nempe vnius ex collitigátibus cedit alteri Iura ſua. *Rota deciſ.* 644. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* quia cum omne ius neceſſariò ſit penès iſtos duos, ſi vnus cedit alteri, totum Ius conſolidatur in vno, neque hoc caſu eſt locus exceptioni gratiæ *Si neutri*, nempè quod poſſet contingere, quòd neuter collitigantium habeat Ius, *vt ſupra admiſimus*; quia hæc exceptio non poteſt habere locum, ſi non adſit tertius, qui opponat.

Notat *Mandoſ. in ſignatura gratiæ titulo ſubrogationes. verſ. non datur &c.* quod in ſubrogatione non datur clauſula quòd literæ in forma nouæ, vel ſimplicis prouiſionis expediri poſſint, quod debet intelligi de ſubrogatione in locum collitigantis tantùm; nàm cæteræ ſubrogationes non dantur ſine prouiſione, ſiue impetratione, quæ continet hanc, & omnes alias clauſulas generales. Subrogatio verò in locum collitigantis, non admittit hanc clauſulam de noua, & ſimplici prouiſione, quia eſt illi ex diametro contraria.

Demum ſubrogatio obtenta à tertio non collitigante, debet intimari collitiganti. *Put. deciſ.* 9. *in fine lib.* 1. *Caſſad. deciſ.* 6. *num.* 10. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Sed hoc debet intelligi, illo poſſidente, ſecus ſi non poſſideat, quia poſſeſſione vacua, propria authoritate poteſt
84 capere poſſeſſionem, *vt ſupra oſtendimus*.

Non recens, ſed antiqua eſt quæſtio, & vt ego exiſtimo hactenùs non benè explicata: Vtrum literis expeditis in forma Commiſſaria, poſſit deſumi ſubrogatio gratioſa ex clauſulis generalibus, & literæ deſuper expediri
85 ad partes. Pro affirmatiua facit *deciſio* in cauſa Cęſar-Auguſtana Parochialis de Maella 21. Iunij 1621. coram Domino Coccino *relata apud Viuan. in praxi Iuris Patronat. deciſ.* 47. *num.* 8. *vbi allegantur aliæ reſolutiones Rotales*. Verùm ratio deciſionis non ſatisfacit: inquit enim, quòd licèt literæ principales habeant clauſulam *vocatis vocandis*; illa tamen non repetitur in ſubrogatione gratioſa expedita ad partes, & propterea ſubrogationem non eſſe reſtringendam ad formam, ſiue clauſulam prouiſionis. Verùm hoc ipſum eſt, quòd repugnat rationi; literæ enim prouiſionis habeat clauſulam *vocatis vocandis*; quia Pontifex prouidens vult Poſſeſſorem euocari, & audiri, quæ voluntas eluditur, ſi in vim clauſularum generalium expediatur Subrogatio gratioſa ad partes, quæ operetur, vt contra Intentionem Papæ poſſeſſor, ſiuè intruſus non audiatur, & ſequuntur plura abſurda, nempè quòd acceſſorium plus operetur, quam principale; generalis diſpoſitio ſit potentior, quàm ſpecialis: quapropter Rota antiquiùs negauit dari poſſe ſubrogationem gratioſam ſuper literis in forma Commiſſaria, vt videre eſt apud *Garz. par.* 6. *c.* 4. *num.* 20.

Nec obſtat diſtinctio, quòd aliud dicendum eſt quando ſubrogatio petita fuit ex capite reſeruationis, & aliud ex capite litigioſi, vt videtur innuere deciſio Cęſar-Auguſtana, nàm diſtinctio illa non eſt adęquata, quia prouiſio ex capite reſeruationis ſemper ſolet eſſe in forma gratioſa, & certè eſſe debet; Prouiſio verò de litigioſo ſemper eſt in forma Cõmiſſaria, ſiuè concurrat cum reſeruatione, ſiuè non, & in his terminis procedunt deciſiones allatæ *per Garz. vbi ſupra n.* 22. *& ſeq.* quia tunc non adeſt clauſula *vocatis*, & hoc expreſsè colligitur ex formula ſubrogationis gratioſæ, quæ hæc habet verba: *Dicta tibi authoritate contulerimus, & de illo etiam prouiderimus, &c.* quæ ſunt fundamenta ſubrogationis, cùm Papa eatenùs ſubroget quatenùs priùs contulit, & literę in forma Commiſſaria non continent prouiſionem; ſed mandatum de prouidendo, quòd vberiùs etiam liquet ex eadem formula, vbi quando fit mentio litis propter quam datur ſubrogatio, Papa non ſe reſtringit ad Beneficium collatum, ſed comprehenditur etiam conferri mandatum, ibi: *ſuper portione de qua aliàs Apoſtolica authoritate prouideri, ſeu quòd prouideretur mandari conceſſeramus, &c.* quod in diſpoſitiua ſubrogationis non repetit; ſed reſtringit ſe ad prouiſionem, excludendo nempè mãdatum de prouidendo.

Verùm hic alia oritur difficultas: An cùm Rota admittit ſubrogationem gratioſam, ſuper literis in forma Commiſſaria, hoc faciat ſuo arbitratu, & quia Cancellaria huiuſmodi ſubrogationem non expediuit, vel certè quia expediuit, & habeat legem ſcriptam, eamq; præterire non poſsit.

Quoad hoc dubium, Reuiſores Datariæ in ſupplicatione gratiæ Commiſſariæ delent, & cancellant, vel certè delere, & cancellare debent ex clauſulis generalibus illam; *Et quod literæ in forma ſubrogationis gratioſæ*, quia clauſulæ generales non debent eſſe contrariæ gratiæ principali, & quatenùs clauſula hæc cancellata non eſſet per incuriam Reuiſorum, quod difficillimè poteſt contingere, cùm ſint oculatiſsimi, attamen non poſſent, nec deberent eam expedire Domini Abbreuiatores ad rationem prędictam, & quatenùs ab vtriſque erratum eſſet, non tamen errorem ſequi deberet Iudex, eo quod non poſſet præteriri vocatio intruſi, etiam ſi nulla in literis adeſſet huiuſmodi clauſula. *Gonz. in annotat. contra nullitates. num.* 226.

SVM-

SVMMARIVM.

Subrogari quibus caſibus ſoleant res liberæ rebus vinculatis, 1.

Derogatio fideicommiſſi generalis facilior eſt, quàm ſpecialis, 2.

Affectio rei particularis difficiliùs tollitur, 3.

Fideicommiſſo Litigoſo faciliùs derogatur, 4.

Debitor decoctus poteſt gratificari vni ex creditoribus poſterioribus, 5.

Creditor anterior poteſt auocare pecunias per debitorem ſolutas, 6.

Subrogatio pretij in locum rei, quando concedatur, 7.

Subrogatio non fit in bonis Eccleſiæ de prædio ad cenſum, ſiue Ius incorporale, 8.

Subrogatio fit in rebus Eccleſiæ de prædijs in locis Montium, 9.

Subrogari quando ſoleant annui Cenſus in locum aliorum, 10.

Loca Montium an, & quando ſubrogari poſſint in locum ſtabilium, 11.

Subrogatio bonorum liberorum in locum vinculatorum ex qua cauſa fieri ſoleant, 12.

§. III.

De Subrogatione rerum.

SOlet Summus Pontifex aliquando rebus vinculatis, & reſtitutioni obnoxijs alia libera ſubrogare; videlicèt ſi Prædium aliquod fideicommiſſo ſubiectum ſit longè diſsitum ab alijs prædijs Poſſeſſoris, & adſit aliquod prædium viciniùs, quod coniunctum reliquis bonis, & terris fideicommiſſo ſubiectis, illi cauſaret magnam vtilitatem; hoc caſu, ſi fideicommiſſarius petat alienationem Prædij diſtan-
1 tis fideicommiſſo ſubiecti, cum ſubrogatione alterius prædij liberi, Pontifex ſolet annuere precibus modo prædium ſubrogatum ſit eiuſdem valoris; quia nihil deperit vocatis & grauato reſtituere magna cauſatur vtilitas.

Hæc tamen gratia ſolet eſſe facilis in ſubrogatione rei fideicommiſſo vniuerſali ſubiectæ; ſecus ſi ſpeciali, & eius rei erga quam teſtator haberet particularem affectum, vtpotè ſi in ſpecie domum, ſiue prædium velit in familia conſeruari, tunc Papa difficillimè derogat, & habui caſum in vna Anconitana de Ferrettis vbi teſtator Palatium à ſe fabricatum ſubiecit particulari fideicommiſso, quod peruenerat ad ſucceſsores obæratos, & pauperes: petebant illud diſtrahi; eo quod ex prętio ſubſtentare ſe valerent, quod non poterant ex affectu, ſiue annua Penſione, quia va-
2 lor Palatij excedebat longè correſpectiuitatē affectus; & propoſita ſupplicatione in ſignatura gratiæ Pontifex noluit derogare ab affectionem, quam poſsent habere vocati ad hoc Palatium etiam ſi fieret inueſtimentum pro multiplico ad fauorem vocatorum, & vt hoc obitèr dicam, quod affectio magna cadat in Palatio poſteris relicto, adeò vt non obſtante generali fideicommiſso poſsit conſtitui etiam in eodem teſtamento fideicōmiſſum particulare ſuper Palatio *dixit Rota nuper die* 17. Iunij 1634. in cauſa Bononień. fideicommiſsi de Barzellinis coram Domino Ghiſlerio.

Si verò lis exiſteret ſuper vocatione, & de fideicommiſso ambigeretur, vèl deſupèr eſset controuerſia, tunc Papa faciliùs derogat ad petitionem Poſseſsoris non attenta affectione, quam poſset prætendere prætenſus ſubſtitutus, ſiuè vocatus, quia videlicèt fundamentum affectionis eſt in controuerſia, & poſset contingere, quod Iudex pronunciet pro excluſione fideicommiſsi: ratione ergo iſtius dubij euentus, non habetur in conſideratione prætenſa affectio aſserti ſubſtituti, & hac ratione nupèr Sāctiſsimus Dominus Noſter derogauit aſſerto fideicommiſſo ſuper Caſtro Fabri Vrbeuetanæ Diœceſis poſſeſſo per Dominos de Capizzucchis, quamuis lis deſupèr penderet in Rota, & hoc caſu non ſolùm derogatur fideicommiſſo, ſed prætium ſubrogatur loco rei, adeò vt creditores anteriores nō ampliùs habeant hypothecam in ipſa re, ſed tantùm ſuper pretio, quod ipſis adiudicatur loco rei: In quo nullum, vel ſaltem non magnum videtur inferri præiudicium creditoribus, quia non infertur illis præiudicium in eorum anterioritatem, ſed tantùm aſſertur hypotheca realis, quæ non videtur conſiderabilis firma ſubſiſtente anterioritate: nàm ſi anteriores, & potiores non ſunt, hypotheca realis non ſuffragatur. In vno tantùm videtur conſiſtere præiudicium, nempè quod creditor puta vnius annui cenſus, non repetit, nec quidem repetere poteſt cenſum, hoc eſt pretium cenſus, pro quo, exempli cauſa, habet hypothecatum Caſtrum, & in venditione Caſtri reſtituitur ipſi cenſus, quod tamen recipit cum obligatione de reſtituendo prioribus creditoribus, vbi ſi reſtitutio pretij ipſi fuiſſet facta per debitorem Cenſus nullam ſubiiſſet obligationem, ſed quemadmodum pecunias ſuas liberè dederat, ita eas liberè reciperet, nec poſſet a quoquam anteriore creditore moleſtari.

Verùm hic caſus difficillimè poteſt contingere, nàm vel debitor cenſus, & eum luens eſt ſoluendo, & tunc creditor recipiens pecunias nullum ſubit periculum, vel non eſt ſoluendo, & tunc debitor non poteſt gratificari vni, cui velit creditori *Afflict. deciſ.* 190. *& ibi addit.* ſed anterior creditor poteſt auocare pecunias à poſteriore creditore *Caſtren. conſ. conſ.* 446. *num.* 3 *lib.* 1. *Ruin. conſ.* 76 *num.* 11 *lib.* 1. *Seraphin. deciſ.* 1474. *num.* 3. *verſic. nihilominùs Rota* in Romana pecuniaria 13. Nouembris 1573. coram Clemente VIII. *& deciſ.* 242. *nu.* 6. *par.* 4. *diuerſ.* & in Romana prætij Clericatus

24

24. Ianuarij 1611. coràm Cardinale Sacrato
& in Romana pecuniaria 29. Nouēbris 1593.
coràm Penia, *&* Beneuētana Cenſus 18. Mar-
tij 1613. coram Coccino, *&* in Romana pecu-
niaria 22. Martij 1506 coram Card. Blacchet-
to, *vbi dicitur ita ſæpè fuiſſe decisum*. & quod ſola
ſciētia crediti anterioris ſufficiat ad elidēdam
ſolutionem factam poſteriori, *tenuit Rota* in
Romana Cenſus 26. Nouembris 1601. coram
Cardinale Millino, quæ deciſio fuit confirma-
ta coràm Gregor. XV. *deciſ. 447. num. 1. latè
Surd. conſ. 4. num. 43. & 45.* ſubiungens dici in
mala fide eum, qui ſcit rem ad alium pertine-
re, & debitorem eſſe anteriori obligatum,
quin immò ſatis eſſe anteriorem creditorem
non fuiſſe negligentem, etiamſi ſecundus cre-
ditor ignoraſſet anteriùs debitum *cenſuit Rota
in præallegata* Romana Pecuniaria coram Mil-
lino, *& deciſ. 242. num. 6 par. 4. diuerſ.*

Et hæc adducere volui, vt oſtendam Ponti-
ficem in huiuſmodi ſubrogationibus, quando
illa ex cauſa concedit non inferre præiudi-
cium particularibus creditoribus, quidquid
blaterent illi, qui hoc factum tanquam ſum-
mæ poteſtatis improbant, quia hæ gratiæ
7 non conceduntur, niſi ad petitionem
poſſeſſorum, vt earum neceſſitatibus ſubue-
niatur, & nemini alij fiat iniuria, & demum
quando honeſtis familijs alia via ſubueniri ne-
quit.

Redeundo ad ſubiectam materiam, in rebus
Eccleſiæ ſubrogatio nō fit, niſi rerum eiuſdem
ſpeciei, vt ſi alienandum ſit prædium, in il-
lius locum ſubrogetur, aliud prædium, non
autem cenſus, ſiuè aliud Ius incorporale,
etiam ſi illud in valore longè excedat, & ita
in vna Theatina Abbatiæ Lupparellæ Ponti-
fex noluit reſcribere ad petitionem Abbatis
petentis in locum Moledini, & terrarum ad
Abbatiam ſpectantium ſubrogari annuos Cā-
nones, ſiue cenſus perpetuos, ex quibus an-
nuus redditus beneficij multum, & vltra du-
8 plum augebatur, quia videlicèt faciliùs peri-
mitur cenſus, & Ius incorporale, quantumuis
inter bona ſtabilia connumerentur, quàm
prædium.

Vidi tamen in vna Pientina pro Abbate
Oreſte-Valentino ſubrogari in locum prædij
tot loca montium pro integra dote Beneficij
Pientiæ exiſtentis, quia ſubrogatio huiuſmo-
di cedebat in magnam Eccleſiæ vtilitatem;
quoad annuum redditum, & loca montium
9 fundata in fide Romani Pontificis, reliquis
iuribus incorporalibus ſunt longè tutiora.

Notaui etiam in vna Anconitana, vbi Lai-
cus poſſidebat fundum, ſuper quo erat conſti-
tutus annuus cenſus, quem ipſe redimere vo-
lebat, & alteri fundo imponere, ſimilitèr li-
bero, & nulli obnoxio, & petito deſuper be-
10 neplacito Apoſtolico non potuit obtinere, ea
ratione, quod proculdubio cenſus primus ha-
bebat fundum tutū, aliàs enim nō fuiſſet peti-
ta ſubrogatio, quem Pontifex noluit liberare.

Quod autem *diximus* de ſubrogatione ho-
rum montium in locum bonorum ſtabilium,
nempe quod huiuſmodi ſubrogatio non præ-
iudicet ſubſtitutis, adeò verum eſt, quod ple-
rumq; loca montium videntur maioris pretij 1
& æſtimationis, quam bona ſtabilia, & ita
11 in vna Romana de Zonis nuper Sanctiſſi-
mus Dominus Noſter liberauit 25. loca mon-
tium fideicommiſſo, & reſtitutioni ſubiecta,
ijſq; ſubſtituit bona ſtabilia, quod loco ſummę
gratiæ habitum fuit, eo quod loca montium,
maioris ſint æſtimationis, quam domus, vi-
nea, ſeu ager. *Et de natura portionum, ſiue lo-
corum montium fuſiùs dicemus, vbi agemus de of-
ficijs Romanæ Curiæ.*

Demum ſubrogationes huiuſmodi fieri poſ-
ſe, nedū à Principe, ſed etiam à Senatu, ſiue ab
alio Magiſtratu ſupremo, & quomodo facta
probentur *tradit Rota deciſ. 161. num. 4. par.
2. recent.* & quoad derogationem fideicom-
miſſi videndus *Monet. de commutat. vlt. volunt.
cap. 9. quæſt. 3. vbi in fine quæſt. 2.* ponit for-
mulam huiuſmodi ſubrogationis, quam nos
veluti ab alio traditam conſulto omittimus.

S V M M A R I V M.

Retroceſſio eſt ſecunda gratia, 1.
Retroceſſio fit ex cauſa pœnitentiæ, 2.
Retroceſſionis gratia requirit expeditionē literarū, 3.
Retroceſſio non conceditur intra annum, 4.
*Confidentia arguitur ex retroceſſione intra modicum
tempus*, 4.
Clauſula reſtrictiua retroceſſioni apponi ſolita, 5.
Retroceſſio quando dicatur Simoniaca. 6.
*Retroceſſio fit ijſdem terminis, quibus fuit concepta
Reſignatio*, 7.
Retroceſſioni præſumptæ non eſt hodie locus, 8.
Retroceſſio ſi eſt nulla, Ius remanet in reſignante, 9.
Formula Retroceſſionis remiſſiuè, 10.

C A P V T XXV.

De Retroceſſione.

IN præcedenti §. locuti ſumus de ſubrogatio-
ne rerum, quæ inſpectio videtur vagari extra
metam propoſitam de ſecūdis gratijs. Verum
quia egeramus de ſubrogatione beneficiali,
1 quę eſt de ſecūdis, placuit omnē ſubrogationę
attingere. Nunc ad Scopum redeamus, vi-
delicèt ad ſecundas gratias, inter quas nume-
ratur retroceſſio; nemo enim retrocedere po-
teſt, ſi ceſſio antea ad ſui fauorem facta
non ſit.

*Mandoſius de Signatura gratiæ §. retroceſſio-
nes, verſic. retroceſſiones ſæpè fiunt*, dicit retro-
ceſſiones ſæpiſſimè fieri ad effectum, vt retro-
cedenti reſeruetur regreſſus, quem priùs non
habebat in beneficio ſibi ceſſo, ſiue Pēſionem,
aut fructuum reſeruationem, quæ ſibi in pri-
2 ma gratia non erant conceſſa: puta quia re-
greſſus non conceditur non poſſidenti, vel
quia

quia Penſio non reſeruatur ſuper beneficio
pleno. Verùm hæ cauſæ non videntur vtiles,
vt fiat duplex expeditio literarum, prout fit
in retroceſſione, quapropter exiſtimo retro-
ceſsionem plerumq; fieri, quia cedentem pœ-
nituit ceſsiſſe, & nuper in vna Piſtorienſi Ho-
nuphrius Hippolytus reſignauerat Canoni-
catum, cuius facti illicò pœnituit, & propterea
porrecta eſt ſupplicatio ſuper retroceſſione,
in qua petebantur duo: Primum gratia
retroceſſionis; Alterum quod gratia ſigna-
retur cum clauſula *Sola Signatura ſufficiat* at-
tento, quòd Reſignatio non ante integros
quindecim dies fuit expedita; & neutrum
fuit conceſſum; non poſtremum, quia in retro-
ceſsione ſunt expediendæ literæ, non minùs,
ac in prima reſignatione, etiam ſi Reſignata-
rius poſſeſsionem adeptus non fuerit propter
Stylum Datariæ, quæ metitur Ius impetran-
tis non ex poſſeſsione capta, ſed ex collatio-
ne cum literarum expeditione. Non primum,
quia retroceſsio de Stylo Datariæ conceditur
4 intra annum; quia ex retroceſsione intra mo-
dicum tempus facta arguitur confidentia *Se-
raphin. deciſ.* 1001. *in princip.*

Verùm hæc gratia retroceſsionis vix vm-
quam practicatur apud alios, quàm apud Gal-
los, qui ſi vident ſe mala ſanitate præditos, re-
ſignant ſua beneficia, in quorum reſignatione
nullę in Curia Romana fiunt expenſę, & ſani-
tati reſtituti eadem beneficia per viam retro-
5 ceſsionis recipiunt, in quo non poteſt latere a-
liqua labes confidentiæ, à qua non obtinent,
quamuis per clauſulam retroceſsioni appoſi-
tam retrotrahi deberent, videlicèt: *Dummodo
ſuper retroceſſione huiuſmodi pacti non fuerint, vel
conuenerint* vnde mirum multum, quod inquit
*Mandoſius dicto §. retroceſſiones. verſic. in his pa-
ctis* videlicèt quòd mandata Procurę ad reſi-
gnandum aliquod beneficium contineant ſi-
militèr mandatum ad retrocedendum vnico
cōtextu, quia nihil operātur, cùm annullentur
huiuſmodi mandata per ſupradictā clauſulam.

Illud etiam aduertendum, quod reſignans,
vt retroceſsionem obtineat, non poteſt retro-
6 cedenti ſoluere aliquam pecuniarum ſummam
pro fructibus pendentibus, quæ ipſos fructus
excedat, ſed tantùm æquiualentes, aliàs re-
troceſsio eſt Simoniaca. *Pariſ. de reſignat. lib.*
14. *queſt.* 7. *num.* 70. & non alia de cauſa ap-
ponitur ſupradicta clauſula; & intra annum
retroceſsio non conceditur, quàm ad diuer-
tendam Simoniæ labem, ſiue confidentiæ do-
lum, quia ex ſubita retroceſsione Iure argui-
tur, quod reſignans hac conditione reſigna-
uerit, vt quanto citiùs beneficium reſignatum
iure retroceſsionis ad ipſum reuertatur.

Notandum etiam, quòd retroceſsio fit ijſ-
7 dem terminis, & verborum conceptu quibus
facta fuit prior reſignatio, adeò vt planè allu-
cinetur *Mandoſ. loco allegato* dum dicit retro-
ceſsionem fieri ad effectum ſeruandi Penſio-
nem, vel fructus.

Demum *Pariſ. de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 5. *num.*
8 35. benè notat retroceſsioni præſumptæ ex
triennali poſſeſsione locum hodiè non eſſe,
ſtante Conſtitutione Greg. XIII. de publicando.

9 Poſtremò, quemadmodum in ceſsione nulla
Ius non abdicatur a cedente, ita in retroceſ-
ſione nulla Ius remanet penès retrocedētem,
quæ omninò pari paſſu ambulat, ac ipſa pri-
ma ceſsio. *Put. deciſ.* 402. *num.* 2. *lib.* 1.

Non ſubnectimus hic more noſtro formu-
10 lam Retroceſsionis, quia eam ponit *Mando-
ſius dicto §. retroceſſiones*, quæ non eſt alterata
hodiè, niſi in clauſula reſtrictiua, de qua ſupra,
& cæt.

SVMMARIVM.

Regreſſus eſt ſecunda gratia n. 1.
Regreſſus poteſt expediri ad partes, 2.
Reſignatarius vt plurimùm tenetur ex conuentione ad expenſas expeditionis literarum, 3.
Expeditores tenentur expedire totum id, quòd in ſupplicatione continetur, 4.
Abbreuiatores literarum Apoſtolicarum conficiunt minutas, 5.
Regreſſus qui reprobetur à Concilio Tridentino, 6.
Regreſſui beneficiali An ius reſiſtat, 7.
Regreſſus beneficialis quid ſit, 8.
Formula Regreſſus beneficialis, 9.
Regreſſus conceditur etiam contra Reſignatarij ſucceſſorem, 10.
Regreſſus ob quam cauſam concedatur, 11.
Regreſſus conſumitur in prima vacatione, & in primo vſu, 12.
Regreſſus quando dicatur dari abſq; conſenſu, 13.
Regreſſus An detur contra ſucceſſorem ob non intimationem prædeceſſoris, 14. & 15.
Regreſſus an impediat collationem, 16.
Regreſſus non poteſt intentari, niſi quando illi eſt factus locus, 17.
Regreſſui non eſt locus, niſi illum obtinens velit eo vti, 18.
Regreſſus ſemel iuſtificatus, ſi non fuerit acceptatus, non poteſt denuò intentari, 19.
Regreſſum habens, ſi permittat alium poſſidere per triennium ſibi præiudicat, 20.
Regreſſum habens ad Canonicatum, ſi alium in eadem Eccleſia adeptus fuerit, An cenſeatur regreſſui renunciatum, 21.
Regreſſus, & expectatiua paria ſunt quoad contingentiam futuram, 22.
Regreſſum habens ad beneficium non dicitur habere ipſum beneficium, 23.
Expectatiua quid ſit, 24.
Expectatiua ante acceptationem expectantis non impedit collationem, 25.
Regrediens habet eundem locum, 26.
Dataria remittit expeditoribus ſoluentibus compoſitionem quatuor pro centenario, 27.
Compoſitio ſoluitur in Reſignationibus pro fructibus certis tantùm, ſiue diſtributiones exprimantur, ſiuè non, 28.
Suſpenſio quarumcumq; gratiarum non comprehendit Regreſſum, 29.

Indul-

Indulta Cardinalium licèt tollant expectatiuas, non tamen tollunt regreſſum, 30.
Regreſſus habet cauſam de præterito, & oculos retrò, 31.
Regreſſum aliquo caſu habere quis poteſt, qui non poteſt habere beneficium, 32.
Regreſſum habens ex pluribus capitibus poteſt eligere ex ijs, quod velit, 33.
Regreſſum habens ſi illo non vtatur, quamuis ei ſit factus locus, non ſibi præiudicat, quin alio tempore vti poſſit, 34.
Regreſſus eſt gratia, 35.
Regreſſus ſortitus effectum ex vno capite, non poteſt ſortiri effectum ex alio capite, 36.
Regreſſus in reſignatione factus eſt maximè naturalis ob non ſolutionem Penſionis. 37.
Regreſſus ex cauſa Reſignationis non comprehenditur ſub regula. reuocatoria regreſſus Adriani VI. 38.
Regreſſus ſi ſint legitimi non comprehenduntur ſub conſtitutionibus de confidentijs, 39.
Regreſſus competens ex cauſa Reſignationis beneficij dicitur competere ex cauſa onerosa, 40.
Regreſſus competens ex cauſa onerosa An propriè dicatur gratia, 41.
Regreſſus canonizari, ſeu ad beneficium regredi petenti An obſtet regula Cancellariæ, 42.
Regreſſui non eſt locus ob non ſolutionem conductoris, ſi Reſignatarius ſit conductor, 43.
Regreſſus eſt nullus, ſi non interuenit conſenſus à principio, 44.
Officialis habet pro ſe præſumptionem diligentiæ. 45.
Officiales Cancellariæ non expediunt gratias conditionales, niſi quando illis conſtiterit de conſenſu, 46.
Regreſſus reſeruatio ſi eſt nulla, eſt etiam nulla reſeruatio Penſionis, 47.
Regreſſus debet eſſe validus, vt Reſignans abdicet à ſe ius, 48.
Conditio in mandato ad Reſignandum non concedi ſolita poteſt per Papam deleri, 49.
Officiales non relaxant ſupplicationes, niſi diligentèr examinatis ijs, quæ ſpectant ad gratiam, 50.
Regreſſus eſt validus etiam ſi non repetatur in Reformatione, 51.
Regreſſus expreſſus in Reformatione tantùm eſt validus, 52.
Regreſſus non conceditur duobus ad idem beneficium, 53.
Regreſſui non eſt locus ob non ſolutionem Penſionis, ſi Penſionarius eſt abſens à loco deſtinatæ ſolutionis, ſiue illius Procurator, 54.
Canon ſoluendus in loco loci, ſi ille non deſignetur, & non fiat ſolutio, An poſſit agi ad deuolutionem, 55.
Regreſſui non eſt locus ob non ſolutionem Penſionis violato ſequeſtro, 56.
Regreſſus eſt nullus, ſi non conſtat de formalitate conſenſus, 57.
Regreſſus ſine conuentione præcedenti eſt abſoluta gratia, 58.
Regreſſus eſt inualidè reſeruatus ſuper beneficio Patronatus ſine Patroni conſenſu, 59.
Scripturam approbans cenſetur approbare omnia in ea contenta, 60.
Scientia partis induci præſumptionem ſcientiæ totius, 61. & 62.
Cōſēntiens ſimpliciter præiudicat ſibi quoad omnia, 63.
Permutatio inſcio Patrono, & ſpreto Patrono, in quo differant, 64.
Iudicis authoritas, an & quando eximat à pœna ciuili, 65.
Regreſſus eſt ipſo iure nullus, ſi non fuit expreſſum Regreſſionarium laborare morbo comitiali, ſiue caduco, 66.
Regreſſus eſt nullus expreſſo malo valore, 67.
Regreſſus narratiua debet iuſtificari, 68.
Regreſſus reſeruatus ad fauorem minoris, an ſit validus, 69.
Regreſſarius nō tenetur iuſtificare priorem titulū, 70.
Regreſſus vt ſubſtineatur debet conſtare de aliquo titulo, 71.
Acceſſus, & Regreſſus in quo differant, 72.
Regreſſus, & ingreſſus in quod differant, 73.
Acceſſus, & ingreſſus ſunt ſynonima, 74.
Regreſſus poteſt competere ex Iure ſuperueniente, 75.
Acceſſus quo caſu hodie reſeruetur, 76.
Regreſſus non poteſt competere reſignanti, qui poſſeſſionem non habuit, 78.
Regreſſus non datur ad Ius, quo quis eſt egreſſus, 79.
Regreſſus non poteſt ſtipulari niſi ad fauorem eius, qui dimittit, 80.
Regreſſus acquiritur abſenti, 81.
Regreſſui non eſt locus, niſi quando beneficium confertur illi, cui fuit reſignatum, 82.
Regreſſus datur nedum ad poſſeſſionem, ſed etiam ad Ius dimiſſum, 77.
Clauſula Non alias aliter, &c. qualificat etiam regreſſum, 84.
Regreſſus an tribuat ius in re, ſiue ad rem, 85.
Regreſſum obtinens dicitur obtinere de petitorio, 86.
Regreſſus eſt reliquia iuris præcedentis, 87.
Regreſſum petens dicitur ius ſuum continuare, 88.
Regreſſus operatur reſtitutionem tituli non tranſlationem, 89.
Regreſſarius vtitur remedijs poſſeſſoris, 90.
Clauſula Regreſſus quod propria authoritate poſſit capi poſſeſſio quomodo intelligatur, 91.
Regreſſus ad quem finem fuerit introductus, 92.
Regreſſus eſt remedium ſubſidiarium, 93.
Regreſſus vt canonizetur, eſt opus declaratoriæ, 94.
Poſſeſſionem propria authoritate ingredi valens, ſibi præiudicat, ſi agat iuridicè, 95.
Gratia Principis non debet ſtare ſine effectu, 96.
Reſignatio Beneficij cum reſeruatione Penſionis præſefert ſpeciem venditionis, 97.
Pacti l. Commiſſoriæ effectus, 98.
Forma iudicij Regreſſus, 99.
Penſionis cauſa de Stylo Curiæ non committitur, niſi cum clauſula Sine retardatione, 100.
Clauſula Sine præiudicio executionis non tribuit Iuriſdictionem Iudici ad quem niſi facta executione 101. contrarium, 102.
Clauſula Sine retardatione ſolutionis Penſionis, An tollat Iuriſdictionem Iudici ad quem, 103.

Regreſſarius ſibi præiudicat in receptionem Penſionum quoad petitionem Regreſſus. 104.

Regreſſus euitatur etiam intentatus per ſolutionem Penſionis. 105.

Regreſſus qui dicatur fauorabilis, 106.

Regreſſus probatur ex productione tranſumpti, 107.

Regreſsus gratiam non probat ſola ſupplicatio, 108.

Regreſſus iuſtificatur iuxta narrata, vt reliquæ gratia, 109.

Regreſſus facillimè iuſtificatur, 110.

Regreſſus literæ ad partes expeditæ nullum exprimunt valorem, 111.

Regreſſarius quid teneatur iuſtificare, 112.

Regreſſus poteſt canonizari contra Procuratorem Generalem ad lites, 113.

Declaratoria Regreſſus an admittat appellationē, 114.

Regreſſus euitatur per ſolutionem Penſionis, 115.

Regreſſum impugnans concludentiſſimè debet probare ſuam intentionem, 116.

Regreſſu obtento dicitur conceſſum omne id per quod beneficium aſſequi ſolet, 117.

Regrediens quos fructus percipere debeat, 118.

Regreſſus caſſatur abſque authoritate Superioris, 119.

Regreſſus totalitèr pēdet à voluntate Reſignātis, 120.

Regreſſus quibus modis caſſetur, 121.

Regreſſum caſſantis conſenſus apparere debet, 122.

Regreſſus caſſatio non requirit literas, ſed ſufficit ſola ſupplicatio, 123.

Regreſſus caſſatur per Procuratorem, 124.

Regreſſum non amittit, qui conſtituit Procuratorem ad caſſandum, ſi re integra reuocauit, 125.

Regreſſus caſſatio impeditur per reuocationem mandati etiam non intimatam, 126.

Regreſsum habens, ſi beneficium reſignat tamquam Procurator alienius, non ſibi præiudicat, 127.

Regreſſus, & Coadiutoria æquiparantur. 128. *& in quo differant,* 129.

Regreſsu, & familiaritate concurrente, præualet Regreſſus, 130.

Regreſſus validitas quando reſpicit negocium principale, quod fuit ſuſpenſum: an debeat dari relicta probatione attentatorum, 131.

Regreſſus quamtumuis litigioſus numquam debet ſuſpendi, 132.

Regreſſus cauſa non eſt diuerſa à cauſa beneficij, 133.

Reſignans cum Penſione ſine conſenſu habentis Regreſſum, Penſio eſt nulla, 134.

Concluſiones, quæ firmantur in Regreſſu per deceſſum, vt plurimùm applicantur etiam Regreſſui conuentionali, 135.

Regreſſus habet Datam gratiæ principalis, 136.

CAPVT XXVI.

De Regreſſu.

1 REgreſſus etiam connumerandus eſt inter ſecundas gratias; quamuis .n. detur in ſupplicatione; poteſt tamen expediri ſeparatim, quod dicitur ad partes immò vt plurimùm
2 non expeditur in literis, & quidem peccato Sollicitatorum, qui gratificant ei parti, quæ tenetur ad expenſas expeditionis literarum, puta Reſignatario, qui vt plurimùm tenetur ex conuentione ad omnes, & ſingulas expenſas, & ſi facultas Regreſſus inſeratur literis, ta-
3 xa augetur, quod augmentum, vt euitent, omittunt Regreſſum, quem Reſignans, ſi eo vti voluerit, tenetur poſtea expedire ad partes ſumptibus proprijs, quia Reſignatarius pacto, & conuentioni ſatisfecit eo ipſo, quòd vtraſq; literas, tam Penſionis, quam prouiſionis expediuit, in qua re Sollicitatores omittēdo Regreſ-
4 ſum non leuitèr peccant, cum teneantur expedire omne id. quod in procuratorijs, & ſupplicatione continetur, nec in aliquo poſſunt partibus in expeditionibus literarum præiudicare, *vt* in Grioleñ Canonicatus 10. Iunij 1630. coram Remboldo.

,, Domini dixerunt, &c. Non obſtant literæ
,, nouiſsimè à Domino Thoma expeditæ, in
,, quibus leguntur dictæ narratiuæ alio modo
,, conceptæ, cùm in eis dicatur; *quod forſan Ar-*
,, *chidiaconatus per vnum ex Canonicis, abſq; diſpen-*
,, *ſatione obtineri conſueuit*, & quod *dictus Archi-*
,, *diaconatus nullos fructus, & prouentus certos ha-*
,, *bet*; quia viſum fuit Dominis quod magis de-
,, beant attēdi literæ primo loco expeditæ, quia
,, illæ concordant cum ſupplicatione, ad quam
,, eſt recurrendum tamquam ad matricem,
,, quando oritur controuerſia inter duas expe-
,, ditiones *Bart in l. Sempronius. ff de legat. 2. & in*
,, *l. ſi librarius num. 9. ff. de Regulis Iuris*; & ma-
,, ximè quia Expeditores non poſsunt præiudi-
,, care partibus in expeditionibus literarum, *vt*
,, *in ſimilibus terminis fuit dictum* in Toletana Pa-
,, rochialis de Alcaudette 10. Maij 1596. coram
,, Card. Arigonio.
,, Nec obſtat quòd Expeditores poſſunt de-
,, clarare, ac etiam addere, & minuere. *(aſ. de*
,, *Graſſ. decíſ. 1. de probation. Sarnenſis ſuper Regu-*
,, *la de non iudicando iuxta formam ſupplicationis,*
,, *quæſt. 1. in princ.* quia hoc debet intelligi, dum-
,, modo per eos non alteretur ſubſtantia gratię,
,, prout alteraretur per hanc ſecundam expe-
,, ditionem, cùm ea attenta Dominus Thomas
,, eſſet diſpenſatus ad retinendum duo benefi-
,, cia ſub eodem tecto habentia duplices diſtri-
,, butiones; quod certè, inſpecta priori expedi-
,, tione, non videtur quòd Papa intellexerit fa-
,, cere; cùm ſolùm videatur intellexiſſe dictum
,, Thomam diſpenſare iuxta contenta in ſuppli-
,, catione videlicet, *vt poſſit retinere vna cum Ca-*
,, *nonicatu Dignitatem*, cuius prout in dicta ſup-
,, plicatione fuit narratum, nulli ſunt fructus,
,, redditus, & prouentus, atq; ita ad retinen-
,, dam Dignitatem merè ventoſam, & quæ nec
,, diſtributiones, vt ſupra dictum fuit, haberet.

Quamuis Concluſio aſſumpta in deciſione, videlicèt quòd Expeditores nō poſſint præiudicare partibus, aliquo modo admitti poſſit, certè non applicatur caſui deciſionis; nam ibi per ſecundam expeditionem fuit interpretata dictio *forſan* non in præiudicium partis, hoc eſt impetrantis, ſed ad illius fauorem, & ſic concluſio illa caſui deciſionis minimè appli-

catur. Dixi, concluſionem aliquo modo admitti poſſe, cùm indigeat multa interpretatione, exempli cauſa, Reſignans beneficium in caſum non ſolutionis Penſionis, reſeruat ſibi Regreſſum ad beneficium reſignatum, quæ reſeruatio Regreſſus legitur in ſupplicatione. Expeditor, qui vt plurimùm eligitur à Reſignatario omnes expenſas ex conuentione ſubeunte, non exprimit in literis reſeruationem Regreſſus, vt rem gratam faciat Reſignatario: non enim eſt neceſſe, quòd plures gratiæ contentæ in vna ſupplicatione, omnes exprimantur in vnis literis, ſed poſſunt pro ſingulis gratijs expediri ſingulæ literæ.

Hic autem non eſt caſus Deciſionis, vbi fuit mutatus tenor literarum, non per Expeditorem, ſed per Officiales Cancellariæ, quæ eſt organum Papæ, & de Officialibus, non de Expeditoribus loquuntur *Cæſar de Graſſis deciſ. 1. de probation. Sarnenſis ſuper Regula de non iudicando iuxt. formam ſupplication. quæſt. prima in princip. in deciſ. allegat*: Vndè perperam deciſio vtitur vocabulo *Expeditoris*, loco *Officialis*.

Nec ſubſiſtit concluſio principalis, quæ format dictionem dubitatiuam *forſan* non cadere ſuper parte narratiuæ ibi deſignatæ; ſed ſuper alia. Pro intelligentia adijciamus deciſionis verba. Non obſtat dictio dubitatiua *forſan*, quia placuit Dominis reſponſio, quòd illa non eſt adiecta narratiuæ, quod inſimul obtineri conſueuerit, ſed cadit ſuper illis verbis, abſque diſpenſatione Apoſtolica ad tollendam dubitationem: An iſta conſuetudo retinendi, vtrumq; eſset inuecta mediante diſpenſatione, vel ſine diſpenſatione; adeo quòd præfata dictio auget potiùs aſſertionem præcedentem, ita ſcilicèt, vt ſenſus illorum verborum ſit, quòd Archidiaconatus inſimul cum Canonicatu retineri conſueuit *forſan* etiam ſine diſpenſatione. *Put. deciſ. 36. lib. 2. Rota deciſ. 64. lib. 2. par. 3. diuerſ.* Hactenus deciſio.

Pro intelligentia inquam repetamus narratiuam prout iacet: *quod Archidiaconatus* inſimul *cum Canonicatu retineri conſueuit, forſan, abſque diſpenſatione Apoſtolica*. In qua expreſsione, prout iacet, videtur aduerbium *forſan* qualificare tantùm ſecundam narratiuæ partem: attamen expreſſio illa, prout iacet, non eſt ſecundum ſtylum Cancellariæ, quæ proindè potuit per nouam expeditionem aptare narratiuam ad ſtylum iuxta deciſionem primam *Cæſar. de Graſſ. de probationibus*; cùm hoc ſit proprium munus ſuum, non Expeditorum.

Neque videtur applicari, quod ſubdit Deciſio non poſse fieri plures expeditiones ſuper eadem ſupplicatione, niſi pro gratijs diuerſis in ſupplicatione contentis, & gratiam ipſam non alterantibus. Nam in propoſito caſu non alteratur gratia, ſed interpretatur.

Immò non videtur ſubſiſtere, quod ſuper vna ſupplicatione non poſſint expediri gratiæ diuerſæ, & fortaſsis contrariæ: exempli cauſa vacat beneficium apud Sedem in menſe reſeruato, quod impetratur ſub narratiua *quod de iure-Patronatus laicorum forſan exiſtit*, & ſic petitur derogatio pro hac vice; Si vero de Iure-Patronatus non exiſtit, ad cuius iuſtificationem impetrans ſe alligare non intendit, petit ſibi conferri tamquam reſeruatum; hanc alternatiuam Cancellaria in vnis, & ijſdem literis expedire non valet; quia derogatio excludit reſeruationem, & è conuerſo. Vndè neceſse eſt, ſi quis literas ſuper huiuſmodi gratijs per viam Cancellariæ expedire velit, (quidquid dicendum ſit per Cameram, ſiue officium Summiſtæ) quod binas expediat; cùm Cancellaria numquam deroget, quando dat de Reſeruato; quia vbicumq; concurrit reſeruatio, non eſt opus derogatione.

Verùm alia etiam de cauſa Expeditores differunt expedire Regreſſum in literis, quam operæ pretium hìc manifeſtare duxi, & ego practicari vidi per plures annos, cùm eſſem literarum Apoſtolicarum Abbreuiator. Cau-
5 ſa autem eſt huiuſmodi. Abbreuiatores de Parco maiore ratione ſui officij tenentur conficere minutam ſuper ſupplicationibus in Turno ſibi diſtributis, ad cuius formam conſcribitur Bulla. Pro hac minuta ipſi recipiunt groſſos quinque, videlicet medietatem Ducati auri de Camera, qui antiquitus diuidebatur in groſſos decem: vltra hoc emolumentum reſultans ex labore, & induſtria, Collegium Abbreuiatorum recipit taxam prout Scriptores Apoſtolici; Verùm quia ante taxam Bullæ Abbreuiator receperat, quinq; groſſos pro confectione minutæ, ad quam ex officio tenetur, dimittuntur ex taxa impetranti groſsi quinq; iam antea ſoluti; & hoc annotatur per Officialem ſubſcribentem in calce Bullarum per hanc notulam d v. videlicet per duas iſtas literas coniunctas *D.* & *V.* quod denotat fuiſſe dimiſſos, quinque groſſos impetranti ex taxa Bullæ, quia videlicèt fuerunt ſoluti Officiali, hoc eſt Abbreuiatori conficienti minutam; ratio autem, cur Abbreuiatori præſoluantur ibi quinq; groſsi, dempti ex maſſa communi taxę, ea eſt, vt inuitentur ad laborem, & confectionem minutarum, aliàs enim ſi minutæ conficerentur per Thurnum æqualiter per Abbreuiatores, itaut tot minutas conficere teneatur vnus, ac alter, & nullum in confectione conſiſtat particulare lucellum, illi minutarum confectionem negligerent, vel certè differrent, & dilatarentur expeditiones in præiudicium partium, quarum intereſt, quantò citiùs negocia ſua expedire.

Dimiſsioni vero iſti groſſorum quinque locus non eſt, quando non expeditur integra gratia, ſiue omnes gratiæ contentæ in

ſup-

ſupplicatione ea ratione, quod non ſoluitur integra taxa, & Collegium non tenetur dimittere quinque groſſos, niſi ex integra taxa, & tunc notatur Bulla diuerſa notula videlicet d9. quod ſignificat dimiſſum nihil. Expeditores igitur quandoq; aſſerunt, ſe expedire omnia contenta in ſupplicatione, & dimiſſionem quinque groſſorum ſibi ſumunt, & vertunt in commodum proprium, niſi officialis ſit cautus, & perlegat ſupplicationem, & his de cauſis regreſſus, licèt conuentus intèr partes in literis, vt plurimùm omittitur ab expeditoribus, & quidem improbè, quemadmodum etiam improbè faciunt, quando dimiſſionem groſſorum quinque ſibi ſumunt, quæ dimiſſio non fit ad commodum ipſorum, ſed impetrantium, quamuis etiam fraudent ipſam Cancellariam in omiſſione regreſſus ea taxa, quia regreſſus, ſi eſſet expreſſus, taxaretur.

Sed redeamus ad regreſſum, qui communiter cenſetur reprobatus, *vt per Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 7. de reformatione notat Mandoſ. de ſignatura gratia titulo Regreſſ. & Acceſſus. verſ. regreſſus, & acceſſus ex decreto Pauli IV. & aly communiter*, ſed diſpoſitio Concilij, & dicta DD. indigent interpretatione, & diſtinguendum de regreſſu, qui dupliciter poteſt concedi. Vno modo ex conuentione partium in reſignatione appoſitus, puta ob non ſolutionem penſionis, ſiue non adimplementum alicuius conditionis. Alio modo in caſu vacationis per obitum puta, quod Paulus tertius conceſſit Alexandro Cardinali Farneſio acceſſum, & regreſſum ad omnes ferè Eccleſias totius Italiæ, vt quandocunque contingat earum vacatio per ceſſum, vel deceſſum, habeat Cardinalis ad eas ius accedendi, & ingrediendi, & ſi poſt acceſſum, & regreſſum ipſe Eccleſiam alteri reſignauerit, & denuò vacauerit, habeat ius regrediendi toties, quoties vacatio contigerit.

Alio etiam modo reſeruatur regreſſus à Papa in vacatione ex obitu, videlicet, quando reſignanti in caſu, quo reſignatarius præmoriatur, reſeruat regreſſum ad beneficium reſignatum *de quo Rebuffus in praxi titulo de reſeruatione tam generali, quàm particulari numero 41. & titulo de Regreſſibus*, quem regreſſum, non adeò improbat *Rebuffus*, ac præcedentem, licèt dicat in Francia per Arreſtum fuiſſe ſublatum. Regreſſus ſecundo loco enunciatus improbatur per Concilium, non autem primus, quando videlicet reſeruatur ex capite non ſolutionis penſionis, vel non adimplementi conditionis, & hoc probatur, *ex proemio Concil. dicto capitulo ſeptimo* ibi, *cum in beneficijs Eccleſiaſticis ea, quæ hereditariæ ſucceſſionis imaginem referunt, Sacris Conſtitutionibus ſint odioſa*, quæ verba non poſſunt applicari, niſi ad caſum obitus, quo ſolo datur imago ſucceſſionis.

Nec obſtat quod Concilium dicat, *etiam de conſenſu, &c.* quæ verba non videntur poſſe applicari ad regreſſum ex cauſa obitus, quia conſenſus non operatur vltra mortem poſſidentis, vnde videtur neceſſarium dicere, quod Concilium ſubſtulerit etiam regreſſum ex cauſa non ſolutionis penſionis. Nam reſpondetur, quod conſenſus prouiſi, ſiue Reſignatarij hoc caſu operatur, ne ipſe poſſit reſignare beneficium ad fauorem alterius, inuito habente regreſſum, quod importatur per verbum ceſſum, vel deceſſum, *vt notat Mandoſius loco allegato verſic. notandum eſt*. vbi dicit hanc clauſulam *per ceſſum* parùm operari, nempe in ceſſione ſolummodo, quæ fit in manibus Ordinarij, non autem in reſignatione, quæ fit coram Papa: Verùm in hoc allucinatur *Mandoſius* nam licèt verum ſit, quod conſenſus particularium non poteſt præiudicare Papæ, attamen ſi recipiens beneficium cum clauſulas *regreſſus per ceſſum*, velit illud reſignare ad fauorem certæ perſonæ tenebitur illius conſenſus facere mentionem, aliàs gratia erit ſubreptitia, & licèt Papa poſſit admittere reſignationem non obſtante prædicto conſenſus; tamen poterit reddi difficilior ad concedendam gratiam, & quidem probabiliter, cùm Princeps non tollat pacta priuatorum, & in terminis regreſſus conſiderat *Verall. deciſ. 7. par. 1.*

Dum igitur *Mandoſius loco allegato verſiculo regreſſus, & acceſſus, &c. & regula 32. quæſt. 31. numero* 13. dicit regreſſum hodiè exulari à Curia Romana, debuit explicare, quinam regreſſus exulet. Nam certè regreſſus, qui conceditur ob non ſolutionem penſionis, nunquam exulauit, ſed quoquo tempore fuit admiſſus, & admittitur, *vt notat Pariſius de reſignatione libro ſexto quæſtione quinta numero* 110. neque etiam videtur ſubſiſtere, quod ſubdit, *Regreſſui non ſolum non aſſiſtere ius, ſed immò reſiſtere, ea ratione, quod cedenti, ſiue renuncianti non datur regreſſus ad ius ceſſum*, nam ratio non militat, niſi in ceſſione, ſiue renunciatione libera, non autem in ceſſione conditionali cum penſionis reſeruatione: nulla enim lex vetat, quod quis non poſſit diſponere de re ſua: immò trita eſt iuris Concluſio, quemlibet rei ſuæ eſſe moderatorem, & arbitrum, vnde reſignans potuit abdicare à ſe beneficium ſub conditione, & reuocabiliter, vt loquitur *Gonzal. Mendez. diuerſ. argum. Iuris libro primo capitulo 3. numero 27. & ſequentibus*, cum regreſſu videlicet, ſi Reſignatarius non ſteterit pactis conuentis, & non video, cur dici debeat magis odioſus regreſſus in

reſignante, qui illam petit ob non ſolutio-
nem penſionis Promiſsæ, & conuentæ,
quàm denegatio ſolutionis penſionis in reſi-
gnatario.

De hoc igitur regreſsu nunquam dam-
nato nobis agendum erit hoc capite,
cuius materia, licèt reſpiciat reſignationem,
de qua agemus lib. ſequenti, nihilominus, ne quid
ſecundarum gratiarum omiſiſſe videar hoc
loco, libuit materiam regreſſus explicare,
quem *Mandoſius dicto titulo regreſſus, & ac-
ceſſus in principio, & regula Cancellariæ 32. quæſt.
31. num. 13.* definit eſſe reuerſionem ad be-
neficium ceſſum, vel dimiſſum, vel illius ius
in quoſdam euentus, quæ deſcriptio ſatiſ-
faceret magis, ſi particula illa *in quoſdam euen-
tus* explicaretur per negatiuam, & inobſer-
uantiam, ſi de regreſſu primo modo ſum-
pto, & quotidiè practicabili nobis ſit ſer-
mo.

Sed expendamus præciſa verba regreſſus
quæ ſunt; Eidemque N. reſignanti, quod Re-
,, ſignatario N. aut aliquo ex ſucceſſoribus in
,, ſolutione prædictæ penſionis modo, & for-
,, ma prædictis facien. in toto, vel parte ceſſan.
,, vel deficien., vel illam ad minorem ſum-
,, mam reduci, annullari, vel inualidari pe-
,, ten., ſeu procuran., aut penſionem ipſam
,, ex quauis cauſa nullam, & inualidam, ſeu
,, malè, & nullitèr reſeruatam eſſe dicenti,
,, vel alleganti, liceat ipſi N. reſignanti ad di-
,, ctos Canonicatum, & Præbendam, vt ſupra
,, reſignatos liberos habere regreſſum, acceſ-
,, ſum, & ingreſſum, illorumque poſſeſſionem
9 propria auctoritate apprehendere, & tam
,, ſui prioris tituli, quam vigore literarum
,, deſuper conficiendarum, quæ vim validè,
,, & efficacis prouiſionis ſibi de illis ex nunc,
,, prout ex tunc, & è contra Apoſtolica aucto-
,, ritate factæ habere, & obtinere decerne-
,, re placeat abſque alia de nouo ſibi facien-
,, da prouiſione, & iam vt priùs retinere
,, in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi
,, reſignationem huiuſmodi minimè feciſ-
,, ſet.

Explicemus modo more noſtro formulam,
*quod N. reſignatario, aut aliquo ex ſucceſſoribus,
&c.* Regreſſus conceditur, nedum contra
10 reſignatarium non ſoluentem, ſed etiam
contra eius ſucceſſorem, licèt ipſe reſerua-
tioni regreſſus non conſenſerit, modo adſit
eadem cauſa, propter quam conceditur re-
greſſus, nempè amiſſio iuris cædentis. *Put.*
11 *deciſ. 20. num. 3. lib. 1.* particula autem illa
aut aliquo ex ſucceſſoribus non debet ſumi cu-
mulatiuè, videlicèt quod quandocunque
aliquis ſucceſſorum in ſolutione defecerit,
liceat reſignanti regredi ad beneficium ceſ-
ſum toties, quoties, ſed diſcretiuè, videli-
cet ſi ipſe reſignatarius, ſiue aliquis ſucceſſo-
rum defecit, nam gratia regreſſus con-
ceſſa per deceſſum, quemadmodum con-
ſumitur in primam vacatione, ita etiam
in primo euentu *Mohedan. deciſ. 20. de re-
nunciat.* & proinde indulta Alexandri Car-
12 dinalis Farneſij, quæ videre volui, contine-
bant clauſulam *toties, quoties, per ceſſum, vel
deceſſum vacauerit*.

13 Datur igitur regreſſus, etiam contra
ſucceſſorem non conſentientem, quia fuit
à principio conceſſus in pœnam non ſol-
uentis. *Puteus deciſ. 285. lib. primo* dico in
pœnam non ſoluentis, quòd excludit factum
14 prædeceſſoris, adeòut ob non ſolutionem
factam per prædeceſſorem non agitur ex re-
greſſu contra ſucceſſorem, ſed ſolùm ob de-
fectum ipſius *Puteus deciſione 333. eodem libro
primo*.

15 Quam tamen regulam limitat *Gamb. de
offic. legat. libro 6. numero 461. & ſequentib.* vt
videlicet reſignanti competat actio regreſ-
ſus, contra ſucceſſorem reſignatarij ob ter-
minos non ſolutos, quando ipſe reſignans
cœpiſſet iudicium contra reſignatarium,
quam doctrinam veriorem exiſtimo do-
ctrina *Lotter. de re benefic. libro primo quæſt.
39. numero 152 & ſequentib.* vbi vult iudicium
huiuſmodi non ſolùm cœptum eſſe, ſed
perfectum, & perductum, vt ipſe loquitur
ad finem, nam ratio Gambaræ contrarium
conuincit, nempè quòd habens clauſulam
regreſſus eo ipſo, ac eam opponit reddit
beneficium litigioſum, vt alteri acquiri non
poſſit, & collatio medio tempore facta
16 ſit nulla, quamuis regulariter regreſſus, &
acceſſus non impediant collationem, niſi
deſuper fuerit intentatum iudicium *Rota
deciſ. 19. numero 6. parte 2. recentior.* & in
hoc differt actio regreſſus, ab actione ad
penſiones, ad quas ſucceſſor non tenetur
vt ſuo loco dicemus; nam poteſt contingere
quod reſignans non potuerit ob mortem
ſuperuenientem reſignatarij iudicium dedu-
cere ad finem, vnde iniquum eſſet, quod
priuaretur vſu gratiæ regreſſus. Aduerten-
dum tamen, quod non ſufficit ad obtinen-
dum regreſſum contra ſucceſſorem, quod
reſignans inſtituerit iudicium ſuper conſe-
cutione penſionis, ſed neceſſe eſt, quòd in-
ſtituerit iudicium ſuper regreſſu, & ita inter-
pretandus. *Gambar. loco allegat.*

17 Illud etiam notandum, quod quemad-
modum regreſsus, non poteſt intentari,
niſi ei ſit factus locus. *Acchill. deciſ. 19. nu-
mero 9. de probation.* & illi locus non eſſe
dicitur, niſi quando reſignans, eo vel
voluerit. *Puteus deciſ. 36. & deciſ. 8. libro
18 ſecundo & deciſ. 306. libro primo Mohedanus
deciſ. 36. de renuntiatione. Ferall. deciſ. 6. par-
te prima* ita ſemel iuſtificatus ſi non fuerit
per intentantem acceptatus, non poteſt
19 amplius in poſterum intentari. *Mohedanus
deciſ. 20. de renuntiat.* poteſt autem iſta
non acceptatio fieri expreſsè per renuntia-
20 tionem, & etiam tacitè. Si regreſsum ha-
bens permittat alium poſſidere per triennium
Achill.

Achill. deciſ. 19. num. 2. de probat.

An autem habens regreſſum ad Canonicatum cenſeatur illi renunciaſſe per adeptionem alterius Canonicatus in eadem Eccleſia, magnam habet difficultatem, & caſus fuit diſputatus *in Rota coram Puteo deciſ. 299. lib. 2.* & non reſolutus. Difficultatem facit *Clementina. Gratia. de reſcriptis*, vbi ſi obtinens mandatum de prouidendo, vel aliam expectatiuam ad Curatam, ſiue Dignitatem, ante poſſeſſionem iſtius adeptus fuerit incompatibile, expirare mandatum de prouidendo, ſiue expectatiuã. *textus* ſanè eſt valdè vrgens, & propterea *Rota dicta deciſ. 299. apud Put.* quod Aduocati fuſiùs ſuper intelligentia *dictæ Clementinæ Gratiæ* informarent, ordinauit: ſed illi boni Domini agnoſcentes articuli difficultatem, cauſam alia via terminarunt. Ego quæſtionem ſine reſolutione non duxi prætereundam, ſed rationes pro vtraque parte examinare, & deinde ferre ſententiam.

Sanè Rota, quamuis quæſtionem loco allegato relinquat ſub arbitrio, & iudicio pendentem, nihilominus videtur inclinare pro negatiua, nempe non cenſeri per adeptionem incompatibilis renunciatum regreſſui, & conatur reſpondere *dictæ Clementinæ. Gratiæ.* vtpote, quod illa procedat in expectatiuis beneficiorum; regreſſus verò ſit ſuper certo corpore. Hæc reſponſio, ſiue diſtinctio mihi non arridet; ratio enim *dictæ Clementinæ* non conſiſtit in eo, an gratia ſit conceſſa ad certum corpus, ſed in eo, an cenſeatur renuntiatum rei futuræ, in quo genere futuri paria ſunt expectatiua, &
25 regreſſus. Magis igitur mihi probatur alia ratio, allata per eandem deciſionem pro negatiua, nempe quod habens canonicatum, ſi non reſignaſſet, & alium obtinuiſſet, non cenſeretur renunciatum primo Canonicatui; hæc inquam ratio magis placet, ſed indiget interpretatione.

Diſputabatur in dicta deciſione, an regreſſum habens ad Canonicatum cenſeatur illi renunciaſſe, ſi alium Canonicatum in eadem Eccleſia adeptus fuerit, & hæc ratio, quam ſubdit eadem deciſio inuertit terminum adeptionis, & tranſcendit ad obtentum, in quo nulla poteſt eſſe difficultas, quia pluralitatis beneficiorum prohibitio non conſiſtit in impetratione: ſed in retentione, & *text. in dicta Clementina. Gratiæ* dicit: *ſi ſecundum pacificè aſſequaris, &c.* adeò vt difficultas conſiſtit non in impetratione, ſed in adeptione. Non igitur applicatur ſimile allatum per deciſionem de habente, & poſſidente vnum Canonicatum, & adipiſcente alterum, ſaltem quo ad modum loquendi, quia iuxta *cap. de multa. de præbendis* per adeptionem ſecundi incompatibilis vacat primum, & iuxta hanc rationem intraret diſpoſitio *Clementinæ. Gratiæ,* & per adeptionem ſecundi cenſeretur renunciatum regreſſui.

Verùm ratio prædicta alitèr eſt accipienda, videlicèt, vt retento themate, impetrationem plurium non cauſare, incompatibilitatem, ſed tantùm adeptionem, & retentionem, in caſu verò propoſito habens regreſſum ad vnum Canonicatum, in ſpecie non dicitur habere Canonicatum, ſed ius regrediendi ad Canonicatum, *vt ſupra oſtendimus, ex definitione regreſſus num. 8.* Si igitur habens regreſſum aſſequatur alium Canonicatum non dicetur obtinere duos Canonicatus, neque aliquid incompatibile, & ideò nulla ratio ſuadet, cur tacitam hanc renunciationem inducamus.

Neque obſtat, quod habens expectatiuam, ſi aſſequatur Dignitatem, non dicatur habere duas Dignitates, & nihilominùs dicitur Clementinam diſponere, cenſeri expectatiuæ per adeptionem Dignitatis renunciatum. Nam reſpondetur inter hunc, & propoſitum caſum magnam eſſe differentiam, vtpote quod expectatiua eſt mera gratia de futuro. *Rebuffus in Praxi titulo de expectat. numer. 3.* & ante acceptationem expectantis non impedit collationem. *Mohedan. deciſ. 10. de conceſſ. præbend.* regreſſus verò non competit ex ſola gratia, ſed etiam ex pacto, cui difficiliùs cenſetur renunciatum, quàm meræ gratiæ de futuro, niſi neceſſitas ita cogat, vt latè *Decius in l. pacta nouiſſima. num. ſecundo ſ. de pactis* in expectante verò qui, acceptat aliud, prȩter expectatum, videtur fieri neceſſaria illatio, quod prȩferat præſentem vacationem futuræ, quòd non applicatur regreſſario, qui acceptat ſecundum Canonicatum, quia incertus eſt, an vnquam veniet caſus regrediendi, quia videlicet reſignatarius, ſiue illius ſucceſſores ſoluent pro debito penſiones, vndè ſi Canonicatus ſecundo loco adeptus fuerit minoris valoris Canonicatu reſignato, & reſignatarius, ſiue ſucceſſores penſionem non ſoluerint; poterit reſignans, relicto ſecundo Canonicatu, regredi ad primum, & ita hoc caſu regreſſus, illiuſque termini longè diſtant à terminis mandati de prouidendo, & expectatiuæ.

Rurſus Canonicus recentèr receptus requirit vltimum ſtallum in Choro niſi, vigeat in Eccleſia ius optandi regrediens verò habet eundem locum, & ſtallum in Choro,
26 vbi priùs *Mohedan. deciſ. 11. de renuntiat.* cuius præcedentiæ non eſt inducenda tacita renuntiatio *not. Cæſar. de Graſ. deciſ. 7. de probation. num. 4.* qui obitèr eſt corrigendus, qui dicit, quod quando reſeruatur regreſſus, & fructus, ſoluitur medietas fructuum expreſſorum, quando verò reſeruantur ſtallum in Choro, regreſſus, & fructus, abſque mentione diſtributionum ſoluitur integra quantitas fructuum expreſſorum, demptis decem, vel quinque ex gratia:

quibus verbis multiplex ineſt error, qui vt e-
guatur videndum primò, de qua ſolutione lo-
quatur deciſio, de ſolutione videlicèt, quæ fit
in Dataria, an de ea, quæ fit in Cancellaria,
& non loqui de ea, quæ fit in Cancellaria eſt
manifeſtum, quia *vt oſtendimus ſupra, vbi egi-
mus de annata*, in Cancellaria non ſoluitur, niſi
medietas fructuum expreſſorum, & nunquam
integra ſumma. Proinde neceſſe eſt, quod
deciſioni ſit ſermo de ſolutione, quæ fit in Da-
taria, vt indicant illa verba, quæ dicunt, quod
ex illa integra ſumma demuntur decem, vel
quinque ex gratia, quod alludit ad gratiam,
quam Dataria facit expeditoribus ſoluenti-
bus compoſitionem ſuper reſignationibus, ſi-
uè coadiutorijs, quæ gratia antiquitùs erat
decem pro centenario, & hodiè eſt redacta
ad quatuor pro centenario, quæ gratia *vt di-
xi*, non fit parti, hoc eſt gratiato, ſed expedi-
tori, ſiue ſollicitatori. Iam quod ſpectat ad de-
ciſionem, illa facit differentiam inter regreſ-
ſum cum ſtallo, & regreſſum ſine ſtallo, quaſi
vno caſu plùs ſoluatur, quàm alio, quod ta-
27 men verum non eſt. Nàm pro compoſitione
vt ſupra etiam oſtendimus, nempe c.18. §. 1. ſem-
per ſoluitur integra ſumma expreſſa, ſi com-
poſitio ſoluenda ſit, & nunquam medietas, &
ſolutio prædicta non alteratur, ſiuè ſit expreſ-
ſum ſtallum, ſiue non, ſed ſolùm inſpicitur
quantitas expreſſa. Similiter nullam differen-
tiam in ſolutione facienda facit expreſſio, ſiuè
omiſsio diſtributionum, ſed ſolùm ſoluitur pro
28 fructibus certis, ſiuè diſtributiones expriman-
tur, ſiuè non, ſaltèm in reſignationibus, & nul-
la adeſt neceſsitas exprimendi diſtributiones,
& fructus incertos, & ſi hoc fit reſultat in
commodum impetrantis, *vt infra dicemus*.

Si verò (*Cæſari de Graſſ.* ſermo ſit de ſolutio-
ne, quæ fit in Cancellaria ſimilitèr non appli-
catur concluſio. Nàm duæ ibi fiunt ſolutio-
nes, vna annatæ, altera taxæ. Annata ſol-
uitur pro fructibus expreſsis, ſiuè fiat mentio
de ſtallo, ſiue non, in ſolutione verò taxæ ve-
rum eſt, quod in prouiſionibus regularitèr, *vt
ſupra diximus*, dimittuntur groſsi quinque, &
in expeditione Monaſteriorum, & Eccleſiarũ,
qua expediuntur plures Bullæ limitantur pri-
mò decem è taxa, non ex fructibus, nullo ha-
bito reſpectu ad ſtallum, quæ obitèr annotaſ-
ſe placuit, vt deciſionem legiſſe, non neglexiſ-
ſe videamur.

Redeo igitur ad intermiſſam ſententiam
noſtram de renunciatione regreſſus, quam
comprobo vlteriùs ex eo, quod ſuſpenſio qua-
rumcunq; gratiarum, ſub qua etiam compre-
hendantur expectatiuæ, de quibus diſponit
Clement. gratiæ non comprætendit regreſ-
ſum. *Put deciſ. 39. lib* 1.

Similitèr indulta Cardinalium, quæ tollunt
expectatiuas, *de quibus in dicta Clemẽtina. gratię.*
30 non tollunt regreſſum. *Mobedan. deciſ.* 10.
de priuil.

Demum corroboratur ſententia noſtra ex
eo, quod regreſſus habet cauſam de præterito,
& oculos retrò. *Acchill. deciſ. 7. nu. 3. de renun.
Mandoſ. reg. 37. Rot. deciſ. 698. num. 2. lib. 3. par.*
31 *3. diuerſ. Mobed. dicta deciſ. 10. & Put. deciſ. 360.
lib. 1 vbi num.* 7. dicit pro prima conſtitutionẽ
Clementinam videlicèt *gratiæ* ad regreſſum non
poſſe extendi, & reſoluitur ibi pulcherrimus
caſus, nempe quod quis aliquo caſu poteſt ha-
bere regreſſum, qui non poteſt habere benefi-
32 cium, prout ibi, quem non repeto, ex qui-
bus concludo habentem regreſſum ad Cano-
nicatum, ſi alterum conſequatur, regreſſu
non intentato, non cenſeri renunciaſſe regreſ-
ſui *non obſtante deciſione 1193. lib. 3. parte 3.
diuerſ.* vbi quod omnes inclinabant pro con-
traria opinione, ſed cauſa non fuit poſita, ſiuè
diſcuſſa.

Terminata hac quæſtione procedamus ad
vlteriorem ſubiectæ materiæ explicationem
*in ſolutione prætenſæ penſionis modo, & forma
præmiſſis facien. in toto, vel parte ceſſan. vel facien.
&c.* Plura hic enarrantur capita, ob quæ pa-
ciſcitur regreſſus inter reſignantem, & reſi-
gnatarium, & quamuis *ſupra firmauerimus* re-
greſſum non poſſe iterato intentari, attamen
habens regreſſum ex pluribus capitibus poteſt
ex his eligere, quod velit ad proſequendum
33 iudicium. *Mobed. deciſ. 20. de renun.*, & licèt *ſu-
pra etiam firmauerimus*, quod habẽs regreſſum,
ſi eo obtento non eſt vius, *vt dixi ſupra nu.* 19.
hoc procedit, vbi Canonicatus fuit ab haben-
te regreſſum acceptatus. Quando verò non
fuit in iudicium deductus, neque ab habente
34 petitus, licèt in rei veritate illi fuerit factus
locus, non ex eo ſibi præiudicat, quominùs
alio tempore illum petere poſsit. *Rota deciſ.*
35 812. *num. 1. lib. 3 par. 3. diuerſ.* quia gratia
regreſſus eſt facultatiua, qua poteſt gratia-
tus vti, & non vti, licèt *vt oſtendimus*, non
poſsit vti, niſi ſemel, etiamſi ſit conceſſus ex
diuerſis capitibus: nam ſemel ſortitus effectum
ex vno capite, non poteſt ſortiri effectum ex a-
lio capite. *Rota dec. 817. lib. 3. par. 3. diuerſ.* ſuffi-
36 cit enim, quod ſemel fuerit declaratus. *Put. de-
ciſ. 81. lib.* 2.

Regreſſus autem in reſignatione factus ob
non ſolutionem penſionis eſt maximè debitus,
& *vt ſupra diximus* nunquam ſublatus, ſed ſem-
37 per practicatus. *Mandoſ. tit. regreſ. & acceſſus
circa finem. verſ. regreſſus, & acceſſus. latè Pariſ.
de reſignat. lib. 6. quæſt. 5. num. 1. Rota* in Cre-
moneñ. Penſionis 23. Iunij 1623. coram
Vbaldo.

,, Fuit reſolutum, &c. alterum fuit funda-
,, mentum, quod confirmat primum, & niti-
,, tur in decreto Papæ; fuit enim ſeruata iſta
,, penſio ſcutor. 2100. auri in auro ad fauorem
,, Domini Epiſcopi reſignantis ſub hoc decre-
,, to, quod D. Hieronymo Reſignatario, vel
,, aliquo ex ſucceſſoribus in ſolutione penſionis
,, in toto, vel in parte ceſſañ. aut illam ad mi-
,, norem ſummam, etiam ſub prætextu, quod
,, fructus ad ſummam narratam non naſcende-

„ rent, reduci, annullari, vel inualidari, peten-
„ te, vel procurante, aut reſeruationem ipſam
„ quomodocunq; qualitercunque, & ex quo-
„ cunque capite, etiam quantumuis alias legi-
„ timo, & iuridico impugnante, liceat ipſi Epiſ-
„ copo ad prioratum huiuſmodi liberum habe-
„ re regreſſum, &c.
Hic enim regreſſus ex cauſa reſignationis
38 beneficij, renunciationis iuris, ſiue litis non
comprehenditur ſub regula reuocatoria re-
39 greſſus Adriani VI. *Acrbill. deciſ. 5. de renun-*
tiat. num. 1. Et conſtitutiones æditæ ſuper
confidentijs loquuntur de illis regreſsibus,
qui de iure habentur pro confidentialibus, vt
40 benè explicat. *Rota apud Seraphin. deciſ.* 101.
in princip. & per totam, qualis non eſt regreſ-
ſus noſter, de quo agimus, qui dicitur com-
petere ex cauſa oneroſa. *Put. deciſ.* 364. *&*
41 *deciſ.* 260. *num.* 7. *lib.* 1. *& Rota apud Man-*
doſ. deciſ. 13. *de renuntiat.* diſputat, Vtrum re-
greſſus huiuſmodi competens ex cauſa on-
eroſa, nempe propter abdicationem tituli
poſsit dici gratia, & licèt reſoluat pro affir-
matiua propter verbum *indulgemus*, nihilomi-
nus res viſa eſt dubia, quæ cadit ſub diſputa-
tione. *Sarnen. ad regula de non iudicando iuxtà*
forma ſupp. quæſt. 4. quæ regula, vt hoc obiter
dicam, non obſtat petenti canonizare regreſ-
ſum, ſeu ad beneficium regredi poſtulanti
42 *Mandoſ. dicta regul.* 31. *quæſt.* 16. *num.* 2. vide-
licèt ſi, *vt ſupra diximus in princ. Capitis*, lite-
ræ expeditæ ſuper reſignatione, non contine-
rent regreſſum, & hoc opponeretur per poſ-
ſeſſorem beneficij, quia poterunt expediri ad
partes, ſi regreſſus in ſupplicatione fuit reſer-
uatus.
Videamus modo quibus caſibus non eſt lo-
cus regreſſui, etiamſi reſeruatus ob non ſo-
lutionem penſionis, & penſio non ſoluatur.
43 Primus eſt, quando reſignatarius eſt condu-
ctor fructuum, quia tunc non eſt locus regreſ-
ſui ob non ſolutionem Conductoris, caſum
ponit *Mandoſ. deciſ.* 33. *de renun.*
Secundò quando regreſſus reſeruatur ex
conſenſu partium, & conſenſus, vel non in-
teruenit, vel certè non à principio, quia cùm
talis reſeruatio ſit nulla, vtpote ex falſa cau-
ſa, quæ ſupponit conſenſum, qui non adeſt,
nullitas iſta reſeruationis non conualidatur
44 per conſenſum ſuperuenientem. *Mohedan. dec.*
16. *de renun. Rot. deciſ.* 89. *num.* 2. *lib.* 2. *par.* 3.
diuerſ. Put. dec. 191. *lib.* 1. *Rot. dec.* 89. *lib.* 2. *p.* 3.
diuerſ. & hæc concluſio veriſsima eſt, ſed mi-
ra mihi videtur aſſertio facti tam per *Mohe-*
danum quam per *Put.* qui ſupponunt literas
fuiſſe expeditas, cum reſeruatione conſenſus,
& tamen dicunt de conſenſu non conſtare
contra Stylum, quem hodiè tenet Rota, vi-
45 delicet præſumptionem ſtare pro diligentia
officialis, *vt* in Nucerina prædij 20. Maij
1622. coram Nauarro, & quod officiales
Cancellariæ, non expediunt literas penſionis,
niſi illis conſtiterit priùs de conſenſu, *vt in*
46 Eloboreñ. penſionis 27. Octobris 1595. coram
Corduba. Nec refert, quod deciſio loquatur
de reſeruatione penſionis, non autem de re-
ſeruatione regreſſus, quia illa duo ſunt cohæ-
47 rentia, itaut vno non ſubſiſtente corruat &
alterum: nam ad hoc vt reſignans abdicet à
ſe Ius, non ſolùm debet eſſe valida reſeruatio
48 penſionis, ſed etiam reſeruatio regreſſus.
Achill. deciſ. 4. *num.* 2. *de renuntiat.* licèt enim,
quando mandatum ad reſignandum continet
aliquid non ſolitum concedi, ſi illud fuerit
falſum à Datario, hoc eſt denegatum à Pon-
tifice, nihilominus reſignatio ſubſtineatur.
Verall. deciſ. 89. *par.* 3. *&* in Salernitana Mo-
naſterij 19. Iunij 1598. coram Lancellotto:
tamen, quia regreſſus non eſt gratia inſolita,
& Papa vult eum reſeruare, reſeruatio illa
debet eſſe valida, alias corruit tota gratia,
vnde, vt ad propoſitum redeamus, non mi-
nus ſtat præſumptio pro reſeruatione regreſ-
ſus, & conſenſu ad regreſſum, quam pro con-
ſenſu ad penſionem, & officiales Datariæ, &
Cancellariæ non relaxant ſupplicationes, niſi
viſis diligenter omnibus, quæ ſpectant ad gra-
tiam, *vt Rota* in Romana Capellaniæ de
Toledo 15. Aprilis 1622. coram Buratto, *quæ*
eſt deciſio 613. licèt enim diſputetur, an
literæ diſcordantes à ſupplicatione, & à
mandato, *vt infra videbimus*, debeant re-
mitti ad regiſtrum pro correctione, hoc
non inficit noſtram concluſionem, quia ibi
liquido apparet diſcordantia, & non eſt lo-
cus præſumptioni, prout quando non appa-
ret de contrario, *vt in caſibus deciſionum Mo-*
hedani, & *Putei*, *& notat Creſcent. deciſ.* 2. *de*
renun. in fine, quod intentio Papæ eſt requi-
rere conſenſum, & proinde Datarium ſem-
per ſolitum apponere ſupplicationi clauſu-
lam, *& quo ad regreſſum de conſenſu, &c.* & qui-
dem *deciſio Mohedani*, & *Creſcentij* 11. *de pro-*
bat. videtur exorbitantior, quia ibi erant ſi-
gnatæ duæ ſupplicationes, vna & prima ſine
regreſſu, altera cum regreſſu; vnde perſu-
mendum ſecundam ſupplicationem fuiſſe re-
formatoriam prioris, in qua ſolent poni ea
quæ in priori fuerunt omiſſa, *vt diximus ſupra*
de reformatione, & quemadmodum regreſſus
omiſſus in reformatione petita ex alia cauſa
non annullat priorem ſupplicationem, *vt*
apud eundem Mohedan. deciſ. 15. *de renun. Pariſ.*
51 *de reſignat. lib.* 6. *quæſt.* 5. *num.* 79. ita expreſ-
ſus in reformatione conualidat priorem ſup-
52 plicationem iuxtà naturam reformationis.
Tertiò regreſſus eſt nullus, & ſubreptitiè
obtentus, ſi ille, qui habuit, & obtinuit bene-
ficium per reſignationem, & conſenſit reſer-
uationi regreſſus ad fauorem reſignantis, re-
ſignat & ipſe cum regreſſu ad fauorem ſuum,
nulla facta mentione primi regreſſus, quia
ſecundus regreſſus de Stylo non conceditur
Mandoſ. de ſignat. gratia. titulo regreſſus. verſ. re-
greſſus duo concedi non ſolent &c. Mohedan dec.
7. *&* 10. *de renunciat. Rota deciſ.* 779. *lib.* 3. *in*
1. par.

1.*par.3.diuerſ.* niſi tamen primus regreſſus eſ-
ſet caſſatus, quia eo caſu nõ erunt duo regreſ-
ſarij eodem tempore, *vt explicat Mohedan. di-
cta deciſ.7.& deciſ.5.codẽ titulo* Verùm *Creſcent.
deciſ. 4.num. 1. dec excep.* ſolùm videtur requi-
rere, quid de tempore, quo ſecundus regreſ-
ſarius vult regreſſu vti, non ſit viuus primus re
greſſarius, quod ego exiſtimo non ſubſiſtere,
ſed regreſſum ſecundum obtentum, durante
primo, eſſe nullum, & ſubrepitium rationibus
adductis.

Quartò regreſſui non eſt locus ob non ſo-
lutionem penſionis, ſi vel penſionarius, ſiuè
54 eius Procurator fuerit abſens à loco deſtinatę
ſolutionis, etiamſi non fuerit factum depoſi-
tum, ſiuè proteſtatio *Rot. deciſ.* 812.*num.* 1.*lib.*
3.*par* 3 *diuerſ.* ratio eſt in promptu, quia non
adeſt, cui debitè ſoluatur, & propterea nulli
poteſt incurri mora, idem dicendũ, ſi eſſet cõ-
uentus locus loci, & ille non deſignatus, vt
in mora ſolutionis annui Canonis, qui cum
pẽſione pari paſſu ambulat *dixit Rota* in Leo-
dieñ. dominij de Olonia 12. Iunij 1620. co-
ram Card. Sacrato.

55 „ Cùm alias, &c. tertiò fuit dictum non cõ-
„ ſtare de bono iure, quia non probatur iſtos de
„ Olonia fuiſſe in mora ſoluendi Canonem, ſeu
„ cenſum, quia in inſtrumento, vigore cuius
„ fuit actum ad deuolutionem habetur, quod
„ ſolutiones deberent fieri in Ciuitate Leodienſi
„ in granario Monaſterij, ideoq; ad effectum
„ conueniendi iſtos de Olonia de mora in ſol-
„ uendo, debet per Monaſterium probari in Ci-
„ uitate Leodienſi adfuiſſe granarium Monaſte-
„ rij, in quo iſti de Olonia potuiſſent deponere
„ grana *Alexand. conſ.* 45.*num* 6.*&* 7.*lib.*5. *Mo-
„ hed.deciſ.* 5. *de locat. Rot. deciſ.* 577.*num.* 1. *&
„ 2 part.2. recen.* quæ probatio cùm non fuerit
„ facta, remanet tantùm Monaſterio actio ad
„ exigendum Canones non ſolutos, ſeu cenſus,
„ qui non fuerunt exacti.

Hæc deciſio fuit confirmata in hoc capite
5. Maij 1625. coràm Domino Merlino.

„ Propoſui debitum, &c. Placuerunt etiam
„ Domini duo alia fundamenta, quod non con-
„ ſtat de identitate, nec de mora ad effectum
„ deuolutionis, & caducitatis neceſſaria *ex alle-
„ gatis in dicta deciſ. bon. mem. Cadinalis Sacrati*
„ immò identitas videbatur potiùs excludi, ne-
„ dum ex eo, quia de Caſtro de Olonia cum ſuis
„ pertinentijs, de quo hodiè agitur, nulla omni-
„ nò fit mentio in dicta aſſerta inueſtitura *iuxta
„ tradita per Menocch.lib.3.præſumpt.* 91.*nu.*16.
„ *&* 17.*Rota deciſ.*150. *nu.* 4. *par.* 1. *recent.* Mo-
„ ra verò non poteſt dici probata ex eo, quia
„ nullibi conſtat in Ciuitate Leodienſi adfuiſſe
„ granarium per Abbatem electum in ſolutione
„ annuę penſionis, in quo cõſignatio fieri poſſet
„ iuxtà formam cõceſſionis, quod ſufficit ad ex-
„ cuſandum à mora *Bart. in l. item.nu.* 9. *&* 12.*ff.
„ de conſtit.procur. Rolland. conſ.* 57.*num.* 38. *&
„ & verſ. dicitur quoque, & num.* 39.*lib.* 1. *Corbol.
„ de cenſ.priuat.ob non ſolut.Canon. limit.* 15.*num.*
„ 2. *Rota deciſ.* 806.*num.* 1. *par.* 4. *diuerſ. & de-
„ ciſ.* 577.*num.* 1. *&* 2. *parte* 2. *recent.* ſed etiam
„ quia non probatur illos, qui defecerunt in
„ ſolutione habuiſſe ſcientiam prętenſi contra-
„ ctus Emphiteotici, & obligationes ſoluendi
„ dictam certam ſummam annuam reſponſio-
„ nem, & aſſertę bonorum identitatis, ita vt ipſi
„ ſucceſſores excuſari nõ poſſent a caducitate,
„ quæ ex qualibet cauſa leui euitatur.

Prædictam concluſionem magis procedere
exiſtimo in materia euitandi regreſſum ex ca-
pite reſolutæ penſionis, quam in caſu deciſio-
num, & non ſoluti Canonis, quia emphi-
teuta eſt certus de dominio, vbi beneficiarius
poteſt eſſe incertus de vita penſionarij, qui
potuit obiiſſe, vbi Dominus directus habet
ſuos hæredes, & propterea ſi non fuit deſigna-
tum granarium, debuit adiri Monaſterium
Corbol. loc. in dicta deciſ. allegat. limit. 15.*in fin.*
vel certè in fine deſtinatæ ſolutionis Emphi-
teuta debet offerre Canonem in loco deſtina-
tæ ſolutionis, licèt locus loci deficiat prote-
ſtando ſe paratum eſſe ſoluere Canonem, ſi
adeſſet, qui reciperet. *Mantic. de tacit. lib.* 22 *tit.*
27. *num.* 60. & in puncto, quod quando Domi-
nus eſt abſens à loco deſtinatæ ſolutionis, &
certam domum non reliquerit, illiuſq; copia
haberi non poſsit, ſint requirendi amici, aut
vicini, qui id abſenti nuncient. *Caldas de Em-
phit. lib.* 7. *quæſt.*6. Accedat alia ratio diuerſi-
tatis, quod Dominus directus habet in re Em-
phiteotica dominium, beneficiarius in benefi-
cio non habet dominium, ſed nudam poſſeſ-
ſionem, & vſumfructum. Accedat tertiò
quod Emphiteuta eſt magis inexcuſabilis in
mora ſolutionis Canonis annui, quando do-
minium eſt penès Eccleſiam, quia tunc tene-
tur adire illius Rectorem, qui ſemper exiſtit.

Verùm hæc per tranſennam *Supra num.*
52. parumper tranſiluimus terminos, propo-
ſueramus enim afferri caſus, in quibus regreſ-
ſui quàntumuis rite reſeruato non eſſet locus,
& dicto num. 52. retuli caſum, qui coincidit,
quidem cum propoſito, ſed tamen ibi regreſ-
ſus à principio fuit nullus, quamobrem ali-
quos caſus recenſebimus, in quibus reſeruatio
regreſſus à principio fuit nulla; ſi priùs præ-
miſerimus alium caſum in quo regreſſui ritè
56 reſeruato locus non eſt, de quo *deciſ.*26 *lib.*3.
par. 3. *diuerſ.* videlicèt quando penſionarius
obtinuit ſequeſtrari fructus beneficij, & dein-
de ſequeſtrum violauit, tunc regreſſui non eſt
locus, quia videtur in eum peccaſſe.

57 Eſt igitur nullus à principio regreſſus ſi non
conſtat de formalitate conſenſus, hoc eſt de
conſenſu ſuper regreſſu, etiamſi mandatum
contineat clauſulas ampliſſimas *Rot. deciſ* 89.
num. 2.*lib.* 2.*parte* 3. *diuerſ.* Verum, *vt dixi* hic
caſus difficillimè poteſt contingere, quia offi-
ciales, conſenſum non extendunt niſi con-
ſtito de conſenſu formali, quamuis *vt dixi-
mus ſupra num.*44. Papa poſſet concedere re-
greſſum abſq; conuentione præcedenti, quo

caſu dicitur gratia abſoluta concernens fa-
uorem certæ perſonę. *Rota deciſ. 190. num. 6.
parte 1. recent.* quæ concluſio regreſſum per
ceſſum potiùs reſpicit, quàm ob non ſolutio-
nem penſionis, quo caſu, quamuis poſſit, non
tamen dari ſolet a Papa, *vt ſupra num. 13.*
59 Secundò regreſſus dicitur inualidè reſerua-
tus ſuper beneficio Iure-patronatus inſcio Pa-
trono. *Rot. dec. 198. lib. 3. par. 3. diuerſ.* quę eſt re-
petita eadem *part. 3. deciſ. 209. lib. 3.* Verùm
hæc concluſio indiget interpretatione, vel
loquimur in reſignatione, vel permutatione;
reſignationi non videtur poſſe applicari con-
cluſio, quia illa per Ordinarium non poteſt
admitti, & Papa eam admittendo non dero-
gat conſenſui Patronorum, qui ſi reſignatio-
ni continenti regreſſum conſenſerint, cenſe-
tur etiam conſentire regreſſui, quia appro-
60 bans ſcripturam cenſetur approbaſſe omnia
in ea contenta. *Natt. in auth. quod ſine. num. 44.
& ſeqq. C. de teſtam. Menocch. præſump. 66. num 7.
lib. 3.* nec poteſt iuuari clypeo ignorantiæ quia
cùm habeat ſcientiam reſignationis, quæ ple-
61 rumque fieri ſolet cum regreſſu, pręſumitur e-
tiam habere ſcientiam acceſſorij; locutio par-
62 tis inducit præſumptionem ſcientiæ totius.
Aymon conſ. 74. num. 2. & notitiam habens
inſtrumenti præſumitur habere notitiam o-
mnium in eo contentorum. *Bart. in l. qui Ro-
ma. §. duo fratres. ff. de verb. obligat. Bero. conſ.
130. nu. 57. lib. 2.* & propterea nec omnia cen-
63 ſetur approbaſſe, debuit .n. conſentire cum
reſeruatione, ſiue cum qualitate adiecta *iuxta
deciſ. Canalerij. 133. nu. 3.*

Quò verò ad permutationem, quæ fieri
poteſt coram Ordinario non video, quod prę-
iudicium inferatur Patrono, ſi ille, qui fuit
ab ipſo præſentatus, redeat ad beneficium di-
miſſum, neque enim in Patrono videtur ca-
dere poſſe conſideratio, quæ in Domino di-
recto, cuius intereſt ſcire, ad cuius manus per-
ueniat res emphitheotica, niſi fortaſſis pro-
pter obitum prouiſi, ne labatur tempus ad
præſentandum, quod tamen non currit igno-
ranti, vnde neque in permutatione crede-
rem, quod reſeruatio regreſſus ſit nulla Pa-
trono inſcio, præſertim ſi fiat coràm Papa,
quia cui eſt permiſſum permutare, videtur e-
tiam permiſſum paciſci, eaq; reſpiciunt vali-
ditatem, & ſecuritatem permutationis.

Non omittendum hic obitèr, quod aliud eſt
permutare inſcio Patrono, & aliud eſt permu-
64 tare Patrono ſpreto, hoc eſt contradicente;
primo enim caſu ſi permutatio ab Ordinario
admittatur, non eſt nulla, ſed debet annul-
lari. Secundo caſu eſt nulla à principio, *vt
in Gerundeñ. Beneficij 21. Februarij 1626.*
coram D. Pirouano, quam deciſionem vt e-
xemplarem libet hic ſubijcere.

,, Ioannes poſſidens beneficium ſimplex, & de
,, Iure Patronatus illorũ de Agullanis in Eccle-
,, ſia S. Felicis Gerundẽſi volens permutare illud
,, cũ alio beneficio petijt aſſenſum D. Eleonoræ
,, Patronæ, ea verò recuſante obtinuit à Vica-
,, rio Gerundenſi non obſtante diſſenſu admitti
,, dictam permutationem, cuius vigore præ-
,, tendens D. Eleonora beneficium vacaſſe,
,, pręſentauit Ignatiũ Cudinani, exinde tam no-
,, mine Eleonoræ, quam Ignatij, cauſa per ap-
,, pellationem delata, quæſitum fuit, an eidem
,, Ignatio ſit adiudicandum beneficiũ huiuſmo-
,, di, quod affirmatiuè per Dominos fuit reſo-
,, tum, &c. Vacatio verò probatur, quia cer-
,, tum eſt Ioannem ante permutationem ſciuiſ-
,, ſe beneficium ab eo permutandum eſſe de Iu-
,, re-Patronatus Dominę Eleonorę, dum prius
,, eam requæſiuit ſemel, & iterum pro conſen-
,, ſu permutationi præſtando, vnde cùm illa
,, recuſante, & in actis contradicente, nihilo-
,, minus ad effectum permutationis reſignaue-
,, rit in manibus Ordinarij, ab eo fuerit admiſſa
,, permutatio, inde per reſignationem ſucceſſit
,, vacatio, & propter defectum poteſtatis in Or-
,, dinario conferendi beneficia de Iure-Patro-
,, natus Laicorum. *cap. decernimus. 16. quæſt. 7.
,, Calder. conſ. 2. in fine de rer. permutat.* apertus
,, remanſit locus Patrono ad præſentandum.
,, *Lap. in c. vnic. de rer. permutat. num. 7. & in c.
,, nemo. num. 1. Butr. num. 10. Anchar. ad finem
,, Capituli Generali num. 11. de elect. in 6. Gigas
,, de penſ. quæſt. 23. num. 5. Cittad. de Iure-patronat.
,, parte 6. art. 3. num. 102. Lambert. eod. tract. par.
,, 1. lib. 2. quæſt. 6. num. 40. & ſeq. Garzias de be-
,, nefic. par. 11. cap. 3. 23. & 24. Gratian. diſcept.
,, 835. num. 2. lib. 5.* Non obſtat, quod collatio
,, Ordinarij de beneficio Patronali, occaſione
,, permutationis ignorante, ſeu ſpreto Patro-
,, no, aut contradicente non ſit nulla ipſo iure,
,, ſed veniat annullanda, ſi Patronus ex cauſa
,, contradicat. *Ægid. deciſ. 87. & 163. Mohed.
,, deciſ. 8. per tot. de Iure-patronat. Than. deciſ. 80.
,, Rota dec. 5. in fine de rerum permut. in nouis, & in*
,, Gerundeñ. permutationis. 5. Iulij 1593. coràm
,, bon. mem. Litta. *Garz. latiſſimè hanc concluſio-
,, nem probans, & ponens tandem Litta deciſionem
,, in tractat. de benefic. par. 11. cap. 3. num. 19.*
,, & eo caſu beneficium nõ vacare propter im-
,, plicitum ſtatum validitatis, & euentualis re-
,, ſciſſionis ex cauſis verificandis, *Felin. in c. cum
,, Bertoldus num. 8. & 12. de ſent. & re iudicat. &
,, in tract. quod literæ Apoſtolicæ. ampliat. 9. Rocch.
,, de Curte. de Iure-patronatus. in verbo honorificum.
,, quæſt. 3. nu. 8. Couar. pract. quæſt. c. 36. nu. 9.* nec
,, per conſequens vacatione non præcedente
,, poſſe Ignatio beneficium adiudicari, quia
,, fuit reſponſum; ſi collatio fiat ab Ordinario,
,, ſpreto, aut ignorante Patrono, tunc non eſ-
,, ſe nullam collationem ipſo iure, ſed annul-
,, landam Patrono contradicente, intra cer-
,, tum tempus datum ad præſentandum, &
,, procedere ſupra allegata ea ratione, cùm
,, poſſit Patronus non contradicere, & acquie-
,, ſcere collationi, vel propter iuſtas cauſas ſuc-
,, cumbere in iudicio reſciſsionis, itaut collatio
,, firma remaneat, interim autem propter euē-
,, tualem vacationem, non eſt admittenda prę-
ſen-

,, ſentatio, ſed poſt rem iudicatam. *Federic. de*
,, *Sen. de permut. benef. num. 52. & 53. Coraſ. de be-*
,, *neficie. cap. 6. par. 2. num. 30. Felin. in tract. Quan-*
,, *do litera Apoſtolicę ampl. 9. Couar. pract. quæſt.*
,, *d. cap. 36. num. 9.* ſed quando Patronus requi-
,, ſitus ad conſentiendum, nedum diſſenſit, ſed
,, præueniendo, vt hic, in iudicio contradixit
,, ante, ita nedum interuenit ſpretus ſimplex, aut
,, ignorantia Patroni habentis implicitum du-
,, bium euentum voluntatis eiuſdem, ſed mani-
,, feſta voluntas per contradictionem, deducta
,, in actis ante collationem, cui non poteſt Or-
,, dinarius præiudicare abſque vitio nullitatis a-
,, ctus *per cap. decernimus* 16. *par.* 7. tunc proce-
,, dunt dicta in prima concluſione *ex Lapo, Gemi-*
,, *nian. Butr. Lambert. & alijs allegatis*, & hanc
,, diſtinctionem in ſpecie faciunt *Lambert. per. t.*
,, *lib. 2. quæſt. 6. art. 6. num. 4. per alleg. c. decerni-*
,, *mus. & cap. cum Bertoldus. de re iudicat. & Garz.*
,, *de benefic. d. par. 11. cap. 3. num. 23.* qui in hunc
,, ſenſum intelligit *deciſ. 5. de rerum permutat. in*
,, *nouis*, quæ tangit hanc diſtinctionem ſe-
,, quendo *Lapum in cap. nemo. de elect. in 6.* quam-
,, uis ſubiungat eadem deciſio, dicens *quod dictū*
,, *intelligo, ſi ex aliqua rationabili cauſa contradi-*
,, *cunt*, & infra *tempus à iure ſtatutum*, attamen
,, cùm non diſtinguatur de contradictione poſt
,, factam collationem, vel ante collationem, eſt
,, intelligenda iuxta terminos diſputationis ſu-
,, ſceptę in alio articulo, nempe de permutatio-
,, ne facta coram Ordinario de beneficio ſpe-
,, ctante ad præſentationem Laici ipſo contem-
,, pto, & non vocato, vt indicat principium il-
,, lius deciſionis, & eo caſu benè poteſt dubita-
,, ri, quod non ſufficeret ſola contradictio, ſine
,, expreſſione cauſæ rationalis, ex qua tendit
,, contra reum, & poſſeſſorem, cui ſufficit
,, docere de collatione habente præſumptio-
,, nem pro ſe, quod ſit facta per Ordinarium, ex
,, iuſta, & rationabili cauſa. *Seraph. deciſ.* 1310.
,, *num.* 3. & poteſt venire per non ius actoris. *Fe-*
,, *lin. in c. olim. num. 9. de reſcrip.* ſed quando con-
,, currit contradictio, & diſſenſus in actis dedu-
,, ctus, vt hic, ante collationem, Patronus fun-
,, dat intentionem in proprio iure, ſcilicèt in
,, diſpoſitione *c. decernimus.* 16. *quæſt.* 7. irritan-
,, te collationes factas per Ordinarios de benefi-
,, cio ſpectante ad præſentationem Laici, quod
,, ſi Ordinarij ita præuenti per contradictionem
,, Patronorum contendunt admittere præſen-
,, tationes ex facultate ipſis à iure tributa, nem-
,, pe ex neceſſitate, aut vtilitate Eccleſiæ. *Vital.*
,, *in Clementina vnica. nu.* 51. *de rer. permut. Garz.*
,, *de benef. d. par.* 11. *c.* 3. *num.* 23. debent permu-
,, tantes docere ſe eſſe in caſu limitationis, *vt de-*
,, *clarant idem Couar. d. c.* 36. *num.* 9. *Garz. d. c.*
,, 3. *num.* 21. quæ cauſæ neceſſitatis, & vtilita-
,, tis Eccleſię ſi à permutantibus ſunt probandę,
,, tantùm abeſt, vt illæ probentur, vt immò
,, contrarium apertè detegatur, cùm agatur de
,, beneficio Patronali relinquendo à Sacerdote,
,, ſeu Theologo concionatore, & reſignando iu-
,, ueni ſimplici Clerico, & in diſciplina eccle-
,, ſiaſtica inexperto, quæ excludunt quam-
,, cunque cauſam ab Ordinario allegandam,
,, neque vim facit, quod prædicta de diſſenſu
,, Patroni, & eius contradictione procedant in
,, collatione voluntaria, in quibus terminis vi-
,, detur loqui *c. decernimus*; ſecus autem in col-
,, latione neceſſaria proueniente ex cauſa per-
,, mutationis, in qua Patroni non poſſunt præ-
,, ſentare perſonam ipſis beneuiſam, ſed per-
,, mutantibus collatio ſit debita. *Vital. in Clemen-*
,, *tina vnica. num. 6. Card. num. 14. de rer. per-*
,, *mutat. cum alijs allegat.* quia & eadem neceſſi-
,, tas conferendi non eſt arbitraria Ordinarijs,
,, ſed concurrente iuſta cauſa, quæ eſt neceſſi-
,, tas, aut vtilitas Eccleſiæ, vt iam dictum fuit,
,, quæ ſi deficiant, ceſſat etiam facultas Ordina-
,, rijs à iure conceſſa conferendi ex cauſa per-
,, mutationis, & conſuetudo, quæ allegatur in
,, Eccleſia Gerundeñ. admittendæ permutatio-
,, nis ſine conſenſu Patronorum, & dicitur pro-
,, bata inſtrumentis in actis productis, vltra
,, quod non eſt abſolutum, quod plenè, & con-
,, cludentèr poſsit probari conſuetudo per In-
,, ſtrumenta, quæ non coarctant negatiuam
,, vſus contrarij. *Seraph. deciſ.* 113. *num.* 3. non
,, etiam actus, qui enunciantur in dictis inſtru-
,, mentis, probant obſeruantiam, de qua agitur,
,, quia præſupponunt, quod fiant permutatio-
,, nes vocatis patronis, non autem contradicen-
,, tibus, vel etiam cōſentire recuſantibus, qui ca-
,, ſus nō cōueniunt cum eo, de quo agitur, & ſtā-
,, tibus prædictis nō eſt ingrediēda alia diſputa-
,, tio, an ſaltē permutātes ſint excuſandi, & quo
,, modo redire debeant ad proprium beneficiū,
,, an iure proprio, vel per nouam collationem,
,, etiam Patrono contradicente, qui ſi fuerunt
,, in culpa, ex quò ante permutationem ſcive-
,, runt beneficium eſſe de Iure-Patronatus, &
,, recuſante, & contradicente Patrono, pro-
,, ceſſerunt ad permutationem, ceſſat omnis
,, excuſatio. *Federic. de permut. benefic. quæſt. 6. &*
,, *7. num. 12. & 13. Graſ. de peuſ. quæſt. 23. num. 5.*
,, *cū alijs alleg. per Garz. de benefic. dicto c. 3. nu. 30.*

Hæc deciſio, cùm ſit valdè magiſtralis non videtur ſicco pede transeunda, & ſanè quoad excuſationem permutantium videtur valdè rigoroſa, quod vt meliùs intelligatur examinandus parumper caſus deciſus, videlicèt: Si quis obtinens beneficium Iuris-Patronatus illud permutet, recuſante Patrono, non facta mentione recuſationis huiuſmodi coram Ordinario, & tunc inducatur vacatio beneficij, & intret doctrina *Federici de Senis in deciſione allegata.* facilè datur intelligi, quod tunc eo caſu permutans voluit ſupplantare, nec poteſt iuuari authoritate Iudicis, quia Iudex non intellexit, quod Patronus recuſauit conſentire permutationi, vnde quoad ipſum validè interpoſuit decretum permutationi, reſeruando nempe facultatem Patrono conſentiendi, ſiuè diſſentiendi *iuxta cap. decernimus.* 16. *quæſt.* 6.

Quando verò volens permutare exponit Ordinario, ſe requiſiuiſſe conſenſum patroni, & il-

& illum recuſaſſe conſentire, & nihilominùs
Ordinarius interponit ſuum decretum, tunc
quamuis decretum iniuſtum non faciat actum
ſubſiſtere, ſed actus corruat *iuxta allegata in
deciſione*, nihilominùs permutantes excuſan-
tur à pœna, quia permutarunt auctore Præ-
tore, qui eximit regularitèr à pœna. *Gloſ. in l.
ait prætor. §. Permittitur in verbo imputandum. de
minorib.*

Et licèt *in l. meminerint. C. vnde vi.* detur ca-
ſus, quo auctoritas Iudicis non excuſat ab in-
curſu pœnæ ciuilis, ille tamen caſus eſt ſpe-
cialis, nempè quando quis ingreditur poſſeſ-
ſionem tertij non conuenti, aut vocati, vt ex
litera textus, & declarant *Bart. conſ. 91. num.
4. lib. 1. Aachar. conſ. 270. num. 5. Soccin. conſ.
158 num. 19. lib. 2. Felin. in c. Cum cauſa, num. 3.
de officio delegat.* immò *textus in l. meminerint.*
coincidit cum doctrina noſtra, *de qua ſupra*,
nempe auctoritatem Iudicis tunc non excuſa-
re, quando deficit intentio: inquit enim Im-
perator, quod nemo ſub prætextu mandati à
ſe, ſiuè à Iudice dati ingrediatur poſſeſſionem
tertij non vocati, quia videlicèt ſuæ, aut Iu-
dicis intentionis non fuit concedere immiſſio-
nem ſubdolo, & ſpoliare poſſeſſione non vo-
catum. Quando verò iudex non fuit circum-
uentus, ſed re bene perſpecta decernit man-
datum, tunc vtens mandato nullam aliam po-
teſt incurrere pœnam, quàm actus nullitatem;
aliàs enim non eſſet vera concluſio commu-
nis, quod quælibet cauſa etiam beſtialis ex-
cuſat à culpa, ſine qua non infligitur pœna.

66 Quartò regreſſus eſt ipſo iure nullus, ſi non
fuit facta mentio, quod regreſſarius laborat
morbo caduco. *Verall. deciſ. 7. par. 1. Pariſ. de
reſignat. lib. 6. quæſt. 5. num. 78.* ea ratione, quod
ſi Papæ, fuiſſet expreſſum hoc de morbo
comitiali, non conceſſiſſet regreſſum. Sed
hoc etiam indiget interpretatione. Nam vel
reſignans laborabat hoc morbo, antequam
obtineret beneficium, vel non. Si primum,
vel in impetratione expreſsit hunc morbum,
vel non. Si expreſsit, cenſetur ſecum diſpen-
ſatum. Si non expreſsit gratia cenſetur ſub-
repcitia, & intrat ratio *Pariſij*, & tunc quem-
admodum fuit nulla præcedens collatio, ita
etiam regreſſus; Vel certè morbus iſte ſuper-
uenit habenti beneficium, & certum eſt, per
ſuperuenientiam iſtius morbi non induci va-
cationem, vnde ſi Comitialis beneficio non
priuatur, quia nullo Canone hoc cauetur,
ſed poteſt beneficium retinere, illudq; non re-
ſignare, nulla eſt ratio, cur Papa non admit-
tat regreſſum ad beneficium Comitiali, quod
de facto poſsidetur à laborante hoc morbo.

67 Quintò regreſſus eſt nullus expreſſo malo
valore. *Pariſ. de reſignat. dicto lib. 6. quæſt. 5.
num. 61.* licèt enim regreſſarius non teneatur
iuſtificare ſuum titulum, *vt mox oſtendemus*, de-
bèt tamẽ iuſtificari narrata in regreſſu. *Pariſ.
68 vbi ſup. nu. 75.* Nam gratia regreſſus eſt de per
ſe, & independens à gratia præcedentis tituli.

Sextò principalitèr diſputatur *à Rota deciſ.
635. lib. 3. par. 3 diuerſ.* vtrum regreſſus re-
ſeruatus ad fauorem minoris ſit nullus, vt
quæſtio intelligatur, caſus *deciſionis* eſt. Petrus
69 obtinuerat Archidiaconatum curatum ſup-
poſita ætate legitima, quam tamen non ha-
bebat, hunc Canonicatum poſtea reſignauit
reſeruando ſibi penſionem, & in caſu non ſo-
lutionis penſionis, regreſſum: reſignatarius
renuit ſoluere penſionem, excipiendo de nul-
litate gratiæ ob minorem ætatem. *Rota di-
cta deciſ.* dicit quæſtionem eſſe ſatis difficilem,
& proinde relinquit eam indeciſam, videtur
tamen propendere pro negatiua. Nàm ordi-
nauit, quod reſignatarius ſolueret penſiones
decurſas, alioqui proponeretur cauſa ſuper
regreſſu, quaſi diceret: Et reſoluitur pro re-
greſſario: & ita proculdubio reſolutum fuiſ-
ſet, quia ad obtinendum regreſſum, *vt ſupra
indicauimus* non eſt neceſſaria iuſtificatio prio-
ris tituli. *Put. deciſ. 191. num. 3. lib. 1. Mohedan.
70 dec. 11. de priuil. Rota dec. 781. nu. 1. lib. 3. par. 3.
diuerſ. idem Mohedan. deciſ. 14. de. renun.* & hoc
maxima ratione, quia non capitur regreſ-
ſus in vim literarum prioris tituli, ſed in vim
ſpecialium literarum regreſſus. *Seraph. deciſ.
71 390. num. 1.* aliquis tamen titulus neceſſarius
eſt ſiuè bonus, ſiuè malus, vt regreſſus ſubſti-
neatur. *Mohedan. deciſ. 36. de renun. Rot. deciſ.
402. num. 1. lib. 3. par. 3. diuerſ. & deciſ. 427. nu.
7. par. 1. diuerſ.*

Nunc reliquam interpretationem formulę
regreſſus proſequamur. *Liceat ipſi N. reſignan-
ti ad dictos Canonicatum, & Præbendam, vt ſu-
pra reſignatos liberos habere regreſſum, acceſſum,
& ingreſſum.* Tres hìc enumerantur termini
nomine, & vocabulo diuerſi, videndum etiam
vtrum ſignificatu, vel potiùs ſint Synonima.
Differunt igitur acceſſus, & regreſſus, *vt ſu-
pra in principio capitis explicaui*, quia acceſſus
connotat ius de futuro: regreſſus verò ius de
72 præterito. *Rota deciſ. 457. num. 10. par. 1. diuerſ.*
ita etiam differunt regreſſus, & ingreſſus.
73 *Put. deciſ. 389. lib. 1.* vbi tamen ex ratione
per eum data videtur conſtituere ingreſſum
Synonimum acceſſui, videlicèt quod vnum
reſpiciat ius præteritum, alterum verò ius fu-
turum, adeò vt iſti duo termini acceſſus, &
ingreſſus idem ſint, & idem operentur, quam-
uis ex vi vocabuli, quod eſt accedere, & in-
74 gredi ſint diuerſa. Nam parùm prodeſ-
ſet gratia acceſſus, ſi illius vigore poſſet ac-
cedere, non autem ingredi: & ſic in clauſulis
particula *Et* non coniungit, ſed debet inter-
pretari pro diſiunctiua *Vel*, & ex hoc videtur,
quod ſaltèm in regreſſu, quo hodiè vtimur, ter-
mini acceſſus, & ingreſſus ſunt ſuperflui. Sed
non eſſe ſuperfluos conſtat ex eo, quod ingreſ-
ſus iungitur ingreſſui ad maiorem explicatio-
nem, & acceſſus apponitur, quia licèt regreſ-
ſus competat ſolùm ex iure præterito, poteſt
tamen etiam competere ex iure ſuperuenien-
75 te. *Rota deciſ. 1073. lib. 3. par. 3. diuerſ.* quod
quo-

etiam admittitur ceſsio iurium cum penſione, ſed tamen aliquando admittitur, & ſi vnquam admittenda, non meliùs quam
77 pro Domino Barboſa Viro literaturæ inſignis, adeout Regreſſus non ſolùm detur ad poſſeſsionem, ſed etiam ad ius dimiſſum. *Rota deciſ. 597. n. 2. 1. diuerſ.*

Sed etiam præter hunc caſum ceſsionis iurium admittitur, & quidem paſsim, Acceſsus, vtpote quando in reſignatione triangulari reſeruatur penſio ſuper beneficio Tertij, quia tunc reſeruatur Acceſſus de conſenſu, nam Regreſſus habet tantummodo locum in reſignante, qui poſſeſsio-
78 nem beneficij habuit. *Rota deciſ. 206. num. primo parte prima recentiorum*, quia ſolùm datur ad ius, quo quis egreſſus eſt. *Mobeda-*
79 *nus deciſ. 11. de renunciat. Rota deciſione 507. numero primo parte prima diuerſorum.* immò non poteſt ſtipulari in fauorem alterius, quam cedentis. *Mobedan. deciſ. 9. de renun-*
80 *tiat. Rota deciſ. 402. num. 1. libro 1. parte 3. diuerſorum, & deciſione 427. parte prima diuerſo-*
81 *rum;* poteſt tamen ſtipulari pro abſente. *idem Mobedan. deciſ. 13. de renuntiat.* immò vt plurimùm conceditur abſenti ex cauſa reſignationum, quæ admittuntur in Curia per Procuratores, iuxtà tenorem mandatorum, & proinde Regreſſui non eſt locus, niſi quando cō-
82 fertur beneficium illi, cui fuit reſignatum. *Rota deciſ. 402. & deciſ. 501. libro 3. parte 3. diuerſor.* & clauſula *non alias aliter, &c.* non
83 ſolùm qualificat reſignationem, ſed etiam ipſum Regreſſum, adeòut, niſi Regreſſus ſu-
84 ſtineatur, corruat tota gratia reſignationis. *Seraph. deciſ. 114. nu. 1.*

Sed hic commódè quæritur, verum Regreſ-
85 ſus tribuat ius in re, ſiue ſolùm ius ad rem, *Seraph. deciſ. 315. num. 2. & 5.* dicit ſolùm præbere ius ad rem, *& Rota deciſ. 698. lib. 3. par. 3. diuerſ.* dicit, quod obtinens regreſſum, dicitur obtinere de petitorio. Contrarium te-
86 net *Achill. deciſ. 7. num. 7. de renun.* vbi videtur concludere regreſſum non eſſe ius ad rem, nec facile tolli, quemadmodum tollitur ius ad rem, ſed eſſe ius in re, & reliquiam iuris
87 præteriti, ſed facilè concordantur opiniones vt videlicet *Seraphino* ſit ſermo de Regreſſu per deceſſum. *Achilli* vero de Regreſſu ex pacto, & conuentione ob non ſolutam pen-
88 ſionem, quia huiuſmodi regreſſarius petens regredi dicitur ius ſuum continuare, ac ſi nunquam reſignaſſet, nam Regreſſus operatur reſtitutionem tituli non tranſlationem, vt videlicet dicatur ſuum recuperaſſe, non
89 alium acquiſiuiſſe. *Rot. deciſ. 427. num. 7. parte prima diuerſ.* vnde habens Regreſſum ad ſuum beneficium vigore *cap. ſi beneficia de præbend.* vtitur remedijs poſſeſsorijs tam retinendæ,
90 quam recuperandæ, *vt inquit Gonzal. Gloſſ. 56. num. 146.* & benè *Mobedan. deciſ. 11. num. 6. de renuntiat.* vbi dat diſtinctionem, quam nos ſupra dedimus de Regreſſu per deceſſum, & Regreſſu ex pacto.

Nunc proſequamur reliquas clauſulas Formulæ. *Illorumque poſſeſſionem propria auctoritate apprehendere, &c.* Hanc clauſulam interpetratur. *Puteus deciſione 22. lib. 2.* vt re-
91 greſſarius illius vigore ſit liberatus a facto executoris, quem pro recuperanda poſſeſsione adire non tenetur, ſed tamen ſi poſſeſsio capienda eſſet capitulariter, tunc, & eo caſu poſſeſsionem in vim Regreſſus capi non poſſet ſine Capitulo.

Verùm oritur hic maxima quæſtio, quomodo hæc concluſio *Putei* poſsit practicari, vt videlicet regreſſarius propria auctoritate in vim Regreſſus poſsit capere poſſeſsionem: clarum enim eſt, Regreſſum hunc conuentionalem fuiſſe inuentum gratia aſſecurandæ penſionis, & proinde liquet, eſse remedium
92 ſubſidiarium, cui locus eſſe non poteſt, donec non ſoluatur penſio, practicanda igitur
93 hæc materia in Romana Curia paſsim obuia, & à paucis percepta, non quidem per concluſiones generales, ſed per applicationem facti, vt diſtinctiùs percipiatur, proſequitur hanc materiam Dominus *Lotterius in ſuo tract. beneficiali quæſtione 40. à num. 265. libro primo* quem non fraudabo in teruntio eorum, quæ nobis dedit.

Duo igitur hic nobis ſunt diſcutienda; primum, an & quo caſu regreſsarius propria auctoritate poſsit ingredi poſseſsionem beneficij reſignati: alterum an quatenus hoc effectuari non poſsit, quomodo tandem, & qua via (nam hoc etiam plurimum habet difficultatis) gratia Regreſſus ritè poſsit executioni mandari.

Quoad primum *Put. d. deciſ. 22. lib. 2.* clarè ſupponit poſſe regreſſarium propria auctoritate capere poſſeſsionem beneficii reſignati abſq; facto executoris, quæ concluſio ita generaliter prolata nō videtur omni caſu vera; nam alia concluſio per Rotā recepta eſt, quod
94 ad effectū, vt canonizetur Regreſſus eſt opus declaratoria *vt deciſ. 804. nu. 1. par 4. diuerſ.* & in Cæſar-Auguſtana penſionis 13 Nouembris 1591. coram recoll. mem. Cardinali Hieronymo Panfilio. *relata apud Marcheſ. tit. de Commiſſ. appell. in cauſ. penſ. par. 1. §. 1. nu. 65.* Declaratoria autem datur a Iudice, & habens facultatem apprehendendi poſſeſsionem propria auctoritate ſibi præiudicat, ſi iudicem adiue-
95 rit, quia cenſetur elegiſſe viam Iudicij *Rota coram Greg. XV. deciſ. 105. num. 14.* Attamen hæc facultas eodem modo eſt data reſignanti in literis, ac ius exigendi penſionem, & inſulſum videtur dicere gratiam Papæ eſſe fruſtatoriam, & nihil operari. *Ruin conſil. 68. numero 4. & 104. numero 13. libro 3. Bero. con-*
96 *ſil. 168. libro ſecundo Gozadin. conſil. 85. numero 23. Rollan. conſil. 12. numero 43. & ſequentibus libro 6.* videndum igitur, quo caſu gratia iſta poterit habere ſuum effectum, quod explicandum erit ex tenore ipſius gra-

caſum, quo detur, vel non detur, ſupereſt
videre, vt aliquid dicamus de modo obtinendi;
licèt enim ſupra firmauerimus regreſſarium
non teneri ad iuſtificationem tituli, tenetur
tamen, vt dicebamus, ad iuſtificationem re-
greſſus.

Et primò quidem ipſe regreſſus, hoc eſt
ſubſtantia gratiæ probatur per productionem
literarum, vel etiam Sumpti ex regiſtro. *Se-*
107 *raph. deciſ. 259. num. 1.* & non ſufficit ſup-
plicatio, ſed requiruntur literæ expeditæ, &
108 eſt locus regulæ de non iudicando iuxta
formam ſupplicationis. *Pariſ. dicta quæſt. 5.*
num. 66. & notant verba regreſſus ibi: *vigore*
literarum deſuper conficiendarum. iuſtificatur au-
tem Regreſſus quemadmodum reliquę gratię,
hoc eſt ſecundum omnia ſua narrata. *Pariſ. d.*
quæſt. 5. num. 75. iuſtificatio autem Regreſſus
109 eſt facillima, præſertim quando literæ de-
ſuper expediuntur ad partes, quia in ijs non
exprimitur vllus beneficij valor. *Pariſ. dicta*
quæſt. 5 num. 59. vnde illud *quod ſupra diximus*
110 Regreſſum eſſe nullum non expreſſo vero
valore, intelligitur de literis reſignationis.
111 *notat Pariſ. dicta quæſt. 5. n. 61.* vnde ſolum-
modò iuſtificatur effectuatio reſignationis, &
lis ſaltem de facto illata, per reſignatarium
ſuper ſolutione penſionis. *Verall. deciſ. 6 num.*
112 *1. parte 1.* & poteſt canonizari Regreſſus
contra procuratorem generalem ad lites.
Achill. deciſ. 5. num. 1. & 5. de penſ. ſed benè
113 hic quæritur, vtrum à declaratoria ſuper
Regreſſu detur appellatio. *Lotter. quæſt. 40. lib.*
1. num. 276. & 290. diſtinguit, videlicet vel
fuit actum ad Regreſſum ob non ſolutam
penſionem, vel ex eo, quod penſio fuerit
petita annullari, vel reduci. Primo caſu cẽſet,
declaratoriam admittere appellationem.
Secundo caſu non admittere. Ego verò di-
ſtinctionem hanc, quam ſupra etiam dedi,
magis exiſtimo applicari poſſe illi quæſtioni,
an, & quando regreſſario liceat propria au-
ctoritate ingredi poſſeſſionem, quam huic de
admittenda appellatione. Nam ad hunc ef-
fectum nõ videtur differre, vtrum ex hoc, ſiue
ex alio capite intentetur Regreſſus, & pro-
pterea crederem abſolutè à ſententia cano-
nizatoria Regreſſum non admittendam eſ-
ſe appellationem; & moueor ea ratione,
quod pariformiter fuit reſeruatus Regreſſus,
& penſio: à ſententia vero penſionis non
datur, *vt vidimus*, appellatio ſuſpenſiua, ergo
ex identitate rationis, neque à declaratione
ſuper Regreſſu, & ita in ſpecie tenet *Rota*
apud Puteum deciſ. 81. lib. 2. etiam quod Re-
greſſus ſit petitus ob non ſolutionem penſio-
nis contra diſtinctionem *Lotterij* mox alle-
gatam.

Cui non obſtat, quod Rota ſoleat ſe præbe-
re difficiliorem in canonizando Regreſſu,
quàm penſione, quia non inde ſequitur, quod
detur, vel non detur appellatio, ſed tan-
tummodo, quod difficilior eſt declaratio,
& licèt ita eſſe de iure exiſtimem, quod à de-
claratoria ſuper Regreſſu non detur appella-
tio; omnis tamen regula patitur exceptio-
nem, vt viſum in ſupradicta Cremoneñ. pen-
ſionis, vbi fuit oſtenſum, reſignatarium maxi-
mè fuiſſe læſum in reſignatione, & penſionis
reſeruatione, & propterea in Signatura San-
ctiſſimi votantibus Referendarijs fuit reſcri-
115 ptum pro appellatione. Illud non omitten-
dum, quod Regreſſu, quacunque tandem via
intentatus ſit, euitatur, & purgatur mora per
penſionis ſolutionem. *Verall. deciſ. 9. in fine p.*
3. vbi DD. de æquitate voluerunt, quod pen-
ſionarij ſoluant, & remittatur caducitas,
quod tamen intelligi debet antequam pro-
nunciatum fuerit ſuper regreſſu, alias enim
tota hæc materia eſſet inutilis, & nullius vſui,
& propterea monendus, qui vult impugnare
Regreſſum, vt optimè ſe muniat, nam con-
cludentiſſimè tenetur probare ſuam intentio-
116 nem *Mohedan. deciſ. 36. & ibi Add. de re*
nunciat. quia clauſulę Regreſſus ſunt prægnan-
tes, & Regreſſu obtento ad beneficium
dicitur obtentum, & conceſſum omne id,
quod ad conſequendum beneficium eſt ne-
ceſſarium. *Rota deciſ. 328. libro 3. parte 3.*
diuerſor.
117 Regreſſu itaque hoc modo obtento, &
effectuato, non eſt inutilis diſputatio, quos
fructus percipere debeat regrediens. Hanc
118 quæſtionem tangit *Pariſ. deciſ. quæſt. 5. num.*
36. ſed non benè explicat illam, quandoqui-
dem, & quidem confuſè loquitur tantùm
de fructibus Canonicatuum, non autem bene-
ficiorum, & quo ad caſum *per Paris.* explica-
tum res caret difficultate, quia tenor Re-
greſſus eſt. *etiam vt priùs retinere in omnibus,*
& per omnia, ac ſi reſignationem huiuſmodi mini-
mè feciſſet, &c. quod decretum non poteſt in-
ualidari per ſtatutum Eccleſiæ de Canonicis
nouiter receptis, idem huiuſmodi regrediens
conſequentur eos fructus, quos conſecu-
tus fuiſſet, ſi Canonicatum non reſignaſſet,
qui cùm vt plurimùm conſiſtant in diſtribu-
tionibus, & maſſa groſſa debita inſeruien-
tibus, recipiet fructus pro rata temporis, &
ſeruitij, prout etiam, qui beneficium dimit-
tit pro alia rata, & ſoluet ſimiliter penſionem
pro rata. In Parochialibus verò, & alijs
beneficijs, fructus diuidi debent, prout fit
inter penſionarium, & ſucceſſorem in be-
neficio, ac hæredes eius, qui deceſſit, quæ
res cum non ſit valdè plana, ſed indigeat
non modica diſcuſſione, reijcimus illius re-
ſolutionem *ad tractatum de penſion. lib 2.*

Vidimus quomodo Regreſſus reſeruetur,
probetur, canonizetur, videamus quomodo
119 caſſetur, quod ipſum fieri poteſt abſque
auctoritate Superioris. *Put. deciſ. 6. de renun.*
pendet enim totaliter a voluntate reſignantis
120 *Pariſ. d. quæſt. 5. num. 8.* modi autem, quibus
caſſatur regreſſus, enumerantur *per Verall.*
deciſ. 16. parte 3. videlicèt per inſtrumentum

coram Notario, & teſtibus; & per literas
duobus modis, & non tribus, *vt inquit Pariſ.*
loc. allegat. num. 91. vbi diuidit modum inſtru-
mentalem in duos, quaſi diuerſum ſit per in-
ſtrumentum, ac coram Notario, & teſtibus.
Per inſtrumentum igitur caſſatur Regreſſus,
quando extinctio, ſiue caſſatio fit liberè ſine
vllo pacto, & tunc non eſt opus vlla auctori-
tate Superioris, quia caſſatio Regreſſus eſt Ec
cleſiæ fauorabilis. Per literas verò fit caſſatio
Regreſſus, quādo apponitur aliquod pactum,
quod indiget auctoritate Papæ *notat Verall. d.*
deciſ. 16. quòd caſſatio Regreſſus non induci-
tur per ſolam ſignaturā, ſed requiritur, quod
122 aliundè conſtet de conſenſu caſſantis, qui
debet extendi non minus ac in caſſatione
penſionis. *Pariſ. d. quaſt.* 5. *num.* 90. hæc tamen
cautela hodiè eſt ſuperflua, quia de mandato
Papæ Vrbani priùs extenduntur conſenſus,
quàm ſignentur ſupplicationes.

Explicandus obiter eſt *Verall. d. deciſ.* 16.
vbi dicit caſſari Regreſſum per literas, nam
debet intelligi de ſupplicatione, in qua adeſt
123 clauſula *ſola ſignatura ſufficiat, &c.* adeout
nulla requiratur expeditio literarum. Non
appono hic formulam caſſationis Regreſſus,
quia eſt eadem cum caſſatione penſionis mu-
tatis tantummodo terminis, & illam dabimus
in ſequenti capite.

Et quemadmodum Regreſſus poteſt reſer-
uari abſenti, ita etiam poteſt caſſari per Pro-
curatorem ad id ſpeciale mandatum haben-
124 te. Per ſolam verò conſtitutionem Procura-
toris ad caſſandum non infert ſibi præiudiciū
conſtituens, ſi mandatum re integra reuoca-
uerit, etiamſi mandatum contineat iura-
mentum. *Achill. deciſ.* 7. *num.* 3. *de renunciat.*
125 *& deciſ.* 10. *de procurat.* vbi eſt caſus ſingula-
ris, quod reuocatio Procuratoris impedit caſ-
126 ſationem Regreſſus, etiam Procuratori non
intimata, quod eſt ſpeciale in Regreſſu *rationi-*
bus per Achill. adductis.

Demum habens Regreſſum, ſi beneficium
tamquam Procurator alterius reſignat, non
127 ſibi pręiudicat. *Verall. deciſ.* 8. *p.* 1. quod con-
tingit, ſi reſignatarius conſtituat Procurato-
rem reſignantem ad denuò reſignandum.

Pro coronide adijciamus aliquas conclu-
ſiones, hanc materiam magis adhuc, ac poſ-
ſibile eſt explicantes. Prima quod Regreſſus,
& Coadiutoria cum futura ſucceſsióne æqui-
parantur. *Mandoſ. regul.* 32. *q.* 30. *num.* 7. *Put.*
128 *deciſ.* 260. *lib.* 1. differunt tamen in hoc, quod
Regreſſus non comprehenditur, ſub concor-
datis Germaniæ, & indultis Cardinaliū. Co-
129 adiutoria verò comprehendatur ratione à
nobis ſupra allata, quod videlicet Regreſſus
eſt ius de pręterito; Coadiutoria verò de futu-
130 ro. Ita etiam concurrente Regreſſu, & fa-
miliaritate Cardinalis, præualet Regreſſus,
quæ tamen concluſiones parùm releuant,
quia procedunt in Regreſſu per deceſſum, qui
hodiè, *vt diximus,* non eſt in vſu.

Illud non erit inutile ſcire, an quando va-
liditas Regreſſus pendet à negotio principali,
131 quod fuit ſuſpēſum, cognoſci debeat de Re-
greſſu, relicto iudicio attentatorum, & affir-
matiuè, reſpondit *Rota deciſ.* 501. *lib.* 3. *par.* 3.
diuerſ. in fine immò quod Regreſſus quamtum-
132 uis litigioſus nunquam debeat ſuſpendi *eſt*
deciſ. 2169. *& deciſ.* 2173. *lib.* 3.

Secunda concluſio, quòd cauſa Regreſſus
non eſt diuerſa à cauſa beneficij. *Rot. deciſ.* 984.
133 *lib.* 3. *p.* 3. *diuerſ.* prout penſionis cauſa, quæ
nullum ius habet in titulo, adeout ſi reſignans
134 ſecundò ſine conſenſu habentis Regreſsum
cum reſeruatione penſionis, illa reſeruatio eſt
nulla. *Put. deciſ.* 411. *nu.* 3. *lib.* 1.

Tertia concluſio, quod, quamuis ſæpiùs re-
petieremus Regreſsū ob ceſſum, vel deceſſum
fuiſſe per Concil. Tridentinum ſublatum, mul-
tæ tamen Concluſiones, quæ firmantur in
135 Regreſſu per deceſſum, immò ferè omnes,
applicantur Regreſſui conuentionali, videli-
cet ob non ſolutam penſionem, & ſi aliqua
eſt priori Regreſſui propria, & non applica-
bilis ſecundo, hoc fuit per nos in diſcurſu to-
tius capitis explicatum.

Poſtrema concluſio, quod Regreſsus habet
Datam gratiæ principalis, cuius vtitur ſuppli-
136 catione, & expeditur vigore clauſularum
ad partes, quando non fuit expeditus in lite-
ris principalibus, *vt diximus in prin. huius capi-*
tis nu. 2.

SVMMARIVM.

Caſſatura, ſiue caſſatio gratiæ, ſupponit gratiam ſiue indultum præcedens, 1.

Caſſatio penſionis gratuita poteſt fieri abſque auctoritate Papæ, 2.

Caſſatio penſionis cum pacto, non poteſt fieri ſine ſupplicatione, 3.

Caſſans ſiue transferens penſionem pretio incurrit labem Simoniæ n. 4. *non tamen incurrit pœnas latas contra Simoniacos,* 5.

Penſionem obtinens, vt merè Laicus poteſt illam pretio caſſare, ſiue transferre, 6.

Penſionis titulus aliud eſt, & aliud penſionis vtilitas, 7.

Caſſationi penſionis conditiones appoſitæ debent ad vnguem adimpleri, 8.

Caſſatio penſionis requirit conſenſum, non minus, ac reſignatio beneficij, 9.

Caſſationis pactum, & conditio eſt factis anticipatis ſolutionibus, 10.

Caſſationis penſionis pactum non admittitur in reſignatione, 11.

Caſſatio penſionis non admittitur niſi literis expeditis, 12.

Penſiones Hiſpaniæ non requirunt expeditionem literarum, 13.

Caſſatio penſionis coacta non requirit literarum expeditionem, 14.

Caſſari an poſſit penſio in fraudem creditorum. 15.

Caſ-

Caſſatio penſionis fit per procuratorem, 16.
Formula caſſationis penſionis, 17.
In caſſatione penſionis ſolus Orator eſt titularis, 18.
Clauſula ſponte, & libere *quid importet*, 19.
Conſenſus datus in ſupplicatione, quæ fuit reiecta, an ſufficiat, ſi admittatur à ſucceſſore, 20.
Clauſula, quodq; præſens ſignatura ſufficiat *quid operetur*, 21.
Caſſationem penſionis allegant i incumbit onus probandi, 22.
Caſſationis exceptionis non impedit manutentionem, niſi deſuper fuerit iudicatum, 23.
Caſſatio penſionis habet Datam propriam, 24.

CAPVT XXVII.

De caſſatione penſionis.

Videbatur hæc materia ſpectare ad tractatum penſionis, quem dabimus particularem. Verùm ne quid omittamus ſpectans ad ſecundas gratias, libuit eam hoc loco tradere præſertim cùm tractatus penſionis ſit ſatis diffuſus.

Eſt igitur caſſatio penſionis ſecũda gratia, quia caſſari non poteſt penſio, niſi prius fuerit reſeruata, & proinde caſſatura, ſiue caſſatio gratiæ ſupponit indultum præcedens. *Rota deciſ. 302. lib. 3. par. 3 diuerſ. Mohedan. deciſ. 23. de confirmat. vtil. vel inutil.*

Caſſatur autem penſio dupliciter, *vt ſupra*
2 *diximus de regreſſu*, vel per Inſtrumentum, &
liberum conſenſum, vel per ſupplicationem.
Per inſtrumentum, & ſine auctoritate Papæ ſiue Superioris caſſatur penſio, quando remittitur gratis nulla adiecta conditione: caſſatio enim penſionis de ſui natura eſt fauorabilis, & tendit ad libertatem beneficij, & inde niſi adſit pactio, quæ indigeat auctoritate Superioris, poteſt fieri per ſimplicem declarationem. *Rota deciſ. 129. num. 2. par. 1. recent. & deciſ. 471. num. 10. & 12. part. 1. diuerſor. Seraphin. deciſ. 987. nu. 3. Achill. deciſ. 7. de decimis. Mohedan. deciſ. 2. de locat. & conducto. latè Garzias de beneficijs parte 1. cap. 5. num. 39. cum ſequentibus.*

Quando verò intercedit pactio inter penſionarium, & titularem, tunc debet fieri per
ſupplicationem, quia penſio non poteſt redi-
3 mi, ſiue emi, nec pretio transferri ſine aucto-
ritate Papæ. *Gigas de penſ. q. 99. Garz. vbi ſupra n. 22. vſq; ad 28.* dico, nec redimi per titularem, nec transferri in alium, & nuper de menſe præterito habui caſum exemplarem, in quo A. penſionarius volebat ſuſcipere habitum Capuccinorum, & conuenit cum B. vt ei daret certam quantitatem pecuniarum, pro qua penſionem, vel partem illius de conſenſu titularis in prædictum B. transferret, qua pactione ſtante, fuit pro parte A. porrecta ſupplicatio caſſationis penſionis cum clauſula *ſolutis aliquibus anticipatis terminis*, & fuit ſignata ſupplicatio, & mihi oſtenſa vna cum pacto, & dixi non ſuffragari, quia non erat verum dicere, quod penſio caſſabatur, quia transferebatur, vnde idem A. denuò adiuit Põtificem, exponens rem pro vt erat, & Pontifex gratiam per chirographum conualidauit ad inſtantiam Magnatis.

Obtinens igitur penſionem non poteſt eam
transferre ſine auctoritate Papæ, ſi eam ob-
4 tinet titulo clericali, quia tunc incurrit labem
Simoniæ. *Nauarr. in Manuali cap. 23. n. 111. & conſ. 66. de Simon. Pariſ. de confid. quæſt. 42. nu. 27. Tolet. lib. 5. c. 82. §. tertia penſio, & cap. 92. concluſ. 4.* non tamen ſic transferens, aut vendens incurrit excomunicationem, aut aliàs pœnas à iure contra Simoniacos latas, quia illę ſolummodo ſunt latæ pro Simonia in beneficijs. *vt notat Azor. Inſtit. Moral. tom. 2. lib. 8.*
5 *cap. 10. in fin.* quia in hac materia nomine
penſionis non venit beneficium *idem Azor. d. lib 8. cap. 5. quæſt. 4 & lib. 3. cap. 5. quæſt. 2.* tranſlatio tamen eſt nulla, & de iure naturæ pretium eſt reſtituendum illi, qui dedit, *vt probat Suarez lib. 4. de Simonia cap. 59. num. 23. ex communi Sententia*, niſi fortaſsè poſsit retineri, & compenſari ad æqualitatem cum fructibus penſionis.

Si verò quis obtinet penſionem, vt merè
Laicus pro labore, aut opera merè tempora-
li, licitè poteſt eam vendere, aut pretio tran-
6 sferre ſine licentia Papæ. *Sotus de iuſt. & iur. lib. 9. quæſt. 7. art. 2. Azor. tom. 2. lib. 8. cap. 10. quæſt. 10 Tolet. lib. 5. cap. 82. §. ſed prima penſio, & cap. 92. concl. 2.*

Aduertendum tamen eſt aliud eſſe cedere, & transferre titulum penſionis, & aliud vtilitatem penſionis, puta ſi quis conſtituat aliquem Procuratorem irreuocabilem ad exigendum penſionem, quam ipſe obtinet, re-
cepto pretio pro huiuſmodi mandato, hoc
7 nullo iure prohibetur, etiam inuito titulari,
quia periculum vitæ non transfertur in ceſſionarium, ſed ipſa penſio, hoc eſt titulus, remanet penes penſionarium, & hoc practicatur quotidiè, & aliquando (immò vt plurimùm) ipſi emptores fraudantur ſpe ſua, quia emunt procurationem perpetuam à penſionatio iuuene, quem diutiſsimè victurum ſperant, & citiſſimè intermoritur.

8 Redeamus ad caſſationem, quæ quando fit pactione, tunc pacta, & conditiones debent ſeruari, nec valet caſſatio, niſi omnibus ritè impletis. *Seraphin. deciſ. 987. n. 4. Mohedan. deciſ. 2. de locat. & conduct.*

9 Et ad vnguem debet obſeruari conſenſus non minus, ac in reſignatione beneficij *Pariſ. de reſignation. libro 6. quæſtione quinta num. 90.*

Pactum autem, & conditio, quibus caſſatur penſio, ſunt, vt fiat anticipatis nonnullis ſolutionibus, *Pariſius de reſignatione libro ſexto quæſtione ſecunda numero 100.*

quod pactum non admittitur in ipſa reſignatione, vt videlicèt reſignans, & reſignatarius conueniant inter ſe, quod debeat fieri caſſatio pro tot annatis, ſiue terminis. Vidi tamen nedum tempore Gregorij XV. ſed etiam Pauli V. aliquoties hoc pactum admitti, ſed valdè raro, & maxima cum difficultate, & de tempore Pauli V. petebat hanc gratiam Hiſpanus quidam obæratus, vt pretio caſſationis creditoribus partim ſatisfaceret, & reliquum, ſibi quod ſufficiens erat ad ſubſtentationem, ſibi reſeruaret, & non potuit obtinere.

Sed nec admittit Dataria caſſationem penſionis, niſi literis expeditis, & propterea por-
12 rectæ ſupplicationi ſuper caſſatione Officialis Datariæ ſubſcribit. *Doceat de literis*, de quibus docetur per originalium literarum exhibitionem, vel per ſumptum ex regiſtro, ſeu potiùs vt ſumptus expenſæ euitentur per exhibitionem ipſius regiſtri, quod tamen locum non habet in penſionibus Hiſpaniæ, ſuper quibus
13 non expediuntur literæ, quando reſeruantur ex obitu, *vt fuſiùs ſuo loco dicemus*.

Huc etiam pertinet caſſatio penſionis neceſſaria, ſiue coacta, vt quando quis impetra-
14 uit beneficium, hoc eſt Canonicatum in aliqua Eccleſia Germaniæ, vbi non recipiuntur prouiſi cum penſionibus, quapropter huiuſmodi impetrantes caſſant, & extingunt penſionem anticipatis ſolutionibus, vt poſſint recipi, quo caſu Dataria non ſolet requirere expeditionem literarum, quas nouit effectum non habituras.

Incidit hic pulchra quęſtio, An penſio caſſari poſſit in fraudem creditorum, & poſſe re-
15 ſoluit *Rota deciſ.* 129. *par.* 1. *recent.* etiam in præiudicium Procuratoris perpetui, qui ius hoc exigendi emit pretio, & ratio illa eſt, *quam ſupra adduximus*, quod caſſatio penſionis cedit ad fauorem Eccleſiæ, quæ reſtituitur priſtino ſtatui libertatis, licèt caſſans exinde teneatur ad damna, & intereſſe, & fortaſſis criminis ſtellionatus, quia dicta deciſio inſinuat hanc concluſionem procedere, etiamſi cedens ius exigendi, & conſtituens Procuratorem irreuocabilem promittat, & iuret ſe penſionem non caſſaturum, vt pote quod huiuſmodi promiſſio ſit præiudicialis Eccleſię, & propterea inualida, *vt ibi num.* 3. quod tamen non procedit in penſionibus fiduciarijs Hiſpaniæ, *vt ibi n.* 4.

Vidi tamen, quod quando Procurator irreuocabilis ad exigendum præſentit penſionarium velle caſſare penſionem, & eum deſuper ſupplicationem in Dataria porrexiſſe, ex æquitate quedam apud Datarium impediuit ſignaturam gratiæ conceſſionis, ad quod tamen Datarius de iure non tenetur, quia conſtitutio Procuratoris irreuocabilis ad exigendum, ſiue translatio penſionis, non fuit facta cum auctoritate Datariæ, ſed contrahentes eam fecerunt iure proprio, vnde Dataria non tenetur illis ſuccurrere, niſi *vt dixi*, ex qua dam æquitate, & hoc procedit, quando conſtituens Procuratorem irreuocabilem vellet caſſare penſionem recepto pretio, ſi verò vellet caſſare penſionem gratuitò, quia tunc non eſt opus vllo facto Datariæ, vt quia hoc faceret, vti inimicus Procuratoris irreuocabilis, vel alia de cauſa, tunc emptor penſionis, ſiue iuris exigendi nullum haberet remedium ſe tuendi, quia *vt diximus* poteſt fieri huiuſmodi caſſatio coram Notario, & inſico Procuratore irreuocabili.

16 Perficitur autem caſſatio non ſolùm per ipſos Titularem, & Penſionarium, ſed etiam per Procuratorem, non minus ac ipſa reſignatio beneficij. *vt diximus in præcedenti capite de regreſſu*. Vt autem tota hęc materia meliùs percipiatur, ſubnectemus more noſtro formulam caſſationis penſionis, quæ lucem dabit ſupradictis, & ab illis viciſſim lucem recipiet.

17 Beatiſſime Pater Cùm Deuotus veſter Pe-
,, trus Vice-Dominus Clericus Placentiñ. *ſeu al-*
,, *terius Ciuitatis, ſeu Diœceſ.* cui alias penſio ducat.
,, 20. aur. de Cam. *Summa CC. lib. moneta Pla-*
,, *centin*, vel circa conſtituentium, ſuper Deca-
,, natus Eccleſiæ Placentiñ, quem Deuotus S.V.
,, Orator Mauritius Baldinus Presbiter ad præ-
,, ſens obtinet fructibus, & diſtributionibus quo-
,, tidianis, ei quoad vixerit, vel Procuratori ſuo
,, legitimo per dictum Oratorem, cui ad hoc *ex-*
,, *preſſus acceſſit aſſenſus*, & ſucceſſores ſuos De-
,, canatum prædictum pro tempore quomodo-
,, libet obtinentes ſub conſuetis Sententijs, cen-
,, ſuris, & pœnis integrè perſoluenda *auctoritate*
,, *Apoſtolica* reſeruata fuit, ex certis cauſis ani-
,, mum ſuum mouentibus caſſationi, extinctio-
,, ni, & annullationi dictæ penſionis annuæ, il-
,, liuſque reſeruationi huiuſmodi in S. V. mani-
,, bus *ſponte, & liberè* nonnullis tamen anticipa-
,, tis, ſeu anticipandis ſolutionibus, & non alias
,, alitèr, nec alio modo conſentire proponat. &
,, *ex nunc etiam conſentiat*. Supplicat igitur hu-
,, militer S.V. Orator prædictus, quatenus ſpe-
,, cialem ſibi gratiam faciendo, penſionem an-
,, nuam prædictam, illiuſq; reſeruationem *ex-*
,, *preſſo dicti Petri ad hoc accedente conſenſu* au-
,, ctoritate Apoſtolica caſſare, penituſque ex-
,, tinguere, & annullare, ac caſſatam, penituſq;
,, extinctam, & annullatam eſſe, & fore, eum-
,, demq; Petrum penſionem huiuſmodi, illiuſque
,, terminos deinceps decurrendos *ab Oratore, &*
,, *ſucceſſoribus* ſuis prædictis de cætero petere,
,, vel exigere nullatenus poſſe, & Oratorem,
,, ac ſucceſſores ſuos eoſdem ad ſolutionem di-
,, ctæ penſionis annuæ prædicto Petro deinceps
,, faciendam non teneri, neque obligatos exiſte-
,, ſtere, & ob illius non ſolutionem huiuſmodi
,, aliquas ſententias, cenſuras, & pœnas Eccle-
,, ſiaſticas, etiam pecuniarias incurrere non
,, poſſe, ac Oratori anticipatas ſolutiones hu-
,, iuſmodi Petro verò prædictis illas recipere, ac
,, in ſuos vſus, & vtilitatem conuertere licuiſſe
,, & licere, irritumq; &c. decernere dignemini

de

,, de gratia ſpeciali non obſtante præmiſsis, ac
,, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtoli-
,, cis, cæteriſq; contrarijs quibuſcunq; cum clau-
,, ſulis opportunis. Et cum abſolutione à cen-
,, ſura ad effectum, &c. & de caſſatione, extin-
,, ctione, annullatione, decreto, alijſq; præ-
,, miſsis, vt ſupra, quoad quæ ſola præſentis ſup-
,, plicationis ſignatura ſufficiat, & vbique fi-
,, dem faciat in iudicio, & extra illud, regula
,, quacunque contraria non obſtante.

Seu alterius Ciuitatis, vel Diœceſ. exprimitur hæc generalitas ad effugiendum quemcunque errorem, & admittitur à Dataria in illis, quæ non cadunt ſub idiomate.

Summam C C. monetæ Placentinæ, &c. exprimitur hic nō ſolùm moneta ſpecificata, videlicèt ducatus auri de Camera, ſed etiam moneta ſpecificans, quia reſeruatio penſionis fuit facta in moneta illarum partium, videlicèt in libris 200. quæ in ſupplicatione reſeruationis reducuntur ad ducatos auri de Camera 20. quia *vt aliàs diximus* omnis expreſſio valoris debet vel directè, vel indirectè exprimi in ducatis auri de Camera, vel certè ad ducatos huiuſmodi reduci, & quia contingere poteſt, quod 200. lib. monetæ illarum partium excedant in aliquo 20. ducatos auri de Camera, vel è contrario, exprimitur vtraq; moneta, ne ſi expreſſa minore quantitate, penſio dicatur non in totum caſſata *iuxta Mohedan. dec. 2. de locat. & conduct.*

18 *Cuius ad hoc expreſſus acceſſit aſſenſus, & cæt.*
quamuis Papa annuerit caſſationi penſionis
etiamſi penſioni, quæ petitur, non fuiſſet con-
ſenſum per Oratorem, ſed per illius prędeceſ-
ſorem; nihilominùs vtilis eſt hæc narratiua
ad tollendam omnem ambiguitatem, quæ de-
ſuper oriri poſſet.

In manibus S. V. ſponte, & liberè, &c. hęc clau-
ſula non contrariatur ſequenti de anticipatis
ſolutionibus, ſed ponitur, vt demonſtretur,
quod caſſatio iſta non ſit dolo, vel fraude
exorta, ſenſus itaq; iſtorum verborum eſt, re-
tento nempe themate liberè, & licitè conſen-
19 tit, præuijs tamen anticipatis ſolutionibus.
Parıſ. de reſignat. benefic. lib. 13. quæſt. 5. num.
54.

Nonnullis tamen anticipatis, ſeu anticipandis ſolutionibus, &c. Hanc vnicam eſſe cauſam caſſationum penſionum *diximus ſupra nu. 10.* & non eſt neceſſe, quod Papa ſciat quantitatem in ſpecie, ſed ſufficit, quod habeat ſcientiam in genere.

Et ex nunc etiam conſentiat, &c. videlicèt retento themate ſolutionum anticipatarum, & non alias aliter, &c.

Expreſſo dicti Petri ad hoc accedente aſſenſu,
&c. perſonalitèr videlicèt præſtito, ſiuè per
Procuratorem, qui reuocari poteſt, *vt diximus*
ſupra cap. præcedenti de regreſſu. Notandus eſt
caſus in hac materia valdè exemplaris *in deciſ.*
244. lib. 3. par. 3. diuerſ. vbi in concordia qua-
20 dam fuit conſenſum caſſationi penſionis, Pō-
tifex noluit dictam concordiam confirmare,
porrecta fuit ſupplicatio Succeſſori expoſito,
quod Prædeceſſor confirmationem denegaſ-
ſet, & nihilominùs concordiam denegauit
quærebatur vtrum caſſatio ſubſiſteret, & Ro-
ta reſpondit, reſolutionem pendere ex eo, an
contrahentes permanſerint in eadem volun-
tate, permanentiam autem in eadem volun-
tate probari argumentis, & coniecturis.

Quodq; ſola præſentis ſupplicationis ſignatura ſuf-
ficiat, &c. Regreſſum, *vt diximus ſupra*, & caſſa-
21 tionem penſionis per ſolā ſupplicationem ex-
pediri, & nō indigere literis, & per hāc clauſu-
lam derogatur regulæ Cancellariæ *de non iu-*
dicando iuxta formam ſupplicationis. Poſtre-
22 ma in hac materia concluſio ſit, quod dicen-
ti penſionem extinctam incumbit onus pro-
bandi *Rota deciſ. 618. num. 1. par. 4. diuerſ.* &
proinde exceptio, ſiue oppoſitio de caſſatio-
ne non impedit manutentionem, niſi deſuper
23 fuerit iudicatum. *Vcrall. deciſ. 321. par. 1. & de-*
ciſ. 317. par. 2. & in Calagurritana Penſionis
2. Martij 1598. coràm Corduba *relata à Mar-*
cheſano de commiſſ. par. 1. fol. 521.

Quod attinet ad Datā huius gratiæ quamuis ſit ex ſecundis, & originem trahat ab alia præcedenti *vt diximus in principio huius capitis*, tamen quia non eſt conualidatoria prioris gratię, ſed illius deſtructiua habet Datam propriam, & ſeparatam.

SUMMARIUM.

Breue de capienda poſſeſſione *poteſt aliquo modo dici ſecunda gratia*, 1.
Breue Apoſtolicum quid, 2.
Breue de capienda poſſeſſione nomine Camerę *quare inuentum*, 3.
Breue de capienda poſſeſſione nomine Cameræ *ſapit magis gratiam quam iuſtitiam*, 4.
Breue expeditur ſupplicatione ſignata, 5.
Breue habet eandem Datam ſupplicationis, 6.
Breue ſigillatum à Papa dicitur Originale, 7.
Minuta Breuis ſubſcribitur per Pontificem, 8.
Breue diſcordans à minuta remittitur ad corrigendum, 9.
Minuta ſubſcripta dicitur matrix, & habet vim ſupplicationis, 10.
Breue de capienda *aliquando eſt loco ſupplicationis*, 11.
Breue expeditum conſignatur parti clauſum, 12.
Breue habet vim literarum Apoſtolicarum, 13.
Breue de capienda poſſeſſione, &c. *datur inſtante Commiſſario*, 15.
Forma breuis de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, 16.
Breuia non exequuntur à Parlamentis Galliæ, 14.
Breue de capienda poſſeſſione *inſeritur in monitorio A. C.* 17.
Monitorium A. C. ſuper Breue de capienda poſſeſſione, 18.
Breue de capienda poſſeſsione, &c. *eſt ad vtilitatem prouiſi*, 19.
Breue de capienda poſſeſsione, &c. *fundatur in*

re-

reſeruatione, 20.
Breue de capienda poſſeſsione nomine Cameræ *non datur niſi cum clauſula* Conſtito, 21.
Breue de capienda, &c. *non poteſt exequi ſine citatione*, 22.
Breue de capienda poſseſsione *habet de ſui natura executionem paratam*, 23.
Breue de capienda, &c. *debet iuſtificari*, 24.
Breue de capienda poſſeſsione *quomodo iuſtificetur*, 25.
Poſſeſſor poteſt excipere de reſeruatione contra Breue, 26.
Breuis executio non retardatur per exceptionem patronatus turbidi, 27.
Breue dicitur ſubreptitium non facta mentione de lite, 28.
Breue per relationem ad literas prouiſionis tribuit iuriſdictionem, 29.
Breue eſt nullum, ſi gratia principalis eſt nulla, 30.
Breue de capienda poſſeſſione *quomodo iuſtificetur*, 31.
Breue iuſtificatum mandatur executioni, 32.
Breue de capienda poſſelsione *an, & quando admittat appellationem*, 33. 34. 35.
Clauſula Parito Breui *quid operetur*, 36.
Clauſula Parito *operatur reſtitutionem fructuum*, 37
Clauſula Parito Breui *in quo differat à clauſula* parito literis, 38.
Clauſula Parito Breui arbitrio Rotæ, *quid operetur*, 39.
Breuis etiam non iuſtificati poſſeſſio aliquando ſuſtinetur, 40.
Patronatus exceptio competit contra prouiſum, non Patrono, ſed inſtituto, 41.
Breue motu proprio conceſſum non indiget iuſtificatione, 43.
Breue de capienda poſseſsione *plus operatur, quàm res iudicata*, 44.
Breue non eſſe iuſtificandum, & quod contra illud opponi non poſſit ſunt duo, 45.
Breue de capienda poſseſsione *datur citra vitium ſpolij, & attentatorum*, 46.
Poſſeſſio capta vigore Breuis lite pendente eſt ſequeſtranda, 42.
Breue de capienda poſseſsione *expirat morte illius, cui fuit commiſſum*, 47.
Subrogatio datur ad Breue de capienda poſseſsione, 48.
Monitorium Breuis de capienda poſseſsione *repetit eadem Breuis verba*, 49.
Clauſula Conſtito *in Breui* de capien. poſseſsione *iuſtificatur coràm A. C. per teſtes ſine citatione partis*, 50.
Monitorium A. C. reſoluitur in ſimplicem citationem, 51.
Monitorium vigore breuis continet citationem peremptoriam, 52.
Monitorium non tribuit ius illi, qui obtinuit, ſed Iudici correctionem, 53.
Monitorio ſatisfit per comparitionem, 54.
Monitorium reintegratum habet vim ſententiæ, 55.
Monitorium non productum nihil operatur, 56.
Clauſula Non tamen à nobiſmet prouiſis *quid operetur*, 57.
Contumacia non inducitur, niſi poſtquam declaratum fuerit, cui, & quomodo ſit parendum, 58.
Monitorij forma ſeruanda eſt, 59.
Breuis de capienda poſſeſsione *forma ſeruanda eſt*, 60.
Breue excludens attentata non excludit attentata ob inhibitionem Rotalem, 61.

CAPVT XXVIII

De Breui capiendæ poſſeſſionis nomine Cameræ.

ATtigimus ſupra quaſi per tranſennam materiam Breuium in genere, in præſentiarum nobis ſermo erit in ſpecie de Breui *capiendæ poſſeſſionis nomine Cameræ*, quod videtur aliquo modo poſse dici gratia ſecunda, quamuis fundetur in ſupplicatione gratiæ principalis illius, quæ terminos non excedat, quia præ-
1 ter naturam gratię capitur poſſeſsio beneficij gratia non iuſtificata, *vt mox videbimus*, & propterea illius tractatum ad hunc locum pertinere duxi.

Eſt igitur Breue Apoſtolicum breuis, vt
2 ipſum nomen indicat, ſcriptura in modicis conceſſa negotijs in papyro deſcripta, & cera rubea, annuloq; Piſcatorio ſubſignata, ac nomine Secretarij ſubſcripta, ita deſcribit Breue *Rebuff. in praxi regul. 34. verſ. Breue Apoſtolicum*, cum qua deſcriptione tranſeunt omnes eadem ferè verba referentes *Mandoſ. regul. 27. quæſt. 11. nu. 1. Veſtr. in praxi cap. 7. nu. 4. lib. 1. Gomez. regul. de non iudicando iuxta formam ſupplicationis quæſt. 1. Garz. de benefic. cap. 3. num. 2. par. 6.*

Hæc deſcriptio applicatur omni Breui in genere, quod ſuper pluribus, & diuerſis gratijs expediri poteſt, *de quibus apud Rebuff. loco allegato*. Noſtrum autem, de quo agimus, reſpicit ſolummodo poſſeſsionem capiendam nomine Cameræ beneficij vacantis, & reſeruati adinuentum propter intruſos, & prouiſos ab Ordinarijs duplici ratione. Primo ne prouiſus Apoſtolicus teneatur iuſtificare totã narratiuam ſuæ gratiæ intruſo anſam dare cauillandi, & excipiendi. Secunda ne teneatur expedire literas fruſtratoriè, caſu quo poſ-
3 ſeſsionem non conſequatur, & proindè Breue huiuſmodi ſapit magis gratiam, quàm iu-
4 ſtitiam; *Gonz. gloſ. 9. in annat. num. 275.*

Expeditur hoc Breue ſupplicatione ſignata,
5 & regiſtrata. *Pariſ. de reſignat. lib. 10. par. 6. nu. 26.* & habet eandem Datam ſupplicationis, re-
6 fert ſigillum annuli Piſcatoris, *vt Rebuff. loco*
7 *allegato*, & tunc dicitur originale. *Put. deciſ. 879. lib. 2.* Conficitur prius minuta ſuper ſup-
8 plicatione, cui ſubſcribit ipſe Pontifex, à qua ſi Breue ſit diſcordans remittitur ad corrigen-
9 dum, quia minuta ſubſcripta dicitur matrix,

&

10 & habet vim ſupplicationis. *Puteus dicta deciſ.*
79. quamuis ipſum Breue aliquádo dicatur eſ-
11 ſe loco ſupplicationis, videlicèt quando datur
prouiſio de Eccleſia Cathedrali, quo caſu non
ſignatur ſupplicatio, ſed tantùm datur fides
cedulæ Conſiſtorialis, ſuper qua conficitur
Breue. *Notat Rota deciſ. 2126. lib. 3. par. 3. di-*
uerſ. Mandoſ. de ſignat. gratiæ tit. prouiſiones §. 2.
expeditum conſignatur parti clauſum, *vt no-*
12 *tat Gonzal. gloſ. 59. num. 15.* clauſura tamen
perſtrinctoria, & quæ à quolibet poteſt impu-
nè violari.

13 Breue ita expeditum habet vim literarum
expeditarum ſub plumbo. *Sarnen. in tract. Bre-*
uium fol. 124. num. 9. Put. deciſ. 149. lib. 1. & in
Elboreñ. penſionis 27. Octobris 1595. coràm
Corduba. *Rebuff. loco proximo allegato verſ. effe-*
ctus horum Breuium. Mandoſ. tamen *regula 27.*
quæſt. 11. nu. 9. reſtringit hanc concluſionem,
vt videlicèt Breue habeat vim literarum per
Cameram, non autem per Cancellariam ex-
peditarum, & allegat *Sarnenſem, & Rebuff. loco*
allegato qui hoc non dicunt, ſed ſimpliciter
quod effectus Breuium Apoſtolicorum eſt, vt
tantam vim habeant, ac alię literæ Apoſtoli-
cæ. Exiſtimo tamen dictum *Mandoſij* conti-
nere veritatem, non quod virtute Breuium
aliquid detrahat, ſed potiùs, vt robur illius
augeat, vtpotè quod non ſit ſubiectum regu-
lis, & Stylo Cancellariæ, ſed latiùs vagetur,
14 vt literæ plumbatæ expeditæ per Cameram
ſummariè per Summiſtã, ſiuè Summatorem.
Illuc autem notandum, concluſionem hanc
de Breui non habere locum in Gallia, vbi Par-
lamentum non exequitur Breuia.

15 Breue huiuſmodi conceditur inſtante Com-
miſſario Cameræ *Marchеſ. de Commiß. appell. ab*
execut. Breu. cap. 1. num. 4. Illius tenor eſt.

„ Innocentius, &c. Dilecte Fili ſalutem, &c.
„ Contulimus nuper Ioanni beneficium ſim-
„ plex, &c. per obitum quond. N. vltimi poſ-
„ ſeſſoris, prout in literis ſub plumbo prope-
„ diem expediendis latiùs continebitur, quo
16 circa vt ne, dum literę prædictæ expediuntur,
„ beneficium prętactum aliqua in ſpiritualibus,
„ ſeu temporalibus detrimenta patiatur, proui-
„ dere volentes, vobis per præſentes committi-
„ mus, quatenus duo, vel vnus veſtrum Con-
„ ſtito vobis priùs etiam ſummariè, quod N.
„ in dicti beneficij poſſeſſione exiſtens de dicto
„ menſe obierit per vos, vel alium, vel alios cor-
„ poralem, realem, & actualem poſſeſſionem
„ dicti beneficij, &c. noſtro, & Cameræ Apo-
„ ſtolicæ nominibus omni mora, & dilatione
„ poſtpoſitis apprehendatis, amotis, &c. Vo-
„ lumus autem, quod infra ſex menſes proxi-
„ mos à Data præſentium computandos dictus
„ Ioannes literas prędictas ſub plumbo expedi-
„ re, ac iura dictæ Cameræ, & alijs propterea
„ debita perſoluere omninò teneatur; alioquin
„ dictis ſex menſibus elapſis beneficium prædi-
„ ctum vacare cenſeatur eo ipſo. Datum, &c.

Breue ita expeditum dirigitur A. C. qui de-
cernit Monitorium cum illius inſertione,
17 contra quoſcunq; *Parıſ. de reſig. lib. 10. quæſt.*
6. num. 22. cuius monitorij tenor licèt paſſim
obuius ſit, non tamen abs re fuerit illum hic
inſerere. Nam ex eo quoque aliquid nota-
tu dignum expiſcabimur.

„ Chriſtophorus Vidman, & cæt. Vniuerſis,
„ & cæt. Noueritis hodiè ex parte, & ad inſtan-
„ tiam admod. Reuerendiſsimi Domini Laza-
„ ri Botto Sanctiſſimi Domini Noſtri, & Came-
„ ræ Apoſtolicæ Commiſſarij Generalis & *Cõ-*
„ *ſtantini Gilij* Clerici Romani prouiſi Apoſtoli-
„ ci illi pro ſuo intereſſe adhæreñ. *literas Apo-*
18 *ſtolicas* in forma Breuis ſub annulo Piſcato-
„ ris, vt moris eſt expeditas ſub Datum Romæ,
„ &c. nobis præſentatas fuiſſe *ſub hoc videlicèt*
„ *tenore, &c.* poſt quarum præinſertarum lite-
„ rarum præſentationem Nobis, vt ſupra factã
„ nomine dicti Commiſſarij, & Conſtantini an-
„ tedicti prouiſi Apoſtolici de efficacis defen-
„ ſionis præſidio, & iuris remedio deſuper op-
„ portuno inſtanter, & debiter requiſiti, Con-
„ ſtito priùs nobis per teſtes *fide dignos* noſtro de
„ mandato examinatos omnia in præinſertis
„ literis contenta eſſe vera, &c. Vobis omnibus
„ committimus, quatenus ſtatim ex parte no-
„ ſtra ſub 1000. duc. auri, ſuſpenſionis à diuinis,
„ priuationis beneficiorum, & cæt. debeatis, &
„ quilibet Veſtrum debeat prędictum Reueren-
„ diſs. Generalem, *ſiue illius legitimum* procura-
„ torem ad hoc ſpecialitèr conſtitutum in rea-
„ lem, actualem, & corporalem poſſeſſionem
„ antedicti beneficij immiſsiſſe, & induxiſſe,
„ prout realiter, & cum effectu *immitatis, & in-*
„ *ducatis* per eundem, &c. Nomine Sanctiſsimi
„ Domini noſtri, & Camerę Apoſtolicę capien-
„ dam, & ſubinde prædicto Conſtantino prouiſo
„ Apoſtolico, ſi & quando, & poſtquam literas
„ Apoſtolicas prouiſionis eiuſdem legitimè prę-
„ ſentauerit *expeditas tradendam*, & cõſignandã,
„ ipſumq; Reuerendiſs. Commiſſarium, illiuſq;
„ Procuratorem ſic immiſſum inductum pacifi-
„ cè, & abſq; *aliqua moleſtia* manuteneatis, &
„ defendatis, & quouſq; illius detentores in di-
„ cto beneficio forſan intruſos, ſeu intrudendos,
„ nãm tamen a Sanctiſsimo prouiſos, realiter, &
„ cum effectu expellatis, & eijciatis, prout Nos
„ etiam tenore præſentium amouemus, ipſiq;
„ Commiſſario, ſiue eius Procuratori de omni-
„ bus, & ſingulis dicti beneficij fructibus redditi-
„ bus, & prouentibus integrè, per quos opus
„ fuerit ad effectum prædictum reſponderi cu-
„ raſſe, & mandaſſe, & a nemine ſuper poſſeſ-
„ ſionis huiuſmodi adeptione, & fructuum per-
„ ceptione moleſtari, & perturbari permiſiſſe
„ prętereа literarũ prędictarũ apoſtolicarũ exe-
„ cutione minimè retardata moneatis omnes,
„ quoſcunq; in prædicto beneficio intruſos, & in-
„ trudẽdos, &c. omneſq; & ſingulos alios in exe-
„ cutione præſentium nominãdos, & cognomi-
„ nandos, quatenus infra ſex menſes ſub prędi-
„ ctis cenſuris, & pœnis debeant, & quilibet
„ eorum debeat ab intruſione huiuſmodi, &c.

in

,, in omnibus, & per omnia ceſſaſſe, & deſiſtiſ-
,, ſe, &c. præinſertiſq; literis Apoſtolicis, &
,, præſentibus noſtris in omnibus, & per omnia
,, paruiſſe, alioqui prædictos ſic monitos, &
,, requiſitos, ſi mandatis noſtris huiuſmodi, at-
,, que monitionibus in omnibus obtemperare
,, diſtulerint, contradictoreſq; omnes, ac alios in
,, executione pręſentiũ nominandos, ac cogno-
,, minãdos citetis, quatenus, &c. Cõpareant ad
,, videndũ ſe, in has, illaſq; ſententias, cenſuras,
,, & pœnas antedictas incidiſſe, & incurriſſe
,, pronunciari, & declarari, & aliàs ad omnes, &
,, ſingulos actus, vt terminos neceſſarios gra-
,, datim vſq; ad ſententiam, ac ſententiarum,
,, pœnarum, cenſurarum prædictarum aggra-
,, uationem, & regrauationem, bracchijque
,, ſæcularis inuocationem procedi videndo, ci-
,, tatorum contumacia, ſeu abſentia in aliquo
,, non obſtante, &c. In quorum, &c.

Obtento itaq; per prouiſum Breui, & Monitorio conſtituitur à Cõmiſſario Cameræ Procuratori ad capiẽdam poſſeſsionem beneficij impetrati ipſemet impetrans, & ſic quamuis Monitorium pręcipuè detur ad inſtantiam Commiſſarij Camerę, nihilominùs principalitèr cedit ad beneficium prouiſi. *Garz. de benef. e. 3. num. 17. 18. 19. par. 6. Gonz. gloſ. 34. num.* 113. & hoc denotant verba Monitorij ibi. *Commiſſarium Camerę, illiuſq; legitimum Procuratorem, &c.* qui Procurator ſemper eſt ipſe prouiſus, & non alius.

Appoſuimus tenorem tàm Breuis, quàm Monitorij, quod quodammodo illud interpretatur, vt materia hæc exactiùs ex ipſa litera percipiatur, cuius verba, & clauſulæ more noſtro luculentiùs examinabuntur.

Patet igitur primò Breue Apoſtolicum *de capienda poſſeſſione* fundari in reſeruatione, &
quidem clara, qua deficiente ceſſat ius, & ef-
fectus Breuis. *Garz. dicto c. 3. num. 9. par. 6. Ro-*
20 *ta coràm Gregor. decis. 53. num. 6. Caual. decis. 597.*
num. 2. & coràm D. Merlino in Placentina
Parochialis 13. Ianuarij 1623. *& aliàs ſæpè,*
& propterea hodiè non conceduntur Breuia
de capienda poſſeſſione nomine Cameræ niſi cum
clauſula *Conſtito, &c.* quæ facit executorem
mixtum. *Garz. dicto c. 3 num. 6. par. 6.* adeout
21 Breue huiuſmodi exequi non poſsit ſine cita-
tione partis, licèt enim reguletur iuxta
terminum *l. ſecunde. C. de edicto Diui Adrian.*
tollen. tamen non intendit lædere ius tertij.
Rota in Toletana Cappellaniæ 30. Octobris
22 1602. *relata apud Marcheſ. de commiß. parte 1.*
fol. 349.

Vnde licèt de ſui natura habeat executionẽ
paratam communẽ cum reliquis literis Apo-
ſtolicis. *Rot. decis. 756. num. 4. parte 2. recent. &*
23 *coràm Caualer. decis. 639 num. 1.* debet tamen
prout literæ expeditæ ſub plumbo iuſtificari,
aliàs non operatur. *Rota decis. 691. num. 1. &*
24 *decis. 680. num. 5. par. 2. recent. &* in Hiſpaleñ.
beneficij 6. Nouembris 1602. coram Litta
Gonzal. gloſ. 9. in annotat. num. 257. & §. 7.
proem. num. 209. & gloſſ. ſexta num. 133.

Illud autem eſt differentia quoad hoc inter
literas ſub plumbo expeditas, & Breue, quod
in Breui, *vt dixi in principio capitis* pauca nar-
rantur, & non ſunt iuſtificanda niſi narrata
25 ſub clauſula *Conſtito, &c. Garz. dicto c. 3. nu.*
25. Pariſ. de reſignat. lib. 10. quæſt. 6. num. 25.
Clauſula verò *Conſtito* non qualificat niſi re-
ſeruationem, ſiue illa oriatur ex regula octa-
ua reſeruationis menſium, ſiue ex regula ter-
tia reſeruatoria Dignitatum, ſiue *ex c. 2. de*
præbend. in 6. ratione obitus apud Sedem, ſiuè
denique ex affectione, ſeu manus appoſitione,
26 & poſſeſſor poteſt excipere de reſeruatione in
executione Breuis, *vt* in Placentina Benefi-
ciorum 2. Maij 1603. *apud Marcheſ par. 1. fol.*
353. & Garz. vbi ſupra num. 26. & opponere
de Patronatu, qui tamen debet clarè appare-
re, cum exceptio Patronatus turbidi non re-
tardet Breuis executionem. *Rota* in Iaceñ. Pa-
rochialis 27. Iunij 1603. coram bon. mem.
27 Cardinali Pamphilio *apud Marcheſ. par. 1. fol.*
449. quod tamen debet intelligi, vt non requi-
ratur illa Patronatus probatio exacta, quæ
requireretur ad illius canonizationem: aliud
enim eſt agere ad rei probationem, & alia eſt
probatio ad effectum admittendi exceptionẽ
Rota in Aurien. Parochialis 27. Aprilis 1599.
coram Lancellotto *apud eundem Marcheſanum*
fol. 377. par. 1. & non ſolùm Breue debet iuſti-
ficari quoad narrata, & carere obreptione,
ſed immò ſubreptione etiam tacendo, quod
28 neceſſariò exprimi debebat, vtpotè ſi non
fecerit mentionem litis, quæ erat ſuper bene-
ficio. *Garz. dicto c. 3. nu. 14. & 15. par. 6. Rota* in
Vrgelleñ. Archidiaconatus 13. Aprilis 1592.
apud Marcheſ fol. 295. par. 2. & huiuſmodi Bre-
ue ſubreptitium nullum præbet iuriſdictionẽ.
Seraph. decis. 310. num. 2. etiam quod habet re-
29 lationem ad literas prouiſionis. Licèt enim
Breue per relationem ad literas prouiſionis
regulariter tribuat iuriſdictionem, nihilomi-
nùs ſi gratia principalis eſt nulla, Breue etiam
30 erit nullum. *Garz. dicto c. 3.* num. 18. & 19.

Indiget igitur iuſtificatione, quæ tota con-
ſiſtit in eo, vt verificetur clauſula *Conſtito* &
illa dicitur iuſtificata eo ipſo, quod aduerſa-
rius venit ex eadem vacatione. *Rota decis. 661.*
31 *num. 1. & decis. 639. num. 1. & decis. 580. num.*
5. par. 2. recent. Gonzal. gloſ. 9. num. 257. & ſeq.
& §. 7. proe. nu. 209. cuius tamen probatio de-
bet eſſe concludentiſsima. *Rot. apud Gregorium*
decis. 91. num. 2. & decis. 11. num. 2. & decis. 53.
32 *num. 1. vbi Annot. Beltram.* & hoc modo iuſti-
ficatum Breue mandatur executioni, *Rota* in
Salernitana beneficij 31. Ianuarij 1596. coràm
Corduba, & in Terraconeñ. Canonicatus 12.
Nouẽbris 1607. coràm Scotto *relata apud Mar-*
cheſ. par. 1. fol. 343. & tunc non admittit ap-
33 pellationem ſuſpenſiuam. *Rota deciſione 756.*
34 *nu. 4. par. 2. recent.* quibus autem caſibus appel-
lationem ſuſpenſiuam admittat, latè proſe-
35 quitur *Gonzal. gloſ. 9. in annotat. à num. 253.*

vſq;

c

v,q; ad nu. 288. vbi etiam tradit modum, quo
interim ſuperſedetur.

36 Reſcribitur igitur pro appellante cum clau-
ſula *Parito Breui*, quæ idem operatur ac clau-
ſula *Parito iudicio*. *March. de commiſſ. ap-*
37 *pell. ab exec. Breu. c. 2. num.* 103. & venit etiam
reſtitutio fructuum, & ſimplex oblatio non
ſufficit. *Seraph. deciſ. 655. per totam*, & in
hoc differt hæc clauſula à clauſula *Parito li-*
teris. Rota in Foroliuień. beneficij 10. Martij
38 1623. coràm Vbaldo, & ſi Signatura reſcri-
beret *Partito Breui arbitrio Rotæ*, quod Reſcri-
39 ptum deſtruit aliquid de rigore executionis,
nihilominùs executio nõ retardaretur, ſi Bre-
ue eſt iuſtificatum. *Rota* in Terraconenſi Ar-
chidiaconatus. 24. Nouembris 1603. coram
Iuſto *apud Marcheſ. par. 1. fol.* 305.

Et hæc de Breui iuſtificato, ſed datur etiam
caſus, in quo non impeditur poſſeſſio Cameræ
etiam Breui non iuſtificato, videlicet quando
40 capta fuit nemine poſſidente, etiam quod ad-
ſit cõtradictor, qui dicat ſe præſentatum. *Rota*
deciſ. 179. par. 4. diuerſ. vnde liquet, exceptio-
nem Patronatus non competere Patrono, ſed
Præſentato, & Inſtituto contra reſeruatio-
nem, non tamen poteſt capi poſſeſſio vigore
41 Breuis lite pendente, ſed eſt ſequeſtranda.
Verall. deciſ. 70. & 71. parte 1.

42 Quę autem tradidimus de iuſtificatione
Breuis intelligenda ſunt de Breui conceſſo ad
ſupplicationem partis, non autem conceſſo
motu proprio, quia illud non indiget iuſtifi-
43 catione, quia non habet clauſulam *Conſtito*,
& propterea non poteſt redargui de falſo. *Se-*
raph. deciſ. 388. num. 1. & in Paceń. penſionis
20. Nouembris 1609. coràm Cardinale Mar-
quemontio *apud Marcheſ. par. 2. fol.* 437. &
huiuſmodi Breue plùs operatur, quam res
iudicata. *Gonz. §. 7. proem. num.* 210.

Aduertendum autem eſt, aliud eſſe, Breue
motu proprio conceſſum non eſſe iuſtifican-
dum, & aliud eſſe, quod contra illud non
poſſit opponi de iure poſſeſſoris, quia ſi be-
neficium non ſit reſeruatum, nec poteſt cade-
re ſub regula reſeruatoria, puta quod exiſtat
de Patronatu Laicorum, poterit præſentatus,
& poſſeſſor opponere de ſua inſtitutione ex
titulo Patronatus, *vt* in Ianueń. Abbatiæ 24.
45 Maij 1624. coram Buratto. Datur enim hu-
iuſmodi Breue citra vitium ſpolij, & atten-
tatorum. *Pariſ. de reſignat. lib. 10. quæſt. 6. nu-*
46 *11. Gonzal. §. 7. proem. num.* 208.

Illud notandum, quod Breue *de capienda*
poſſeſſione nomine Cameræ expirat morte illius,
47 qui obtinuit. *Caual. deciſ. 137. num. 6. & deciſ.*
639. num. 2. quod de quo debeat intelligi, v-
trum de Commiſſario Cameræ, vel potiùs de
Prouiſo videtur poſſe dubitari, ſed intelli-
gendum eſſe de Prouiſo, patet, tum ex eo,
quod *ſupra diximus*, videlicèt Breue cedit ad
vtilitatem Prouiſi, tum quia datur ſubrogatio
48 ad Breue, idẽ *Caualer. dicta deciſ. 639. num.* 20.
quod de alio, quam Prouiſo, verificari non
poteſt, quia Commiſſarius Cameræ non ha-
bet titulum.

Et ex his ſatis remanet explicata materia
Breuis, modo attingerimus parumper Moni-
torium A.C. cui dictum Breue inſeritur, quod
Monitoriũ, *vt vidimus*, refert totidẽ ferè ver-
bis, & repetit dictum Breue, adeout quod Pon-
tifex pręcipit, & mandat A.C. ipſe A.C. pręci-
49 pit *Vniuerſis*, & primo quidẽ illicò ac ipſi ob-
latum eſt Breue, recipit teſtes ſine partis ci-
tatione, quod ei permittitur per literam Bre-
uis ibi *ſummariè* ſuper iuſtificatione clauſulæ
50 *Conſtito &c.* videlicèt deſuper eo, quod præde-
ceſſor, per cuius obitum beneficium fuit impe-
tratũ, deceſſerit de tali mẽſe (quando reſerua-
tio deducitur ex regula 8.) & quod obierit in
poſſeſſione, & tunc decernit Monitorium,
quod *vt vidimus* dirigitur *Vniuerſis, &c.* quod
51 licèt videatur præceptiuũ, nihilominùs quo-
ad poſſeſſorẽ reſoluitur in ſimplicem citatio-
nem. *Seraph. deciſ. 1044. num. 2.* quamuis *Man-*
doſ. regul. 24. quæſt. 42. nu. 4. dicat Monitorium
hoc nõ eſſe ſimplicem citationem, ſed perem-
52 ptoriam, & hoc veriùs exiſtimo, licèt enim is,
qui monitorium obtinuit, nullum ius ex eo ſibi
quæſiuerit; Iudex tamen compellit nomina-
tum ad parendum literis Apoſtolicis. *Rot. deciſ.*
636. num. 2. & 3 par. 1. recent. cui monitioni
53 ſatisfit per comparitionem. *Rot. deciſ. 520.*
54 *num. 10. par. 2. recent.* Si tamen per monitum
comparitum non fuit, vel alias Monitorium
reintegratum, hoc eſt reproductum habet vim
ſententiæ. *Seraph. deciſ. 164. num. 164. & dicta*
55 *deciſ. 636. num. 2.* Si enim reproductum non
fuerit, nihil operatur. *Rota deciſ. 454. num. 5.*
par. 1. recent.

56 Explicandus hic obiter eſt caſus in hac ma-
teria, quem habui de menſe præterito valdè
exemplaris, & multùm conferens ad notitiam
ſubiectæ materiæ.

Nuncius Colonień. contulit Simplex Leo-
dień. vacans in menſe reſeruato, vigore ſui In-
dulti Iacobo Friquellio Abbreuiatori ſuo; idẽ
hoc Simplex à Sede Apoſtolica impetrauit Æ-
gydius Libotton. vti reſeruatum, & non
comprehenſum ſub Indulto Nuncij, eo quod
diceretur excedere in valore ſummam ducat.
24. auri de Camera, ad quam ſummam re-
ſtrictum eſt Indultum, & quod exiſteret in
Collegiata, quæ beneficia in ſpecie excipiun-
tur in Indulto. Obtinuit idem Ægydius Breue
de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, quod fuit
directum A.C. & Officiali Leodień. & impe-
petrans illud obtulit A.C. qui decreuit Moni-
torium in forma, quod ſimiliter obtulit Offi-
ciali Leodień. qui illius vigore mandauit citari
Iacobum. Comparuit Iacobus coram Officia-
li, coram quo iuſtificata fuit cauſa, & fabrica-
tus integer proceſſus, & demum Officialis
pronunciauit pro Prouiſo Apoſtolico. Appel-
lauit ab hac ſententia Prouiſus à Nuncio, &
quia Prouiſus Apoſtolicus dubitabat, quod
appellatio admitteretur, eo quod non proce-

datur

datur executiuè contra habĕtem parem titu-
lum, vt prætendebat Prouiſus à Nuncio, eo
quod Prouiſus in vim Indulti Apoſtolici dici-
tur Prouiſus Apoſtolicus nō obſtante clauſula
Breui inſerta: *Non tamen a nobis prouiſis, &c.*
quia illa non excludit Prouiſum ex Indulto,
niſi dicatur *à nobiſmet prouiſis, vt* in Aqui-
lana Canonicatus ſexta Octobris 1586. co-
ràm Cardinali Blanchetto, & propterea
57 omiſſo iudicio coram Officiali produxit cita-
tionem ex decreto Officialis factam coram
Audit. Cam. à quo ſub prætextu, quòd intra
ſex menſes Prouiſus à Nuncio non comparuit,
obtinuit contra eundem ſententiam declara-
toriam, à qua per Iacobum à die habitæ noti-
tiæ appellatum, & Signatura me ſcibente
commiſit ſimpliciter cauſam appellationis,
quamuis enim dubitari poſſit, an Officialis
habuerit iuriſdictionem procedendi, & priuan-
di poſſeſſione Prouiſum à Nuncio, quam
quæſtionem tangit *Mandoſ. reg. 34. quæſt. 42.*
& relinquit indeciſam. Dicebam tamen ego,
quod licèt habuerit, ſiuè non, iuriſdictionem
Officialis, non potuiſſe condemnare Iacobum
ſub prætextu contumaciæ, & non compari-
tionis, quia Officialis mandauit citari Iacobū
coram ſe, coram quo ipſe comparuit, vnde
interpellationi ſatisfecit *Gloſſ. in Clementina
ſapè. in verbo. ad id. de verb. ſignif.* & contumaciæ
non eſt locus, niſi poſtquam declaratum fue-
rit, cui, & quomodo ſit parĕdum. *Rota* in Elo-
58 nenſi diſtributionū 11. Ianuarij 1621. coram
Dunozetto, vnde ad effectum, vt intruſus poſ-
ſit conueniri coram A.C. & ab eo cōdemnari,
debuit citari ad comparĕdum coram eodem,
non autem coram Officiali. Neque obſtat,
quòd Officialis mandauerit citari intruſum in
vim Monitorij A.C. quia cum ipſe etiam ſi-
mul cum A.C. eſſet deputatus executor in
Breui, videtur potiùs vſus iuriſdictione pro-
pria, quàm ſibi tributa per A.C. & quate-
nus etiam voluiſſet procedere, non tanquam
delegatus à Papa, ſed tanquam deputatus ab
A.C. debuiſſet tamen mandare citari intruſus
ad comparĕdum coram Nobis intra ſex menſes &c.
quę forma cum ſeruata non fuerit, Monitoriū
59 nihil operatur, & citatio illius vigore facta
euaneſcit. *Seraph. deciſ. 972. num. 5. Rota deciſ.
685. num. 3. par. 1. recent.* quod licèt commu-
ne ſit omnibus reſcriptis, particularitèr tamen
ſibi vindicat locum *de capienda poſſeſſione*, & de-
pendentibus ab eo, quia *vt diximus* eſt reſcri-
60 ptū ab alijs exorbitans. *Pariſ. de reſign. lib. 10.
quæſt. 6. num. 22. Gonzal. §. 7. proem. num. 208.*
Illud pro actuario adijciendum, quod Bre-
ue huiuſmodi conceditur aliquando cum ex-
cluſione attentatorum, quod tamen non ex-
61 cludit attentata, ob inhibitionem Rotalem.
Gonzal. gloſſ. 9. in annot. num 273. & 274.

SUMMARIUM.

Alternatiua eſt ſecunda gratia, 1
Alternatiua non conceditur niſi literis expeditis, 2.
Alternatiua eſt quidam contractus inter Papam, & & Ordinarium, 3.
Alternatiuam conceditur propter reſidentiam, 4
Alternatiua eſt fauorabilis, 5.
Alternatiua non eſt mera gratia, 6.
Alternatiua conceditur Ordinario non Collatoribus inferioribus, 7.
Alternatiua conceditur omnibus petentibus, 8.
Formula acceptationis Alternatiuæ, 9.
Alternatiua quomodo probetur acceptata, 10.
Alternatiuæ acceptatio annotatur, & regiſtratur in libro Per obitum, 11.
Alternatiuæ acceptatio probatur ex dicto libro Officialis Per obitum, 12.
Alternatiua gaudet Ordinarius poſt acceptationem, 13.
Menſis, in quo ſit acceptatio Alternatiuæ, an ſit Alternatus, 14.
Alternatiua ante acceptationem eſt voluntatis, poſt neceſſitatis, 15.
Alternatiuæ renunciatio quando incipiat, 16.
Alternatiuam acceptans non poteſt ſine ſcientia Papę redire ad quatuor menſes, 17.
Alternatiua non renunciatur per Epiſcopum tacitè, niſi Papa volente, 18.
Alternatiua ſublata, quando intret reſeruatio quatuor menſium, 19.
Alternatiua abutens Epiſcopus cadit à iure Alternatiuæ, 20.
Alternatiuæ abuſus in quo conſiſtat, 21.
Alternatiuam non amittit Epiſcopus ob non reſidentiam, 22.
Ordinarius conferens reſeruatum an cadat à iure conferendi, 23.
Alternatiuæ mentio facienda eſt in Supplicatione impetrationis, 24.
Alternatiuæ acceptatio admittitur per Datarium ſine vlla ſcientia Papæ, 25.
Alternatiua an ſit ſimplex remotio obſtaculi, 26.
Alternatiua vt gaudeat Epiſcopus, debet reſidere in principio menſis, 27.
Alternatiua vt gaudeat Epiſcopus, an in qualibet parte menſis debeat reſidere, 28.
Menſis quod ſit integralis quoad Alternatiuam quomodo intelligendum, 29. & 31.
Alternatiua an gaudeat Epiſcopus, ſi in aliquo die menſis à Diœceſi receſſerit; etiam ſi fuerit præſens à principio menſis, & de tempore vacationis, 30.
Integrè *idem eſt ac ſine diminutione, 32.*
Emphiteuta alienans rem emphiteoticam ſine conſenſu Domini cadit à Iure ſuo, etiamſi illicò recuperet, 33.
Alternatiua fundatur in reſidentia, 34.
Alternatiua inuitans ad reſidentiam non debet contrarium operari, 35.
Alternatiua Ordinarium partìm poſſe vti, & partìm non vti, quomodo ſit intelligendum, 36.
Alternatiua non gaudet Epiſcopus etiamſi reſideat niſi habeat animum reſidendi, 37.
Abſentia à Diœceſi ad effectum Alternatiuæ an aliquo modo poſſit excuſari, 38.
Abſentia voluntaria, neceſſaria, & mixta, quæ dicatur, 39.

Reſi-

Reſidentiam ad effectum Alternatiuæ, quis probare teneatur, 40.
Alternatiua poſſeſſio acquiritur vnico actu, 41.
Collatio vigore Alternatiuæ debet eſſe clara, 42.
Alternatiua comprehendit etiam beneficia ſita extra diœceſim ſpectantia ad collationem Epiſcopi, 43.
Alternatiua non comprehendit beneficia Simultaneæ collationis, 44.
Simultaneæ collationis beneficia, quæ ſint, 45.
Alternatiua conceſſa Epiſcopo prodeſt Simultaneis Capitulo, 46.
Indultum de conferendo *non comprehendit beneficia Simultaneæ collationis*. 47.
Doctori atteſtanti de conſuetudine, an & quando credatur, 48.
Conferendi ius probatur per publicam vocem, & famam, 49.
Cardinales non comprehenduntur ſub regulis Cancellariæ, 50.
Confirmans collationem dicitur conferre, 51.
Epiſcopus, & Capitulum faciunt vnum corpus, 52.
Electionem ſpectare ad Capitulum probatur ex inſtitutionibus factis per Epiſcopum, 53.
Indultum, & remotio obſtaculi non poteſt iuuare, niſi eum, ad cuius fauorem remotio inducta fuit, 53.
Cardinales fuerunt excepti in regula octaua ad tollendum dubium, 54.
Cardinales non comprehendi ſub regulis Cancellariæ eſt priuilegium perſonale, 55.
Exemptio perſonalis non poteſt extendi ad alios, 56.
Verba perſonalia præſertìm repetita excludunt omnem communicationem, 57.
Simonymorum repetitio multum operatur ad effectum declarandi enixam voluntatem, 58.
Indulti verba demonſtratiua non proſunt alteri, quàm Indultario, 59.
Collatio beneficiorum propriè quid dicatur, 60.
Prouidere, & conferre in quo differant, 61.
Indulti de conferendo *verba illa*, liberè conferre poſſis *quomodo interpretanda*, 62.
Indultorum Cardinalibus de conferendo *remouet, obſtacula, quæ obſtant Cardinalibus, vt collatio ſubſtineatur*, 63.
Clauſula Ceſſantibus reſeruationibus *ſtat affirmatiuè, non conditionaliter*, 64.
Alternatiuam ſi Epiſcopus recipiat, non poteſt Capitulum recurrere ad quatuor menſes, 65.
Alternatiua ſemel inducta, non tollitur per Indultum ſuperueniens de conferendo in ſingulis menſibus, 66.
Indultum de conferendo *eſt aliquid plus, quàm Alternatiua*, 68
Indultum de conferendo *comprehendat reſeruationem duplicem*, 69.
Regulæ octauæ quoad perſonas Cardinalium interpretatio, 67.
Similium, vel æqualium idem eſt iudicium, 70.
Prothonotarij Apoſtolici etiam non Participantes ſunt Familiares Papæ, 71.
Familiaritas tàm ficta, quàm vera attendatur ad effectum reſeruationis, 72.
Extenſio Indulti, ſiue legis eſt difficilior ad duo difformia, quàm conformia, 73.
Extenſio regulariter non fit ad diuerſa, 24.
Collatio inferioris, non eſt adeo fauorabilis, ac collatio Ordinarij, 74.
Alternatiua dictio poſita inter diuerſa non poteſt coaleſcere in coniunctiuam, 76.
Indulti generalis diſpoſitio comprehendit quamcunque reſeruationem, niſi excipiatur, 77.
Indultum de conferendo *comprehendit beneficia vacantia in Curia, ſiue apud Sedem*, 78.
Collator inferior in ſua collatione eſt ordinarius, 75.
Reſeruatio principalior abſorbet minùs principalem, 79.
Menſis eſt exprimendus in quacunque vacatione, 80.
Vrbani VIII. declaratio circa Indulta Cardinalium, 81.
Reſeruata quæ excipiuntur ab Indulto de conferendo, 82.
Sua *eſt pronomen perſonale, reſtrictum ad perſonam ſtatuentis*, 83.
Quinternus Cancellariæ vltra regulas, quæ ſunt temporaneæ, habet etiam Conſtitutiones perpetuas, 84.
Conſtitutio omnis cenſetur perpetua, niſi ſit ad certum tempus reſtricta, 85.
Reſeruatio quoad alios effectus, quàm Regulæ Octauæ, non eſt adeò exactè probanda, 86.
Status vltimus collationis ad quemcunq; effectum eſt plenè probandus, 87. *præſertim poſſidente prouiſo ab Ordinario*, 89.
Prothonotariatus ad effectum reſeruationis quomodo probandus, 90.
Lis ſemel ritè introducta, quomodo, & quando dicatur finita, 92.
Lis in beneficij impetratione ſemper dicitur eſſe ſuper titulo, 93.
Lis quando dicatur finita per rem iudicatam, 94.

CAPVT XXIX.

De gratia Alternatiuæ.

DE hac materia Alternatiuæ fuſè egerunt *Gonzal. ad regulam octauam, & Garz. tract. de benef* & nuper non pauca dedit *Lotter. in ſuo tract. de re benefic.* nihilominùs, quia & illa eſt de ſecundis gratijs (non enim conceditur Alternatiua, niſi illi, cui antea conceſſum fuit
1 ius conferendi) more noſtro eam proſequemur, quoad poſtulat, & patitur inſtitutum noſtrum, & quidem adeò Alternatiua ſupponit gratiam præcedentem, vt prioris gratiæ ad hanc ſecundam aſſequendam requiratur totalis expeditio, & Alternatiua nõ concedatur
2 niſi literis ſuper prouiſione expeditis. *Mohedan. deciſ. 3. de reſcript. Put. deciſ. 387. lib. 3. Mandoſ. reg. 27. quæſt. 16. num. 1. & 2. Rot. deciſ. 251. lib. 2. par. 3. diuerſ.*

Eſt autem Alternatiua, vt à notione nomi-
3 nis incipiamus, quidam contractus inter Pa-

,, abſentanerit in quibuſdam anni menſibus,
,, & quod per annum plùs, minuſue
,, fuerit abſens abſque fraude, dubitatum
,, fuit, an collatio beneficiorum vacantium
,, in menſibus Martij, & Septembris Epiſco-
,, po a ſua Diœceſi abſente ſpectent ad ipſum,
,, ſeu potiùs ad Papam, ſuper quo dubio con-
,, ſulta *Rota* reſpondit collationem pertinere
,, ad Summum Pontificem, cùm iſti duo men-
,, ſes, qui alias ſunt Ordinarij, vigore accepta-
,, tionis Alternatiuæ efficiantur Apoſtolici,
,, per quam acceptationem non dicitur Epi-
,, ſcopus conſequi merum priuilegium, neque
,, illa acceptatio eſt ſimplex remotio obſtacu-
,, li, ſed per conceſſionem Papæ, & acce-
,, ptationem Epiſcopi fit quædam permutatio
,, menſium, *vt per Mohedan. deciſ. 3. num. 1.*
,, *de reſcript.* quia Papa ex octo menſibus reſer-
,, uatis concedit Epiſcopo quatuor, & rurſus
,, vice verſa Epiſcopus de ſuis quatuor, di-
,, mittit Papæ duos, & ſic inter Papam, &
,, Epiſcopum initur quo ad hoc quædam
,, conuentio, ſeu quaſi contractus, vt pro-
,, pterea Epiſcopus non poſſit poſt accepta-
,, tionem abſque ſcientia, & conſenſu Papæ
,, ab huiuſmodi permutatione, & conuentio-
,, ne recedere, & dicere ſe nolle vti Alterna-
,, tiua, ſed velle ad menſes ordinarios redi-
,, re. *Puteus deciſ.* 88. *lib.* 3. *Achill. deciſ.* 2. *nu-*
,, *mero* 3. *ſuper regul. modificator. indult. Add.*
,, *ad Simonet. de reſeruation. quæſtione* 71. *num.* 5.
,, *latè Mandoſ. regul.* 18. *num.* 8. & notum eſt
,, contractus ab initio eſſe voluntatis, ex poſt
,, facto neceſſitatis. *l. ſicut. Codice de act. & obli-*
,, *gat.* & in iſtis terminis Alternatiuæ fuit re-
,, ſolutum in *cauſa* Viceñ. Præpoſituræ 4. De-
,, cembris. 1592. coram Cardinali Blanchet-
,, to aliàs ſequeretur inconueniens, nempe
,, quod ius Sedis Apoſtolicæ eſſet in incerto,
,, *vt dicitur in dicta deciſione* Viceñ. & quod eſ-
,, ſet in facultate Epiſcopi facere de Menſibus
,, reſeruatis ordinarios, & liceret eis reſiden-
,, do frui menſe Februarij, & propter abſen-
,, tiam menſe Martij, deinde poſt reditum
,, menſe Aprilis, & ſic, de alijs menſibus Au-
,, guſti, Septembris, & Octobris, quod ab-
,, ſurdum ponderauit *Rota* in Fauentina Ca-
,, nonicatus 15. Decembris 1585. coram
,, Cardinali Blanchetto *relata apud Garzias par.*
,, 5. *cap.* 1. *num.* 693. vbi etiam fuit conſidera-
,, tum, quod Alternatiua conceſſa Epiſcopis
,, ad illos inuitandos ad Reſidentiam contra-
,, rium effectum operaretur. Neque repugnant
,, deciſiones *Putei* 488. *num.* 5. & 492. *num.* 2.
,, *lib.* 2. *Creſcent.* 11. *de Priuil. Caſſador.* 2. & 3.
,, *eodem titulo*, & aliæ dicentes gratiam Alter-
,, natiuæ eſſe remotionem obſtaculi per reſer-
,, uationem octo menſium cautati, quia de-
,, clarari debent, & conciliari cum deciſioni-
,, bus *Mohedani*, & *Achillis*, & *alijs ſupra allega-*
,, *tis*, quod non ſit mera remotio obſtaculi,
,, nec ſimplex, & merum priuilegium cum
,, ſuis qualitate, & conuentione, nempe
,, quod Epiſcopus debeat reſidere, & quod ex
,, quatuor menſibus ordinarijs dimittat Papæ
,, duos illos cum Apoſtolicis permutando im-
,, mò in Alternatiua proceditur vlteriùs, quia
,, Papa expreſsè ſibi reſeruat ſex menſes Alter-
,, natos, itaut adſit etiam illa qualitas reſer-
,, uationis ſex menſium ad fauorem Papæ
,, Alternatorum, quam reſeruationem ſex
,, menſium poſſe fieri a Papa non eſt dubitan-
,, dum propter eius abſolutam poteſtatem,
,, quo fit, vt ſtatim ac acceptatur Alternati-
,, ua menſes Martij, & Septembris, de qui-
,, bus agitur ſint reſeruati Papæ, itaut ſiue Epi-
,, ſcopus reſideat, ſiue non reſideat durante ac-
,, ceptatione Alternatiuæ non poſſit ſe in illis
,, menſibus ingerere.

,, Non obſtant deducta ex *Antonio-Auguſti-*
,, *no titulo de Alternatiua*, & *Mandoſ. conſ.* 21.
,, quod per abuſum Epiſcopus amittit Alterna-
,, tiuam, & reuertatur ad quatuor menſes or-
,, dinarios, quia prædicta procedunt in ſuis ter-
,, minis ob conſenſum Papæ, nam aut volu-
,, mus, Epiſcopum conferentem in menſibus
,, Papæ propter huiuſmodi abuſum eo ipſo pri-
,, uari beneficio Alternatiuæ ita, vt non ſit
,, neceſſaria alia Papæ acceptatio, vel decla-
,, ratio, & tunc in hoc caſu adeſt conſenſus
,, Papæ ab initio in conceſſione ipſius Alterna-
,, tiuæ recedendi ab Alternatiua, & permu-
,, tatione in ipſius permutatione cum Epiſco-
,, po facta, ſecuta ipſius Epiſcopi cuntrauen-
,, tione adeò, vt Epiſcopus non poſſit amplius
,, vti beneficio huiuſmodi, abſque nouo con-
,, ſenſu, & noua acceptatione ex parte Epi-
,, ſcopi, quæ non applicantur in caſu, quan-
,, do Epiſcopus ob non reſidentiam non poteſt
,, frui beneficio Alternatiuæ, nam in hoc ca-
,, ſu nullus adeſt conſenſus Papæ, nec diſſolui-
,, tur permutatio prædicta facta in acceptatio-
,, ne Alternatiuæ, ſed tantùm ſuſpenditur il-
,, lius vſus durante abſentia, & conſequenter
,, non poteſt Epiſcopus firma remanente
,, conceſſione, & acceptatione Alternatiuæ
,, ob non reſidentiam ipſius redire ad menſes
,, in dicta acceptatione datos Papæ. Aut vo-
,, lumus etiam in hoc caſu amiſſionis Alterna-
,, tiuæ propter abuſum requiri acceptationem,
,, & conſenſum expreſſum, vel tacitum Papæ
,, *vt in dicta* Viceñ. Præpoſituræ, & tunc eo
,, magis procedunt ſupra deducta, quod E-
,, piſcopus non poteſt ab Alternatiua recede-
,, re, & ad ſuos menſes redire abſque conſen-
,, ſu Papæ.

,, Neque etiam obſtat, quod hoc modo
,, Epiſcopus ex ſex menſibus ſibi conceſſis
,, haberet tantùm duos, quia duos amittit,
,, ex quo non reſidet, cùm abſens non poſſit
,, gaudere beneficio Alternatiuæ propter ver-
,, ba *quamdiù verè, & realiter reſederint* alios
,, verò duos amittit vigore conuentionis, &
,, permutationis, vt dictum eſt initæ per ac-
,, ceptationem Alternatiuæ: nam cùm Epiſco-
,, pus mediante acceptationem Alternatiuę lu-

cretur duos Menſes ex Apoſtolicis, hoc poteſt æquiualere periculo amittendi duos ex Ordinarijs, & nihilominus ſibi imputet, vel quia Alternatiuam acceptauit, & Reſidentiam deſeruit.

Non obſtat, quod Alternatiua non habeat locum Epiſcopo abſente, propter prædicta verba *quamdiù reſederint* per quæ in *cauſa* Sulmonenſi Canonicatus 13. Martij 1583. coram bon. mem. Cantuccio fuit dictum, quod Epiſcopus amittit Alternatiuam ſtatim, ac recedit a Diœceſi, & intrat reſeruatio octo menſium, quia hoc procedit, quoad ipſius præiudicium, qui cum non adimpleat ex parte ſua non poteſt gaudere commodo permutationis, ſed non inde ſequitur quod Alternatiua ſit reſoluta, & poſſit fieri præiudicium Papæ abſque eius conſenſu ad effectum, vt Epiſcopus poſſit prouidere in menſibus ad eundem Papã vigore Alternatiuæ ſpectantibus, *vt fuit reſolutum in cauſa* Maioricenſi Canonicatus 15. Nouembris 1593. coram Card. Millino, *& prius fuerat dictum in ſupradicta* Fauentina coram Card. Blanchetto, quæ deciſiones fuerunt a DD. approbatæ recedendo ab allegata deciſione Sulmonenſi coram Cantuccio, in qua non fuerunt iſtæ rationes conſideratæ.

Prout neque obſtat, quod licet Alternatiua contineat pactum permutationis menſium intèr Papam, & Ordinarium, tamen hoc pactum ſit qualificatum illa qualitate, *quandiù apud Eccleſias ſuas reſederint* itaut ceſſante qualitate reſidentiæ videatur ceſſare pactum. Nam quamuis reſpectu Ordinarij ad effectum, vt ipſe vti poſſit beneficio Alternatiuæ pactum ſit qualificatum hac qualitate reſidentiæ, tamen reſpectu Papæ, dum in ſecunda parte conceſſionis Alternatiuæ reſeruat ſibi alios menſes, talis reſeruatio eſt pura, & non qualificata, cùm in illa non ſint addita illa verba *quandiù, &c.* quin potiùs Papa reſeruat ſibi alios menſes, vt præfertur ſcilicet modo, quo ſupra in regula, ſibi purè reſeruauit, & conſequenter pactum reſpectu Papæ ſibi alios ſex menſes reſeruantis non eſt qualificatum, ſed purum, & ratio diuerſitatis eſt, quia cum regula incipiat a reſeruatione pura octo menſium, dum poſtea limitat reſeruationem, requirit qualitatem reſidentiæ ad inducendum Ordinarios ad reſidendum, nam contemplatione reſidentiæ Papa concedit Alternatiuam, dum verò alios ſex menſes ſibi reſeruat, tunc non repetit eandem qualitatem, quæ facultas Papæ non debet pendere a beneplacito Ordinariorum, reſidentium, vel non reſidentium. Neque propterea poteſt dici pactum claudicare ſtante conſenſu Papæ cum hac qualitate, & acceptatione Epiſcopi cum eadem qualitate, & ſic accedente conſenſu vtriuſque. *l. ſicut. Codice de act. & obligat.*

Hactenus deciſio, qua nihil doctius, rationabilius, & abſolutius, & cum iuxta inſtitutum noſtrum hæc materia omninò explicanda eſſet, libuit afferre integram deciſionem loco interpretationis, ſiue Gloſſæ etiam fortaſsis ab alijs allatam, vt lector illam habeat præ oculis, & ex illa habeat omnem diſcurſum, quem ego facere potuiſſem, vtpotè quod reſpondit ad omnia obiecta, & quidem ea diluit, vt legenti non remaneat ſcrupulus; Nihilominus opinio, quam illa aſſerit, nempè quod Ordinarius poſt acceptationem Alternatiuæ abſens à ſua diœceſi non redeat ad ſtatum primæuum ante acceptationem itaut poſſit conferre in quatuor menſibus, ſed ex his amittat duos viſa eſt *Rota* ſubſequentibus temporibus dura, proinde videtur ab hac deciſione diſceſsiſſe, vel certè eam moderaſſe *in cauſa* Paduana Prioratus 18. Maij 1611. coram Pirouano, quam pariter ſubijciemus, quia longè melius me, verbis ſuis lectorem reddet ſatiſfactum.

Quoad reſeruationem fuit reſolutum gratiam non eſſe iuſtificatam, nam & ſi præſuppoſita Alternatiua, quam Epiſcopum Paduanum acceptaſſe dignoſcitur, collatio Prioratus, de quo agitur, ſecundum illius vacationem in menſe Septembris ob mortem R. P. D. Philippi Strozzi vltimi poſſeſſoris ſpectabat ad Sanctiſsimum, & quæ ſiue per abuſum, ſiue ratione abſentiæ Epiſcopi non cenſetur reſoluta in præiudicium Papæ alio non apparente ſecundùm terminos, & rationes, *quas Rota conſiderauit* in Sulmonenſi Alternatiuæ 14. Maij 1610. coram R.P.D. Lancellotto.

Tamen quia accedente conſenſu tacito, vel expreſſo Alternatiua in caſu abſentiæ poteſt reſolui ad effectum, vt Epiſcopus ad Ordinarios menſes redire poſſit, & conſenſus ex deductis per Epiſcopum videbatur probatus, deſcenderunt in eam ſententiam DD. menſem Septembris non ſubiacere reſeruationi, & conſequenter gratiam Reuerendiſsimi Archiepiſcopi Firmani, non iuſtificari.

Et primo quidem, quod nedum per expreſſum, ſed etiam ex tacito Papæ conſenſu ab Alternatiua recedatur, videntur admittere omnes iuris regulæ, quia tacitum, & expreſſum procedunt ex eadem potentia cauſæ efficientis *ſecundum Bald. in l. tertia. ff. de teſtamentaria tutel.* ergo idem debet operari, & pro hoc ſunt *textus expreſſi in l. de quibus. §. final. ff. de legibus in l. cùm quid ff. ſi cert. pet. & in l. triticum ff. de verborum obligationibus, & Surdus late comprobans conſil. 355. num. 16. lib. 3.* & hoc ipſum præſupponitur in *cauſa* Viceñ. Præceptoriæ 14. Decembris 1592. coram Blanchetto, *& in allegata* Sulmoneñ. Alternatiuæ ibi, *& conſenſum, vel tacitum Papa,* & meritò quia conceſsio Al-

terna-

ternatiuæ denominatur in dicta Sulmoneñ. quaſi contractus, & permutatio menſium, à quo de tacito conſenſu partium receditur. *l.2. l. ab emptione ff. de pact. Curt. Iun. in l. ſi diuerſa nu. 2. ſ. de tranſ.*

Non obſtat quod acceptatio Alternatiuæ requirat de ſubſtantia ſcripturam ex diſpoſitione eiuſdem Regulæ octauæ, tum quia ſcripturam contemporaneam in actu acceptationis adhibenda erat, ibi *acceptationem huiuſmodi per literas patentes manu propria ſubſignatas*, tum quia priùs erant ſubſignandæ patentes literæ, ibi *tunc demum, & non antea*, & conſequenter ordo datus in regula, quæ omnia ſunt ſigna formæ inductiuæ ad ſubſtantiandum actum acceptationis gratiæ, *vt latè probauit Felin. in cap. cum dilecta. num. 6. in 4. & 6. ſigno de reſcript.* vnde, ſi ſcriptura fuit de ſubſtantia acceptationis, eadem & in reſolutione interuenire debebat, adeoquod conſenſus tacitus non ſufficiat. *Anch aran conſil. 351. Dec. in l. nihil tam naturale. numero tertio de regulis Iuris. Decian. conſil. 64. num. 3. lib. 3.* qui dicunt, ſi in probando contractu requiritur Scriptura ex forma ſtatuti, in reprobando etiam erit pariter neceſſarium inſtrumentum.

Nam fuit dictum, quod in huiuſmodi conuentione, & quaſi contractu regularitèr Scripturam non requiritur de ſubſtantia actus, tum quia non ſunt de enumeratis *in Gloſſ. in verbo in ſcriptis in cap. primo de cenſur. in 6. & in. l. contrahitur. ff. de pignorationib.* tum quia priuilegium ità qualificatum non originatur Scriptura de neceſſitate, ſed de conſenſu Sanctiſſimi, & acceptantium Alternatiuam; propterea ſi in regula mentio interuenientis Scripturæ fiat, id cauſa facilioris, & firmioris probationis, & ex aduerſò neceſſitate factum videtur, quod exinde in reuocatione non eſt neceſſarium, *vt declarat Bart. in l. haeredes palam. §. ſi quis poſt. ff. de teſtam. Dec. in regul. nihil tam naturale. num. 5. Decian d. conſ. 60. num. 30. lib. 3.*

Actus autem poſitiui inferentes mutuum conſenſum videbantur releuantes, nam primò datur in Summario prouiſio, per quam Papa contulit Simplex beneficium Paduanum vti vacans in menſe Martij 1608. cum narratiua, quod Epiſcopus Paduanus illud hactenus non contulerat, ſignum euidens, quod Sanctiſſimus præſupponit Epiſcopum Paduanum non gaudere Alternatiua, ex quo Martius ſecundùm regulam non eſt de collatione Epiſcopi, & tanquam conſenſus ex neceſſitate, & natura actus elicitus ſolet æquipollere expreſſo. *l. quod cum quid. ff. ſi cert. petat. l. interdum. ff. de verb. obligat. Card. Mantica de ambiguit. lib. 1. tit. 5. nu. 3.*

Dantur, & aliæ prouiſiones Apoſtolicæ ob vacationem ſecundum Alternatiuam pro Epiſcopo, videlicet duę de mēſe Aprilis 1606. & aliæ de menſe Auguſti, & poſtrema de eodem menſe anni ſequentis 1609. quæ omnes continent ſimplicem narratiuam reſeruationis menſis, omiſſa mentione Alternatiuæ, vel abſentiæ Epiſcopi, & tamen quando Papa prouidet de beneficijs poſt acceptationem Alternatiuæ in menſibus alternatis pro Epiſcopo, tunc fit mentio Alternatiuæ in literis, & quod Epiſcopus ea non gaudet propter abſentiam, vt in exemplis, quæ dantur *num. 7.* Pro Epiſcopo autem dantur duæ collationes iuxta vacationem in menſe Martij 1607. 1610. qui ſunt Ordinarij ex quatuor dimiſſis per regulam octo menſium, atque ita cum ad inuicem actus ſeparati, & nomine proprio facti reperiantur, mutuum conſenſum ad diſſolutionem Alternatiuæ inferrè videntur tanquam ex actibus poſitiuis conuentioni repugnantibus. *Roman. conſil. 205. num. 3. & latiùs conſil. 418. numero primo, & 2.*

Non obſtat quod Papa prouiderit de deuoluto ad petitionem Oratorum conſiderando modum vacationis, non autem effectum veritatis, quæ non pendet ab expreſſione literarum, ſed à iuſtificatione gratiæ, & conſequenter declarare non poteſt mentem Papæ, quia fuit dictum narratam fuiſſe deuolutionem in ſupplicatione, & quod beneficium vacauerit in menſe Martij, quod ſufficere videtur ad excludendas exceptiones circa defectum intentionis.

Non obſtat, quod aliàs prouiſiones in menſe Aprilis, & Auguſti Epiſcopo abſente, & Alternatiua gaudente ex eadem regula ad Papam ſpectent *iuxta terminos allegata deciſionis* Sulmoneñ. & conſequenter ex his eliciatur, potiùs vſus proprij Iuris quam conſenſus contrarium. Nam pro reſponſione dicebatur contractus ſuaderi per exempla, quæ dantur *numero 2.* quibus exprimitur modus reſeruationis; demum fuit etiam conſideratum prædicta poſſe roborari, quia Epiſcopus abfuit de ordine Sanctiſſimi Domini Noſtri, vt in Copia Breuis, quæ datur ex qua ſcientia faciliùs ad conſenſum, inferri poteſt, & ceſſare videtur illa ſuppoſitio fraudis conſiderata *in allegata* Sulmoneñ. &c.

Hæc deciſio videtur potiùs velle interpretari deciſionem Sulmoneñ. quàm eam reuocare, ſed re vera ab ea penitus recedit, nam illa, *vt vidimus*, expreſſè firmat Epiſcopo inſcio Papa, & ſuo marte non poſſe recedere ab Alternatiua, & propterea inducit conſenſum tacitum Papæ, ex quo reſultet renuntiatio Alternatiuæ pariformiter, ac ex conſenſu expreſſo, cum taciti, & expreſſi ſit eadem ratio, & hoc ait præſupponere deciſionem Sulmonenſem, & probat multis iuribus deductis ex eo quod Contractus tacite iniri poſſunt, & reſcindi.

Verum quoad deciſionē Sulmoneñ. illa non

ſupponit, neque admittit ab Alternatiua ta-
citè poſſe recedi, nam in §. *Non obſtant deducta*
ex Antonio Auguſtino &c. in fine per modum
argumentationis dicit, *ſiue dicatur per taci-*
tum conſenſum ab Alternatiua recedi poſſe, ſiue
non, Epiſcopus vtroque caſu amittit ius conferen-
di in menſibus Martij, & ſequentibus, &c. qui mo-
dus loquendi non admittit, aut ſupponit aſ-
ſumptum, ſed potiùs innuit contrarium; quo
verò ad iura allegata pro tacito conſenſu non
videntur applicari, neque enim verſamur in
ſimplici contractu, vel quaſi, ſed in terminis
quaſi contractus initi, non inter pares, ſed
inter Superiorem, & inferiorem, & ſic iun-
cto cum aliquali gratia, itaut Alternatiua
non ſit mera gratia, neque purus contractus,
ſed aliquid conflatum ex illis duobus, *vt dixi*
ſupra num. 6. & dictæ deciſiones non conſi-
derant, & proinde Epiſcopus, qui non ſolùm
eſt contrahens, ſed etiam gratiatus, non
poteſt allegare pro ſe abuſum, & receſſum
ab Alternatiua poſt eius acceptationem, niſi
18 Papa volente, & declarante. *Gonzal. Gloſſ. 56.*
num. 114. vbi notanda verba, *Papa volente &*
declarante, quod non fit per diſſenſum taci-
tum, & proinde concluſio illa, quod Alterna-
tiua ſublata intrat reſeruatio quatuor men-
19 ſium, debet intelligi ſublata per voluntatem,
& declarationem Papæ. *Gonz. Gloſſ. 57. nu. 4.*
Et ſimiliter alia concluſio, quod Epiſcopus
abutēs Alternatiua cadat à iure Alternatiuę,
20 non infert, quod detur illicò regreſſus ad
quatuor menſes, ſed *iuxta deciſionem Sulmonen-*
ſem quod pro illa vice non poſſit conferre in
menſibus Martij, & Septembris, & propterea
ſunt diuerſi termini *Epiſcopus per abuſum Al-*
ternatiuæ eam amittit, Et ſublata Alternatiua fit
regreſſus ad quatuor menſes. Nam hoc ſecun-
do caſu procedit, *quod dixi ſupra ex Gonzal.*
Gloſſ. 56. num. 114. requiri voluntatem, & de-
clarationem Papæ; quò verò ad primum ter-
minum procedunt, quæ tradit *idem Gonzal. di-*
cta Gloſſ. 56. num. 119. & ſeqq. nempè per re-
gulam declarari à principio, Epiſcopum
amittere ius Alternatiuæ per abuſum *iuxta*
terminos deciſionis Sulmonenſis.

Videamus modo, in quo conſiſtat iſte abu-
ſus Alternatiuæ, vtrum in abſentia Epiſcopi
à ſua diœceſi, vel potiùs in collatione per eum
facta in Menſe ſibi non tangente. Primo ca-
ſu non poteſt dici abuſus, ſed potiùs non vſus,
qui non comprehenditur ſub regula, expri-
mente abuſum tantùm.

Abuſus igitur Alternatiuæ pœnam indu-
cens conſiſtit in eo, quod Epiſcopus conferat
21 in menſe vigore Alternatiuæ reſeruato. *Gon-*
zal. vbi ſupra nu. 120. & ſeqq. vtpote ſi abſens
à diœceſi velit conferre in menſe Martij, ſiue
Septembris, & tunc amittit vſum Alternati-
uę ob contrauentionem, & ſpretum *ad tradi-*
ta per Gonzal. Gloſſ. 43. num. 106. & ſeqq. & di-
citur in dicta Sulmonen. Nam alius abuſus Al-
ternatiuæ non Reſidentiæ Epiſcopi non pri-
uat eum Alternatiua, *vt dixi*, ſed tantùm fa-
cit, quod pro illa vice non poſſit conferre.
22 *Garz. par. 5. cap. 1. num. 507.* hic enim ſecun-
dus abuſus conſiſtit in negatiua, nempe in
non adimplemento conuentæ Reſidentiæ.
Prior verò in expreſſa, & poſitiua contrauen-
tione, immò & ſpretu, & propterea proce-
dunt iura allegata *per Gonzal. dicto num. 19.* ve-
rùm eſt aduertendum, quod tam *deciſio Sul-*
monenſis, quàm *Paduana* ſupponunt Epiſco-
pum abſentem amittere per abuſum Alter-
natiuæ ius conferendi in menſibus Martij, &
Septembris, ſed quid ſi præſens conferat in
dictis Menſibus? an tunc cadat à iure confe-
rendi, adeo vt non poſſit in poſterùm con-
ferre in dd. menſibus, niſi renuntiatione Al-
ternatiuæ per Papam acceptata, vel certè de
nouo Alternatiua conceſſa, à qua per abu-
ſum *diximus*, Ordinarium cecidiſſe? ratio dif-
ficultatis eſt, quia firmauimus per abſentiam
à diœceſi Ordinarium non amittere ius Al-
ternatiuæ abſolutè, ſed tantummodo colla-
tionem durante abſentia, eamque per Reſi-
dentiam recuperare, verùm idem dicendum
in caſu præſentiæ, quæ benè poteſt operari,
quod Epiſcopus rediens ad Reſidentiam g[illegible]-
deat Alternatiua, non tamen poteſt red[illegible]us
eum habilitare ad conferendum, ſi ipſe contra
ſuam acceptationem contulit in menſe reſer-
uato Papæ *per rationes allatas à Gonzal. dicta*
Gloſſ. 43. nu. 110. & ſeqq. quæ applicantur tam
præſente, quam abſente Epiſcopo.

Et in vniuerſum, quod Ordinarius confe-
rens in menſe reſeruato cadat à iure vt in po-
ſterum nequeat conferre, conſului in Data-
ria in vna Arboreñ. vbi Archiepiſcopus Ar-
boreñ. contulerat beneficium reſeruatum,
vnde arguebam eum eſſe priuatum facultate
in poſterum conferendi, quia Ordinarij (vt
legitur in formula Profeſſionis Fidei, quam
emittunt ante adeptionem Epiſcopatus) ex-
preſsè iurant *reſeruationis ſeruabo*, cui iuramen-
to contrauenire non poteſt in præiudicium
Papæ hac lege Eccleſiam concedentis, & in
ſpecie adeſt Conſtitutio Gregorij XIII. annul-
lare collationes factas contra tenorem con-
cordatorum Germaniæ, & inhabilitans Or-
dinarios ad conferendum in poſterum, quæ
Conſtitutio, licèt non diſponat generaliter,
ſed tantùm in terminis concordatorum, nihi-
lominùs ratio eſt vniuerſalis, & quoad præ-
ſentem materiam conuincit, quia concorda-
ta Germanis quoad Collatores nihil aliud cō-
23 tinent, quàm Alternatiuam conferendi in
menſibus alternatis. Verum quidem eſt, quod
ad hunc effectum reſeruatio debet eſſe clara,
vt Gonzal. dicta gloſ. 56. num. 119. & ſeq. vbi
etiam declarat, an Ordinarius, vt dictum eſt,
contraueniens cadat à iure conferendi ipſo
iure, vel declaratoria requiratur, quæ non
repeto cum luculenter ab eo ſint tradita.

Concludo igitur, non poſſe per Ordinarium
recedi ab Alternatiua ſine ſcientia Papæ, &
con-

conſenſum tacitum non ſuffragari, ſed requiri ſcripturam ea ratione, quod reſtitutio ad ius conferendi amiſſum per abuſum eſt noua gratia, & gratia Principis, *vt ſæpiùs aſſumpſimus*, per ſcripturam probari debet, & ita cenſeo non obſtante deciſione Paduana, cuius rationes non videntur conuincere ex ſupra deductis, vbi oſtendimus Alternatiuam non eſſe neque purum contractum, neque purum priuilegium, ſed quid compoſitum ex vtroque, & quatenus contractus proculdubio ſufficit tacitus conſenſus pro reſciſsione, ſed quatenus priuilegium requirit ſcripturam.

Crederem tamen, quod non eſt omninò neceſſe ad effectum, vt dicatur receſſum ab Alternatiua requiri ſpecificam renunciationem, & acceptationem renunciationis, ſed ſcripturam, ex qua perneceſſe inferatur ad ſcientiam Papę, qualis videtur Breue conceſſum Epiſcopo Paduano de non reſidendo conſideratum *in deciſione Paduana in fine*. Nam ex iſto Breui neceſſariò colligitur ſcientia Papæ, quod Epiſcopus ob defenſionem iuris Eccleſiaſtici erat neceſſario abſens à ſua Eccleſia, & quòd propterea non poterat gaudere beneficio Alternatiuę. Neque rationabile erat, quòd Epiſcopus, qui propter defenſionem iuriſdictionis Eccleſiaſticæ non poterat ob impedimentum Principis Sęcularis reſidere, etiam vltra huiuſmodi incommodum priuaretur iure conferendi in ſuis quatuor menſibus, vnde licèt Breue facultatiuum de non reſidendo non cõtineat ſpecificam admiſſionem renunciationis Alternatiuæ, continet tamen neceſſariam interpretationem Papam ſciuiſſe, & admiſiſſe, quod non contingit in collationibus *in dicta Paduana* conſideratis, nàm collatio Epiſcopi gaudentis Alternatiua de menſe Martij, non probat conſenſum Papæ, ſed potiùs contrauentionem Epiſcopi, quam *oſtendimus*, nihil operari.

Quo verò ad collationes Apoſtolicas in
menſe Augusti vltra quod ſunt de deuoluto,
nulla fit in ijs mentio de Alternatiua, prout
24 eſt neceſſarium ad effectum, vt Papa dicatur
habere illius notitiam, & hic eſt Stylus adeo-
ut ſi in ſupplicatione expreſſum fuiſſet Epi-
ſcopum Paduanum gaudere Alternatiua, &
obitum contigiſſe in menſe Augusti, Papa non
contuliſſet, ſaltem ex hoc capite, ſed vel ex
capite deuolutionis, vel ex capite abſentiæ
Epiſcopi à ſua Diœceſi, quia tunc per illam
expreſſionem Papa habet ſcientiam de Alter-
natiua, quàm alias non haberet, cùm, *vt no-
tauimus in principio huius capitis*, acceptatio
25 Alternatiuæ dirigatur Datario, & ille eam
iuxta præſcriptum regulæ octauæ admittit ſi-
ne vlla ſcientia Papæ, itaut Datarius in hac
materia ſit Inſtitor Papæ habens mandatum
generale contrahendi, & propterea hoc fun-
damentum deciſionis non ſubſiſtit, & nihilo-
minùs fuit confirmata hæc deciſio ſub die
5. Decembris 1614. *quæ eſt deciſ. 608. par. 3. recent.* quę tamen agnoſcit hanc difficultatem, & propterea confugit ad obſeruantiam interpretatiuam *ſub num.* 8. vbi dicit quod regula octaua ante deciſionem Sulmonenſem fuit ſemper interpetrata, vt per abuſum Alternatiuæ cenſeatur regreſſum ad quatuor menſes, de qua *in deciſ. Paduana* contigiſſe, antequam emanaret deciſio Sulmonenſis, & ſic de tempore dum vigeret contraria interpretatio.

Verùm & hoc fundamentum non videtur ſubſiſtere, nam deciſio Sulmoneñ. allegat *deciſionem* Viceñ. præceptoriæ coràm Blanchetto, *& alias praecedentes* pro ſe, & ſua interpretatione, & ſic non eſt verùm, quod ante deciſionem Sulmonenſẽ vigeret interpretatio contraria: quapropter *Rota* poſtea denuò redit ad opinionẽ firmatam in deciſione Sulmonenſi videlicèt in *vna* Papienſi Beneficij 10. Aprilis 1617. coram Martino Andrea, quæ licet ſit valdè prolixa, tamen quia ponit vltimum ſtatum neceſſe eſt, vt eam præ oculis ponamus.

„ Præſuppoſito quod Epiſcopus Papienſis eſ-
„ ſet in poſſeſſione conferendi beneficia ſuæ
„ Diœceſis vigore Alternatiuæ acceptatæ, &
„ quod fuerit abſens à ſua Diœceſi per aliquot
„ menſes, & in principio menſis Aprilis ad
„ eam redierit die 10. vel 11. dicti menſis. &
„ quod 14. eiuſdem extra Romanam Curiam
„ vacauerit beneficium ſimplex Canonicatus
„ nuncupat. Plebis Cairi Papieñ. Diœc. Epi-
„ ſcopo iam reſidente, & præſuppoſita proui-
„ ſione Apoſtolica dictus beneficij vigore regu-
„ læ octauæ facta in perſonam Ioannis Baptiſtę
„ Haldini, & præſuppoſita prouiſione Ordina-
„ rij eiuſdem beneficij facta vigore dictæ Alter-
„ natiuę in perſonam Ludouici Summalchi, fuit
„ me proponente dubitatum, an collatio huiuſ-
„ modi beneficij ſpectauerit ad Papam, vel ad
„ Epiſcopum, quo dubio ſæpiùs propoſito, &
„ maturè diſcuſſo tandem ſub die 10. Aprilis
„ 1617. *Rota* cenſuit collationem ſpectaſſe ad
„ Papam. Ratio deciſionis fuit, quia licèt be-
„ neficium vacauerit in menſe Aprilis Epiſco-
„ po tunc reſidente, qui menſis vigore Alter-
„ natiuæ ſpectat ad Ordinarium, attamen cum
„ Epiſcopus in principio menſis fuerit abſens
„ ceſſauit commodum Alternatiuæ ad eius fa-
„ uorem, & fuit acquiſitum Ius Papæ, ita vt to-
„ tus menſis fuerit ei reſeruatus, vt per bonas
„ rationes fuit firmatum *in deciſione* Fauentina
„ Canonicatus 16. Decembris 1585. coràm bo.
„ mem. Cardinali Blanchetto, quam *Rota* in-
„ concuſsè ſecuta fuit in pluribus cauſis, *& ſi-
„ gnanter* in Elneñ. Beneficij 22. Maij 1599. co-
„ ram Illuſtriſſimo Millino, *&* in *eadem cauſa*
„ 30. Octobris 1602. coram Illuſtriſſimo Ludo-
„ uiſio, *&* in Segobieñ. beneficij 26. Maij 1604.
„ coram bon. mem. Iuſto prout latiùs, & ple-
„ niùs examinato articulo eandem deciſionem
„ approbauit in Salamantina beneficiorum de
„ Almenara 20. Iunij 1605. coram R. P. D. Man-
„ zanedo, & ab ea non receſſit, immò expreſsè

con-

confirmauit in Sulmonen. Alternatiuæ 14. Maij 1610. coram Illuſtriſſimo Lancellotto quicquid in hac vltima tota vis argumentorū ad euertendam illam primam tot propugnaculis ſeptam, ac munitam per informātes pro Somaſcho fuerit conſtituta.

Quod autem menſis Aprilis fuerit reſeruatus ab initio viſum fuit nō poſſe dubitari, quia Regula octaua habet duas partes; In prima parte Papa reſeruat ſibi octo menſes, quorum vnus eſt Aprilis, ad effectum cōferendi beneficia in eis vacantia, vt patet ex Rubrica, quæ ſic cantat, *Reſeruatio menſium Apoſtolicorum*, & cum habeat orationem perfectam, etiamſi non incipiat per *Vt*, vel *Ne*, dicitur continere ius commune, & poteſt allegari ad deciſionem cauſarum. *Felin. in principio Rubricæ vt lit. non conteſtat. Euerard. in loco à Rubric. num. 3. verſ. Immò quod plus eſt*, adeò quod Papa licèt in nigro reſeruet ſuæ diſpoſitioni omnia beneficia in ſingulis ex octo menſibus vacatura, atque ita reſeruet beneficia, & non menſes, attamen, ex quo rubrum vt generalius nigro, debet illud ampliare, & ſic non ſolùm beneficia, ſed etiam menſes Papa reſeruare voluerit. *gloſ. in l. 1. & ibi Bart. C. de capt. lib. t 1. cum alijs per Euerardum, vbi ſupra num.* 11. quid autem contra, & in noſtris terminis quod regula de octo ſit reſeruatoria menſium *tradit Put. dec. 53. lib. 2. & dec. 495. nu. 3. & dec.* 507. *per tot. eod. lib. Achil. dec. 1. ſuper reg. reſeruatoria octo menſium*, & pro indubitato *tenuit Rota in illa Fauentina, & alijs vbi ſupra*. In ſecunda verò parte in verſ. *inſuper* Papa concedit Epiſcopis facultatem conferendi in ſex menſibus alternatis, quamdiù apud ſuas Eccleſias, aut Diœceſes reſederint non obſtante reſeruatione, quæ reſeruatio non tollitur per conceſſionem Alternatiuæ, ſed Alternatiua operatur, vt Ordinarius poſſit conferre in menſe reſeruato remanente natura ipſius reſeruationis, quæ propterea non ceſſat *iuxta deciſionem Caſſadori 8. num. 10. de præbend.* quam in iſtis terminis ſecuta fuit Rota in Tuden. Canonicatus 21. Aprilis 1570. coram bon. mem. Cardinali Lancellotto ſeniore, & in cauſa Oueten. beneficij 30. Iulij 1610. coram Reuerendiſs. Domino meo Decano, & quod reſeruatio non tollatur per Alternatiuam Epiſcopo conceſſam, & ab eo acceptatam *fuit ſine difficultate reſolutum* in Eluen. beneficij S. Saluatoris 30. Octobris 1602. coram Illuſtriſſimo Ludouiſio.

Hinc Domini inferebant quòd nō reſidēte Epiſcopo in aliquo ex quatuor menſibus ſibi à Papa mutuatis, ſi cōtingat caſus vacationis, Papa non confert iure deuoluto, ſed ex titulo primæuo reſeruationis, quia cum dicta Alternatiua non tollat reſeruationem, ſed illa remanente aperiat viam prouidendi de reſeruato ſub illa tamen conditione, & qualitate reſidendi, ceſſante reſidentia ceſſat effectus Alternatiuæ, & conſequenter non intrat deuolutio, ſed reſeruatio, quia ſemel reſeruatum ſemper durat reſeruatum *vt in puncto arguit Caſſador. vbi ſupra, & Rota in illa Oueten.* quod etiam comprobatur ex Stylo Cancellariæ, quæ in caſu iſto dat expeditionem tanquam de reſeruato vigore reſeruationis octo menſium, vt in fide Reuerendiſs. Dominorum de Parco maiore, qui Stylus in hac materia attendendus eſt, cùm declaret mentem Papæ. *Caſſad. dicta deciſ. 2. num. 4. verſ. & iſte ſtylus, & deciſ. 3. num. 3 ad fin. verſ. pro qua interpretatione de reſer. Mandoſ. in proem. Regular. quæſt. 2. num. 3. & fuit dictum* in Iuuenacen. Archipresbyteratus 26 Iunij 1591. coram bo. mem. Cardinali Pamphilio, vbi quod ſtante communi curſu, & Stylo Cancellariæ ceſſat omnis difficultas, & in propoſito etiam *fuit conſideratum* in Paduana Prioratus 18. Maij 1611. coram R.P.D. meo Pirouano.

Nec placuit reſponſio *ad deciſionem Caſſadori, & Rota* in illa Tuden. quod loquatur attenta opinione antiqua, neque quod Alternatiua eſſet ſimplex remotio obſtaculi, non ſecundum opinionem modernam, quòd excedat ſimplices terminos reſeruationis obſtaculi, & per eam dicatur initus quidam permutationis cōtractus inter Papam, & Epiſcopum, *de qua latè in* dicta Sulmonen. Alternatiuæ coram Illuſtriſſimo Lancellotto, quia & antiquo tempore vigebat eadem opinio, quòd Alternatiua non eſſet mera, & ſimplex remotio obſtaculi, ſed quaſi contractus, & quod tunc, prout hodiè, fiebat hæc menſium præmutatio inter Papam, & Epiſcopum. *Mohedan. deciſione 3. num. 7. de reſcript. Achill. deciſ. 2. ſuper reg. modificatoria Indulti Put. deciſ. 88. lib. 3.* per quas deciſiones debent declarari, & concordari aliæ, quæ dicunt gratiam Alternatiuæ eſſe remotionem obſtaculi cauſati per reſeruationem octo menſium, *ad text. in l. non eſt nouum. cum duabus ſeq. ff. de legibus, & cap. Cum expediat. de elect. in 6. & in terminis fuit dictum in eadem Sulmonenſi*.

Præterea aliqui, ex Dominis cenſebant multùm referre quid veniat in huiuſmodi cōtractu permutationis, quia licèt Papa, ex octo mēſibus reſeruatis cōcedat Epiſcopo quatuor, & vice verſa Epiſcopus de ſuis quatuor dimittat Papæ duos, illa tamen conceſſio de reſeruatis non fit quoad proprietatē. Sed ſolùm vt ita dixerim quoad vſumfructum, proprietate ſcilicet remanente penes per Papam, itaut illi quatuor menſes propriè dicātur ipſius Papæ. *l. rectè dicimus. ff. de verb. ſignif.* vbi Iuriſconſultus ait, rectè dici eum fundum totum noſtrum eſſe, etiamſi vſusfructus alienus ſit. *l. Maurus §. penul. ff. de leg. ſecundo. gloſ. in l. 4 ff. de vſu fructu. Bart. & DD. in l. qui vſum fructū. ff. de verb. oblig. Pinell. in l. 1. 3. par. num. 4. verſ. atq; ita C. de bon. matern.* & vt propriùs loquamur, Papa non concedit menſes Epiſcopo, ſed facultatem conferendi in mēſibus, & hæc dicitur Alternatiua, quæ quoad proprietatem ſpectat

ad

ad Papam, ad Epiſcopũ quoad vſum, quandiù reſederit, vt ſunt verba expreſſa regulæ, *& diſtinxit Rota in illa Sulmonen.*

Quamuis igitur *in dicta deciſione Mobedani 3. de reſcript.* & *in aliquibus antiquis, quàm modernis deciſionibus, & in ipſa eadem Sulmonenſi* dicatur fieri hanc menſium permutationem, & vulgò menſes alternati pro Epiſcopo dicantur Ordinarij, hoc tamen non propriè, & reſtrictiuè, ſed largè, & demonſtratiuè accipiendum eſt, quod non mirum videri debet, quòd ipſę etiam leges, & antiqui Iuriſconſulti proprietatis impropriè, & abuſiuè, & vt Græci dicunt καταχρηστικῶς aliquãdo fuerint locuti. Vulpian. *in l. 2. § 1. ff. quemad. teſtam. aper. Teſtamentum*, inquit, *propriè illud dicitur, quod iure perfectum eſt, ſed abuſiuè teſtamenta quoque appellamus ea, quæ falſa ſunt, vel iniuſta, vel irrita, vel rupta.* Iulius *in l. fideiuſſor obligari. §. Fideiuſſor ff. de fideiuſſor. nàm licèt minus propriè debere dicantur naturales debitores: per abuſionem intelligi poſſunt debitores, &c.* Papianus *in l. inter liberos ff. ad l. Iuliam de adulter.* vt in Florentina rectiùs, quam in Norico. *Lex Iulia Stuprum, & adulterium promiſcuè* καταχρηστικῶς *appellat, ſed propriè adulterium in Nuptam committitur; Stuprum verò in Virginem, Viduamue committitur.* Caius *in l. licet. 58. ff. de verb. ſignif. licet inter geſta, & facta videtur quædam eſſe ſubtilis differentia, attamen* καταχρηστικῶς idest abuſiuè *inter factum, & geſtum nihil intereſt.* vbi rectè declarantur *Alciat. & Rebuff. idem Alciat. lib. 2. diſpun. cap. 26. Bud. & Cuiat. in l. inter liberos. ff. de adult.* ergo nó oportet ſyllabas aucupari, neque deciſionum verba captare, ſed qua mente quid dicatur in eis aduertere. *l. penul. ff. ad exhib. l. ſcire leges. ff. de legibus. c. Intelligentia. de verb. ſignific.* mens itaq; & ſenſus illarum deciſionum, & vſus loquendi eſt; quod menſes quatuor alternati, quos accepit Epiſcopus, ſunt, & remaneant Papæ, quoad proprietatem, non quoad vſum durante reſidentia Epiſcopi, non tamen vſus menſium eſt Epiſcopi, ſed vſus Alternatiuæ, id eſt facultatis cõferendi limitatiuè, quandiù reſederit, proprietate alternatiuè in abſentia penès Papam remanente, hinc facilè videbatur poſſe euitari alia omnia, quæ tanquam deciſa allegabantur *in dicta deciſ. Sulmonen.* nẽpe quod a reſeruatione octo mẽſiũ fuit receſſum per acceptationẽ Alternatiuę, neq; ad eam fit reditus ob non reſidentiam, quia non reſoluitur permutatio facta in acceptatione Alternatiuæ, ſed tantùm ſuſpenditur illius vſus abſentia durante; illa enim deciſio non negat, quin ſtante acceptatione Alternatiuę duret reſeruatio octo menſium, *vt in dicta deciſione Caſsadori octaua de prebend. & in dicta Tuden. & Oueten.* ſed tantùm dicit, quod per abſentiam Epiſcopi diſſoluitur permutatio, quid autem fuerit permutatum, & quomodo hoc intelligatur, patet ex prædictis.

Nõ obſtat eadem deciſio Sulmonenſis dum in ea dicitur, quod durante abſentia Epiſcopi ſuſpenditur vſus Alternatiuę, quaſi quod reuertente Epiſcopo ſtatìm vſus recipiatur ex illa dictione *quãdiù*, & alijs allegatis hic per informantes, quia principalis articulus in ea deciſus fuit, an Epiſcopus amittat Alternatiuam per diſceſſum à ſua Diœceſi, ita quod redeat ad ſuos quatuor menſes, & poſſit conferre beneficia vacantia in menſe Martij, & Septembris, & fuit deciſum, quòd non in hoc recedendo *à deciſione bon. mem. Cantuccij* ſed an rediens in aliquo ex dictis menſibus, & alijs alternatis, poſtquam ille menſis incœperat ſpectare ad Papam vigore Regulę *de octo* poſſet conferre beneficia poſt eius reditum vacantia in dicto menſe, hoc ibi non diſcutitur, immò nec tangitur, & licèt ratio, de qua ſupra inferat, quod redeunte Epiſcopo, & ſic ceſſante cauſa ſuſpenſi vſus Alternatiuę ceſſet effectus ſuſpenſionis ad regulam *ceſſante cauſa* cum tamen ex deductis *in illa Fauentina, & alijs ſupra allegatis* fuerit acquiſitum ab initio ius Papæ in illo menſe integraliter, & non per dies mẽſis, intrat limitatio, quod ceſſante cauſa, nõ ceſſet illius effectus ſuſpenſionis ad Regulam *Ceſſante cauſa*, vbi iam ius fuit quæſitum alteri ex cauſæ exiſtentia. Nam licèt illa poſteà deficiat, ius tamen illud quæſitum retinetur *Ioannes Andreas in Regul. d. ceſſante num. 5. ad fin. verſic. Sed idem in ſimilibus. de Regul. Iuris in ſexto. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa limit. 1 t. nu. 1. & 2.*

Non obſtat, quod hoc modo Epiſcopus egeret noua acceptatione Alternatiuę, quod eſſet contrariandum Sulmonenſi, quia cum per abſentiam Epiſcopus non amittat proprietatem Alternatiuæ, ſed ſolùm ſuſpendatur illius vſus, vt *in eadem deciſione*, & Papa habet ius quæſitum in illo menſe, reſultat, quod finito menſe abſq; alia noua acceptatione intret vſus Alternatiuæ, vt in ſimili, qui habet vſum, ſiue Indultum percipiendi fructus beneficiorum primi anni vacantium vſq; ad quinquennium, ſi alicui de ſpeciali priuilegio conceſſi fuerint fructus dicti primi anni, in quibus alteri eſt ius quæſitum, non propterea amittit Indultum, ſed eo vti poterit in fructibus anni ſequentis. *Gloſſ. in c. Si propter in 2. intellectu. verſ. Alij dicunt, & ibidem Butr. num. 4. & 1 t. verſic. iſta ratio de reſcript. in 6.*

Hinc ceſſare dicebant aliud obiectum, quod ſi Epiſcopus non gauderet vſu Alternatiuæ, ſtatim poſt eius reditum contractus diceretur claudicare, atque ita, vel ſtandum eſſe Alternatiuæ in totum, vel ab ea recedendum. *l. Iulianus. §. Si quis colludente*, ibi *aut ſtetur emptioni, aut diſcedatur. ff. de act. empt.* quia hoc obiectum fuit ſublatum *in dicta deciſione Sulmonenſi* vbi traditur ratio diuerſitatis inter reſeruationem octo menſium, & inter eius limitationem ad fauorem Ordinariorum cum qualitate reſidendi, qua ſtante diuerſitate, & quod propter abſentiam Epiſcopi fuit acqui-

ſitum

,, ſitum Ius Papæ in illo menſe integrali ſtatim
,, à principio, vt dictum fuit, contractus non
,, dicitur claudicare, nec Epiſcopus ab eo po-
,, teſt recedere, *vt fuit firmatum in dicta deciſione*
,, vltra quod non eſt inconueniens, vt contra-
,, ctus poſſit claudicare, vbi adeſt ratio diuerſi-
,, tatis. *Gloſſ. & Caſtrenſ. in dicto §. Si quis collu-*
,, *dente. Cagnol. in l. ſingularia. num. 160. & ſeqq. ff.*
,, *ſi cert. petat. Surd. deciſ. 187. num. 11. verſ. Si*
,, *propterea.*
,, Non etiam obſtare videbatur, quod ſecun-
,, da reſeruatio ſex menſium, de qua in regula,
,, ſit ſuperflua, ſi prima nó tollitur per Alterna-
,, tiuam, quia hæc ſecunda fuit appoſita ad re-
,, ſeruãdum expreſſè duos menſes, ſcilicet Mar-
,, tij, & Septembris, quos Papa ex quatuor or-
,, dinarijs capit ad tollendam difficultatem, quę
,, poſſit oriri, an ſine dicta ſecunda reſeruatio-
,, ne illi dici poſſent reſeruati, *vt conſtat ex de-*
,, *ciſione Putei 492. & 507. lib. 2. & deciſ. 4. par.*
,, *3. lib. 1. diuerſ. & deciſ. 21. eadem par. 3. lib. 2.*
,, ibi enim Alternatiua fuerat conceſſa Epiſco-
,, po pro ſolitis ſex menſibus, & dubitabatur, an
,, in alijs ſex Papa cenſeretur reſeruaſſe colla-
,, tionem beneficiorum & fuit dictum, quod ſic,
,, eo quod tunc aderat Regula reſeruatoria o-
,, cto menſium, ex quo apparebat quod in illis
,, ſex menſibus Epiſcopo conceſſis Papa voluit
,, impedimentum remouere, & licèt Martius, &
,, September non eſſent de illius octo, nihilomi-
,, nus quia in Alternatiua dicebatur: *ita tamen vt*
,, *facultate Ordinarijs conceſſa non vtaris*; hinc ap-
,, parebat mens Pontificis, quod Epiſcopus in
,, quatuor menſibus ordinarijs conceſſis non
,, conferret, atq; ita quod Martius, & Septem-
,, ber eſſent reſeruati. Illa igitur verba Regulę,
,, *quæ etiam diſpoſitioni ſuæ, vt præfertur, reſeruauit*:
,, non inducunt nouã reſeruationẽ reſpectu qua-
,, tuor menſium, quos Papa ſibi retinet in con-
,, ceſſione Alternatiuæ, & ſunt reſeruati in pri-
,, ma parte Regulæ, vt oſtendunt illa verba
,, *etiam vt præfertur* ſecundùm vnum intelle-
,, ctum, ſed referantur ad primam partem: ſed
,, benè eam inducunt reſpectu duorum mẽſium,
,, quos capit ex quatuor ordinarijs, & nó erant
,, in prima parte comprehenſi, & ideò ſecundùm
,, alium intellectum, quem tenet *Modern. ibi gloſ.*
,, *54. num. 5. verſ. hinc ſunt appoſita* nempe quod
,, verba illa *vt præfertur, reſeruauit*, pręſupponant
,, anteriorem reſeruationem ſex menſium, quæ
,, expreſſa non fuerat, ſed dumtaxat tacita,
,, expreſſo quòd alij ſex mẽſes fuerunt Ordina-
,, rijs cõceſſi, qui tamen ſecundus intellectus po-
,, teſt aptari quoad Martium, & Septẽbrem, qui
,, non fuerant expreſſi in prima parte Regulæ,
,, ſed non quoad alios quatuor in dicta prima
,, parte expreſsè reſeruatorum, & quorum
,, reſpectu non fuit ſublatum impedimentum, vt
,, ſunt expreſſæ illæ deciſiones *Putei*, & aliæ, quę
,, ſe fũdant in iſta expreſſa reſeruatione. Priore
,, denique ſenſum tenuit *Rota in dicta Sulmonen.*
,, *in fine* dum dixit, quod Papa in ſecunda parte
,, cõceſſionis Alternatiuæ reſeruat ſibi alios ſex
,, menſes, vt præfertur, ſcilicet modo quo ſu-
,, pra in Regula ſibi purè reſeruauit.
,, Neque etiam mouit DD. illa ratio, quòd
,, Alternatiua, ſi ſit ſola remotio obſtaculi in
,, hunc ſenſum, vt aperiat facultatem de reſer-
,, uatis, firma remanente proprietate reſerua-
,, tionis, vt ſupra dictum fuit, ſequeretur, quod
,, cum ex menſibus alternatis ad fauorem Epi-
,, ſcopi aliqui ſint de Apoſtolicis effecti ordina-
,, rij, vt Februarius, Aprilis, Auguſtus, & O-
,, ctober; alij verò duo nempè Iunius, & Decem-
,, ber ſint ipſius Ordinarij vigore Regulę *de octo*,
,, quos fixos appellamus, Alternatiua eſſet re-
,, motio obſtaculi, præfato modo quantùm ad
,, menſes ex Apoſtolicis effectos ordinarios.
,, Quo verò ad menſes fixos non eſſet remotio,
,, & tamen ſub eadem forma, & ijſdem verbis
,, conceditur facultas conferendi Ordinarijs in
,, fixis, atq; in Apoſtolicis ordinarijs effectis,
,, ſicq; vna, & eadem diſpoſitio ſub eadem for-
,, ma verborum concepta diuerſo iure cenſere-
,, tur, & eadem conceſſio Alternatiuæ, & ac-
,, ceptatio quoad duos menſes, quos Papa capit,
,, erit contractus *vt in deciſione Sulmonen.* quoad
,, duos alios fixos non erit, quia prius fuit re-
,, ſponſum, quod cùm principalis intentio con-
,, trahentium fuerit remouere obſtacula, mo-
,, do quo ſupra, & inuicem permutare menſes,
,, & ſi non omnes permutentur, & obſtacula
,, ex omnibus non remoueantur; nihilominùs
,, Alternatiua in omnibus ſex menſibus erit re-
,, motio obſtaculi, & cõtractus permutationis,
,, vt declarat *Bart. in l. Ariſto. num. 2. ff. de do-*
,, *nat. Abb. in c. ad quæſt. num. 4. de rer. permutat.*
,, *Tiraquell. de retract. lignag. §. 30 gloſ. 1. num. 2.*
,, *Couar. lib. 2. variar. reſolut. c. 4. num. 9. Pinell. in*
,, *2. parte Rubrica num. 1. C. de reſcind. vendit.* &
,, in terminis, quod Alternatiua ſit remotio im-
,, pedimenti quoad illos ſex menſes Ordinarij,
,, *tradit Put. deciſ. 508. num. 1. in fin. lib. 2. alias*
,, *deciſ. 495. in principio verſic. nam præſupponeba-*
,, *tur in nouis.* Secundò fuit dictum quod licèt
,, Epiſcopus dimittat Papæ tantùm duos men-
,, ſes, & retineat duos ex ſuis, attamen recipit
,, quatuor Apoſtolicos, & ſic propter maiorem
,, illorũ numerum, tota Alternatiua dicitur re-
,, motio obſtaculi, & permutatio, *arg. tex. in l.*
,, *quæritur. ff. de ſtat. homin. & in c. quod in dubijs*
,, *de conceſſ. Eccleſ. ſicq; tradunt Butr. Abbas, & cæ-*
,, *teri vbi ſupra.*
,, Tertiò fuit reſponſum, quoad iſtos duos
,, menſes fixos nullam poſſe conſiderari reſerua-
,, tionem, ex quo neque in prima parte regulæ,
,, neque in ſecunda Papa eos reſeruat, nec tran-
,, ſit ſine dubio; an Epiſcopus abſens poſſit con-
,, ferre in dictis duobus menſibus, & negatiuam
,, latè defendit *Gonzal. in Regula octaua gloſ. 43.*
,, *nu. 121. verſ. ex aduerſo*, & licèt ab ea recedat
,, *Garz. de benefic. par. 5. cap. 1. num. 506. in fine*
,, vbi ſubdit, *ita videri communi ſenſu, & praxi re-*
,, *ceptum* quod etiam innuere videtur *illa deciſio*
,, *Sulmonen.* quicquid tamen ſit de hoc articulo
,, non eſt inconueniens, quod vna, & eadem

res diuerſis reſpectibus diuerſo iure cenſeatur *Gloſ. in c. Cum Capella. vbi alij Scribentes, & in ſpecie Butr. num. 7. Anthar. num. 3. in 4. notabili Abb. num. 5. in fin. de priuil. Tiraquell. de nobil. c. 28. & num. 12.*

Nec obſtat quod in dicta Fauentina Rota cẽſuerit dictionem *quandiù* eſſe appoſita mẽſi integrali, ne fiat fraus Papę in duobus permutatis, quod cùm hodiè ceſſet propter dictam Sulmoneñ. ſequitur ceſſare quoq; prædictam reſolutionem, quia vt apparet ex dicta deciſione Fauentina, ea non tàm fundatur in pręſumpta fraude, quam in eo, quod dictio *quandiù* eſt appoſita menſi integrali, quod fundamentum latè fuit comprobatum in illa Salamantina beneficij coràm R.P.D. meo Manzanedo, in qua nulla cadebat fraus, neque illius præſumptio, vltra quod hodiè etiam poteſt habere locum fraus: poſſunt enim Epiſcopi continuè extra diœceſim vagari nempè in menſibus Apoſtolicis, eo quod in eis beneficia conferre non poſſunt, in ſuis verò menſibus redire duntaxat, quando imminet vacatio alicuius beneficij propter inſtantem infirmitatem beneficiati, illa verò ſecuta, & collatione facta, ſtatim à Diœceſi recedere, & iterùm ad eam redire inſtante aliqua alia vacatione, & denuò ſe abſentare, & ſic reſidentiam facere momentaneam contra omnem iuris intellectum, & mentem Papæ, qui conceſſit Alternatiuam Epiſcopis, vt eos ad reſidendum inuitaret, ita vt contrarium operaretur, *vt fuit conſideratum in illa Fauentina,* & poſt eam *in dicta Sulmonen.* & quando hæc ratio ceſſaret, quæ tamen non ceſſat, aliæ etiam concurrunt, ſcilicet diſtributio menſiũ integraliter, & non per dies, neque horas, ac momenta ad euitandam confuſionem, quæ daretur in computatione momentorum, & ne ius Sedis Apoſtolicæ ſit in incerto, vt fuit quoque animaduerſum *in cauſa* Viceñ. præceptoriæ 4. Decembris 1592. coram bon. mem. Cardinali Blanchetto, ac *in eadem Sulmonen.* & propterea non debet ceſſare dicta reſolutio in cauſa Fauentina *iuxta regul. §. affinitatis vbi notant DD. Inſtit. de Nupt. cum alijs per Tiraq. in tract. ceſſante cauſa. limit. 22.*

Non obſtat reſponſio ad eandem deciſionem in cauſa Fauentina, quod ibi ageretur de vacatione in menſe Septembris, qui erat alternatus ad Fauorem Papæ, & eodem modo in dicta Salamantina de Almenara acceptatio Alternatiuæ erat recepta, & recognita in Dataria incepto menſe Auguſti, qui erat Apoſtolicus, & ſubinde intrabat ratio in vtraque deciſione, quod quia menſis a principio erat cœptus Apoſtolicus, talis durauit vſq; ad finem, at in caſu noſtro menſis Aprilis eſt alternatus pro Epiſcopo, & ſic non fuit cœptus Apoſtolicus, vnde non potuit durare talis, hęc enim diuerſitas non tollit rationem illius deciſionis, & manifeſtum continet æquiuocum. Illæ enim deciſiones illam rationem habent, quod menſes ſint integrales, & propterea cum ab initio menſis fuerit acquiſitum ius Papæ, ſed ille menſis remanet reſeruatus, ſicuti beneficium ſemel affectum ſemper durat affectum, quæ ratio æquè militat in menſe Aprilis, qui vt ſupra dixi etiam ſtante Alternatiua remanet Apoſtolicus reſeruatus, ſed illius tãtum vſus impeditus quandiù Epiſcopus reſederit, vnde non per abſentiam Epiſcopi ab initio Papa acquiſiuit ius in illo menſe, & ille ſit integralis, etjamſi in medio redierit Epiſcopus, non propterea deſinit eſſe reſeruatus, & quidem ad iſtum effectũ parùm intereſt in quo menſe abſentia Epiſcopi contingat, dummodo in principio menſis illa fiat, nam ſiue ille menſis ſit de illis, quos Papa ſibi retinet, ſiue de alijs, quos Ordinario dat, & in principio Ordinarius recedit, ſemper ille menſis intrat Apoſtolicus.

Vnde etiam ceſſat, quod ſi vacatio contigerit de menſe Martij, vel Septembris Epiſcopo non reſidente Papa conferret, ſed non vigore regulæ, quia iſti duo menſes non ſunt ex octo reſeruatis, & ſic dici non poteſt, quod mẽſis effectus Apoſtolicus duret Apoſtolicus, quia licèt dicti duo menſes non ſint reſeruati per primam partem Regulæ, ſunt tamen reſeruati per ſecundam, vt præfertur, ideſt eodem modo, quo in prima. Et ideo in Rubrica non dicitur reſtrictiuè reſeruatio octo mẽſium Apoſtolicorum, ſed abſolutè, & indefinitè *Reſeruatio menſium Apoſtolicorum,* vt indicet omnes menſes Apoſtolicos in ea reſeruatos: indefinita enim æquipollet vniuerſali. *Cap. quia circa. de priuil.* vnde ſequitur neceſſariò, quòd acceptata Alternatiua, ſiuè Epiſcopus reſideat, ſiue non reſideat in illis duobus menſibus Papa confert vigore Regulæ, *vt fuit etiam dictum in eadem Sulmonen.*

Poſtremo nó obſtat, quod articulum hunc ex profeſſo diſputant, & reſoluunt pro Epiſcopo *Gonzal. in dicta regula octaua gloſ. 43. num. 142. & ſeqq. Garz. de benef. par. 5. c. 1. §. 10. à num. 192. vſq; ad 699.* quia ſi auctoritatem ſpectemus, Rotæ auctoritas ſeipſam oſtendit, ſi verò rationem, ſine qua illa nihil dijudicare ſolet in eadem Fauentina, & Salamantina expreſſæ rationes è media Iuris prudentia deriuantur, & adductis in contrarium præponderant; ſolùm ſupereſt ad omiſſa vt ex eiſdem auctoribus modo repetita ſatisfacere.

Non igitur obſtat inconueniens, quod ſi eſſet neceſſaria integra reſidentia totius menſis, ſequeretur, quod omnes collationes factæ in menſe Ordinariorum principio, & in medio per Epiſcopum reſidente, illo poſtea in fine recedente corruerent, quia cùm prouiſio fuerit de tempore habili, & ſic legitimè facta ex eo, quod poſtea Epiſcopus diſceſſerit a Diœceſi non corruit etiã, quod ceſſet qualitas reſidentiæ requiſitæ iuxta Regulam *factum legitimè de reg. Iuris in 6. l. in ambiguis §. eſt nouum. ff. eod. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa limit. 4. & 12.*

Nec

„ Nec obſtat illud incõueniens, quod ſi principium menſis eſſet attendendum, itaut talis duret, qualis cœpit eſse, reſultaret, quod poſſit Epiſcopus in principio reſidere, & poſtea recedere, & abſens gaudere Alternatiua in reliqua parte menſis, ne partim eſſet Apoſtolicus, & partim ordinarius, quia Epiſcopis non ſufficit habere Alternatiuã, ſed vlteriùs requiritur, quod reſideant, vt ea vti poſſint, & ideò cum tempore vacationis ceſſet qualitas reſidentię, ceſſare quoque debet priuilegium Alternatiuæ. *l. Athlera. §. 1. & l. idem Vulpian. ff. de excuſ. tutor. l. Titia Seia §. vſuras; vbi gloſ. & & DD. ff. de legat. 2. cũ alijs per Tiraquell. vbi ſupra in 1. par. num.* 203. Ex quibus concluſum fuit collationem ſpectare ad Papam.

Hęc deciſio nimis prolixa, quia repetit ſæpiùs eaſdem concluſiones allata à nobis eſt, vt ſumatur ex ea inſimul cum duabus præcedentibus, Sulmoneñ. videlicèt, & Paduana tota materia Alternatiuæ, & quamuis re vera dictæ deciſiones Sulmoneñ. & Paduana ſint inter ſe contrariæ, vt ſupra oſtendi, hæc Papienſis ſtudet illas duas concordare aſſumendo modo vnam concluſionem, quæ facit ad ſuum propoſitum, & alteram ex alia, & nihilominus ſi diſcurſus deciſionis ritè attendatur, qua de cauſa ego eã integrè retuli apparebit, quòd illa ſaltem tacite recedit a deciſione Paduana, & redit ad terminos deciſionis Sulmonenſis, videlicèt non eſſe integrum Ordinario, qui Alternatiuam acceptauit, vt pro libitu ſuo poſſit redire ad quatuor menſes, & notandum, quod deciſiones, quæ firmant per abuſum Alternatiuæ redire Ordinarium ad quatuor menſes, fundantur eo fundamento, quod Alternatiua nihil aliud ſit, quam remotio obſtaculi. Deciſiones vero, quæ contrariam partem tuentur dicunt, & firmant Al-
26 ternatiuam non eſſe ſimplicem remotionem obſtaculi, ſed continere inſuper gratiam cum pacto; priorem opinionem tenet *Garz. par. 5. c. 1. num. 28. & ſeqq. & Rot. deciſ. 602. num. 7. par. 1. recent. & deciſ. 600. par. 2. recent.* & in dicta Paduana coràm Pirouano. Secundam, & veriorem tenet *Rota cum antiq. vt apud Mohedan. deciſ. prima num. 8. de conceſſ. Præbendæ, & deciſ. 3. de reſcrip. Pu:. deciſ. 387. lib. 3.* tum recentior, vt in dictis Sulmonenſe, & Papienſe.

Attamen explicandum eſt, quid ſit eſſe ſimplicem remotionem, & eſſe remotionem cum gratia, nam re uera licèt verum ſit, quod Ordinarius de iure ſit collator omnium beneficiorum ſuæ Diœceſis. *cap. ex frequentibus de Inſtit. cap. conquerente de offic. Ordinarij* quicquid dicat *in procm. Gonzal.* nihilominùs quando Papa illa beneficia reſeruat, quæ bene viſa ſunt, & proinde tanquam Ordinarius Ordinariorũ impedit collationem Ordinarij, non per hoc ceſſat, quin ſit verum dicere omnem Epiſcopum Ordinarium, non eſſe vnicum, & verum collatorem beneficiorum ſuæ diœceſis, ſed impeditur per reſeruationẽ Papæ, vnde quando Papa permittit Ordinario, vt redeat ad officium ſuum in conferendo, nullam reuera ei confert gratiam, ſed ſolummodo tollit impedimentum cum gratia ſit aliqua conceſſio de nouo. *can. in domo. §. Sic itaque, & ibi gloſ. in verbo gratificauit, de pœnit. diſt.* 4. & non reditus ad id, quod mihi de iure competebat. Applicando modo ad propoſitam quæſtionem: verùm eſt dicere, quod Alternatiua non eſt ſimplex remotio obſtaculi, ſed cum aliquo alio adiuncto, non quidem cum gratia, *vt modo oſtendi*, ſed cũ pacto videlicèt, vt Papa dicat, Ego remoueo impedimentum allatum per reſeruationes in menſibus Martij, & Septembris hoc pacto, vt Epiſcopus reſideat; & hæc interpretatio eſt plana, & fugit obſcuritates illas, quòd regula reſeruatoria reſeruat menſes, nõ beneficia, & quod menſis habet ſe tanquam proprietas, beneficium tanquam vſusfructus, tolluntur inquam omnes iſtæ ſubtilitates, quibus Ordinarij vnico poſſent reſpondere verbo, relinquat mihi Papa collationem beneficiorum, & habeat ſibi menſes.

Verùm quia punctus principalis deciſionis Papieñ. ille eſt, quod non ſufficit Epiſcopo Alternatiua gaudente oſtendere, quod fuerit præſens, & reſederit de tẽpore vacationis, ſed
27 requiritur quod fuerit præſens a principio mẽſis alternati, vt illum potuerit facere ſuum, quæ tamen reſolutio non tollit difficultatem illam, qua quęritur, vtrum Epiſcopus præſens à principio menſis, ſi deinde recedat, puta die 3. vel 4. Menſis poſtea redit die 20. eiuſdem menſis, & die ſequenti contingit vacatio, vtrum, inquam, hoc caſu poſſit conferre?

Hanc difficultatem mouet deciſio, quam recenſuimus, & cuius copiam dedimus in fine, & illi reſpondet ſequẽtibus verbis: *cùm de tempore vacationis ceſſet qualitas reſidentiæ, ceſſare quoq; debet priuilegium Alternatiuæ*, ſed hæc ratio non tollit obiectum, quod Epiſcopus a principio menſis reſederit, ſed receſſerit, & quod vacatio contigerit poſt illius reditum, & ſic in tempore reſidentiæ. In hoc dubio *Rota* in vna Segobieñ. beneficij 26. Martij 1604. co-
28 ràm Iuſto videtur tenuiſſe negatiuam.

„ Domini cenſuerunt Beneficium eſſe reſeruatum, cùm vacauerit in menſe Aprilis, qui eſt Apoſtolicus non obſtante Alternatiua, quę non iuuat Epiſcopum de tempore vacationis verè, & perſonaliter non reſidentem, & ceſſat Alternatiua ſtatim, ac Epiſcopus recedit, *vt* in *cauſa* Salamantina Canonicatus coram bon. mem. Oradino de anno 1572. quæ loquitur de abſentia Epiſcopi cauſa receſſionis in menſibus ſibi conceſſis, & cùm hoc concordant aliæ deciſiones, videlicet in *cauſa* Fauẽtina Canonicatus coram Illuſtriſs. Blanchetto 16. Decembris 1586. coram bon. mem. Cantuccio *in alia* Sulmoneñ. Canonicatus 3. Martij 1583. & coram R. P. D. meo Millino in *cauſa* Elneñ. beneficij 22. Martij

1599

„ 1599. & in *eadem* coram R. P. D. meo Ludo-
„ uiſio 30. Decembris 1602. & quibus deciſioni-
„ bus colligitur, quod Alternatiua retinetur
„ animo, & corpore reſidendo, quod ſi vel cor-
„ pus, vel animum deficiat, ſtatim ius conſe-
„ rendi conſolidatur cum Sede Apoſtolica.
„ Non obſtat quod abſentia fuerit breuiſſi-
„ ma, ſpatio nempe 39. horarum cauſa viſitan-
„ di Regem, & animo illico reuertendi, ſiquidē
„ cum illo breui tempore ius conferendi non
„ poſsit eſſe in ſuſpenſo, & ſit abdicatum ab E-
„ piſcopo verè, & realiter non reſidente, &
„ acquiſitum Papæ, *vt in dicta deciſione* coram Il-
„ luſtriſsimo Blanchetto, itaut reuerſione Epi-
„ ſcopus non recuperat, vt dicitur, quod Vaſ-
„ ſalo, vel Emphiteuta alienante ius acquiritur
„ Domino, & non recuperatur a Vaſſallo, ſiue
„ Emphiteuta, licèt ſtatim alienata recuperen-
„ tur *Secundum communem opinionem Bartol. &*
„ *aliorum in l. ſi à me ff. ad l. aquil. & in l. ab emp-*
„ *tione num. 7. ff. de pact. Iaſon in l. final. quaſt. 2.*
„ *num 35. C. de iure Emphiteotico. Tiraquell. de re-*
„ *tract. conuent. §. 1. Gloſſ. 1. nu. 153. Clar. in §. Em-*
„ *phiteuſis, quæſt. 13. verſ ſed quid in Emphiteuſi*, in
„ qua tamen re Rota libenter admittit excuſa-
„ tionem, quę non quadrat in hoc caſu, vbi Epi-
„ ſcopus reſidendo eo ipſo recuperat ius confe-
„ rendi, quod amiſerat decedendo, deperdito
„ ſolùm propter abſentiam fructu collationis.
„ Nec facit, quod non obſtante breui receſſu
„ ſemper habuerit animum reſidendi, quia iam
„ diximus, quod iſta ciuilis reſidentia non ſuffi-
„ cit. Nec faciunt pro Epiſcopo deciſiones al-
„ legatæ in cauſa Elneñ. quia ibi agebatur de
„ Epiſcopo exiſtente in ſua diœceſi animo, &
„ intentione recedendi, vnde gaudebat Alter-
„ natiua, & ſic in fauorem Sedis Apoſtolicæ, ex
„ quo non infertur ad cauſam contrariam, Epi-
„ copo nempe non exiſtente in ſua Diœceſi,
„ animo tamen, & intentione reuertendi ad ef-
„ fectum, vt in præiudicium Sedis Apoſtolicæ
„ gauderet Alternatiua veram, & perſonalem
„ reſidentiam requirente.
„ Non obſtant ſimilia, quæ deducuntur vbi
„ verba ciuiliter intelliguntur. *Roman. conſ. 264.*
„ *nu. 3.* quia procedunt ad alios effectus, tamen
„ vt Epiſcopus gaudeat Alternatiua, eſt opus
„ perſonali reſidentia, aliàs acquiritur ius Papę,
„ & in acquiſitione attenditur momentum *ita*
„ *declarat Bartol. Caſtrenſ. Imol. & alij in l. final.*
„ *C. de bon quæ lib.* dicentes, quod acquiſitio pro-
„ prietatis, licèt momentanea, eſt vtilis ſaltem
„ ad traſmittendum, ita in hoc caſu ius acquiſi-
„ tum Papæ eſt vtile ad conferendum.
„ Nec faciunt in contrarium verba Regulæ,
„ ibi, *quandiu apud Eccleſias ſuas, &c. vel diœce-*
„ *ſes ſuas, &c.* quaſi quod apud diœceſem vere
„ etiam dicatur præſens. *l. penes te 65. l. is apud*
„ *te 143. ff. de verb. ſignific.* quia illa dictio *apud*
29 eſt intelligenda pro intra, & exponitur pro
„ *in* vt latè *per Rebuff.* & ita ſunt intelligen-
„ da hæc verba propter ſubiectam materiam.
„ Nec facit, quod dictio *quandiu* ſit appoſita
„ menſi integrali, nam *in deciſione* Fauentina
„ coram Blanchetto habetur, quod ex quo Epi-
„ ſcopus non reſedit in principio menſis cedit
„ ad fauorem Sedis Apoſtolicę, prout etiam ce-
„ dit totus menſis, qui in principio fuit Apoſto-
„ licus, quamuis iam cœpto Epiſcopus redeat,
„ & non facit ad cauſam, quia ibi Epiſcopus
„ reſidens prætendebat conferre menſe iam
„ cœpto, non autem abſens, vt in hoc caſu, &
„ hoc pacto nunquam conferre poteſt, & ver-
„ ba Regulæ, ſunt clara ex quibus, &c.

Hæc deciſio, *vt ſupra dixi*, firmat, quod ad
effectum, vt Epiſcopus gaudere poſſit Alter-
30 natiua, debet eſſe pręſens in principio menſis,
ſed etiam, ſupponitur, quod debeat eſſe præ-
ſens per totum, & integralem menſem itaut
in qualibet parte menſis reſediſſe neceſſe ſit,
& nunquam receſſiſſe c, ontrarium firmauit
eadem Rota in cauſa Regieñ. Canonicatus 15.
Aprilis 1623. coram Domino Pirouano.

„ Vacante Canonicatu per obitum Iacobi
„ Menocchij in Collegiata S. Stephani Nouel-
„ lariæ in Menſe Auguſti 1619. emanarunt duę
„ prouiſiones nempe a Sede Apoſtolica in
„ Ioannem Mariam Fornaſsarium, & ab Ordi-
„ nario Alternatiua gaudente in Paulum Syl-
„ ueſtrum, & exinde ſuerunt expeditæ literæ
„ de capienda poſſeſsione nomine Cameræ ſub
„ die 19. Maij 1622. cùm decreto *conſtito prius*
„ *vobis quod dictus Iacobus in poſſeſſione dicti Cano*
„ *nicatus exiſtens de dicto menſe gratia Alternati-*
„ *uæ menſium huiuſmodi per Epiſcopum prædictum*
„ *acceptata, tamen à ſua Ciuitate, & diœceſi noto-*
„ *riè abſenti, nec vti requirente, obierit, &c.* cuius
„ vigore actum fuerit contra Paulum vſque ad
„ ſententiam declaratoriam, ipſo autem appel-
„ lante, & cauſa commiſſa, cum clauſula *arbi-*
„ *trio Rot.e* dubitatum fuit, an illud intraret, &
„ per DD. reſponſum intrare arbitrium ad re-
„ tardandam executionem Breuis.
„ Quia clara, & aperta reſeruatio non pro-
„ batur, prout narratur in decreto, & neceſſa-
„ rium eſt pro executione Breuis, *vt* in Bono-
„ nieñ. Canonicatus 29. Martij 1590 coram
„ Cardinali Pamphilio, *&* in Mirandeñ. Paro-
„ chialis 17. Martij 1601. coram bon. mem.
„ Penia in Toletana Capellæ prima Decembris
„ 1606. coram bon. mem. Card. Sacrato, *& de-*
„ *ciſ. 56. coram S. mem. Greg. XV. & 413 & 658.*
„ *par. 1. recent. & nouiſſime* in Romana Capella-
„ niæ 20. Nouembris 1618 coram me, in qua
„ fuit retardata executio Breuis ex defectu pro-
„ bationis vacationis apud Sedem, ad quam
„ Breue erat reſtrictum, & prout contigit in
„ præſenti, vbi clauſula *conſtito* eſt reſtricta ad
„ tempus, quo Epiſcopus aberat a Ciuitate,
„ & diœceſi, quod non probatur, ſed contra-
„ rium, quia vacauit Epiſcopo reſidente, con-
„ ditione autem deficiente, ſub qua Breue ema-
„ nauit, nunquam locus eſt executioni illius de-
„ ficiente intentione concedentis. *Garz. de bene-*
„ *fic. parte 3. cap. 3. nu. 64. Gonz. ad regul. 8. Gloſſ.*
„ *5. in annotat. num. 257. Rota deciſ. 53. num. 3. co-*

,, ram Greg. XV. & idem fuit dictum in ſupradicta
,, Romana coram me.
,, Non obſtat, quod abſentia Epiſcopi probe-
,, tur per teſtes concludentes eius diſceſſum à
,, Ciuitate, & diœceſi ſub die 16. eiuſdem men-
,, ſis Auguſti in Ciuitate Parmæ, vbi fuit mora-
,, tus per tres, vel quatuor dies continuos, itaut
,, amiſerit vſum Alternatiuę reſpectu beneficio-
,, rum, quæ poſtea vacarunt poſt eius reditum
,, in eodem menſe Auguſti ſecundum termi-
,, nos *deciſionis* Salamantinæ, quæ eſt 144. *par. 2.*
,, *recent.* & Papienſis beneficij 10. Aprilis 1617.
,, coram bon. mem. Andrea.
,, Quia caſus, de quo agitur, neque eſt deci-
,, ſus per allegatas deciſiones, neque termini
,, ſunt pares; differunt enim inter ſe primò, quia
,, menſis ab initio non erat Apoſtolicus ex eo,
,, quod Epiſcopus acceptauit Alternatiuam in
,, menſe iam inchoato, & deinde reſidente
,, beneficia vacauerint, quia eſt caſus Salaman-
,, tinæ, vel ex eo quod Epiſcopus erat abſens ab
,, initio menſis, & poſtea redierit ante vacatio-
,, nem beneficij, ſuper quo cadit reſeruatio. Se-
,, cundò quando intrat Ordinarius reſidere ab
,, initio menſis, & deinde contingit receſſus, &
,, reditus eiuſdem ante vacationem beneficij, &
,, hic caſus eſt, de quo agitur, non determinatus
,, in deciſionibus allegatis, neque ex ijſdem
,, rationibus eſt decidendus; ratio autem primi
,, caſus, quando intrat menſis Apoſtolicus illa
,, potiſſimùm fuit, & prout potiſſimum funda-
,, mentum, *dicit deciſio Salamantina*, & rationem
,, deciſionis eſſe voluit *deciſ. Papienſis* quia men-
,, ſis in ſui principio per regulam octauam fuit
,, Apoſtolicus, & reſeruatus, & ita debet repu-
,, tari, vſque ad illius finem, & gratia Alterna-
,, tiuæ loquitur de menſe integrali, non verò de
,, ſingulis diebus, quæ ratio fuit priùs *deciſionis*
,, *Fauentinæ* Canonicatus 16. Decembris 1585.
,, coram Card. Blanchetto, & Elneñ Beneficij
,, 22. Maij 1599. coram Cardinali Millino, &
,, vlterius reſeruationem prædictam non ſepa-
,, rare à Papa facultatem conferendi in menſi-
,, bus Alternatis, ſed operari tãtummodo, quod
,, Ordinarius poſſit conferre in menſe reſerua-
,, to, firma remanente primæua reſeruatione in
,, ſua proprietate, itaut eueniente caſu vaca-
,, tionis, & ceſſante vſu Alternatiuæ, Papa non
,, conferat tanquam de deuoluto, ſed iure pro-
,, prio ex præambulo titulo reſeruationis *iuxta*
,, *deciſionẽ octauam Caſſadori de præbendis, & alijs*
,, *allegat. in deciſ. Papienſis beneficij verſ. quod au-*
,, *tem propterea.* Non mirùm ſi Papa Epiſcopo
,, non reſidente in principio menſis vtendo iure
,, ſuo, non per momenta, & tempora, ſed ſecun-
,, dum naturam reſeruationis octo menſium, in
,, quolibet menſe Apoſtolico integrè incepto
,, confert.
,, Fundamentum verò ſecundi caſus, quando
,, menſis intrat Ordinarius, & receſſus Epiſcopi
,, contingit intra menſem, non tamen abſentis
,, de tempore vacationis, proculdubio idem
,, cenſeri non debet, quia ratio de integrali mẽ-
,, ſe in reſeruatione menſium comprehenſo nõ
,, conuenit dum agitur de mẽſe diminuto quin-
,, immò cadit in prima parte regulæ reſeruato-
,, riæ octo menſium. Similiter nec contradicit,
,, quod Papa conferat vti de reſeruato, non
,, autem tanquam de deuoluto. quia in caſu ab-
,, ſentiæ admittitur propter verba regulæ *quan-*
,, *diù apud Eccleſias, vel diœceſes ſuas verè, aut per-*
,, *ſonaliter reſederint dumtaxat*: ſed ceſſante ab-
,, ſentia vſus Alternatiuæ nõ eſt reſolutus *iuxta*
,, *deciſiones* in cauſa Sulmoneñ. coram Lancel-
,, lotto, & Paduana Prioratus coram me. Qua-
,, re, vel de reſeruatione valdè dubitari poteſt,
,, vel adeò turbida eſt, vt clarè, & notoriè de
,, ea conſtare dici non poſſit, prout verba Bre-
,, uis deſiderant, & de iure neceſſarium eſt pro
,, obſeruanda executione petita, vt in principio
,, fuit firmatum, & ita, &c.

In hanc ſententiam deſcendit Rota, poſtquam hanc cauſam per integrum decennium ſubſtinuiſſet, ſæpiuſque dixiſſet placere concordiam. Ego deciſioni opponebam, quod ſecundum illius abſumptum, non verificabantur verba regulæ: *quandiù apud Eccleſias reſederint, &c.* quæ iuxta omnium interpretationem etiam per hanc deciſionem admiſſam interpretantur de menſe integrali, & menſis reſidentiæ non poterit dici integer, ſi aliquid ex eo defecerit *c. licet extra de præbend.* vbi quod
32 integrè idem eſt ac ſine diminutione, & dici non poteſt ſine diminutione menſis, cui deficiunt aliqui dies, & ſanè non percipio, quid ſibi velit deciſio; quam examinamus, dum dicit, *vt etiam alia præmiſſæ* videlicet, Sulmoneñ. Paduana, & Papieñ. quod regula loquitur de menſe integrali, non autem de ſingulis diebus, quia menſis conflatur ex diebus, quemadmodum totum ex ſuis partibus, quod non poterit dici totum, ſi deficiat aliqua partium, & longè minus intelligo, quod ſubdit eadem deciſio Papam non per momenta, & tempora, ſed ſecundum naturam reſeruationis in quolibet menſe Apoſtolico integrè incepto conferre, quia quod inceptum tantummodo eſt, integrum dici non poteſt. Requirit igitur Regula exactam, & continuam reſidentiam, non interpolatam. Nam de iure Canonum, & præſertim *Conc. Tridentini ſeſſ. 23. cap. 1.* Epiſcopi tenentur ad reſidentiam ſub pœna peccati mortalis, & amiſſionis fructuum, & nihilominus quia abſentia Epiſcopi poteſt aliquando excuſari data probabili cauſa, Pontifex, vt eos ad exactam reſidentiam inuitet, & omnem excuſationem abſentiæ reſcindat, cõcedit ipſis duos menſes vltra reſeruationem annum bipartitò cum ipſis Alternatis menſibus diuidens, quod non erat opus, ſi Pontifex fuiſſet contentus tali quali reſidentia, & non requireret exactam, & continuatam, notatur in *ſupradictis* Sulmoneñ. & Papieñ. coram Lancellotto, & Andrea.

Neque obſtat abſurdum, quod aliqui ex *DD.* dicebant prouenire ex huiuſmodi inter-

pre-

pretatione nempe, quod collatio Ordinarij facta in menſe alternato ſemper eſſet in ſuſpenſo, donec menſis terminetur, vt verb. gr. Epiſcopus fuit præſens à principio menſis, & die tertia contingit vacatio, ſi cõfert, eius collatio erit in ſuſpenſo vſque ad finem menſis, ſi receſſerit nempe, vel non receſſerit, nam si receſſerit, iuxta noſtram interpretationem collatio non erit valida, eo quod Epiſcopus non fuerit præſens per integrum menſem.

Nam reſpondebam abſurdum, quod conſiderant allegatæ deciſiones de collatione in ſuſpenſo, eſt in collatione Papæ, quod videlicèt illa, ſeu potiùs ius conferendi illius non debet ſtare in ſuſpenſo, non autem dicunt abſurdum eſſe, quod collationes Ordinarij ſint in ſuſpenſo, immò hoc ipſum ſæpiſſimè contingit in prouiſionibus Papæ, quæ ex aliqua conditione hærent in ſtatu implicito validitatis. Secundo nulla ratio eſt, quod abſurdum dicatur collationem ordinarij ſtare in ſuſpenſo, & idem non dicatur de iure Papæ; per receſſum autem à diœceſi Epiſcopi in menſe alternato illico acquiritur ius Papæ, quod ſtaret in ſuſpenſo, ſi per reditum Epiſcopi à diœceſi auocaretur à Papa, *vt conſideratur in ſupra allegata Segobienſi*. Tertio non eſt verum, quod ſecundum noſtram interpretationem ſequeretur hoc abſurdum; caſus enim noſter eſt, quando Epiſcopus in menſe alternato abfuit a diœceſi ante collationem, non autem quando recedit poſt collationem factam, quamuis & hoc caſu etiam, *vt oſtendi*, non poſſit conſiderari abſurdum, licèt caſus noſter in eo differat, quod ibi eſt verum dicere, quod Epiſcopus ante collationem receſſerat, alio vero caſu eſt verum dicere, quod ante collationem, vt nos requirimus, nunquam receſſerat, licèt receſſerat poſtea, & hæc interpretatio eſt iuxta naturalem aduerbij *quamdiù* ſignificationem, nihil enim aliud importat, *quamdiù reſederint* ac donec, *prout benè interpretat. deciſ. Segobienſis*.

Integralitas igitur menſis non capitur à ſolo principio, quaſi Epiſcopus à principio reſidendo fecerit illum ſuum, quia hoc abſolutè non eſt verum, niſi continuauerit, vt admittit hæc deciſio nempe ſi Epiſcopus receſſerit poſt principium, & ipſo abſente contigerit vacatio. Neque enim principium menſis conſiderari debet ſub hac modalitate, quatenus principium eſt, ſed tanquam Lapis angularis, videlicet initium Iuris conferendi in illo menſe, vt idem operetur abſentia Epiſcopi in principio menſis quo ad totum menſem, ac receſſus in medio menſis pro reliquis diebus.

Secundo dicebam contra hanc deciſionem Regienſem, quod in ea non tolluntur fundamenta deciſionis Segobieñ. nempe quod per receſsum Epiſcopi a ſua diœceſi, illico aperitur ius Papę conferendi in illo menſe, ſi ſit alternatus, quod ius non poteſt inſcio Papa ab eo auferri, etiamſi ſi Epiſcopus illico redeat, & dat ſimile de Emphiteuta alienante ſine
33 Domini conſenſu, qui amittit Emphiteuſim, etiamſi illicò recuperet rem alienatam, *vt in dicta deciſione*.

Tertio firmat hæc deciſio Regieñ. caſum hunc de quo agimus, nempè quod Epiſcopo præſente à principio menſis, & abſente per aliquot dies, & deinde denuò præſente de tempore vacationis an inquam, hoc caſu poſſit gaudere Alternatiua non fuiſſe deciſum, & tamen contrarium demonſtrabam ex deciſione Segobieñ.

Cui non obſtat, quod deciſio Segobienſis dicat Epiſcopus reſidendo eo ipſo recuperat, quod amiſerat diſcedendo, nam hoc non poteſt intelligi de recuperatione ex reditu pro illo menſe, in quo diſceſſit, ſed pro alijs menſibus ſubſequentibus, ne videatur ius Alternatiuæ per hunc receſſum amiſiſſe perpetuò, in quo deciſio Segobieñ. ponit differentiam inter hunc caſum, & Emphiteutam alienantem ſine conſenſu Domini, qui non recuperat ius amiſſum.

His tamen non obſtantibus *Rota* corã *eodem* Domino Pirouano ſub die 13. Iunij 1633. perſtitit in deciſis. videlicet Domini perſtiterunt
„ in iam reſolutis in hac cauſa 15. Aprilis 1630.
„ quia vbi Epiſcopus a ſua diœceſi inchoato
„ menſe recedit, & per paucos dies abſentia
„ durat, mox eo redeunte beneficium vacat, po-
„ teſt illud conferre in menſe alternato ad ſuam
„ collationem ſpectante, tunc enim pro funda-
„ mento præmiſi, quod ſufficit Ordinario, quod
„ beneficium vacauerit in menſe Ordinarij, &
„ quod Epiſcopus de tempore vacationis non
„ eſſet abſens à ſua diœceſi. *Archidiac. in cap. ſta-*
„ *tutum nu. 2. verſ. & ſic ipſius vacationis principio*
„ *de præbend. in 6. Caſſad. deciſ. 8. & 9. de præbend.*
„ *Rota deciſ. 774. nu. 3. & 10. par. 3. diuerſ. Gonzal.*
„ *ad regul. 8. gloſſ. 43. num. 142. & 143. Garz. de*
„ *beneſic. par. 5. cap. 1. num. 697.* & conueniunt
„ verba regulæ *quandiù reſederint* apta diuidere,
„ & limitare tempora, & momenta. *l. 1. in prin-*
„ *cipio vbi gloſ. & Bartol. ff. de non oper. nunc. Are-*
„ *tin. in l. 3. §. Nerua in primo notabili ff. de acquir.*
„ *poſſeſsione. Ruin. conſil. 114. num. 8. lib. 5.* itaut
„ benè verificari poſſit reſidentia, & non reſi-
„ dentia in eodem menſe ad effectum, vt Epi-
„ ſcopus in certis diebus menſis, in quibus reſi-
„ dentiam fecerit, habeat Ius conferendi, & in
„ alijs diebus abſens fuerit, illud habere deſinat,
„ vnde cùm vtraque qualitas in præſenti con-
„ currat, vacationis videlicet, & reſidentiæ col-
„ latio ad Ordinarium, non autem ad Papam vi-
„ gore regulæ octauæ ſpectabit.
„ Non obſtat, quod verba, *quandiù apud Ec-*
„ *cleſias ſuas verè, & perſonaliter reſederint, &c.*
„ non ſunt appoſita momentaneæ reſidentiæ,
„ aut diebus menſis, ſed *vt* in Fauentina Cano-
„ nicatus 16. Decembris 1585. coram Cardi-
„ nali Blanchetto, quam ponit *Garz. per exten-*
„ *ſum loco allegato num. 693.* & in Elneñ. bene-

„ ficij 22. Maij 1599. corám Cardinali Millino,
„ *& deciſ. 70. num. 6. coràm Gregorio XV.*
„ Quia decifiones in ſuis terminis benè pro-
„ cedunt, nempe quando in principio menſis
„ Epiſcopus non fuit præſens, vt fuit pondera-
„ tum, & diſtinctum in deciſione, quæ reuide-
„ tur: tunc enim menſis cœptus poſſidetur per
„ Papam propter abſentiam Epiſcopi ab initio,
„ quia remanet indiuiduus ob præambulum ti-
„ tulum reſeruationis, non autem iure deuolu-
„ tionis, *iuxta Caſſad. deciſ. 8. de præbend. & alijs*
„ *allegatis in deciſ.* Papień. Beneficij coram bon.
„ mem. Andrea, *verſ. Quod autem* non reaſſu-
„ mitur per Epiſcopum ſecundum temporum
„ diſtinctionem, & euentum, quia ſemper obſtat
„ præambulus titulus reſeruationis menſium, ſe-
„ cus verò quâdo agitur, vt in præſenti, de men-
„ ſe iam inchoato per reſidentiam Epiſcopi, cui
„ non conuenit titulus præambulus reſeruatio-
„ nis menſis indiuidui, nec collatio Ordinarij
„ excluditur, niſi per vacationem tempore ab-
„ ſentię illius contingentem, quia ſemper intrat
„ temporum limitatio, & diſtinctio ex natura
„ verborum, *quandiù verè, & perſonalitèr re-*
„ *ſederint* habentium qualitatem ſuſpenſiuam,
„ non abdicatiuam. *Bart. in l. final. §. fin. num. 2.*
„ *ff. ad Tertull. Socin. iun. conſ. 76. num. 113. lib.*
„ *1. Surd. conſ. 186. num. 15. Gonzal. dicta Gloſſ.*
„ *43. num. 135. & 139. & admittitur in deciſione*
„ Segobień. beneficij 26. Martij 1604. coram
„ bon. mem. Iuſto.
„ Non obſtat, quòd ex eadem deciſione Se-
„ gobienſi decidatur caſus, de quo agitur, etiam
„ quando Epiſcopus cœpit reſidere in principio
„ ſui menſis, & poſtea recedit, & tunc Epiſco-
„ pum amittere Alternatiuam, & ſtatim acqui-
„ ri ius Papæ *ſecundum deciſiones Fauentin. & Sul-*
„ *monen. allegatas*, quia caſus Segobień. benefi-
„ cij non continet vtramq; qualitatem, ſcilicet
„ reſidentiæ in principio menſis, & de tempo-
„ re vacationis beneficij, prout in præſenti, ſed
„ tantùmodo reſidentiæ in principio menſis, nō
„ autem de tēpore vacationis, & propterea fuit
„ reſolutū pro reſolutione ex ijſdem verbis *quā-*
„ *diù verè non reſederint*, quæ ſuſpendebant
„ vſum Alternatiuæ pro tempore abſentiæ, in
„ quo poſtea vacauit beneficium, & ita, &c.

Hęc deciſio non magis ſatisfacit difficultati, quam præcedens. Abſumit enim pro fundamento ſufficere, quod Epiſcopus ſit pręſens à principio menſis alternati, & de tempore vacationis, licèt intermediè fuerit abſens, & hoc eſt, de quo quærimus, & quamuis deciſiones in Fauentina, & Salamantina procedant in caſu, vbi Epiſcopus fuit abſens à principio, tamen rationes in eis adductę percutiunt, quālibet abſentiam, ſiue illa ſit a principio, ſiue in medio menſis, vt videlicèt quemadmodum Ordinarius cadit à commodo Alternatiuę pro toto illo menſe, ſi fuerit abſens a principio, etiamſi poſtea redierit ad reſidentiam, & de tempore vacationis ſit præſens, ita ſi a principio fuerit præſens, & deindę diſceſſerit, & poſtea ſequatur vacatio etiā poſt ipſius reditū illicò poſt diſceſſum amittat vsū Alternatiuę pro reliquis diebus illius menſis, eo quod eadem ſit ratio totius ad totum, ac partis ad partem. *l. quæ de tota ff. de rei vend.* & ad hunc effectum *notat Garz. par. 5. c. 1. num. 697. circa medium*, & abſentia Ordinarij à principio conſideratur, vt receſſus in qualibet die menſis pro reliquis, qui ſuperſunt diebus; itaut quilibet dies poſſit eſſe principium abſentię, propter quam Ordinarius irreuocabiliter pro illo menſe amittit Alternatiuam *iuxta deciſiones Fauentina, Salamantina, & Papienſis allegatas*, quę interpretantur clauſulam reſtrictiuam *quandiù, &c.* de menſe integrali, & non interpolata. Vnde licet verum ſit, quod abſentia Epiſcopi à principio facit ceſſare Alternatiuam, & intrare reſeruationem, principium tamen hoc non debet conſiderari, vt principium menſis, quod vt ſic nullam habet connexionem neceſſariam cum Alternatiua, quæ non conceditur propter principium, ſeu propter finem, ſed propter reſidentiam, vnde conſiderari debet, vt principium abſentiæ, quod qualificat totum, & integrum menſem, quia influit in principium; quemadmodum receſſus in medio menſis pro reliquo, quod ſupereſt, neque applicatur conſideratio indiuiduitatis propter principium, ſed propter abſentiam; nàm præſentia Epiſcopi à principio menſis non reddit menſem indiuiduum ad eius fauorem ſi receſſerit.

Neq; etiam ſubſiſtit quod deciſio Segobień. non continet caſum noſtrum, ſed eum quando Epiſcopus fuit præſens à principio, & abſens de tempore vacationis, quia credo, quòd hoc eſt verum, & quod caſus deciſionis eſt idē cum eo, qui ponitur *per Gonzal. gloſ. 43. num. 41.* ante commiſſionem cauſæ, vel certè ante extenſionem deciſionis, ratio nihilominus illius militat in vtroque caſu, nempe quod Epiſcopus illicò ac recedit a ſua Diœceſi, amittit pro illo menſe vſum Alternatiuæ, & ius acquiritur Papæ, quod ab eo non reuocatur ipſo inſcio, etiam ſi redierit, exemplo Emphiteotæ alienantis ſine conſenſu Domini, & illicò recuperantis, quod ſimile non applicaretur, niſi deciſio præſupponeret reditum, & huic rationi deciſio Regień. nihil reſpondit, ſed repetit, vt in prima quod Clauſula *quandiù, &c.* etiam iuxta mētem deciſionis Segobień. habet qualitatem ſuſpenſiuam, non abdicatiuam, quòd verum eſt ſi ſermo ſit de abdicatione perpetua, ſecus ſi de abdicatione pro illo menſe, in quo contigit receſſus, & abſentia.

Et vix poteſt commodè interpretari, quod aſſumit hęc poſtrema deciſio in cauſa Regień. in principio videlicèt ſufficere, quod Epiſcopus ſit pręſens à principio, licèt deinde per paucos dies ſit abſens, & vacatio contingat poſt illius reditum, nam illud *per paucos dies* per regulam non limitatur, vnde hac ratione collatio Ordinarij ſemper erit in ſuſpenſo,

do-

donec indicetur ſuper illa paucitate dierum: quamuis hæc ratio contrarietur omnibus deciſionibus hactenus allatis, quæ firmant regulam procedere quoad momenta ergo non poteſt dari terminus aliquorum dierum, & hoc ipſum poſtea in diſcurſu admittit eadẽ deciſio.

Concludo itaque Ordinarium amittere vſum Alternatiuæ in mẽſe alternato quocunque die à diœceſi receſſerit, etiam ſi a principio menſis fuerit præſens rationibus deductis in dicta Segobieñ. alias enim fraus regulæ, vt conſideratur in allegatis Paduana, Papieñ. & Sulmoneñ. nam ſi Epiſcopo ad Alternatiuam ſufficit, quod ſit præſens a principio menſis, primo die præterito poterit recedere à diœceſi, & abeſſe, donec audierit Clericum aliquem decumbere, neque enim Clerici præceteris mortalibus moriuntur ſubitanea, & improuiſa morte, eiuſque morbo ingraueſcente, & conferre ſe Mutinam, ſiue Mantuam, a quibus Rhegium Lepidi nõ vltra 12. millia paſſus diſtat, ac grege dimiſſo aſſiſtere Aulis Principum, idem facient Epiſcopi contermini Mediolano, Neapoli, Venetijs quod proculdubio eſt contra mentem Regulæ, quæ iuxta diſpoſitionem Concilij Tridentini fundatur in reſidentia. *Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 461.*
34 *& 469.* & Alternatiua, hoc eſt illius gratia inuitans ad reſidentiam, non debet ope-
35 rari contrarium effectum. *Gonzal. Gloſſ. 43. num. 114.*

Non obſtant doctrinæ in contrarium allegatæ; nam *Archid. in cap. ſtatutum num. 2. de præbend. in 6. Caſſad. deciſ. 8. & 9. eod. titulo, & Rot. deciſ. 774. par. 3. diuerſ.* non ſequitur in terminis Alternatiuæ, ſed in terminis deuolutionis, qui Alternatiuæ applicari non poſſunt, *vt hactenus ſæpius vidimus in ſupra allegatis deciſionibus*, & infert ipſa vis verbi, quia deuolutio conſiſtit in negatiua collationis; Alternatiua verò in negatiua reſidentiæ, quæ toto cælo diſtant, & notandum hanc *deciſionem octauam Caſſadori* prout dicit, quod Ordinarius confert iure proprio, & non uigore Indulti, reprobatur per *Rotam in cauſa* Ferrarieñ. Canonicatus 26. Aprilis 1624. coram Domino Pirouano, quod ex Diametro repugnat deciſioni Rhegieñ. *Gonzalez* verò *Gloſſ. 43. num. 142. & 143.* & *Garz. qui eum refert, & ſequitur parte 5. cap. 1. num. 697.* non ſunt attendendi, quia nituntur falſo fundamento, nempe quod Epiſcopus poſſit conferre in menſe alternato, ſi ſit præſens de tempore vacationis, etiamſi non reſederit à principio menſis. quod hactenus ſatis exploſum eſt, & à nemine approbatum, vnde non mirum, quod excuſent abſentiam in medio menſis, ſi eam dicunt non neceſſariam in menſis principio.

Non obſtat ſi dicatur intellectum hunc noſtrum, quem damus regulæ octauæ, eſſe minus rigoroſum, vtpote quod iuxta illum Epiſcopus nunquam poſſit abeſſe ſua diœceſi, etiam per minimum temporis, nam reſpondetur nullum poſſe conſiderari rigorem, qui ſit vitioſus, poterit enim recedere Epiſcopus in menſe non alternato, *vt notat Gonzal. d. cta Gloſſ. 43. num. 181.* ac etiam in menſe alternato, & tantummodo priuabitur commodo Alternatiuę pro illo menſe. Quod ipſum non poteſt dici rigor, cũm pendeat ab Epiſcopi voluntate, tam ante acceptationem Alternatiuæ,
36 quam poſt illius acceptationem, & hoc intelligit. *Gonzal. Gloſſ. 45. num. 6. & 7.* dum dicit, quod Epiſcopus poteſt Alternatiua partim vti, & partim non vti.

Deinde datur caſus, in quo Epiſcopus etiãſi abſens fuerit quaſi, vt ita dicam, per integrum menſem, & nihilominus collatio ipſius ſubſtineatur. Caſus eſt ſi Epiſcopus incœpit reſidere primo die menſis, & ſecundo, vel tertio contingat vacatio, & ipſe conferat, ſi quarto, vel quinto die diſceſſerit, vel abſens fuerit per reliquum menſis, collatio debito tempore, & vtraque qualitate concurrente, reſidentiæ nempe, & menſis alternati, non poteſt per ſubſequentem abſentiam irritari, & hic caſus non fuit à prædictis deciſionibus conſideratus, ſed illi directæ applicantur omnia fundamenta deciſionis Rhegieñ.

Hunc pergamus ad alia ſpectantia hanc materiam, & primo quidem ad Alternatiuam adeò neceſſaria eſt reſidentia, vt non ſufficiat Epiſcopo verè, & realitèr reſidere, niſi etiam habeat animum reſidendi. *Rota deciſ. 64. p. 3. recent. & deciſ. 239. n. 1. coram Greg. XV. Gonzal. dicta Gloſſ 43. num. 173 & ſeqq.* vbi tamen dicit hanc opinionem eſſe duram, & exiſtimat Rotam aliquando ab ea receſſuram. Verum Rota nunquam receſſit, nec recedet, quia opinio non eſt dura, ſi ritè attendatur Rotæ interpretatio, licèt etiam difficile primo aſpectu videatur inquirere in voluntatem Epiſcopi ia mentem retentam, nihilominùs *inquit Rota coram Greg.* hæc difficultas ceſſat, vbi Epiſcopus haberet aliam neceſſariam occupationem, quæ impediret reſidentiam, & eſſet ſolitus illi occupationi vacare, & reſidentiam deſerere, vt in caſu *deciſionis coram Gregorio* vbi Epiſcopus erat Inquiſitor, & ſolitus erat reſidere apud officium Sanctæ Inquiſitionis, & ſi quando accedebat tempore Paſquatis ad Eccleſiam ſuam, paulò poſt recedebat, & reuertebatur ad officium Inquiſitoris, & ſic attento ſolito, & attento officio incompatibili cum reſidentia benè infertur ad animum non reſidendi.

Sed hic denuò noua oritur quæſtio, vtrum abſentia ad effectum Alternatiuæ aliquo mo-
38 do, vel graui de cauſa poſſit excuſari; quæſtionem hanc tangit *Gonz. d. Gloſſ. 43. vbi n. 12. & ſeqq.* videtur concludere abſentiam ad effectũ regulæ nulla ratione excuſari poſſe; *nu.* tamen 63. tenet contrariũ nempè abſentiã caſualem ex rationabili cauſa excuſari poſſe, ſed rationes *Gonz.* mihi non arridẽt, nã regula requirit præciſè reſidentiã, quæ ſi rationabili cauſa

poſſet excuſari facillimè ei fieret fraus, & omnis abſentia, & reſidentia reſpectiuè deduceretur ad diſputationem. Ex alia parte videtur durum, quod nulla omninò cauſa nedum Eccleſiæ vtilis, ſed etiam neceſſaria excuſat abſentiam. Sanè conſtitutio Vrbani VIII. edita contra non reſidentes expreſsè diſponit, quod abſentia ad effectum incurſionis pœnarum in ea comminatarum nulla cauſa quantumuis vrgenti excuſari poſſit, ex quo videtur poſſe inferri, quod ad effectum Regulæ octauæ videatur ſupponere abſentiam aliqua de cauſa excuſari poſſe.

Verùm hæc quæſtio non videtur proponenda verbis generalibus, ſed videntur diſtinguendi caſus de abſentia voluntaria, mixta, &
39 neceſſaria.

Abſentiam voluntariam dico, quando Epiſcopus àliquis electus eſt ad officium, ſiue munus quoddam vtile Reipublicæ Chriſtianæ quod poteſt per alium adminiſtrari, v. g. officium Inquiſitoris, vt in caſu deciſionis Elneñ. & tunc non eſt dubium, quod abſentia non excuſatur, non obſtante vtilitate publica, quia ille Epiſcopus non eſt præcisè neceſſarius ad huiuſmodi officium, cùm poſſit per alium exerceri, & æquè benè, & ille potuiſſet non acceptare.

Mixtam dico, quando quis Epiſcopus deſtinatur à Pontifice Nuncius Apoſtolicus in aliquo Regno, quo caſu abeſt cauſa Reipublicæ, & quidem miſſus à Papa, attamen ſi vocatus ad hoc munus ſe excuſaret, proculdubio admitteretur excuſatio, vnde licet ille Epiſcopus deputetur Nuncius, & abſit cauſa Reipublicæ, nihilominus hoc ei ſuffragatur ad effugiendam pœnam *Capituli de multa*, non autem ad effectum Regulæ octauæ, & acquirendi, ſiue vtendi Alternatiua: cùm regula velit præciſam reſidentiam fieri in diœceſi.

Neceſſariam abſentiam dico, quando Epiſcopus non poteſt reſidere, etiamſi maximè cupiat, vt quia ab improbis hominibus impeditur, quem caſum ponit *Gonzal.* cui ego addo & alium, nempè quando Epiſcopus venit viſitatum Limina Apoſtolorum, quod neceſſariò facit, & omittere non poteſt, niſi data legitima excuſatione, quæ ſit à Pontifice admiſſa itaut per alium viſitet, quod decretum viſitandi Limina Apoſtolorum cõcernit omnes Epiſcopos, & quidem vti tales; vnde Epiſcopus accedendo ad Vrbem ex cauſa viſitationis Liminum, dicitur facere munus Epiſcopale, & neceſſarium ad Eccleſiam ſuam, & per conſequens etiam dicitur reſidere. *cap. conquerente de Cleric. non reſid. Cardinal. in Clementina prima quæſt. 13. num. 22. de for. comp.* adeout hoc caſu Epiſcopus debeat haberi pro reſidente ad quemcunque effectum, adhibita tamen forma præſcripta per prædictam poſtremam Conſtitutionem Vrbani contra non reſidentes.

40 Rurſus quæritur, cui incumbat onus probandi affirmatiuam, ſiue negatiuam reſidẽtiæ Prouiſòne Apoſtolico, an potiùs Prouiſo ab Ordinario, & *Rota coram Greg. XV. deciſ. 70. num. 3.* videtur innuere probationem affirmatiuæ ſpectare ad Prouiſum ab Ordinario; inquit enim, *quia non probatur reſidentia, quæ requiritur, vt Epiſcopus Alternatiuam gaudeat, immò apparet de eius non reſidentia, &c.* dico videri hoc innui per hanc deciſionem, quæ tamen ſatis eſt obſcura, quia vtrumque ſimul copulat, nempe negatiuam probationis reſidentiæ, & affirmatiuam probationis non reſidentiæ, quarum vna neceſſario facta fuit per Prouiſum ab Ordinario; altera per Prouiſum Apoſtolicum, vt patet legenti.

Deinde *coram eodem Gregorio deciſ. 94. nu. 9.* expreſsè tenet, onus probandi negatiuam ſpectare ad Prouiſum Apoſtolicum. *Oliuer.* autem *hic num. 11.* omninò tenet contrarium, nempè onus probandi affirmatiuam incumbere Prouiſo ab Ordinario, ſiue ille ſit actor, ſiue reus; *Gonz.* verò *ſæpè citata Gloſſ. 43. nu. 95.* tenet onus probãdi incumbere ei, qui allegat, videlicet actori; ego verò cenſeo cum *deciſione Gregorij*, nempè onus probandi negatiuã reſidẽtiæ incũbere Prouiſo Apoſtolico, non quidem quando ſimpliciter docetur de acceptatione, vt dicit dicta deciſio, ſed quando docetur, quod Epiſcopus eſt in quaſi poſſeſsione conferendi vigore Alternatiuæ, videlicet quod ea aliquando ſit vſus. *Garz. de benefic. 5. par. cap. 1. num. 479. & bene fuit declaratum in* Aſsiſiñ. Canonicatus 14. Iunij 1600. coram Card. Sacrato.

,, Fuit per DD. reſolutum, & vnanimiter
,, concluſum intrare Alternatiuam in Canoni-
,, catu, de quo agitur, quia non hic agitur inter
,, Epiſcopum, & Capitulum ſuper iure confe-
,, rendi, ſed inter Prouiſos, quo caſu attenditur
,, ſola quaſi poſſeſsio collatoris *iuxta doctrinam*
,, *Calderin. conſil. 23. de præbend.* quem Rota ſe-
,, quitur *deciſ. 49. de reſcript. in antiq. Put. deciſ.*
,, *206. lib. 1. Mohedan. deciſ. 8. de priuileg.* & co-
,, ram R. P. D. meo Pãphilio in *cauſa* Viceñ. Be-
,, neficij S. Martini 19. Nouembris 1599 &c.
41 Et ſubdit deciſio, quod quaſi poſſeſsio Alter-
natiuæ acquiritur vnico actu, ſed tunc colla-
42 tio vigore Alternatiuæ facta debet eſſe valdè
clara, vt deciſionem hanc Aſsiſienſem declarat alia deciſio in *cauſa* Nouarieñ. Canonicatus Prima Decembris 1608. coram Iuſto.

,, Ex vnica collatione facta de Canonicatu
,, vacante in menſe Februarij anni 1599. præ-
,, tendebatur Epſcopo Nouarieñ. dandum eſſe
,, mandatum de manutenendo contra Capitu-
,, lum, quia ex vnico actu in incorporalibus ac-
,, quiritur quaſi poſſeſsio. *c. cum Eccleſia Sutrina,*
,, *& ibi omnes de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Vtrall.*
,, *deciſ. 337. p. 2.*
,, Contrarium fuit deciſum, quia nos verſa-
,, mur in caſu, vbi non agitur inter prouiſos,
,, quo caſu ſufficit ſola quaſi poſſeſſio collationis
,, *Abb. in cap. Conſultationibus num. 3. de Iure-Pa-*
,, *tron.* & in his terminis procedit *deciſio* R. P. D.

,, mei Sacrati in *cauſa* Aſſiſieñ Canonicatus 14.
,, Iunij 1600. ſed in cauſa adeſt Epiſcopus Col-
,, lator, & conſequenter agitur de iure confe-
,, rendi in menſe Februarij, qui eſt menſis Pa-
,, pæ reſeruatus, ſi non intrat Alternatiua, &
,, dum Epiſcopus dicit ſe acquiſiuiſſe poſſeſſio-
,, nem conferendi in illo menſe reſeruato tendit
,, in præiudicium Papæ, non Capituli, quod prę-
,, tendit menſes ordinarios, & ſic pro acquiren-
,, da huiuſmodi quaſi poſſeſſione requirebatur
,, ſcientia Papæ, de cuius præiudicio agitur, non
,, Capituli. *Innocentius in c. bona.* il ſecondo. *ſub*
,, *num. 1. verſ. Item de illo de poſtul. Prælat. Rip.*
,, *poſt alios in d. cto c. cum Eccleſia Sutrina ſub num.*
,, *64. de cauſ. poſſ. & proprietat.* Nec etiam pro-
,, deſt Epiſcopo prætenſio Alternatiuę, quia
,, illa reſpicit petitorium, & nunc agitur de mā-
,, dato de manutenendo, ac etiā ex prætenſione
,, Epiſcopi conferendi in menſibus Ordinarij
,, reſultat confuſio Alternatiuæ, quia non re-
,, maneret collatio Papæ in menſibus Martij,
,, & Septembris, quod etiam nō prodeſt, vt au-
,, tem proſit collatio facta vigore Alternatiuæ
,, debet eſſe clara de iure, alias intrat reſerua-
,, tio. *Æneas de Falcon. de reſeruat. benefic. par. 1.*
,, *num. 29. & fuit dictum in Rota* coram bo. mem.
,, Orano in *cauſa* Luneñ. Sarſaneñ. Canonicatus
,, 8. Martij 1599.

Supereſt alia difficultas perquirere, quæ-
nam beneficia cadant ſub Alternatiua? & qui-
dem comprehendi omnia beneficia ad colla-
43 tionem Ordinarij ſpectātia, etiamſi ſint extra
Diœceſim, probant *Gonzal. dicta gloſ. 43. &*
Garz. dicto c. 1. par 5. locis ſupra allegatis vt non
ſit neceſſe, quæ benè ab alijs dicta ſunt, repe-
tere, quod tamen intelligendum de beneficijs
ſpectantibus ad Ordinarium, vt Ordinarius
eſt, nam ſi ſpectaret collatio ad Epiſcopum a-
lia ratione, nempe vt ad inferiorem collato-
rem, tunc ſub Alternatiua non comprehende-
rentur, quia Regula octaua, *vt ſupra vidimus,*
qualificat tantum Ordinarios, non autem in-
feriores collatores. Dubium igitur eſt de be-
neficijs ſimultaneæ collationis, quorum col-
latio non ex aſſe ſpectat ad Ordinarium, ſed
inſimul cum alijs, & illa non comprehendun-
44 tur ſub Alternatiua, *vt* in Vrgelleñ. Canoni-
catus 26. Februarij 1621 coram Corduba *&*
nuperrimè in Olceñ. Canonic. 1. Iulij 1647.
coram Peuttingerio.

,, Pro Ioanne Baptiſta Informante, qui cùm
,, ſit reus, & poſſeſſor, & Ioannes Vnnes ni-
,, hil probauerit, etiamsi illi fuerit terminus prę-
,, fixus, venit abſoluendus, quamuis nihil doceat
,, de iure ſuo. *l. loci. §. finali ff. ſi ſeruit. vendic. l.*
,, *qui accuſare. C. de edend. cap finali. §. finali de iur-*
,, *iurand. & ibi gloſ. verbo in probatione,* quod ma-
,, gis videtur dicendum, quia non conſtat de Iu-
,, re Domini Ioannis: reſeruatio enim ratione
,, menſis, in qua eſt fundata ſua gratia, excludi-
,, tur per acceptationem Alternatiuę, per quam
,, menſis Octobris ſit Ordinarij, & inde eius pro-
,, uiſio nulla. *Caſſad. dec. 5. de præben. Gemin. conſ.*
,, *36. nu. 2. Simonet. de reſeruatione quæſt. 61. nu.*
,, *1. & 2.* ſed quia Alternatiua non intrat in
,, Canonicatibus, in quibus collatio eſt ſimul-
,, tanea iuxta modernas regulas, *vt fuit deciſum*
,, in *cauſa* Sulmoneñ. Alternatiuæ 27. Nouem-
,, bris 1581 coram bon. mem. Orioleñ. & pro
,, parte Ioannis Baptiſtæ dicebatur contrarium
,, obſeruari, in hac clauſula libētèr audiam par-
,, tes, ſi ſuper hoc voluerint audiri, & ſuper ob-
,, ſeruantia Regulæ de anno, de quo etiam per
,, Ioannem Baptiſtam opponebatur.

Ex hac deciſione habemus duo; primum, re-
gulas antiquas Cancellarię nō habuiſſe illam
clauſulam *ad eorum collationem ſpectan. &c.* quā
habent recentiores; alterum quod de tempo-
re deciſionis nondum erat præiudicatum illi
opinioni, quod Alternatiua non habeat locum
in beneficijs ſimultaneæ collationis, prout po-
ſtea noluit, vt in Barbaſtreñ. Archipresbyte-
ratus 4. Decembris 1615. coràm Pirouano.

,, Pro Franciſco fuit reſolutum, ei ſcilicet Ar-
,, chipresbyteratum eſſe adiudicandum, quia
,, eius vacatio contigerit in menſe Septembris,
,, qui propter Alternatiuam ab Epiſcopo acce-
,, ptatam dicitur Apoſtolicus, & non alio pro-
,, bato aperta colligitur huius beneficij reſerua-
,, tio propter Regulam octauam, & in conſe-
,, quentiam non ius Franciſci auctoritate ordi-
,, naria prouiſi, nihilominùs contrarium viſum
,, eſt dicendum, quia ex eadem regula octaua Al-
,, ternatiua non intrat, quando non ſunt de li-
,, bera collatione Epiſcopi, prout non eſt præ-
,, ſens, de quo agitur, ſed de ſimultanea cū Ca-
,, pitulo tanquam dignitas in Cathedrali, ideò
,, menſis Septembris in hac parte nō alteratur,
,, ſed remanet ordinariæ collationi propter ſi-
,, multaneam. *Abbas in c. cum Eccleſia num. 8. de*
,, *election. Caſſad. deciſ. 22. de præbend.* vbi refert
,, hanc opinionem communem, & quod *Rota* il-
,, lam ſequatur.

,, Nec a Simultanea videbatur eximi pro-
,, pter eius qualitatem, & quod eſſet de infe-
,, rioribus, vt dicebatur pro parte Thomæ, &
,, ex inde conueniret diſtinctio *Abbatis in 3.*
,, *membro eiuſdem cap. cum Eccleſia,* dicentis quod
,, ſimilia poſſunt conferri per Epiſcopum abſ-
,, que conſenſu, vel conſilio Capituli.

,, Quia pluribus modis fuit reſponſum primò
,, ex eo, quo deficiat iſta qualitas minoritatis,
,, cum agatur de Archipresbyteratu, cuius no-
,, men ſonat in dignitate magnum officium,
,, & præminentiam, & iuriſdictionem ſuper
,, alias in Cathedrali circa ſpiritualia poſt Epi-
,, ſcopum, *vt legitur in c. 1. & 2. & 3. de offic.*
,, *Archipresb. Rota deciſ. 9. de præbend. in nou. &*
,, *& deciſ. prima de officio Archipresbyteri in anti-*
,, *quis. Aretin conſ. 23. num. 4. Pariſ de reſignatio-*
,, *ne lib. 2. quæſt. 1. num. 89.* & cum ipſo nomine
,, Archipresbyteri concurrit etiam delatio ha-
,, bitus, prout geſtant aliæ Dignitates, de
,, quo habitu reponunt teſtes Thomæ iuxta
,, 2. & propter eum ſolent diſtingui inferio-
,, res beneficiati a ſuperioribus, *vt fuit aliàs reſo-*

lu-

„ *lutum* in Calaguritana delationis Capparū 26.
„ Iunij 1567. coràm S. mem. Clem. VIII. tunc
„ Rotæ Auditore.
„ Secundò viſum eſt etiam opinionem *Ab-*
„ *batis* nō eſſe tutam, quia nec ipſe determinatè
„ eā tenet, ſed loquitur per verbū Puto, & me-
„ ritò eam non firmauit, quia in primo membro
„ diſtinctionis dixerat ſibi placere opinionem
„ *Gloſſæ*, vt collatio ſimul ad Epiſcopum, & Ca-
„ pitulum pertineat, quia Præbendę ſunt inſtitu-
„ tæ de bonis Eccleſiæ, & in dubio hoc dicit te-
„ nendum, quæ ratio cùm pertineat etiam ad
„ beneficia inferiora, vti inſtituta de bonis Ec-
„ cleſiæ, ideò patet diſtinctionem confundi, cùm
45 facultas prouidendi beneficia inferiora
„ Cathedralis Eccleſiæ non proueniat ex offi-
„ cio generali ipſius Epiſcopi, vt ipſe *Abbas* pu-
„ tat, ſed ex communione bonorum, de quibus
„ ſunt inſtituta.
„ Tertiò ſi etiam determinatè locutus fuiſſet
„ *Abbas* tamen in inferioribus beneficijs, prout
„ ſunt portiones, & mediæ portiones. *Put de-*
„ *ciſ.* 431. *num.* 3. *lib.* 1. contrariam opinionem
„ ſecuta eſt *Rota, vt legitur in* Salamantina di-
„ midiæ portionis 25 Iunij 1590. coram Comi-
„ tulo, *&* in Cordubenſi paritèr dimidiæ por-
„ tionis 13. Februarij 1602. coram Reuerendiſs.
„ Domino Archiepiſcopo Damaſceno, & in
„ alia ſimili 19. Iunij 1602. coram R.P.D. meo
„ Ottembergo, in quibus *Rota* abſq; diſtinctione
„ adhæſit opinioni firmatæ *per Caſſad. deciſ.* 22.
„ *de præbend.*
„ Non obſtat, quod adhuc huiuſmodi be-
„ neficium habeat probationes de libera col-
„ latione, præſertìm ex confeſſione eiuſdem
„ Franciſci in precibus, quæ contra eum
„ probant *l. cum precum ſ. de liber. cauſ. Verall. dec.*
„ 208. *num.* 2 *par.* 2. quia vltra reſponſiones da-
„ tas per informantes placuit DD. quod vbi a-
„ gitur de adiudicando beneficio, vt in præſen-
„ ti per aſſerere, vel negare ipſarum partium,
„ non mutatur qualitas beneficij. *Verall. deciſ.*
„ 185. *par.* 1., *& ante eum Rota deciſ* 12. *de re-*
„ *ſtitutione ſpoliator. in nouiſſ.* quod & fuit rece-
„ ptum contra me in Mediolanen. Parochialis
„ 22. Iunij 1615.
„ Nec dicitur, quod idem affirmant teſtes
„ examinati in cauſa deponentes etiam de pu-
„ blica voce, & fama liberæ collationis aduer-
„ ſarij quoad hoc beneficium, quod ſufficere
„ videtur. *DD. in c.* 1. *num.* 4. *de appellat. Rota de-*
„ *ciſ.* 3. *de probat. in nouiſs. cum alijs allegatis*, quia
„ neque hoc ex depoſitionibus teſtium potuit
„ colligi, cùm nō detur ſummarium illarum de-
„ poſitionum; concordia autem 1610. inter Do-
„ minum Epiſcopum, & Capitulum, quamuis
„ tribuat ſoli Epiſcopo collationem huiuſmodi
„ beneficij, eis tamen confirmatio emanata
„ cum clauſula *firma remanente ſimultanea, & ſal-*
„ *uis reſeruationibus Apoſtolicis* impediuit effectū
„ Alternatiuę, & conſeruauit anteriorē reſerua-
„ tionem octo mēſium, *vt dictum fuit* in Colim-
„ brien. Canonicatus 24. Maij 1599. coram Il-
„ luſtriſs. Cardinali Millino.
„ Quæ autem dicta fuerunt circa excommu-
„ nicationem Franciſci, & alium modum vaca-
„ tionis, nempe per incompatibilitatem, de hoc
„ poſtremo fuit dictum non probari, & pri-
„ mum tolli, quia erant cenſuræ relaxatæ ob
„ non paritionem in non dimittendo poſſeſſio-
„ nem, & fructus reſtituendo, quod cùm in
„ omnibus fuerit paritum, antequam præſens
„ dubium proponeretur, nihil obſtare viſum
„ fuit, quin reſolutio caperetur pro Franciſco
„ prout factum fuit.

Ex quibus liquet ante acceptationem Alternatiuæ non iuuare Epiſcopum in ſimultaneis, quia Papa concedendo Alternatiuam largitur de ſuo, non autem præiudicat alijs, ſed viceuerſa Alternatiua conceſſa Epiſcopis prodeſt in ſimultaneis Capitulo. *Put. deciſ* 88. *lib.* 3. *Garz. de benef. par.* 5. *c.* 1. *num.* 721. & ita in vna, & eadem die, nempe 26. Aprilis 1624. fuerunt propoſitæ tres cauſæ continentes eundem articulum, videlicèt vna Ferrarienſis Canonicatus coram Pirouano, vna Cremonenſis Canonicatus coràm Coccino, & in alia Ferrarienſis Canonicatus coram Remboldo, in quibus tribus cauſis latiſſimè reſoluitur in ſimultaneis Capitulum gaudere Indulto conceſſo Cardinalibus etiam in menſibus Alternatis. Rationes, & fundamenta dictarum deciſionum ſunt, quas ob illarum prolixitatem non refero, ad probandum factum, quod atteſtationi Doctoris de conſuetudine creditur;
48 præſertim ad inducendam conſuetudinem
49 conferendi; & quod Cardinales excipiuntur
50 in Regula octaua reſeruatoria; & quod beneficia ſimultaneæ collationis comprehendātur etiam ad confirmationem ſpectantia; &
51 quod Epiſcopus, & Capitulum faciunt vnum
52 corpus; & quod in hac materia attendatur vſus, & conſuetudo; & demum omnes tres hę deciſiones firmant hanc concluſionem, quod Indultum conferendi nihil aliud ſit, quam remotio obſtaculi contra omnes alias pręmiſſas deciſiones, vndè ego cum *Gonzal. gloſ.* 24 *num.* 48. *& ſeq. & gloſ.* 42. *num* 4. ſum contrariæ opinionis, & quia nihilominus auctoritas Rotæ ſuperabundabat in tribus deciſionibus adiui Sanctiſſimum, vt etiam de ſe refert *Dominus Lotter*, qui aderat cauſis Ferrarienſibus pro Cardinale Camporeo, & expoſitis rationibus Vrbano VIII. & benè per eum intellectis præcepit mihi, vt extenderem regulam Cancellarię prout extendi, & fuit regiſtrata in quinterno, per quam Papa declarat Capitulum in Alternatis non poſſe iuuari, etiam ſi ſint ſimultaneæ collationis cum ordinario Indulto ipſius Cardinalis Ordinarij. Regulam ad verbum ponit *Lotter. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 126.

Et ſanè regula hæc emanauit maxima ratione, quia fundamentum Rotæ, *vt ſupra dixi*, nempe Indultum nihil aliud eſſe niſi remotionem obſtaculi, non ſubſiſtit, cùm Indultum ſit
53 aliquid aliud poſitiuum remotioni ſuperadditum,

tũ, quod clarè patet ex eo, quod remotio obſtaculi in Cardinale Ordinario cauſatur per exceptionem in regula, & ſic quoad remotionem oſtaculi non indiget Indulto. Si igitur ſuperuenit Indultum, dicendum eſt illud aliquid aliud operari præter remotionem.

Verùm hæc materia eſt aliqualiter difficilis intellectu, nam ſi exceptio regulæ ponit re vera Cardinalem Ordinarium abſque aliquo Indulto in iure conferendi in ſingulis mēſibus, eadem ratio eſt, ſi Cardinalis Præſul conferat in vim exceptionis a regula, vel in vim Indulti expoſitiuæ facultatis, nam exceptio illa in regula Indultum quoque eſt, licèt tacitum, vnde dicendum exceptionem in regula octaua reſpicere Indultum præcedens commune, vel ſpeciale, vt declarant verba regulæ, ibi, *quorumcumque collatorum, & Collatricum, &c.* quæ verba ſupponunt Indultum, vnde ſubdendo, *non, tamen S. R. E. Cardinalium,* retento eodem themate intelligi debent de Indulto conferendi, & ne illi per hanc regulam cenſeatur derogatum excipiuntur ab illa, & niſi ita dicamus, ſequeretur Indultum ſpeciale, quoad ipſum Cardinalem *vt in puncto arguit Gonz. dicta Gloſſ. 24. nu. 23.*

Et quod hoc verum ſit, patet ex eo, quod Papa in Indulto apponit expreſſam clauſulam, quod Prouiſi ab Indultario in menſibus reſeruatis debeant petere nouam prouiſionem. Stultus autem eſſet Cardinalis Præſul acceptans Indultum cum hac conditione, ſi haberet facultatem liberè per exceptionem in regula conferendi; exceptionis autem natura eſt, vt relinquat rem in ijs terminis, in quibus eam reperit videlicet, ſi Cardinalis habet Indultum conferendi, abſtrahendo ab hac regula, illud per eam non reuocatur, ſed re-
54 manet in terminis ſuis.

Prædictis non obſtat vulgata illa concluſio in præſatis deciſionibus firmata, quod Ordinarius Indultarius cenſetur potiùs feciſſe actum iuriſdictione ordinaria, quam delega-
55 ta, *de qua per Gregor. deciſ. 325. num. 24.* quia debet interpretari de Indulto communi non de particulari, vt videlicèt quando Concil. Tridentin. dat facultatem omnibus Ordinarijs procedendi in aliquibus cauſis tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatis, hoc caſu Ordinarius non cenſetur procedere iuriſdictione delegata, ſed ordinaria, ſecus verò, ſi adſit Indultum ſpeciale conceſſum illi perſonæ cum aliqua qualitate expreſsè per eum acceptata.

Totum hoc colligitur, ex tenore, & forma Indulti, quod concedit Cardinali Collatori Ordinario non ſolùm facultatem conferendi affecta, ſed etiam reſeruata: quod ſi Pontifex voluiſſet indultarium vti poſſe exceptione regulæ, & iure ordinarij collatoris fruſtra illi indulgeret collationem reſeruatorum, ſed Pontifex vtrumque exprimit vt vidit vtroque caſu conferat iure Indulti, alias enim ſatis fuiſſet exprimere affecta, nulla habita ratione reſeruatorum, ſi illa conferre debebat iure ordinario.

Per prædictas itaque rationes, *vt dixi* permoui felic. record. Vrbanum VIII. ad euulgandam regulam prædictam eique oſtendi præiudicium, quod per opinionem Rotalem inferebatur, nedum Cardinalatui, quinimò Datariæ ipſi, quia ſi Cardinalis conferre poteſt in menſibus reſeruatis in vim exceptionis à regula abſque Indulto, Prouiſi ab illo non tenebuntur petere nouam prouiſionem, ad quam non tenentur niſi in vim Indulti.

Demum probatur hæc noſtra concluſio ex eo quod nedum generaliter Cardinales excipiuntur à regulis Cancellariæ, ſed etiam in ſpecie à regula octaua, in qua ob dubium quod oriri potuiſſet proprio illius generalitatem fuerunt ſpecialiter excepti, *vt notant Gonzal. ad hanc regul. gloſſ. 24. nu. 29. 30. & 31.* & vt ille inquit propropter dictæ regulæ verborum prægnantiam.

Quod autem Capitulum in menſibus reſeruatis, quemadmodum Cardinalis in ſingulis menſibus confert beneficia, quæ ſunt liberæ collationis, ita pariter capitulum poſſit in electiuis, hoc eſt ſimultaneis in ſingulis menſibus eligere, & Cardinalis Ordinarius confirmare, eſt valde durum, nam quod Cardinales non comprehendantur ſub Indulto eſt exemptio à lege communi reſeruatoria, *vt idem Gonzal. dicta gloſſ. 24. num. 1. & pluribus ſequentibus*, & quidem perſonalis propter eorum excellen-
56 tiam, quæ non videtur poſſe extendi ad alios vt in his fere terminis eſt *deciſ. 595. nu. 1.*

Non obſtat quod ſæpe contingit aliquam conſequi ex perſona alterius quod ex propria perſona non conſequeretur, quia non ex eo ſequitur, quod hoc ipſum contingat in caſu noſtro immò iura ad hoc allegata minime hoc probāt; nam *lex Ariſto. quæ res pignori obligari poſſint,* procedit in terminis communionis rei, quæ reſultet in perſonas, non autem in exemptione ſiue priuilegio perſonali, ita etiam procedit *lex emancipati C. de collat.* & omnia exempla adducta per *Iaſon.* videlicet in collatione rei faciendæ, qua alter vtitur propropter alium.

Neque magis applicatur *Geminian. in c. cum in illis de præbend. in 6.* vbi dicit, quod præſentatio, & inſtitutio, & electio, & confirmatio ſunt, adeo coniuncta, vt diſpoſitum in vno trahatur ad alterum, quia intelligit de validitate, vel nullitate, vel forma ſeruanda in terminis communibus, non autem in diſpoſitione quæ ſit, vel certè eſſe poſſit excluſiua electionis in inferiore, & facultatiua collationis in ſuperiore, & *vt inquit gloſ. in verbo electiones in cap. vt circa de elect. in 6.* ſi eodem iure ſpectat ad illos eligere, & confirmare.

Dubium autem Papam concedere Cardinali Ordinario in vim Indulti ius de conferen-
60 di electiua in menſibus reſeruatis, cùm hoc nō

cedat

ribus, ſi in Cardinalem Ordinarium transferat ius ſibi competens, vnde ex eo, quod Indultum præſeruet iura Inferiorum Collatorum, non benè infertur, ergo Inferior Collator ratione communionis cum Indultario requirit ius aliquod, vel potiùs recuperat ius per reſeruationem ſublatum, cùm hi termini valdè diſtent inter ſe, vt ſunt damnum fugere, & lucrum captare.

Neque fauet contrariæ opinioni *Put. deciſ.* 190. *lib.* 1. in qua multum ſe fundant deciſiones, quas examinamus, quinimmò fauet huic noſtræ: inquit enim Indulta capere beneficia electiua non quidem in menſibus alternatis, ſed in menſibus reſeruatis, quod patet ex ex reſponſione, quam dat obiecto, nempè quod Indulta non ampliant, ſed tantùm pręſeruant iura Ordinarij, inquit enim, quod *deciſio Caſſador. tertia de priuil.* quam interpretati ſumus dicit, quod Indultum non capit electiua in præiudicium electorum, ſed in præiudicium Papæ, quod non poteſt verificari, niſi in vacatione in menſe reſeruato, *vt in deciſione Putei* electores non elegerunt tempore habili.

Ex quibus patet Indultum conceſſum Cardinalibus, eſſe quidem remotionem obſtaculorum, & præuentiuarum, ſed tantùm ad fauorem Indultarij, vt videlicèt quibuſcunq; nõ obſtantibus collatio ſubſtineatur, non autem vt illius vigore iuuetur tertius, ita ad literam reſponderunt Robuſterius. & Seraphinus Sixto V. quorum votum ſequens eſt.

„ Beatiſſime Pater, Cùm dubitaretur de validitate collationis Illuſtriſsimi, & Reuerendiſsimi Domini Cardinalis Farneſij, vti Ordinarij Collatoris duorum Canonicatuum, & Præbendarum, quæ nuper vacarunt in Eccleſia Sancti Laurentij in Damaſo per obitum Familiarium Cardinalium Sermonetæ, & de Monte ex eo, quod Regula tertia reſeruat diſpoſitioni Sanctitatis Veſtrę beneficia vacantia per obitum Familiarium Cardinalium, & quia beneficia Vrbis ex priuilegio Apoſtolico ſunt conferenda Romanis, & Prouiſi ab Illuſtriſs. Domino Cardinali Farneſio non ſunt tales, per S. Veſtram fuit nobis commiſſa cauſa, vt videremus, an prouiſi per S.V. vel per Illuſtriſsimum Dominum Cardinalem haberent bonum ius.

„ Et partium aſſertionibus auditis, & diligẽter examinatis fuimus in voto, vt Prouiſi ab Illuſtriſſimo Cardinale Farneſio ſint canonicè Prouiſi, & habeant bonum ius in iſtis duobus Canonicatibus, & Præbendis quia Illuſtriſs. Dominus Cardinalis Farneſius eſt ordinarius Collator, vt Titularius dictæ Eccleſiæ Sancti Laurentij in Damaſo, ac erat præſens in Curia & ſtante pertinentia ordinariæ collationis ad dictum Dominum Cardinalem, non intrat, nec habet locum dicta reſeruatio inducta per Regulam Tertiam, vt expreſsè decla-
64 rat alia Regula 30. quæ licèt dicat *ceſſantibus reſeruationibus*, tamen ex illius ratione, & mẽte Curię interpretatur illos ablatiuos nõ in cõditionem, ſed in aſſertionem, & affirmatiuam, ſcilicèt quod tunc ceſſent reſeruationes, vt in ſpecie extat declaratio Alexandri VI. quæ ex profeſſo tollit hanc difficultatem, & propterea cùm non intret reſeruatio, Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis Farneſius potuit ex auctoritate ordinaria abſque Indulto canonicè conſerre iſtos Canonicatus, & Præbendas, quoniam Indulta ſunt tantùm neceſſaria ad tollendum obſtacula, quæ hic, vt dictum eſt, ceſſant, &c.

Hinc liquet non eſſe tutum *quod dicit deciſio Domini Coccini verſ. an verò ponderatur.* quod maiores noſtri tenuerunt illam opinionem, quod Indulto Cardinalis iuuetur inferior Collator, quia, *vt vidimus,* hoc nõ colligitur *ex deciſione Putei* 190. *lib.* 1. neque *ex deciſione Caſſadori 3. de priuileg.* ſed neq: *ex deciſ. eiuſdem Put. 16 de priuileg.* nam illa eſt repetitiua ad verbum *deciſionis* 190 *lib.* 1. & quaſi quoddam illius ſummarium *Acchil.* verò *deciſ.* 10. *de priuileg.* non excedit terminos *deciſionis Caſſador. 3. de priuileg.* videlicèt vt procedat in menſibus reſeruatis, vel alternatis, & Capitulum non prouidiſſet. *Germon etiam de Indu t. in §. Ac beneficia. num. 35. & ſeqq.* inhæret ſimpliciter huic concluſioni *in deciſione* verò 537. *lib. 3. par. 3. diuerſor.* quæ per errorem in deciſione Decan. dicitur *deciſ.* 535. firmatur quidem concluſio, quod Indultum eſt ſola remotio obſtaculi, tamen in ea non poteſt fieri aliqua vis, quia diſtinguit tria genera Indultorum, quorum alia tribuunt ius de nouo ſuperadditum, alia ſolum remouent obſtaculum, & ſi aliquid determinat illa deciſio videtur fauere noſtræ concluſioni, cùm admittat aliquod Indultum præiudiciale inferioribus Collatoribus.

Vt autem quis dicat Inferiorem Collatorem iuuari Indulto Cardinalis non ſufficit oſtẽdere, quod firmet Indultum eſſe remotionem obſtaculi, quia hoc poteſt intelligi quoad Cardinalem Ordinarium, non autem quoad inferiorem Collatorem vnde deberet interpretari, & in ſpecie dicere, quod inferior Collator iuuetur communione Indultarij, quod nemo dicit ex allegatis in deciſionibus, quas examinamus, benè ſe explicat deciſio in Hiſpaleñ. portionis 19. Ianuarij 1594. coram Cardinali Pamphilio.

„ Gabriel de Soria obtinuit, &c. Minùs obſtat prætenſio Cardinalis, quod penſio vacauerit in menſe Auguſti, qui cùm ſit vnus de reſeruatis vigore Indulti, ſpectat ad ipſum ſolũ, quia in hac portione ratione menſis non poteſt dari aliqua reſeruatio, ex quo regula nominatim excipit beneficia ſpectantia ad prouiſionem Cardinalium, & iſta exceptio prodeſt etiam Capitulo propter communionem conferendi *ad l. ſi communem quemadmodum ſeruit. amittat. & not. Calder. conſ. 22. de præbend.*

Felin.

” *Felin. c. 1. ſub num. 6. de præſcript. Put. deciſ. 88.*
” *in vna Tiraſonen. lib. 3.* maximè cùm Capitulũ
” fuerit admiſſum ad conferendum vna cum
” Cardinale Archiepiſcopo in omnibus menſi-
” bus iuxta formam iuris communis, vt fatetur
” ipſe Cardinalis in Indulto nuper obtento, quo
” fit, vt attenta quaſi poſſeſsione, quæ ad vali-
” ditatem collationis inſpici ſolet. *c. quæ regula*
” *de elect. cap. conſultationibus de Iure-Patronat.*
” Collatio in hoc caſu debuerit fieri ab Archie-
” piſcopo ſimul cum Capitulo, quod eſt, prout
” eſt in quaſi poſſeſſione conferendi. *Rot. deciſ.*
” *49 de reſcrip. in antiquis. Calder. conſ. 23. de præ-*
” *bend.* & cõſequentèr nihil operetur Indultum,
” quod non extenditur ad beneficia, in quorum
” poſſeſſionem alius exiſtit. *Mobed. deciſ. 179.*
” *Thomas de Tan. deciſ. 3. Put. deciſ. 206. lib. 1.* præ-
” ſertim quod illius virtute, non magis potuit
” Archiepiſcopus ſolus conferre, quam ſine eo
” potuiſſet, cùm nihil de nouo tribuat, ſed re-
” moueat tantùm obſtacula reſeruationum, &
” præſeruet Ordinario tantùm partem ſuam,
” quando collatio ei eſt communis cum Capi-
” tulo. *Caſſad. deciſ. 3. de priuileg. Mobed. deciſ.*
” *24 Ioann. Paul. deciſ. 28. cum alijs allegatis*, &
” hoc procedit non obſtante declaratione felic.
” rec. Gregor. XIV. in ſecundo Indulto conceſſo
” prædicto Cardinali, quia ad inſtantiam Capi-
” tuli illud fuit poſtea ſuſpenſum per literas
” Cardinalis.

Hęc ſola deciſio loquitur in terminis cõcluſionis, quod Capitulum iuuetur in ſimultaneis Indulto Cardinalis, quia hoc expreſſis verbis exprimit, prout etiam reſeruationem, quod non faciunt auctoritates in deciſionibus Reuerendiſſimi Decani Remboldi, & Pirouani allegatæ, quæ nihilominus non eſt admittenda, ad ſtabiliendam dictam Concluſionem: fundatur enim *in Calderino conſ. 22. de præbend. Felin. in cap. 1. de præſcript. Put. deciſ. 68. lib. 3.* quæ doctrinæ hoc non dicunt, nec concluſioni applicari poſſunt, cùm loquantur in terminis valdè diuerſis. *Calder.* enim loquitur in terminis reſeruationis, vt ſi Papa reſeruet beneficia ſpectantia ad collationem Ordinarij, non cenſetur reſeruaſſe beneficia, quorum collatio ſpectet ad Ordinarium, & Capitulum ſimul, quia reſeruatio, cùm ſit odioſa, eſt ſtrictè interpetranda contra reſeruantem. Hoc, *vt dixi*, non poteſt applicari caſui noſtro, in quo non tractatur de reſeruatione facienda, ſed de reſeruatione iam facta, & deinde de iure ceſſo reſpectu huius reſeruationis, qui termini, vt patet conſideranti, valdè differunt; nam in primo caſu inducitur impedimentum collationis, quod non aderat, ſecundo caſu nullum impedimentum ſuperinducitur de nouo. *Felin.* ſimiliter *in dicto cap. 1. de præſcript.* non facit pro contraria concluſione; quia eo loci recenſet plures caſus, in quibus quis ratione Societatis lucratur aliquid, vel certè fugit damnum, quod ſine communione non poſſet, quorum tamen nullus coincidit cum caſu noſtro, *vt dixi ſupra*, nam omnes illi caſus ſunt, quando quis iuuatur perſona alterius ratione illius perſonæ, & communio illa reſultat in vtilitatem vtriuſque, hoc autem caſu, quia reſeruata ſunt conceſſa per Indultum Ordinario Cardinali, ſi Capitulum admitteretur in menſibus alternatis, Ordinarius pateretur damnum cõtra mentem Indulgentis, qui ius menſium reſeruatorum voluit transferre in Ordinarium Indultarium eodem modo, quo ipſe habebat, & electiua non fuiſſent comprehenſa ſub regula reſeruatoria, ſi ſimpliciter diceret ſpectantia ad Collationem, *vt notat Calder. d. conſ. 22.* ſed neceſſe fuit dicere in ſpecie ad electionem, *vt benè Gonzal. loc. allegato. Put.* etiam *deciſ. 88. lib. 3.* non applicatur concluſioni, quia loquitur in terminis Alternatiuæ, quam Ordinarius acceptans acquirit ex octo menſibus reſeruatis menſes duos, in ijſdem tamen terminis, in quibus ante acceptationem Alternatiuæ habebat menſes quatuor, in quibus proculdubio beneficia electiua ſolus conferre non poterat, ergo neque in duobus menſibus per gratiam Alternatiuæ acquiſitis, quia Alternatiua non præbet Indultum, ſed relinquitur Ordinario in terminis ordinarij collatoris non dilatando fimbrias auctoritatis, ſed tantùm tribuendo maiorem numerum menſium, & hoc caſu æquum eſt, quod Capitulum eligat in omnibus menſibus alternatis, quia
65 Epiſcopo acceptante Alternatiua, non poteſt opponere ſe nolle vti Alternatiua, ſed quatuor menſibus, *vt in dicta deciſ. Put. 88.* itaut quodammodo per Epiſcopum acceptantem Alternatiuam præiudicetur, quia aliquod prę̨iudicium eſt coacto ius ſuum remittere, vel proſequi, vnde rationabiliter vtitur iure ſuo in duobus menſibus, quos per Alternatiuam acquirit Ordinarius, & non ſubſiſtit, quod dicit *Gonzal. gloſſ. 24. nu 48.* videlicet quod olim ſuffragabatur Capitulo Alternatiua in menſibus alternatis, hodie autem non, quia æquiuocat, & tranſcendit de Indulto ad Alternatiuam, & doctrinæ ab eo allegatæ hæc non dicunt, vt mox dicemus.

Secundò dicta deciſio Hiſpaleñ. fundatur in poſſeſſione Capituli, quia videlicet poſt Indultum cõtulerat cum Ordinario beneficium, de quo controuertebatur, & Indultum non tribuit iuriſdictionem de nouo conferendi aliena, ſed tantùm præſeruat propria. Quæ concluſio veriſſima eſt, non tamen ad effectum, ad quem eum aſſumit deciſio, vt videre eſt, ex *deciſione octaua Mobedani de priuilegijs*, quæ alias eſt prout allegatur *in dicta deciſione* Hiſpaleñ. 179. ibi enim explicatur quomodo Indultum *de conferendo* non capiat beneficia, quę alius poſſideret, videlicèt quod non capit beneficia, quæ Ordinarius ante Indultum iure Ordinarij non conferebat, nam hæc eſſet nedum remouere obſtaculum, ſed inſuper tribuere iuriſdictionem in præiudicium tertij, hoc eſt inferioris Collatoris, quod non coin-

eidit cum caſu deciſionis Hiſpalenſis, quia ibi agebatur de beneficio ſpectante ad confirmationem Ordinarij, & in cuius poſſeſſione confirmandi exiſtebat, quo caſu non poteſt opponi per Capitulum quaſi poſſeſſio ante Indultum, quia eſt contra regulam in reſeruatis, quæ tollit omnem poſſeſſionem: in menſibus verò non reſeruatis non poteſt cadere hoc dubium. quia in ijs Indultarius non prætendit conferre ſolus, vel non præuia electione.

66 Sola difficultas eſſe poſſet, an quando Ordinarius obtinuit gratiam Alternatiuæ, & deinde vel per promotionem ad Cardinalatum, vel alia de cauſa poſtea, etiam Indultum conferendi in ſingulis menſibus, quia hoc caſu Martius, & September erant facti Apoſtolici, Februarius verò, Aprilis, Auguſtus, & Nouember erant per Alternatiuam effecti ordinarij, in quibus inferiores, & Capitula in vim Alternatiuæ conferebant vt hactenus oſtenſum eſt. Vnde non videtur quod per ſuperueniens Indultum conceſſum Ordinario conferendi in ſingulis menſibus tollat Capitulo Alternatiuam menſium, qua ſemel eſt vſum, & de hac quaſi poſſeſſione interpetranda eſt deciſio ſupradicta Hiſpaleñ.

Ex quibus ſatis liquet deciſiones, quas examinauimus in puncto Iuris non ſubſiſtere, prout benè declarauit Vrbanus VIII. *vt ſupra diximus* ex noua Regula Cancellariæ, videlicet verba reſpicientia Cardinales Ordinarios Collatores in regula octaua Cancellariæ reſeruatoria menſium, nullatenus ſuffragari inferioribus Collatoribus, ſed eorum beneficiorum collationem, quæ in dictis menſibus reſeruatis vacant ad ſolos Cardinales ſpectare, eoſque priuatiuè quoad alios inferiores collatores illa conferre debere pari modo, ac ſi Sua Sanctitas ea conferret, ſi Ordinarius Collator non eſſet Cardinalis, quam declarationem rite in quaderno Cancellariæ ſcribi, & deinceps ſeruari mandauit.

68 Poſita hac declaratione de Alternatiua, non eſt opus diſputare de Indulto, quia Indultum eſt priuilegium, vt probat *Gonzal. gloſſ. 35. num. 9.* Alternatiua vero priuilegium non eſt *idem Gonz. gloſſ. 42. num. 14.*

Obiter antequam manumittamus materiam Indulti aliqua videntur examinanda. Primo an Indultum *de conferendo* comprehendat beneficia duplici reſeruatione reſeruata, quæ quæſtio cum ſit ſatis ardua indiget partiali tractatu. Sit igitur

QVÆSTIO XXXII.

An Indulta *de conferendo* comprehendant beneficia duplici reſeruatione reſeruata.

69 PRO negatiua *poſt Gonzal. Mandoſ. Bellam. & Verall. eſt deciſio Caual. 627. nu. 6.* vbi quod Indulta huiuſmodi non comprehendunt duplicem reſeruationem, niſi hoc fuerit in Indulto expreſſum, *idem dicitur* in Capuana beneficij quarta Martij 1622. coram Pirouano, vbi vltra doctrinas *apud Caualler.* adductas allegatur *Æneas de Falconibus de reſeruatione quæſtione quarta effect. 6. num 11.*

Hæc difficultas non eſt leuis, cùm *Germon. tractat. de indulto in §. commendare numero 24.* firmet Indulta *de conferendo* conceſſa Cardinalibus Ordinarijs comprehendere beneficia etiam duplici reſeruatione reſeruata. *Oliuer. ad deciſ. Gregor. 291. ſub num. 10.* conatur iſtas opiniones reducere ad concordiam ex voto quodam dato in cauſa Cæſenateñ. per Dominos Vbaldum, & Veroſpium de anno 1615. in quo firmant, vel potius diſtinguunt, videlicet ſi vtraque reſeruatio ſit perſonalis, & coæqualis, verbi gratia ſi quis ſit Familiaris Papæ, & ſimul Prothonotarius, & tunc dicunt, *vt refert dictus Oliuerius* Indultum non extendi ad beneficia reſeruata hac duplici reſeruatione: ſi verò reſeruationes ſint diſpares, videlicet vna perſonalis, & altera realis, vel vtraque perſonalis, & vna maior altera, & hoc caſu volunt Indultum extendi ad vtraſque, ſed hæc diſtinctio maiorem admittit difficultatem, quam ipſum principale quæſitum: videtur enim longè facilius, quod Indultum extendatur ad æqualia, quam ad inæqualia, cum

70 inæqualium diuerſum, æqualium ſit idem iudicium. *cap. in cauſis de indic. l. non poſſunt ff. de leg.* Immo reſeruatio illa expreſſa de

71 Familiari Papæ, & Prothonotario non videtur duplex, ſed vna tantum, quia Prothonotarij ſunt Familiares Papæ etiam non Participantes, & eatenus reſeruantur eorum beneficia, quatenus per Regulam declarantur Familiares Papæ. *Rota deciſione 407. parte prima recentior.* & licet hæc Familiaritas

72 ſit ficta videlicèt competens ex priuilegio, non ex vera commenſalitate, idem tamen operatur quoad effectum reſeruationis. *Gonzal. Gloſſa 51. numero 6. vſque ad 26.* quando vero vna reſeruationum eſt realis, nempe ex regula tertia, ſiue octaua, altera vero perſonalis ex capite Familiaritatis, tunc extenſio Indulti videtur difficilior, quia ſunt duæ reſeruationes diſtinctæ, & intrant allegata *in deciſione 727. Caualerij*, quia extenſio regulariter non fit ad diſformia

& diuerſa *ad textus in l. illud digeſtis ad leg. Aquil.*

Hanc autem diuerſitatem exiſtimo conſiderari non poſſe, ſi concurrat duplex familiaritas vna maior altera, vt ſi quis ſit Familiaris Papæ, & Cardinalis, & quia maior abſorbet minorem, vt dici poſſit vna reſeruatio non duplex; & vtriuſque idem eſt iudicium. *Afflict. deciſione* 285. *numero* 20.

Magis placet diſtinctio *Germonij in dicto §. commendare*, quod videlicet extenſio ad duplicem reſeruationem non habet locum in Indulto conceſſo inferiori Collatori, ſed tantum in conceſſo Ordinario, quod nulla probat auctoritate, eſt tamen rationabile, quia Indultum *de conferendo* dum remouet obſtacula reponit Ordinarium in ſtatu ſuo, in quo erat ante reſeruationes, quod non operatur in Collatore inferiore, qui non confert iure Ordinario, hoc eſt proprio, ſed ex priuilegio, & iure mutato; ea ratione quod priuilegium eſt ſtricti iuris, & non adeo fauorabile ac ordinaria collatio. *capit. cum Clericus §. final. de præbendis in* 6. Contrarium tamen tenet *Rota apud Seraphin. deciſione*
75 1402. *numero tertio*, quod videlicet inferior. Collator eſt ordinarius, & confert iure proprio.

Verùm hæc diſtinctio comprehendit tantùm ipſos Collectores, non autem reſeruationes, & nos quærimus de Indulto conceſſo Ordinarijs, in quo contra *Germonium tenet Rota*, nempè etiam in huiuſmodi Indulto non extendi conceſſionem ad reſeruata dupliciter, niſi ſub hac diſtinctione ſi vel non, in Indulto vtriuſque reſeruationis fiat mentio; quod ipſum rurſus magnam habet difficultatem, poteſt enim diuerſimodè intelligi, vel quod Indultum faciat mentionem ſpecificam vtriuſque reſeruationis alternatim, vel certè quod exprimat Indulto locum eſſe etiamſi plures reſeruationes concurrant cumulatiuè. Priori modo videtur intelligere *Rota apud Caualler. dicta deciſione* 727. *& in dicta* Capuana beneficij coram Pirouano; quod tamen non videtur ſufficere; aliud enim eſt, quod Indultarius poſſit conferre beneficium ſiue reſeruatum ratione menſis, ſiue reſeruatum ex capite Familiaritatis; & aliud eſt, quod poſſit conferre, ſi vtraque reſeruatione reſeruatum exiſtat. Verba autem Indulti ſunt *ſeu ex eo, quod Familiares, ſeu ex quauis alia cauſa, &c.* quæ diſiunctiua
76 non poteſt coaleſcere in coniunctiuam. *Rauden. de Analoc. capitulo* 34. *numero* 61. *&* 221. cum ſit poſita inter diuerſa, vnde Papa concedit quidem illa alternatim, non tamen ſimul, ſed diſiunctim vnum videlicèt poſt alterum. *l. cum Pupillus. §. primo digeſtis de conditione, & demonſtratione* immò ſpecificationes, illæ non ſtant demoſtratiuæ, aut reſtrictiuæ, ſed exempli cauſa, quia tam vnum, quam alterum comprehenderetur ſub diſpoſitione genera-
77 li Indulti etiamſi nullius reſeruationis indiuidua fieret mentio, vt patet ex caſibus in dicto Indulto exceptis vnde reliqui cenſentur conceſſi. *Gonzales Gloſſa* 24 *numero* 72. *& ſequentibus Æneas de Falconibus de reſeruatione quæſtione quarta, & ſexta numero primo Garzias de benefic. parte prima capitulo* 6. *numero* 41. *& ſequentibus* præterquam
78 vacantia in Curia, ſiue apud Sedem. *Rota deciſione* 4. *de præbend. in Nou. Oliuer. ad dicta deciſ. Gregor.* 291. *num.* 9. niſi, hoc expreſsè exprimatur, quod in reliquis neceſſarium non eſt.

Secundùm hanc interpretationem Indulta *de conferendo* nunquam comprehendent beneficia reſeruatione duplici reſeruata, quia non habent hanc ſpecificam, & cumulatiuam expreſsionem. An autem olim habuerint, & ideo Doctores illorum temporum dederint hanc diſtinctionem, poteſt dubitari, nam & illi loquuntur perobſcure.

Bellamer. enim *deciſione* 425. inquit *niſi reſeruatio huiuſmodi ſpecialiter fuerit ſpecificata*, quæ verba videntur denotare, quod Indultum ſpecialiter debet continere expreſſionem duplicis reſeruationis, non autem ſufficere duarum, vel plurium reſeruationum mentio, vt denotat nominis ſingularitas *reſeruatio huiuſmodi*, non autem dixit reſeruationes huiuſmodi, prout tranſcendens hos terminos *dicit deciſio Caualerij* 627. *dicto numero* 6. ibi *ſi in Indulto non fuiſſet facta mentio harum reſeruationum, &c.* quod non eſt de mente *Bellamer.* nam dicit ille *niſi hoc fuerit expreſſum* videlicet, quod dupliciter reſeruata concedantur, & ita *loquitur deciſio* Capuana coram Pirouano, *niſi hoc ſpecialiter in Indulto fuerit conceſſum.*

Æneas de Falconibus de reſeruat. quæſtione quarta effect. 6. adducit argumenta vtriuſque opinionis, ſed nihil firmat, & non videtur percepiſſe ſenſum *Bellamer.* nec intelligere materiam dum diſtinguendo dicit: *vel poteſt dici, quod illud procedit ex eo, quia facultas Nuncij Apoſtolici in illo caſu non loquebatur expreſsè, quod poſſet reſeruata conferre, in caſu autem iſto erat ſecus, quia poterat reſeruata conferre, & cætera.* Inſulſa ſanè diſtinctio, nam ſi Indultum non tribuit facultatem conferendi reſeruata, erit fruſtatorium, quia ad collationem non reſeruatorum non eſt opus Indulto.

Verall. autem *deciſ.* 85. *par.* 2. *num.* 1. firmat quidem concluſionem, quod Indultarius non

poteſt

poteſt conferre reſeruata duplici reſeruatione ſed ex fundamento longè diuerſo, & ad finem diuerſum, vt non videatur applicari caſui noſtro; ibi enim Papa indulſerat Ordinario, vt poſſet conferre vacantia apud Sedem non exprimendo aliam reſeruationem, ex quo infert *Verall.* quod Papa ſe reſtrinxerit ad vnicam tantùm reſeruationem, & proinde Indultarium non poſſe conferre reſeruata ex alia reſeruatione, quàm ex reſeruatione apud Sedem, etiamſi illa ſit maior reliquis, quod an verum ſit, necne pronunc omittemus inueſtigare. Hoc vnum eſt certum quod *Verall* quando dixit Indultarium non poſſe conferre, non intellexit de duplicitate reſeruationis coniunctiuè, ſed diſiunctiuè, videlicèt quod Indultum reſtrictum ad vacantia apud Sedem non comprehendit alias reſeruationes.

Allegatur præterea *Mandos. in praxi ſignaturæ gratiæ verbo Indultum de conferẽdo verſic. an autem* vbi ponit quæſtionem, an Indultum *de conferendo* capiat vacationem dupliciter reſeruatam, reſpondet, Rotam tenuiſſe affirmatiuam, ſe verò pro tutiore tenere, quod omnes reſeruationes exprimantur, quæ concluſio non infert ad quæſtionem, nam ex ſupradictis patet, quod licèt omnes reſeruationes in Indulto exprimãtur, videlicet quod indultarius poſſit conferre non obſtante hac, vel illa reſeruatione, diſiunctiuè, non autem compulatiuè, ſeu coniunctiuè?

Allegatur præterea *Sarnenſis regul. de Impetrat. benefic. vac. per obit. Famil. Card. quæſt.* 15. qui etiam non videtur percutere hunc caſum, diſputat enim, vtrum regula hæc habeat locum, ſi cum familiaritate concurrat alia reſeruatio, videlicet de dignitate, & reſpondet affirmatiuè, & quidem rectè, nam regula hæc tribuit vnam reſeruationem ſolummodo, videlicet familiaritatis Cardinalis, cui ſi concurrat alia reſeruatio, non debet impedire reſeruationem conceſſam, alias hæc facultas, *vt notat idem Sarnenſis*, vt plurimum ſeruiret de vento, eoquod Cardinales ſoleant reſidere in Curia, & ibi ſoleat contingere obitus eorum Familiariũ, & ſic ſemper cũ familiaritate concurreret aliqua alia reſeruatio, quæ infringeret diſpoſitionem regulæ, quod non poteſt conſiderari in Indulto *de conferendo*, quod omnes, vel ſaltem plurimas complectitur reſeruationes.

Demum allegatur *Gonzal. Gloſſ.* 13. *nu.* 101. cuius dictum non examino, cum ſit tantummodo relator hactenus allegatorum, nulla allata ratione quid ſit dicendum in hac quæſtione. Egò ſanè ex deductis non video, quomodò poſſit capi firma, & conſtans reſolutio, cùm auctoritates allegatæ, vel non bene percutiant caſum, vel certè titubent, vel certè laborent in æquiuoco, diſtinguerem itaque quatuor caſus.

Primus eſt, quando duplex reſeruatio procederet ex eodem capite, videlicet ex capite familiaritatis, vt ſi quis fuerit familiaris Papæ, & Cardinalis, tunc ſi Indultum comprehendit familiaritatem Cardinalis, & inſuper familiaritatem Papæ, nullum poteſt eſſe dubium, quin vtraque familiaritas, quamuis in vna perſona, comprehendatur ſub Indulto, quia, *vt dixi*, maior familiaritatis trahit ad ſe minorem, adeout prouiſus per indultarium poſſit capere beneficium ex capite principalis familiaritatis, non attenta altera.

Secundus caſus, quando vtraque reſeruatio eſt quidem perſonalis, ſed ex diuerſo capite, verbi gratia quia quis ſit Familiaris, & Collector, ſiue Prothonotarius, hoc eſt Familiaris & Collector, ſiue Familiaris & Prothonotarius, ſiue Collector & Prothonotarius, & tunc, *vt ſupra dixi*, indultum videtur comprehendere Familiarem, quatenus Prothonotarius, & Prothonotarium quatenus Familiaris, non autem ſi non fuit expreſſa qualitas Subcollectoris, nam ille non dicitur Familiaris Papæ, & hoc caſu cenſerem Indultum non comprehendere duplicem reſeruationem.

Tertius caſus, quando concurrentibus duabus reſeruationibus vna eſt perſonalis, & altera realis, verbi gratia quod quis fuerit Subcollector, & ſimùl obtinet Dignitatem, hoc caſu quoque cenſerem, regulam non comprehẽdere vacationem ex duplici reſeruatione, niſi reſeruatio perſonalis prouenıret ex capite familiaritatis propter rationem *Sarnenſis* modo adductam.

Quartus caſus, quando vtraque reſeruatio eſſet realis, puta ex regula tertia, & ex regula octaua, & tunc non eſt dubium, Indultum comprehendere vtramque reſeruationem, quia prior, & principalis reſeruatio regulæ tertiæ ſola attenditur, & altera non aufert neque ligat. *Rota coram Gregorio deciſione* 240. *num.* 6.

Ex quibus liquet in hac quæſtione eſſe reſpondendum cum diſtinctione iuxta regulam præmiſſam, & eodem modo interpretandam eſſe Concluſionem illam, quod beneficium vnicum poteſt duabus reſeruationibus reſeruatum eſſe. Nam quo ad effectum hoc ſolùm poteſt intelligi, quando
79 reſeruationes ſunt pares, ſecus quando vna eſt maior altera, quia tunc maior abſorbet omnem effectum reſeruationis, vt non ſuperſit, quod agat ſecunda, ſiue minor, vt conſideratur *in dicta deciſione* 240. *Gregorij*.

Hinc obiter improbanda eſt *deciſio Caualerij* 266. in cauſa Dolana primiceriatus, in qua quamuis ſub prima Februarij 1613. quæ eſt eiuſdem *Caualerij deciſione* 234. & deinde ſub 5. Iunij eiuſdem, *quæ eſt eiuſdem Caualer.* 252. firmatum fuiſſe, & bene Primiceriatum, de quo ibi agebatur eſſe

dignitatem, & propterea per regulam tertiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatam;tamen ſub die 8. Nouembris eiuſdem anni à dictis deciſionibus fuit receſſum ea ratione, quod collatio immediatè præcedens eſſet facta de menſe Nouembris, qui cùm ſit Apoſtolicus, nulla ratio ſuadebat quod illa collatio magis eſſet facta ex reſeruatione regulæ tertiæ, quàm ex reſeruatione regulæ octauæ, & proinde nõ poſſit dici dictum Primiceriatum cenſeri dignitatem ex vltima collatione, & vltimo ſtatu. Verum hæc reſolutio non fuit bona, nam quamuis reſeruatio menſis poſſit concurrere cum reſeruatione regulæ tertiæ, nihilominus illo caſu nulla habetur ratio reſeruationis menſis, qui menſis hic non exprimitur ad effectum inducendi, ſeu demõſtrandi ex regula octaua, ſed ad effectum narrandi veritatem rei, quia verum fuit, quod vacatio contingit de menſe Nouembris, & idem dictum fuiſſet, ſi contingiſſet de mẽſe Decembris, vel alio, quia iuxta Stylum Datariæ ſemper exprimitur menſis in quacunque vacatione præterquam in deuolutis, & propterea, ne beneficium cenſeatur deuolutum, exprimitur menſis, non vti menſis eſt, ſed vti tempus vacationis beneficij, hoc eſt in quo tempore beneficium vacauit.

Et ſanè, qui hanc materiam intelligunt, benè norunt diuerſitatem literarum ex reſeruatione menſis vigore regulæ octauæ, & ratione reſeruationis vigore regulæ tertiæ, nam hoc expreſsè colligitur ex proemio; quando enim reſeruatio prouenit ex regula octaua dicitur: *Dudum ſiquidè omnia beneficia Eccleſiaſtica in certis tunc expreſſis menſibus vacantia diſpoſitioni Noſtræ reſeruauimus, &c.* quando verò collatio fit de reſeruato tanquam de dignitate, & in vim regulæ tertiæ, Pontifex vtitur alio proemio, videlicet *Dudum ſiquidem omnes dignitates, &c. diſpoſitioni Noſtræ reſeruauimus &c.* Inſulſum autem eſt dicere, quod quando Papa in proemio ſuæ prouiſionis profitetur ſe conferre dignitatem, voluerit habere reſpectum ad regulam octauam, quæ cum dignitate nihil habet commune, etiamſi in narratiua temporis vacationis occurrat menſis reſeruatus, quod eſt planè fortuitum.

Et hæc quoad propoſitam quæſtionem ſufficiant, ſi ſubiecero duas, aut tres notas ad regulam Vrbani, de qua ſupra. Primum quod
81 ab Indulto *de conferendo* excipiuntur plures reſeruationes tam reales, quam perſonales; inter perſonales prima eſt reſeruatio vacationis apud Sedem, *de qua ſupra diximus*, & affectio, *de qua infra dicemus*, deinde excipiuntur reſeruata: quorum taxa eſt in libris Cameræ, nam ea, *vt ſupra quoque oſtendimus*, proponuntur pręuia propoſitione in Conſiſtorio, quæ propterea in Indulto non cenſentur conceſſa;
82 ſimiliter excipiuntur duæ reſeruationes perſonales, nempe beneficia vacantia per obitum Familiarium Papæ ſtatuẽtis, & vacantia per obitum Conclauiſtarum, circa quod notandum eſt Papam excipere a facultate Cardinalis indultarij beneficia vacantia per obitum Familiarium Sanctitatis Suæ, hoc eſt Pontificis ſtatuentis; adeout ſub hac exceptione non comprehenduntur beneficia Familiarium Prædeceſſorum, quominus Indultarius, ſi hoc habeat in facultatibus, poſſit conferre beneficia Familiarium Prædeceſſo-
83 rum, vt denotat pronomen perſonale Sanctitatis Suę reſtrictiuum ad perſonam loquentis, ſiue ſtatuentis *Gloſſ. in Clem. Auditor. in verbo deputatus à nobis. de reſcript. Ruinus conſil. 84. num. primo libro 1. Puteus deciſ. 301. num. 1. lib. 1.*

Verùm licèt Papa comprehendat Familiares ſuos tantùm, non autem Prædeceſſorum, non tamen reſeruat prouiſionem ſibi tantùm ſed etiam Succeſſoribus ſuis, vnde beneficia Familiarium Vrbani, non poterit Cardinalis indultarius conferre, nedum tempore ipſius Vrbani, ſed nec Innocentij Succeſſoris propter clauſulam *reſeruauit ſibi, & Succeſſoribus ſuis*, etiam quod decretum hoc interpretatiuum ſit inſertum quaterno Cancellariæ, quia licèt reliquæ regulæ Cancellariæ expirent morte conditoris, eo quod omnes reſeruationes Cancellariæ, & regularum ſint perſonales conditoris, nempe regularum, hoc verò decretum habet vim Conſtitutionis perpetuę, adeout etiamſi per Succeſſorem futuris regulis Cancellariæ non inſeratur, erit ni-
85 hilominus obſeruandum propter perpetuitatem diſpoſitionis, quæ nullo tempore limitatur, aut reſtringitur. *cap. non eſt nobis, & ibi Gloſſ. verbo. donec. de ſponſal.*

Non obſtat, ſi dicatur, quod data hac interpretatione nunquam erit locus Indulto *de conferendo* beneficia vacantia per obitum Familiarium Papæ, quia ipſemet ſtatuens non ſolùm reſeruat ſibi prouiſionem vacantium per obitum Familiarium propriorum, ſed quatenus ipſe non conferat, vult collationem hanc ſpectare ad Succeſſorem, adeout indulto illi *de conferendo* non erit locus, niſi Papa hanc clauſulam omittat, vel ſanè contrarium expreſsè diſponat, *quia vt diximus*, regula hæc habet vim conſtitutionis perpetuæ.

Sed reſpondetur dari caſum, in quo regula habet locũ, etiã poſita hac interpretatione; nam per Regulam excipiũtur beneficia Sanctitatis Suæ, adeout illa erunt reſeruata, non autem Prædeceſſorum, & licèt Prædeceſſores quoque, vt vſi ſint ijſdem verbis in regula, nihilominùs per Indultum *de conferendo* ſuperueniens tollitur illud obſtaculum Regulæ, videlicèt Innocentius conferet beneficia vacantia per obitum Familiarium Vrbani propter Regulam, non autem Familiarium Gregorij, quia Regula per Indultum intermediũ ſuperueniens, vulnerat, & tollit illam diſpoſitio-

ſitionem iuxta illud, quod lex priuata derogat generali.

QVÆSTIO XXXIII.

Quomodo probanda ſit Reſeruatio ad effectum Regulæ octauæ.

VIdimus *ſupra quæſtione* 30. quomodo pro-
banda ſit reſeruatio ad effectum Regulę de
ſubrogandis, operę pretium eſt, vt videamus,
quomodo probanda ſit ad effectum Regulæ
octauæ. *Diximus* enim *ſupra*, cùm ageremus
de Subrogatione, reſeruationem ad hoc, vt
debeatur immiſſio in vim Subrogationis, debe-
re eſſe notoriam inter partes, vt controuerti
non poſſit, quæ tanta exacta probatio ad effe-
86 ctum regulæ octauæ non requiritur, quemad-
modum etiam neque ad effectum Regulę ter-
tiæ. Nam verbi gratia ſi prætendatur reſer-
uatio ex regula tertia ad effectum obtinendi,
non eſt neceſſe probare dignitatem, hoc eſt
qualitatem illam, quam requirit Regula, ſed
87 ſufficit probare vltimum ſtatum, *Calder. conſ.
23. de præbend. Put. deciſ.* 200. *lib.* 1. tamen
verum eſt, quod hic vltimus ſtatus loco reſer-
uationis eſt plenè probandus, ſiue aliud quod-
cunque caput reſeruationis ad effectum obti-
nendi. *Ægyd. deciſ.* 471. *&* 612. *Rota deciſ* 10.
*de offic. delegat. in nouis. Simonet. de reſeruatione
quæſt.* 2. *Put, deciſ.* 10. *lib.* 3. *Palleott. deciſio-
ne* 145.

88 Præſertìm ſi adſit prouiſus ab Ordinario e-
xiſtens in bona fide, qui per præſumptiones
89 non eſt eijciendus à ſua poſſeſſione. *Ægyd.
in cap. Grauius num.* 4. *verſ. Ideo Auditores.
de reſtitut. ſpoliator. Caſſad. deciſ.* 1. *num.* 1. *de
probat.*

Et proinde quamuis beneficia Prothonota-
90 riorum etiam non Participantiū ſint reſerua-
ta, tamen ad effectum probandi Prothonota-
riatum non ſufficit oſtendere gratiam, niſi e-
tiam oſtendatur, quod gratiatus ſit ea vſus.
Rota deciſ. 529. *par.* 1. *recen.*

Idem dicendum de reſeruatione, quę oritur
ex lite, in quo tamen articulo multum varia-
uit *Rota, vt diximus ſupra in cap. de ſubrogatione,*
quæ hic non ſunt repetenda. Illud autem
inquirendum quando lis ſemel introducta
dicatur finita per rem iudicatam *vt* in
92 Nolana Primiceriatus 21. Maij 1614. co-
ràm Cardinali Fabritio Verolpio, qua
dicitur.

„ Nec valet dicere Primiceriatū ſaltem fuiſſe
„ reſeruatum propter litem inter prætenſum
„ Patronum, & Ordinarium: Nam lis non ade-
„ rat ſuper titulo, quo caſu non intrat reſerua-
„ tio. *Sarnen. in regul. de ſubrogan. quæſt.* 7. *num.*
„ 2. *verſic. Et ratio eſt. Ferret. conſil.* 192. *num.* 7.
„ *Mandoſ. in dicta regul. de ſubrogan. quæſt.* 3.
„ *num.* 4. *Lancellott. de attent. cap.* 13. *num.* 120.
„ *& fuit dictum* in Caſalen. Canonicatus 22.
„ Octobris 1607. coram Reuerendiſs. Bono-
„ nien. &c.

DD. allegati in deciſione quamuis firment
litem non cauſare reſeruationem, quando nō
eſt ſuper titulo, loquuntur tamen in terminis
ſubrogationis non ſimplicis reſeruationis, qui
erat caſus deciſionis, vnde allegata in ea ap-
93 plicantur, verum quidem eſt, quod firmat de-
ciſio, nempe litem inter Ordinarium, & Patro-
num non dici ſuper titulo, quia titulus non
poteſt eſſe neque apud Ordinarium, neque a-
pud Patronum, ſed tantùm apud impetrantē,
& Prouiſum, vnde hoc ſolo caſu lis non erit
ſuper titulo; quandocunque autem ſit impe-
tratio, & quantumcunq; certo modo lis ſem-
per dicetur ſuper titulo, quia impetrans ob
defectum obtinentis petit ſibi adiudicari titu-
lum iuxta ea, *quæ tradidimus ſupra de ſubroga-
tione* ſed reuertamur ad deciſiones.

„ Dicta etiam lis terminata fuit per ſenten-
„ tiam de anno 1581. ſuper libertate beneficij
„ latam, quæ fecit vlterius tranſitum in iudica-
„ tum. *Rota deciſ.* 10. *num.* 3. *& lite pend. in no-
„ uis Caſſad. deciſ.* 6. *num.* 5. *ſuper Regul. Mobed. de-
„ ciſ.* 1. *in principio, vt lite pen. Achill. deciſ.* 1. *eo-
„ dem titulo Lancellott. de attentat. c.* 3. *num.* 121. &
„ tantò magis dicitur lis extincta, cùm ſententia
„ fuit executioni demandata. *Achill. dicta de-
„ ciſ.* 1. *vt lite pen. Sarnen. de annali quæſt.* 44 *nu.*
„ 5. *Verall. deciſ.* 172. *par.* 2. *Put. deciſ.* 311. *lib.*
„ 2. *Mobed deciſ.* 3. *vt lit pen. Lancell. de attent.
„ in præfatione num.* 230. nec in caſu noſtro dubi-
„ tari poteſt de dictę ſententię executione, cùm
„ Ordinarius, eueniente Primiceriatus vacatio-
„ ne, illum contulerit, & collatio ſortita fuerit
„ effectum, & licèt de anno 1593. prætendatur
„ Epiſcopum commiſiſſe cauſam attentatorum
„ in Rota, & ſic litem extinctam nō fuiſſe, cùm
„ tamen de legitimo ipſius Epiſcopi mandato
„ non appareat non poteſt dici lis introducta.
„ *Verall deciſ.* 166. *par.* 2. *Caſſad. deciſ.* 5. *de dol.
„ & contumac.* &c.

Videtur ſentire hæc deciſio, quod lis non di-
catur finita, niſi per ſolum tranſitum in iudi-
catum, & effectuationem ſententiæ videtur
94 ponere ad abundantiam, cùm tamen neceſ-
ſariò requiratur executio, videlicèt poſſeſſio
ſubſecuta, *vt apud Bur att. deciſ.* 188. vbi ad id
allegantur *Sarnen. & Lancellot. locis proximè al-
leg.* & Salamantina Cappellaniæ *del voto* 2. A-
prilis, *&* 5. Iulij 1593. coram Cardinali Pam-
philio *idem firmatum* in Burgen. Præeminen-
tiarum 13. Maij 1598. coram Corduba, *quam
refert Mobedan. deciſ.* 206.

SVMMARIVM.

*Simultanea non competit Capitulis de iure commu-
ni*, 1.

*Papa quando dicatur Collator omnium beneficio-
rum*, 2.

Simultanea collatio competit Capitulis ex conſuetudine, 3.
Gloſſa aliquando dicitur ſtulta, inepta, & fatua, 4.
Simultanea non acquiritur ex vnico actu, 5.
Conſuetudo non acquiritur ex vnico actu, 6.
Rector Eccleſiæ non præiudicat Succeſſoribus renunciando, 7.
Renunciatio nocet ſoli renuncianti. 8.
Proteſtatio præſeruat ius proteſtanti, 9.
Metus iuſtus etiam datur contra Pontificem, 10.
Perhorreſcentia admittitur etiam contra Papam, 11.
Nullus comprehendit omnes, 12.
Auditores Rotæ non poſſunt dici iniuſti, 13.
Tenor Reſcripti eſt attendendus, 14.
Ratio vniuerſalis Reſcripti facit ius, 15.
Simultanea competens per ſtatutum non comprehendit Cardinales, 17.
Simultanea præſcriptio quomodo probetur, 17.
Simultanea concordia debet eſſe clara, 18.

QVAESTIO XXXIV.

An Simultanea competat Capitulis de Iure, vel ex Indulto, ſiue Conſuetudine.

ABerrauimus aliquantulum à linea, quia de Alternatiua propoſuimus agere, ſed incidit illius determinatio in ſimultaneam adeò coniunctim, vt præteriri non poterit: nã quamuis ſimultanea non ſit ſecunda gratia, de quibus ſolis hoc libro tractare diſpoſuimus, habet tamen cum Alternatiua tantam connexionem, vt commodè ab ea ſeparari non poſſit, vnde proſequendo, quæ omiſſa ſunt, circa prædicta duo principaliter ſunt inueſtiganda, primum an competat Capitulis de iure, vel potiùs ex Indulto, ſiue conſuetudine, & quomodo illa conſuetudo probetur, & ſi Ordinarius admittens Capitulum in menſibus reſeruatis ad ſimultaneam collationem præiudicet in hoc Succeſſoribus.

Quoad primum *ſupradicta* Hiſpaleñ. portionis 19. Ianuarij 1594. coram Cardinale Pamphilio, expreſsè ſupponit ſimultaneam collationem ſpectare ad Capitula de iure cõmuni, quod ipſum aſſerit rotundis verbis ibi, *maximè cùm Capitulum fuerit admiſſum ad conferendum vnà cum Cardinale Archiepiſcopo in omnibus menſibus iuxta formam iuris communis, &c.* quod nullo modo videtur poſſe ſubſiſtere, nam Ordinarius ſolus de iure communi habet collationem omnium beneficiorum ſuæ Diœceſis *c. Ex frequentibus. de inſtit. c. cõquerente. de offic. Ordinarij. Felin. in c. cum Venerabilis. num. 32. cum ſeqq. de excep. vt ſupra retulimus*: Capitula verò, & inferiores Collatores non habent ius conferendi niſi ex Indulto, ſiue conſuetudine, *vt latè dicitur in ſupra allegatis* Ferrarieñ. &
1 Cremoneñ. Canonicatuum.

Non obſtat *cap. 2. de præben. in 6.* vbi quod collatio omnium beneficiorum ſpectat ad Papam, nulla facta mentione Ordinarij Collatoris.

Nam reſpondetur, quod textus ille debet intelligi collationem omnium beneficiorum ſpectare ad Papam, tanquam ad Ordinarium,
2 poſtquam verò per promotionem ad Epiſcopatum trãſtulit exercitium collationis in promotum, ſuprema hac auctoritate non vtitur.

Reſpondetur ſecundò, quòd quicquid ſit de prędictis textibus illi nõ inferunt ad noſtram quæſtionem, quia poſito quod ius omnium beneficiorum ſuæ Diœceſis nõ ſpectet ad Epiſcopum, nõ inde ſequitur, quod ſpectet ad Capitulum, ſed ad Papam, & ab eo per viam Indulti facultas cõferendi ſit delata in Capitulo.

Et hoc conuincitur hac ſola ratione, quod ſi ſimultanea competeret Capitulo de iure, hoc verificaretur in omnibus Capitulis, quia in iure Canonum quemadmodum non legitur huiuſmodi facultas alicui Capitulo ablata, ita pariter non legitur, quod iure omnibus fuerit cõceſſa: Nam *c. cum Eccleſia Vulterana, & gloſſ. ibi de elect.* in quibus fundatur hęc opinio affirmatiua *vt apud Gregor. deciſ. 103. nu. 3. & deciſ. 1402. num. 4. 1901. num. 3 coram Seraph.* quæ doctrinæ dictum Capitulum cum gloſſa allegant, hoc nullo modo dicit, ſed tantummodo fundatur in conſuetudine, quod videlicèt Capitulum, & Canonici magis, & meliùs probant ſuam poſſeſſionem, in concurſu conferendi cum Epiſcopo, quam Epiſcopus ſuam poſſeſſionem quod contulerit ſolus, Ius, & ſic totum hoc conſiſtit in cõſuetudine ibi *quod Canonici ſupradicti hoc iure vſi fuerint ante, quam Epiſcopus memoratus. Lotter.* aduertens hanc difficultatem *lib. 2. quæſt. 21.* per totam conatur interpretari Rotam *vbi ſupra*, vt videlicèt ſimultanea Capitulo de iure re vera competat, ſed quod ob auctoritatem gloſſæ quodammodo dici poſſit competentiam hanc eſſe de iure. Verùm hoc ſubterfugium omninò friuolum eſt, nam tantum abeſt, quod
4 gloſſa ſtatuat ius, quod immò aliquando dicitur inepta, & fatua *Bald. in l. Reſpublica C. quib. ex cauſ. maior. in integ. reſtit.*

Poſito itaque, quod ſimultanea collatio Capitulis non competat niſi ex vſu, & conſuetudine, vt expreſsè ſupponit præfata Decretalis *Cum Eccleſia Vulterana* videndum quomodo vſus, & conſuetudo illa inducatur, & quidem *Rota in ſupra* Hiſpaleñ. videtur velle quod Capitulo ſufficit vnius actus, & quod ſemel fuerit ab Ordinario admiſſus ad ſi-
5 multaneam collationem, quod ego non exiſtimo iure poſſe ſubſiſtere; nam *c. cum Eccleſia Vulterana* expreſsè diſponit de vſu, & conſuetudine: conſuetudo verò non acquiritur ex vnico, actu. *l. penul. C. quæ ſit longa conſuet. l. an in totum in fine C. de ædific. priuat.* vnde mihi magis arridet doctrina *Lotterij dicta quæſt. 21. lib. 2.* videlicet quod ad hoc requiratur perfecta præſcriptio,

Verùm

Verùm quia *ſupra* Hiſpaleñ. beneficii, corã Pamphilio dedit originem huic diſputationi, quemadmodum in dicta Eccleſia terminata eſt, operę pretiũ duco ſtatũ totius huius cauſæ afferre, ex quo eliciemus concluſiones totam hanc materiam declarantes.

Orta eſt igitur hæc controuerſia in Eccleſia Hiſpalenſi tempore, quo erat Archiepiſcopus Cardinalis de Caſtro, qui obtinuit Breue à Gregorio XIV. vt ſolus conferret, ſed eo nõ eſt vſus, cui ſucceſſit in Archiepiſcopatu Cardinalis Ninno de Gueuara, rogatus à Cardinale, vt inquit dicta deciſio ſupreſſo nomine dicti Cardinalis, qui fuit Sanctæ Cęciliæ, & Nepos Papæ, ne dicto Breui vteretur dictus Cardinalis; nihilominùs eo vti voluit, & ſolus contulit portionem, ſuper qua prouiſione fuit introducta lis in Rota, & declarata nulla, & beneficium non adiudicatum impetranti Apoſtolico, vt refert *Gonzal. gloſ. 24. nu. 89.* & eſt illa deciſio Hiſpaleñ. quam ſupra dedimus, quam deciſionẽ, cuius particulam nos attulimus, per extenſionem ponit *Garz. de benefic. par. 5. c. 1. num. 35.*

Quid autem in hac materia ab anno 1594. vſque ad annum 1609. obſeruatum fuerit, nõ probè conſtat, ſed ſuperuenit Regula Vrbani, tollens ſimultaneam in menſibus alternatis, de qua ſupra.

Succeſſiuè de anno 1632. fuit promotus ad Eccleſiam Hiſpalenſem bon. mem. Card. de Borſa, qui vacando aliquæ Præbendæ in menſibus Apoſtolicis eas contulit ſolus, in vim regulæ Vrbani, quicquid fuerit de præterito, Capitulum deſuper habuit recurſum ad eundem Vrbanum, exponens quod Capitulo Hiſpaleñ. competit Simultanea ex præſcriptione, & ſtatuto in limine fundationis, vnde idem Pontifex per ſuum Breue, non obſtante dicta regula, declarauit Eccleſiam Hiſpalenſem ob narratiuam per dictum Capituli diſpoſitioni dictæ regulæ non ſubiacere. Introducta deſuper lite in Rota emanarunt deciſiones ad fauorem Capituli, vnde idem Cardinalis de Borſa declarauit ſe velle admittere Capitulum ad ſimultaneam Antequam autem faceret hanc declarationem, proteſtatus eſt coram honeſtis viris, quod eam facit non ſpontè, ſed coactus, ideò videlicet, quod non ſperaret, ſe conſecuturum iuſtitiam, viuente Papa Vrbanus ſibi inuiſo.

Obijt deinde Papa Vrbano quemadmodum etiam Cardinalis de Borſa, cui per aſſecutionem Eccleſiæ Toletañ. in Eccleſia Hiſpaleñ. ſuffectus eſt Eminentiſs. & Reuerendiſ. D. meus Cardinalis Spinola, qui vacante portione dictæ Eccleſiæ in menſe alternato contulit eam ſolus abſque Capitulo, & requiſitus ego, quid iuris centerem in hac cauſa dicebã quatuor examinanda. Primum, an Cardinalis de Borſa potuerit præiudicare Succeſſoribus in Archiepiſcopatu Cardinalibus. Secundum, an ex pręmiſſis poſſit elici aliqua poſſeſſio Capituli in hac ſimultanea collatione, quę pręiudicet Cardinalibus in dicta Eccleſia Succeſſoribus. Tertio an proteſtatio per Eminentiſsimum Cardinalem de Borſa, præmiſſa proteſtatione metus, & perhorreſcentiæ, ante declarationem ſit ſufficiens, vt præſeruet ius proprium, vel certè Cardinalibus in dicta Eccleſia Succeſſoribus. Quartum an cõfirmatio prædictæ renunciationis facta per Vrbanum Papã cum clauſulis ampliſsimis ſuppleat defectum ſcientiæ dictę proteſtationis, & aliorum defectum circa narratiuam primi Breuis non iuſtificatam.

Quo ad primum indubitatum videtur declarationem, ſiue renunciationem factam per Cardinalem de Borſa (quicquid ſit an ſibi)
7 non pręiudicare Succeſſoribus vulgata regula *quod quiſq; Iuris in alterum.* in his terminis eſt *deciſ. 480. num. 4. par. 1. recent.* quæ emanauit in cauſa Hiſpaleñ. Primitiarum, & oblationum.

Quo ad ſecundum crederem actus poſſeſſorios in vim dictæ renunciationis non præiudicare Succeſſoribus, ſed tantùm afficereceden-
8 tem, & renunciantem. *Rota deciſ. 570. nu. 4. par. 1. diuerſor.*

Quo ad tertium exiſtimo per proteſtationem fuiſſe præſeruatum ius proteſtanti. *l. 2. §.*
9 *ſi in venditione ff. quib. mod. pign. vel hipotec. ſoluatur*, & multò magis Succeſſoribus, quibus præiudicare non potuit ad ſupra allegata, addito nempe, quod proteſtatio eſt fundata in probabili timore, quem dictus Cardinalis allegat, & cùm habere potuit ſtante Breui adeò exorbitanti, de quo *c. 1. quod met. cauſ. Bald. in l. fin. repetendi circa finem C. de condit. ob cauſam. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 13. num. 194. & 195.* & ceſſat regula, quod renucianti non datur regreſſus ad ius ceſſum, quia hoc caſu deficit conſenſus, ſine quo non poteſt induci renunciatio. *Bald. in l. Arethuſa. ff. de ſtat. homin. Burſat. conſ. 411. num. 24. lib. 4. Pariſ. de reſignat. lib. 1. quæſt. 3. num. 36. & 37.*

Non obſtat proteſtatio de metu, & perhorreſcentia non fundata nihil operetur, prout fuit iſte Cardinalis de Borſa, timens nempè iniuſtitiam ſibi inferri a Pontifice, & a Tribunali Rotæ.

Nam reſpondetur, quòd iuſtus metus etiam inducitur nedum contra Principem ſæcularẽ, ſed etiam contra Papam, vt in terminis pro Cardinale Sforzia conſulit *Afflict.* contra Alexãdrum Papam VI. *deciſ. 299. & Guiciard. Hiſtor. lib. 2.* dicit quod Sacrum Collegium approbauit perhorreſcentiam Cardinalis Sancti Petri ad Vincula aduerſus eundem Alexandrum VI. iuſtus autem metus, & perhorre-
11 ſcentia colligitur, vt dixi ex magna exorbitantia Breuium contra Cardinalem de Borſa expeditorum, ipſo non audito neque vocato, & ad ſolam Capituli petitionem, quòd vt clarius pateat afferenda ſunt verba primi Breuis, per ſecundum confirmati.

Vr-

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

„ Exponi Nobis nuper fecerunt Dilecti Fi-
„ lij Decanus, Capitulum, & Canonici Eccle-
„ ſiæ Hiſpaleñ. quod Gaſpar Cardinalis Borſa
„ nuncupatus Eccleſiæ Hiſpaleñ. ex conceſſio-
„ ne, & diſpenſatione Apoſtolica Præſul ſimul-
„ taneam collationem, ſiue prouiſionem Cano-
„ nicatuum, Portionum, & dimidiarum Por-
„ tionum, diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ reſer-
„ uatorum, & præſertim in menſibus reſeruatis
„ pro tempore vacantium eidem Decano, &
„ Capitulo, & Canonicis prætextu Regulæ Cã-
„ cellariæ noſtrę de anno 1626. ad fauorem-
„ S.R.E. Cardinalium publicatæ conferre præ-
„ tenſit, etiamſi præfata Regula ipſius Cardi-
„ nalis prętẽſioni, licèt Indultum obtineat, nul-
„ lo modo ſuffragetur, &c. quia regula prædi-
„ cta Eccleſiam Hiſpalenſem præfatam nullo
„ modo comprehenderet, quę ſimultaneam col-
„ lationem, ſiue prouiſionem non prætendit in
„ vim participationis Indultorum S.R.E. Cardi-
„ nalibus concedi ſolitorum, aut ex ſola aſſiſten-
„ tia Iuris communis, ſed Simultanea collatio-
„ ne, ſiue prouiſione huiuſmodi cum ſuis Archie-
„ piſcopis, etiam Cardinalibus, etiam Indul-
„ tum huiuſmodi habentibus, gauiſa eſt, nedum
„ de iure communi, ſed etiam vigore ſtatuti in
„ ipſius Eccleſiæ fundatione editi, & ab hac Sã-
„ cta Sede confirmati, & per omnes Arcbiepi-
„ ſcopos Hiſpaleñ., ac ipſummet Gaſparem-
„ Cardinalem in actu adeptionis poſſeſſionis il-
„ lius Eccleſiæ Hiſpaleñ. iurati, & per centum
„ annos, & vltra, immò in quodam contradi-
„ ctorio Pontificatus felic. recor. Gregorij XIV.
„ Prædeceſſoris noſtri tempore canonizati.
„ Quare Decanus, & Capitulum, & Canonici
„ prædicti Nobis humiliter ſupplicari fecerunt,
„ vt ſibi in præmiſſis opportunè prouidere de-
„ benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igi-
„ tur, &c. tenore præſentium declaramus, re-
„ gulam noſtram prædictum Capitulum Eccle-
„ ſiæ Hiſpalen. non comprehendere, nec iuri-
„ bus ſuis derogaſſe, nec derogare, etiamſi
„ dictus Gaſpar habeat Indultum conferendi,
„ &c. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem
„ 1635. Pontificatus Noſtri Anno Duodecimo.

Per hoc Breue maximum infertur præiudi-
cium Indultarijs, nam Regula de anno 1626.
publicata eſt generalis, & excludit omne pri-
uilegium Capitulorum ibi, *neque Capitula, aut*
Canonici huiuſmodi priuilegio, quod Cardinalibus
Præſulibus nullo habito Capitulorum, & Canoni-
corum reſpectu conceſſum eſſe dignoſcitur, gaudere,
frui, aut ius aliquod inde prætendere poſſint, &c.
vbi notanda ſunt verba *nullo habito Capitulorũ,*
& Canonicorum reſpectu, quę operantur, vt Car-
dinalis Indultarius, ac ſi Canonici, vel Ca-
12 pitulum non exiſterent argumento Regulæ
quod nullum eſt, nullas habet qualitates.

Verùm ſtante etiam hoc Breui exorbitan-
ti, & Regulam eiuſdem Vrbani exorbitantę
prorſus inutilem reddẽte, vt mox dicemus, nõ
videtur dicendus iuſtus metus, ſiue perhorre-
ſcentia, quem haberet Card. Borſa erga Tri-
bunal Rotę, in quo cauſa hæc introducta fuit,
& de iſto tribunali non debet timeri iniuſti-
13 tia, cùm Præſules illi dicantur eximij iuſtitiæ
cultores, & æquitatis profeſſores. Et hoc i-
pſum colligitur ex duabus deciſionibus in hac
cauſa coram Coccino emanatis videlicèt ſub
die 17. Decembris 1635. & ſub die 14. Ianua-
rij 1636. *quæ referuntur par. 5. diuer.* nàm illę po-
tius fauent Prouiſo a Cardinale, quàm Proui-
ſo Apoſtolico, vt ex diſcurſu totius prolixę de-
ciſionis apparet: firmant enim dandam qui-
dem eſſe remiſſoriam Prouiſo Apoſtolico,
ſed cum obligatione de ſtando vnicæ, &
non retardata immiſſione Prouiſi ab Ordi-
nario, quod ſanè eſt fauorabile Cardinali
Indultario, quoad ſecundam partem-.
Quo verò ad primam remiſſoria denegari nõ
poterat, quia debebant iuſtificari narrata in-
Breui Papæ Vrbani, quod fundatur in quaſi
poſſeſſione ſimultaneæ collationis.

Obiter tamen annotaſſe placuit verba de-
ciſionis, videlicèt *Cum enim punctus principalis*
conſiſtat in eo, quod ſtatutum Eccleſia ſuper colla-
tione ſimultanea ſit editum in limine fundationis,
& de hoc detur fumus, non poteſt remiſſoria dene-
gari, &c. certè ex hoc capite non datur remiſ-
ſoria, ſed compulſoria, quia fundatio, & do-
tatio continetur Scripturis, & ceſsibus ſolum-
modo probatur, quaſi poſſeſsio, pro qua pro-
batione datur remiſſoria.

Nihilominus non obſtante incorruptibili
iuſtitia Summi Tribunalis Rotæ, credo Cardi-
nalẽ de Borſa perhorreſcere de iure potuiſſe,
non quidem defectu DD. de Rota, ſed exorbi-
tantia Reſcripti, cuius tenorem illi præterire
14 non poſſunt. *c. cum dilecta. §. dictum. inſuper de*
reſcript. Gonzal. ſuper regul. cit. in adnotat. contra
null. & att. gloſ. 9. num. 230. & in ſua opinione
Cardinalis de Borſa falſus non eſt, nam ema-
nauit ſecundum Breue ad petitionem eiuſdem
Capituli ſub die 18. Nouembris 1637. longè
exorbitantiùs.

Dixi ſupra declarationem in hoc Breui cõ-
tentam reddere ferè inutilem Regulam Can-
cellariæ de ſimultanea; licèt enim hæc decla-
ratio emanauerit ad petitionem Capituli Hi-
ſpaleñ. in determinata, & certa cauſa; nihi-
lominus ratio illius eſt generalis, nempe de-
clarans, quod in dicta regula, aut per eam
mentis ſuæ non fuerit præiudicare Capitulo
Hiſpalenſi, cui collatio ſimultanea competit
ex priuilegio in limine fundationis, vel ex prę-
ſcriptione, vel ex conuentione inter Pręſulem
& Capitulum adeò remaneat tãtummodo re-
gula in ſua diſpoſitione, quando ſimultanea
competit de iure. *ſupra autem oſtendimus* nul-
lam ſimultaneam de iure competere, ſed ne-
ceſſario ex vno de tribus præmiſsis capitibus,
& proindè verum eſt, *quod dixi*, Regulam-
per hanc declarationem reddi inutilem, cum

ſit,

ſit, & contineat rationem vniuerſalem. *l. Re-*
15 *gula. §. cum quis. & ibi Bart. in 3. notab. ff. de iu-*
ris, & fact. ignor. Ioannes de Anan conſ. 4. num. 2.

Proinde admiſſa declaratione videamus,
quomodo priuilegium, ſiue concordia
in limine fundationis probanda ſit, non qui-
dem teſtibus, *vt ſupra dixi*, ſed ſcripturis verè
exiſtentibus, vel præſumptis. *Put. deciſ. 382.*
16 *lib. 2. Rot. deciſ. 572. num. 1. & 573. num. 3. par.*
4. diverſ. & latiſſimè in Ianueñ. Abbatiæ 13. Iu-
nij 1633. coram Pirouano.

Et aduertendum, quod etiamſi probaretur
ſtatutum in limine fundationis, quo diſpone-
retur ſimultaneam collationem pertinere ad
Capitulum vna cum Epiſcopo, non compre-
henderet Epiſcopos Cardinales, qui ſunt ſpe-
ciali nota digni. *Ancbar. conſ. 295. num. 6. Fe-*
lin. in c. cum in iure. verſ. 2. limita. de offic. delegat.
Put. deciſ. 190. num. 1. & 2. lib. 1.

Secundò continet Breue Vrbani Regulam
ſuam non præiudicaſſe, aut præiudicare pręſ-
criptioni, & tamen verba Regulę *vt, vidimus*,
omnem tollunt conſuetudinem, quæ ſub præ-
ſcriptione cõtinetur. Modus autẽ, quo probe-
tur præſcriptio ad hunc effectum, *latè traditur*
18 *à Lotterio quæſt. 21. lib. 2. num. 46. & ſeq.* quem-
admodum etiam ſi ad hunc effectum allege-
tur cõuentio inter Epiſcopum, & Capitulum,
19 illa debeat eſſe clara, & intergiuerſibilis.

Et hoc benè inferunt, quòd non ſufficit v-
nicus actus, & ſola quaſi poſſeſſio ex vnico a-
ctu acquiſita, vt admittere videtur ſupradicta
Hiſpaleñ. ſed requiritur conſuetudo plurimo-
20 rum actuum, *vt expreſsè diſponitur in dicto c. cum*
Eccleſia Vulterana.

S V M M A R I V M.

Producens literas poſteriores in Data non poteſt dare de poſſeſſione anteriore, 1.
Poſſeſſio in beneficialibus requirit titulum præcedentem, 2
Productio vnius tituli facit ceſſare præſumptionem alterius, 3
Reſcriptum diuerſi tenoris non datur ſub eadem Data, 4.
Data attenditur etiam in gratia Si neutri, 5.
Data non attenditur in omni reſcripto, 6.
Conſtitutio Gregorij XIII. de publicandis *currit à Data literarum*, 7.
Data relaxationis literarum, non probat Datam plumbationis. 8.
Data facultatiua debet acceptari cum ſua qualitate, 9.
Parua Data ſolis conceditur Gallis, 10.
Parua Data quid ſit, 11. & 13.
Parua Data de per ſe nihil ponit in eſſe, 12.
Regula de viginti in Frãcia habet vim legis Regni, 14
Sumptum non fit, niſi de ſcriptura probante, 15.
Datarius quas leges dederit circa extenſionem paruarum Datarum. 16.
Parua Data datur pro omnibus beneficijs Frãciæ, 17.
Stylus negatiuè quomodo probetur, 18.
Atteſtationi Curialium ſuper Stylo eſt deferendũ, 19
Liber Dataria plenè probat hæc concluſio de quo libro ſit intelligenda, 20.
Sumptum ex libris Datariæ difficillimè permittitur extrahi, 21.
Libri Datariæ omnes probant, 22.
Datarij atteſtatio etiam poſt officium an faciat fidem, 23.
Cardinali an, & quando credatur, 24.
Penſionis tranſlationem de perſona in perſonam inuito titulari Papa difficillimè concedit, 25.
Data de prouidendo, *quando habeat vim prouiſionis*, 26.
Data plumbatoris non probat plumbationem, 27.
Bullæ quomodo mittantur ad plumbum, & regiſtrum, 28.
Regiſtrator nihil eorum, quæ continentur in Bulla poteſt omittere, 29.
Literæ Apoſtolicæ quando dicantur expeditæ, 30.
Datæ tempus quoad ſubſtantiam gratiæ eſt attendendus, 31.
Datæ prioritas poteſt probari teſtibus, 32.
Gratiam Principis non poſſe probari per teſtes intelligitur quoad ſubſtantiam gratiæ, 33.
Datarius non expedit duas ſupplicationes pro vno beneficio ad fauorem duorum, 34.
Datis duobus concurrentibus vtra præferatur? 35.
Datæ tempus non attenditur, quando ſequitur abſurdum, 36.
Regulæ Cancellariæ an ligent à die Datæ, 37.

C A P V T XXX.

Proſecutio materiæ de Data.

LOngè ſanè diuertimus à materia capituli 6.
huius voluminis, vbi egimus de Data: &
quia tunc incidit quæſtio, an ſecundæ gratiæ
recipiant vires à Data prioris gratiæ, ſiue à
Data propria, oportuit examinare omnes ſe-
cundas gratias poſita formula vniuſcuiuſquè,
quibus abſolutis reuertimur ad materiam de
Data, in qua aliqua deſiderantur vltra tradi-
ta *in dicto c. 6.*

Et primo quod producens literas prouiſio-
nis poſteriores in Data poſſeſſioni alicuius,
1 non poteſt dare de poſſeſſione ſua anteriore
Rota in Agnanina Iuris-Patronatus 22. Iunij
1626. coram Remboldo, ratio eſt, quia in
2 beneficialibus non admittitur poſſeſſio ſine
titulo, qui omninò requiritur, ſiue verus, ſi-
ue fictus. *Ægydius deciſione 49. & 99.*
Put. deciſ. 99. num. 8. par. 1. Rot. deciſ. 7. num. 2. &
3. de procur. in nou. & deciſ. 20. de reſtit. ſpoliat. in
antiq. Caſſador. deciſ. 4. num. 7. eodem titulo A-
chill. deciſ. 8. ſuper regulis. Verall. deciſ. 306. num.
1. par. 3. latè Gonzal. Mendez. varior. argum. Iuris
lib. 2. cap. 8. num. 12. Conſtito igitur, de titulo
verò ex productione ceſſat omnis pręſumptio
3 alterius tituli anterioris. *Aym. conſ. 154. num.*
44. Verall. deciſ. 304. num. 9. lib. 3. Innoc. in c.

Du-

Dudum. num. 2. de decim. Bellamer. deciſ. 286. Rot.
4 *deciſ. 370. num. 3. par. 2. recent.* immò neque ſub
eadem Data datur reſcriptum diuerſi tenoris.
Rebuff. in praxi in 3 par. ſignaturæ.

Et quamuis, *vt ſupra oſtendimus dicto cap. 6.*
Reſcriptum recipiat vires a Data etiam in
5 gratia *Si neutri. Mandoſ. regul 33. quæſt. 10. nu.
3. & 9.* hoc tamēn debet intelligi de Reſcripto
gratiæ, ſecus de Reſcripto pœnitentiali, cuius
6 non Data, ſed præſentatio attenditur. *Bero.
conſ. 207. num. 57. lib. 3.* quod tamen non ap-
plicatur conſtitutioni Gregorij XIII. *de publi-
candis Reſignationibus*, quæ eſt pœnitentialis;
nam illa diſponit, non de Data propria, ſed de
Data literarum reſignationis, quæ attendi-
tur, quoad tempus præſcriptum, vt ex litera
dictæ conſtitutionis, *& notat Pariſ. de reſignat.*
7 *lib. 11. quæſt. 1. num. 9. & 19.*

Et quidem Data literarum, non autem Da-
ta relaxationis, ſiue plumbationis, quæ ſunt
diuerſa, vt ab vna non poſsit inferri ad aliam
8 *Rota deciſ. 293. num. 2. lib. 3. par. 3. diuerſ.*

Habens verò Datam pro ſe, quæ contineat
mandatum *de prouidendo* cum clauſula, quod
poſſit acceptare etiam literis non expeditis, &
in Diœceſi per eam intelligenda, non valet ac-
9 ceptatio, niſi nominata Diœceſi. *Rot. deciſ. 293.
num. 2. lib. 3. par. 3. diuerſ.*

Quæ concluſio non habet locum niſi in
10 parua Data, quæ ſolis conceditur Gallis, &
11 eſt notula quædam gratiæ petitæ. *Mandoſ.
regula de dict. num. quæſt 2.* & nihil de per ſe po-
12 nit in eſſe, etiamſi adſit conſenſus reſignantis.
Put. deciſ. 94. lib. 2. immò *Rebuff. in praxi titulo
de prouiſis datis, & Pariſ. de reſignat. lib 8. quæſt.
8. num. 30. & Burſatt. conſ. 393.* dicunt paruam
13 Datam eſſe notam priuatam Sollicitatoris
per Datarium admiſſam, quæ notulæ antiqui-
tùs aſſeruabantur penès ipſoſmet Sollicitato-
res, tanquam res propriæ, quod hodiè fieri
nequit, ſed aſſeruantur in Dataria in Officio
Datarum, ne fiat fraus in gratijs obtinendis.

Verùm explicandum eſt, quæ ſit illa notu-
la, quam dicunt allegati Doctores, quia re
14 vera non eſt ſimplex notula, ſed porrigitur
ſupplicatio in Officio Datarum ſuper aliqua
reſignatione, quemadmodum in gratijs alia-
rum prouinciarum, & ſupplicatio eſt ſimilis
omnibus alijs, hoc ſolum intereſt quod ſuppli-
plicatio iſta Galliæ non porrigitur Sub Data-
rio, & Officiali Datarum, qui in calce ſuppli-
cationis notat diem Datæ verbi gratia *pridie
Idus, &c.* hæc ſupplicatio ita ſubſignata, re-
manet in Officio Datarum, donèc ſuperue-
niat mandatum Procuræ, vt extendatur con-
ſenſus, & datur Datæ, quæ fuit ſignata in
calce ſupplicationis. Interim Officialis Da-
tarum extendit, & regiſtrat ſummarium
dictæ ſupplicationis in ſuo quinterno; quem-
admodum facit de omnibus gratijs. Pau-
lus III. ordinauit, ne ſupplicationes cum hac
parua Data aſſeruarentur in Dataria, niſi
ad quatuor menſes, & poſtea iuſsit eas com-
buri, nam fiebat fraus in eo, quod beneficia
nunquam vacabant per obitum, ſed porre-
cta ſupplicatione, & accepta parua Data ſu-
per reſignatatione relinquebāt in Officio Da-
tarum Supplicationem, donec moriretur re-
ſignans, & tunc expediebant ſupplicationem
ſub illa Data priore, quæ erat ante obitum
reſignātis, ſi verò moriebatur Reſignatarius,
reſignatio fiebat ad fauorem alterius, & hoc
modo beneficia plerumque conſiſtebant in
vita duorum. Paulus V. ſimiliter iuſſit ſuppli-
cationes Galliæ cum parua Data longo tem-
pore in Officio Datarum retentas comburi.
Verum quidem eſt, quod non ſeruatur Decre-
tum Pauli III. ſed longiſſimo tempore ſuppli-
cationes annotatæ parua Data conſeruantur
in dicto officio Datarum. Verum quidem eſt,
quod lapſo tempore præfixo Officialis renuit
expedire ſupplicationes, & propterea Sollici-
tatores Galli faciunt aliam Supplicationem
nulla facta mentione de prima ſub Data cur-
rente, & deinde aliam protrahentes expedi-
tionem quantùm volunt, ſed huic etiam ma-
litiæ recenter eſt prouiſum per clauſulam, *niſi
aliam Datam acceperit, &c.* & hæc eſt parua
Data, quam DD. vocant notulam cum re ve-
ra non ſit ſimplex notula.

Menſibus elapſis fuit agitata grauis quæſtio
vtrùm poſſit extrahi ſumptum paruæ Datæ.
Cauſa & occaſio diſputationis fuit. Anto-
nius dedit mandatum ad reſignandum ad
Fauorem Claudij: Procurator deſuper in Cu-
ria porrexit ſupplicationem, & obtinuit par-
uam Datam, quam proſequi, vel expedire non
curauit, deinde idem Antonius dedit aliud
mandatum ſimile ad reſignādum ad fauorem
Petri, ſuper quo itidem fuit porrecta ſuppli-
catio, & acceptata parua Data, ante cuius
expeditionem Antonius deceſſit, obtinuit ſibi
prouideri de iſto beneficio, tanquam per obi-
tum Pauli, & tam ipſe, quam Petrus Reſigna-
tarius expediuit literas; vtriuſq; literæ quoad
poſſeſſorium delatę fuerunt ad Parlamentum,
vbi Paulus oppoſuit de anteriore reſignatio-
ne facta ad fauorem Claudij, per quam abdi-
cauerat ius a ſe, vt ſecundo non potuerit reſi-
gnare, ſtante quod regula *de publicandis* eſt
recepta in Regno Gallię pro lege Regni, *vt te-
ſtatur Rebuff. ſuper regula de infir. reſignat. gloſ.
9.* Paulus ad probandum ius ſuum docebat de
mandato Procuræ dato ad reſignandum ad
fauorem Claudij, & de conſenſu per Procu-
ratorem præſtito, ſed non poterat docere de
ſupplicatione data, quæ remanſerat apud
paruas Datas, cuius ſibi petijt dari exemplum,
15 ſiue ſumptum, & dubitabatur an eſſet dan-
dum.

Pro negatiua dicebatur paruam Datam
non eſſe gratiam, ſed ſignum gratiæ expe-
diendæ, & regularitèr non dari ſumpta, ſiue
exempla, niſi iurium, quæ ſint in forma pro-
banti, *vt dixit Rota* in Regieñ. Iuris-Patrona-
tus 1623. coram Pirouano 10. Maij.

Se-

Secundò allegabatur lex data per Datarium de tempore Pauli III. *de qua per Rebuff. in praxi titulo de parua Data num. 3.* nempe, quod poſt lapſum temporis quadrimeſtris paruæ Datę non poſſint amplius extendi, vnde multò minùs debet dari exemplum, quod non ſeruit, niſi ad effectum probandi, & Papa noluit concedere gratiam, & per conſequens non vult illam probari, & proinde per hoc Sumptum dicebatur poſſe fieri fraudē Datariæ non ſolùm in beneficijs minoribus, ſed e-
17 tiam in maioribus, nempe in Monaſterijs, & Conſiſtorialibus, in quibus omnibus pro Regno Franciæ datur parua Data, & poſſent Expeditores ſumere Sumptum paruarū Datarum, earumq; vigore capere poſſeſſionem abſq; expeditione literarum.

Tertiò allegabatur Stylus Curiæ, quod dicebatur nunquam fuiſſe conceſſam extractionem paruarum Datarum, & quamuis Stylus negatiuè non inducatur ex eo, quod nun-
18 quam aliquid factum fuerit, *vt videtur voluiſſe Rota dec. 151. nu. 2. lib. 3. par. 3. diuerſ.* tamen in hoc caſu benè videbatur probatus Stylus ſuper negatiua, attento quod plures Curiales, & Sollicitatores deponebant extractionē huiuſmodi paruarum Datarum ſæpiùs fuiſſe petitam, & ſemper denegatam *ad tradita per Gregor. deciſ. 453. num. 5. & 9.* cui atteſtationi Curialium de Stylo deferendum eſſe *cenſuit Rota deciſ 197. par 4. diuerſ. & deciſ. 644. num. 4. parte prima, & deciſione 293. num. 2. eadem par. 1. recent.*

Et licèt *eadem Rota* in Sulmoneñ. Vicariæ 26 Ianuarij 1646. coram Meltio dixerit non ſufficere atteſtationem Curialium ſuper Stylo, niſi ille fuerit legitimè ſpatio 40. annorum præſcriptus, pro quo allegatur *Alexander conſ. 36. ad finem lib. 2. Mareſcott. variar. reſolut. lib 2. cap. 12. num. 4.* illa ſanè concluſio nunquam fuit à Rota probata, nec quidem probari poteſt, immo dicta concluſio ſibi ipſi contradicit, nam ſi vltra atteſtationem Curialium Stylus probandus eſt præſcriptione 40. annorū legitimè probata, probatio illa nō reſultabit ex atteſtatione, ſed ex probatione præſcriptionis, & ſic atteſtatio Curialis ſeruiat de vēto, vnde & prædicta de Stylo nō ſunt ſumenda à Doctoribus, ſed à Tribunali Rotæ, *vt ſupra.* Verum eſt, quod deciſiones allegatæ loquuntur de atteſtatione Curialium Curiæ Romanę, quod fortaſſis non procedit in alijs Curijs.

Quibus non obſtantibus placuit Domino Datario, me pro hac parte informante impertiri licentiam extrahendi paruam Datam ea ratione, ſiue prætextu, quod duplex illa ſiue reiterata reſignatio, ceſſerit in fraudem Datariæ, cùm nunquam fuerit expedita, niſi poſt mortem reſignantis, quod rectè à me tunc in Dataria aduocato opponi potuit.

Non inutiliter hic quæritur de concluſione illa, quod liber Datariæ plenè probat, nempè de quo libro ſit intelligenda, nam nullus eſt in Dataria liber, qui appelletur hoc nomine, &
20 demonſtratiuè dicatur *liber Datariæ*; habent quidē ſinguli Officiales libros ſuos, hoc eſt ad Officium in officina publicè appenſos, in quibus denotantur dies, quo ibi fuit expedita ſupplicatio, & admiſſa ad aliud officium, cum notula valdè compendioſa, tribus nempe verbis Diœceſim, nomen impetrantis, & qualitatem gratiæ denotantibus, exempli cauſà *Tiraſonen. Ioannes. Diſpenſatio.* Sed de his libris non poteſt intelligi concluſio, quia notula in his deſcripta, nihil diſponit, ſed ſolùm annotat Diœceſim, Oratorem, & Gratiam, nihil exprimens circa illius qualitatem, quid videlicèt contineat illa diſpenſatio, & ſic particula ex dictis libris extracta eſt fruſtratoria.

Alium librum habet ſibi particularem Officialis, ſiue Præfectus Datarum, in quo per compendioſum Summarium regiſtrantur omnes gratiæ, ſub earum propria Data, & hunc librum exiſtimo facere plenam fidem circa Signaturam gratiæ, & ad hunc effectum fuit extractum exemplum, de quo ſupra.

Alios duos libros habet Officialis Gratiarum per obitum, videlicèt Prouiſionum Papæ. Primus, in quo annotantur acceptationes Alternatiuarum Epiſcopis cōceſſarum, & hic plenè probat Alternatiuam acceptatam, *vt diximus ſupra, vbi egimus de Alternatiua.* Alter in quo annotantur reſeruationes penſionum, & cedulæ bancharię, & hic pariter plenè probat, *iuxta deciſionem* in Calaguritanana penſionis 2. Decembris 1598. coram Corduba.

„ Fuit reſolutum contra informantem con-
„ ſtare, ſcilicet penſionem, de qua agitur, fuiſſe
„ reſeruatam ad commodum Herculis, vt ap-
„ paret ex fide data ab Illuſtriſſimo Cardinale
„ de Coſentia tunc temporis Datario, cum ipſo
„ viuente fuerit realis ſolutio facta, & ſic per
„ illius mortem extincta, *& fuit reſolutum coram*
„ *Cæſare de Graſſis in deciſione relata inter diuerſ.*
„ *399. & 400. par. 1.* &c.

Fides autem, quæ dicitur facta à Datario, non aliundè deſumitur, niſi ex libro miniſtri ſui vacantium per obitum, alias enim Datarius non poſſet omnium habere memoriam, ne poſſit atteſtari cum certitudine.

Plures alios libros habet Pręfectus Compoſitionum, in quibus annotantur ſolutiones, quę fiunt pro gratijs admittentibus Compoſitionem, & hos libros probare *teſtatur Rota* in Nouarieñ. Penſionis 26. Iunij 1623. coram Buratto. *deciſ. 724. num. 3.*

Difficillimè autem permittitur extractio particularum ex libris Compoſitionum, quia continent rem Familiarem Papæ, quando ve-
21 rò tranſumptatio permittitur, concluſio illa, quod libro Datariæ adhibetur fides, intelligi
22 debet de omnibus libris Officialium Datarię, quia non eſt vnus in ſpecie liber, qui nuncupetur *Liber Datariæ*, ſed omnes quoad hoc, vt patet ex ſupradictis, ſunt pares.

Obiter notandum *ex ſupra allegata deciſione*

Cala-

Calaguritana vbi firmatur, quod Datarius etiã
poſt officium ſimpli atteſtatione facit fidem,
23 & quidem plenam, vt in ea totaliter fundetur
reſolutio Rotalis, quæ concluſio moderatur in
ſupradicta Nouaricñ. penſionis *verſ. His omni-
bus accedebat fides, &c.* Nec videtur referre,
quod deciſio Calaguritana loquatur in Cardina-
le, qui fuerat Datarius *deciſio* vero *Nouarienſi*
loquatur in eo, qui fuerat Datarius, ſed non
erat Cardinalis, nam qualitas illa non alterat
concluſionem, de qua ſupra; ad hoc enim vt
24 Cardinali credatur debet eius atteſtatio pro-
cedere circa gratiam factam à Papa, qui ſit
præſens, & conſequenter viuus. Secundò
quod aſſerat rem non tertio præiudicialem.
Tertiò quod aſſerat veriſimilia, *vt firmauit
Rota* in Lauretana Iuriſditionis 5. Martij 1618.
coram Cardinali Sacrato, *vt* in *vna* Fereñ.
penſionis 23. Ianuarij 1602. coram Ortem-
bergo inquit, *& ad probationem ſcientiæ, & vo-
luntatis Pontificis magnum pondus afferebat atte-
ſtatio Illuſtriſs. Cardinalis S. Ceciliæ illius nepotis,
cui propter hoc, et propter eximias eius virtutes Do
mini multũ tribuendũ cẽſebant*. Ex quibus patet,
quod qualitas Cardinalatus circa gratiam
Papæ mortui, non confert ad probationem
concludentem, ſed tantùm ad quoddam ar-
bitrium, quia illius atteſtatio ſumitur pro ad-
miniculo, & Datario extra officium adhibe-
re eandem fidem ſi ſit Cardinalis, ac ſi non ſit.
Dixi Rotam atteſtationem Datarij extra offi-
cium vti pro adminiculo, non autem eam ad-
mittere pro concludente probatione; Habui
tamen caſum, in quo fuit decretum contrarium.
Fuit reſeruata annua penſio ducat. aur. de Ca-
mera 200. ſuper fructibus menſæ Capitularis
Eccleſiæ Maioriceñ. ad commodum Antonij:
Antonius ceſſit cõmoditatẽ penſionis R.P.D.
Pirouano Rotæ Auditori, qui penſionem præ-
dictam exegit per plures annos etiam poſt
mortem Antonij, Capitulum petijt, vt R.P.D.
Pirouanus exhiberet literas, ſeu potius cedu-
lam penſionis ad ipſius commodum reſerua-
tæ, & ipſe non potuit exhibere, niſi ceſſionem
Antonij: Allegabat autem Paulum V. fel. rec.
tranſtuliſſe periculum vitæ Antonij cedentis
in caput ipſius, quod non aliunde probabat,
quam ex atteſtatione R. P. D. Maraldi q. Da-
tarij Pauli V. cuius atteſtationis fidem haben-
tes, Iudices in hac cauſa ſpecialiter a Sanctiſ-
ſimo deputati decreuerunt pro dicto R.P.D.
Pirouano, & tamen nullum requiſitorum in
ſupra allegata Calaguritana hic concurrebat
non primum, quia Paulus V. qui gratiam fecit
deceſſerat. Non ſecundum, quia atteſtatio
iſta erat directè præiudicialis Capitulo. Nec
fortaſſis tertium, quia eſt multũ inueriſimile,
quod Papa præiudicet tertio, & inſcio, præſer
tim in hac materia, vt patebit ex ſequẽti caſu.

Ioannes Baptiſta Sanctius Vrbinas, ſum-
mus Mathematicus de tẽpore Gregorij XIII.
multum laborabat in correctione Calendarij,
quod ſub eius nomine typis cuſum prodijt
correctum, quamuis alij viri opem tulerint,
quorum tamen caput videtur fuiſſe Ioannes
Baptiſta prædictus, eo quod correctio in lu-
25 cem prodierit ſub eius nomine omni lingua,
etiam Siriaca, & Arabica. Hic a Gregorio
XIII. morte preuento, nullum receperat la-
boris honorarium præter vnam penſionem
60. ducat. quam ante paucos annos iam no-
nagenario maior ab Vrbano VIII. petebat
transferri poſſe in perſonam Petri ſui nepotis
in correſpectiuitatem laborum exantlatorum
in reductione Calendarij, & hoc inuito Re-
ctore, & Papa noluit concedere translatio-
nem niſi pro medietate.

Nunc proſequamur paucula quæ dicenda
26 superſũt de Data, & primo quod Data *de pro-
uidendo* etiam quod in ea non requiratur cau-
ſæ cognitio, quando Papa vult, quod habeat
vim prouiſionis, apponit illas clauſulas *ex nunc
prout ex tunc Achill. deciſ.* 18 *num.* 14. *de procu-
rat.* Deinde quod Data relaxationis in plum-
bo non probat plumbationem, *aſſumit Rota
27 apud Gregor. deciſ.* 440. *num.* 5. quæ concluſio
indiget multa interpretatione nam generali-
ter ſumpta, vix poteſt percipi: vt examen
concluſionis rectè inſtituatur, ponendus eſt
caſus deciſionis, ſuper quo emanauit Con-
cluſio.

Agebat Euangeliſta ad nullitatem penſio-
nis contra Marium, eo quod exigiſſet penſio-
nem ad ſui fauorem reſeruatam literis non
expeditis cõtra Conſtitutionem Iulij III. Pro-
babat intentionem ſuam ex eo, quod exactio
præceſſit Datam relaxationis Bullarum in
plumbo, vnde non potuit fieri in vim litera-
rũm, prout requirit dicta Conſtitutio Iulij III.
Reſpondet Rota illationem non eſſe bonam
ea ratione, quod atteſtatio relaxationis lite-
rarum in plumbo non probat, quod per prius
non fuerant expeditæ, quia cenſentur expe-
ditæ ſtatim, ac fuerunt plumbatæ: poſsibile
autem eſt, quod literæ poſt plumbationem in
plumbo remanſerint, & Data relaxationis
literarum, non probat Datam plumbationis.
ita ſentit deciſio, cuius ratio non ſubſiſtit. Pro
intelligentia ſciendum eſt, omnes Bullas, poſt-
quam reuiſæ fuerunt, Abbreuiatores offerunt
Regenti Cancellariæ, qui eas ſignat triplici
28 litera videlicet A. L. C. quod eſt Auſcultata,
Lecta, Correcta, & ita ſignatas dictus Regens
eas conſignat Plumbatori, poſt quam conſi-
gnationem nemo eas amplius poteſt attre-
ctare. Sed Plumbator colligatas ſimul, defert
ad Cameram Plumbi. Sollicitatores, ſiue Ex-
peditores illico, ac viderunt Bullas ſuas miſſas
ad plumbandum, adeunt Receptorem pro
Plumbatore, & Regiſtratoribus, rogantes, vt
recipiat talem, & talem Bullam in Plumbo, &
Regiſtro. Receptor breui notula in quodam
libello ſuo annotat diœceſim, nomen Orato-
ris, nomen Scriptoris Bullæ, & nomen Sollici-
tatoris dantis pecuniam, & taxam plumbi, &
Regiſtri, quam ſimiliter annotat in dicto li-

bello

bello, deinde ſtatuto tempore vna cum Plum-
batore vadit ad Cameram Plumbi, & Plum-
bator non apponit Plumbum, niſi illis Bullis,
pro quibus fuit ſolutum Receptori iuxta illius
notulam.

Ex hoc patet Bullas poſt plumbationem
nũquam remanere in Plumbo, vel, vt dicitur,
in Camera Plumbi, ſed eas illico, ac ſunt plum-
batæ conſignari Receptori, qui illas diuidit,
hoc diſtribuit inter Reſignatores ęqualiter, vt
ſinguli ſubeant ęqualē portionē laboris, cum
ęqualiter participent de emolumento, & iſti
Regiſtratores debent intra biduũ Bullas ſibi
trãſmiſſas, & diſtributas regiſtrare iuxta Cõ-
ſtitutionē Caliſti, *de qua ſupra, vbi egimus de ta-
xa*: poſtquã verò Bulla eſt regiſtrata, regiſtra-
tor eam non conſignat parti, ſed remittit Re-
ceptori, vt ſi quid minus iuſta taxa ante Plũ-
bationem receperit, id poſſit integrè recipere.
& tunc demum auſcultata Bulla cum Regi-
ſtro apponit Datam relaxationis, quæ non
differt a Data Plumbationis, quia nulla Plum-
bationis Data, ſiue nota apponitur in Bulla:
nec quidem apponi poteſt, quia ſi aliquid ap-
poneretur, totum hoc eſſet regiſtrandum,
cum de toto eo, quod ibi ſcriptum eſt, Regi-
ſtrator nihil poſſit omittere, niſi clauſulas ge-
nerales, quæ extenduntur iuxta Stylum, ſi Bul-
29 læ alicuius petatur Sumptum. Regiſtrare au-
tem præter Datam literarum, etiam Datam
Plumbationis, ſiue relaxationis inconueniens
eſt, & ineptum.

Ex præmiſſis liquet notam relaxationis
Bullarum ſubſequi quidem Plumbationem,
ſed paruo interuallo, & ante hanc relaxatio-
nem non poſſe dici expeditas, præſertim ad
effectum, de quo agimus, quia Conſtitutio Iu-
liana, & Decretum in literis reſeruationis ap-
poſitum vetat exactionem penſionum, niſi in
vim literarum. Antequam autem Bullæ re-
laxentur, nõ poſſunt venire ad manus penſio-
30 narij, & per conſequens non poteſt exigere
penſiones in vim literarum, quas nondum re-
cepit. Hinc obiter etiam interpretandus *Go-
mez. in Regula De non iudicando iuxta formam
ſupplicationis. quæſt. prima. verſ. Et tamen vlte-
rius*, vbi dicit *Literæ tunc expeditæ dicuntur, quan-
do ſunt in Plumbo*. Credo, quod voluit dicere
poſtquam ſunt plumbatæ, ſed hoc præcisè
non eſt generaliter verum. Licèt enim literis
expeditis per Cancellariam non apponatur
Plumbum, niſi poſtquam pro eis fuerit ſatiſ-
factum Officialibus, & iudicatæ, ac reuiſæ, &
collationatæ ab Abbreuiatore, hoc tamen
non procedit in literis, quæ expediuntur per
Cameram; Nam ipſis appenditur Plumbum
ante ſolutionem, & ante reuiſionem Summa-
toris, adeout totalis expeditio literarum, hoc
eſt perfecta, & completa pendet ab earum
Regiſtro, quod eſt in tota expeditione extre-
mum.

Reuertamur ad materiam Datæ, in qua
diximus, quoad ſubſtantiam Reſcripti ſemper
attendendum eſſe tempus Datæ. *c. cæterum.*
31 *c. Capitulum. de reſcript. c. Si eo tempore. eod. tit. in
6. Cardinal. conſ. 69. num. 5.* adeout prior in
Data cęteris paribus ſit potior in iure, etiam-
ſi prioritas præcedat in hora, quam priori-
32 tatem poſſe probari teſtibus *firmat Berous
conſ. 12. num. 9. lib. 1.* quod intellige, quando
Datæ diuerſarum gratiarum concurrerent in
eodem die. Nam ſi legeretur vna Data an-
terior alteri, tunc non poſſet probari, quod
legitur poſterior ſit anterior, quando verò
ambæ datæ concurrunt in eadem die, tunc vi-
detur admittenda concluſio *Beroi*, quia non
contrariatur concluſioni, quod Gratia Prin-
33 cipis non poſſit probari per teſtes, nam illa
intelligitur, *vt ſæpè diximus*, quoad ſubſtantiam
gratiæ, nam accidentia, prout eſt tempus, lo-
cus, & ſimilia, niſi de ijs appareat in Signa-
tura, ſiue reſcripto, benè poſſunt per teſtes
probari. *gloſſa in capitulo Duobus. verbo. Ap-
paret. de Reſcriptis in ſexto. & in c. Si à Sede de
præbend.*

Verùm hæc probatio de anterioritate Da-
tę eiuſdem dici, ſaltem in Gratia Papę eſt mul-
tum difficilis, ne dicam impoſſibilis, adeout
concluſioni iſti vix poſſit eſſe locus. Papa enim
non ſolet ſignare gratias niſi per manus Da-
tarij, vnde nemo præter ipſum poterit deſu-
per atteſtari: Datarius etiam non expediret
eandem prorſus gratiam pro duobus ſub ea-
34 dem Data, immò nec ſub diuerſa; quia quan-
do beneficium aliquod alicui collatum repe-
ritur, ſi altera offeratur Supplicatio pro eo-
dem obtinendo, reijcitur cum Reſcripto *Col-
latum alteri*.

Quando autem concurrerent duæ Datæ ſi-
miles, & non poſſet conſtare, quæ ſit prior,
tunc debet obtinere ille, qui magis canonicè
35 poſſidet *Bero. dicto conſ. 12. num. 9. lib. 1.*

Concluſio autem illa, *quam ſupra poſuimus*,
Datam eſſe attendendam quoad ſubſtantiam
gratiæ, limitatur, videlicèt niſi ſequatur abſur-
36 dum. *Gabriel. conſ. 198. num. 5. & 6 lib 1.* vbi
ponit tres caſus, in quibus conſtitutio legat à
die Datę, quod nõ poteſt intelligi, quoad prę-
iudicium tertij, quia iniquum eſſet, quod quis
incurreret pœnam, antequam lex, ſiue Con-
ſtitutio ad eius notitiam peruenerit.

Et circa hoc magna, & difficilis eſt quæſtio
circa regulas Cancellariæ, quæ habent Da-
tam in craſtinum Aſſumptionis, & tamen
non publicantur, niſi poſt plures dies, an in-
quam collatio facta ab Ordinario medio tem-
pore nullam de Aſſumptione Papæ notitiam
habente ſubſtineatur. Exemplo res clarior
fiet.

Vrbanus VIII. aſſumptus fuit ad Summum
Pontificatum die 6. Auguſti. Die 8. eiuſdem
37 menſis, hoc eſt poſt biduum, vacarunt quæ-
dam beneficia Veronæ: Ordinarius eadem
die ea contulit. Alter ea impetrauit à Sede
Apoſtolica, vti reſeruata: quærebatur, cui
eſſent adiudicanda, quæ quidem quæſtio

pendet ex ea inſpectione, de quo tempore regulæ Cancellariæ incipiunt ligare, nam Data regularum, quæ eſt in craſtinum Aſſumptionis, cadit ſub die ſequenti, & in propoſito caſu ſub die ſeptima Auguſti, & ſic per diem ante prouiſionem Ordinarij, in qua controuerſia duæ ſunt opiniones, quarum prima eſt, Regulas Cancellariæ ligare ab ipſa die Datæ; Altera, eas ligare à die publicationis tantùm.

Primam opinionem tenet *Alphonſus Sotus* Gloſſator antiquus Regularum Cancellariæ, vir magnæ auctoritatis *in proemio verſic. Item ponderando. Gomezius* ſimiliter *in proemio regularum quæſtione ſecunda*, quos ſequitur *Æneas de Falconibus tractatu de Reſeruation. parte 4. principali effect. 21. Gonzal. ad regulam octauam. §. 5. proem. numero 51. & ſequentib. Garzias de beneficijs quinta parte cap. 1. numero 645.* & mouetur Gloſſator, & reliqui, qui eum ſequuntur propter dictionem illam, *ex tunc obſeruari voluit*.

Alteram opinionem tuetur *Rebuffus ad regulas Cancellariæ. verſiculo. Ex tunc, &c.* vbi dicit, regulas Cancellariæ ligare ſtatìm à die publicationis ſcientes, ignorantes verò non niſi poſt duos menſes, & hanc opinionem priùs tenuit *Geminianus conſilio 92.* quem ſequitur *Zerola in praxi Epiſcopor. in verſiculo Regulæ Cancellariæ. Cbokier ad regulas Cancellariæ in proemio verſiculo Statim incipiunt ligare. Mareſcottus variar. reſolut. lib. 2. cap. 29. num. 10. & 11.*

Hęc ſecunda opinio videtur pręferre magnam probabilitatē, cùm nitatur ratione ab omnibus recepta, quod videlicèt lex liget ſolùm à die promulgationis, quæ eſt cauſa finalis legis ſancitæ *ad textum in c. 1. & ibi gloſſ verbo publice. de poſtul. latè Sotus de Iuſtitia, & Iure lib. 1. quæſt. 1. num. 4.*

Nihilominùs in cauſa Veroneñ. de quo ſupra tentum fuit pro prima opinione, quia videlicèt illa magis fauet Datariæ, rationes autem tuendæ huius opinionis, quod regulæ Cancellariæ, quæ vna cum Papa moriuntur, per nouam Pontificis electionem illico ad inſtar Phœnicis reuiuiſcunt. *Gonzal. dicto §. 5. proem. num. 41.* & quemadmodum morte Papæ Regulæ in momento expirant, & tolluntur reſeruationes, & obſtacula, & aperitur via Ordinarijs conferendi in ſingulis menſibus Sede vacante, ita per ſolam electionem Papę reuiuiſcunt, & quemadmodum per ſolum obitum Papæ acquiritur Ordinario, etiam ſe inſcio ius conferendi, ita per electionem noui Pontificis, eodem Iure ei admittitur poteſtas conferendi.

Nec quicquam facit, quod leges non ligant niſi à die publicationis, quia benè diſtinguit *Gloſſa in Clementina prima. in verbo ex nunc de hæretic.* vbi declarat, quod lex ante publicationem non infligit pœnam, ligat tamen quoad retrotractionem actus, & propterea Ordinarij Sede Pontificali vacante illicò poſt vacationem alicuius beneficij non deberent conferre, ſed expectare tempus congruum reſciſcendi electionem Pontificis, alias enim, vt inquit *gloſſ. in c. 2. de appell.* præcipiti feſtinatione præcurrendo voluiſſe præiudicare Papæ in collatione beneficiorum ad ipſum ſpectantium.

SVMMARIVM.

Antidata quid ſit, 1.
Scripturis priuatis propter Antidatæ ſuſpicionem non facilè creditur, 2.
Scriptura antiqua non indiget recognitione, 3.
Antidatæ ſuſpicio ex quibus reijcitur, 4
Antidatæ ſuſpicio reijcitur præſumptionibus, 5.
Antidatæ ſuſpicio faciliùs reijcitur, ſi concurrant ſcripturæ priuatæ, quàm ſi concurrat ſcriptura priuata cum inſtrumento publico, 6.
Antidata contra inſtrumentum debet concludentèr probari, 7.
Antidata cauſat falſitatem, 8.
Antidata plerumque ſolet timeri in prouiſionibus Legatorum, & Ordinariorum, 9.
Antidatæ ſuſpicio quomodo tollatur in prouiſione Legati, ſiue Ordinarij, 10
Antidatæ ſuſpicio in prouiſione Legati, ſiue Ordinarij non cauſat malam fidem in prouiſo, 11.
Antidata literarum Apoſtolicarum deducitur ex regula de veriſimili notitia, 12.
Regula de veriſimili notitia *eſt neceſſaria ad tollendas fraudes*, 13.
Regulæ de veriſimili notitia *an poſſit, vel ſoleat derogari*, 14.
Antidata quando apponatur in Prouiſionibus Apoſtolicis, 15.
Antidata non debet ſeruire ad ſupplantandum, 16.

CAPVT XXXI.

De Antidata.

Diximus *ſupra c. 1. huius libri* Datam eſſe notam diei, vel temporis, qua conficitur aliqua ſcriptura, inſtrumentum, ſiue Reſcriptū. vnde Antidata, vt nomen ipſum indicat, erit
1 annotatio temporis, antequam Scriptura, Inſtrumentum, ſiue Reſcriptum fieret, & quia Antidata, tàm in ſcriptura priuata, quàm publico inſtrumento, ac Reſcripto contingere poteſt, licèt ad rem noſtram ſolummodo faciat Antidata Reſcripti, breuiter nihilominùs de Antidata cuiuſcunque ſcripturæ dicemus.

Et primo quidem de ſcriptura priuata, quæ proculdubio non probat Datam, quam habet, *vt patet in l. ſcripturas C. qui pot. in pig. haben.* & propterea literis priuatis propter Antidatæ ſuſpicionem non facilè creditur *Seraph. deciſ. 975. num. 9. & fuſe* in Paceñ. Capellaniæ

laniæ 10. Decembris 1625. coràm Domino
Merlino.
,, Domini ſteterunt, &c. neque obſtat quod
,, prætendatur ſcripturam eſſe antiquiſſimam
,, ſupra centum annos, & conſequenter reco-
,, gnitionem illius non fuiſſe neceſſariam. *ut per*
,, *Crauet. de antiquit. tempor par. 8. §. vidimus num.*
3 18. *& Cardinal. Seraph. deciſ.* 1077. *num.* 1. quia
,, de tali antiquitate nullibi conſtat. Teſtes e-
,, nim de ea nihil dicunt, & ſola Data illam
,, non probat. *Put. deciſione* 435. *libro primo, &*
,, *deciſione* 186. *libro* 3. *& fuit dictum coram ſant.*
,, *mem. Gregorio XV deciſione* 393 *numero ſecundo,*
,, *&* coram R.P.D. meo Pamphilio in Hiſpaleñ.
,, Decimarum de Aiamonte 12. Maij 1614. *&*
,, in Antonitana, *ſeu* Auximana florum 15. De-
,, cembris 1617. coram R.P.D meo Buratto, &
,, quamuis replicaretur hoc tantùm procedere
,, in antiquis, non autem in antiquiſſimis *ad*
,, *tradita per Cranett. dicto §. vidimus. & Modern.*
,, *Roman. diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 554. num. 42.*
,, fuit tamen reſponſum, hoc eſſe idipſum, quod
,, negatur, cum originale non fuerit in Rota
,, exhibitum. & aliunde non appareat ſcriptu
,, ram re vera eſſe antiquiſſimam. Quemad-
,, modum enim ſola Data non probat anti-
,, quitatem, eo quia poſſunt confici Scripturæ
,, Modernæ cum Data antiqua, *ut per Put. de-*
,, *ciſ.* 186. *lib.* 3. ita etiam propter eandem ra-
,, tionem non probat maximam antiquitatem,
,, cùm eadem facilitate confici poſſint cum Da-
,, ta antiquiſſima, &c.
Tollitur autem Antidatæ ſuſpicio ex vni-
4 formitate totius negocij. *Seraph. deciſ.* 700. *num.*
1. necnon præſumptionibus, *ut dixit Rota in*
Rauennateñ. pecuniaria 6. Nouembris 1624.
coram eodem Merlino.
,, Reſponderunt Doctores, &c. Non obſtat
,, quod creditum Monachorum contra Pere-
,, grinum non controuertatur, ſed ius conſiſtat
,, in iuſtificatione, quod apoca ipſorum vere
,, fuerit exarata ante creditum Rubei, & Paſo-
,, lini creditorum pariter eiuſdem Peregrini, &
,, ſic verſari videamur in terminis. *l. ſcripturas C.*
,, *qui potior in pignor. habentur*, in quibus non ſuf-
,, ficit, quod debitor agnoſcat debitum, & te-
,, ſtes recognoſcant eorum ſubſcriptiones, ſed
,, opus eſt, quod in depoſitione attingant, &
,, exprimant tempus, quo apoca fuit à partibus
,, ſubſcripta, & ita omnem ſuſpicionem Anti-
,, datæ, & colluſionis creditoris poſterioris cum
,, debitore in pernicie alterius creditoris ante-
,, rioris excludant, *prout tradiderunt Bald. conſil.*
,, 198. *num.* 3. *lib.* 1. *Caccialup. in l. admonendi. nu.*
,, 65. *ubi de communi, & num.* 95. & in hoc teſtes
,, pro recognitione Apocæ monachorum exa-
,, minati videntur defeciſſe,
,, Verùm reſpondebant Doctores diſpoſitio-
,, nem *dictæ legis ſcripturas* totum fundamentum
,, eſſe in ſuſpicione fraudis, & Antidatæ, ne ſit
,, in arbitrio debitoris per ſcripturam priuatam
,, à ſe poſtea ſub conficta die factam ſupplanta-
,, re, & excludere creditores anteriores, &
,, propterea quoties certus poteſt eſſe Iudex,
,, quod re vera Scriptura priuata præceſſerit in-
,, ſtrumentum, & quod abſit ſuſpicio fraudis, &
,, Antidatæ tunc anterior creditor etiam chiro-
,, grapharius præfertur poſteriori etiam inſtru-
,, mentario *iuxta dictæ legis ſcripturas* diſpoſitio-
,, nem, quamuis non fuerit ſeruata ad vnguem
,, omnia requiſita illius legis, *ita Bald. in dicta leg.*
,, *ſcripturas num* 15. *verſic. tu dic plenius, & dicto*
,, *conſil.* 198. *num.* 5. *libro primo. Tiraquell. de re-*
,, *tract. conuent. §. primo gloſſ.* 7. *num.* 55. *Decian.*
,, *conſil.* 11. *num.* 142. *libro primo. Franc. in praal-*
,, *legata deciſione* 95. *nu.* 7. *& ſecuta eſt Rota co-*
,, *ram Cardinale Seraphino deciſione* 879. *numero* 2.
,, *& ſeqq. addit.* 122. *numero* 1. *& in eadem Cau-*
,, *ſa prius coram Cardinale Blanchetto, ut in deciſ.*
,, 100. *parte* 4 *diuerſorum*, & coram Cardinali
,, Pamphilio in Romana Pecuniaria 3. Decẽbris
,, 1593. *quæ eſt deciſ.* 53. *num.* 7. *poſt Pacifie. de*
,, *Saluian.* in quibus locis *Rota* dixit, ad huiuſmo-
,, di Datæ veritatem comprobandam admitti
,, etiam adminicula, *& ſecuta eſt etiam poſtea*
,, in Firmana Prælationis dotis 21. Maij 1607.
,, coram Reuerendiſs. D. meo Patriarca Man.
zanedo, *&* in Romana Domus de Cardellis.
Hic autem plura vrgebant argumenta, quę
,, ſaltem inſimul iuncta inferebant, quod re ve-
,, ra apoca Monachorum prius exarata fuerit,
,, quam creatum debitum Dictorum Rubei, &
,, Paſolini, adeſt namque prima ſingrapha vſ-
,, que de anno 1617. ab eiſdem Monachis, &
,, Peregrino ſubſcripta, quæ in hanc poſterio-
,, rem apocam influebat: adſunt quatuor teſtes
,, ſubſcripti, quorum duo recognouerunt manũ,
,, & contenta in ſcriptura, & ipſemet, debitor
,, in iudicio falſus eſt debitum, & apocam ac-
,, ceptauit, in cuius executionẽ ſoluit ℔. 300. quę
,, quidẽ omnia ab eo geſta ſunt in tẽpore nõ ſuſ-
,, pecto, quo nẽpe adhuc ipſe foro non ceſſerat.
,, Concurrit præterea quod d. apoca Mona-
,, chorum fuit eodem mẽſe Aprilis 1621. in pu-
,, blico Archiuio regiſtrata quod neceſſario in-
,, fert prius fuiſſe verè factam dictam apocam.
,, Et tandem Domini vim faciebant in qualitate
,, creditorũ ſcilicet ipſorum Patrũ Monachorũ
,, Caſineñ. cuius ordinis virorum conſpicua in-
,, tegritas, ac prudentia ſuadebat Dominis, eos
,, nequaquam eorum inſtituti, ac propoſiti im-
,, memores fuiſſe, vt qui ſponte propria bona
,, Euangelicæ perfectionis deſiderio reliquerũt,
,, ac Dei famulatui ſe mancipàrunt, alienis po-
,, ſtea pecunijs dolosè inhiauerint, & falſitatis
,, crimen perpetrauerint, & qualitatem credi-
,, toris *in terminis dictæ legis Scripturas* manifeſtè
,, *Rota dicta deciſ.* 897 *num.* 7. *coram Card. Seraph.*
,, Quibus accedit quod valde incredibile eſt,
,, quod tot perſonæ inſimul, ac diſparis condi-
,, tionis, nempe & Monachi creditores, & Pere-
,, grinus debitor, qui tunc temporis decoctione
,, non ſuſpicabatur, & quatuor teſtes, & Archi-
,, uiſta publicus Officialis in hanc ſimulationem
,, & creditorum perniciem conſpirauerint, ſi-
,, mulatio enim, ac falſitas non ſolet pluribus

exponi perſonis, ne facile detegatur, *vt notat Bald. in l. hac conſultiſſima in fin. C. qui teſtam. facere poſſ. Beec. conſ. 102. nu. 27. Surd. conſ. 132. num. 20. in fin. & ſeqq.* iuncto præſertim, quod nullum lucrum, vel vtilitatem ex hac Antidata percepturi erant teſtes, debitor, & Archiuiſta, ſine quo non præſumitur, quod quis falſitati conſentiat. *Gloß. in c. accedens de crimine falſ. Natt. conſ. 314. nu. 10. Aym. conſ. 75. nu. 16.*

Neque obſtat, quod Archiuiatio apocę Monachorum fuerit adnotata ſub die 5. Aprilis, & tamen ipſa apoca habet datam ſub die 6. quoniã ex ſupradictis patet id errore, vel incuria notantis contigiſſe, & in omnem euentum, licèt eſſet erratum in die, non tamen veriſimile eſt fuiſſe erratum in menſe Aprilis, & hoc ſufficeret pro anterioritate Monachorũ, contra Paſolinum, & Rubeum, quorum creditum fuit creatum de menſe Septembris eiuſdem anni 1621. & ſic ſemper eſſet poſterior creditor Monachorum per plures menſes.

Poſtremo DD. conſiderarunt hic non eſſe rigidè agendum iuxta terminos *d. l. Scripturas* quia Paſolinus, & Rubeus poſteriores creditores, qui concurrunt cum Monachis pro eorum credito, non nituntur publicis inſtrumẽtis, ſed habent priuatas tantùm Scripturas, quæ quidem in pluribus deficiunt à requiſitis *in dicta l. Scripturas*, & propterea abſolute præferendi ſunt Monachi tanquam anteriores ipſis Paſolino, & Rubeo, licèt & ipſa apoca Monachorum non habeat ſolemnitates *di dictæ legis Scripturas ita Gloſſ. ibi in verbo ſuum robur in fine, & Odoffred. ibid. col. 1. verſ. ſi autem, & poſt alios Petrus Caball. conſ. 121. nu. 7.* ita vtraque parte informante fuit reſolutum.

Libuit apponere integrum tenorem deciſionis, vt poſſit videri, ex quibus præſumptio-
5 nibus excluditur Antidata, quę excluſio facilius inducitur in apoca priuata contra aliam apocam priuatam, vt benè in calce firmat deciſio, quam ſi ageretur de anterioritate apocę priuatæ contra publicum inſtrumentum, ratio eſt, quia vtraque præſefert eandem probationem. Dixi, quod Antidata faciliùs excluditur contra apocam priuatam, quia etiam apocæ priuatæ fides adhibetur contra Inſtrumentum, quando ex circumſtantijs tollitur ſuſpicio Antidatæ, *vt* in Romana Anterioritatis 20. Decembris 1620. coram Dunozetto.

Fuit reſolutum DD. de Baccellis teneri reſtituere Domino Petro Eſchinardo ſummam ſcutor. 718. — 80. iuxta eorũ expreſſam obligationem de illa reſtituendo anterioribus creditoribus Franciſci, & Fratrum de Sacchijs, & ad omne mandatũ Domini *Seraph. deciſ. 1406. num. 1. & fuit dictum* in Romana anterioritatis 27. Iunij 1604. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio *apud Zacchiam poſt tractat. de oblig. Camerali deciſ. 1350. nu. 1.*

Anterioritas enim liquet ex apoca obligationis dd. Fratrum de Lauacchijs ad fauorem Petri Larghier auctoris Domini Eſchinardi confecta die 3. Decembris 1618. & ſic per annum ante creditum DD. de Baccellis creatum de menſe Decembris anni ſequentis 1619. qua ſtante prioritate temporis negari non poteſt Dominum Eſchinardum fuiſſe etiam potiorẽ in hypotheca, regula *qui prior. de regul. iuris in 6. l. potior. & l. creditor de ijs, qui pot. in pignor. habent.*

Et quamuis prædicta apoca anterior cum publico inſtrumento Cambij poſteriore ad fauorem DD. de Baccellis, hic tamen DD. nullam cenſuerunt militare ſuſpicionem Antidatæ vt eſſe potuerit diſpoſitioni *legis Scripturas C. qui pot. in pignor. habentur*, quæ apoca fuerat iam in actis producta coram A. C. per Dominum Eſchinardum, citatis Lauacchijs die 6. Aprilis 1619. & per eoſdem Lauacchios excipientes in iudicio allegata, ſubſecuta etiam reali productione concordiæ initæ inter ipſos Lauacchios, & Petrum Largier die quarta menſis Decembris in dicta apoca citato pro eorum parte per plures menſes antequam inſtrumentum præfatum eſſet in rerum natura, vnde cum conſtet de vera præexiſtentia dictæ apocæ tollitur omnis
6 ſuſpicio Antidatæ, pro qua remouenda ſufficiunt etiam præſumptiones, & coniecturæ. *Bald. in dicta l. Scripturas num. 6. Gabriel. de probat. concluſione 10. num. 9. & ſeqq. Seraph. deciſ. 829. num. 2. & deciſione 1221. numero primo. Rota deciſione 53. num. 4. apud Statill. ſecundum nouam impreß. & in* Rauennateñ. pecuniaria 6. Nouembris 1624. coram R. P. D. meo Merlino, &c.

Ex quibus liquet diuerſimode admitti præſumptiones, & coniecturas validiores, vel minus validas. Si agatur in concurſu ſcripturarum priuatarum, ac ſi agatur in concurſu Scripturæ priuatæ cum publico inſtrumen-
7 to, in quo etiam poteſt opponi de Antidata, ſed oppoſita debet concludentiſsime probari omne id, quod opponitur contra inſtrumen-
8 tum, quia oppoſitio Antidatæ cauſat falſitatem. *Rota deciſione 588. num. 2. par. 1. recentiorum.*

Et hæc de Antidata priuatæ Scripturæ, & inſtrumenti dicta ſufficiant, cum ſcopus noſter ſit dicere pręcipuè de Antidata Reſcriptorum, quæ plerumque ſolet timeri in prouiſionibus
9 Legatorum, & Ordinariorum, *vt latè per Gonzales ad Regulam octauam §. 3. probemiali à num. 147. vſque ad num. 172.* apud quem Lector poterit recurrere cum inſtituti mei non ſit,
10 aliorum dicta tranſcribere. Quo modo autem tollatur Antidatæ ſuſpicio in prouiſione Legati *tradit Rota* in Verduneñ. Canonicatus 6. Martij 1595. coram Cardinali Pamphilio ſeniore videlicet.

Nec obſtat, quod non appareat de eius anterioritate, niſi ex Data literarum Legati, quæ propter ſuſpicionem Antidatæ non probant anterioritatem gratiæ contra

pro-

,, prouiſum Apoſtolicum *iuxta deciſiones Ro-*
,, *tæ prima, & 10. de probationibus in nouis*,
,, quæ habent locum etiam in literis Legati,
,, *vt per Achill. deciſione 171. aliàs ſecunda de*
,, *probationibus*, quia *vt idemmet Achill. declarat*
,, *in deciſione ſequenti, quæ eſt 172. aliàs 8. eodem*
,, *titulo* hoc non procedit, vbi eſt ſuſcripta
,, à Secretario Legati, qui ſit Notarius pu-
,, blicus prout in hoc caſu, vbi literæ non
,, ſolùm ſunt ſigillatę Sigillo magno Legationis,
,, ſed etiam ſunt ſubſcriptę a Legato, & eius Vi-
,, celegato, qui eſt Prothonotarius Apoſtolicus,
,, & a Secretario, quia & ipſe eſt Notarius Apo-
,, ſtolicus deſcriptus in Archiuio Romanæ Cu-
,, riæ, &c.

Ex qua deciſione liquet, quod idem ſtatui-
tur circa ſuſpicionem Antidatæ prouiſionum
Legatorum, ac Ordinariorum. Colligitur pa-
riter ex omnibus ſupra allegatis deciſionibus
ſuſpicionem Antidatæ tolli præcipuè ex eo,
quod plures perſonæ literis prouiſionis, ſiue
ſingrapho priuato ſubſcripſerint, ea ratione,
vt inquit deciſio in Rauennaten. coram Merli-
no *ſupra allegata* quod raro, aut nunquam ſal-
ſitas committitur à pluribus: illud notandum,
11 quod ſuſpicio Antidatę in prouiſione Legati,
ſiue Ordinarij non cauſat malam fidem in
Prouiſo *Rot. deciſ. 67. num. 3. par. 2 recent. & co-
ram Gregor. deciſ. 74. nu. 6.*

Supereſt vt videamus de Antidata litera-
rum Apoſtolicarum, in quo articulo illud prę-
mittendum, quod contra literas Apoſtolicas
non poteſt opponi Antidata, niſi vnico ex ca-
pite, videlicet ex regula de veriſimili notitia,
12 quando videlicet data prouiſionis Apoſtolicę
ſuper beneficio extra Curiam vacante cade-
ret in tempus, quo veriſimiliter Pontifex de
vacatione notitiam habere non potuerit, vt
ſunt verba præciſa regulæ. *Sotus ad hanc re-
gulam numero primo (bokier. numero 15. Gomez
quæſtione prima Mandoſ. ſimil. quæſtione prima
Rebuffus in praxi titulo Regula de Veriſimili no-
titia Gloſſa 1. numero primo*, & re vera nulla
alia regula Cancellariæ, eſt magis neceſſa-
ria ad tollendas fraudes, quàm iſta de veri-
ſimili notitia, vt notant ſupra allegati Do-
ctores, & videtur quod ad modum neceſſa-
13 ria, adeout *Rebuff. loco allegato numero ſecun-
do* dicat iſti regulæ per Papam derogari non
non poſſe, eo quod regiſtrata, & incorpora-
ta in Regiſtris Curiæ Parlamenti, & ſic Fan-
cia vtatur hac regula tanquam lege Re-
14 gni, non tanquam regula Papæ, & proin-
de Franciam ea vſuram, etiamſi illam
Papam non inſerat in regulis ſuis. Contra-
rium tamen, quod videlicet Papa ei dero-
gari poſſit *tenet Mandoſ. dicta regula 29. quæ-
ſtione quinta numero tertio, & ſequentibus* vbi
ponit exempla, quod aliquando Papa hoc
fecerit. *idem firmat Gomez. dicta regula quæ-
ſtione octaua*, quod videlicet derogatio ipſius
regulæ eſt, dari ſolita pro perſonis qualifi-
catis, ſed obiter hic notandum, vel *Gomez*
æquiuocaſſe in eo quod dicit, & ſubdit, *&
mox explicabimus*, vel certè eſt corrigen-
dus: dicit enim *Stylus Signaturæ habet, quod
derogatio iſtius regulæ non detur niſi ſolùm in
Francia, ſed extra Franciam ſemper caſſari ſo-
let derogatio*, & tamen vt modo vidimus *ex
Rebuffo* debuit dicere contrarium nempe quod
in Francia iſti regulæ nunquam derogatur ex-
tra Franciam verò ei derogatur pro qualifi-
catis perſonis.

Relinquendo derogationem, an & quan-
do ſit dari ſolita *de qua late ſupra allegati Do-
ctores*, videamus, an & quando Dataria
15 ſoleat reſcriptis apponere Antidatam,
quod prima facie videtur inconueniens, *vt
notat Mandoſ. dicta quæſtione 5. numero ſecundo*,
ſed re vera aliquando remedium Antidatæ
eſt planè neceſſarium, & quemadmodum
regula *de veriſimili notitia*, eſt introducta ad
tollendas fraudes ita etiam debet admitti
Antidata ad eundem effectum, quod palam
fiet aliquibus exemplis.

Primum ſit; b. m. Card. Federicus Borro-
mæus præuio concurſu contulerat Parochia-
lem Antonio, conuentione tamen inter eos
inita, vt conſentiret reſeruatione penſionis ad
fauorem Blaſij, & propter huiuſmodi pẽſionis
reſeruationem, quam ipſe Cardinalis ſaltem
perpetuam reſeruare non poterat, adiret di-
ctus Antonius Datariam pro expeditione lite-
rarum, & reſeruatione penſionis, & hic mos,
& conſuetudo eſt paſſim obuia, nedum in
Archiepiſcopatum Mediolanenſi, ſed etiam in
alijs Epiſcopatibus, & deſuper nulla confici-
tur Scriptura, ſed oretenus, ita imponitur &
beneficium confertur. Antonius expediuit
literas prouiſionis, nulla facta mentione
conuentionis cum Cardinale ſuper reſerua-
tione penſionis, immò cum rogaretur, vt vel-
let penſioni conſentire omninò renuit, quod
indignum facinus non potuit preuerti, niſi eo
commento, quod collatio fuit facta alteri ſub
data anteriore gratia Antonij, & noui-
ter prouiſus reſeruationi penſionis conſenſit,
quod Antonius facere denegauerat.

Rurſus vacantibus ſex titulis ſimplicium
beneficiorum in Inſula Melitæ Sanctiſſimus
ordinauit, quod tres eorum conferantur Lu-
cæ, & alij tres Iulio Cæſari. Lucas, vt ſupplan-
taret Iulium Cæſarem, porrexit Supplicatio-
nem reformatoriam ſub prætextu denomina-
tionis titulorum eo, quod in prima Supplica-
tione non eſſent ritè expreſſi, & ſub hoc præ-
textu expreſſit, & inſeruit omnes ſex titulos,
expeditiſque raptim literis, omnium cœpit
poſſeſſionem. Iulius Cæſar contra hanc Va-
friciem recurſum habuit ad Datariam mon-
ſtrans ſupplantationem ſibi factam a Luca, &
Dataria illi conſuluit per Antidatam, & ma-
xima ſane ratione cum Lucas mereretur,
quod non ſolùm ei eripiantur tituli ab eo do-
lo, & fraude extorti, ſed etiam illi, qui ſibi
erant collati.

Plura alia poſſent adduci exempla, quibus conſtet Datariam aliquando neceſſariò vti Antidata, quod tamen raro fit, & quando alia via fraudi occurri non poteſt, præſertim hoc Pontificatu, quò Legatis, & Ordinarijs, ac inferioribus Collatoribus ſeruatur ſuum ius, vt decet. Neque enim æquum eſt per Antidatam Ordinariorum collationes præuenire, vt mea memoria accidit in Canonicatu quodam centum milliaribus ab Vrbe diſtante, noctu fuit occiſus Canonicus, illico Veredarius citatis æquis accurrit ad Vrbem, vbi tunc degebat Ordinarius, & Veredarius appulit Romam illico poſt horam prandij ad ordinarium Collatorem, qui foras exiens extra portam Vrbis (de more ob reuerentiam) fecit collationem, & nihilominus reperta fuit collatio Papæ, ſub eadem data ordinarij, quod tamen apertiſſimè erat falſum, quia Pontifex habuerat ſignaturam ante aduentum Veredarij, adeout non potuerit ſignari Supplicatio niſi in diem ſequentem, videlicet poſt Collationem ordinarij. Antidata igitur non debet ſeruire ad ſupplantationem, ſed ſolum-
16 modo ad eam tollendam, ſiue fraudem, & dolum.

Quomodo autem, & per quam veriſimilitudinem, veriſimilitudo regulæ probanda ſit, *tradunt ſolus Gomez, & Mandoſ. ſupra allegat.* qui plura cupit ea de re videat. *Tiraquell. in l. ſi vnquam in principio Codice de reuocat. donation.*

SVMMARIVM.

Supplicatio differt ab Appellatione, & libello, 1.
Supplicatio differt à ſimpli memoriali, 2.
Supplicatio porrigitur Datario, 3.
Supplicationis forma anterior, 4.
Supplicationis forma poſterior, 5.
Supplicationis forma interpretatio, 6.
Supplicatio ſcribitur in papyro, non in membrana, 7.
Supplicatio dicitur ſignatura, 8.
Supplicationi cur duplex apponitur ſignatura, 9.
Signaturæ per fiat ratio, & quare ſubijciatur prima littera nominis proprij Papæ non dignitatis, 10.
Supplicationis ſola ſignatura perficitur gratia, 11.
Literarum expeditio requiritur tantum ad probationem gratiæ, 12.
Supplicatio an ſit gratia informis, 13.
Supplicatione ſignata ſuper qua fuit præſtitus conſenſus non eſt locus pænitentiæ, 14.
Supplicatio ſola datata, licet non regulata, ſufficit vt intret regula de non impetran. beneficia viuentium, 15.
Supplicatione ſola non dicitur contrauentum, 16.
Supplicatione ſola acquiritur ius, 17.
Supplicatio quando cenſeatur porrecta, ab eo qui legitur Orator, 18.
Productio cenſetur facta de ordine principalis, 19.
Supplicatio debet continere qualitatem gratiæ, 6.
Supplicatio in fronte continet modum impetrationis, 7.
Supplicatio ſola non ſufficit ad canonizationem gratiæ, 6.
Supplicatio in fronte continet modum impetrationis, 7.
Supplicatio ſola non ſufficit ad canonizatoinem gratiæ, 20.
Supplicatio non eſt litera Apoſtolica, 22.
Supplicatio ſola an ſufficiat ad obtinendum abſolutoriam pro poſſeſſore, 23.
Supplicatio ſola an ſufficiat pro colorando titulo in poſeſſorio recuperandæ, 24.
Supplicatio ſola eſt ſufficiens ad colorandum titulum pro ſpoliato, 25.
Supplicatio ſola, an & quando inducat vacationem, 26.
Supplicatio eſt titulus, licet imperfectus, 27.
Affectionem quando operetur appoſitio manus Papæ, 8.
Supplicatio ſola eſt ſufficiens, ad docendum de iure tertij, 29.
Supplicatio ſola probat titulum auctoris, 30.
Supplicatione ſola iuſtificatur ius defuncti, 31.
Ius prædeceſſoris defuncti, quomodo iuſtificandum, 32.
Narratiua quando eſt fundamentum gratiæ eſt concludenter probanda, 33.
Narratiua, quæ mouet ad concedendum eſt iuſtificanda, 34.
Motiua ad concedendum ſumuntur ex conſuetudine, & congruentia, 35.

Sup-

Supplicatio ſola ſufficit ad obtinendum abſolutoriam, 36.

Regula de non iudicando, &c. interpretatur quoad Canonizationem gratiæ, 37.

Supplicatio ſola facit quod iudex non poteſt canonizare gratiam, non habenti ius, 38.

Supplicatio ſola an excuſet ab execrabilitate, & inhabilitate, 39.

Conſtitutio execrabilis famulatur regulæ de non iudicando, &c. 40.

Poſſeſſio capta literis non expeditis eſt nulla, & temeraria, 41.

Supplicatio debet eſſe inſerta in monitorio, vt ſit valida poſſeſſio eius vigore capta, 42.

Supplicatio ſola extra Curiam nihil operatur, niſi habeat clauſulam, quod ſola ſignatura ſufficiat, 43.

Poſſeſſio poſt quam eſt quæſita eſt ius, 44.

Poſſeſſio etiam in beneficialibus poteſt eſſe ſine titulo, 45.

Supplicatio ſola continens executorem tribuit iuriſdictionem, 46.

Cancellaria dat executores in literis, 47.

Supplicatio ſola impedit liberam collationem, 48.

Supplicatio ſola porrecta à Procuratoribus probat reſignationem, 49.

Supplicatio reſignationis ſola continens ſubrogationem, non colorat titulum in ſpolio, niſi extenſo conſenſu, 50.

Conſenſu perſtito ſuper reſignatione an partes poſſint reſilire, 51.

Supplicatio ſola non ſufficit pro paupere ad capiendam poſſeſſionem, 52.

Supplicatio ſola creditur, vt ex ea poſſit confici, & perfici gratia, 53.

Supplicatio ſola nihil confert ad ius paupertatis, 54.

Supplicatio ſola probat pro legitimatione contra impetrantem, 55.

Supplicatio vna quomodo admittat plures literarum expeditiones, 56.

Supplicatio vna non poteſt continere diverſam datam, 57.

Abbreuiatores dicuntur periti Supplicationum, 58.

Supplicatio continens plura capita aliqua ſecundum ius, alia contra ius cenſetur admiſſa quoad priora, 59.

Supplicatio continens plura an, & quando, quoad omnia admiſſa cenſeatur, 60.

Supplicatione non in totum admiſſa exprimitur per clauſulas reſtrictiuas, 61. vel certè per caſſationem, 62.

Caſſatio, ſiue cancellatio in ſupplicatione non ſemper importat negationem, 63.

Caſſatura in corpore Supplicationis eſt attendenda magis, quàm in clauſulis, 64.

Caſſatum quod eſt in corpore Supplicationis non poteſt extendi in literis, neque per Cancellariam, neque per Cameram, 65.

Cancellaria, & Camera non ampliant gratias, ſed eas reſtringunt ad terminos regularum Cancellariæ, ſeu iuris, 66.

Caſſatura in Supplicatione arguit dolum, 67.

Caſſatura cenſetur facta ab eo, apud quem reperitur, 68.

Supplicationi ſoli ſtatur, quando partes conſentiunt, 69.

Supplicationes plures poſſunt expediri ſub vna Bulla, 70.

Supplicatio ſola tam Iuris proprij, quam Iuris tertij excluſiua iuris agentis ſufficit pro abſolutoria, 71.

Supplicatio ſola nouæ prouiſionis, an ſuppleat defectum publicationis, 72.

Supplicatio ſola non ſemper ſufficit pro abſolutoria, 73.

Supplicationi ſtatur in reſeruatis, 74.

Supplicatio an potius literæ attendi debeant, 75.

Literæ diſcordantes à Supplicatione debent remitti ad corrigendum, 76.

Supplicatio diſcordans à mandatis debet corrigi, 77.

Supplicatio regiſtrata facit fidem contra reſcriptum in quo non continentur expreſſa in ſupplicatione, 78.

Supplicatio niſi fuerit regiſtrata non expeditur Breue de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, 79.

Supplicatio, quæ plura imponit facienda non ſuffragatur niſi omnibus adimpletis, 80.

Procurator porrigens Supplicationem non præiudicat ſuo principali ſine mandato, 81.

Supplicatio nunquam facit mentionem de Procuratore, 82.

Supplicatio, ſiue gratia Papæ aliquid debet operari, 83.

Litteræ diſcordantes à mandatis, etiam conformes Supplicationi debent corrigi, 84.

Mandato reſignationis non ſeruato prouiſio eſt nulla, 85.

Papa poteſt reijcere conditionem, vel modum reſignationi appoſitum, 86.

Clauſula non aliàs aliter, nec alio modo admittitur in reſignatione, 87.

Clauſula per liberam reſignationem in manibus noſtris factam quomodo ſit interpretanda, 88.

Narratiua Supplicationis dicitur vtriuſque Oratoris. 89.

Nuncupatio in ſupplicatione caſſata non debet extendi in literis vigore clauſularum, 90.

Supplicatio, & acceptatio gratiæ an operetur, quod non poſſit opponi de illius nullitate, 91.

Supplicationes, quæ ſignantur per conceſſum, & quæ per fiat, 93.

Supplicatio reformationis debet ſignari eodem modo quo prima gratia, 94.

Supplicatio ſignata motu proprio, licet ad petitionem partis valet, vt motu proprio, 95.

Clauſula motu proprio non tollit defectum intentionis, 96.

Supplicationum reuiſores apponunt reſtrictiuas iuxta mentem concedentis, 97.

Clauſulæ reſtrictiuæ Supplicationum ſunt variæ, iuxta varietatem gratiarum, 98.

Clauſulæ reſtrictiuæ generales vt plurimum ſunt præſer-

ſeruatiuæ iuris tertij, 99. & alia ius Papæ, 100.
Supplicationes Beneficiales habent omnes idem exordium, 101.
Supplicatio impetrationis ex capite reſeruationis debet exprimere cauſam, 102.
Supplicatio fictione quadam iuris fingitur expedita, ſub eadem die, ſub qua fuit conceſſa, 103.
Supplicationis inſtantia durat quantum inſtantia appellationis, 104.

CAPVT XXXII.

De Supplicatione.

QVoniam omnia hactenus deducta inſeruiunt Supplicationi, quam deduximus ad officium Datarum, quarum occaſione longè digreſſi ſumus, nunc reuertentes ad propoſitum thema dicendum de Supplicatione, quæ eſt præcipuum ſubiectum preſentis tractatus.

Et primò quidem ſupplicatio de qua agimus differt a libello, & ab appellatione, quorum vtrumque a DD. nuncupatur Supplica-
1 tio, quia ſupplicatur Principi, ſiue Iudici pro conſequenda iuſtitia. *Cepoll. conſil. ciuil. 64. num. 11.* Supplicatio verò de qua agimus porrigitur pro conſequenda gratia. *Rebuff. in praxi titulo forma ſignaturæ ſimplicis prouiſionis. verbo Supplicat.* & ideò differt a ſupradictis. *Mobed.*
2 *deciſ. 13. de renuntiat. & ibi Addit.* ſimiliter differt à ſimplici memoriali, *vt notat Rota* in Panormitana Archidiaconatus 15. Iunij 1590. coram Penia. Licèt enim memoriale contineat petitionem Gratiæ, tamen quoad formam, non eſt Supplicatio, quę porrigitur Datario. *Fariſ de reſignat. lib. 8. quæſt. 7. num. 20.* quam formam hic apponimus.

Per obitum extra Curiam.

Ciuitatis-Caſtelli.

BEatiſſime Pater, Cum ſine cura Eccleſia, ſeu Capella S. Mariæ Aſſumptę in Territorio Caſtri Lippiani Ciuitatis-Caſtelli Diœc. per obitum quond. Ioannis Baptiſtæ ex Marchionibus Montis S. Marię, illius, dum viueret, vltimi Poſſeſſoris in vtraque Signatura Veſtra Referendarij extra Romanam Curiam de præſenti Menſe Aprilis defuncti, aut aliàs certo modo vacauerit,& vacet ad præſens,ſupplicat S. V. deuotus illius Orator Virginius ex Marchionibus Montis S. Mariæ Clericus dictę Diœceſ. quatenus ſpecialem ei gratiam facieñ. Eccleſiam, ſeu Capellam prædictam, cuius & illi forſan annexos fructus xxiiij. ducat.auri de Cam.ſec.com. ext. val.an. non excedunt. Siue præmiſſa, &c. eidem Oratori conferre, & de illa etiam prouidere dignemini de gratia ſpeciali. Non obſtañ. &c.

Fiat vt petitur M.


ET cum abſolutione à cenſ. &c. & quòd Oratoris diſpoſitio,veruſq; dictæ Capellæ vacationis modus, etiamſi ex illo quæuis reſeruatio generalis, etiam in corpore Iuris clauſa, reſultet, necnon litis, & cauſæ ,ſi quæ ſint, ſtatum, & merita, Nomina, & Cognomina Iudicum, & Collitigantium, eorumq; & dicti 4 defuncti, & aliorum quorumcunq; conceſſiones,prouiſiones aliquæ, Iura, & tituli etiam nulli, & infecti, &c. & quòd præmiſſorum omnium, & ſingulorum, &c. maior, & verior expreſſio fieri poſſit in literis, & committatur in forma dignum nouiſſima. — Fiat M.

A.

Dat. Preneſti ſexto Idus Auguſti Anno Tertiodecimo.

Preneſti vj. *Id. Aug. A.*xiij.

Simplex xxiiij. per obitum extra Curiam pro Virginio ex Marchionibus Sanctæ Mariæ vacañ. per obitum S.V. Referendarij.


Fol. 96.
Chauſeus
26. Auguſti
Remigius
Aſtius

Poſuimus formam Supplicationis, quę porrigitur Datario afferenda, modo illius interpretatio, non quidem ſecundum ea quæ in Supplicatione continentur, quod ipſum luculenter præſtitit. *Rebuffus in ſua praxi*, ſed quoad notulas, & praxim formæ.

Porrigitur itaque Supplicatio Datario forma, qua viſitur in hac pagina, vel certe loco
Datarij porrigitur Sub-Datario, quæ continet
6 qualitatem gratiæ petitæ. *Rebuff. in praxi. tit. forma ſignaturæ ſimplicis prouiſionis verbo Supplicat*, & in fronte legitur impetrationis modus,
videlicet *Per obitum extra Curiam, &c.* *Pariſ. de reſignat. lib. 8. quæſt. 7. num. 44.* qui Sub-Datarius, ſiue illius ſubſtitutus complicat paginam in eius calce in loco vbi viſitur ducta recta linea per quam lineam volo intelligi eo loci paginam, ſiue folium continens Supplicationem habere plicam. Sub plica Sub-Datarius, ſiue eius Subſtitutus paucis verbis extendit Summarium, & deinde Datarius
7 affert, eam ſignandam Pontifici, quæ eſt ſcripta in papyro, & non in membrana, *vt notat Rebuff. in praxi titulo de ſignatura gratiæ nu. 10.* eamq; Papa ſignat, ſiue quod idem eſt ei ſubſcribit duplici in loco. Primo per Reſcriptum. **Fiat vt petitur M.** in calce nempe petitionis, & rurſus in latere clauſularum per notulam **Fiat M.** quæ litera M. apponitur, vt initium nominis Baptiſmi nempè Maffeius, Nomen Vrbani VIII. fel. recor. & non initium nominis Dignitatis, hodie verò ſignantur ſupplicationes per notulam *Fiat, vt petitur I.* & *fiat I.* non vt principium nominis Dignitatis videlicèt Innocentij, ſed vt initium nominis Baptiſmi, videlicet Ioannis, quia Ioannes Baptiſta eſt nomen Baptiſ-
8 matis Sanctiſſimi Domini Noſtri Innocentij X.

Ratione huius Signaturæ ipſa Supplicatio nuncupatur abſolutè Signatura *Rebuff. in praxi ſuper regulis regula 34. verſ. ſignatura eſt. Chokier regula 19. num. 13.* Duplici autem in loco ſignat Papa, quia binas continet Supplicatio petitiones, primæ, & principali ſubſcribit Papa per verba *fiat vt petitur*; continenti nempè ſubſtantiam gratiæ. alteri, quæ non continet ſubſtantiam Gratiæ, ſed modum expediendi gratiam ſubſcribit per verbum *fiat*, non addi-
9 to *vt petitur*. Rationem diuerſitatis quæſierunt multi, & plura dixerunt, ſed vana. Ego vt breui rem expediam, dico ſubſcriptionem clauſularum per verbum *fiat*, non addito, *vt petitur* fieri ea de cauſa, quod clauſulæ non continent principaliter gratiam, vnde licèt clauſulæ petantur admitti, tamen hæc admiſſio nunquam negatur, & eſt generalis, & propterea Papa ſubſcribit per ſimplex verbum *fiat* quaſi dicat ſeruetur Stylus. Prima verò ſubſcriptio reſpicit petitionem indiuiduã, nempe collationem talis, & talis Beneficij, cui indiuiduæ petitioni non benè reſpondetur, niſi per verbum *fiat vt petitur*. *Butr. conſ. 49. nu. 1.* poſſet addi, quod ſemel ſufficit reſcripſiſſe per verbum *fiat vt petitur*, & quòd ſecunda ſubſcriptio per verbum *fiat* cenſetur repetijſſe aliud verbum *vt petitur*, & hæ duæ rationes ſunt valdè probabiles. Ego addo tertiam, non ſolum probabilem, ſed neceſſariam, ex re ipſa, quia in latere clauſularum ſpatium quod remanet in albo, non eſt capax totius Reſcripti *fiat vt petitur I* extendi in linea, vt videre eſt in formula, & non eſt conueniens, vt Papa ducat duas lineas vnam ſuper alia.

Cur autem Papa in gratijs reſcribat per
10 verbum *fiat*, & cur apponat primam literam nominis proprij, & non dignitatis *tradit Gomez. in compendio vtriuſque Signaturæ. quæſtione 16. verſiculo eſt in primis notandum. & verſiculo ſed hic pulchrum dubium.* vbi etiam tradit de tribus Signaturis, vel potius Signaturæ gradibus per *fiat*, per *placet*, & per *conceſſum*, *verſic. & licèt quoad Signaturam*

Supplicationem hoc modo, quæ ſupra ſignatam Datarius tradit Sub-Datario, ſiue officiali per obitum, qui eam dimittunt ad reliquos Datarij Officiales annotatam prius in publico libro parieti appenſo Sollicitatorum commoditati, vt videlicèt videre poſſint, ad cuius Officialis manus ſupplicatio peruenerit, & expeditę per Reuiſores Pręfectus Datarum immediatè ſuper illa plica, de qua locuti ſumus apponit Datam, conciſis tamen verbis, & videre eſt in formula, quam deinde Datarius extendit ad longum, ac Supplicationem remittit ad Sub-Datariũ, qui ea denuo reuiſa, & notata primo charactere ſui nominis, qui hodiè eſt F. denotans nempè Franciſcum Maſcambrum Sub-Datarium (quem hic honoris cauſa nomino) eam tranſmitit ad officium Miſſarum, qui Officialis abſciſſo Summario, parua Data eo loci, vbi paginam habet plicam tranſmittit ſupplicationem ad Regiſtrum, & fit huiuiuſmodi abſciſsio, ne Summarium, & Reſcripta, ſeu aliæ notæ ſub Summario regiſtrentur, quia, *vt ſupra dixi*, Regiſtrator debet regiſtrare, & ſcribere in ſuo folio, omne id, vel minimo charactere omiſſo, quod continetur in prima facie paginæ Supplicationis.

Et hæc quoad interpretationem primæ faciei paginæ ſupplicationis. Quæ tamen poſtquam hęc ſcripſi ob facinus per dictorum Officialium, ſeu mauis Miniſtrorum aliqualiter immutata eſt. Facinus autem tale fuit, porrecta eſt Supplicatio Sanctiſſimo, quæ in frontis medio habebat Diœceſim, puta *Auerſan.* ſed erat ſcripta in ſummitate Papyri, inter notulam illam, & contextum Supplicationis intercedebat ſpacium, & in margine in eadem linea, qua notata erat Diœceſis legebatur *per obitum extra Curiam* Supplicatio ipſa continebat materiam omninò diuerſam ab ea, quæ in

fron-

fronte notata erat, nempe diſpenſationem matrimonialem in gradu conſanguinitatis in primo, & ſecundo In calce verò legebatur Sũmariũ, in extrema, & vltima carta *Beneficium perpetuũ ſimplex* 14. *pro Presbytero Oriundo*. Hęc Supplicatio à Sanctiſſimo Domino Noſtro fuit ſignata, quia nõ poteſt integram Supplicationem perlegere, ſed ſolummodo inſpicit Summarium, & videns, quod Summariũ reſpondet titulo in fronte poſito, ſignauit ſupplicationẽ, & gratiam fecit; Hoc peracto, Officialis, ſeu alius furcifer abſcidit titulum frontis, nempè *Averſan*. & *Per obitum pro Presbytero Orlundo*, & poſuit *Vlisbonen*. quemadmodum etiam abſcidit Summariũ, & formauit aliud reſpondẽs corpori Supplicationis, cum quo Supplicatio miſſa fuit ad Regiſtrũ, & Papa gratiam illam nunquam fecit, nec facere cogitauit, attamen Supplicatio reperitur eius manu ſignata; Ordinatum eſt itaque quod inter titulum Supplicationis nempe Diœceſim, & Supplicationem nulla remaneat linea intermedia, vt auferri poſſit, & alia Diœceſis ſubſtitui. Cauſa verò impetrationis, quæ pariter ſubſcripta erat in ſummitate, vt ex oculari inſpectione patet, non amplius ibi ponitur, ſed in margine circa medium Supplicationis, ita vt in hac materia non poſſit fieri amplius fraus.

Vſus etiam erat, quod in Supplicationibus maioribus, & magnæ qualitatis ſcribebatur ſuper chartula ſeparata à folio Supplicationis, & cera rubea appenſa erat in calce Supplicationis; Hoc etiam ſublatum eſt, nam ſcribi debet Summariũ in eadem papyro, & charta, in qua ſcripta eſt Supplicatio. Explicandę modo ſunt notæ, quę viſuntur à tergo eiuſdem paginæ Supplicationis, & primo quidem videtur magna R. quæ fit per Regiſtratorem, cui ſupraſcripſit longam L. appoſito paruulo o. & in medio numero, quæ notæ ſignificant, verbi gratia regiſtrata lib. 16. fol. 96.

His notis ſubſignata Supplicatio defertur ad Magiſtros Regiſtri, qui accipiunt quinternum Regiſtratoris in manibus, & audiunt regiſtratorem legẽtem Supplicationem, & poſtquam illis cõpertum eſt, illam eſſe Regiſtro conformem, in margine Regiſtri apponunt primam literam gratiæ, videlicet ſi gratia continet diſpenſationem apponunt literam D. ſi continet reſignationem literam R. & ſic de ſingulis. Ipſi verò Supplicationi, videlicèt à tergo in orbe magni illius R. Magiſter, qui auſcultauit Supplicationem inſcribit ſuum Cognomen videlicet *Chauſeus*.

Supplicationem hoc modo auſcultatam Regiſtrator defertur ad Clericos Regiſtri, qui ſubſignatis eorum Cognominibus, apponunt diem, qua Supplicatio expedita fuit in Dataria, & tranſmiſſa ad Cancellariam. Et hęc de interpretatione materialis obiecti Supplicationis ſufficiant; proſequamur modo, quę ſuperſunt dicenda.

Et primo intricatam illam quæſtionem, an ſola Supplicatio ſine literis probet, necne cuius reſolutionem habebimus, ex pluribus concluſionibus, quas firmabimus.

Prima quod gratia perficitur ſola ſignatu-
11 ra Supplicationis. *Rota deciſ.* 585 *num.* 2. *par.* 1. *recent.* & expeditio literarum requiritur tan-
12 tùm ad probationem gratiæ. *Rota deciſ. final. num.* 3. & 4. *de reſcript. in antiq. Verall. dec.* 173. *num.* 2. *par.* 2. & *deciſ.* 267. *num.* 3. *par.* 1. *Gonzal. ſuper regula octaua Cancellariæ gloſ.* 12. *num.* 45. *vbi num.* 47. inquit *In lingua Principis ſtat gratia, in ſcriptura teſtimonium, in executione commodum. Gemin. conſ.* 106. *colum.* 3. *verſic. in contra-*
13 *rium*, & ſic concluſio illa, Supplicatio eſt gratia informis interpretatur quoad executorem iuxta regulã *de non iudicando*, &c. *Caſſad. deciſ.* 8. *num.* 10. *de reſtit. Spol.* & *deciſ.* 4. *nu.* 2. *de cauſ. poſſeſ.* & *propriet. Put. deciſ.* 356. *num.* 7. *lib.* 1. *Mohedan. deciſ.* 28. *num.* 3. *de renunciat.* Obiter autem aduertendum, quod dictum *Gonzal.* gratia ſolo Principis verbo perficitur, non applicatur caſui noſtro, vbi Papa non concedit gratias verbo, ſed reſcripto. *Felin. conſil.* 6. *num.* 1. Notandum etiam, quo *deciſ.* 585. *p.* 1. *recent. ſupra allegata* ex eo quod gratia perficitur ſola ſignatura Supplicationis, quoad ſubſtantiã infert quod impetrantes, ſiue Supplicantes ſignata Supplicatione non poſſunt pœnitere in concordia, permutatione, reſignatione, ſiue gratia ſimili tangente plures, quod debet interpretari, ſi ſuper dicta
14 Supplicatione fuerit præſtitus conſenſus *Pa- rıſ. de reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 7. *num.* 86.

Videamus modo, quod operetur ſola Supplicatio, & quem effectum producat regiſtrata, vel non regiſtrata, & primo quidem Supplicatio datata, non regiſtrata operatur,
15 vt ſit locus regulæ *de non impetrando beneficia viuentium. Seraphin deciſ.* 975. *nu.* 1. *Gabriel. conſil.* 19. *num.* 13. *lib.* 1. quod tamen eſt particulare, quod effectum huius regulæ *de non impetrando*, aliàs enim regulariter, per ſolam Supplicationem, non dicitur contra uentum legi,
16 niſi offerens, ea ſit vſus. *Alex. conſil.* 34. *nu.* 3. *lib.* 3. ratio concluſionis, & exceptionis à regula eſt, quod per ſolam Supplicationem ac-
17 quiritur ius. *Verall. deciſ.* 301. *nu.* 4. *par.* 3. *Creſ. deciſ.* 1. *num.* 1. *de excep.* vnde pari modo debet poſſe præiudicare.

Sed magna inſurgit quæſtio, quando Supplicatio cenſeatur porrecta, ab eo cuius nomine porrecta dicitur, quia ſolum mandatum procuræ in genere, niſi habeat hoc in ſpecie, non præiudicat conſtituenti. *Mantic. deciſ.* 302.
18 *num.* 6. Verum hæc exceptio ceſſat vbi impetrans eſt preſens in Curia. *Mantic. dicta deciſ.* 302. *num.* 7. *Puteus deciſ.* 267. *num.* 1. *lib.* 3. & *deciſ.* 298. *nu.* 1. *eod. lib. Seraph. deciſ.* 975. *Rot. deciſione* 529. *num.* 1. & 6. *par.* 1. *recentiorum* quamuis & hæc concluſio admittat exceptionem, nempè ſi Supplicatio ſit præiudicialis impetranti. Nam tunc etiam ſi ſit preſens non præſumitur ab eo porrecta. *Rota dicta deciſ.*

ciſione 529. num. 6. Put. dicta decif. 298. num. 1.

Et non ſolùm præſumitur Supplicatio porrecta ab impetrante præſente, ſed etiam ab abſente, modo impetratio ſit valdè proficua, vel fuerit pro ea facta notabilis expenſa. *Pariſ. de reſignat. lib. 8. quæſt 8. num. 4. Rota decif. 198. par. 1. recent. & decif. 91. lib. 3. par. 3. diuer. Gomez. ad reg. de non impetr. benefic. viuent. quæſt. 5. Maſcard. concluſio. 1303. nu. 28. & 25. Mobed. decif. 8. vbi Add. de renunc. & decif. 7. eodem tit. decif. 3. de præſumpt. Put. decif. 24. num. 7. lib. 1.*

Vel quando deinde fuerit ea vſus per productionem in iudicio. *Mantica dicta decif. 302. num. 7. Verall. decif. 302. num. 7. Verall. deci. 193. num. 3. & 4. par. 1. &* in Auellina Vnionis 25. Iunii 1597. coram Gipſio, etiam quòd productio fuerit facta per Procuratorem, & non conſtet de ſpeciali mandato producendi, ſiue ad producendum. *Roman. conſ. 446. num. 10. Abb. conſ. 7. lib. 2. Ripa in Rub. ff. de acquir. rer. poſſeſſ. verſ. prima igitur ſit regula.* Cenſetur enim Supplicatio à principale tradita Procuratori ad effectum illam prouidendi. *Roman. dicto conſ. 446. num. 11. verſic. aut producit quis.*
19 quæ præſumptio adeò valida eſt, vt ſi principalis velit negare productionem illam fuiſſe de mandato ſuo factam, teneatur probare Supplicationem illam fuiſſe ſibi per Procuratorem furto ſubtractam. *Aym. conſ. 80. num. 5. verſ. benè fateor.* cuius dictũ tamen procedit in productione inſtrumenti, quod præſumitur extare apud principalem, nec niſi ab eo potuiſſe illud Procuratorem recepiſſe, quod ipsũ poſſet variare in Supplicatione, eo quod Procurator eodem modo, quo porrexit Supplicationem ſine mandato, ita etiam eandem ſine mandato produxerit, vnde recurrendum eſt ad ſigna, de quibus ſupra, videlicèt an gratia producenti ſit proficua, vel fuerint factæ notabiles expenſę, & ſimilia, & iuxta hanc formam debet accipi norma, quando ſit locus diſpoſitioni. *l. cum pretum. C. de liber. cauſ.* quæ non eſt ſine diſtinctione accipienda. *Bero. conſ. 180. num. 22. lib. 2.*

Videamus modo, an, & quid operetur ſimplex Supplicatio, hoc eſt ſola Supplicatio abſque literis; Nam concluſio illa, quod Suppli-
20 catio perficitur expeditione literarũ, & quod ſola non ſufficiat. *Mobed. decif. 4. de fid. In-*
21 *ſtrum.* procedit quoad iuſtificationem, & Canonizationem gratiæ. *Verall. deci. 235. num. 1. par. 3.* nam Supplicatio non eſt litera Apoſto-
22 lica, quia non eſt Bullata *Chokier. reg. 25. num. 3. de non iudicando.* loquitur de literis non de Supplicatione, & debet intelligi ſtricto modo.

Sed hic denuò magna oritur difficultas, an ſola Supplicatio ſit ſufficiens ad obtinendum
23 abſolutoriam pro poſſeſſore affirmatiuam, tenet. *Caſſad. decif. 8. num. 7. de reſtit. ſpoliat. Maſcard. de probat. concluſ. 1303.* immò etiam, quod ſola Supplicatio ſit ſufficiens pro colo-
24 rando titulo in poſſeſſorio recuperandæ. *idem Caſſad. decif. 4. num. 3. de cauſ. poſſ. & prop. & decif. 8. num. 1. de reſtit. ſpoliat. idem Maſcard. concluſ. 1380. num. 6. & concl. 1382. num. 16.* præſertìm ad colorandum titulum pro ſpoliato. *Caſſad. decif. 1. num. 6. ſuper regul.* quod longè plus eſt, quam obtinere abſolutoriam pro poſſeſſore, quia qui recuperat efficitur actor, & ſic iudicatur iuxta formam Supplicationis contra tenorem regulæ, cui tamen difficultati *Caſſad. dicta decif. 8. num. 7.* reſpondet, quod idem eſt abſoluere reos poſſeſſores in petitorio habentes ſolas Supplicationes cõtra actores, qui titulum produxerunt ex literis, hoc eſt ipſas literas, ac in petitorio, vt ſpoliatus recuperet poſſeſſionem.

Contrariam ſententiam tenet *Mandoſ. regul. 27. quæſt. 3. num. 8.* vbi pręmiſſo, quod prima opinio ſemper fuit ſeruata per Rotam; nihilominus omninò ab ea recedendum eſſe dicit ea ratione, quod Stylus Rotæ fundetur *in deciſione Caſſadori*, quæ emanauit ante conſtitutionem Iulij Tertij, per quam directè ſtatuitur contrarium deciſioni, videlicèt quòd Supplicatio, cùm ſit gratia informis, non poſſit tribuere facultatem retinendi beneficium poſſeſſum. Attamen priorem opinionem *tenuit Rota* etiam modernis temporibus, vt in Pampiloneñ. prioratus 10. Ianuarij 1600. coram recol. mem. Cardinali Pamphilio, in qua dicitur.

„ Non obſtat quod iſtæ clauſulæ ſolùm le-
„ gantur in Supplicatione confirmationis Pij
„ IV. & non extendantur ſuper ea expeditæ li-
„ teræ, de quibus dictæ clauſulæ loquuntur ibi
„ *ac literas ſuper præſentibus conficiendas*, quia non
„ eſt verum, quod referantur ad ſolas lite-
„ ras, cùm loquantur etiam de ipſa Supplicatio-
„ ne ex applicatione, vt in eis legitur; & cùm
„ Capitulum ſit in poſſeſſione, & in hoc iudicio
„ non agatur de canonizatione pro obtinenda
„ abſolutoria, ſufficit ſola Supplicatio ſine lite-
„ ris iuxta vulgatam deciſionem *Caſſad. 1. num.*
„ *6. ſuper regul. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & decif.*
„ *8. de reſtit. ſpoliat. Mobed. decif. 3. in fine de reſer-*
„ *uat. & 2. de priuil. & latè notat Sarnen. ſuper regu-*
„ *la de non iudicando quæſt. 4. num. 2. cum ſeqq. &*
„ *quæſt. 5 num. 4. & ibi Mandoſ. quæſt. 13. num. 4.*

Hæc Rota, quæ mirum, quod non faciat mentionem contrariæ opinionis, videlicèt *Mandoſ. dicta quæſt. 3. num. 3. & allegat. quæſt. 13.* vbi non loquitur de hac concluſione, ſed ſolùm, quod Supplicatio ſufficit ad docẽdum de Iure tertij, quæ concluſio, vt mox videbimus multum differt ab iſta, quam in præſenti examinamus.

Sanè ratio *Mandoſ.* ſumpta ex conſtitutione Iulij III. benè tanti eſt, vt mereatur reſponſionem: immò fortaſſis eſt priori tanquam tutior præferenda. Statuit enim Iulius III. quod retentiones beneficiorum Eccleſiaſticorum in vim ſolius Supplicationis fieri non poſſint, vt rotundis verbis legitur in dicta conſtitutione in Bullario veteri in ordine 52. quæ diſpoſitio cum ſit clara non videtur, quod ei *vt rectè in-*

quit Mandoſ. contraueniri poſſit, niſi velimus
dicere, quod conſtitutio Iulij non loquitur
de retentione beneficiorum generaliter, ſed
de retentione beneficiorum ſimplicium con-
ceſſa Epiſcopis, & Prælatis ob Canonicam
incompatibilitatem, quæ videtur differre à
retentione poſſeſſionis, quia cùm per mune-
ris conſecrationem vacent beneficia conſe-
crati, gratia retentionis in ipſo confert de no-
uo beneficium per promotionem vacatum,
quod non accidit in reo poſſeſſore, cui per ab-
ſolutoriam nulla fit collatio, aut conceſſio no-
uæ gratiæ, & per hanc diſtinctionem poteſt
ſaluari opinio Rotæ, quod videlicèt ſola Sup-
plicatio ſufficiat pro profeſſore.
Proſequamur videre, an, & ad quos alios ef-
fectus ſufficiat ſola Supplicatio, & prima ſola
26 Supplicatio non inducit vacationem quomi-
nus Ordinarius poſſit conferre beneficium,
quod per ſolam Papæ Signaturam alicui col-
latum eſt. *Chokier. reg. 25. num. 27.* quod intel-
lige, niſi fuerit regiſtrata. *Garz. de benefic. par.
4. c. 2. num. 16. Gonzal. ad regul. 8. gloſſ. 15. §. 2.*
27 *num 33.* Supplicatio enim eſt titulus. *Caſſad.
deci. 8. num. 8. de reſtit. ſpoliat.* nempe quando eſt
regiſtrata, quia Succeſſor, *vt ſupra vidimus*, ex-
pedit Supplicationes regiſtratas tēpore Præ-
deceſſoris in forma *Rationi congruit*, & ſic li-
cèt *Maſcard. conclus. 1382. num. 1.* neget Sup-
plicationem eſſe titulum, hoc debet intelligi
de Supplicatione non regiſtrata, vel de titulo
perfecto, vt videlicèt ſola Supplicatio non
præbeat titulum perfectum, vt dicimus de
præſentatione, quæ de per ſe non perficit col-
lationem, eſt tamen huiuſmodi, quod præſen-
tato non poteſt denegari inſtitutio, ita nec
habenti Supplicationem regiſtratam poteſt
denegari facultas expediendi literas, & hic
non intrat concluſio, quod per ſolam ap-
poſitionem manus Papæ beneficium reddatur
affectum, quia hoc debet intelligi de appoſi-
tione manus, quæ poteſt deduci in iudicium,
nempe in gratia perfecta non autem in gratia
28 informi, vt loquitur conſtitutio Iulij III.
Similiter ſola Supplicatio in iudicio produ-
cta eſt ſufficiens ad docendum de iure tertij.
*Caſſad. deciſ. 8. num 13. de reſtit. ſpoliat. Bellam.
deciſ. 608. num. 3. Maſcard. de probat. concluſ.*
29 *1382. num. 15. Verall. deciſ. 301. num. 2. par. 3.*
30 & de titulo Auctoris. *Veral. deciſ. 235. nu. 1. par.
3.* rationem reddit, quia non agitur de cano-
nizando illo titulo, ſed tantùm probatur illius
exiſtentia, hoc tamen non videtur ſuffragari;
parum enim refert ad gratiam præſentem,
quę fundatur in gratia præcedenti, ſi ſolùm
doceatur de illius exiſtentia, & non etiam o-
ſtendatur, eam tribuiſſe ius Prædeceſſori, &
propterea ex ſola Supplicatione iuſtificari ius
defuncti *dixit Puteus deciſ. 337. lib. 1. & deciſ.*
31 *64. num. 3. lib. 3.* videlicèt quoad impetrantem,
qui non tenetur iuſtificare ius Prædeceſſoris,
niſi narraſſet in gratia ſua ius prędeceſſori cō-
petiſſe in beneficio, quod impetrat, & propte-
rea dicitur in impetratione *Vacan. per obitum vltimi poſſeſſoris, &c.* quod ipſum concerniit factum, non ius prædeceſſoris, & propterea illud factum ſolummodo tenetur iuſtificare impetrans *Cavaler. deciſ. 203. num. 3.*

Verùm quia iſti cauſæ, in qua emanauit hæc deciſio *Cavalery* ego patrocinabar operę pretium erit ponere caſum dictæ deciſionis pro maiori huius materię intelligentia. Caſus autem erat, Coſmus Orlandus impetrauit beneficiū S. Bartholomæi de Ciprano, narrato quod Brunettus vltimus poſſeſſor fuerat de eo prouiſus tanquam obtineri ſolito per Clericos Sęculares; Monaci Congregationis Vmbroſæ prætendentes manualitatem dicti beneficij, & incorporationem ſuæ Congregationi oppoſuerunt in Rota beneficium eſſe Regulare, & narratiuam prędictam non fuiſſe a Coſmo iuſtificata eo quod oſtenderent incorporationem dicti beneficij, & ſtatum præcedentem regularitatis. Obiecto reſpondet Rota Coſmum non narraſſe, quod beneficium eſſet ſolitum conferri Clericis ſæcularibus in titulum, & quod propterea ſibi concedatur, ſed ſolùm narraſſe, quòd Brunettus fuerat de eo prouiſus ſub hac per eum tunc facta narratiua, quæ narratiua non fuit ipſius Coſmi impetrantis, ſed Brunetti prædeceſſoris, ex quo infert Rota quod ſufficiebat iuſtificatio in Supplicatione prouiſionis Brunetti, in qua legebatur ipſum taliter fuiſſe prouiſum, & cum hæc ſit narratiua facti, ſufficere, quod de facto verificetur.

Verùm concluſio caſui poſito non applicatur, & hæc reſponſio eſt merum effugium; nulla enim eſt quoad Papam concedētem differentia inter illa duo expoſita *Peto mihi conferri beneficium ſolitum obtineri à Clerico ſæculari.* Et *Peto mihi conferri beneficium, quod prædeceſſor obtinuit ſub hac narratiua, quòd ſit ſolitum conferri Clerico Sæculari.* Nam Pontifex intellexit narratiuam illam fuiſſe per Brunettum, qui beneficium aſſecutus eſt, & in illius poſſeſſione deceſſit, fuiſſe inquam iuſtificatam. Nam ſub illa conditione conceſſit tunc Brunetto, & ſub eadem concedit modo Coſmo, vnde vel narratiua fuit iuſtificata per Brunettum, & intrat regularitas ex illius confeſſione, vel nō fuit iuſtificata, & tenetur eam iuſtificare Coſmus, aliàs enim nihil cenſetur Pontifex ei conceſſiſſe, cùm gratia nitatur hac narratiua, quæ mouit Papam ad concedendum, videlicet quia regularia regularibus, & ſæcularia ſæcularibus conferri debent. Tu tamen dicis beneficium hoc per Sæculares obtineri ſolitum, ideò illud tibi confero, adeo vt hęc narratiua ſit fundamentum gratiæ, & propterea concluditur probanda. *Ægyd. deciſ. 76. num. 6. Creſcent. deciſ. 202. Put. deciſ. 10. lib. 3.* aliàs enim gratia eſſet ſine fundamento, & narratiua iſta nihil operaretur, & tamen non poteſt aſſignari alia ratio, cur Papa contulerit, niſi hæc, quod beneficium ſit ſolitum conferri

Cle-

Clericis Sæcularibus, & clarum eſt, etiam ſi
narratiua iſta non eſſet fundamentum gratię,
34 ſed tantùm aliquod motiuum ad cōferendū,
adhuc eſſet iuſtificanda. *Felin.in c.licet.ſub nu.*
4.verſ.primo limita.de probat.Put.deciſ.69.lib.2.
Verall. deciſ. 299.num.2. lib.2. Rot. deciſ. 10.&
35 *14.de reſcrip.in nouis*, & quod motiuum con-
ceſſionis gratię deducatur ex congruentia,
& veriſimilitudine *dixit Rota* in Meluitana
erectionis Collegiatæ 6. Nouembris 1634. co-
râm Domino Pirouano.

Reuertamur ad Supplicationem, quæ ſola,
ſi per eam conſtet de non iure actoris, etiam
in ſecunda, & tertia inſtantijs ſufficit ad obti-
36 nendam abſolutoriam. *Caſſad.deciſ. 2. de ſen-*
tent. & re iudic. Gabriel. conſ. 194. num. 4. Mo-
hed. deciſ. 3. de reſcript. ex qua concluſione pa-
tet, quod regula *De non iudicando* interpretatur
quoad canonizationem gratiæ, non autem
37 quoad excluſionem Iuris tertij. *Mohed. dicta*
deciſ. 3. Verall. deciſ. 235. num. 1. par. 3. immò
ſola Supplicatio facit, quod Iudex non poteſt
38 canonizare gratiam eius, qui nullum ius ha-
bet, etiamſi haberet literas expeditas.

Sed *Caſſador.deciſ.36. ſuper regul.* quærit, an
ſola Supplicatio diſpenſationis abſque literis
excuſet ab execrabilitate, quem articulum di-
39 cit acerrimè fuiſſe in Rota diſcuſſum, & Do-
minos non fuiſſe concordes. Firmat demum
excuſare ſolam Supplicationem quoad con-
ſtitutionem *execrabilis*, modo in iudicio exhi-
beantur literæ expeditæ, adeout conſtitutio
execrabilis quoad hûc articulum videtur quo-
dammodo famulari regulæ *De non indicando*
40 cùm vtraque ſit Burſalis, *vt dicit Caſſad. dicta*
deciſ.36.num.2.

Hinc etiam liquet quomodo ſit interpretā-
dum id, quod *dicit Rota apud Gregor.deciſ.490.*
num. 7. poſſeſſionem captam literis non expe-
41 ditis dici poſſeſsionem nullo titulo, aut iuris
adminiculo ſuffultam, ſed temeritate propria
captam, videlicèt vt concluſio procedat,
quoad acquiſitionem, & retentionem, non
autem quoad effectum euitandi execrabilita-
tem, & pœnam.

Immò quod aliquādo ritè capiatur poſſeſſio
vigore ſolius Supplicationis, patet *ex Achil.*
42 *deciſ.3. num. 1. de conſtit. Mohed.deciſ. 13. &*
ibi Add. de renunciat. vbi dicunt, quod Sup-
plicatio debet eſſe inſerta in monitorio, vt ſit
valida poſſeſsio eius vigore capta, quod debet
intelligi de Supplicatione habente clauſulam,
43 *quod ſola ſignatura ſufficiat. Mohed.deciſ. 3.de re-*
ſcript.num. 2. Nam reliquę concluſiones, quas
poſuimus de effectibus ſolius Supplicationis,
habent locum in Supplicatione etiam ſine di-
cta clauſula. Nam quando adeſt huiuſmodi
clauſula, tunc nullum cadit dubium, quin Sup-
plicatio ſola faciat fidem in iudicio, & extra,
iuxta tenorem dictæ clauſulæ.

Notandum autem quod *dicit Add. ad dictam*
deciſ. Mohed. 3.de reſcript. ſub litera B. videli-
cèt non requiri literarum expeditionem quo-
ad poſſeſsionem ſupplicatoriam: Nam
hic modus loquendi vix eſt intelligibilis,
ego tamen exiſtimo, quod nihil aliud velit ſi-
gnificare, quam illud, quod *nos ſupra diximus*
num.23. nempe ſolam Supplicationem ſuffice-
re ad obtinendam abſolutoriam pro poſſeſſo-
re, quia poſſeſſio, poſtquam eſt quæſita, tribuit
44 ius *Put.deciſ.220.num. 30.lib. 20.* & eſt valdè
notabile, quod ſubdit *idem Put. deciſ.223.dicto*
lib.2. quod poteſt eſſe vera poſſeſſio ſine titulo,
45 licèt non ſit iuſta, & ideò ſi ſuperueniret titu-
lus ante ſpolium, de iniuſta foret effecta iuſta.
contra quod *ſupra firmauimus num. 41.* nempè
poſſeſſionem ſine literis captam eſſe temera-
riam, vnde doctrina *Putei* intelligenda eſt in
ſpolio tantùm, videlicèt quod ſola Supplica-
tio ſuffragetur tantummodo ſpoliato, &
vice verſa concluſio *de qua ſupra num.41.* eſt in-
terpretanda, vt temeritas illa captæ poſſeſſio-
nis ſine literis ceſſet titulo, & literis ſuper-
uenientibus. Illud autem notandum, quòd
Put. dicta deciſ. 223. abſolutè firmat poſſe capi
poſſeſsionem vigore ſolius Supplicationis per
doctrinā *Sarnenſis regula De non indicando quæſt.*
5. quod abſolutè non eſt verum, & *Sarnen.* lo-
quitur in ſpolio prout *ſupra diximus*. Attamen
excuſandi ſūt tàm *Sarnenſis*, quam *Puteus* quia
ipſi loquuntur in terminis regulę *de iure quæ-*
ſito non tollendo, in quibus verum eſt dicere,
quod poteſt capi poſſeſsio in vim ſolius Sup-
plicationis. Aliud enim eſt capere poſſeſsio-
nem, & aliud eſt iudicare iuxta formam Sup-
plicationis. *Puteus* autem, & *Sarnenſis* ſcripſe-
runt de tempore Pauli III. & ſic antequam e-
manaret conſtitutio Iulij III. *de non capienda*
poſſeſſione in vim ſolius Supplicationis.

Illud etiam notandum, quod parùm facit
ad propoſitum *Add. marginalis ad dictam deciſ.*
Put.223. quæ allegat *deciſ. 3. de reſtit. ſpoliat. in*
in antiq. nam illa deciſio loquitur in ſpoliato, &
in terminis, vbi ſuperuenit verus titulus.

Obitèr etiam notandus caſus *apud Puteū de-*
46 *ciſ.274. num. 5.lib.3.* vbi quod ſola Supplicatio
ſine literis præbet auctoritatem, & iuriſdictio-
nem executori, quando executor in Supplica-
tione eſt nominatus, quia hoc caſu procedi-
47 tur cum clauſula *ſola Signatura ſufficiat, & cæt.*
ſine qua in Supplicatione non ſolet dari exe-
cutor, & quicquid ſit an detur, necne. Satis
eſt, quod quando executor nominatur in Sup-
plicatione, Reſcriptū Papæ non indiget aliquo
facto Cancellarię, ad quam ſpectat dare exe-
cutorem in literis Apoſtolicis.

Proſequamur alios effectus, quos operatur
ſola Supplicatio, & inter alia ſola Supplica-
tio impedit liberam collationem. *Gonzal.gloſſ.*
49. num 11. itaut ea ſtante Ordinarius non
poſsit conferre. Similiter ſola Supplicatio
porrecta à procuratoribus tam Reſignantis,
49 quam Reſignatarij, ſiue ab altero illorum,
perficit reſignationem *Creſcent.deciſ. 1. num. 2.*
de Procurat. Mohedan.deciſ.5. de renunciat. quod
intellige, ſi deſuper fuerint præſtiti conſenſus,

ſine quibus etiā in ſpolio ſola Supplicatio re-
ſignationis, quæ continet ſubrogationem
50 non colorat titulum. *Maſcard. conclus. 1382.*
poſſunt tamen principales, etiamſi conſenſus
fuerint præſtiti, de Stylo Curiæ reſilire a con-
tractu. *Mobedan. decis. 28. num. 1. de renun.* etiam
poſt ſolutam Datario compoſitionem. *Rota de-
cis. 458. num. 6. par. 3. diuerſ.*, quod tamen ſub
Vrbano VIII. practicatum non fuit, immò
tantus adhibitus rigor, vt poſtquam erant
præſentati conſenſus, nulla via potuerit impe-
diri expeditio literarum; quod vt aliquo modo
coloraretur, fuit mutatus modus extendendi
51 conſenſum. Ante enim Pontificatum Vrba-
ni non præſtabatur conſenſus, niſi poſtquam
Supplicatio Reſignationis eſſet ſignata, &
hunc conſenſum Notarius Cancellariæ, ſtipu-
labatur coram duobus teſtibus ſimplici nota,
videlicèt *Petrus, & Paulus conſenſerant reſigna-
tioni, & expeditioni literarum iuxta tenorem Sup-
plicationis ſignatæ*; & hic dicebatur conſenſus
paruus, de quo loquitur *dicta decis. Mobedani*
28. quod contra eum partes poſſunt reſilire,
quando verò Notarius extendit conſenſum in
libris ſuis, tunc non videbatur amplius locus
pœnitentiæ, quia actus iam erat publicus. Ve-
rùm quia quotidiè deſuper oriebantur lites, &
reuocabatur in diſputationem, an Notarius
de tempore, cùm illi intimaretur reuocatio
Procuratoris, extenderat conſenſum necne?
inuentus fuit ſub Vrbano Stylus nouus, quo
fit, vt non ſignetur Supplicatio à Papa ſuper
reſignatione, niſi prius fuerint præſtiti con-
ſenſus; ſed quando eſt porrecta Supplicatio
Sub-Datario, ſi duxerit eam ſignandam, quia
videlicet nullum continet illicitum pactum,
vel aliud exorbitans apponit in calce Suppli-
cationis reſcriptum. *Extendatur, ſiue extendan-
tur conſenſus*. Si videlicet reſignatio ſit ſim-
plex, vel cum reſeruatione penſionis, & poſt-
quam conſenſus fuit extenſus per Notarium
Cancellariæ, ſiue Cameræ, & notatus a ter-
go Supplicationis porrigitur Supplicatio ha-
bens a tergo extenſionem huiuſmodi cōſenſus
Pontifici ad ſignandum, & notandum, quod
Reſcriptum Datariæ non dicit *præſtentur con-
ſenſus*, ſed *extendantur conſenſus*, vt videlicèt
per hanc extenſionem actus fiat publicus, &
non ſit amplius locus pœnitentiæ. Verùm
iſta hic obiter fuſius de hac materia agemus
ordine ſcripturæ, ita poſtulante libro ſecundo
vbi loquemur de reſignatione.

Notandum autem eſt circa id, *quod ſupra di-
ximus num. 47.* Cancellariam nempe dare
executores, circa quod diſputat. *Bellamer. de-
cis. 110. nu. 6.* an videlicèt pauper ſola Suppli-
catione ſignata etiā literis non expeditis poſ-
ſit ſibi eligere executorem, & multis hinc inde
52 deductis *num. 7.* reſoluit negatiuè. Ratio eſt,
quia Papa nunquam intelligit adimere facul-
tatem Cancellariæ, quæ eſt ipſius organum,
& perficit illius gratiam, & licèt Supplicatio
ſit gratiæ fundamentum, illi tamen ſolitan-
tummodo creditur, vt ex ea poſſit gratia cōfi-
53 ci, & iuxta eam perfici. *Maſcard. conclus. num.*
18. & propterea ſola Supplicatio nihil con-
54 fert ad ius proprietatis *Mobed. decis. 4. de fid. In-
ſtrum. num. 2. & ibi Add. ſub litera B.* ſufficit ta-
men pro legitimatione contra impetrantem.
Seraph. decl. 1193.

Illud etiam notandum, quod dicit *Rota de-
cis. 514. lib. 3. num. 4. par. 3. diuerſ.* videlicèt *ſu-
per vna Supplicatione poſſe fieri diuerſas literarum*
56 *expeditiones, diuerſis tēporibus, & diuerſa forma
conceptas*. Hæc concluſio indiget interpreta-
tatione, nam illud *diuerſis temporibus* debet
referri ad expeditionem, non autem ad di-
uerſam Datam, quia vna, & eadem Supplica-
tio non poteſt continere diuerſas Datas. Si-
54 militer illud *diuerſa forma conceptas, &c.* non
eſt verum, ſi intelligatur de vna, & eadem gra-
tia, quia illa non poteſt extendi, niſi iuxta
formam Supplicationis, vnde hoc de forma
diuerſa debet referri ad diuerſas gratias, vide-
licèt ad prouiſionem, ad ſubrogationem gra-
tioſam, ad regreſſum, & ſimilia, &c. quæ o-
mnia continentur in vna, & eadem ſupplica-
tione, ſed ſingula de per ſe poſſunt expediri
ſeorſim, & vt dicitur ad partes. *Rota decis.*
617. *num. 4.* & in Orioleñ. Canonicatus 10. Iu-
nij 1620. coram Remboldo.

,, Domini Dixerunt, &c. Minùs facit quod
,, poſſunt fieri plures expeditiones ſuper eadem
,, Supplicatione, vt in deciſionibus, quæ dan-
,, tur, quia hoc procedit, quando fiunt huiuſ-
,, modi expeditiones ſuper diuerſis gratijs in
,, Supplicatione contentis puta gratioſæ ſubro-
,, gationis *Si neutri, Perindeualere*, & ſimilibus,
,, ſecus ſi fiant diuerſæ Expeditiones ſuper ea-
,, dem gratia, & ſubſtantia gratiæ alteretur,
,, quia hoc expeditores facere non poſſunt,
,, & cæt.

Et de hac materia latius dicemus infra re-
lata pro nunc alia deciſione in Nouarieñ. be-
beficij 5. Iulij 1610. coram Coccino.

,, In hoc dubio an Ioanni Baptiſtæ eſſet dan-
,, da immiſſio vigore ſubrogationis gratioſæ,
,, Domini non dubitarunt, quod ipſe potue-
,, rit expedire gratioſam ſubrogationem ad
,, partes, & poſtquam expediuit gratiam prin-
,, cipalem cum inſertione dictæ Subrogationis
,, gratioſæ, quia licèt *Pariſ.* videatur dicere
,, contrarium *in conſ. 22. lib. 4. & Gloſſ. antiquus ad
,, ad Regul. Cancellariæ gloſſ.* 8. prout etiam il-
,, los allegando *dixit Rota* in cauſa Hiſpaleñ. pē-
,, ſionis 23. Ianuarij 1592. coram Cardinale
,, Lancellotto, & poſtea in Gienneñ. præſtimo-
,, nij 15. Februarij 1593. Coram Card. Blan-
,, chetto. Tamen eſt aduertendum, quod *Pari-
,, ſius* loquitur in gratijs, *& Gloſſ. antiquus* loqui-
,, tur in alijs terminis, & ita ſunt intelligendæ
,, præcitatę deciſiones. In caſu autem iſto gra-
,, tiæ non ſunt contrariæ, ſed diuerſæ, & ideò
,, plures potuerunt expediri ſuper eadem ſup-
,, plicatione, vt eſt *deciſio* Quiroghæ in *cauſa*
,, Cordubeñ. Cantoriæ 12. Maij 1553. quam

re-

refert, & ſequitur *Paleott. deciſ.* 59. & conſul-
tis etiam Dominis de Parco, ita *tenuit Rota* in
cauſa Valliſoletana Scholaſtriæ 17. Iunij
1602. coram R.P.D. Lancellotto, &c.

Notandum, quod Rota ſolebat conſulere
Dominos de Parco circa tangentia expeditio-
58 nem literarum, quod hodiè penitus videtur
obliteratus, cùm tamen Abbreuiatores dican-
tur periti Supplicationum. *Mobed. deciſ.* 17. *de
confir. vtil. vel inutil.* fortaſſis hic vſus ceſſit ab
aula, quòd Domini de Rota exiſtiment ſe vo-
to Dominorum de Parco non indigere, vel
quod illi omnem aliam habeant curam, quàm
notitiam Expeditionum.

Poſſunt igitur plures gratiæ contineri ſub
vnica Supplicatione, quarum ſi aliquæ ſint
ſecundum ius, aliæ verò contra ius; priores
tantummodo conceſſæ cenſentur. *Bero. conſ.*
69. *num.* 12. *lib.* 1. *Marcheſ. de ſign. grat. par.* 1. *c.* 2.
num. 365. vnde licèt per purum Reſcriptum
Principis cenſeatur reſponſum eſſe, quoad o-
mnia iuxta Supplicationem petentis. *Pariſ.
conſ.* 3. *num.* 56. *lib.* 4. *Sur. conſ.* 33. *num.* 14. *Ale-
xand. conſ.* 75. *num.* 14. *Rota* in Mediolaneñ.
Bonorum 4. Iunij 1598. coram Pamphilio
bon. mem. *relata apud Marcheſan. par.* 2. *fol.* 598.
& ſi quid ex petitis Papa, ſiue Princeps nega-
re velit, hoc faciat, & demonſtret per clauſu-
61 las reſtrictiuas, *vt apud Marcheſ. dicto fol.* 83. *nu.*
364. *&* 366. vel certè per caſſationem. *Seraph.
deciſ.* 683. Nihilominus omnia iſta debent in-
62 telligi de petitionibus indifferentibus, quæ nõ
ſint contra ius; illa enim reijciuntur a Princi-
pe, ſiue per reſtrictiuam, ſiue per caſſationem:
illa enim, quæ ſunt iuri contraria, caſſatione
nõ indigent, quia purum reſcriptum eſt inter-
pretandum ſecundum diſpoſitionem iuris. *Cal-
can. conſ.* 120. *num.* 3. *&* 9. *Dec. conſ.* 580. *num.* 2.
Menocch. de præſumpt. lib. 2. *præſumpt.* 10. *num.*
7. *&* 8.

Notandum autem quod non omnis caſſa-
tura in Supplicatione operatur negationem
63 petitionis, nam decretum expenſarum, quod
apponitur in Reſignationibus caſſatur, & ta-
men petitio illa cenſetur admiſſa, & conceſ-
ſa. Caſſatur autem ne extendatur in literis,
& hoc de Stylo, ſuper quo vidi aliàs magnam
altercationem in Signatura Eminentiſsimo,
& Reuerendiſsimo Domino meo Cardinale
Cecchino Pro-Datario, tunc Aduocato vnã
litigantium partem defendentem, caſus erat
quod ille, qui ſumptus fecerat in expeditione
literarum reſignationis, vt vidit decretum ex-
penſarum in Supplicatione caſſatum, prætẽ-
debat iuxta regulas Iuris, illud non fuiſſe ad-
miſſum, ſed reiectum, & oportuit cauſam ter-
minari ex Stylo, circa quem notandum, quod
quæ negantur in Supplicatione cancellantur
per lineam directam, & ferè delentur verba,
quæ verò cancellata admittuntur, caſſan-
tur per lineam obliquam, itaut obliqua linea
ducatur tranſuerſum à primo verbo Decreti
vſque ad vltimum, & linea hæc tranſuerſalis
contineat totum Decretum cancellatum?
Exemplo res clarior fiet apponendo hic de-
cretum cum cancellatione.

Et cum Decreto quod dictus Marcellus o-
mnes & ſingulas expenſas, tam præſentis Sup-
plicationis, quàm literarum Apoſtolicarum
deſuper expediendarum quomodolibet ne-
ceſſarias, & ipſum reſignantem tangen-
tes de ſuo proprio abſque ſpe illa repeten-
di, ſeu deſalcandi facere poſſit, quo ad quod
decretum ſola præſentis Supplicationis ſigna-
tura ſufficiat, & vbique fidem faciat in
iudicio, & extra, contrarijs non obſtantibus.

Cancellatur itaque huiuſmodi Decretum
linea, vt vides per tranſuerſum ducta, itaut
verba perſpicuè legi poſsint, nulluſq; deleatur
character, & *vt diximus* cancellatio tantum-
modo operatur, ne inſeratur in literis illud de-
cretum, ſed iuxta illius tenorem ſola Signatu-
ra facit fidem.

Corrigẽdus omninò hic eſt *Put. dec.* 228. *lib.* 1.
vbi dicit, quod ſi reperiatur clauſula, ſiue nar-
64 ratiua aliqua cancellata in corpore Supplica-
tionis, eademque repetita, & non cancellata,
in clauſulis debeat attẽdi tenor clauſularum,
& non Supplicationis, & cãcellationem in cor-
pore omiſſam, & non factã in clauſulis cenſeri
factam in corpore per errorem, quod tantùm
abeſt a vero, vt omninò ſeruetur contrarium,
quia immò attenditur corpus Supplicationis,
quoad principalitatem gratiæ, vnde ſi aliquid
caſſatum reperitur in corpore Supplicationis,
illudque repetitum in clauſulis, & non caſſa-
tum, tunc caſſatio cenſetur omiſſa per er-
rorem, non autem è contrario, *vt inquit Put.*
& quod caſſatum eſt in corpore Supplicatio-
nis non poteſt extendi in literis, neq; per Can-
cellariam, neque per Cameram, *contra quam*
65 *ſentit Put.* quia cancellatio, denotat Princi-
pem negaſſe id quod eſt cancellatum *iuxta
deciſionem Seraphini* 683. vnde ſi Princeps ne-
gauit, Officiales Cancellariæ, ſiue Datariæ
non poſſunt illud admittere, aliàs enim Of-
ficialis plùs valeret, quàm ipſe Princeps, &
tamen Officialis, ſiue officium Cancellariæ,
66 & Cameræ non habet facultatem augendi,
& extendendi gratias Papæ, ſed eorum
munus eſt gratias conceſſas reſtringere
ad terminos regularum Cancellariæ, ſeu
Iuris.

Et hæc de caſſatura facta in Supplicatione
per Officiales ante Regiſtrum: Caſſatura ve-
rò in ſupplicatione poſtquam eſt regiſtrata
67 arguit dolum. *Rota deciſ.* 541. *num.* 14. *lib.* 3.
par. 3. *diuerſ.* & caſſatura cenſetur facta ab eo,
68 penes quem reperitur Scriptura caſſata *Rota*
in Segnina bonorum 12. Nouembris 1604.
coram Penia.

Proſequamur modo reliqua de Supplica-
tione dicenda, cui ſoli ſtandum firmat *Mandoſ.
reg.* 27. *quæſt.* 10. *num* 3. quando partes conſen-
tiunt, quod ego nunquam admiſerim, regula
enim Cancellariæ *de non iudicando iuxta formã*

Supplicationis tollit executoribus facultatem
iudicandi,& ſic adimit iuriſdictionem , & non
eſt in poſſe partium prorogare Iuriſdictionem
70 Iudici incompetenti , & hic obitèr corrigen-
dus , ſeu potiùs interpretandus *Sarnen. regu-
la De non iudicando quaeſt. 6.* vbi dicit,quod poſ-
ſunt exigi penſiones , literis non expeditis,eo
quod partes vt plurimùm Supplicationi con-
ſentiunt , & obligant ſe etiam literis non ex-
peditis ſoluere penſionem . Nam Sarnenſis ,
vt ſupra etiam notaui, ſcripſit de tempore Pau-
li III. cui dedicauit librum ſuum, & hunc con-
ſenſum partium in præiudicium Cancellariæ
ſuſtulit conſtitutio Iulij III. *vt ſupra oſtendimus.*

Quod autem *ſupra diximus* poſſe ſuper vna
Supplicatione expediri plures literas,ſiue gra-
tias, ita etiam plures Supplicationes poſſunt
expediri iu vna Bulla , ſi gratiæ concurrant in
Data , & ſint eiuſdem generis , & quæ ſimul
concedi poſſent , & ſolent , & ita nuper per
indirectum fuit extorta diſpenſatio ſuper æta-
te in vna Gadiceñ. in qua fiebat reſignatio be-
neficij ſimplicis ad fauorem Franciſci in vnde-
cimo ætatis anno conſtituti, & ſimul peteba-
tur diſpenſatio ſuper defectu natalium . Papa
negauit concedere diſpenſationem ſuper ęta-
te , eo quod impetrans eſſet illegitimus , vnde
practicus, & aſtutus Sollicitator impetrauit
ſignari diſpenſationem ſuper defectu nataliũ
à parte , & in alia ſupplicatione obtinuit di-
ſpenſationem ſuper ætate , nulla facta men-
tione defectus natalium , & ambæ Supplica-
tiones , quia habebant eandem Datam fue-
runt expeditæ ſub vna Bulla , quod ego e-
xiſtimo minùs probè factum , quia Sollicita-
tor ille erat certus de voluntate Papę nolentis
concedere diſpenſationem ſuper ætate Ora-
tori illegitimo .

Quod autem *ſupra diximus* Supplicationem
71 ſolam ſufficere pro abſolutoria procedit tam
in Supplicatione iuris proprij, quam iuris ter-
tij , quando eſt excluſiua iuris agentis. *Caſſad.
deciſ. 2. num. 4. de ſentent. & re iudicat.* ſimiliter
*Sarnen. dicta quaeſt 6. ſuper regula De non iudican-
do* firmat , quod ſola Supplicatio nouæ proui-
ſionis ſufficit ad ſupplendum defectum publi-
cationis , eo quod non dirigitur alicui Iudici ,
vnde infert , quod non eſt locus regulæ , quæ
72 ſolùm diſponit,quod non debeat iudicari iux-
ta formam Supplicationis , vnde cum Suppli-
catio nouæ prouiſionis nulli Iudici , ſed ipſi
impetranti dirigatur , regula non videtur cõ-
prehẽdere huiuſmodi Supplicationes. Verùm
huiuſmodi impetrans *iuxta doctrinam Sarnẽſis,*
non erit omninò tutus:nam ſi illius beneficium
73 impetretur ab aliquo ob non publicationem,
& ipſe teneatur in iudicio exhibere gratiam
conualidatoriam , ſanè iudex non poterit iu-
dicare iuxta formam Supplicationis , licèt ex
ea conſtet de non iure agentis . Nam impe-
petrans ob non publicationem habet pro ſe
literas expeditas, vnde nõ poteſt niſi per ſimi-
les literas expeditas repelli : & ſic concluſio il-
la, quam ſupra admiſimus , quod ſola Suppli-
catio ſufficit pro abſolutoria , quando con-
ſtat de non iure agentis, eſt limitanda , vt vi-
delicèt non procedat,quando contradictor eſt
Prouiſus Apoſtolicus ; Nam re vera impe-
trans ob non publicationem fundat intentio-
nem ſuam in negatiua , vnde licèt poſſeſſor
obtinuerit gratiam conualidatoriam, ſi tamen
nondum expediuit literas, gratia impetrantis
ob non publicationem eſt in ſtatu implicito
validitatis , & dependet à productione litera-
74 rum gratiæ conualidatoriæ , & ſic concluſio
prædicta videtur ſolummodo locum habere in
reſeruatis contra Prouiſum ab Ordinario , cui
ſtante reſeruatione nõ potuit acquiri aliquod
ius , & ita hanc concluſionem videtur inter-
pretari regula 27. *quaeſt. 10. num. 3. Maſcard. de
probat. concl. 1303. num. 19.*

Sed demus , quod in caſu præmiſſo nouitèr
Prouiſus non moleſtetur ab aliquo impetran-
te,nihilominùs iuxta conſtitutionem Iulij III.
non poterit ſine expeditione literarum reti-
nere beneficium , immò nec quidem exigere
penſionem, quamuis partes ita conſenſerint.
Nã huic malitiæ abundè prouidetur per clau-
ſulam in Supplicatione penſionis poſitam ,
*vigore literarum deſuper expediendarum exigen-
dam , & non alias , &c.* quæ clauſula eſt inter-
pretatiua regulæ *de non iudicando , &c.* illa
enim, *vt ſupra oſtendimus,* eſt Burſalis, vt vide-
licèt Papa nolit ſolam Supplicationem aliquẽ
effectum ſortiri , niſi expediantur literæ , &
pro illis ſoluatur in Cancellaria .

Et ex hoc videtur terminari poſſe magnam
quæſtionem , an videlicèt magis ſtandum ſit
Supplicationi , quam literis , nempe ſi literæ
diſcordent a Supplicatione,& quod Supplica-
tio , & non literæ attendi debeat , *tenet Man-
doſ. reg. 31. quaeſt. 1. num. 15. & regul. 27. quaeſt. 3.*
75 *Gomez. reg. de infirm. quaeſt. 16. in principio , &
verſ. non obſtat ſi non prabet Canonicum titulum,
& in regula De non iudicando quaeſt. 1. & regula de
public. reſignat. quaeſt. 7. circa med. Rota deciſ.
605. num. 5. par. 2. recent. & deciſ. 730. num. 1.
& deciſ. 405. num. 4. & deciſ. 86. num. 4. eadem
parte , & coram Gregorio deciſ. 38. num. 11.* eſt
enim Supplicatio matrix , vnde concurrente
contradictione inter matricem , & literas vi-
detur attendenda Supplicatio tanquam au-
tographum, à qua dependet gratia , illamque
declarat. *Mohed. deciſ. 17. de confir. vtili, vel inu-
tili* , & propterea ſtante diſcrepantia , inter
Supplicationem , & literas attendenda eſt
Supplicatio,non literæ. *Rota deciſ. 730. num. 1.
par. 2. recent. & coràm Caualer. deciſ. 555. nu. 8. &
clarè* in Toletana Parochialis 10. Maij 1596.
coràm Cardinali Arigono , vbi dicitur

„ Non obſtat Hieronymum non eſſe oriundũ
„ ex Ciuitate Cordubenſi, prout cõtinetur in li-
„ teris expeditis ſed eſſe ex Diœceſi,quia in Sup-
„ plicatione dicitur tantùm Præsbiter Cordu-
„ beñ. quæ Supplicatio debet attendi tanquam
„ prima matrix . *Bart. in l. Sempronius. ff. de Legat.*

ſecun-

,, *ſecundo*, *& in l. ſi librarius.num.9.ff.de regul.Iur.*
,, *Alex. & Iaſ.in l.ſi quis ex argentarijs, §. prætor*
,, *ait ff. de edendo*, & Expeditores non poſſunt
,, præiudicare partibus in expeditione litera-
,, rum. *Verall. deciſ. 227.lib.1.*

Contrariam opinionem nempe quod lite-
rę, & non Supplicatio ſit attendenda, eo,
quod Officiales, qui ſunt organum Papæ de-
clarant per literas Papæ intentionem *ita te-
nuit Caſar. de Graſſ. deciſ. 1. num. 7. de probat.
Bellamer. deciſ.643. armen. regul.de non iudican-
do quæſtione 15. Mandoſius regul. 27. quæſt. 13.
num.4. Rot.coram Ludouiſio deciſ.540.num.6.&*
8. *&* in Colonień. Canonicatus S. Vrſulæ 26.
Aprilis 1627. coram Cardinali Vbaldo.

Hanc opinionem contrariam aliqui con-
cordare conantur cum prima dicentes, quod
Supplicatio attenditur quoad abſolutoriam,
non autem quoad Canonizationem gratiæ.
*Garz.par.4. c.2.nu.24.& 25. Pariſ. de reſign.lib.
6.quæſt.5.nu.67.& lib.13.quæſt.5.nu.106. & lib.
8.quæſt.2.num.24. Seraph.deciſ.764.& 775.Rota
deciſ.563.num.4.par.1.& in alijs relatis per Mar-
cheſanum par.1.fol.520.& par.2.fol.426.*

Verùm hæc concordia non videtur influe-
re in quæſtionem noſtram, & ſed potiùs ſen-
tire id, quod ſupra reſoluimus, nempe ſolam
Supplicationem ſufficere ad abſolutoriam, de
quo nunc non quærimus. Alium modum con-
cordiæ tradit *Oliuer. ad deciſ.Greg* 108.*num.16.*
videlicèt aut narratiua eſt in Supplicatione,
& non in literis, & tunc non eget iuſtificatio-
ne, & ita in hoc caſu verum eſt, quod ſunt
attendendæ literæ, non Supplicatio; aut nar-
ratiua legitur in literis, & non in Supplica-
tione, quæ narratiua fuit ſuperaddita per Offi-
ciales, & tunc eſt attendenda Supplicatio, &
non literæ.

Sed neque hæc diſtinctio ſatisfacit, nam
primum illius membrum eſt maximè contro-
uerſum, videlicèt quod poſſit aliquid eorum o-
mitti in literis, quæ ſunt in ſupplicatione, &
non fit, niſi id, quod omittitur, fiat ad inſtan-
tiam partis, & eſt minor gratia, & hoc caſu
fruſtra diſputatur hæc quæſtio, quia nullus,
qui diſcordantiam hanc opponit, non impe-
trans, quia, vt ſupponimus, omiſſio fuit facta
ipſo petente, non etiam ipſius aduerſarius,
quia omiſſio illa cauſauit minorem gratiam
pro impetrante.

Quo verò ad ſecundum membrum diſtin-
ctionis, quando videlicèt aliquid legitur ſuper-
additum in literis ab Officialibus, quod non
eſt in Supplicatione, indiget interpretatione.
Nam Officiales extendunt clauſulas iuxta
ſuas facultates, & Stylum Cancellariæ, pro-
ut ſunt clauſula *vocatis, &c. Amoto, &c. (con-
tradictores, &c.* & ſimiles, quia illæ procul-
dubio non continentur in Supplicatione, &
ad hoc nullum cadit dubium, ſed difficultas
conſiſtit in eo, an quando literæ diſcordant à
Supplicatione, itaut narratiua ſit diuerſa,
tunc & eo caſu debeant attendi literæ, vel
Supplicatio. Cui difficultati videtur ſatisfa-
ctum *per Rot.* cum diſtinctione *coràm Caualeri*
*deciſ.*285.*num.*2. videlicèt. Vel enim diuerſi-
tas non immutat ſubſtantiam gratiæ, & at-
tenduntur literæ, eo quod præſumptio ſtet
pro Officialibus, quod eas iuxta ſuas faculta-
tes ritè expedierint, vel certè diuerſitas con-
cernit ſubſtantiam gratiæ, & tunc attenditur
Supplicatio, quia Officiales non potuerunt
præiudicare gratiæ per Papam conceſſæ,
*vt in allegata Toletana, & alijs apud Oliuer. di-
cto num.16* & hoc caſu, quia Iudex habet li-
gatas manus, vt non poſſet iudicare, niſi iuxta
formam literarum, ſi ei exhibeatur Supplica-
tio continens diuerſitatem in ſubſtantia,
non poterit quidem iudicare iuſta formam
Supplicationis obſtante regula *De non iudi-
cando*, ſed debebit ſuperſedere in iudicio,
donec literæ diſcordantes à Supplicatione re-
76 mittantur ad corrigendum *Mandoſ. reg. 27.
quæſt.20.num.1.* immò non ſolùm literę diſcor-
dantes à Supplicatione debent corrigi, ſed
ipſa Supplicatio eſt corrigenda, quando di-
ſcordat à mandatis. *Idem Mandoſius dicta re-
gula 27. quæſt.20.num.3 & 4.*

Sed videtur iniquum, quod Iudex, ſiue exe-
cutor agnoſcens diſcordantiam erroneam in
literis non poſſit iudicari, vel exequi iuxta for-
mam Supplicationis, nã *vt ſupra ſæpiùs aſſum-
pſimus*, regula *de non iudicando* eſt merè bur-
ſalis, & nihil aliud vult, quam vt literę expe-
diantur, in caſu autem diſcordantię inter Sup-
plicationem, & literas ſupponitur, literas eſſe
eſpeditas, & ſic non eſſe locum regulę *de non
iudicando* nihilominùs, quia regula prędicta ge-
neraliter loquitur, licèt quoad intentionem
hunc caſum non comprehenderet, non poteſt
ab ea recedi; regula Iuris, quod etiam id, quod
durum eſt, ſeruandum eſt, quia lege ſcriptum
eſt. *l.proſpexit ff. qui & de quibus.*
77 Ex his ſatis remanet explicata quęſtio illa,
quid in caſu diſcordię attẽdendũ ſit, literę ne-
pe, an Supplicatio, & quomodo ſit interpre-
tandũ dictum *Mohedani dec. 17. de renunc. poſt
Butr.conſil.2. num.3.* videlicèt quod Supplica-
tio regiſtrata facit fidem contra Reſcriptum,
78 in quo non continentur illa, quæ fuerunt ex-
preſſa in Supplicatione, & ſanè interpretatio
huius articuli fuit neceſſaria, eo quod Docto-
res, immò & ipſa *Rota, vt inquit Oliuer. dicto
num. 16.* in eo ſæpiùs variauerit.

Notandum autem, quod dicit *Mohedan.* in
Supplicatione regiſtrata, nam ſimplex ſigna-
tura ſine Regiſtro, *vt ſupra oſtendimus*, nihil
operatur, ſaltem quo ad iudicialia, immò nec
quidem apud ipſos Officiales Curiæ, quia non
expeditur Breue *de capienda poſſeſſione nomine*
79 *Cameræ*, vel quoduis aliud niſi Supplicatione
regiſtrata. *Rot. deciſ 193. num.4. lib. 1. par. 3.
diuerſorum.*

Quando Supplicatio pręcipit plura facien-
da, tunc non ſuffragatur vnum adimpletum,
80 ſed debet oſtendi fuiſſe adimpleta omnia.

Rota deciſione 170. *num.* 2. *parte* 2. *recentior.*
Procurator verò porrigens Supplicatio-
nem non præiudicat ſuo principali, niſi ha-
81 buerit ſpecialem mandatum. *Rota deciſ.* 327.
num. 4. *parte* 2. *recent.* quando autem præſu-
matur habere mandatum, *latè oſtendimus ſu-
pra in principio huius capitis*, & ſiue procurator
offerens Supplicationem pro alio habeat mã-
datum, ſiue non habeat, nunquam fit mentio
82 de procuratore. *Rot. deciſ.* 2151. *lib.* 3. *par.* 3.
diuerſor. ſed ſemper petitio fit nomine princi-
palis impetrantis, ne gratia Papæ, vel confe-
ratur in inuitum, vel reddatur fruſtratoria,
cum Supplicatio, ſiue gratia Papæ, aliquid
debeat operari. *Rota deciſione* 2165. *lib.* 3. *p.* 3.
83 *diuerſ.* quod quomodo procedat, dicemus ca-
pite ſequenti.
Mandatum verò debet ab Officialibus ad
vnguem ſeruari, nec procurator poteſt aliquo
modo præiudicare conſtituenti, adeo vt non
ſolùm Supplicatio debet corrigi, ſi non eſt
conformis mandato, *vt diximus ſupra num.* 77.
84 ſed etiam literæ debent corrigi, ſi ſint diſfor-
mes à mandato, etiam ſi ſint conformes
Supplicationi. *Achill. deciſione* 18. *de conceſſ.
preben.*
Et hæc diſformitas ſiue diuerſitas inter
Supplicationem, & literas, ſiue inter eas, &
mandatum poteſt contingere dupliciter, vel
quod aliquid omittatur in Supplicatione, ſiue
literis quod legitur in mandato, & tunc pro-
85 uiſio eſt nulla. *Pariſ. de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 3.
num. 43. & hic error contingit, quando aliqua
conditio reijcitur, & in Supplicatione cancel-
latur, & nihilominus præſtantur conſenſus
per procuratorem, & per notarium exten-
86 duntur, quod prorſus fieri nequit; licèt enim
Papa poſſit reijcere conditionem, modumue
reſignationi appoſitum. *Gonzal. Mendez. di-
uerſ. argum. Iuris lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 21. non tamen
confert, ſi reijcit, quia admittit clauſulam in
Supplicatione *non aliàs aliter, nec alio modo,
&c. Rebuff. in Praxi titulo de reſignat. conditio-*
87 *nali à num.* 29. quæ non tollitur per narrati-
uam Papæ in literis vbi *per liberam reſignatio-*
88 *nem N. in manibus noſtris ſponte factam, &c.* quia
interpretatur, non de abdicatione conditio-
nali, ſed de voluntaria, & non coacta, & ita
hanc narratiuam *Mendez. vbi ſupra* non probè
intellexit.
Quando igitur per Officiales Datariæ can-
cellatur ex Supplicatione aliqua conditio, ſiue
pactum, ſtat in poſſe partium, an velint Sup-
plicationem acceptare, & vterque impetran-
tium debet conſentire, quia narratiua Suppli-
89 cationis dicitur vtriuſq; Oratoris. *Gabriel.
conſil.* 187. *num.* 13. *lib.* 1.
Cancellantur autem aliquando quædam in
Supplicatione, quæ ſunt extra mandatum, &
hæc non vitiant collationem, quia non reſpi-
ciunt conditionem, vel modum, exempli cau-
ſa, *Petrus reſignabat beneficium ſimplex Ar-
chipresbyteratus nuncupat. perſonalem reſiden-
tiam non requirens, &c.* Officialis cancel-
lauit nuncupationem, quia non vult ad-
mittere, quod Archipresbyteratus quantum-
uis nomine tenus careat reſidentia, vnde
ſi aliunde conſtat de identitate beneficij, tal-
ſatio illa non influit in reſignationem, ſed in
narratiuam, quam Dataria non vult appro-
bare. De cætero relinquendo beneficium in
ſtatu ſuo. Verùm hæc cancellatio poſſet vi-
deri ſuperflua, quia nuncupationes poſſunt
90 extendi vigore clauſularum, ſi tamen Abbre-
uiator viderit nuncupationem in Supplicatio-
ne caſſatam, eam non extendet in literis, ſed
huic etiam malo medetur per Sollicitatores,
quia accipiunt Sumptum ex Regiſtro, cau-
ſantes amiſſionem Supplicationis originalis,
quod Sumptum, cum nullam referat lituram,
nihil habet Abbreuiator opponere quomi-
nus expediat literas iuxta Stylum clauſu-
larum.
Alio modo contingit diſformitas mandati,
& literarum, quando videlicet in literis inſe-
ritur aliquis modus, qui non continetur in
mandato, verbi gratia Cardinalis Ludouiſius
reſignat Abbatiam de Roſſano Aquilegien.
diœceſis ad fauorem Antonij Grimani reſer-
uata Cardinali pẽſione annua trium millium.
Huic reſeruationi Antonius conſenſit, non ta-
men cum qualitate in literis penſioni inſerta,
videlicet, *etiamſi penſiones antiquæ ſupra dicta
Abbatia aliàs reſeruata abſorberent omnes fru-
ctus, &c.* quod nihil aliud eſt, quam ſupplan-
tare proximum, quia Antonius voluit quidem
teneri ad penſionem nouiter impoſitam, ſed
non ad alias præexiſtentes, ſi inſimul omnes
fructus abſorbeant, quia ſolueret vltra fru-
ctus beneficij, annuatim ter mille, quod pror-
ſus eſt abſurdum, quia penſiones primæ de-
bent primo perſolui.
Diſputat *Rota apud Seraphinum deciſione
356. numero* 10. vtrum Supplicatio accepta-
ta per impetrantem operetur, quod ipſe non
91 poſſit dicere de illius nullitate, & reſoluit ne-
gatiuè *num.* 18. quando in impetratione non
poteſt conſiderari dolus, & hæc concluſio,
non eſt contraria illi alteri, quod confeſsio in
precibus facta nocet confitenti: aliud enim
eſt dare de nullitate Supplicationis, ſiue acce-
ptationis ex capite erroris, & aliud eſt allega-
re gratiam non fuiſſe impetratam. *idem Se-
raph. deciſ.* 351. *n.* 2. nam nullitas gratiæ quan-
documque detecta à quocunque poteſt oppo-
92 ni, etiam ab ipſo impetrante, quia eo quod
impetrans eſt, non immutat naturam gratiæ,
& ſi eſt nulla, non reddit eam validam. *idem
Seraph. deciſ.* 356. *num.* 15.
Supplicationes autem ſignantur diuerſi-
modè: aliter enim ſignantur commiſsiones iu-
ſtitiæ, & aliter ſupplicationes gratiæ. *Gomez
in compendio vtriuſque ſignaturæ quæſt.* 16. *in quæ-
ſtione* 1. *dicti Tituli verſic. commiſſiones vero, &c.*
& non ſolùm habent diuerſam ſignaturam
Commiſsiones iuſtitiæ, & gratiæ, ſed etiam
dan-

dantur diuerſæ ſignaturę gratię, aliæ per *Fiat*, aliæ per *Conceſſum*, *vt diximus in principio huius capitis*. Per *Conceſſum* ſignantur reſignationes, ſimplices ceſſiones, impetrationes non excedentes ſummam decem ducatorum, diſpenſationes in gradibus tertio, & Quarto, & ſimiles gratiæ, quæ non ſolent negari, quod tamen nō adeò ſeruatur, vt aliquando diſpenſatio aliqua ſimilis non ſignetur per Papam, & quod etiam Supplicationes maiores arbitrio Datarij non ſignentur per *Conceſſum*. Abſolutiones verò omnes ſignantur per Papam. *Gomez. vbi ſupra verſ. ſecundum eſt* vbi videtur velle, quod omnis gratia, pro qua ſoluitur compoſitio in Dataria debeat ſignari per Papam.

Quando verò reformatur aliqua Supplicatio, tunc reformatio illa debet ſignari eodem modo, ac fuit ſignata prima Supplicatio, ſiue
94 illa ſit ſignata per *Fiat*, ſiue per *Conceſſum*. Chokier. reg. 42. num. 5.

Et præter has duas ſignaturas gratiæ datur adhuc alia, videlicet non ſimplex *Fiat*, ſed per *Fiat motu proprio*, quæ clauſula operatur regulariter, quod impetrans, non teneatur iuſtificare contenta in gratia perinde, ac ſi Papa ſciens reſcripſerit motu proprio ad Supplicationem partis. *Seraph. deciſ. 365.* & in Carpeñ. bonorum 15. Iunij 1614. coram Sacrato vbi
95 dicitur, *nec facit quod in motu proprio Papa vſus fuerit*, vt accepimus, *& verbis*, vt aſſeritur, *quia non important narratiuam partis, itaut impetrans teneatur ad illarum iuſtificationem*. *Rota deciſ. 7. num. 4. de Iure patronat. in Nou. Achill. deciſ. 10. dr probat. Rot. in cauſa* Lamaceñ. adminiſtrationis coram Cardinale Seraphino *relata inter impreſſ. diuerſorum deciſ. 447. num. 1. par. 1.* & in cauſa Meteñ. Monaſterij 21. Februarij 1600. coram Litta.

Verum quidem eſt, quod Signatura *motu proprio* corruit ex defectu intentionis. *Ægid. deciſ. 392. & 475. & deciſ. 491. par. 1. diuerſ.*
96 ex defectus hic facilius elicitur ex ſignatura facta ad inſtantiam partis, licèt cum clauſula *motu proprio*, quam quando reſcriptum directè prouenit ex voluntate Papæ nullius præcedente petitione. Nam tunc Papa eſt informatus de facto vbi reſcribens ad partis petitionem non habet certam facti ſcientiam. Vnde clauſula illa non poteſt operari, quoad ea quæ ſunt facti. *Dec. conſil. 134. num. 5. Gozadin. conſil. 9. num. 38.*

Quomodocunq; autem ſignetur Supplicatio, ſiue per *Fiat*, ſiue per *Conceſſum*, ſiue *Motu proprio*, ſemper illa debet tranſire per manus Officialium, & Reuiſorum Datariæ ad effectum illam aptandi, & reſtringendi, vt ſit conformis iuri, & præſumptæ menti Papæ, *vt notat Marcheſ. de Commiſſ. par. 1. fol. 83. nu. 364.*
97 ſunt autem reſtrictiuæ Supplicationum, vt ibi notatur *nu. 366.* variæ ſecundum varietatem,
98 & diuerſitatem gratiarum, & hactenus in diſcurſu totius huius voluminis *oſtendimus*, neq; enim pectora, vno Thorace probè veſtiuntur, quędam autem generaliores quędā, reſtrictiuę Clauſulę autē reſtrictiuę ſunt illæ, quæ præſeruant ius tertij, ſine exacto examine gratiarū. *Rot. deciſ. 685. nu. 4. lib. 3. p. 3. diuerſ.* & circa hoc fertur lepidū dictum Sixti V. qui cùm Theologiæ potius, quam Reſcriptorum eſſet gnarus petijt à Camillo Coſta, Maceratenſi Auditore ſuo, vt ſibi traderet formam reſcribendi in Signatura gratiæ, Auditor retulit nullam eſſe vtiliorem, ſiue communiorem clauſula *ſine præiuditio*, qua vſus eſt Pontifex, fere in omnibus reſcriptis promiſcuè, etiamſi earum iacturæ aduerſaretur. Aliæ etiam clauſulæ ſatis frequentes, & propemodum generales ſaltem vni ſpecie gratiarum præſeruant ius
100 Papæ, vt in reſignationibus, clauſula *præterquam per obitum, &c. Rot. deciſione 624. n. 5. lib. 3. par. 3. diuerſ.*

Verum non eſt inſtituti noſtri tradere tractatum clauſularum, ſed eas explicabimus, prout ſe offeret occaſio, & hactenus præſtitimus hic generalia, tantùm dedimus, de Supplicatione, quam communiter incipere
101 per hæc verba. *Cum perpetuum beneficium in menſe N. reſeruato vacauerit, & vacet, &c.* inquit *Gonzal. Gloſſ. 5. §. 6. num. 19.* quod tamen eſt intelligendum de beneficialibus tantùm, & impetrationibus per obitum, & exprimitur cauſa reſeruationis, ſiue procedat ex capite menſis, ſiue dignitatis, ſiue obitus in Curia,
102 ſiue alterius reſeruationis *Rota deciſ. 34. lib. 3. par. 3. diuerſ.*

Et hæc de Supplicatione ſufficiant, quæ fi-
103 ctione quadam iuris cenſetur expedita ſub eadem die, ſub qua fuit ſignata. *Rota 514. nu. 2. lib. 3. par. 3. diuerſ.* quod autem dicit *Scacc. de appell. quæſt. 19. remed. 3. num. 26.* inſtantiam Supplicationis durare, quantum durat inſtantiam appellationis hoc debet interpretari de Supplicatione iuſtitiæ, nempe de libello ad lites, non autem de Supplicatione gratię ad beneficium.

SVMMARIVM.

Gratia Principis debet interpretari, vt nemini præiudicet, 1.
Derogatio regulæ de Iure quæſito non tollendo *quid opperetur*, 2.
Derogatio regulæ de Iure quæſito non tollendo *nunquam præſumitur*, 3.
Etiamſi Principi fuerit narratum ius tertij, & ille ſimpliciter reſcripſerit, 4.
Reſcriptum Principis cenſetur conceſſum iuxta petitionem partis, 5.
Et quando non, 6.
Gratia Principis debet aliquid operari, 7.
Et quando, & quomodo hoc procedat, 8. & 15.
Gratia Principis contra Iuris diſpoſitionem quando ſuſtinetur, 9.
Narratiua facti, quomodo iuſtificanda de facto, 10.
Impetrans an, & quando teneatur iuſtificare gratiam ſui prædeceſſoris. 11.

Va-

Vacatio vnius, & eiuſdem beneficij poteſt contingere in perſona vnius, de facto, & alterius de Iure, 12.

Vacationis vocabulo venit vacatio de iure, & de facto, 13.

Capitulum an poſſit deputare Vicarium cum limitato Mandato, 14.

Reſcriptum Papæ recipit interpretationem paſſiuam à iure communi, 16.

Regula de Iure quæſito non tollendo *non habet locum niſi in iure primo, & radicato, & quodnam dicatur ius firmum, & radicatum, 17.*

Nominatio ad beneficium, an & quando tribuat ius nominato, 18.

Clauſula ſine præiudicio Iuris tertij: *quid importet, 19.*

Clauſula dummodo non ſit alteri ius quæſitum *quomodo interpretanda, 20.*

Papa nunquam cenſetur voluiſſe derogare loco Pio, etiam cum clauſulis ampliſſimis, 21.

Clauſula ſupplentes, &c. *quid operetur, 22.*

Narrari, & exponi quæ debeant in gratia, 23.

Obreptio, & ſubreptio, quid ſint, & an & quomodo differant inter ſe, 24.

Falſa expreſſio, an & quomodo vitiet gratiam in totum, 25.

Dolus qualis eſſe debeat ad effectum, vt cauſet ſubreptionem, 26.

Dolus non poteſt præſumi in eo, qui ex dolo nihil facit lucri, 27.

Narrata ſuperfluè, vel omiſſa, & non expreſſa quænam ſint, quæ moueant Principem ad concedendum, vel negandum, 28.

Narrata omnia, non ſunt iuſtificanda pari probationis modo, 29.

Negatiua etiam probanda eſt, quando eſt fundamentum gratiæ, 30.

Negatiua gratiæ, videlicet negatiua in gratia expreſſa, quanam, & quando probari debeat, 31.

Negatiua etiamſi non ſit fundamentum gratiæ aliquando probari debet, 32.

Negatiua etiam probatur per teſtes 33.

Gratia non eſt iuſtificanda in ijs, quæ ſimili modo expreſſa ſunt ab Aduerſario, 34.

Gratia contra Prouiſum ab Ordinario plenius eſt iuſtificanda, quam contra Prouiſum Apoſtolicum, 35.

Narratiua quando, vel non ſit iuſtificanda, 36.

Familiaritas expreſſa in Supplicatione, quando ſit iuſtificanda, 37.

Clauſula motu proprio, *& clauſula* ex certa ſcientia, *quodnam robur adijciant gratiæ, 38.*

Gratia continens plura Capita, an omnia ſint iuſtificanda ad effectum obtinendi, 39.

CAPVT XXXIII.

De Gratia.

QVoniam ſæpiſſimè toto hoc volumine fecimus mentionem gratiæ, & totus codex verſetur circa gratiam, nec aliud habeat principale ſubjectum, operę pretium erit concluſiones aliquas dilucidare ad materiam gratiæ ſpectantes paſſim à DD. abſumptas, non ad Scriptoris modum interpretatas.

Prima ſit gratia Principis ſemper debet in-
1 terpretari, quod nemini præiudicet. *c. quamuis de reſcript. in 6. latè extendit Pariſ. conſ. 51.
num. 15.* & in materia exorbitanti. *conſiderat
2 Ruin. conſ. 84. num. 1. lib. 1.* hæc concluſio non
procedit, quando derogatur regulæ *de Iure quæſito non tollendo*, quia tunc non eſt locus interpretationi. Nam Princeps expreſsè con-
3 trarium diſponit. *Samen. ſuper hac regula quaſt.
5.* & niſi expreſſè deroget, nunquam deroga-
4 tio præſumitur, etiamſi Principi fuerit narratum ius tertij, & petitum illi derogari, & Princeps ſimpliciter reſcripſerit. *Cæſar de Graſſ. deciſ. 3. de reſcript.* quod eſt notandum, quia regularitèr ſufficit, quod Princeps expoſitorum habuerit notitiam ad effectum, vt expoſita
5 cenſeantur conceſſa, nam Princeps cenſetur reſcripſiſſe iuxta Supplicationem, & petitionem partis. *Pariſ. conſ. 3. num. 57. lib. 4. Surd. conſ. 49. num. 24. Alex. conſ. 75. num. 12. lib. 5. Menocch. conſ. 33. num. 14.* quod intellige, ſi Re-
6 ſcriptum ſit ſimplex, & purum. *Dec. conſ. 580. num. 2. Calcan. conſ. 120. nu. 3. & 9. Menocch. de præſumpt. lib. 20. præſumpt. 10. num. 7. & 8.*

Contra prædicta viderur ſenſiſſe *Rota* in cauſa Papień. fructuum 25. Maij 1601. coram Lancellotto, vbi obiectioni reſpondet per ſequentia verba.

„ Non obſtat quod nõ fuerit derogatum regulæ *de iure quæſito non tollendo*, quia cum ſimus in gratia, quæ de ſui natura eſt præiudicialis non erat neceſſaria illius derogatio. *Corn. conſ. 83. num. 16. lib. 4. Caſſad. deciſ. 1. de priuil. fuit dictum* coram R. P. D. meo Decano in cauſa Nullius de Steppa 19. Decembris 1586. & de Stylo in huiuſmodi facultatiuis nunquam apponitur derogatio dictæ.

Hæc Rota in hac cauſa, cum aliàs contrarium ſenſerit, non modo apud *Caſſadorum* mox allegatum, ſed etiam poſtea in *vna* Vlixboneń. declarationis concordiæ 14. Ianuarij 1600. coram Iuſto.

„ Licèt conſtaret de quaſi poſſeſſione Monialium liberè recipiendi Nouitias in eorum Monaſterio, & abſque alio Patroni conſenſu nihilominus ſtante Breue, & Indulto Xiſti V. patronis conceſſo cum clauſula ſublata, & decreto irritanti, & quod de obreptione, & ſubreptione dici non poſsit, fuit coram me deciſum, propoſito in Rota dubio die mercurij 5. Maij anni præteriti, quod ijſdem Monialibus non poterat dari mandatum *de manutenendo* quapropter Moniales recurſum habuerunt ad Sanctiſs. & obtinuerunt aperitionem oris, & iterum in hac cauſa propoſito dubio in Rota. An Patronis obſtet regula *de Iure quæſito non tollendo* in caſu, & ad effectum de quo agitur, & effectus erat, itaut per Indultum conceſſum Patronis à Xiſto V. intelligeretur

,,' retur præiudicatum Monaſterio, & Moniali-
,, bus in quaſi poſſeſsione libere recipiendi No-
,, uitias.
,, Reſolutum fuit obſtare regulam Informā-
,, tibus Monaſterio,& Monialibus tantùm,quia
,, placuit DD. quod regula obſtet, quando prę-
,, iudicatur poſſeſsioni illius,contra quem gratia
,, conceditur, niſi ſpecificè de poſſeſsione men-
,, tio habeatur, & eidem poſſeſsioni derogetur,
,, *vt latè per Sarnenſem ſupra eadem regula quaſt.*
,, 5. vbi teſtatur de antiqua *DD.* opinione, &
,, cum expreſſa derogatione regulæ. *Verall. de-*
,, *ciſione 30. p. 3. Put. deciſione 265. & fuit plu-*
,, *ries dictum in Rota*, quia regulæ derogatio
,, requiritur, etſi Papæ fuerit narratum præ-
,, iudicium partis. *Caſar de Graß. deciſione 3. de*
,, *reſcript. & fuit latè dictum* in *vna* Cæſar-Augu-
,, ſtana exemptionis 13. Ianuarij 1594. coram
,, R.P.D. meo Decano.
,, Præſertim, quia pactum fuit à principio
,, quod ſex Moniales eligerentur a Patrono, &
,, vna à Magiſtro Generalis Ordinis,& quod fu-
,, turis temporibus poſſent Patroni eligere
,, duas ſine dotibus, vnde reliquarum electio
,, ſpectabat ad Monaſterium ſecundum iuris
,, diſpoſitionem *cap. non ſolum. de reg. Iuris in 6.*
,, *Lap. alleg. 31. cum ibi deductis per Addit.* Igi-
,, tur ſi poſſeſsio Monialium innititur iuri com-
,, muni tantò magis præſumendum eſt Papam
,, noluiſſe præiudicare. *Put. deciſ. 31. lib. 1. &* co-
,, ram R.P.D. Millino in Cauſa Oſceñ. Indulti
,, 10. Decembris proximè præteriti etiam, &c.

Videntur iſtæ duæ deciſiones ad inuicem ex diametro contrariæ; earum enim vna aſſerit regulæ *de Iure quæſito non tollendo* nunquam cenſeri derogatum, niſi hoc fiat expreſsè. Altera verò firmat regulæ derogatum cenſeri, quandocunque gratia de ſui natura eſt præiudicialis. Pro concordia dicebam deciſionem poſteriorem procedere, quando gratia de ſui natura præiudicialis contineret plura capita, tunc enim ſufficit, quod gratia ſubſtineatur in aliquo, licet non ſubſiſtat in omnibus. *Scraphin. deciſ. 268. num.* 8. Priori verò deciſioni locum eſſe, quando gratia continet
7 vnicum tantum Caput, & hoc expoſitum ſit Pōtifici, quia ſi annuat, etiam ſine derogatione expreſſa ſubintelligenda eſt tacita, alioquin gratia Principis nihil operaretur, cum tamen debeat aliquid operari, nec eſſe omninò fruſtatoria. *Ruin. conſil. 68. num. 4. & conſil. 104. num. 13. lib. 3. Bero. conſil. 168. & 122. lib. 2. Gozadin. conſ. 85. num. 25. Cagnol. ad l. ſi qua illuſtris. num. 27. C. ad Senat. conſul. Orfician. Pariſ. conſil. 15. num. 57. lib. 2. Rolland. conſil. 12. nu. 43. cum ſeqq. lib. 6. Hippolyt. Bonacur. conſ. vltimo nu. 26. cum ſeqq. inter conſil. Rinald.*

Illa tamen concluſio, quod gratia Principis debeat ſemper aliquid operari, non mi-
8 nimam admittit difficultatem, nam ſi obtinuero gratiam à Papa, quæ ſecundum iuris diſpoſitionem non ſubſiſtit nec quidem videtur ſubſiſtere gratia, quia Papa non cenſetur diſpoſuiſſe contra diſpoſitionem Iuris. *Bellam. deciſ. 19. Dec. in cap. cum M. Ferrarienſis num. 39. de Conſtit.*

Hinc videmus, quod ſi impetrauero beneficium a Papa tanquam vacans per reſignationem ad fauorem inhabilis nulla facta mentione de ſcientia reſignantis circa inhabilitatem reſignatarij, gratia nihil operatur, quia
9 beneficium redit ad reſignantem. *Pariſ. de reſignat. lib. 1. quæſt. 3. num. 61.* quod adeò verum eſt, vt cum ego iunior porrexiſſem huiuſmodi Supplicationem fel. rec. Paulo V. ille ipſam ſignauit, ſed ſubintelligebatur ſecundum iuris diſpoſitionem, quia aliter gratia hæc impetranti non erit proficua, adeout Pontifex ſciens, & volens ſignauit gratiam nihil operaturam.

Ex quo liquet interpretandam eſſe concluſionem illam quod narratiua facti in gratia ſolummodo ſit iuſtificanda de facto, quia non inde ſemper reſultat, quod impetrans debeat obtinere: vt patet ex ſupradictis, vbi impetrans narrauit reſignationem eſſe factam ad fauorem excommunicati, & hanc narratiuam iuſtificat, & tamen non obtinet, quia de Iu-
10 re beneficium taliter reſignatum reuertitur ad reſignantem, vnde concluſio illa videtur interpretanda modo factum illud ſit ſecundum iuris diſpoſitionem.

Et propterea non videtur ſubſiſtere *deciſ. 102. Caualerij*, in qua aſſumitur hæc concluſio, quia ibi narratiua facti contrariatur diſpoſitioni Iuris. Brunettus enim impetrauerat Abbatiam ſub hac narratiua, quod illa eſſet ſolita obtineri per Clericos Sæculares, quod cum iuſtificare nequiret, quia Abbatia ſpectabat ad Congregationem Vallis Vmbroſæ, idem Brunettus eam reſignauit in manibus Abbatis Regularis ob reſignationem huiuſmodi à Sede Apoſtolica eandem impetrauit Coſmus, eo quod vacaret ex dicta reſignatione, licèt facta in manibus non habentis facultatem admittendi, ſub narratiua, quod Brunettus eam impetrauit, tanquam obtineri ſolitam à Clericis Sæcularibus, & quamuis Coſmus illam narratiuam non iuſtificaret, nihilominus fruſtra me dictæ Congregationis Aduocato reclamante obtinuit, eo ſub prætextu, quod Coſmus non narrauerit ipſe Abbatiam eſſe ſolitam conferri Sæcularibus, ſed quod hoc narrauit Brunettus, & Coſmo ſufficere, ſi oſtendat narratiuam illam fuiſſe factam per Brunettum, & tamen quis non videtur effugium hoc eſſe contra omnem Iuris, & æquitatis diſpoſitionem? quemadmodum enim Papa non contuliſſet Brunetto Abbatiam niſi ſub hac narratiua ſolitæ collationis in Clericos Sæculares, ita neque Coſmo. Sanè hac via poterit quilibet ſpoliari ſuo beneficio, quantumuis Iuridico titulo poſſeſſo, vnde verificatio huius narratiuę facti, non ſufficit præſertim, quando agitur de præiudicio perpetuo, *vt notat Garz. par. 6. c. 2. num. 207.*

licèt

licèt *ſub num.* 205. aſſumat concluſionem iſtam nimis genericè; & notandum, quod ibi refert *ex Verallo deciſ.* 277. *par.* 1. *in fine* impetranti cum narratiua Doctoratus ſufficere, quod iuſtificet Doctoratum de facto, quo nihil magis ridiculum, cùm nemo ſit doctor de Iure. Scio, quid hic ſibi voluerit *Verall.* excludere, nempè Doctoratus acquiſitos ex priuilegio alicuius Baroni, ſeu perſonæ particularis. Verùm & in hoc quoque allucinatur, nam Doctoratus collatus ab huiuſmodi priuilegiato ſuffragatur, donec priuilegium ſit reuocatum, prout huiuſmodi priuilegia reuocauit Vrbanus VIII. videlicèt illorum effectum, vt non ſuffragentur, quoad literas Apoſtolicas, non verò quoad alios effectus, nempe ad Gubernia, & Regimina, & quominus huiuſmodi DD. appellentur, & re vera ſint Doctores.

Ex his etiam liquet quomodo ſumenda ſit concluſio illa, quod impetrans non tenetur iuſtificare gratiam ſui Prædeceſſoris, *vt per Rot. deciſ.* 4. *de rer. permutat. in nouis. Pariſ. de reſignat.*
11 *quæſt.* 4. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 10. quorum dictum procedit, vbi cedens, vel reſignans habuiſset poſseſſionem, quam non præſumitur acquiſiuiſse ſine titulo, & ideo non mirum, quod ſucceſsor, hoc eſt Ceſſionarius, ſiue Reſignatarius eum probare non tenetur. In propoſito caſu Brunettus cedens nunquam habuerat poſseſſionem beneficij, & Iuri ſuo ceſſit nulla adepta poſseſsione, aut literis iuſtificatis, vnde ceſsionarius illius gratia vti non poteſt.

Narratiua igitur facti de facto tantum eſt iuſtificanda, quando habet pro ſe præſumptionem iuſtificationis, vt tituli in poſseſsore, vnde impetrans beneficium ex cauſa
12 reſignationis, non tenetur iuſtificare ius reſignantis, ſed ſufficit, quod reſignans poſsideat, & pro poſseſsore habeatur *ex Pariſ. loc. allegat.* licèt verum ſit, quod vnum, & idem beneficium ex perſona vnius vacare de facto, & ex perſona alterius de Iure. *Gonzal. gloſſ.* 15. §. 1. *num.* 8. tamen ſubdit, quod vacationis vocabulo debet intelligi vacatio de iure, & de facto, *vt num.* 10. *& ſeqq.*

Sed videamus, vtrum etiam quis narratiuam
3 facti proprij valeat de facto tantùm iuſtificare, exempli cauſa aliquis, qui patitur defectum natalium impetrauit beneficium, quod narratiua, quòd ſuper defectu prædicto diſpenſare, ſeu diſpenſari mandari obtinuit, & mandatum *de diſpenſando* non obtulit executori, & multò minùs illius executionem obtinuit, ſed ſolummodo executionem literarum prouiſionis, à quarum executione aduerſarius appellauit, dubitabatur, an huiuſmodi impetranti ſufficiat exhibere mandantum *de diſpenſando* abſque illius iuſtificatione. Et crederem ſufficere, ſtante præſertim executione data per executorem literis prouiſionis *iuxta deciſionem* in in Brixieñ. Optionis 24. Iunij 1610. coram Manzanedo.

„ Domini perſtiterunt, &c. Minus obſtat,
„ quod decreto irritanti non poſsit iuuari Bal-
„ ſaſsar ex eo, quod non iuſtificauit ſuam gra-
„ tiam Coadiutoriæ, quia cùm in vim dictæ gra-
„ tiæ fuerit immiſsus ab Executore in poſseſsio-
„ nem, & à Capitulo receptus, non eſt opus a-
„ lia iuſtificatione, *vt fuit dictum* in vna Capua-
„ na Optionis 25. Maij 1619. coram illuſtriſs. D.
„ Cardinali Lancellotto.

Neque prædictis obſtat *quod ſupra aſſumpſimus num.* 8. Papam videlicèt cenſeri diſponere iuxta diſpoſitionem Iuris, non contra. Et proinde cùm fuerit narratum per impetrantem ipſum obtinuiſse diſpenſationem, ſiue mandatum *de diſpenſando*, Papam intellexiſse de diſpenſatione, ſiue mandato diſpenſandi effectum ſortito, alias enim impetrans patiens defectum natalium eſt incapax ad conſequendum beneficium Eccleſiaſticum.

Nam reſpondetur in literis impetrationis nullam fuiſse factam mentionem executionis mandati *de diſpenſando*, vnde ad eius iuſtificationem impetrans non tenetur. Verum quidem eſt, quod per gratiam prouiſionis huiuſmodi impetrans non conſequitur beneficium diſpẽſationis: conſequitur tamen titulum impetratum, licèt inualidè, & poterit ab alio impetranti, non tamen retardari executio literarum prouiſionis, ſiue mandati *de prouidendo*.

Sed reuertamur ad concluſionem aſſumptam *ſub num.* 8. Gratiam Papæ, quæ ſit contra diſpoſitionem Iuris non ſubſiſtere, exemplo res clarior fiet.

Vacante Sede Epiſcopali Algareñ. dum iſta ſcriberem, Capitulum deputauit Vicarium Capitularem cum reſeruatione, quod ipſe nõ poſſet, nec deberet ſe ingerere in collatione, ſiue nominatione beneficiorum, ſiue electione ad beneficia concurrentium. Vacauit Parochialis de *Benetutti*, ſuper cuius collatione fuit habitus concurſus, & approbati Franciſcus, & Ioſephus à Vicario Capitulari, & approbatio hæc oblata Capitulo, & iuxta reſeruationem cum iuramento acceptatam ſpectabat electio ad Capitulum, & elegit Franciſcum, quo non obſtante Vicarius prædictus contra tenorem ſuæ deputationis, & propriũ iuramentum dedit teſtimoniales magis idonei Ioſepho. Impetrauit hanc Parochialem à Sede Apoſtolica Franciſcus narrata tota hac ſerie facti, quam Datarius noluit admittere, eo quod dubitaret vtrum Capitulum poſſit facere deputationem cum iſta reſeruatione, videlicèt cum facultate ſpeciali, & limitato
14 mandato, & licèt pro hoc allegarem *Mandoſ. regul.* 24. *quæſt.* 6. *num.* 3. & dicerem, quod ſi ex prædicta narratiua nõ induceretur, impetrans ſuccumberet in iudicio; Nihilominùs Datarius noluit admittere illam narratiuam, ſed iuſſit fieri ſimplicem impetrationem, ob non ſeruatam formam concurſus, ne Papa admit-
15 tendo iſtam narratiuam videatur cauſæ præiudicare. Vnde neceſſariò ſupponebat conclu-

cluſionem illam, *de qua ſupra num.* 8. aſſerentem gratiam Papæ contra Iuris diſpoſitionem eſſe nullam, non ſubſiſtere, & opinioni Datariæ fauet *Gonzal. gloſſ. 9. §. 3. num. 23.* vbi quod quotieſcunq; Papa ſcienter diſponit de aliqua re, quamuis talis diſpoſitio nõ poſſet procedere ſecũdum regulas Iuris communis ſuſtinetur tamen actus ex voluntate ipſius Papę intendẽtis diſponere remoto omni iuris obſtaculo.

Verùm hæc concluſio habet multum difficultatis, vt mox patebit, quamuis enim verificare poſſit in caſu *Gonzalez.* vbi impetratum fuit beneficium non numeratum, quod non cadit ſub reſeruatione, tamen, quia expoſitum fuit Papæ beneficium eſſe non numeratum, & nihilominùs contulit, cenſetur voluiſſe conferre etiamſi beneficium ex natura ſua non ſit collatiuum, & in hoc nemini, vel paruum infertur præiudicium. Non ita contingit in caſu *Felin. per Gonzal. allegati*, videlicet *in capitulo inquiſitionis num.* 8. *de accuſ.* vbi dicit, quòd *ſi Papa ſcriberet alicui executori, quod informet ſe, an Titius commiſerit tale delictum, & hoc pro verò comperto conferat illius beneficium Caio impetranti; tunc ſi tale delictum ſecundum Iuris diſpoſitionem non induceret priuationem, nec ipſo iure, nec per ſententiam, tamen quia iſta verba ſunt facti, & non Iuris, & Papa declarat, & velit illum poſſe priuari, ab Executore priuabitur, & non poterit opponere, quod delictum à Papa narratum de ſui natura priuationem, non mereatur.* hęc Felin. quę profectò ſunt valdè dura, & non ſolùm auctoritati *Doctorum num.* 8. *allegatorum*, ſed ipſi rationi aduerſantia. Papa enim indebitè priuaret poſſeſſorem ſuo beneficio, quod eſt contra communiſſimum axioma *ſupra affirmatum*, nempe reſcriptum Papæ nemini directè inferre præiudicium, illudq; recipere interpretationem Paſſiuam à
16 Iure communi, vt notant omnes in *c. cauſam quæ.* vbi *Abb. & Dec. in principio, & idem Felin. num. 6. de reſcript. Bald. ſub eodem titulo in principio Roman. conſil. 334. num. 1. Calderin. conſil. 2 num. 2. de reſcript. Rebuff. in praxi titulo de differentia inter priuilegium, & reſcriptum num.* 28. necnon recipiunt interpretationem a Stylo Curiæ. *Ioannes de Anan. in c. quam graui. num. 1. de crimine falſi. Felin. in c. 2. num. 16. de reſcript. Calderin. conſ. 8. num. 3 & 4. eodem titulo. Calcan. conſil. 219. num. 2. & 3. lap. alleg. 33. num. 4. cum alijs per Euerard. in loco à Stylo Curiæ*, & in his terminis *dixit Rota* in cauſa Tulleñ. ſeu nullius Senoneñ. Monaſterij 22. Maij 1609. quæ omnia peſſumdantur poſita opinione *Felin.* qui tamen pro ſe allegat *Ancharan. in conſil.* 288. ſed per errorem, cum illud conſilium ſit in ordine 293. cuius Ancharani dictum eſt penitius examinandum: inquit enim, quod *ſi Papa conferat beneficium curatum ob non ſuſceptos Sacros Ordines illud obtinentis collationem ſubſiſtere, etiamſi eſſet dubium, vtrum ob non promotionem ad Sacros Ordines aliquis beneficio curato tẽpore ſtatuto elapſo, ſit priuatus ipſo iure, &c.* & hic *Ancharani* caſus multũ differt à caſu *Felini*, qui ſupponit pro comperto haberi delictum, de quo ibi non inducere vacationem de Iure, & ſic diſpoſitionem Papæ eſſe contra diſpoſitionem Iuris communis; in caſu verò *Ancharani*, an per non promotionem ad Sacrum Ordinem inducatur vacatio, vnde Papa ſtatuens in caſu dubio videtur illum declarare. Verùm quidem eſt, quod idẽ *Ancharanus* ſubdit, quod vbi Princeps ſcienter diſpoſuit, tunc licèt talis diſpoſitio ſit contra ius, intelligatur illud factum, remoto Iuris obſtaculo reualidare, & ſic *Ancharanus* videtur comprehendere non ſolùm caſum dubium, ſed etiam qui clarè etiam ſit contra diſpoſitionem Iuris, nihilominùs videtur ſe reſtringere ad caſum dubiũ. Subdit enim *aliàs erronea, & eluſoria eſſet talis gratia, quam nec Cancellaria admiſiſſet, ſi vacationem expreſſam nullam, ſeu inefficacem cognouiſſet, licet ſecus ſit, ſi ſuper facto fundaretur, quod induceret vacationem, tunc nunquam Cancellaria tales gratias expediret, quia continerent notoriam Iuris repugnantiam.*

Hæc *Anchar.* cui contrariatur, quod ſupra latè oſtendimus, Datariam nempe non teneri de euictione ſui Reſcripti circa modum vacãdi, aliàs enim fruſtra diſputaretur quotidiè in Rota ſuper modo vacandi, an vacatio videlicet cenſeatur inducta, necne.

Vnum ſanè aduertendum eſt, quod tam *Felin.* pro ſua opinione, quam *Rota* pro ſua *in ſupra allegata* Tulleñ. ad comprobationem ſuam adducit hanc collationem, *alias ſequeretur error Iuris in Papa.* Explicemus rem meliùs. Inquit *Felin.* & ab eo allegatus *Ancharan. ſi Papa conferat ob delictum, quod non meretur priuationem, & collatio non ſubſiſtat, dicetur erraſſe Papam in Iure, quod non eſt dicendum.* Viceuerſa Bellam. deciſ. 723. & Rota in dicta Tulleñ ſic inferunt. *Si Papa conferat ad impetrationẽ narrãtis beneficium vacare ex capite, quod de iure non vacat, notabitur error Iuris in Papa.* Ego vero, cum prima opinione, *de qua ſupra num.* 8. crediderim Papam nunquam cenſeri voluiſſe priuare quemquam ſuo beneficio ſine legitima, hoc eſt legali, & Iuridica cauſa, & propterea diſpoſitionem Papę circa vacationem, quæ eſt contra iuris diſpoſitionem interpretandam cenſeo iuxta oraculum Pauli V. de quo ſupra alias mihi datum videlicèt *conferimus, quatenus beneficium de Iure, vt aſſeris vacat*, & hac via conferens excuſatur, & ab iniuria, & ab iniuſtitia, & ab errore Iuris; licet enim illius ſcientiam habeat in ſcrineo pectoris, attamen non tenetur omnem impetrationem ad normam Iuris examinare, & ſufficit, quod non diſponat directè contra Ius.

His poſitis non eſt opus examinare alias doctrinas *à Gonzale vbi ſupra* allegatas, quia non videntur conferre ad concluſionem, quã examinauimus. *deciſio enim 16. de Præbend. in Antiq.* nõ facit ad caſum, immò potius probat contrarium, nempe faciendam eſſe mentio-

nem qualitatis beneficij vacantis, idem etiam videre licet *in deciſ. Creſcentij 9. num. 6. de priuil.*

Ex ijs itaque ſatis explicatum remanet, quando gratia Papæ præiudicet tertio, etiam abſque derogatione regulæ *de Iure quæſito non tollendo* quod vlterius explicans *Seraph. deciſ. 762. num. 4. & deciſ. 1445. num. 3.* inquit hoc procedere in ijs, in quibus non poteſt dari de ignorantia Papæ.

Videndum modo quale, & quod præiudicium tertij cadat ſub regula *de Iure quæſito non tollendo*, & primo quidem, ſub ea non videtur comprehendi præiudicium euentuale, quod à iure non habetur in conſideratione. *l. fluminum. §. finali cum l. ſequenti ff. de damno infecto l. prima §. denique de aqua pluu. arcend. Abb. conſ. 844. num. 5. lib. 1. Felin. in cap. quam Eccleſiarum num. 45. verſ. declaratio de conſtit. & Sarnen. ſuper dicta regula, de iure quæſito non tollendo quæſtione 3. in principio, & verſ. quid di-*

17 *cendum*, & propterea *Rota coram Put. deciſ. 264. num. 2. lib. 2. & Sarnen. in dicta regula quæſt. 4. num. 14. & deinde* in Cremoneñ. Penſionis 16. Martij 1609. coram Atrebateñ. dixit regulam non habere locum niſi in iure firmo, & radicato; difficultas conſiſtit in eo, quod nam dicatur dubium, & euentuale. Ius euentuale, vt patet *ex l. fluminum* accipitur in iure, quod nullum habet fundamentum, *vt in dicta l. fluminum*, & propterea ius fideicommiſſi, & ſubſtitutionis licèt poſſit eſſe, & non eſſe, tamen vocabulo Iuris non dicetur euentuale, ſed conſiderabile, quia poteſt contingere caſus ſucceſſionis *iuxta doctrinam Bartoli in l. final. num. 18. C. de pact. & l. is poteſt num. 12. de acquir. hæreditat. quam ſequitur Alexand. conſil. 67. num. 6. verſic. nec obſtat, & conſil. 94. num. 6. verſic. per quæ apparet lib. primo Sarnen. ſuper dicta Regula dicta quæſtione 4. num. 14. verſic. ſecundus caſus.*

Sed eſt aduertendum aliud eſſe præiudicium euentuale iuxta terminos iuris communis, & aliud iuxta terminos Regulæ, vt diſertè diſtinguitur in *cauſa* Siracuſana Præeminentiarum 26. Februarij 1586. coram Bubalo.

» Collegiata Eccleſia, &c. minus obſtat,
» quod cum in confirmatione nulla fiat mentio
» de eiuſmodi præeminentijs, ſed tantùm de
» erectione, & illæ tollantur, in quandam con-
» ſequentiam regula non habet locum, quando
» acceſſoriè, vel occaſionaliter tollitur ius al-
» terius, ad *text. in cap. primo vbi Cardin. colum.*
» *ſecunda Butr. in 6. Not. Felin. in cap. quæ in Ec-*
» *cleſiarum num. 46. verſic. tertia declaratio de con-*
» *ſtit. Iaſon. in l. ſi ex toto in 3. notabili, & in l. hu-*
» *iuſmodi §. legatum num. 22. cum ſeqq. de lega: 2.*
» quia fuit reſponſum, quod præmiſſa proce-
» dunt inſpecta diſpoſitione iuris communis,
» ſed reſpectu regulæ, ad hoc vt intret, ſufficit
» quomodocunque ius tertij tollatur, ſiue
» principaliter, ſiue perſonaliter, ſiue occaſio-
» naliter dummodo ius ſit formatum, & radi-
» catum ante impetrationem, *vt per Sarnenſem*
» *in dicta regula quæſtione tertia Mandoſ. in eadem*
» *regula quæſt. ſimiliter tertia.*

Hæc deciſio; cuius diſtinctio videtur iuri conſona, quia videlicet lædit ius tertij minus, ac poſſibile eſt; verum tamen hæc concluſio, quod regulæ non eſt locus, niſi in iure firmo, & radicato, vt ſæpiſſimè aſſumit Rota, tam antiqua, quàm recens, eſt auribus grata, ſed nunquam explicatur, quale nam ſit huiuſmodi ius firmum, & radicatum ſaltem affirmatiuè, ſed tantummodo negatiuè, videlicèt præſentationem, nominationem, & ſimilia non dici iura firma, & radicata, ex quo ſi velimus inferre à contrario ſenſu ius firmum, & radicatum erit Inſtitutio, Prouiſio, Collatio, &c. Huiuſmodi autem Iura non tolli de Iure communi, nec quidem de iure regulæ eſt clarum, quia eſſet tollere titulum Eccleſiaſticum, vnde tota hæc diſtinctio videtur fruſtratoria, quia ſecundum membrum non poteſt verificari.

Notanda nihilominus duo ex dicta Regula. Primum non ſubſiſtere, quod *inquit deciſio in Papien. fructuum ſupra allegata ſub numero ſexto*, videlicèt in facultatiuis de Stylo nunquam apponi derogatoriam *de iure quæſito non tollendo*, quia ius accedendi ad proceſſiones, & præcedendi quando non procedit ex onere eſt merè facultatiuum, & tamen comprehendi ſub regula *dicitur in iſta Siracuſana.*

Secundo notandum, quod per ius radicatum in terminis regulæ *Rota* licèt hoc non explicet intelligit, *vt dicitur in dicta Siracuſana* ius formatum, hoc eſt natum, & ortum, ante impetrationem, non autem ius omninò perfectum, vnde obitèr notanda *deciſio* in Tulleñ. Monaſterij 15. Februarij 1610. coram Domino Pirouano, vbi quod Clauſula, *ſine præiudicio Iuris tertij* non præſeruat ius extrinſecum, ſed tantùm intrinſecum, & quæſitum in ipſa re, quia vt

18 oſtendimus præſeruat etiam ius quærendum, & ius ad rem, neque *Sarnen.* ad hoc ibi allegatus, videlicèt *in dicta regula quæſtione tertia* fauet illi dicto, vt patet ex illius exemplificatione: inquit enim *ex Felin.* qui exemplum ponit in Papa cogente aliquos ad compromittendum, quod facere poteſt, *vt in capitulo cum inter de elect.* Nam ſi ex hoc ſequitur, quod Arbiter aliquam partem lædat, certè abſurdum eſſet dicere regulam habere locum, quia Papa non mandauit fieri compromiſſum, vt Arbiter aliquem lædat, ſed vt iuſtitiam faciat vnde ſi contrarium occaſionaliter euenit, quod Arbiter electus, alterum ex compromiſſarijs, læſerit, illud non debet attendi, quia Papa ad hunc finem arbitrum non conſtituit.

Et propterea obiter etiam notanda *deciſio* in cauſa Panpiloneñ. Parochialis 3. Decem-

bris

bris 1604. coram Penia, vbi quod nominatio ad beneficium nullum tribuit ius in re, neque ad rem, quod quoad terminos huius regulæ non ſubſiſtit; poteſt enim ſubſequi ſubſtitutio.

In alia ſignificatione accipitur eadem concluſio in *cauſa* Burgeñ. Abbatiæ 19. Decembris 1588. coram eodem Penia, vbi per Patronum ad beneficium Eccleſiaſticum fuit nominatus merè Laicus, & datum de nullitate nominationis, & oppoſitum, quod Patronus cecidiſſet à iure præſentandi, & Rota reſpondit non cecidiſſe, eo quod nominatio non tribuat tantùm iuris, ac præſentatio, & propterea poſſe nominatum de tempore nominationis inhabilem, deinde à patrono præſentari, quando erit habilis, hoc eſt quando erit Clericus, & ſic dicta concluſio operatur hìc effectum oppoſitum.

Ex his videtur explicatum, quomodo gratia de ſui natura præiudicialis deroget regulæ *de Iure quæſito non tollendo*, videlicet quod nunquam habeat locum in præiudicio particulari, ſed ſolùm in prçiudicio communi cum alijs, prout eſt exemptio à decimis, quarum cùm Papa ſit abſolutus Dominus, poteſt eam etiam citra iniuriam concedere, & tollere, *vt ex Caſſador. deciſione prima de priuileg. Coru. conſ. 83. num. 16. lib. 4. dicit Seraph. deciſ. 662. num. 4* vbi etiam *num. 5.* ſubdit alium caſum quod tacitè cenſetur derogatum regulç, nempè quando hoc contingit ex cauſa publicæ vtilitatis.

In reliquis non ſolùm cenſetur reſeruata tacitè regula *de Iure quæſito non tollendo*, ſed regulariter per clauſulam propriam præſeruatur expreſsè, videlicet per clauſulam *ſine præiudicio alicuius, &c.* quæ præſeruat omne præiudicium non expreſſum. *Oldrad. conſ. 130. in fin. Sarnen in dicta Regula circa fin.* etiam quod præiudicium ſit minimu. *Put. deciſ. 6. lib. 3. Cæſar de Graſſ. deciſ. 1. n. 4. de verb. ſignific.* & hæc quidem de clauſula huiuſmodi appoſita Reſcripto; quando verò apponitur decreto Iudicis, non videtur idem operari, *vt diſtinxit Rota* in Ferrarieñ. bonorum de Taſſonis 26. Iunij 1613. coram Sanctiſs. Domino noſtro Innocentio X.

,, Non obſtat, quod in dicto decreto adſit
,, clauſula *ſine præiudicio cuiuſcumque alterius in-*
,, *tereſſe habentis, ac legitimi contradictoris*, quæ
,, operatur, vt poſſeſſio cenſeatur tradita ſub
,, conditione, quæ nihil ponit in eſſe, *vt per Put.*
,, *deciſ. 32. lib. 2. cum alijs allegat.* quia fuit reſpon-
,, ſum prædicta procedere vbi conſtaret alium
,, tunc temporis poſſediſſe, *vt ſentit Bald. in l. fi-*
,, *nal. ſub num. 41. verſic. tamen Iudex. C. de edict.*
,, *diu. Adrian. tollen.* quem ſequitur *Peregrin. de*
,, *fideicomm. artic. 48. num. 18. verſic. & iterum*
,, *Honded. conſil. 86. num. 51. & ſeqq. lib. 2.* & ita
,, eſſe intelligendam dictam deciſionem tradit
,, *Put. deciſ. 32. lib. 2.* vt colligitur etiam ex de-
,, ductis in *cauſa* Maceraten. hæreditatis 27.
,, Nouembris 1589. coram bon. mem. Cardi-
,, nali Pamphilio, quod non probatur in caſu
,, iſto, nec antea operari huiuſmodi conditio-
,, nem, quam inhçrebat actui, & erat de ſub-
,, ſtantia, & natura illius *tradit Bald. in l. final.*
,, *dicto nu. 1. verſic. tamen Iudex C. de edict. Diui*
,, *Adrian. tollen.* quæ propterea non ſuſpendit
,, acquiſitionem poſſeſſionis, licèt per euentum
,, conditionis reſoluatur, *vt per Biſign. deciſ. 9.*
,, *in fin. de conceſſ. præbend.* & faciunt tradita *per*
,, *Paul. de Caſtro conſil. 452. in princ. lib. 1. Oldrad.*
,, *conſ. 285. nu. 8. verſ. in ſecunda Alex. conſ. 91. ſub*
,, *nu. 5. verſ. ſed ſi in aliquo. lib. 4.*

Hæc Rota, cuius concluſio non ſolùm procedit in decreto Iudicis, ſed etiam in Reſcriptis, nam gratia conditionalis in ſui ſubſtantia, etiamſi fiat in præiudicium tertij tantùm impedit illius effectum, quo ad ipſum præiudicium. *Rot. deciſ. 347. coram Seraph.* ſi autem tertius non reclamet, gratia eſt omninò perfecta in ſui ſubſtantia. *idem Seraph. deciſione 334. num. 5.*

20 Clauſula *ſine præiudicio, &c.* Sinonyma eſt alia clauſula reſcripto apponi ſolita, nempe *dummodo non ſit alteri ius quæſitum, &c.* quæ ſimiliter interpretatur de alio iure, quam de expreſſo, *vt dicitur* in Calaguritana beneficij 27. Martij 1588. coram Cardinale Blanchetto, vbi concurrebant duo compræſentati Auguſtinus, & Ioannes; Auguſtinus obtinebat aliud beneficium, Ioannes nullum, & obtinuit gratificationem à Papa cum clauſula prædicta *Dummodo non ſit alteri ius quæſitum* quàm clauſula Rota in hoc caſu, negat poſſe referri ad præſentationem Auguſtini, quia illius fuit facta mentio, & tamen Papa voluit Ioannem præferre Auguſtino, & quidem iuxta diſpoſitionem Iuris, qua non habens beneficium prçfertur habenti, *vt latè Rocch. de Iure-patron. in verbo honorificum num. 46.* & hoc eſt facile intellectu, quia Papa mediante hac diſpoſitione adminiſtrat iuſtitiam. Difficillimum captu eſt, quod firmatur *per Rot. apud Caual. deciſ. 280. num. 2.* vbi concurrentibus duabus præſentationibus vnus præſentatorum impetrat beneficium, nulla facta mentione comprçſentati, & Papa confert cum clauſula *Dummodo non ſit alteri ius quæſitum*, & Rota declarat illud ius, quod competebat compræſentato, licèt non expreſſum, non præſeruari per dictam clauſulam, & ſub prætextu, quod dicto compræſentato nullum ius competeret, quod ſanè perquam durum eſt, quia cùm eſſent duo prçſentati, ex pari ſuffragio nullum ius competebat magis vni, quàm alteri, & in caſu illo vltra præſentationem factam de illo comprçſentato de tempore impetrationis Executor pronunciauerat pro dicto compræſentato contra impetrantem, & Prouiſum Apoſtolicum, vnde ſanè illius iuris debuit fieri mentio, & ſi facta non eſt, cenſetur præſeruatum per dictam clauſulã; clarum enim eſt, Papam noluiſſe, ita præiudicare alicui, vt ius ſuum

experiri non valeat, & proculdubio mouiſſet illum ad non concedendum expreſſio, ſiue narratiua dicti Iuris, de qua re mox fuſius.

Dixi difficillimum eſſe intellectu, quod *ibi firmatur per Rotam*, attamen difficilius adhuc eſt quod *firmatur in deciſione.653. par. 4. diuerſ. num.4.* vbi ſimiliter à Patronis Laicis fuerunt præſentati Paulus, & Iulius. Ordinarius tulit ſententiam ad fauorem Pauli, Iulius impetrauit beneficium a Sede Apoſtolica, nulla facta mentione præſentationis, ſiue ſententiæ latæ ad fauorem Pauli, & ad fauorem Pauli decreta immiſſio, ac in vim Subrogationis gratioſæ ad partes expeditæ cępit poſſeſſionem beneficij, quam Rota dicit non fuiſſe attentatam, eo quod Subrogatio nihil habet communem cum negocio principali, & clauſulam *dummodo* nō vitiare gratiam, quod ſanè vix capi poteſt; licèt enim Subrogatio gratioſa, operetur hunc effectum exorbitantem, quod continuet poſſeſſionem ſubrogati cum poſſeſsione eius, qui deceſſit, hoc tamen poteſt procedere ſi lis fuiſſet introducta cum prędeceſſore, non autem, quando adeſt compræſentatus cum ipſo impetrante; ratio diuerſitatis eſt, quia quando præſentatorum alter, & Collitigantium decedit poteſt Papa in locum illius ſubrogare quemcunque, & ſuperſtiti Collitiganti non fit præiudicium, ſaltem conſiderabile, quia vel ſuperſtes Collitigans eſt poſſeſſor, & non amouetur a ſua poſſeſsione per Subrogationem Papæ, vel non eſt Poſſeſſor, & non habet, de quo quęratur, *vt fusè oſtendi ſupra* cum agerem de Subrogatione, quia loco Petri collitigantis verbi gratia per Subrogationem datur ei collitigans Paulus, non ita *in deciſione 653.* vbi Paulus, & Iulius fuerunt præſentati a Patronis, & nullus eorum deceſsit neque Subrogatio petita fuit per Iulium in locum collitigantis, ſed in locum illius, per cuius obitum fuit præſentatus vterque tam Paulus, quam Iulius, & ſic Paulo maximum infertur præiudicium, quia per obitum Nicolai verb. gratia poſſeſsio beneficij fuit vacans, & ipſe ad vacantem præſentatus. Si continuatur per Subrogationem poſſeſsio Iulij cum poſſeſsione Nicolai, infertur Paulo præiudicium maximum, quia non reperit poſſeſsionem vacantem, prout erat dum ipſe præſentaretur, & ſic non poteſt eſſe locus fictioni Iuris de continuata poſſeſsione, quia intermediat præſentatio Pauli.

Ex prædictis ſatis videtur explicata hæc materia, cuius ſumma eſt, gratiam Papæ de ſui natura præiudicialem nunquam intelligi cum derogatione regulæ, quando præiudicium tertij eſt directum, & primo ac principaliter intenditur à gratia; poteſt tamen Papa tollere ius tertij indirectè, & per conſequentiam, ſed tunc hoc factum cenſetur, quando gratia de ſui natura eſſet præiudicialis, ſecus ſi de ſui natura præiudicalis non eſſet, vt ſupra explicatum eſt iuxta regulam, quod gratia Papæ recipit interpretationem paſsiuam à iure communi, & facilius admiſerim, quod gratia Papæ nihil operetur, quàm quod ſit iniuſta, prout eſſet, ſi directè tolleret
21 ius tertij, & ita interpretandos cenſeo. *Butr. & Franch. in cap. poſtquam de præbend. in 6.* vbi dicunt præiudicium tertij indiſtinctè annullare gratiam.

Pro Corollario adijciendum Papam, etiam cum clauſulis ampliſsimis nunquam cenſeri voluiſſe derogare loco Pio. *Cyn. in l. vnica n. 3. C. quand. Imper. inter pupill. & Vid. Roman. conſ. 436. nu. 11. verſ. 5. principalis, & conſ. 498. num. 17. verſ. vnde ſuccedit. Dec. conſ. 165. num. 5. Ruin. conſ. 226. nu. 7.*

Et hęc non ſolùm procedunt in primis gratijs, ſed etiam in ſecundis puta in conualidatorijs, vt de gratia confirmationis firmat. *Dec. in cap. fin. num. 7. de confir. vtil. vel inutil. quem ſequitur Rota in ſupra* Siracuſana præeminentiarum coram Bubalo.

Dubium eſt an in confirmatione, ſiue reualidatoria derogetur Regulæ per clauſulam gratijs reualidatorijs apponi ſolitam, videlicèt *Supplentes omnes; & ſingulos defectus*, & affirmatiuam *tenet Alex. conſ. 111. n. 5. & 7. lib. 6.* vbi *quod Papa per clauſulam* Supplentes *ſanet omnes defectus, quorum veriſimiliter potuit habere notitiam*. Contrarium, & longè probabiliùs *ſentit Rota*, nempe non conualidari niſi ea, de quibus fit mentio *per text. in c. 2. ne Sed. vacant. Put. deciſ. 213. num. 1. lib. 3. & coram Gregorio XV. deciſ. 260. num. 16. poſt Ferret. conſ. 38. nu. 3. & 4.* Crederem quidem, quod opinio Ale-
22 xandri poſſet procedere in ijs, quæ veniunt in quandam conſequentiam gratiæ principalis, non autem quod conualidentur ea, quæ cedunt in præiudicium tertij, vel ſanè nihil commune habeant cum expreſſis, ſed ab ijs ſunt totaliter diuerſa, *iuxta textum in c. quia diuerſitatem. de conceſſ. præbend.*

Vidimus ſupra *ex deciſione Caualerij* 380. Rotam aliquando excuſare omiſſionem narratiuæ ad impetrationem pertinentis, circa quod plures proferuntur indefinitæ concluſiones, vna, Omnia narranda eſſe in gratia; alia, Non omnia eſſe narranda in gratia, ſed tantùm ea, quæ poſſunt mouere ad concedendum; rurſus alia, Omnia narrata indiſtinctè eſſe iuſtificanda; iterùm alia, Non omnia præcisè narrata eſſe iuſtificanda; quæ ſingulæ ſunt veræ in ſua materia, quamuis quoad prolationem videantur directè contraria,
23 quare omnia iſta interpretanda, & ad concordiam reducenda ſunt.

Et primo quidem non ſunt narranda, niſi ea, quæ reſpiciunt circumſtantiam facti. *Gonzal. §. 4. probem. num. 84.* quod rurſus, non eſt adeo ſtrictè ſumendum, vt credamus omnia ſuppreſſa; hoc eſt non narrata cauſare ſubreptionem, vel obreptionem, quod antequam dilucidemus operæ pretium eſt explicare quid

fit

ſit ſubreptio, & quid obreptio, quæ in re
magna eſt *apud Scribentes* cōfuſio, non ſolùm,
quod vnum pro altero accipiunt, & vtrumq;
24 vocabulum in eadem ſignificatione ſumant,
ſed quia alij exiſtimant ſubreptionem dici tacitam veritatem, & obreptionem falſam expreſſionem: alij directè è conuerſo: & omiſſa diſtinctione *Felini* referentis ſe ad diuerſos textus, res penitus eſt examinanda.

Et primò ſupponendum tam ſubreptionem, quam obreptionem apud Latinos ſignificare actum clandeſtinum, & furtim ſubrepentem. De verbo obrepere eſt locus *Iuuen. Satir. 9.*

—Obrepit non intellecta Senectus.

In eadē ſignificatione, & ad idem propoſitum vtitur verbo ſubrepo *Tibull. lib. 1. eleg. prima.*

Iam ſubrepet iners ætas, nec amare licebit.

Adeout præterita notione vocabuli Latini, neceſſe recurrendum ſit ad notionem vocabuli legalis. Sanè *Vulpian. in l. magis puto. §. ſi pupillus. verſ. manet actio pupillo. ff. de reb. eor. &c.* obreptionem accipit pro ſuppreſſa veritate. In hac eadem ſignificatione obreptionem accipit *Martian. in l. 1. §. tutores. ff. ad l. Cornel. de falſ.* vbi dicit obreptionem etiam facto fieri, videlicet ſi quis tenebatur reſtituere, & reſtitutionē nō fecit. Ita etiam *Modeſtinus in l. ſi quis obrepſerit eodem tit.* hoc ipſum ſatis explicat, dum dicit: *ſi libello dato aduerſarius tuus veritatē in precibus non adiecit, &c.* eodem ſignificatu hoc vocabulum ſumit *Innocentius in c. cum dilecta. num. 3. de reſcript.*

In contraria ſignificatione hoc vocabulum *ſumit Rota coram Gregorio XV. deciſ.* 237. vbi in principio taciturnitatem rei exprimendæ vocat ſubreptionem, & coram Sacrato in Concheñ. Beneficij de valdè ludęos 10. Maij 1610. hoc magis explicans, & interpretans *c. ſi tibi gratiam. & c. ſi eo tempore. de reſcript. in 6.* inquit dictos duos textus loqui in ſubreptione, non autem in obreptione; dolus autem in dictis teſtibus conſideratus conſiſtit in tacita, & ſuppreſſa veritate. In *c. ſi eo tempore.* impetrans tacuerat ſe non eſſe legitimæ ætatis ad conſequendum beneficium curatum. In *c. tibi, qui gratiam.* impetrans tacuit priorem gratiam; adeout notio iſtorum vocabulorū diuerſimodè ſumatur in iure Digeſtorum, etiam ab ipſo Innocentio, quàm à Rota, & Recentioribus.

Quod in hac materia mihi occurrit pro diremptione diſceptationis ferè Grāmaticalis, illud eſt, quod vocabulū ſubreptio eſt recens, & in iure antiquo nō reperitur vllibi expreſſū, ſed tantùm vocabulum obreptionis, quo omnem fraudem, ſiue dolum, ſiue hic proueniret ex falſa narratiua, ſiue ex tacita veritate obreptionis vocabulo indigitabatur. Sanè in *l. magis puto* videtur ſupponi falſam narratiuam fuiſſe per Tutores expoſitam, nempè pupillo æs alienum non imminere, cùm tamen immineret. Contrarium in *l. ſi quis obrepſerit,* vbi obreptio dicitur tacita, & ſuppreſſa veritas.

Eiuſdem ſenſus videtur eſſe *Gregor. in cap. ſuper literis de reſcript.* vbi licèt non faciat expreſſam mentionem vocabulorum Subreptionis, & Obreptionis, tamen quo ad effectum idem vult operari tacitam veritatem, ac ſuggeſtam falſitatem. Et *Alberic. in Dict. Subreptio inquit cauſatur nedum tacendo quod eſt verum, ſed etiam quando qualitates non purè narrantur,* & ita Albericus contra Innocentium, ac Iura prędicta ſumit ſignificationē vocabuli ſubreptionis.

Budeus in poſterioribus Annotat. ad l. ſi quis obrepſerit. de falſ. oſtendit Gloſſ. non intellexiſſe vocabulū *irrepſerit. Briſſon. in Vocabulario Iuris. Obrepere* inquit *eſt falſis dictis, & mendacijs aliquem circumuenire.* Quod ipſum in *Lexicon iuris* repetit *Ioannes Caluinus,* & deinde ſubdit *obrepere dicitur, qui taciturnitate, & reticentia veri aliquem circumuenit, quique id celat, & reticet, quo expreſſo non eſſet poſtulata impetraturus,* & hæc de vocabulo Obreptionis probo antiquo, & legali.

Subreptionis verò vocabulum, vt dixi in iure ſaltem antiquo non reperitur, vt videre eſt *apud prædictos Briſſonium, & Caluinum* qui diligentiſſimi, & exactiſſimi omnium vocabulorū Iuris indagatores vocabulum ſubreptionis non omiſiſſent, ſi in iure inuentum fuiſſet.

Cōcludo itaque nullam eſſe in iure diuerſitatem inter ſubreptionem, & obreptionem, & vtrumq; vocabulū promiſcuè ſumi poſſe tam pro tacita veritate, quam ſuggeſta falſitate; nunquam enim, *vt vidimus,* iura antiqua vſa ſunt verbo *ſubreptionis,* ſed verbo *obreptionis* ad vtrumque ſignificandum, & ſi Grammaticos conſulas, reſpondebunt, tam *ſubripere,* quam *obripere* ſignificare clam, & furtim ſubtrahere, & licèt Rota aliquando voluerit declarare, quid veniat nomine *ſubreptionis* & nomine *obreptionis;* regulariter tamen, & benè illa duo verba confundit, vt ſæpiſſimè videre eſt præſertim *apud Gregor. deciſione 237. in principio.*

His præmiſſis dico ſubreptionem cauſare, omne id, quod omiſſum, ſiue falſo expreſſum potuiſſet mouere Papam ad concedendum, ſiue ad negandum. *Gregor. dicta deciſione 237. & aliàs ſæpè.* Quando vero ſuppreſſio veri, ſeu narratiua falſi non nocet concedenti, nec fit cum dolo narrantis, tunc non vitiat, *vt in allegato Capitulo ex literis de reſcript. & explicat Rota in ſupra allegata* Concheñ. Beneficij, cuius verba libet apponere.

„ Pro maiori parte fuit confirmata deciſio
„ in hac cauſa facta, quod falſa expreſſio Pre-
„ sbyteratus Gregorij non debeat vitiare
„ illius gratiam, moti fuerunt Domini ex eo
„ quod falſa narratiua, quæ non nocet con-
„ cedenti, nec fit cum dolo, nullatenus nocet
„ narranti, *vt ex text. in cap. ſuper literis. de re-*
„ *ſcript.* qui licet loquatur de reſcriptis ad lites,
„ vt opponit *Gloſſ. in cap. motu proprio de præben-*
„ *dis in 6.* attamen ex identitate rationis, vide-
„ tur poſſe adaptari ad materiam gratioſam,

,, quod videtur cenſiſſe *gloſſ. ibi. verbo literas.* dum
,, pro explanatione textus allegat loquentia
,, in materia gratioſa, & expreſsè voluerunt
,, *Innoc. in c. poſtulaſti. num. 1. de reſcriptis. Compo-*
,, *ſtellan. in c ſi proponente. num. 2. eod. tit. Lap. alleg.*
,, *89. num. 6. Felin. poſt illum in c. ex noſtra. num. 19.*
,, *Corrola. 20. de reſcript. Abb. in dicto c. Super lite-*
,, *ris num. 5. & 6. Rota deciſ. 4. num. 7. verſ. ſecus au-*
,, *tem de reſcript. in antiq. Ægyd. deciſ. 4. in fine.* vbi
,, per errorem ponitur verbum *profanis* loco
,, verbi *gratioſis*, vt patet ex contextu totius de-
,, ciſionis, non enim videtur ſubſiſtere ratio dif-
,, ferentiæ, quod literæ ad beneficia dicantur
,, ambitioſæ, non ſic literæ ad lites, quia falſi-
,, tas, quæ nec mouit, nec fuit doloſa, non au-
,, get hanc ambitionem, vnde ſuccedit conclu-
,, ſio, quod qualitas, quæ non confert ad caſum,
,, de quo occurrit dubitare, minimè ſit habendæ
,, in conſideratione ad notata *per Abbatem in*
,, *c. ad Aures num. 2. Dec. num. 3. de reſcript. Calder.*
,, *conſ. 10. Rota deciſ. 2. num. 2. de præbend. in nouis*
,, & quod ambitio ad iſtum effectum minimè ſit
,, conſiderabilis colligitur ex *Felin. in dicto c. ſuper*
,, *literis nu. 3. in principio* vbi multos refert volen-
,, tes ſubreptionem magis vitiare priuilegi a ,
,, quàm literas beneficiales, cùm tamen in priui-
,, legijs non cadat iſta ambitio, & tandem in
,, materia *c. ſuper literis.* de pari procedere literas
,, beneficiales, & priuilegia ad prædicta *facit*
,, *text. gratia. de reſcript. in 6.* vbi ſubreptio circa
,, obtenta, de quo *in c. ſi motu proprio. de præbend.*
,, *in 6.* excuſatur propter iuſtam ignorantiam,
,, & ad effectum, vt impetrans poſſit retinere,
,, vtrumque beneficium, niſi aliàs eſſent incom-
,, patibilia ad idem, eſt *textus c. ſi eo tempore. de re-*
,, *ſcript. in 6.* vbi quod ad beneficium curatũ, vel
,, ſimplex, ſi detegatur ſubreptitia, quoad cura-
,, tũ, propter defectũ ætatis non vitiatur quoad
,, ſimplex, & iſti duo textus loquantur in ſub-
,, reptione, attamen circumſcripto dolo, qui
,, maior conſideratur in obrependo, quam in
,, ſubrependo, non datur differentia inter vtru-
,, que, *vt patet in dicto c. ſuper literis* quod vtrum-
,, que parificat, vt ibi notat *Dec. poſt alios nu. 4.*
,, Multum etiam videbatur vigere rationes,
,, quas pro hac parte adducit Rota, ſiue com-
,, pilator *dicta deciſ. 4. in antiq. Ægyd. loc. ſupra*
,, *alleg.* quas reaſſumit *Felin. in dicto c. ſuper literis*
,, *num 2. vſque ad* 5. nempè quod falſa demon-
,, ſtratio non ſolet vitiare, cum conſtat de vo-
,, luntate. *l. demonſtratio falſa ff. de condit. & de-*
,, *monſtrat.* quod ſuperflua non vitiant, & vti-
,, le per inutile non vitiatur, & quia circum-
,, ſcripto dolo, & reuelantia nulla poteſt aſſi-
,, gnari ratio, quare literę dicantur vitiatę cum
,, qualitatibus ambitionis nullius, ſit conſidera-
,, tionis ad dictum effectum ex iam dictis.
,, Et in hanc ſententiam, quod falſitas, quæ
,, nec mouit ſaltem facilius, nec fuit doloſè fa-
,, cta, minimè habeat nocere exponenti fre-
,, quentiori calculo, *fuit dictum per Rotam*, vt ap-
,, paret *vltra Ægyd. dicta deciſ. 3. & alios allega-*
,, *tos in alia deciſione de reſcript. in antiq.* 68, inci-
,, piens *cauſa mea. Caſſadorus deciſ. 12. num. 15. de*
,, *præbend. Put. deciſ. 17 num. 2. lib. 1. Cæſar de Graſſ.*
,, *deciſ. 8. num. 2. de præbend. Peregrin deciſ. 129. in*
,, *cauſa Hiſpalen. lib 2. Verall. deciſ. 37 par. 2. in*
,, *cauſa* Romana Canonicatus 22. Aprilis 1567.
,, coram bon. mem. Seraphino. In Biſuntina
,, Vnionis 10. Maij 1602. coram eodem. In Vo-
,, laterana vnionis 10. Maij 1602. coram eo-
,, dem. In Volaterana Parochialis 8. Iunij 1590.
,, coram Gipſio in Compoſtellana penſionis 2.
,, Nouembris 1580. coram eodem Seraphino,
,, & in Valliſſoletana Iuris nominandi 8. Iunij
,, 1608. coram R. P. D. meo Coccino, *& alias*
,, *ſæpè.*
,, Ad generales concluſiones, quod narrati-
,, ua ſit pars gratiæ, & ſemper ſubintelligatur
,, clauſula *ſi ita eſt* cum ſimili reſpondebatur, *vt*
,, *per Ægyd. deciſ. 4. relatum* ſic ſe habere, ſed
,, limitari in caſu propoſito iuribus, rationibuſ-
,, que deductis.
,, Eodem modo reſpondebatur ad iura, &
,, deciſiones dicentes parte opponente, omnia
,, eſſe iuſtificanda, nempe eſſe intelligendum
,, de ijs, quæ mouerunt concedentem, & ſine
,, dubio tot deciſiones, quæ ſunt pro hac parte
,, fuerunt etiam factæ parte opponente.

Hactenus deciſio, cuius partem facientem ad hanc materiam extendere placuit, vt ſubiecta oculis Lectoris faciliùs poſſint percipi illius fundamenta. Reliqua vide impreſſa *apud Marcheſ. tom. 1. fol. 463.* & ex ijs debet interpretari *Seraph. deciſ. 1400. num. 1. & deciſ. 432. num. 3.* vbi *quod omnia narrata debent eſſe vera, aliàs gratia redditur nulla*, quia dictum Seraphini
25 eſt intelligendum iuxta diſtinctionem deciſionis Conchen., quæ quia nititur ratione, & auctoritatibus debet præualere.

Et ſic etiã nõ obſtat. *Veral. dec. 49. par. 2.* vbi *quod omnis ſubreptio in gratioſis vitiat ipſo iure*, quia eſt interpretãda *iuxta deciſionem 46* præcedentem, videlicet gratiam nõ dici ſubreptitiam non facta mentione de qualitate non conſiderata a iure.

Magis vrget *Cæſar de Graß. deciſ. 12. num. 3. de probat.* vbi *quod in gratioſis quælibet falſa expreſſio vitiat gratiam, in omnibus etiam ſi talis expreſſio, ſiue falſitas, ſiue taciturnitas non retardaſſet Principem ad concedendum.* Hanc concluſionem ita generaliter firmat *dicta deciſio Cæſaris de Graſſ.* ſubdit tamen, falſam illam expreſſionem remoturam fuiſſe Papam à conceſſione.

Magis adhuc vrget *Mobed. deciſ. 8. de reſcrip.* vbi *quod falſa expreſſio ætatis, licet non fuerit neceſſaria ad effectum obtinendi gratiam, & Papa aliàs conceſſiſſet, & gratia ipſa non ſit fundata ſuper dicta ætate, nihilominùs vitiat gratiam: ea ratione, quod in gratioſis, & in facto proprio præſumitur dolus.* quæ ratio eſt bimembris. Primum membrum reſpicit generalem illam concluſionem, quod in gratioſis omnis ſubreptio hoc eſt omnis neceſſaria expreſſio, ſeu neceſſariò exprimenda, taciturnitas vitiat gratiam, &

hanc

hanc concluſionem hactenus examinauimus Alterum membrum eſt dolum præſumi in facto proprio.

Videndum, an hoc ſit verum, & an ſit aliqua differentia inter falſitatem expreſſam facti alieni, & facti proprij, & re vera nullam inuenio; *Rota* enim *deciſ. 1. de donat. nu. 2. in no-*
26 *uis* inquit, quod allegans dolum in caſu propoſito debet illum probare, & ſic non eſt verum, quod aſſumit *deciſio Mobedani*, dolum præſumi, quia ſi præſumeretur non eſſet probandus ab allegante, & demum *Bellam. deciſ. 4. num. 2.* indiſtinctè firmat, illum dolum tantum cauſare ſubreptionem, qui retardaret Principem ad concedendum, & ſubdit; *venia dignus eſt, qui nec nocuit, nec deliquit*, & hoc ipſum ſatis probatur *ex cap. ſuper literis. de reſcript.* vbi quod neque falſa expreſſio neque veri ſuppreſſio vitiat, quando abeſt dolus. At dolus non poteſt conſiderari in eo, qui nullam ex illo conſequitur vtilitatem, vt no-
27 tatur in ſupradicta Concheñ. Beneficij. In caſu autem *deciſionis Mobedani* ex falſitate ibi expreſſa nullum reſultabat commodum exponenti: parùm enim intererat, an impetrans fuerit diſpenſatus in quinto, ſiue in octauo ætatis anno, modo fuerit diſpenſatus ante impetrationem.

Verior igitur, & rationi magis conſona opinio eſt, non omnem ſubreptionem, hoc eſt veri ſuppreſſionem cauſare vitium, quemadmodum nec omnem expreſſionem falſam, & non expreſſa tunc demum vitiare gratiam, & falſa ſuggeſta, quando continent dolum, *vt in dicto capitulo ſuper literis*, & per conſequens narratiuam non ſecundum omnes ſui partes verificandam eſſe ad gratiæ iuſtificationem; ſed tantùm ſecundum eas, quæ Papam mouerunt ad concedendam gratiam. *Felin. in c. licèt verſ. primo limita. de probat. Put. deciſ. 69. lib. 2. Verall. deciſ. 299. lib. 2. num. 2. Rot. deciſ. 10. & 14. in nouis de reſcript. &* in Burgeñ. fructuum 22. Iunij 1592. coram Blanchetto.

Supereſt vt videamus, quænam non expreſſa, & quænam non verè narrata poſſint monere Papam ad faciliùs, vel difficilius concedendam gratiam, qua in re iubeat afferre deciſionem in *cauſa* Meluitana erectionis Collegiatæ 6. Nouembris 1634. coram R.P.D. Pirouano me ſcribente emanatam, vbi conceſſa fuit erectio Parochialis Eccleſiæ in Collegiatam cum delatione Capparum, & exemptione Canonicorum, aliorumque Clerico-
28 rum dictæ Collegiatæ nouiter erectæ à iuriſdictione Ordinarij, & quoad iuſtificationem literarum Rota diuerſimodè reſpondet, vt ex deciſione cuius tenor eſt.

„ Domini dixerunt literas eſſe exequendas,
„ non tamen quoad delationem Capparum, &
„ quo ad exemptionem.
„ Nam quæ pertinent ad fundamentum exe-
„ cutionis Parochialis in Collegiatam, nempe
„ capacitas eiuſdem Eccleſiæ, ſtructura ampla,
„ & commoda, ac paramentis, & organo; alijſ-
„ que ad Diuinum Cultum in ea peragendum
„ neceſſarijs competenter inſtructa, valor &
„ dos in ſumma narrata viſa fuerunt ſufficien-
„ ter probata ex deductis in prioribus deciſioni-
„ bus cauſæ 12. Decembris 1633. & 10. Fe-
„ bruarij præſentis anni 1634. quibus concur-
„ rentibus erectio non videtur retardanda, &
„ literæ Apoſtolicæ ſunt exequendæ. *c. ſi Capitu-*
„ *lo cũ gloſſ. in verbo exequatur de conceſſ. præbend.*
„ *in 6. Rot. deciſ. 506. num. 1. par. 1. recent. cum*
„ *alijs allegatis in prima deciſione.*
„ Non obſtat, quod prædictis adhuc admiſſis
„ ſemper deficiat probatio narratiuæ, quod
„ Borgius de redditibus aſſignandis poſſit teſta-
„ ri, & diſponere, quorum ſicut copulatiuè pro-
„ batio requiritur. *l. ſi heredi. ff. de cond. inſtit. Ro-*
„ *man. conſil. 166. nu. 4.* ita ſemper deficit pro-
„ batio facultatis teſtandi de fructibus benefi-
„ ciorum. *Couarr. in cap. relatum. 20. cum alijs per*
„ *Surd. conſ. 333. nu. 7. & ſeqq.*
„ Quia quod poſsit diſponere in vita, iam fuit
„ firmatum in vltima deciſione cauſæ, etiam
„ quod agatur de fructibus, aut bonis ex fructi-
„ bus beneficij acquiſitis, quia Clericus æquipa-
„ ratur vſufructuario habenti de iure beneficiũ
„ diſponendi in vita *cap. fin. de pecul. Clericor. Se-*
„ *raph. deciſ. 594. num. 4.* & quod poſsit teſtari,
„ vltra quod iuſtificatur ab excluſione, quod
„ non datur ſpolium in Inſula Meliteñ. dum aſsi-
„ gnatio dotis non erat facienda per actum vl-
„ timæ voluntatis, ſed inter viuos, Papa non ſe
„ retraxiſſet à conceſsione gratiæ, etiam quod
„ narratiua non eſſet in hac parte iuſtificata,
„ quia bona liberè poterant tranſire ad alium
„ non expectato fine vitæ diſponentis, & inuti-
„ lem reddere facultatem teſtandi.
„ Et eo minus releuat, quod gratia erectionis
„ ſit vnica, & omnia narrata ſint correſpecti-
„ ua, & iuſtificanda tanquam pars gratiæ. *Se-*
„ *raph. deciſ. 870. num. 1. & deciſ. 24. num. 1. par. 2.*
„ *recent. & 459. nu. 4. par. 1. in nouiſſ.* vt propte-
„ rea non iuſtificata oarratiua frequentiæ Po-
„ puli, Virorum Ingenuorum, & diuitum, &
„ agrorum fertilitatis, prout dicebatur non eſ-
„ ſe iuſtificatum, ſemper gratiam coocurrere.
„ *Rot.* in Sarneñ. Monaſterij 29. Martij 1610.
„ coram bon. memoria Cardinali Sacrato, &
„ in Cauſa Marſiceñ. beneficij 5. Iulij 1632.
„ coram me.
„ Quoniam in terminis, de quibus agitur, con-
„ trarium viſum fuit verius, nam & ſi narratum
„ fuiſſet Papæ, quod locus non eſſet conſpicuus,
„ & quod haberet viles perſonas, & carere iu-
„ ris conſultis, nihilominus Papa conceſsiſſet
„ erectionem Collegiatæ, dum agitur de argu-
„ mẽto Cultus Diuini, qui vbique poteſt propa-
„ gari. *Innoc. in cap. cum noſtris in Gloſſ. in literis*
„ *de conceſſ. Præbend. Ægyd. deciſ. 4.* & benè con-
„ ferunt rationes *Rebuffi in conſilio* 11. dicentis
„ diſpenſationem noo vitiari, in qua quis falſo
„ aſſeruit ſe eſſe vtriuſq; Iuris Bacchalaureum,
„ cùm eſſet tantum vnius Iuris, ex quo Papa
non

,, non reddidiſſet ſe difficiliorem ad cōcedendū,
,, & quamuis etiam aliqua narrata, ex quibus
,, Papa non ſe reddidiſſet difficiliorem ad con-
,, cedendum, ſint aliquando iuſtificanda, atta-
,, men hoc verum eſſe fuit reſponſum, quando
,, talequid narratum eſt in iure expreſſum,
,, quod debeat iuſtificari, ſecus ſi non ſit ex-
,, preſſum. *cap. ſi motu proprio. de præbend. in 6. c. ſi*
,, *proponente. de Reſcript. Gemin. in c. dudum. de præ-*
,, *bed. in 6. Rebuff. eodem conſ. 11. verſ. non obſtat,*
,, *quod omnia*. Sed in iure non eſt expreſſum,
,, quod prima narratiua ſit iuſtificanda, ergo
,, non prohibetur, quin gratia poſſit ſubſtineri
,, ſecundum intentionem Papæ.
,, Fundamentum autem exceptionis, dela-
,, tionis Capparum, & exemptionis ab Or-
,, dinario fuit, quia iuſtificatio narratiuę quali-
,, tatis loci, & perſonarum in eo degentium
,, non eſt ſufficiens attentis contrarijs proba-
,, tionibus per Capitulum factis.
,, Non obſtat, quod iuſtificatio prædictæ nar-
,, ratiuæ poſſit omitti, dum non omnia, quæ in
,, precibus tacita, vel diuerſimodè expreſſa fue-
,, runt, quam veritas ſe haberet, gratiam an-
,, nullent, ſed ea dumtaxat, quæ in Iure expreſ-
,, ſa ſunt, quod exprimi debent, vel ſi in iure
,, expreſſa non ſunt, ſaltem videantur repugna-
,, re intentioni Principis, vt ſi veritatem ſciuiſ-
,, ſet, gratiam non conceſſiſſet, vel difficiliùs
,, conceſſiſſet. *Ægyd. deciſ. 698. num. 4. in fine*
,, *Put. deciſ. 187. num. 2. lib. 1. Rota deciſ. 21. num.*
,, *7. de prebend. in nouiſſ. Decian. conſ. 5. num. 15.*
,, *lib. 1.* In Iure autem non eſſe expreſſam hanc
,, qualitatem, nec repugnare intentioni Papæ
,, dicebatur, cui præcipuum fuit augumentum
,, Cultus Diuini, & dos ſufficiens aſſignanda,
,, non autem qualitas perſonarum & loci con-
,, ſpicuitas, quæ non conferunt ad augendum,
,, & conſeruandum Diuinum Cultum.
,, Quoniam fuit reſponſum cognitionem iſtā
,, circa mentem Papæ, ſi ſciuiſſet qualitatem
,, loci, & perſonarum, vel non conceſsiſſet, vel
,, difficiliùs conceſsiſſet vſum Capparum, &
,, exemptionem à Iuriſdictione Ordinarij Iudi-
,, cis arbitrio eſſe remiſſam, quippe quæ pen-
,, deat ab interpretatione voluntatis conceden-
,, tis, quæ ſolet coniecturis, & præſumptioni-
,, bus aperiri. *Abb. in c. ex conqueſtione num. 4. de*
,, *reſtit. ſpoliat. Couarr. var. reſolut. lib. 1. cap. vltimo*
,, *num. 5. Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa. limitat.*
,, *prima num. 15. Rot. deciſ. 21. num. 5. de præbend.*
,, *in nouis Menocch. de Arbitrar. caſu 201. num. 29.*
,, *& 30.* Dominis autem viſum fuit non eſſe ve-
,, riſimile, quod Papa voluiſset concedere vſum
,, Capparum cū qualitate magis inſigni Eccle-
,, ſiæ inferiori erigendæ, quàm non habet Ca-
,, thedralis Eccleſia, & in loco ruſtico, & a-
,, greſti carēte habitatione Virorum Nobilium,
,, quorum contemplatione ſolent decorari Ec-
,, cleſiæ prærogatiuis Ciuitatibus, & locis in-
,, ſignibus conuenientibus, & per eandem ratio-
,, nem viſum fuit inueriſimile, quod voluerit
,, eximere ab ordinaria iuriſdictione Parochia-
,, lem ruſticam, aut beneficiatos in eius locum,
,, quamuis ſub titulo digniorem, nempe Colle-
,, giatæ Eccleſiæ ſubrogatos.

Ex hac deciſione habemus notanda duo
primum, an tacitum, & non expreſſum, ſiue
falſum narratum mouiſſet Papam ád conce-
dendum, necne totum pendere ex Iudicis ar-
bitrio, qui hoc expiſcari valeat è coniecturis.
Alterum, quod narratiua, quæ in nihilo retar-
daſſet Papam ad concedendū debeat iuſtifica-
ri, quando de Iure requiritur, quod debeat ex-
primi. Declaremus rem in ſe ipſa ſatis diffici-
lem exemplo. Franciſcus Nobilis Comes im-
petrauit Pręposituram Colonienſem cum ex-
preſſione, quod valor illius non excedat du-
catos 100. & tamen veritas eſt illū aſcendere
ad ducatos 130. ſanè etiamſi impetrans ex-
preſſiſſet valorem in ducatis 130. æquè Papa
conceſſiſſet, quia ille valor parum eſt pro tā-
ta dignitate, nihilominus tenetur ad illius iu-
ſtificationem, quia per regulam Cancellarię
cauetur, quod exprimi debeat verus valor.

Ex prædictis liquet, quando omnia narra-
ta ſunt iuſtificanda, non tamen omnia narra-
ta in vna, & eadem gratia eſſe iuſtificanda
pari modo. Narratiua enim, quæ eſt funda-
mentum gratiæ, eſt concludenter probanda.
29 *Felin. in c. ad aures num. 5. de reſcript. Ægyd. de-*
ciſ. 76. nu. 6. & ſeq. Veral. deciſ. 128. par. 1. Put. de-
ciſ. 295 nu. 1. lib. 1. alia verè iuſtificantur ſemi-
plenè tantummodo, verbi gratia valor per
non exceſsum, quando tamen huiuſmodi va-
lor non eſt fundamentum gratię, *vt* in Ra-
uennateſi Penſionis 20. Iunij 1597. coram
Litta. vbi vtrumque firmatur, quod mo-
do aſſumpſi, & attuli caſum penſionis pro e-
xemplo tantum, cum alia ſimilia poſsint af-
ferri infinita eorum, quæ narrantur in gratijs,
vt non ſunt earum fundamenta.

Quando autem narratiua eſt gratiæ funda-
mentum, quod tunc probari concludenter de-
30 beat, adeò verum eſt, vt procedat etiam in
narratiua negatiuæ. *Pariſ. de reſignat. quæſt. 3.*
lib. 10. Gregor. XV. deciſ. 242. num. 2. vbi add.
num. 10. & alibi ſæpiùs, quod tamen videtur
indigere interpretatione, nam difficile ſatis,
ne dicam impoſsibile videtur, negatiuam
concludenter probari poſſe.

Eſt igitur interpretanda hæc concluſio, vt
ſolummodo locum habet in caſu, quando
quis impetrat beneficium, ob non promo-
tionem ad Ordines Sacros, ad quos vel de
Iure, vel ex Decreto tenetur, vel ſimile
quid puta Doctoratus, ſiue Licentiatus, &c.
ita hanc concluſionem videtur interpretari
31 *Rota* in *cauſa* Ciuitatis-Caſtelli Parochialis
22. Iunij 1615. coram Eminentiſsimo Cardi-
nali Veroſpio, vbi dicitur negatiua probatur
ex reuolutione Actorum, dum affirmatiua
iuſtificare non apparet, & ibi allegantur plu-
res reſolutiones, itaut narratiua negatiuæ
concepta neceſſariò infert non ius partis,
quod non ius probari poſsit ex reuolutione

acto-

actorum, ſi de iudicabilibus agatur; ſi de gratioſis ex diligentijs factis in Regiſtro, vt dicemus capite ſequenti, ſiue altero.

Negatiua ſimiliter probanda eſt aliquan-
32 do, etiam quod non ſit fundamentum gratię, puta ſi quid fuerit expreſſum negatiuè, cuius expreſsio de iure requiritur, vt ſi quis expreſſerit valorem per non exceſſum, hanc narratiuam benè probat per teſtes. *Farin. de teſtib. quæſtione 65. num. 234. Oliuer. ad Gregor. deciſ. 325. num. 27.* & hoc caſu etiam virtualitèr teſtes probant negatiuam, ſi dixerint fructus omnes facto diligenti computatione importare ver-
33 bi gratia ſexdecim, tunc implicitè remanet probandus non exceſſus in xxjv. etiam ſi dicta teſtium ad negatiuam non fuerint coarctata, ita in Concheñ. Decimarum de Belmonte 4. Martij 1624. *dixit Rota* coram R. P. D. Merlino.

Rurſus gratia non eſt iuſtificanda in ijs, quę ſimili modo expreſſa ſunt ab aduerſario. *Rota* in Albeñ. Iuris-Patronatus 22. Iunij 1618. coram Sanctiſſimo Domino Noſtro, & in vni-
34 uerſum, quando agitur cōtra Prouiſum Apoſtolicum, admittuntur leuiores probationes, ac ſi ageretur contra Prouiſum ab Ordina-
35 rio *vt in cauſa* Ratiſboneñ. Canonicatus 11. Ianuarij 1616. coràm R.P.D. Pirouano, & hæc narratiua ipſius impetrantis.

Videamus modo, quid dicendum ſit de narratiua Papæ inſerta in gratijs, & regulariter narratiua Papæ non eſt iuſtificanda. *Clem. v.
36 nec. de probat. Rot. deciſ. 171. nu. 2. par. 1. & dictur in ſupradicta* Ratiſboneñ. vbi Papa reſcribit *Dilecto Filio Henrico Familiari Noſtro*, & Rota reſpondit Familiaritatem illam iuſtificādam non eſſe, attento quod eſt narratiua Papæ, non obſtante *deciſ. 4. Mohedani de probat.* aſſe-
37 rentis Familiaritatem expreſſam iuſtificandā eſſe, quia dictum *Mohedani* procedit ad effectū probandi reſeruationem ex familiaritate. *deciſio* verò Ratiſboneñ. & iura allegata procedunt ad effectum validitatis gratiæ, vt diſtinguit *Rota deciſ. 832. par. 3. diuerſ.*

Notandum tamen eſt, quod narratiua Papæ ad hoc, vt ei adhibeatur fides, debet eſſe vel de facto proprio, vel de facto alieno cum ipſo geſtu. *Gregorius deciſ. 239. num. 6. vbi latè Oliuer. ſub litera B.* & auctoritates ibi allegatæ omnes procedunt in narratiua gratiæ priùs conceſſæ, & vt quando Papa dicit: *Prout per alias noſtras. Dedimus in mandatis*, & ſimilia.

38 Quando verò narratiua Papæ adiecta legitur clauſula *Motu proprio*, tunc probat etiam factum alienum, etiam non cum ipſo geſtum. *Gloſſ. in Clementina prima verbo. feciſſe narramus. de probat. Seraph. deciſ. 1016. num. 5. Rota deciſ. 344. num. 1. par. 1. recent.* quod intellige, quòd habens pro ſe clauſulam *motu proprio* non tenetur ad aliquam iuſtificationem. *Seraph. deciſ. 1484. num. 10.* etiamſi vſus fuerit Papa verbis *ſicut accepimus*, vel *vt aſſeritur*, vt in Carpeñ. Bonorum 15. Iunij 1614. coram Cardinale Sacrato, non tamen operatur probationem Iuris de iure, & contra illam opponi non poſsit, ſed poteſt opponi de defectu intentionis, vt ibi *Intentio verò Papæ eſt nemini præiudicium inferre, ſiue ius quæſitum tollere*, vt in his terminis *fuit deciſum in cauſa* Mediolaneñ. Fructuum 24. Aprilis 1592. coram Cardinale Blanchetto, nec quidem ſi addatur clauſula ex certa ſcientia, quia illa non operatur circa ea, quæ Papa præſumitur neſcire. *Bald. in l. final. num. 6. quæ ſententiæ reſcindi non poſſunt. Dec. conſ. 142. nu. 2. latè Gabriel. de clauſ. concluſ. 1. nu. 19. & ſeq.* factum autem alienum Papam neſcire præſumitur, & ideo circa hoc, clauſula *motu proprio* non operatur. *Seraph. deciſione 761. num. 1. & 9.* ſed corruit ex defectu intentionis. *idem Seraph. deciſ. 182. num. 10.* vbi quod *quando gratia corruit ex defectu intentionis, euaneſcunt omnes clauſulæ acceſſoriæ.* Latè in Tulleñ. Monaſterij 19. Ianuarij 1609. coram Sacrato & quando clauſulæ iſtæ *motu proprio, Non ad alterius inſtantiam, Sed ex certa ſcientia, & De poteſtatis plenitudine*, & ſimilia operentur, necne? bonam regulam tradit *Mar. beſan. titulo de commiſſ. auocationis Cauſarum. §. 4. num. 91. videlicèt* quod quando gratia Papæ procedit à ſola, & mera liberalitate concedentis tunc latam recipiunt interpretationem. Secus verò quando agitur de beneficio concedentis.

Poſtremò non inutiliter quæritur, quando in impetratione gratiæ exprimuntur plura capita, quorum ſingulum de per ſe de Iure
39 inducit vacationem, an omnia ſint iuſtificanda, vel vnum tantùm, exempli cauſa aliquis impetrat beneficium Pauli ob non ſuſceptos ordines, & etiam ex eo, quod non eſt præſentatus à veris Patronis, & ex eo, quod non habeat qualitates, in fundatione beneficij requiſitas, an inquam hoc caſu ſit iuſtificanda omnia prædicta, vel vnicum tantùm, cùm ſingulum de per ſe ſit aptum inducere vacationē, & dicendum videtur vnicum tantum iuſtificatū ſufficere *ad tradita* in Siracuſana legitimitatis 19. Octobris 1573. coram Aldobrandino. *hoc eſt Clemente VIII.* vbi quod gratia Principis duo æquè principaliter continens, quorū ſingulum ſit cauſa totalis, ſufficere alterum iuſtificare, vt etiam in puncto *Seraph. deciſ. 330. nu. 3. & deciſ. 1432. num. 9.* tutius tamen fuerit narrare modos vacationis alternatiuè, videlicèt ſiue ex hoc, ſiue ex illo capite vacet, *vt* in Romana Præpoſituræ 6. Iunij 1633. coram Pirouano.

Et hęc de gratia ſatis ſit, cùm ſupra vbi egimus de Supplicatione, & de Data plura ſcripſerimus, quæ hiſce iuncta ſufficiunt ad plenariam gratiæ cognitionem. Verum quia vbi egimus de Alternatiua planè aſſeruimus Cardinales ſub Regulis Cancellarię non comprehendi, cuius contrarium reſponderunt Reuerendi Patres Dñi Lancellotus, & Coccinus tunc Rotæ Auditores Paulo V. in cauſa Canonicatus Sanctæ Marię Trans-Tiberim con-

tra Cardinalem dictæ Eccleſiæ titularem. Lubet votum dictorum Auditorum afferre, illudque more noſtro gloſſare, & interpretari.

SVMMARIVM.

Reſeruatio familiaritatis præponderat Indulto de conferendo, 1. & quare 11.
Cardinales comprehenduntur ſub Regula reſeruatoria Cancellariæ, 2.
Argumentum à contrario ſenſu admittitur in Regulis Cancellariæ, 3.
Vacatio apud Sedem, quænam ſit, 4.
Familiares Cardinalium dicuntur Curiales, etiam Originarij, 5.
Familiaris ad effectum reſeruationis remanet Familiaris etiam poſt obitum Cardinalis 6.
Cardinalis quomodo cõferat per obitum familiaris, 7.
Cardinalis Titularis an concurrat cum reſeruatione, 8.
Ipſe pronomen, quando ſiet demonſtratiuè, 9.
Regula Cancellariæ expirat cum Papa, 10.
Familiaritas eſt ſpecialior Indulto de conferendo, 11.
Exceptio non diſponit de nouo, ſed relinquit rem in ſtatu, quo erat ante diſpoſitionem, 12.
Ordinarij Collatores non conferunt vigore Indulti, quemadmodum nec Cardinales Titulares, qui ſunt Collatores Ordinarij, 13.
Cardinales Titulares in titulis ſuis non indigent aliquo Indulto, 14.
Extrauagan. ad Romani de Præben. inter communes *intellectus*, 15.
Regula tertia Reſeruatoria beneficiorum Familiariũ Cardinalium non comprehendit Cardinales Ordinarios Collatores. 16.
Cardinali Titulari concurrente cum Cardinali Patrono præfertur Titularis. 17.

CAPVT XXXIV.

Votum RR. PP. Lancellotti, & Coccini Rotæ Auditorum in Cauſa Romana Canonicatus S. Mariæ Trans-Tiberim.

Romana Reſeruationis.

„ VAcante Canonicatu in Eccleſia Sanctæ
„ Mariæ Trans-Tiberim per obitum Ab-
„ batis Moroni, qui fuit familiaris bon. mem.
„ Cardinalis Petri Donati Ceſi, quæritur, an
„ eius collatio ſpectet ad Sanctiſſimum Domi-
„ num Noſtrum, vel potiùs ad Illuſtriſſimum
„ Dominum Cardinalem Titularem, & dicen-
„ dum eſt ſpectare ad Sanctiſſimum Dominum
„ Noſtrum. Primò, quia cùm Abbas prædictus
1 fuerit Familiaris dicti Cardinalis de tempore
„ Gregorij XIII. Canonicatus fuit reſeruatus
„ per regulam tertiam eiuſdem Pontificis, quæ
„ reſeruabat beneficia Familiariũ Cardinaliũ,
„ qui tunc viuebant, & qui ſuo tempore fuerint
„ prout & regula moderna Sanctiſſimi Domini
„ Noſtri reſeruat Beneficia Familiarium Car-
„ dinalium viuentium nunc, & qui ſuo tem-
„ pore erunt, & propterea iſte Canonica-
„ tus, qui ſemel reſeruatus ſemper durat affe-
„ ctus, donec de eo per Sedem Apoſtolicam fue-
„ rit prouiſum, vt in terminis ad tollendam
„ Dominorum cõtrouerſiam, de quibus *per Æ-*
„ *neam de Falconibus de reſeruat. Prælud. 3. quæſt. 4.*
„ *effectu* 16. fuit ſancitum *per extrauagantem Pau-*
„ *li II. ad Romani de Præbend. inter communes*, quæ
„ facit ius ordinarium, & commune, & pro
„ decretali haberi debet, cùm inter alias ſit in-
„ ſerta. *Mandoſ. ſuper reg. 17. quæſt. 10. num. 5.* &
„ ſicuti dicta reſeruatio Regulę tertię Gregorij,
„ præiudicaſſet Cardinali Ordinario Collatori,
„ ſi tunc veniſſet caſus vacationis, ita debet prę-
„ iudicare affectio, inde reſultans iuxta notata
„ *per Gabriel. de clauſul. concluſ. 3. num. 16.* immò
„ & multò fortiùs cùm ſit clauſula in corpore
„ Iuris, *vt in dicta extrauaganti ad Romani & ſenſit*
„ *Probus ad Monac. in c. præſenti. num. 41. verſ. octa-*
„ *uam. de Offic. Legati in 6.* quod autem præiudi-
„ caſſet Cardinali Ordinario Collatori ſi tunc
„ veniſſet caſus vacationis ſatis patet, quia &
2 Cardinales ipſi compræhenduntur ſub regulis
„ Cancellariæ, niſi ratio Regulæ illos non com-
„ prehendat, vel alias ſint exceptuati *Felin. in c.*
„ *ad aures num. 11. per tot.* & præſertim ante fi-
„ nem *de reſcript.* vbi refert, quod Ioannes-Fran-
„ ciſcus Pauinus Rotæ Auditor atteſtatur, quod
„ ita tẽpore ſuo ſępè fuit iudicatũ in Rota *Sylua*
„ *de benef. quæſt. 12. num. 31. Caſſad. deciſ. 38. ſuper*
„ *Regul.* vbi teſtatur de communi opinione, pro-
„ vt etiam de communi teſtatur *Sarnen. in Addit.*
„ *ad Regulas Cancellariæ deciſ. 66. in manuſcript. In-*
„ *cipiẽt in quęſtione 12. de Publicand.* & iſta opinio
„ coadiuuatur optima ratione; nam Ręgula 67.
„ Cancellariæ diſponit quod Cardinales non
„ Compræhendantur ſub alis Regulis poſt pri-
„ mam editionem faciendis, vnde videtur dicẽ-
3 dum à contrario ſenſu, quod argumentum in
„ Regulis Cancellariæ admittitur, *vt per Gloſ-*
„ *ſator. antiquum ſuper Regul. 9. in 2. col.* quod Car-
„ dinales videantur compræhenſi ſub primis
„ Regulis ita *Mohedan. deciſ. 23. ante finem. De*
„ *renunc. Put. deciſ. 195. num. 6. verſ. & pro iſta*
„ *parte lib. 1.*
4 Secundò huiuſmodi collatio ſpectat ad Sã-
„ ctiſsimum Dominum Noſtrum, & ex vacatio-
„ ne apud Sedem, de qua *in c. 2. de præbend. in 6.*
„ beneficia enim Romanæ Curiæ, quæ vacant
„ per obitum Curialis dicuntur vacare apud Se-
„ dem. *cap. præſenti §. ſanè vbi gloſ. in verbo. origi-*
„ *nis Monac. num. 1. Archidiac. num. 3. Butr. nu.*
„ *5. Anchar. & Geminian. in principio. & Franch.*
„ *ſub num. 4. verſic. Sed. Adde de præbend. in 6.*
„ *Ægyd. deciſ. 654. aliàs 655. Simonett. de reſer-*
5 *uat. quæſt. 3. ſub num. 3.* Curiales autem inter
„ alios dicunt Familiares S. R. E. Cardinalium.
„ *Mandoſ. ſuper Regul. 5. quæſt. 1. num. 18. verſic.*

Con-

Concludo igitur vbi quod Curiales dicuntur, qui Pontifici, aut Cardinalibus, vel Officialibus Romanæ Curiæ inſeruiunt, aut alias occaſione Curiæ in Vrbe commorantur, & ita *fuit reſolutum* in cauſa Romana Clericatus Sancti Petri 27. Nouembris 1602. coram bon. mem. Cardinale Pamphilio, & priùs *in ſimili cauſa* Romana Beneficiatus Sancti Petri 10. Ianuarij 1593. coram Cardinali Blanchetto, & prędicta procedunt etiam quod Curialis ſit Originarius Vrbis, quia licèt de Iure præualere deberet qualitas originis, & domicilij, tamen ſtante diſpoſitione dicti *c. in præſenti in §. ſanè.* præualet qualitas accidentalis Familiaritatis. *Monach. in dicto §. ſanè num. 1. Archidiacon. in fin. Gemin. num. 2. Ioann. Andreas in verbo moraretur. Butr. num.* 8. & etiam quod de tempore
6 obitus beneficiatus nō eſſet amplius Familiaris, quia Patronus obijſſet, quia nihilominus non deſinit eſſe Curialis. *Franch. in dicto c. præſenti in principio nu. 2. verſ. tertio nota, & in §. ſanè num. 4 verſ. ſecundo adde. Gemin. in dicto §. item eſt in principio.*

Tertiò eadem collatio ſpectat ad eundem Sanctiſſimum Dominum Noſtrum vigore nouæ conſtitutionis eiuſdem Sanctitatis editę ſuper moderatione Indultorum S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conceſſorum, ibi *voluit vlteriùs, quod eadem beneficia per obitum Cardinaliū poſt hac, tàm apud eandem Sedem, quam extra Romanam Curiam vacantia etiamſi ad alicuius alterius Cardinalis collationem, vel aliam diſpoſitionem pertinere deberent, etiamſi tunc eſſent aliæ Apoſtolicæ reſeruationes hactenus editæ, nihilominus in poſterum diſpoſitioni Sanctitatis ſuæ reſeruata cenſeantur, ita vt in prouiſionibus talium beneficiorum, &c.* illius Cardinalis, cuius tunc Fa-
7 miliaris defunctus extitit, ſi ipſe Cardinalis, tunc præſens in eadem Curia fuerit, conſenſus omninò requiri debeat, non autem beneficia huiuſmodi, etiam eidem Cardinale ab ipſa Curia abſente, ſeu pro defuncto, vel alias conferre impedito ad collationem, &c. Cardinalis Ordinarij Collatoris, vllo modo pertineat, neque eiuſdem Cardinalis Ordinarij Collatoris, etiam in dicta Curia, tunc præſētis conſenſus quo quo modo requiratur, & ſubditur, *eaſdemque Conſtitutiones, & Regulas Cancellariæ etiā declaratorias ſuper beneficijs Familiarium prædictorum Cardinalium editas, & edendas tàm quoad Cardinales huiuſmodi habentes, quàm non habentes*, atque adeò Indulta ipſa ad terminos præſentis Conſtitutionis reduxit, & moderatus fuit. Vnde cum caſu iſto Cardinalis Patronus ſit prędefunctus, collatio ſpectare debet ad eundem Sanctiſſimū Dominum Noſtrum vigore claræ reſeruationis, quæ legitur in dicta Conſtitutione.

8 Neque eſt verum, quod in prima parte Cōſtitutionis ab ipſa pręſeruantur tituli Cardinalium, vel ſaltem præſeruantur à prima eius parte, itaut iſta præſeruatio cenſeri debeat repetita, etiam in ſecunda parte, quia in prima parte reuocantur Indulta Cardinalium conferendi beneficia vacantia apud Sedem, & pręſeruantur tantum Indulta, quæ habent ratione ſuorum titulorum, & propterea non tituli ipſi, vnde in caſu iſto non eſt agēdum, An in dicta ſecunda parte, in qua reſeruantur beneficia vacantia per obitum Familiarium Cardinaliū vigore repetitionis cenſeantur exceptuata Indulta ratione titulorum, quia quicquid dicendum ſit de dicta repetitione, Illuſtriſſimus Dominus Cardinalis Titularis non habet Indultum, & reſeruatio habet locum, etiam quod Cardinalis non habeat Indultum, vt ſupra dictum eſt.

Et quod prędicta iura ſint ſatis, patet abundè ex verbis ipſius primę partis Cōſtitutionis, quæ ita habet ſub compendio *motu proprio, &c. omnia, & quæcunque Indulta, &c. conferendi quæcunq; apud Sedē Apoſtolicam vacantia, aut in poſterum vacatura, beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura, &c. ad collationem, prouiſionem Cardinalium ratione Patriarchalium, &c. ac aliarum Eccleſiarum, non tamen earum, quibus in titulum, aut denominationem ſui Cardinalatus præſunt, circa quæ aliquid de nouo diſponere non intendit, necnon Monaſteriorum, &c. Ac etiam quorum collatio, &c. ex cauſa per eos facta ceſſionis Eccleſiarum, &c. quam etiam aliorum quorumcumq; Inferiorum Collatorum coniunctim, vel diuiſim, vel alias quomodolibet pertinentia omnibus, & ſingulis Cardinalibus præfatis per quoſcunque Romanos Pontifices, ac Sanctitatem Suam, &c. conceſſa, &c.* ſcilicèt Indulta ſpecialitèr, & expreſſe reuocauit.

Nam cum dicta conſtitutio reuocet Indulta, quæ habent Cardinales conferendi quæcunque beneficia vacan. apud Sedem, quæ ſpectent ad Collationē Cardinalium ratione Eccleſiarum *Patriarchalium, &c. & aliarum Eccleſiarum, non tamen earum, quibus in titulum, aut denominationem ſui Cardinalatus præſunt*, patet quod ſolùm ſunt pręſeruata Indulta reſpectu & non ſimpliciter tituli a conſtitutione, vel a prima eius parte non a Conſtitutione quia verba ipſa nullo modo patiuntur, quod Papa voluerit præſeruare titulos a conſtitutione, non à prima parte conſtitutionis, quia eorum repugnant verba. Nam cum Papa reuocet Indulta non eſt dicendum, quod pręſeruauerit titulos Cardinalium ſimpliciter, quia non eſt, in quo præſeruauit Indulta, quæ Cardinales habent ratione Indultorum. Verba enim illa *ad collationem, prouiſionem Cardinalium ratione Patriarchalium Eccleſiarum, &cæt. non tamen Indultorum, &c.* ponuntur demonſtratiuè, & in conſequentiam ad Indulta, vt ſcilicèt cognoſcatur, quod reuocantur omnia Indulta conferendi quæcunque beneficia vigore cuiuſuis Eccleſiæ ſpectantia ad collationem Cardinalium, non tamen ratione titulorum.

Et huiuſmodi intellectus maximè probatur

ex verbis illis immediatè ſequentibus, *circa quæ aliquid de nouo diſponere non intendit*. Nam iſta verba non poſſunt referri ad Eccleſias Titulorum, ſed ad Indulta, ex quo Conſtitutio vtitur pronomine *quæ* in accuſatiuo plurali, quod eſt neutrum, & ideò referri debet ad Indulta, quia ſi voluiſſet referri ad Eccleſias Titulorum vſus fuiſſet pronomine fœminino, *quas* ſcilicèt *circa quas Eccleſias aliquid de nouo diſponere non intendit*. prout nec referuntur ad beneficia titulorum, quod probatur ex ipſamet Conſtitutione, quæ in puncto deberet fieri hoc modo. *Reuocauit Indulta conferendi beneficia vacantia apud Sedem ad collationem Cardinalium ſpectantia, non tamen ratione titulorum, circa quæ nihil diſponere intēdit*. Abſurdum enim eſſet dicere, quod referuntur ad beneficia, quæ vacant apud Sedem, quia nulla egebant diſpoſitione, cum ceſſante Indulto, ceſſent reſeruata *vigore c. 2. de præbend. in 6*. & propterea diſpoſitio magis conuenit Indultis, vt ſcilicèt circa illa, quæ fuerunt conceſſa ratione Titulorum nihil Papa diſponere intendat, & in omnem euentū quatenus clauſula illa, *circa quæ aliquid de nouo diſponere non intendit* referretur ad beneficia, adhuc nō intraret repetitio, quia Sanctiſſimus Dominus Noſter in prima parte præſeruaret dicta beneficia, quando Cardinales habent Indultum. In caſu autem iſto Illuſtriſſimus Cardinalis nullum habet Indultum, & ſecunda pars conſtitutionis procedit, ſiue Cardinalis habeat Indultum, vt ſæpè dictum eſt.

Secundo prædictus intellectus, quod non ſint præſeruati Tituli Cardinalis probatur ex ſecunda parte Conſtitutionis, vbi habetur, *Voluit vlteriùs, quod eadem beneficia per obitum Familiarium, &c. eorumdem Cardinalium poſt hac tàm apud Sedem, quàm extra Romanam Curiam vacantia, etiamſi ad vlterius Cardinalis collationem pertinere deberent*. Nam ſi in prima parte præſeruaſſet Eccleſias Titulorum, & non tantùm præſeruaſſet Indulta ratione Titulorum, ſuperfluum fuiſſet dicere in ſecunda; *etiamſi ad alterius Cardinalis collationem pertinere deberent*, ſed ſatis fuiſſet dixiſſe. *Voluit vlterius, quod eadem beneficia* quia fuiſſet intellectum, quæ ſpectant *ad Collationem Cardinalium ratione Eccleſiarum Patriarchalium, &c.* & titulorum præſeruatorum, ſed cum in prima parte moderatus fuerit Indulta, & præſeruauerit tantùm Indulta, ratione Titulorum, & non Eccleſias ipſas, fuit opus dicere poſt verba, *quod eadem beneficia, etiamſi ad vlterius collationem pertinere debent*, quia per verba illa *eadem beneficia* cenſebatur ſolum repetita illa qualitas *cum cura, & ſine cura, &c.* de qua ſupra fuerat ficta mentio, cum circa Eccleſias ipſas Titulorum ſimpliciter nihil fuerit dictum, ſed ſolum circa Indulta conferendi beneficia diuerſarum Eccleſiarum vacantia apud Sedem.

Neque etiam eſt verum, quod Conſtitutio Sanctiſſimi Domini Noſtri intelligenda ſit, quoad Familiares Cardinalium tantùm, qui de tempore dictæ Conſtitutionis viuunt, ex eo quia reuocet Indulta Cardinalibus conceſſa, & ſubdat *Voluerit vlterius, quòd eadem beneficia vacantia per obitum Familiarium Cardinaliū, &c.* itaut ſtante illo pronomine *eorumdem*, verbum illud *Cardinalium* debeat referri ad Cardinales ipſos, quorum Indulta reuocantur. Iſtud enim pronomen eſt perſonaliſſimum. *Bald. conſ. 304. in fine lib. 5.* quem ſequitur *Iaſon in l. filius familias §. Diui in 2. lectura num 151 & ſequen. de legat. primo*. Nam reſpondetur, quod iſtud pronomen, non ſtat ſemper reſtrictiuè, ſed etiam demonſtratiuè ſecundum ſubiectam materiam. *Roland. conſ 55. num. 54. & ſeqq. lib. 3. Franc. Bec. conſ. 88. num. 38. & 39.* Subiecta autem materia hic ſuadet, quod ſtet demonſtratiuè ad Cardinales, non autem reſtrictiuè ad Cardinales, quorum Indulta reuocantur, nam in conſtitutione reſeruantur beneficia vacantia per obitum Familiarium Cardinalium, etiamſi tunc ceſſent, ſcilicèt de tempore obitus Familiarium aliæ Apoſtolicæ Reſeruationes hactenus editæ. Quæ Apoſtolicæ reſeruationes non poſſunt ceſſare, niſi per obitum Familiarium Cardinalium, quorum Patroni defuncti fuerint ante Aſſumptionem Sanctiſſimi Domini Noſtri. Itaut ſolum remaneat affectio, de qua *in extrauag. ad Romani de præben. inter communes*, cum regula 3. præſeruet beneficia exiſtentium, nunc, & qui erunt ſuo tempore Cardinalium Familiares, & ſic non comprehendit Familiares Cardinalium, quorum Patroni ante aſſumptionem eiuſdem Sanctiſſimi Domini Noſtri mortui fuerant, & per conſequens neceſſe eſt dicere, quod verba illa *eorumdem Cardinalium* ſtent demonſtratiuè, quia Apoſtolicæ Reſeruationes non poſſunt ceſſare, niſi Papa, & Cardinalis Patronus obierit.

Neque dicatur, quod dicta verba *etiamſi tunc ceſſent aliæ Apoſtolicæ reſeruationes hactenus editæ* poſſunt verificari, ſi Sanctiſſimus Dominus Noſter tolleret regulam tertiam, vel ſi concederet Indulta, quia iſte intellectus non eſt admittendus, cùm ex eo reſultaret abſurdum, quod vellet reſeruare beneficia vacantia per obitum Familiarium Cardinalium, & quod poſtea vellet tolere regulam tertiam, quæ reſeruat eadem beneficia, & quod vellet concedere Indulta, & quod nihilominùs vellet, quod iſta reſeruatio vigore huius nouæ Conſtitutionis haberet effectum, non obſtante Indulto, & propterea cum ex iſto intellectu reſultaret abſurdum non eſt ſumendus, ſed tenendus primus intellectus, cùm non ſolùm interpretatio, quæ facit ceſſare abſurdum admitti debet. *Abb. conſ. 78. col. 2. circa med. verſ. præterea, & 2. lib. 2.* vltra quod per conceſſionem Indulti non ceſſet reſeruatio, ſed ſolùm aperitur facultas conferendi reſeruata, ac ſi talia non eſſent, quamuis ſint, (*aſſado-*

ru

ras deciſione 8. numero 10. de Præbend.

Ex prędictis igitur cum ſit fundata intentio S.D.N. videndum eſt, an Illuſtriſs. Dominus Cardinalis fundet aliter intentionem ſuam, vt ceſſent prędicta. Ad illam igitur fundandā allegat primo diſpoſitionē Iuris cōmunis, ſecūdum quam Cardinales in ſuis Titulis habēt ordinariam poteſtatem. *vt in c. his quæ de maiorit. & obed. vbi notant DD & Mand. ſuper Regula 7. q. 2. n. 1.* Secūdò allegat regulam Sixti IV. quę incipit *Item cum Cardinales*. quæ habetur vna cum alijs impreſſa poſt deciſiones Rotales ſecundum impreſſionem antiquam, de qua etiā meminit. *Fel. in dict. c. his quæ nu. 1. ante finem Æneas de Falc. de Reſer. In ſecunda quæſt. principali nu. 10. Sarn. in regula de Triennali quæſt. 31. num. 16. Manfred. de Card. deciſ. 220.* in qua regula datur Cardinalibus facultas conferendi beneficia reſeruata, & quoad beneficia vacātia apud Sedem diſponitur, quod Cardinales debeant præſtare conſenſum. Tertiò allegat regulam Clementis VII. quæ habetur in Bullario *ſub nu. 38.* & in regulis eiuſdem Papæ vbi intitulatur *Regula Cancellariæ Apoſtolicæ declaratoria ſuper collatione beneficiorum vacantium per obitum Familiarium Cardinalium.* Quarto allegatur regula 31. in qua ad tollendas lites, quæ ex regula 31. exoriri poſſent diſponitur, quod Cardinalis ordinarius Collator præferatur in Collatione Cardinali Patrono debet præſtare conſenſum. Quintò allegatur conſuetudo, quam prætenditur eſſe probatam ex duabus atteſtationibus Canonicorum Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Trans-Tiberim, & Canonicorum S. Marci, quam etiam prætenditur eſſe corroboratam *ex dicto Æneæ de Falc. effect. 17. verſ. ſextum eſt*, vbi quod ſi vacat beneficium Familiaris vnius Cardinalis, quod ſit ad Collationem alterius Cardinalis isto caſu vltimus Cardinalis nempe ordinarius habet illud cōferre nō obſtante Familiaritate, & dicit quod ita ſeruatur. Sexto pretenditur coadiuuari intentionē Illuſtriſs. Dñi Cardinalis Titularis ex reg. 7. Cancellarię in qua reſeruātur beneficia Titulorū S.R.E. Card. quę vacēt Cardinalibus à Curia abſentibus; vnde cum in Regulis excipiatur tantū iſte caſus, quoad alios nihil videtur diſpoſitū circa beneficia ſpectātia ad Collationem Cardinalium rōne ſuorū titulorum.

Sed prædicta non ſuffragantur d. Illuſtriſs. Cardinali Titulari. Nam primò quatenus attinet ad diſpoſitionem Iuris cōmunis de qua *in d. c. his quæ de maior. & obed.* cum poſt ipſam ſuperuenit obſeruatio, & hinc affectio, dicta ordinaria facultas ex Iure cōmuni quoad beneficia vacantia per obitū Familiariū Cardinalis & non poteſt ſuffragari, cum per reſeruationē & affectionem Papa auocauerit ad ſe collationem dd. beneficiorum reſeruatorum, *vt per Æneam de Falcon. b. de reſeru. quæſt. 1. principali nu. 1. Mandoſ. ſuper reg. 1. quæſt. 5. n. 2.*

Nec minus poteſt ſecunda ſuffragari regula Sixti IV. quia cum ſit regula Cancellariæ non eſt perpetua; in proemio .n. regularum dicitur *ex tunc ſuo tempore duraturas*, & ſic poſt obitū illius, & poſt tempus eius fuit extincta, ac expirauit, & mortua fuit cū Cōditores ſuos. *Milis in repertorio in verbo Reſeruatio verſ. fin. Caputaq. deciſ. 58. n. 3. & deciſ. 214. nu. 4. p. 2.* quod autem prædicta ſit regula ſatis patet, tū quia pro tali eam agnoſcunt *Æneas de Falc. Sarn. et alij locis præcitatis*, Tum etiā quia eſt poſita inter alias Reg. Cancellarię. *Roman. conſ. 206 n. 3. verſ. 2, quia vbi apoſtil. in ver. reperitur* dat cōcordātes.

Neq; releuat, quod *Æneas de Falc. in d. 2. q. principali nu. 10.* dicat quod alij Pontifices non fecerunt d. regulā, quia vt audiuit, fuit expedita Bulla, & quod iſta eſt fortè cauſa, quod alij Pōtifices nō poſuerunt dictam Reg. inter alias regulas Cancellariæ. Nam reſpondetur, quod dictum *Æneæ* nihil probat; tum quia Doctori atteſtanti de iure extrauaganti faciat fidē per Bullam Apoſtol. vel alio modo *Gemin. conſ. 78. n. 3. verſ. & ſi dicatur* Tum etiam quia hoc refert de auditu, quod eſt conſiderādu, quia, etiāſi atteſtetur vidiſſe Bullā ei, non crederetur, niſi de ea doceret *Gemin. conſ. 85. nu. 18. verſ. quoad quotidianas. & n. 25 verſ. de habentibus beneficia.*

Nec tertiò poteſt ſuffragari eidem Illuſtriſs. Titulari regula Clemētis VII. quia per illā nō cōceditur. aliquod priuilegiū Collegio Cardinalium, ſed iſta regula reformat Indulta Cardinaliū, qui tunc viuebant, quod manifeſtiſsimè patet, quia poſtquam Papa narrauit, quod reuocauerat Indulta, per quæ indulgebatur Cardinalibus, vt poſſent cōferre beneficia ſpectantia ad aliorū collationem, ſubdit. *Et cui innotuit, quod propter diuerſitatem facultatum, & Indultorum eiſdem Cardinalibus ſuper conferendis beneficijs Eccleſiaſticis, etc. ad aliorum collationē, etc. pertinentibus, etiam diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruatis perinde ac ſi gratiæ expectatiuæ et regulæ non emanaſſent, &c. volens ſuper hoc, vt docet prouidere, ac huiuſmodi facultates, et Indulta ad rectitudinis ſemitam Iuſtitia ſuadēte reducere, et in melius reformare, ſtatuit, et ordinauit, vt Cardinales ipſi quoad vixerint, etiam quod ſint abſentes à Curia, beneficia ad eorum collationem, &c. ſpectantia etiam quod vacent per obitum Familiarium Cardinaliū prouidere, et conferre, & aliàs diſponere licite valeant.* Et infra, dicit, *ſi verò in dicta Curia per obitum, vel promotionem, aut quamuis aliam dimiſſionem, etc. tunc ipſorum Cardinalium per ſe ipſos ſi in eadem Curia præſentes fuerint, ſi vero abſentes per Procuratorē expreſſus accedat cōſenſus.*

Vnde ex ipſa narratiua Indulti conſtat Papā voluiſſe reformare Indulta conceſſa Cardinalibus. Ibi *& cui Innotuit, quod propter diuerſitatē facultatum*, & ibi *volens ſuper hoc vt decet prouidere*, ac huiuſmodi facultas, & Indulta ad rectitudinis ſemitā reducere, & in meliùs reformare, quæ narratiua eſt maximè attendenda, quia ex ea colligitur cauſa finalis diſpoſitionis *Bald. conſ. 355. n. 1 lib. 1. Aym. conſ. 592. n. 81.* & propterea *dum ſubditur ſtatuit, & ordinauit, vt Cardinales ipſi quoad vixerint* non concedit priuile-

uilegium Collegio Cardinalium, ſed reformat Indulta Cardinalibus iam conceſſa, cum prius dixerit ſe velle Indulta ad rectitudinis ſemitã reducere, & in melius, quod etiã oſtenditur ex verbis illis, *vt Cardinales ipſi* Nam cũ ſubiecta materia aliud non ſuadeat illud pronomẽ *ipſi*, denotat, Cardinales, qui habebant Indulta de tẽpore prędictæ regulæ, vt benè in puncto cõſiderat *Bald. cons. 491. n. 2. & 3. verſ. in contrariũ lib. 1.* vnde d. Reg. nõ debet extẽdi vltra Card. habentes Indulta de tẽpore datę illius regulę.

Et prædicta corroborantur ex duplici fundamento. Primò, quia iſta eſt regula Cancellariæ, quod probatur, quia ita inſcribitur in Regulis Clem. VII. *vt ſupra dictum eſt* Rubrica .n. dat intellectũ diſpoſitioni. *Bald. in l. fin. n. 3. ff. de hered. Inſtit. Alex. in l. 1. nu. 3. Rip. n 6. ff. ſi cert. pet.* & quia reponitur inter alias reg. eiuſdem Papæ. *Roman. cons. 260. nu. 3.* & propterea fuit tẽporalis ſcilicet durante vita Clementis VII. nam licèt emanauerit poſt primã editionem regularũ, tamẽ ſubiacet proteſtationi, de qua in proemio ſcilicet *ex tunc ſuo tempore duratura*, quæ cẽſetur etiã repetita in iſta regula poſtea edita, quia talia ſunt ſubiecta, qualia prędicta pręmittuntur, vt in iſtis terminis cõſiderat *Feder. de ſen. conſ. 109. ante n. 2. verſ. ad hoc reſpõdeo*, & propterea cũ prędicta fuerit regula tẽporalis per obitũ Papę eſpirauit, vnde Cardinalib. ſuperuentẽtibus nõ potuit ſuffragari.

Neque refert quod in dicta regula adſunt verba denotantia perpetuitatem ibi *dum derogat Commendis expectatiuis, &c. tam præſentem ſuam ſeu Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem.* & ibi dum præſeruat reſignationes faciendas in manibus eiuſdem Papæ, & ſucceſſorum ſuorum, quia reſpondetur, quod cum regula reduceret Indulta Cardinalium, & in melius reformaret, & in reformatione id quod conceditur Cardinalibus, concedatur quoad vixerint, ibi, *ſtatuit, & ordinauit, quod Cardinales ipſi quoad vixerint, &c.* meritò ad hunc effectum fuit habita mentio ſucceſſorũ, vt ſcilicet ſeruaretur id, quod per prædictã regulam cum certa modificatione concedebatur Cardinalibus quoad vixerint, quod poterat de facili contingere, etiamſi in vita aliorum Pontificum, quod tamen non repugnat temporalitati regulę, cum ſtent ſimul, quod priuilegium conceſſum certis perſonis duret poſt obitum concedentis reſpectu perſonarum ſuperuenientium, vt colligitur ex notatis per *Baldum in dicto conſ. 355. in princ. lib. 1.*

Secundo corroborantur prædicta ex alio fundamẽto, quia adeſt ſimilis regula Pauli IV. inſcripta *regula Cancellariæ continens moderationem, & ampliationem Indultorum Reuerendiſs. DD. S. R. E. Cardinalium* ſub Datum die 15. Iunij 1555. Anno primo, & eſt concepta eiſdẽ verbis, prout concipitur regula Clem. VII. in qua ſunt ponderanda nedũ inſcriptio, ſed etiã verba ſequentia *volens ſuper hoc, vt decet prouidere ad huiuſmodi Indulta ad rectitudinis ſemitam Iuſtitia ſuadente reducere, & in melius reformare veſtigijs fel. recor. Clemen. 7. & Iulij III. Romanorum Pontificũ Prædeceſſorum inhærendo*, ex quibus verbis apparet, quod regula Clem. 7. habebatur pro regula Cancellariæ moderatiua Indultorum Cardinalium, qui de tempore datæ regulæ prædictæ viuebant; Regula .n. Pauli IV. inſcribitur Regula Cãcellariæ, & in eius diſpoſitiua dicitur *inhærendo veſtigijs Clem. VII.* ſi inhæret veſtigijs Clem. VII. & inſcribit Conſtitutionẽ, ſuam regulam, vtiq; habuit etiã pro regula illam Clem. VII. & pro regula moderatoria Indultorum Cardinalium tantũ qui de tempore Datę habebant Indulta maximè quia, & ipſe Paulus IV. ſub eadem forma, & eiſdem verbis moderatus fuit Indulta, vnde ſi Regula Clementis VII. fuiſſet perpetua, & contineret aliud, quàm reductionem Indultorũ Cardinaliũ, qui tunc illa habebant, ea reducẽdo ad certam formam, non fuiſſet opus noua moderatione, & reductione Pauli IV. quod eſt maximè attendendum, quia colligitur ex prędictis, quod in Dataria, & Cancellaria illa fuit habita pro regula temporali, & pro moderatione Indultorum Cardinalium, vt dictum eſt.

Et ceſſat omnis difficultas, quia etiã quatenus prædictæ regulæ Clementis VII. & Pauli IV. eſſent Conſtitutiones perpetuæ, adhuc eis cẽſetur derogatũ per modernã Conſtitutionẽ S.D.N. in qua reſeruantur beneficia vacantiũ obitum Familiariũ Cardin. cum Decreto irritanti, & clauſula ſublata, cum clauſula *non obſtantibus regulis, et Conſtitutionib. &c.* per quam videtur derogatũ alijs Cõſtitutionibus. *Bart. in Extrau. ad Reprimendũ ſuper verbo nõ obſtãtibus Anchar. conſ. 268. n. 4. verſ. Reſpondeo*, & nõ videtur etiã inconueniens dicere prædictas Regulas, quatenus ſint perpetuę fuiſſe per prius reuocatas per regulã Pij IV. *quę eſt ſub n. 7. in 2. editione regularum*, per quã cũ clauſulis ampliſſimis reuocantur Indulta, conceſſiones, facultates, & alia priuilegia conceſſa Cardinalibus quoad collationem beneficiorũ reſeruatorũ, prout nec etiã dicere eſt incõueniẽs, quod ſint reuocata per Regulam 3. Cancellariæ, quam poſtea Romani Pontifices cõdiderunt, quę cũ ſit contraria dictis Regulis, vel Conſtitutionibus Clem. & Pauli per eam cẽſentur reuocatę ex quo non habent decretum Irritans ad ſequentes Conſtitutiones, ſed ſolum ad præteritas impedientes, earum effectum. Ita *Bart. in d. Extrauag. ad Reprimendum in alleg. verſ. non obſtan. n. 5. & fuit reſolutum* in cauſa Leodien. hæreditatis 28. Martij 1569. coram Ioanne Cardinali Aldobrandino tunc Rotæ Auditore.

Nec quarto loco ſuffragatur Illuſtriſs. Dño Titulari Reg. 32. quia nõ verſamur amplius in caſu regularum cũ Pronus obierit ante aſſumptionẽ S.D.N. ſed huiuſmodi Canonicatus remanet affectus vigore *d. Extrau. ad Romani De preb. Inter communes*, vt dictũ eſt, ideo Illuſtriſs. Titularis non poteſt iuuari ex reg. 32. Nam cũ illa ſtet declaratiuè, & limitatiuè ad regulã 3 t. vt patet ex verbis illis *ad tollendas lites, & contentiones, quæ ex præcedenti ſua Conſtitutione exoriri*

riri

riri poſſeat, voluit ſtatuit, etc. & dixerunt *Sarnen. ſuper hac regula qu. 19. verſ. poteſt tamen iſte caſus Rebuff. ibid. in princ.* cùm d. Regula 31. non habeat amplius locū, ex quo Patronus eſt defunctus, nec minus debet habere locum d. Reg. 32 cùm ſtet declaratiuè ad Regulā 31. & propterea habeat omnes qualitates legis interpretatæ. *l. nihil, & ibi Bart. ff. de coniung. cum emancip. liber. Pariſ. conſ. 69. n. 34. lib. 3. Dec. conſ. 19. n. 3. col. 3. poſt princ. verſ. cum enim ſtatutū Cephal. conſ. 177. nu. 14. vol. 2.* & expreſſe quod Regula 32. non habeat locum, niſi quando concurrit Cardinalis Patronus *dixit Rot.* in Aſſiſien. beneficiorū 18. Iunij 1607. corā R. P. D. Sacrato.

Neque eſt verum, quod beneficia Familiarium Cardinalium, ſi ſpectant ad collationem alterius Cardinalis, non comprehendūtur ſub Reg. 3. & hoc procedit tam ante regulam 32. quam poſt, *vt per Sarnen. ſuper hac regula qu. 19. ante finem, vt fuit dictum in quodam Voto,* ex quo infertur, quod Reg. 32. ita ſtet declaratiuè ad Regulam 3. vt non comprehendat beneficia Familiariū, quæ ſpectant ad Collationem alterius Cardinalis. Nam huic motiuo poteſt reſponderi, quod ſententia *Sarnen.* bene intellecta non obſtat; fundatur .n. in dicto *Æneæ de Falc. de reſeruat. in 17. effectu verſ. ſextum eſt,* qui dicit, quod Cardinalis Ordinarius Collator præfertur Patrono, ea ratione, quia facultas ordinaria præfertur extraordinariæ reſeruationi, ratione Familiaritatis, & quod ita vidit ſeruari, ſed ex huiuſmodi dicto non poteſt inferri quod Cardinalis ordinarius Collator nō comprehendatur ſub Reg. 3. quia omiſſa Regula generali, quod Cardinales comprehēdātur ſub Regulis Cancellariæ, *vt ſupra dictum eſt,* aut inſpicitur tempus ante Reg. 32. quę emanauit de tempore Alexandri VI. & tūc aderat Regula Sixti IV. allegata ſecundo loco pro parte Illuſtriſ. Titularis, quæ immediatè ſequebatur poſt regulam 31. in qua diſponebatur per hæc verba *S. D. N. concedit Cardinalibus plenam, & liberam diſpoſitionem omnium beneficiorum ad Collationem, &c. diſpoſitionem ſuā, &c. ſpectantia, ac voluit quod expectatiuæ, &c. Regulæ Cancellariæ Dignitatum, &c. aliorumq; &c. etiam Familiariū Cardinaliū Romanorū Pontificum, &c. ad d. beneficia nullatenus ſe extendant, &c.* ergo ſtante d. Reg. apparet quod Cardinales ordinarij Collatores comprehendantur ſub Reg. 3. quia alias non fuiſſet opus conceſſione, de qua in verbis illis *concedit, &c.* quæ conceſſio præſupponit priuationem *iuxta notata in cap. fin. de verb. ſignific.* huiuſmodi autem priuilegio non proueniebat aliunde, quam ex Regula 3. *Æneas de Falc. d. effectu 17. verſ. et hoc quia nullo* probatur, aut inſpicitur tempus poſt regulā 32. poſt quam ſcripſit *Æneas de Falc.* & pariter conſtat Cardinales comprehendi ſub reg. 3. quod patet ex verbis illis Regul. 32. *ſtatuit, & ordinauit, quod ſi beneficia, quæ per obitum Familiarium, &c. ad Collationem alterius Cardinalis pertinere deberent in d. præcedenti Conſtitutione nō comprehendatur.* ergo diſponit, quod non comprehendantur in Reg. 31. non autem in Reg. tertia, quæ Regula 31. nullam inducit reſeruationem, ſed ſolū quod in impetratione debeant exprimi nomen, & titulus Cardinalis Patroni, & ſi pręſens in Curia fuerit, eius ad id accedebat aſſenſus *Caſſad. deciſ. 9. nu. 6. de Præb.* & quamuis ſubiungantur verba *ad ordinarium Collatorem liberè ſpectare cenſeatur*, tamen hoc eſt verum, quando Ordinarius habet Indultum vt infra dicetur, vel etiam important quandam cōceſſionem, vt Cardinalis ordinarius poſſit conferre dicta beneficia, quæ conceſſio non tollit reſeruationem, ſed aperit viā cōferēdi reſeruata, ac ſi talia nō eſſent, quāuis verè ſint, vt de Indulto dicit *Caſſad. deciſ. 8. n. 10. de præb.* quod maximè corroboratur quia Regula 32. non procedit ſimpliciter, ſed in concurſu cum Patrono, vt dictum eſt, & quia omnis interpretatio, eſt ſumenda, ne in Regulis reſultet contradictio. *Bart. in l. omnes Populi qu. 6. ff. de Iuſt. & Iure, & in d. extrauaganti. Ad reprimendum n. 5.* quæ licet loquaur in ſtatutis tamen eadem eſt ratio in Regulis Cancellariæ *Caſſad. deciſ. 23. n. 6. & deciſ. 26. nu. 5. de Pręb.* & propterea cùm Cardinales ordinarij ſint exceptuati à Regula 31. *Acebill. deciſ. Vnica num. 4. & 5. de Impetran. benefic. vacant. per obitum Famil. Cardinal.* & ita intelligendus eſt, *Sarnen. in dicta quæſt. 19.* dum dicit, quod Cardinales ordinarij non comprehenduntur ſub Regula tertia, in iſtis terminis loquitur etiam *Æneas de Falcon.* ſcripſit enim poſt emanatam Regulam 32. vt ſcilicet vigore diſpoſitorum in illa Ordinarius pręferatur Patrono, quod manifeſtiſſimè probatur, quia tunc Regula 32. erat 30. Inſcribebatur enim vna cum Regula, quę eſt hodie 31. vt habetur in Regulis Iulij II. quæ tunc erat 30. in quibus terminis Regula 30. loquitur, & refert vtilia, & ex hac reſeruatione reſultantia, inter quæ ſextum eſt, quod ordinarius Cardinalis collator pręferatur Patrono, & quod ita vidit ſemper ſeruari. Vnde non eſt affirmandum *Æneam de Falconibus, & Sarnenſem*, dicere quod Cardinales ordinarij non comprehendantur ſub Regula tertia, quia hoc ſimpliciter non dicunt, ſed ſecundum quid, vt ſupra fuit oſtenſum.

Præterea dicta Regula 32. non ſuffragatur Illuſtriſ. Titulari, quia præſupponunt Cardinales habere Indultum, & ideò ceſſante præſuppoſito Regula nihil operatur *Dec. conſil. 90. num. 1. in fine, & num. 2. Decian. conſ. 19. num. 8. lib. 2.* quod oſtenditur tam ex cauſa, ex qua emanauit, quam expreſſis verbis. Cauſa enim Conſtitutionis eſt ad tollendas lites, quæ ex præcedenti ſua Conſtitutione exoriri poſſent. Ita enim cauſa exprimitur in proemio, & propterea denotat mentem diſponentis, vt in terminis Regularum dicit *Sarnen. de Veriſimili notitia in proemio num. 2. & quæſtione 3. num. 6.* huiuſmodi autem lites, non potuiſſent exoriri, niſi Cardi-

,, nalis Ordinarius haberet Indultum, quia ſatis
,, ſunt claræ clauſulę 3. & 31. Verba autem Re-
,, gulæ 32. nihil diſponunt, ſed tantum præſup-
,, ponunt, quod patet ex verbis illis: *Ceſſantibus*
,, *Apoſtolicis reſeruationibus ad alterius Cardinalis*
,, *Collationem, vel aliam diſpoſitionem pertinere de-*
,, *berent in dicta præcedenti conſtitutione, nullatenus*
,, *comprehendantur*, ergo præſupponit caſum, in
,, quo ceſſantibus Apoſtolicis Reſeruationibus,
,, de quibus in d. Regula 31. ex quibus excludun-
,, tur etiam Patroni à præſtando conſenſu, col-
,, latio ſpectare deberet ad Cardin. ordinarium
,, Collatorem, quia verba illa *ſpectare deberent*
,, præſupponunt, & diſponunt, cùm ſint quodã-
,, modo enunciatiua circa pertinentiam Colla-
,, tionis. *Roman. conſ.* 191. n. 5. vnde ſtante regula
,, 3. dicẽdũ eſt, quod collatio ad ordinariũ Car-
,, dinalẽ ſpectare minime poſſit, niſi quando ha-
,, bet Indultũ, cum reſeruatio ſit auocatio colla-
,, tionis, vt dictũ eſt, quod confirmatur ex verbis
,, illis Regulę: *ad collationẽ Card. ordinarij collato-*
,, *ris, vt præfertur*, quę non poſſunt habere aliũ
,, ſenſũ, niſi repetendo verba prçcedẽtia, dicẽdo
,, quę vacãt per obitum Familiariũ Cardin. ſi ad
,, alterius Cardin. collationẽ ceſſantibus Aplicis
,, Reſeruationibus, de quibus in Reg. 3. ſpectare
,, deberẽt, liberè ſpectare cẽſeantur, & ſic qua-
,, tenus ceſsãtibus Apoſtolicis Reſeruõnibus, per
,, quas excludũtur etiã Prõni, ſpectare deberẽt,
,, quod eſſe nõ poteſt, niſi Cardinalis ordinarius
,, habeat Indultũ, quia aliàs ei obſtaret Reg. 3.
,, Et hũc ſenſũ habuit *Rebuff.* ſuper hac Reg.
,, dũ dixit, quod Card. priuilegiatus, nẽpè Patro-
,, nus nõ debet vti priuilegio cõtra alium Card.
,, priuilegiatũ, nempè ordinariũ, ergo pręſuppo-
,, nit Cardinalem ordinarium habere Indultum,
,, quia alias non eſſet priuilegiatus, vt videtur
,, ſentire *Sarn. dicta qu.* 19. n. 2. dicit quod Regula
,, inſeruit, & famulatur Indulto.
,, Et denique ceſſat omnis difficultas, quia vi-
,, gore huius nouæ reſeruationis S.D.N. tollitur
,, Regula 32. ibi eaſdemq; Conſtitutiones, & Re-
,, gulas Cancellariæ etiam declaratorias ſuper
,, beneficijs Familiarium prędictorum Cardina-
,, lium editas, & edendas, tam quoad Cardina-
,, les Indulta huiuſmodi habentes, quam non
,, habentes, atq; adeò Indulta ipſa ad terminos
,, præſentis Conſtitutionis reduxit, & modera-
,, tus fuit, & propterea cùm reuocatio adeò cla-
,, ra ſit, non remanet ambigendi locus.
,, Quintò nec obſeruantia allegata ſuffraga-
,, tur Illuſtriſs. Titulari, nec ea corroboratur ex
,, dicto *Æneæ de Falcon.* quia loquitur in termi-
,, nis Regul. 31. & 32. Inquit enim quod in con-
,, curſu vidit Cardinalem Ordinarium præferri
,, Cardinali patrono, & hoc patet clarè ex ipſius
,, lectura; nõ ſuffragaretur enim dicta obſeruan-
,, tia ex multis; primò quia ad illam probandam
,, datur fides Canonicorum S. Mariæ Trans-Ti-
,, berim, & S. Marci, quæ non probat cum teſti-
,, bus, & nõ teſtimonijs ſit credendũ. *l.* 3. *C. de te-*
,, *ſtib.* Secundò quia cùm in fide dicatur, quòd
,, Card. cõtulerint beneficia vacantia per obitũ
,, Familiarium Cardinaliũ vigore ſuæ ordinariæ
,, facultatis, nihil probatur, cũ nõ reddatur cau-
,, ſa ſcientię quã etiã nõ interrogati tenebantur
,, reddere, cũ hoc pendeat à Iudicio intellectus,
,, maximè cũ Cardinales potuerit habere Indul-
,, ta *addit. ad gloſ. in l.* 3. *C. de teſt. Innoc. in c. cũ cau-*
,, *ſã n.* 3. *verſ. ſed ad quæſtiones de teſtib.* & proprius
,, ad iſtũ caſum, hoc dicunt *Bartol. in l. de quibus n.*
,, 23. *verſ. ſed quid ſi teſtes dicãt. ff. de legib. Dec. cõſ.*
,, 215. n. 3. *verſ. quinto quia.* Tertio quia cũ agatur
,, de prçiudicio reſeruationũ Summorũ Põtificũ
,, requirebatur patiẽtia, & ſciẽtia eorundẽ, quæ
,, non probantur. *Alex. conſ.* 216. *nu.* 10 *volum.* 6.
,, *Gabriel. conſ.* 36. *n.* 52. *verſ. Concurrẽte igitur lib.* 1.
,, *Dec. conſ.* 409. *n.* 13. *Rolland. conſ.* 2. *nu.* 127. *lib.* 1.
,, Quartò; in omnẽ euentum ceſſat omnis diffi-
,, cultas, ſtante noua Conſtitutione S.D.N. quæ
,, reſeruat huiuſmodi beneficia cum derogatio-
,, nibus ampliſſimis, vt ſupra dictum eſt.
,, Vltimo loco nõ eſt verũ, quod intentio Illu-
,, ſtriſs. Titularis corroboretur ex Reg. 7. Cãcel-
,, larię, quia licèt in ea reſeruentur beneficia Ti-
,, tulorũ Cardinaliũ, quando ipſi ſunt abſentes à
,, Curia hoc prouenit ex ſpeciali prouiſione, q̃a
,, Iure non reperitur cautũ, quod Cardinalis ab-
,, ſens nõ poſſit cõferre beneficia ſui Tituli, ſed
,, nõ inde inferri poteſt, quod regulariter omnia
,, beneficia Titulorũ Cardinalium, per obitum
,, cuiuſcũq; vacantia ſpectẽt ad collationẽ Car-
,, dinaliũ, quia cù adſit Reg. 3. quæ reſeruat be-
,, neficia Familiariũ Cardinaliũ, & comprehen-
,, dat Cardinales, vt dictũ ẽ, ſatis eſt prouiſũ quo-
,, ad iſta beneficia p d. Regulã, & quatenus illud
,, motiuũ nõ tolleretur ex prędictis, prout verè
,, tollitur, hodiè ceſſat oĩs difficultas ſtãte ſupra-
,, dicta Cõſtitutione S.D.N. quę reſeruat benefi-
,, cia vacãtia per obitũ Familiariũ Cardinaliũ e-
,, tiãſi ſpectẽt ad Collationẽ alterius Cardinalis.

Votum hoc multas admittit difficultates ob cõtrouerſas cõcluſiones, quę in illo aſſumũtur ad cõcluſionẽ principalẽ fundandã nõ necias. Cõcluſio .n. pricipalis eſt, q Familiaritas excludit Indultariũ, ſiue ordinariũ collatorẽ, q facili negotio potuiſſet pbari, & paucis verbis, videli
1 cet Familiaritas ẽ ſpecialior idulto vniuerſali.

Pro intelligẽtia repetenda eſt regula Cãcellarię 31. in qua diſponitur, quod beneficia Familiarium Cardinaliũ, videlicet vacãtia per eorũ mortẽ impetrari nõpoſſint, niſi de conſenſu illius Cardinalis, cui decedẽs fuit Familaris, & quia poteſt cõtingere, quod aliquis trãſeat de famulatu vnius Cardinalis ad famulatũ alterius, & deſuper oriebãtur multæ lites in Regula 32. diſponitur, quod tranſiens de famulatu vnius ad alterum ſi deceſſerit, requiratur conſenſus illius Cardinalis ſub quo beneficiũ obtinuit, & nõ poſterioris, niſi caſu, quo poſterior Prõnus eſſet mortuus, & ſubdit eadem Regula, quod in concurſu Familiaritatis, & Ordinanarij Collatoris præferatur collatio ordinarii, ſed cum moderatione, vt ſi apud Sedem Apoſtolicam beneficium vacauerit, requiratur conſenſus Cardinalis Patroni, quæ diſpo-

ſitio eſt valdè intricata,& non recipit claram
interpetrationem, & hinc vt ſupra dictum eſt
multę oriebãtur lites. Ad quas tollendas Pau-
lus V. edidit Conſtitutionem moderatoriam
facultatum Cardinalium ſuper collationibus,
quæ Conſtitutio in Bullario nouo eſt in ordine
58.& refertur illius particula in ſupradicto Vo
to, & per hanc Conſtitutionẽ Pontifex diſpo-
nit, quod Familiaritas præferatur ordinariæ
collationi, & quidem multa ratione, vt vide-
licet Cardinalis, qui amittit famulum benefi-
ciatum, reſtauretur per nominationem ad be-
neficium per obitum famuli ſui vacans.

In propoſito caſu, nempe in concurſu cum
reſeruatione,& Familiaritate reſoluitur in di-
cto Voto collationem per obitum Familiaris
Cardinalis ſpectare ad Papam, quia illud be-
ficium fuit reſeruatum per Regulam tertiam
Cancellarię,vnde quando Papa in Regula 31.
præbet Cardinali Patrono facultatem nomi-
nandi ad beneficium vacans per obitũ ſui Fa-
miliaris non tollit reſeruationem Regulæ ter-
tię,ſed illa perſiſtente præbet facultatem Car-
dinali Patrono nominandi. Vnde Conſtitutio
moderatoria pręferens Familiaritatem colla-
tioni Ordinarij, nullum infert Cardinali ordi-
nario Collatori præiudicium. Nam beneficiũ
illud, vt diximus, per Regulam tertiam fuit re-
ſeruatum, & ſemel reſeruatum ſemper durat
reſeruatum, vt benè aſſumit dictum Votum,&
ſic Conſtitutio huiuſmodi moderatoria, nihil
aliud facit, quam quod Papa ſubintrat in locũ
Cardinalis Patroni mortui, qui ſi viuus eſſet,
non eſſet locus collationi Ordinarij, ergo neq;
ipſo mortuo, & hoc vno motiuo potuiſſet re-
ſolui totũ hoc,quod prolixè proſequitur votũ.

Et hic intrant, quæ adduximus ſupra de Al-
ternatiua, vbi Papa concedit duos ex ſuis mẽ-
ſibus Ordinario apud Eccleſiam ſuã reſidenti,
non tamã, vt tunc vidimus tollit reſeruationẽ,
ſed inſimul cum ipſa reſeruatione impartitur
illam facultatem. Ita in hoc caſu, ſtante reſer-
uatione Papa impartitur facultatem Cardina-
li Patrono nominandi ad beneficium vacans
per obitum ſui Familiaris, quæ facultas neceſ-
ſaria non eſſet, ſi fuiſſet ſublata reſeruatio.

Et hæc optime procedunt quoad beneficia
vacantia extra Curiam: Difficultas autẽ con-
ſiſtit in beneficijs vacãtibus in Curia de quibus
loquitur pręmiſſum Votum,& dicit Familiari-
tatem ex capite reſeruationis præferri colla-
tioni Ordinarij etiam in beneficijs vacantibus
in Curia, quod maximam habet difficultatem
vt patebit ex ſequentibus.

Nam Conſtitutio moderatoria præſeruat
beneficia *earum Eccleſiarum quibus Cardinales
ratione ſui Tituli præſunt, circa quæ aliquid de nouo
diſponere non intendit, etc.* quæ præſeruatio,ſiue
exceptio relinquit diſpoſitionẽ circa huiuſmo-
di beneficia in ijs terminis,in quibus erant an-
12 te Conſtitutionem moderatoriam. *Lotter. de re
benefic. lib. 1. quæſt. 39. nu. 60.*

Vidimus autem ſupra Regulam 32. tribuere
ordinarijs Collatoribus ratione ſui tituli omnẽ
facultatem conferendi etiam in concurſu Fa-
miliaritatis,ergo ratione huiuſmodi Conſtitu-
tionis hæc facultas non reuocatur, nec minui-
tur, quia non fuiſset opus præſeruatione,ſi il-
lam tollere, aut in aliquo lædere voluiſset, &
quemadmodum vigore Regulæ 32. abſtra-
hendo a Conſtitutione moderatoria Cardina-
lis Patronus non poſset nominare ad benefi-
ciũ vacãs in Vrbe, ſitum in aliquo Titulo Car-
dinalis per obitũ ſui Familiaris contra Cardi-
nalẽ Titularem,ita nec Papa in vim Conſtitu-
tionis,quæ nihil aliud facit, quam ponere Pa-
pam in locum Cardinalis Patroni mortui.

Nec irrefragabile hoc argumentum effugit
Votum dũ dicit, quod moderatoria præſeruat
Indulta Titulorũ, nõ autẽ beneficia, ſiue ipſos
titulos, & cũ Cardinales nõ habeant Indulta,
quibus permittitur illis collatio beneficiorum
exiſtentiũ in ſuis Titulis,Cõſtitutionem mode-
ratoriã Cardinales Titulares in nihilo iuuare.

Sed hoc effugium, *vt dixi*, omninò explodi
debet:nã re vera Conſtitutio,quando loquitur
de beneficijs cõpetentibus ratione Tituli,nullã
facit mẽtionẽ Indulti,vt videre liquet ex illius
verbis ſupra relatis, quæ per neceſſe referũtur
ad beneficia,& titulos, nõ autẽ ad Indulta ſu-
per titulis nã huiuſmodi Indulta nõ concedun-
13 tur, quia Cardinales pręſentes in Curia ſunt
ordinarij collatores in Titulis ſuis, *vt latè in
Voto Robuſtery,& Seraphini, de quo ſupra c. 29. n.
63.* Ordinarij autem Collatores non conferũt
vigore Indulti, ſed vigore iuriſdictionis ordi-
14 narię *c. bis quæ. de maior. & obed.* & in terminis
Card. Titularis *notat Gonz. gloſſ. 13. n. 2. & ſeqq.*

Et hęc omnia benè comprobantur per Re-
gulã 7. vbi Papa reſeruat ſibi dignitates,& Ca-
nonicatus triũ Patriarchaliũ Eccleſiarum Vr-
bis, quę reſeruatio nõ fuiſſet neceſſaria, niſi
ſuppoſito, quod Cardinales Archipresbyteri
habeant facultatem de iure illas conferendi
vti ordinarij collatores,vel quaſi.

Neq;ſubſiſtit, quod ſubdit idẽ Votũ, Card.
Titularẽ hoc caſu iuuari non poſſe Regula 32.
eo quia non verſamur in caſu Regularũ, poſt-
quã obijt Card. Patronus,ſed intret *extrauagãs
ad Romani de præbend. inter communes*,per quam
reſeruantur beneficia vacantia apud Sedem.

Nam reſpondetur *Extrauagantem* illam nõ
applicari caſui noſtro non enim loquitur de
reſeruatione,ſed de affectione, nempe de ap-
poſitione manus Papę in aliquo particulari
beneficio,vt videre eſt ex toto illius contextu,
non autem procedit in reſeruatione generali.

Similiter non ſubſiſtit, vt pariter aſſumit
ſupradictum Votum, quod Cardinalis Titula-
ris non poteſt iuuari Regula 32. cum illa ſtet
declaratiuè,& limitatiuè ad Regulam 31. quæ
diſponit,quod illa non procedit nec poteſt ha-
bere locum,quando Patronus eſt mortuus,ſed
Regula 32. ſolũ habet locũ,quando concurrit
Cardinalis Patronus, *vt dixit Rot.* in Aſſieñ. be-
neficiorũ 18. Iunij 1607. corã R.P.D. Sacrato.

Nam reſpondetur verum eſſe, quod Regula 32. eſt correſpectiua ad Regulam 31. ſed nihil inde ſequitur ad fauorem voti, ſiue Reſeruationis; quemadmodum etiam, nec *ex deciſione* Aſſiſien. allegata: nam illa inquit quidem, quod Regula 32. non habet locum, niſi quando concurrit Patronus, quia hoc eſt verum quoad primam partem Regulæ, videlicet quando concurrit cum reſeruatione, non autem quoad ſecundam partem, quando Cardinalis Patronus concurrit cum Titulari, quia hæc ſecunda pars præfert Titularem Patrono, & ita rectè *Sarnen. ſuper hac Regula 32. quæſt.* 19. dicit quod Regula Re-
16 ſeruatoria beneficiorum vacantium per obitum Familiarium Cardinalium, non comprehendit beneficia ſpectantia, ad collationem Cardinalium Ordinariorum.

Demum non ſuffragatur Voto *Rebuffus ſuper hac Regula*, vbi dicit, quod Cardinalis priuilegiatus non vtitur priuilegio contra alium Cardinalem priuilegiatum, videlicet Cardinalis Patronus, contra Ordinarium ſiue Titularem, ex quo infert, quod *Rebuff.* ſupponit Cardinalem Ordinarium habere Indultum, alias enim non eſſet priuilegiatus.

Quia re vera hic non eſt ſenſus *Rebuffi*, ſed potius contrarius, nempè Cardinalem Patronum, tanquam priuilegiatum non vti priuilegio contra alium Cardinalem priuilegiatum, nempè Ordinarium, ſiue Titularem, quod vltra qualitatem Ordinarij, ſiue Titularis requirat aliquod aliud priuilegium ſuper additum, ſed vt denotet, quod eo ipſo ac Cardinalis cenſetur priuilegiata perſona.

Ex quibus clarè apparet Votum ſu-
17 pradictum, non ſubſiſtere, ſed concurrente reſeruatione Regulæ tertiæ cum Ordinario, ſeu Titulari Cardinalem Titularem præferri.

†

SVMMARIVM.

Compoſitiones quæ ſoluuntur pro diſpenſationibus matrimonialibus de ordine Innocentij decimi deponuntur penes ſacrum montem Pietatis diſtribuendas inter pauperes, & loca pia. 1.

Diſpenſationes matrimoniales cur concedantur à Papa. 2.

Matrimonium contrahentes in gradu prohibito peccant in legem, 3.

Maguntina Eccleſia taxatur in libris Cameræ ad floren. decimarum, 4.

Taxa Eccleſiarum quando, & quare augeatur, 5.

Taxa Eccleſiarum inuentæ ſunt à Ioanne XXII. commorante Auenioni, 6.

Taxa Eccleſiarum electiuarum ſoluitur in actu confirmationis, 8.

Officiales Datariæ, ſiue Cancellariæ nihil exigunt vltra debitum, 9.

Taxa Eccleſiarum in vim Concordatorum Germaniæ ſoluitur in duobus annis pro medietate in ſingulo, 10.

Officiales Datariæ, & Cancellariæ cur ſint plures, 11.

Caroli V. Imperatoris circa ſubſcriptiones cautela, 12

Additio ad Cap. XVIII.

CAPVT XXXV.

De Taxa.

SVpra capite 18. promiſi referre materiam Taxarum, tam ex libris Cameræ, quàm ex Dataria, vt Nouatores in hanc Vrbem contumaces refellam potius, quàm Curiales aliquid doceam, vt illi nempè cognoſcant, quam indebitè in eas euehantur, cùm earum onus ſit læuiſſimum, & commodum non intret in Marſupium Papæ, ſed diſtribuatur inter operarios, hoc eſt officiales, qui vt plurimum ſunt Vltramontani, & parum ex ijs commodi reſultat Sacro Collegio. Cogitaueram itaque recenſere taxas omnium Eccleſiarum Cathedralium, & beneficiorum Conſiſtorialium, vt ex ijs malè affecti, & omnia in ſiniſtram partem interpetrantes ſibi ſatisfaciant. Verum & quia liber hic in volumen iuſtum excreuit, & quia materia hæc Taxarum ad Cancellariam potiùs, quam ad Datariam pertinet eo laborem hunc reijcimus; attamen hic recenſere oportuit, quod nuper, nempè ſub die prima Nouembris 1644. per Chirographum ſuum diſpoſuit Sanctiſſimus Dominus N. Innocentius X. de Taxa compoſitionum ſuper diſpenſationibus matrimonialibus, vt videlicet totum emolumentum Compoſitionum, quod prouenit ex diſpenſationibus deponatur penes Sacrum Montem Pietatis, & conuertatur in vſum elemoſynarum in pauperes, & loca Pia, prout ex Chirographo eiuſdem Sanctiſs. quod hic ſubijcimus.

Monſig.

1 M*Onſig. Domenico Cecchini noſtro Datario. Hauendo Noi riſoluto, che li denari, li quali ſi riſcuoteranno per l'auuenire nell'Offitio delle noſtre Componende di Dataria per le ſpedizioni delle diſpenſe matrimoniali non s'habbin da conſignar più al noſtro Theſorier ſecreto, ne confonder con gl'altri emolumenti di detta Dataria, come s'è fatto ſin hora, ma che ſi debbano tutti impiegare in elemoſine, & altre opere Pie, però con il preſente noſtro Chirografo* de noſtro motu proprio, certa ſcientia, *e pienezza della noſtra poteſtà ordiniamo à Voi, & à Pietro Gentile Moderno Rettor della detta Dataria, & anche à gli altri Datarij, e Rettori, che ſaranno* pro tempore *durante il noſtro Pontificato, che tutti gli emolumenti di qualſiuoglia ſorte, li quali per l'auenire ſi riſcuoteranno in detto Offitio per le ſpedizioni delle diſpenſe matrimoniali in qualſiuoglia grado, e trà qualſiuoglia perſona, etiam i reſidui, che auanzaranno delle diſpenſe matrimoniali* in forma pauperum *detratta la rata, che ſi paga per li trenta Caualierati Lauretani fondate ſopra di quelle, e ſopra altre ſpezzature della Dataria debbiate, e debbano reſpettiuamente conſegnarli con effetto al Sacro Monte della Pietà con farne dar credito ne' libri del detto Monte alla detta Dataria, per impiegarle poi in tante elemoſine, & altre opere Pie nel modo, e forma, che Noi di mano in mano ordinaremo, perche queſta è mente, e volontà noſtra eſpreſſa, derogando Noi perciò in quanto biſogni alla Conſtitutione della Fel. Mem. di Pio IV. Noſtro Predeceſſore* de regiſtrandis, &c. *& à gli ſtili, e conſuetudini ſin hora oſſeruate di conſegnar detti emolumenti al detto Theſoriere ſecreto, & à qualſiuoglia altra coſa, che faceſſe in contrario. Dato nel Noſtro Palazzo Apoſtolico del Vaticano queſto dì 8. di Nouembre 1644.*

Innocentio X.

Ex hoc Chirographo liquet in quem vſum conuertantur pecuniæ tractæ ex Compoſitionem diſpenſationum matrimonialium, nec eſt parua liberalitas Sanctiſſimi Domini Noſtri erga pauperes, & Loca pia, quia ſumma iſtarum Compoſitionum de anno 1645 aſcendit ad ſcuta monet. 130000.

Nec obijciatur mihi, quod ſatius eſſet *iuxta conſilium Conc. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. matrimon. c. 5.* dictas compoſitiones non recipere ibi *in contrahendis matrimonijs, vel nulla omninò detur diſpenſatio, vel raro, idque ex cauſa, & gratis concedatur.*

Nam idem *Concil. ſeſſ. 25. c. poſtremo.* reſeruat omnem facultatem Romano Pontifici, ſecus diſponendi, ac Concilium ſtatuit ibi. *quæ in hoc Sacro Concilio ſtatuta declarat ita decreta fuiſſe, ut in his ſalua ſemper auctoritas Sedis Apoſtolicæ, & ſit, & eſſe intelligatur.*

Et Sanctiſsimus non contrariatur huic diſpoſitioni Conciliari, volens, & lubens, ſed rogatus, & moleſtatus, & demum vt diuertat ſcandala, & peccata, quæ niſi concederet
2 diſpenſationes dubio, procul orientur.

Nec damnare poteſt compoſitio, quæ ob diſpenſationes huiuſmodi recipitur maximè cum *Concilium* dicat, quod *gratis* concedantur, nam illud *gratis* interpretatur communiter, vt reſpiciat executorem diſpenſationis, cùm Papa nunquam diſpenſet, ſed mandat diſpenſari, & præcipit huiuſmodi mandatario, ne aliquid muneris ratione diſpenſationis recipiat, & hic etiam videtur fuiſſe mens Concilij, quæ ſuper Papam, eiuſq; auctoritatem proculdubio diſponere noluit, nihilominùs hæc interpretatio non placet, nam licèt executor nomine Papæ diſpenſet, attamen non haberet auctoritatem diſpenſandi, niſi eam a Papa reciperet, vnde exiſtimo Concilio ſermonem fuiſſe de compoſitione, quæ fit in Dataria,

quam

quam tamen, *vt mox vidimus*, ſubijcit arbitrio
Papæ, quod in hac materia æquiſsimum eſt,
ſed & neceſſarium, nam contrahentes in
gradibus prohibitis, vt ſic, peccant in legem.
3 *Cardinal. in c. ſuper eo, & ibi Abb. num. 8. de con-
dit. appoſit. Sylueſ. in ſumma. verbo matrimonium.* il
terzo *q. 9.* Compoſitio autem eſt loco pœnę ob
transgreſsionem legis, quæ, *vt vidimus*, appli-
catur miſerabilibus perſonis iuxta charitatem
Chriſtianam, vt videlicèt ditiores ſubueniant
pauperioribus. Neque enim quis adigitur per
vim ad contrahendum matrimonium, ſed
vnuſquiſque contrahit volens, & libens vnde
non habet de quo queratur, ſed de hoc fu-
ſius dicemus lib. 2.

Melchior Goldaſtus *in Politicis Imperiali-
bus par. 23. Remed. 3. contra grauamina Natio-
nis Germaniæ.* poſtquam retulit grauamina de-
cem oblata de anno 1457. quæ deinde in Con-
cilio Tridentino excreuere ad centum, inter
illa priora decem exponit Imperatori. quod
„ Sedes Mogontina olim ſolùm dedit decem
„ millia floren. quæ cùm quidam illico dare re-
„ cuſaret, ſicq; vſq; ad mortem ſuam perſiſte-
„ ret electus poſt eum confirmationis cupidus,
„ ſe opponere timuit Sedi Apoſtolicæ offerens
„ antiquam ſummam, puta decem millium flo-
„ ren. is nec confirmationem impetrare potuit,
„ niſi & reliqua decem millia ſimul redderet,
„ quæ adhuc extabant à ſuo prædeceſſore non-
„ dū ſoluta, atq; ſic cogebatur dare 20000. flo-
„ ren. quæ tunc indubiè in regiſtrum Cameræ
„ ſignata ſunt. & vſque ad noſtram ætatem à
„ ſingulis Archiepiſcopis exacta, & nedum
„ 20000. ſed & 25000. propter noua officia, &
„ nouos Pontificum Familiares, tandem ex-
„ creuit ſumma vſque ad 27000.

In hac enarratione tot mendacia ſunt,
quot verba. Pro intelligentia ſciendum,
verum eſſe, quod Eccleſia Mogontina
reperiatur taxata in libris Cameræ ad flore-
nos 10000. ſed falſiſſimum eſt, quod taxa illa
excreuerit vſque ad 20000. ſed prout ab initio
taxata fuit, ita hodiè taxata reperitur. Secun-
4 do falſum eſt, quod illa Taxa inquam fuerit
aucta, quia non augetur Taxa, niſi acceſſione,
ſiue vnione alicuius beneficij in libris Cameræ
paritèr taxati, & tunc taxa Eccleſiæ, cui fit
vnio augetur pro ea quantitate, in qua valu-
tatur beneficium, quod vnitur. Taxa verò
Eccleſiæ Mogontiñ. in 10000. longè an-
tiquior eſt, quam ab anno 1457. vt inquit
hic Author: Nàm Taxæ Eccleſiarum,
& beneficiorum Conſiſtorialium ſtatutæ, &
ſtabilitæ fuerunt ſub Ioanne XXII. cum Curia
6 Romana moraretur Auenioni, vt patet ex
antiquis libris Conſiſtorialibus, qui Romam
tranſlati ſunt. Non igitur perperam augetur
Taxa, niſi ex cauſa, *vt modo dixi*, & ita etiam
ex cauſa eadem Taxa reducitur, ſiue mi-
nuitur, quando videlicèt Eccleſiæ aliquid de-
7 cedit, vel nouum onus imponitur, vel de-
nique damnum aliquod ſubierit.

Quod autem author hic dicit ſolutum etiam
fuiſſe pro Prædeceſſore, omninò eſt falſum,
quia Taxa non exigitur, niſi in actu confirma-
tionis, vnde vel Prædeceſſor ille obtinuit con-
firmationem, & tunc ille ſoluit, quia abſque
8 ſolutione confirmatio non relaxatur, quod
non ſolùm viget in beneficijs Germaniæ, ſed
in omnibus alijs electiuis. Si autem ille Prędeceſſor
ceſſor non obtinuit confirmationē, Officiales
nō habent, ſuper quo exigant Taxam, quæ nō
ſoluitur, niſi pro cōfirmatione, vnde ſi vnicam
tantummodo confirmationem dederunt, v-
nam poſſunt exigere Taxam, & non duas, &
hæc ſunt adeò clara, & obuia, vt ridiculum
ſit, aliquid de ijs opponere, & hinc patet no-
uatorum malitia, qui in re clariſſima impone-
re ſtudent Cæſari, & toti Germaniæ.

Hinc etiam patet alia falſiſſima impoſtura,
nēpe Taxam illam ad 10000. auctā eſſe vſq; ad
27000. quia hoc falſum eſſe oſtendimus; ſed
falſiſsimum, vt Author ille inquit, quod toti-
dem ſoluta fuere, quia Officiales non obo-
9 lum quidem exigunt præter debitum.

Immò nec ſoluitur quidem integra Taxa
in vno anno, ſed in vim concordatorum Ger-
maniæ diuiditur Taxa in duobus annis, vt vi-
delicèt primo anno ſoluatur medietas, & re-
liquum anno ſecundo.

10 Scio equidem Officiales Curiæ in ſolutione
ſecundi anni, videlicèt alteræ medietatis Ta-
xæ ſæpè eluſos fuiſſe, & prouiſos ſecundam
Taxam, vnde inuentum fuit, quod cauerent
pro reliqua ſolutione quandiù factum fuerit,
ſed cum hoc impetrantes recuſarent, Officia-
les pariter recuſarunt tradere confirmatio-
nem, vt refert *Georgius Brant Auguſtanus*, &
aliquando Romæ Curialis *ad concordata Ger-
maniæ*, vbi dicit quod ipſe impetrauerat bene-
ficium in Germania, cuius petebat confirma-
tionem, pro cuius ſolutione petebat obſeruari
concordata Germaniæ, & Officiales petebant
integram Taxam, & cùm vterq; in ſua petitio-
ne pertinax eſſet, Officiales amiſerunt Taxā,
& Georgius beneficium, quia tertius in par-
tibus apprehendit Poſſeſsionem.

Similitèr etiam falſum eſt, quod Inquit idem
Author, nempe in vno eodemq; anno bis ex-
peditam fuiſſe cōfirmationem vnius Eccleſię,
quia hoc pariter prorſus falſum eſt, vt ex de-
creto Conſiſtoriali ſub Paulo III. de quo *per
Galles de annata.*

Demum idem Author iniquè criminatur
pluralitatem Familiarium Papæ ob quam di-
cit Taxam augeri, quia hoc omninò falſum
eſt, non enim emolumenta Taxarum tran-
ſeunt ad Familiares Papæ, ſed ad Officiales,
ſiue Datariæ, ſiue Cancellariæ, quorum nu-
merus ad auertendas falſitates, neceſſarius
eſt, & vixdum ſufficit. Mihi aliquando tunc
Literarum Apoſtolicarum Abbreuiator obla-
tę ſunt vltra centum Bullæ nomine meo ſub-
ſignatæ, & petitum à me, vt ſubſignationem
vti meam recognoſcerem, quod præſtiti abſ-

que

que vlla hæſitatione, quamuis ego non ſubſignaſſem, adeò probè imitata erat manus, quæ falſitas in multis ſubſcriptionibus redditur difficilior.

Lubet hic obiter apponere cautelam Imperatoris illius omnium Maximi Caroli inquam V. qui ne hac in re deciperetur ſumebat folium ſubſcribendum inter pollicem, & reliquos digitos, illudque leui vngue notabat, vbi pollex terminabatur, & in illo puncto incipiebat ſcribere ſuum nomen, quæ cautela, nec ab adſtantibus percipi poterat; oblatum itaq; ei fuit ſingraphum magni momenti à ſe ſubſcriptum, cuius petebatur executio, & ſumens folium intra pollicem, & reliquos digitos, & videns ſubſcriptionem vel interiùs, vel exteriùs incipere: *Hæc* inquit *eſt manus mea, ſed Ego non ſcripſi.*

Reliqua, quæ per hunc Auctorem obijciuntur de grauaminibus, quæ Orbi Chriſtiano imponuntur, refutabimus lib. 2. vbi etiam explicabimus memoriale porrectum per Dominum D. Ioannem Chiumacerum Catholicæ Maieſtatis Oratorem.

Reliqua de hac materia, *vide ſup. c. 18. §. 3.*

SVMMARIVM.

Regiſtrum à Regiſtro in quo differant, 1.
Regiſtra in Palatio Apoſtolico ſunt duo, 2.
Regiſtrum Supplicationum habet tria Collegia, 3.
Regiſtri erectio, einſq; Officialium non reperitur, 4.
Scriniarij qui fuerint, 5.
Secretarij ſubrogati in locum Scriniariorum, 6.
Regiſtri Clericorum Officium quodnam ſit, 7.
Regiſtratorum Officium quodnam ſit, 8.
Regiſtri Magiſtrorum Officium quodnam ſit, 9.
Regiſtrator ſecretus quiſnam dicatur, 10.
Sumptum non datur ex Regiſtro ſecretò ſine licentia Datarij, 11.
Regiſtrum Supplicationum Sacri Palatij plenè probat exiſtentiam Supplicationis, 12.
Sumptum Supplicationum ex Regiſtro quomodo fiat, 13.
Regiſtrum actorum quando probet, 14.
Regiſtrum Legatorum probant exiſtentiam, 15.
Regiſtrum quid ſit, 16.
Diligentiæ in Regiſtro probant negatiuam exiſtentiæ, 17.
Diligentiæ ad probandam negatiuam, in quibus Regiſtris fieri debent, 18.
Regiſtrum operatur negatiuam pro allegante, donec contrarium probetur, 19.
Regiſtrum ante direptionem Vrbis non probat negatiuam, 20.
Regiſtri Rubricella probat negatiuam, 21.
Regiſtratio gratiarum beneficialium ſpectat ad Regiſtratores Palatij, 22.
Regiſtrum Bullarum non probat negatiuam gratiæ, 23
Clauſula Sola Signatura ſufficiat *quando apponatur Supplicationi*, 24.
Clauſula Sola Signatura ſufficiat *non tollit Regiſtrum*, 25.
Regiſtrum quomodo dicatur perficere gratiam, 26.
Regiſtrari debet gratia Motu proprio *facta*, 27.
Regiſtra non ſunt innumerabilia, vt Gonzal. *ſed pauca*, 28.
Regulæ Cancellariæ regiſtratæ in Gallia habent vim legis, 29.

CAPVT XXXVI.

De Regiſtro.

NON hic nobis ſermo de Regiſtro actorũ quod vulgo *Regeſtum* dicitur, ſed de Re-
1 giſtro Supplicationum, ſine quo *ſupra oſtendimus*, gratiam non eſſe in forma probanti.
2 Duo igitur in Palatio Apoſtolico adſunt Regiſtra. Vnum Supplicationum, & alterum Bullarum, *vt notat Pariſ. de reſign. lib. 8.*
3 *quæſt. 2. num. 23.* nobis præcipuè erit de Regiſtro Supplicationum, ad cuius exercitium reperiuntur erecta tria Collegia, videlicèt Regiſtratorum, Clericorum Regiſtri, & Magiſtrorum Regiſtri, quorum Collegium fundationem, licet magno ſtudio perquiſiuerim nõ potui inuenire, nec quidem vnus eorum, nec quidem ipſi Officiales aliquid norunt de
4 dictorum Officiorum erectione, ex quo liquet officia hujuſmodi antiquiſſima eſſe.
Scio antiquitùs extitiſſe Officiales, qui Scri-
5 niarij dicerentur, quorum Officium videtur fuiſſe in Scrinijs gratias, & diplomata Apoſtolica conſeruare. Verùm illis fuerunt ſub-
6 rogati Secretarij Apoſtolici, & Scriptores Breuium, adeout exiſtimem hoc nomen Regiſtrum in Gallia originem ſumpſiſſe, dum ibidem Sedes Apoſtolica moraretur. Clerico-
7 rum Regiſtri Officium eſt, Supplicationes datatas, & reuiſas ſumere ex Officio Miſſarum, eaſque diuidere Regiſtratoribus pro viribus portionibus, habita ratione oneris, & lucri.
8 Regiſtratores, poſtquam Supplicationem regiſtrauerunt, hoc eſt illius copiam in quinterno, quod ipſis à Clericis aſſignatur de verbo ad verbum exſcripſerunt, *ſiue vt vulgò dicitur, copiarunt*, ferunt tam quinternum, quam Supplicationem ad Magiſtros Regiſtri, & porrigentes quinternum Magiſtris ipſi de verbo ad verbum legunt Supplicationem originalem Magiſtro inſpectante Regiſtrum, an quæ legit Regiſtrator correſpondeat; ſi probè ſcriptum reperit, in margine quinterni apponit primam literam Diœceſis, videlicèt ſi gratia ſit in Diœceſi Abulen. margini apponi *A.* maiuſculam, & ſubdit per Abbreuiaturam qualitatem gratiæ exempli cauſa *Per obitum, reſignatio certo modo*, & ſic de reliquis.
10 Hiſce tribus collegijs Sixtus V. addidit alium Officialem in Regiſtro, qui dicebatur Regiſtrator Secretus, & erat quidem de corpore, ſiue Collegio Regiſtratorum, ſed nemo præter eum habebat facultatem regiſtrandi gratias per viam ſecretam, vt dicunt, regiſtrandas,

das, videlicet eas gratias, quæ non ſolent de
plano, & omnibus concedi, & proinde Gra-
tiarum in Regiſtro ſecreto deſcriptarum non
11 datur ſumptum ſine ſpeciali licentia Datarij
vbi Regiſtrum Gratiarum communium publi-
cum eſt, & omnibus petentibus debet dari,
vel ſumptum authenticum, vel ſimplex copia,
prout petitur, nec aliqua via petenti poteſt
denegari, quia eſt publicum. *Mandoſius Regula
31. quæſtione 8. num. 11. Pariſ. vbi ſupra dicto
num. 23.*

Verùm quia inter Regiſtratores Regiſtri
communis, & Regiſtratorem ſecretum quoti-
diè oriebantur querelæ ſuper eo quęnam gra-
tiæ deberent remitti ad Regiſtrum Secretum,
& quænam ad publicum, quamuis R.P.D.
Maraldus Pauli V. Datarius de eo tēpore Re-
gulam, & normam deſuper ſtatuiſſe videre-
tur, tamen quia res nunquam ritè compoſita
eſt ad relationem Domini Moderni Datarij
Vrſini de Viuarijs huic negotio, me etiam pa-
rum allaborante S.D.N. Vrbanus VIII. de
anno 1636. remouit, & ſuppreſſit Officium
Regiſtratoris Secreti, & munus hoc regiſtran-
di Supplicationes, & Gratias debitas Regiſtro
ſecreto iniunxit Collegio Regiſtratorum,
non tamen vt materiæ iſtæ confunderentur,
ſed vt ſingularum haberetur proprium Regi-
ſtrum, prout ante ſuam Conſtitutionem ſup-
primendo, videlicèt Officialem, ſed non Of-
ficium.

His poſitis Regiſtrum Supplicationum Sa-
cri Palatij plenè probat affirmatiuam. *Rota
deciſ. 407. num. 2. & 3. parte 1. recent.* ſaltem
12 in Curia *Rebuff. in praxi titulo. Tertia pars ſigna-
turæ verſ. Daturum num. 5. Garz. de beneſ. cap. 5.
num. 504. par. 1. Maſcard. deciſ. 13. de renunciat.
& ibi latè addit.* vnde tranſumptum ex Regi-
13 ſtro ſubſcriptum ab Officialibus, vt ſolet, &
ſigillo munitum probat plenè exiſtentiam
Gratię *dicta deciſ. 407. num. 2.* vbi dicitur reſolu-
tiones Rotæ, qui ibi allegantur contrariæ nō
eſſe in vſu, & ſic etiam non obſtat *deciſ. 741.
lib. 3. diuerſ.* vbi dicitur *Regiſtra non faciunt ple-
nam fidem, niſi conſtet de originali*, necnon *Me-
nocch. conſ. 14. num. 9. lib. 1.* vbi dicit *Regiſtrum
ſolum probat inter regiſtrantem, & regiſtratum*.
Nam Iura illa, vt ex ipſis videre eſt, proce-
dunt in Regiſtris cauſarū, hoc eſt Prothocol-
lis, non autem in Regiſtris Gratiarum Apo-
ſtolicarum, de quibus nobis eſt ſermo, quam-
uis & hæc Concluſio, vt obitèr dicam indi-
geat interpretatione; debent enim intelligi, ſi
in Regiſtro fiat tantùm ſimplex mentio de
inſtrumento, ſecus ſi totus effectus inſtrumen-
ti fuerit regiſtratus, nam tunc etiam Regi-
ſtrum huiuſmodi probat. *Maſchard. de probat.
14 concluſ. 711. num. 71.* Regiſtris verò Apoſtoli-
cis abſolutè adhibetur fides. *Mandoſ. Regula
31. quæſt. 8. num. 11.* & non ſolùm Regiſtra
15 Apoſtolica, ſed & Legatorum probant. *Put.
deciſ. 230. lib. 3.*

Quibus non obſtat *deciſ. 28. de probat in an-
tiquis*, vbi quod *Sumptum de Regiſtro Supplica-
tionum D. Papæ in iudicio non facit fidem, ſecus
ſi de Regiſtro literarum Apoſtolicarum bullata-
rum extrahatur*, vbi ſubdit *ita ſeruare Curiam
Romanam*. Nam deciſioni ſermo eſt, vt li-
quet ex illius verbis de fide iudiciali, hoc eſt,
quòd ſecundum tenorem Supplicationis non
poſſit iudicari, non autem vult, neque in-
fringit probationem exiſtentiæ in Regiſtro.
16 *Regiſtrum autem dicitur*, vt ſubdit eadem deci-
ſio *liber, qui rerum geſtarum memoriam continet,
& ſic regiſtrum quaſi rei geſtæ ſtatutum.*

Secundo principaliter diligentiæ factæ in
Regiſtro probant negatiuam expeditionis, vt
in Romana Præpoſituræ 1633. coràm Domi-
no Pirouano, quam mox dabimus. Praxis verò
17 committendi huiuſmodi diligentias, & per-
quiſitionem in Regiſtro contra non exiſtentiā
Supplicationis *traditur à Mandoſio Regula 27.
quæſt. 12. num. 3.* quæ tamen hodiè non ſerua-
tur, ſed illa, quam *tradit Oliuer. ad Gregor. deciſ.
287. num. 10.* diligentias autem iſtas non ſuf-
fragari, niſi fiant in omnibus Regiſtris vide-
tur voluiſſe *Rota coram Gregorio deciſ. 262.* ſanè
hoc ad verbum dicitur in ſupradicta Romana
Præpoſituræ, videlicèt

„ Nec dubitari poteſt de concludenti huius
„ negatiuæ probatione, quod literæ neque tunc
„ ante adeptam poſſeſſionem, neque in hanc
„ vſque diem fuerint expeditæ, quia dantur di
„ ligentiæ factæ in omnibus Officijs, vbi literæ
„ expediuntur, & vlteriùs in Secretaria Bre-
„ uium ſecretorum cum atteſtationibus Officia-
„ lium, quod ſimilem expeditionem non repe-
„ rierint, qui modus probandi negatiuam per
„ diligentias quotidiè practicatur *Decius conſil.
„ 496. num 7. Herculan. de probat. negat. num. 167.
„ & 176. Surd. deciſ. 231. num. 1. & deciſ. 300.
„ num. 11. Rota deciſ. 139. num. 15. coram Grego-
„ rio*, & ſemper concludit probatio donec in
„ contrarium non probatur, quod aliunde po-
„ tuerint literæ expediri, *vt firmatum fuit in de-
„ ciſione 287. coram eodem Gregorio.*

Hactenus deciſio Pirouani, quæ magnam
18 proculdubio habet difficultatem, nam ad ef-
fectum probēdi negatiuam Gratię beneficia-
lis, non videtur eſſe opus facere diligentias in
Regiſtro Breuium, quandoquidem Gratiæ be-
neficiales non expediuntur per Secretariam,
ſed per Datariam, & ſic non per Breue ſub
Annulo Piſcatoris, ſed per Bullam ſub plum-
bo, & licèt ſemel meo tempore in Pontifica-
tu Vrbani VIII. fuerit expedita Gratia benefi-
cialis per Breue, hoc factum fuit pro Filio Im-
peratoris, à quo non licèt argumentari ad
Gratias ſimiles, & ad effectum, vt diligentiæ
factæ in Regiſtro ordinario, & conſueto, quo-
19 niam Regiſtrum non probat negatiuam phy-
ſicè, ſed operatur negatiuam pro allegante,
donec contrarium probetur. *Menocch. de
ſumpt. lib. 1. quæſt. 33. num. 8.* & in ſpecie *Rota
dicta deciſ. 287. coram Gregorio num. 4.* firmat
ſufficere diligentias, vbi regularitèr conce-
dun-

duntur huiuſmodi diſpenſationes, niſi doceatur, a quo aliunde potuerit haberi diſpenſatio

Neque contrarium *firmat deciſio 262. eiuſdem Gregorij*, vbi dicitur, quòd *eo caſu diligentiæ factæ non erant ſufficientes, quia non reperiebantur facta in Regiſtro ſecreto*, & tamen ſubdit deciſio *fieri debent in omni loco, vbi expeditio fieri potuit*. Nam hæc verba non diſponunt diligentias eſſe faciendas in Regiſtro Breuium, ſed tantùm *in omni loco, vbi expeditio fieri potuit*, quæ potuit habere ſuum curſum vel per Regiſtrum publicum, vel per ſecretum, non autem per Breue, ſed hoc deciſio Pirouani addit de ſuo proprio, immò præfatus Vrbanus, ne Gratia facta Filio Imperatoris tranſiret in exemplum, vetuit ne in poſterum vlla fiat expeditio ſuper gratia beneficiali per Breue, pro quacunque perſona etiam ipſo Imperatore petatur, & ſic deinceps nullum poterit dari exemplum ſimile, ſed nec antea quidem, vnde hic vnicus actus nō poterit dari pro exemplo, & caſu moraliter poſſibili iuxta tritum prouerbium. *Vna hirundo nō facit ver*; & ideò non etiam ſubſiſtit *deciſio* in Ianueñ. Abbatię 14. Martij 1635. coram R.P.D. Ghislerio, ſaltem in hoc puncto, cuius verba quia aliam etiam circa Regiſtrum tangit difficultatem, quoad ſubiectam materiam facientia lubet adſcribere.

Quartum, & vltimum principale fundamentum ſupradictæ reſolutionis conſiſtit in eo, quod Domini conſueuerunt iſtam multiplicitatem titulorum, non tolli ex diligentijs factis ad inſtantiam Prouiſi Apoſtolici in Regiſtris publicis Supplicationum, & Bullarum Apoſtolicarum per eorum Cuſtodes atteſtantes per totum Pontificatum Leonis X. non reperiri aliquam aliam conceſſionem, ſeu priuilegium concernens illud Monaſterium, ſeu Abbatiam Sancti Antonij, niſi prædictum priuilegium Leonis anni 1513. & illius confirmationem de anno t5 14. quia licet vera ſit concluſio, quod negatiua alterius tituli probatur per diligentias factas in Regiſtris, in quibus conſueuerunt prouiſiones huiuſmodi regiſtrari. *Corn. conſ. 191. num. 2. lib. 1. Mohedan. deciſ. 4. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Verall. deciſ. 45. ad finem & deciſ 192. num. 3. par. 3. Caſſad. ſuper regul. deciſ. 5. num. 5. & deciſ 8. num. 2. Creſcent. deciſ. 7. de probat. Gregor. 287. num. 1. vbi additio num. 10. & ita fuit reſolutum* in Romana Præpoſituræ 6. Iunii 1633. *confirmata* 17. Martij 1634. coram R.P.D. meo Pirouano, in quibus firmatur, quod iſte modus probandi negatiuam per diligentias quotidiè ſeruatur, & huiuſmodi diligentijs factis, & nihil reperto excluditur præſumptio alterius tituli, itaut non poſſit induci ex quacunque temporis diuturnitate. *Felin. in cap. illud. ſub num. 7. ad finem. verſ. & idem ſi fortè probaretur. de præſumpt. Verall. deciſ. 335. lib. 1. Gregor. deciſ. 242. num. 6.* Nihilominùs ad hoc, vt diligentiæ huiuſmodi ſuffragentur, & ad effectum, vt per eas probetur negatiua debent fieri in omnibus Scripturis, Officijs, & locis, vbi expeditio fieri potuit, præſertim cum multis modis expediri potuerit, vt notum eſt. *Corn. conſ. 110. circa finem lib. 4. Crauett. conſ. 112. num. 7. Ruin. conſ. 35 num. 19. lib. 1. Rota deciſ. 636. num. 2. & 3. part. 1. diuerſ & deciſione 356. num. 3. inter impreſſas penes Farinac. poſt ſecundum librum conſil. & deciſ. 333. num. 4. parte 2. recent.* & vt diligentię ſuffragentur, quid ſeruari debeat, *tradit Oliuer. ad deciſ. 287. Gregor.* ſignanter debet conſtare de exiſtentia librorum, illorumq; continuatione, & quod in ea nulla deficiant folia maximè prout hic ex centenaria ſupra relata, eſt probatum priuilegium coæqualis dotationis, & propterea cum ob temporis antiquitatem, varios caſus, & propter Vrbis excidium, quod contigit de anno 1627. multæ Scripturæ confectæ ante dictum annum ſint deperditę, diligentię ex poſt non poſſunt probare negatiuam, quæ ſuffragetur cum gratia fuerit habita ante dictum annum 1627 *vt fuit conſideratum* in Albaneñ. Prioratus 17. Nouembris 1603. coram bon. mem. Penia, & in hac cauſa 2. Decembris 1633. in deciſione in ſecunda inſtantia facta, & in fortioribus tertij quando deficit vnus liber, vel aliqua folia, quod diligentiæ non ſuffragentur, cum potuerit gratia eſſe deſcripta, vel in libro deperdito, vel in folijs ab altero libro abſtractis, *dixit Rota* in Hiſpaleñ. Iuris votandi, ſeu 26. Iunij t59t. coram Orano.

Vlteriùs apparet diligentias non fuiſſe factas in Archiuio Cameræ Apoſtolicæ, & tamen in eo aſſeruantur Breuia Apoſtolica, nec in Regiſtro ſecreto Bullarum, & in Regiſtris in quibus fuerunt factæ diligentiæ ijdem Officiales, qui fecerunt diligentias, teſtantur in lib. 13. anni 2. Leonis X. deeſſe 140. folia, & pariter in Rubricellis deeſſe folia 140 & quod libri conſtant folijs 300. vnde benè intrat ſupradicta deciſio Orani, cum ſufficiat aliquid eſſe poſſibile, vt probatio negatiuæ nō exiſtentiæ non concludat. Quinimmò cùm ex atteſtatione Archiuiſtæ pateat in Archiuio non extare Rubricellas Breuium Apoſtolicorum tempore Pontificatus Leonis Decimi, ac etiam probetur in libro anni 1513. & 15 t4. Bullarum expeditarum per Regiſtrum Secretariorū Apoſtolicorū deficere multa folia, & deeſſe tertiam partē libri, nec extare Rubricellam fruſtratoria erat in iſtis locis diligētia.

Non obſtat defectum in Regiſtro Supplicationum non releuare, dum non eſt in Regiſtro Bullarum, cum non detur communiter clauſula quod *ſola Signatura ſufficiat*, quia In contrarium *facit deciſ. 262. Gregorij XV. & deciſ.* Hiſpaleñ. coram Orano, nam ſufficit, quod probatio negatiua non concludat perneceſſe, dum poſſibile eſt contrarium iuribus allegatis, immò probatio omninò confunditur ex eo, quod in dictis Regiſtris, & Rubricellis, in quibus diligentiæ factæ fuerunt, nec Supplica-

ca-

catio dicti priuilegij Leonis X. anni 1513. ex dotis argumento, cuius exiſtentia eſt indubitata, fuerit reperta, nam eodem modo deperdita, vel non regiſtrata quoque eſſe poteſt Supplicatio conceſſionis ex coæquali dotatione, maximè quia de illo tempore non omnes Gratiæ regiſtrabantur, nec in Regiſtris Supplicationum, nec in Regiſtris Bullarum, & Breuium, & multi expediebantur cum derogatione Regulæ *de Regiſtrandis*, ac etiam *de non expediendis*, vt practici teſtantur, vnde ſicut illa Supplicatio ob argumentum tertiæ partis non fuit Regiſtrata, Regiſtrum fuit deperditum, ita potuit eſſe deperditum, vel non regiſtratum priuilegium ratione coæqualis dotationis, de quo agitur, &c.

Hæc deciſio comprehendit ferè totam materiam Regiſtri, ſaltem effectum, quem quærimus, vnde exactius examinanda, & primo firmat concluſionem illam *quod diligentiæ debeant fieri in omnibus locis, & ſcripturis, vbi expeditio fieri potuit, cũ multis modis expediri potuerit, vt notum eſt &c.* hæc verba videntur à deciſione pro ſuo beneplacito abſq; aliqua ratione abſumpta eſſe; iura enim ibi allegata, hoc eſt Doctorum auctoritates, videlicèt *Cornei, Aymon. Rota diuerſ. nec non apud Farinac.* omnes nemine excepto loquuntur de Prothocollis, quę longè diſtant à Regiſtro Palatij Apoſtolici: Nã *vt locis allegatis loquimt Doctores*, poſſunt Inſtrumenta a diuerſis Notarijs recipi, non ſic Gratię Apoſtolicæ, quæ ordinatam, & pręſcriptam habent viam conſeruandi gratias, & proptere, aquod dicit deciſio quod multis modis Gratiã potuit regiſtrari, & dicit hoc notũ eſſe, pro ſua voluntate hoc dicit, quia immo eſt ignotiſſimum, immò falſum: nam ſi loquamur de Supplicatione, clarum eſt eam non regiſtrari, niſi in Dataria, ſiue hoc fiat per Regiſtratorem publicum, ſiue per Regiſtratorem ſecretum, *vt ſupra oſtendimus*, & gratia beneficialis non expeditur abſq; Supplicatione, vnde falſum eſt, quod dicit *deciſio* regiſtrari in multis locis, quia non regiſtrantur, niſi in duobus, videlicèt in Regiſtro publico, ſiue in Regiſtro ſecreto, & hoc ſiue Supplicationum, ſiue Bullarum; dico Gratias beneficiales, non autem loquor de alijs nõ beneficialibus, vnde nimis vagè deciſio applicat cõcluſionẽ ſuam, illud, quod ſolet, & poteſt contingere in Gratijs non beneficialibus, & ad hoc neque allegare aliquam doctrinam, quia nemo tractabit de hac materia, & eſt res adeò obuia, vt nemo Sollicitatorum Datariæ, & Cancellariæ, hoc ignoret.

Secundo firmat *deciſio* exiſtentiam Regiſtratorum non probari, niſi conſtet exiſtere libros regiſtrales illius temporis, quod indagatur, & propterea diligentias factas de Gratijs
20 ante direptionem Vrbis non probare ex eo, quod ego facilè admiſerim, quia poteſt allegari amiſſio, *& ita aliàs cenſuit Rota in prædicta cauſa* Ianueñ. Abbatiæ 2. Decembris 1633. coram eodem Pirouano, de quo tamen *deciſio 297 lib. 3. par. 3. diuerſ.* videtur ambigere, & concluſionem præfatam non admittere, & in omnem euentum ad effectum probandi negatiuam ſufficit, quod adſit Rubricella, *vt in dicta deciſ. 297. & coram. Gregorio deciſ. 287.* quæ Rubricella in cauſa Ianueñ. aderat, & non deerat, ratio autem cur ad hoc ſufficiat Rubricella, *vt benè firmant dictæ deciſiones*, illa eſt, quod ex emolumentis Regiſtri, *vt diximus in principio huius capitis*, participant tria Collegia, & adeſt deputatus miniſter, qui Rubricellam conficit, ne alicui fiat iniuria, & ſic nulla nota Gratiæ omittitur in Rubricella.

Et notandum eſt, quod literæ beneficiales non redduntur partibus, niſi poſtquam ſunt regiſtratæ. Pro Intelligentia ſciendum duplex dari plumbum per Cancellariam, & per Cameram. Literæ expeditæ per Cancellariam non dantur partibus, videlicèt impetrantibus, niſi poſt quam ſunt plumbatæ, & regiſtratæ; Literæ verò, quæ expediuntur per Cameram dantur pariter impetrantibus plumbatæ, ſed aliquando nondum regiſtrãtur, ratio diuerſitatis eſt, quod literæ expeditæ per Cancellariam vnico contextu, vel ſanè paruo interuallo plumbantur, & regiſtrantur per Turnum, *vt ſupra dixi*; literas verò expeditas per Cameram Plumbator conſignat Expeditori plumbatas, nondum regiſtratas, vt videlicèt ipſe afferat copiam ad Regiſtrum, & conferat cum Authographo, & hoc fit, quia pro Plumbo fuit ſolutum. Pro illa regiſtratura verò parum exponitur, vnde ſtultus eſſet Expeditor, ſiue ipſe impetrans, ſi pro paruo, aut nullo lucro vellet ſe priuare beneficio Regiſtri.

Tertiò dicitur *in deciſione* Ianueñ. non fuiſſe factas diligentias in Archiuio Cameræ Apoſtolicæ, ſed hoc ſanè ſuperfluum eſt, quia in dicto Archiuio non regiſtrantur Gratiæ be-
22 neficiales, quod munus ſpectat ad Regiſtratores Palatij, vt ex Conſtitutione Martini V. in ordine tertia; Gratiæ verò, quæ regiſtrantur in Camera concernunt intereſſe ipſius Cameræ, vt ex Bulla de Regiſtrandis, quæ eſt conſtitutio Pij IV. in ordine 98. vnde apparet, quòd *deciſio* confundit hos terminos, qui ſunt omninò ſeparati, nam gratiæ beneficiales nõ poſſunt ab alio regiſtrari, quam a Regiſtratoribus Palatij, videlicet Regiſtratoribus Datariæ: Gratiæ verò concernentes intereſſe Cameræ non poſſunt a dictis Regiſtratoribus regiſtrari; cùm ipſorum munus reſtringatur ad Gratias beneficiales.

Rurſus contra deciſionem Ianuenſem dicebatur nihil releuare ſi per diligentias in Regiſtro Supplicationum fieri non potuit perquiſitio ob amiſſionem Regiſtri, ſiue partis illius, eo quod Gratia debet eſſe regiſtrata in Regi-
23 ſtro Bullarum, ideò videlicet quia iuxta Regulas Cancellariæ iudicari non poteſt iuxta tenorem Supplicationis. Huic difficultati reſpon-

ſpondet deciſio, quod ad effectum, vt proba-
tio negatiuæ non concludat allegare poſſibile
contrarium, poſſe autem allegari fuiſſe ſigna-
tam Supplicationem cum clauſula *quod ſola Si-
gnatura ſufficiat*. Secundò dicit practicos atte-
ſtari, quod non omnes gratiæ de illo tempore
regiſtrabantur, ſed multæ expediebantur cum
derogatione regulæ *de Regiſtrandis*. Tertiò di-
cit, quod non fuit reperta in Regiſtro Leonis
Gratia anterior iſti, de qua quærebatur, &
de illius exiſtentia nullum erat dubium. Ve-
rùm hæ rationes non concludunt, & facilis
24 ad eas datur reſponſio.

Ad primam quod in Gratijs beneficialibus
non datur Clauſula derogatoria Conſtitutio-
nis de *de regiſtrando*, quia, *vt diximus*, Conſti-
tutio Pij IV. quæ vult Gratias regiſtrari in
Camera, non habet locum in Gratijs benefi-
cialibus, ſed tantùm in concernentibus inte-
reſſe Cameræ, vt ex illius lectura, videlicèt
*Decretum S. D. N. Pij Papæ IV. quod omnes, qui
impetrabunt aliqua Priuilegia, gratias, faculta-
tes, licentias, & Indulta, aut conceſſiones, quæ a-
liqua ex parte intereſſe Cameræ Apoſtolicæ concer-
nere cenſebuntur, debeant illa intra tres menſes à
die illorum impetrationis in eadem Camera præſen-
tare, & ibi regiſtrari facere ſub pœna illorum nul-
litatis, & inualiditatis, &c.* exiſtimo igitur,
quòd deciſio voluerit dicere, quòd Supplica-
tio illa potuit expediri cum Clauſula *quod ſola
Signatura ſufficiat*, ſed neque hoc ſufficit ad ſub-
ſtinendam deciſionem, quia huiuſmodi clau-
ſula, datur quidem in beneficialibus, ſed tunc
demum quādo beneficium, quod impetratur,
non excedit valorem duorum ducatorum,
vel ad ſummum trium de Camera, vel certè in
beneficijs de pertica, & hoc fit, ne expenſæ, &
Sumptus excedant commoditatem, quæ ex
beneficio impetrato percipitur, & beneficium
efficiatur maleficium, quod non poteſt appli-
cari Abbatiæ taxatæ in libris Cameræ, de qua
quærebatur in dicta Ianueñ. & quatenus e-
tiam Supplicatio haberet, clauſula *quod ſola
25 Signatura ſufficiat*, non inde ſequitur, quod non
debeat regiſtrari, ſed clauſula illa liberat im-
petrantem ſolummodo ab onere expediendi
literas, immò nec quidem proficua eſſet impe-
tranti huiuſmodi clauſula, ſi tolleretur ius,
ſiue facultas regiſtrandi, quia, *vt ſupra oſten-
dimus*, Regiſtrum perficit Gratiam, & Data-
rius quamcunque Supplicationem, antequam
ſit regiſtrata, poteſt lacerare, cùm nondum
ſit Iuris publici, & ſic impetrans deſtrueretur
commodo impetrationis.

Ad ſecundam, quod de illo tempore expe-
diebantur multæ Supplicationes cum dero-
gatione Regulæ *de non regiſtrandis*, ac etiam
de non expediendis vt practici teſtantur. Circa
hoc aſſumptū notadum eſt idem operari clau-
ſula *quod ſola Signatura ſufficiat*, ac indulgere,
quod non expediantur literæ, & propterea
tunc cum iſti cauſę adeſſem auebam ſcire, qui-
nam eſſent illi practici, qui teſtati ſunt ſe vi-
diſſe expeditiones cum derogatione regulæ *de
expediendis, &c.* & non fui factus voti compos,
vnde exiſtimo atteſtationem fuiſſe oretenus
datam non ſcripto, quia re vera non ſubſiſtit,
immò implicat in adiecto, vt loquuntur in
ſcholis, eo enim ipſo, quod Signatura ſufficit,
& vbique fidem faciat in Iudicio, & extra
nulla opus eſt derogatione alicuius regulæ.

Quò verò ad derogationem Regulæ, ſeu
potius decreti *de Regiſtrandis*. Vidi equidem
in materijs Cameralibus, præſertim Chyro-
graphis aliquando ſeruatam fuiſſe hanc dero-
gationem, ſed eſt aduertendum, quod Decre-
tum, ſiue Conſtitutio *de Regiſtrandis* non quali-
ficat Regiſtrationem faciendam eſſe in Pala-
tio, hoc eſt in illo Regiſtro, quod propriè di-
citur *Regiſtrum Apoſtolicum*, ſed vult, & diſpo-
nit, quod regiſtretur in Camera, etiamſi Gra-
tia prædicta, ſiue ſaltèm eius matrix eſſet re-
giſtrata in Regiſtro Apoſtolico, & hinc ſecun-
dæ Regiſtraturæ, ſiue Regiſtrationi vidi de-
rogari in Conſtitutionibus, ſiue Decretis *motu
proprio* emanatis, & intereſſe particularium
non concernentibus, vel rarò, & quando con-
cernit intereſſe particularis, tunc derogatio
liberat gratiatū à Regiſtro faciendo in Came-
ra: in materia verò beneficiali nūquam vidi
apponi huiuſmodi derogationem, licèt maxi-
mam in hac re adhibuerim diligentiam. Vnicā
tantùm potui videre Supplicationem Pauli
nempè III. non quidem in materia beneficiali,
ſed in materia indifferenti, quæ habebat clau-
ſulam *ſola Signatura ſufficiat, & abſq; Regiſtro*.
Verùm non carebat ſuſpicione falſi, & quia
ille, qui prætendebat illa vti, noluit eam pro-
ducere in iudicio, & ex ijs liquet, quòd con-
cluſio illa: Probationem negatiuæ debere
concludere pernecеſſe, non applicari ſubiectæ
materiæ, quia tollit omnem fidem Regiſtro
contra antiquiſsimum Rotæ Stylum, *de quo
ſupra* quæ Rota ſemper admiſit diligentias fa-
ctas in Regiſtro ad probandam negatiuam
exiſtentiæ gratiæ, quia nihil operaretur, ſi ex
omnibus Regiſtris non poſſit probari huiuſ-
modi negatiua; quemadmodum non proba-
retur, ſi admittatur poſsibile de clauſula dero-
gationis Regiſtri.

Ad tertiam, quod non fuerit reperta ante-
rior Gratia, poſſet reſponderi perquiſitionem
non fuiſſe legitimè factam, nam in vno ex
duobus Regiſtris, Supplicationum videlicèt, &
Bullarum Gratię præcedentes repertę ſunt ſi-
gnum euidens, quod etiam adſint in Regiſtro
correſpondenti.

Hæc omnia adducebam in noua diſputa-
tione contra præmiſſam deciſionem, & nihi-
lominùs Domini voluerunt eam confirmare
ſub die 14. Martij 1635. coram R. P. D: Ghi-
ſlerio repetendo eadem ferè verba, quæ le-
guntur in deciſione Pirouani, & obiecta non
diluendo. Libet autem referre huius ſecun-
dę deciſionis particulam.

» Quartum, & vltimum principale funda-

mentum ſupradictæ reſolutionis conſiſtit in eo, quod Domini cenſuerunt iſtam multiplicitatem titulorum non tolli ex diligentijs factis ad inſtantiam Prouiſi Apoſtolici in Regiſtris publicis Supplicationum, & Bullarum per eorum Cuſtodes atteſtantes per totum Pontificatum Leonis X. non reperiri aliquam aliam conceſſionem, ſeu priuilegium concernens illud Monaſterium, ſeu Abbatiam Sancti Antonii, niſi prædictum priuilegium Leonis Anni 1513. & illius confirmationem de anno 1514. quia licèt vera ſit concluſio, quod negatiua alterius Tituli probatur per diligentias factas in Regiſtris, in quibus conſueuerunt prouiſiones huiuſmodi regiſtrari. *Corn. conſil. 191. num. 2. lib. 1. Mobe. deciſione 4. de cauſis poſſeſſ. & proprietat. Verall. deciſione 45. ad finem & deciſione 192. num. 3. par. 3. Caßad. ſuper regul. deciſione 5. num. 5. & deciſione 8. num. 2. Creſcent. deciſione 7. de probat. S. mem. Gregor. XV. deciſione 287. num. 1. vbi add. num. 10. & ita fuit reſolutum* in Romana Præpoſituræ 6. Iunij 1633. *confirmata* 17. Martij 1634. coram R.P.D. meo Pirouano, in quibus firmatur, quod iſte modus probandi negatiuam per diligentias, quotidiè ſeruatur, & huiuſmodi diligentijs factis, & nihil reperto excluditur præſumptio alterius tituli, itaut non poſſit præſumi ex quacunque temporis diuturnitate. *Felin. in cap. illud. ſub num. 7. ad finem. verſic. & idem. ſi fortè probarentur. de præſumpt. Verall. deciſione 335. lib. 1. in manuſcript. S. mem. Gregor. XV. deciſione 242. num. 6.* Nihilominùs ad hoc, vt huiuſmodi diligentiæ ſuffragentur, & ad effectum, vt per eas probetur negatiua debeant fieri in omnibus ſcripturis, Officijs, & locis, vbi expeditio fieri potuit, cum multis modis fieri potuerit, vt notum eſt. *Corn. conſ. 210. circa finẽ lib. 4. Craueтт. conſ. 112. nu. 7. Ruin. conſ. 35. num. 19. lib. 1. Rota deciſ. 636. nu. 2. & 3. par. 1. diuerſ. & deciſ. 356. num. 3. inter impreſſ. penes Farinac. poſt ſecundum librum conſil. & deciſione 333. num. 4. par. 2. recent.* & vt diligentiæ ſuffragentur, quid ſeruari debeat, tradut *add. ad deciſionem 287. S. memor. Gregorij XV.* ſignanter debet conſtare de exiſtentia librorum, illorumq; continuatione, & quod in eis nulla deficiunt folia, maximè vbi, prouthic, ex centenaria ſupra relata eſt probatum priuilegium coequalis dotationis, & proptereа cum ob temporis antiquitatem, varios caſus, & propter vrbis excidium, quod contingit de anno 1527. multæ Scripturæ confectæ ante dictum annum ſunt deperditæ diligentiæ, & poſt non poſſunt probare negatiuam, quæ ſuffragetur, cùm Gratia fuerit habita ante dictũ annum 1527. *vt fuit conſideratum* in Albaneñ. Prioratus 17. Nouembris 1603. coram bon. mem. Penia, *& in hac cauſa* 2. Nouembris 1633. in deciſione in ſecunda inſtantia facta, & in fortioribus terminis, quando defuit vnus liber, vel aliqua folia, quod diligentiæ non ſuffragentur, cùm potuerit Gratia eſſe deſcripta, vel in libro deperdito, vel in folijs ab altero libro abſtractis *dixit Rota* in Hiſpaleñ. Iuriſdictionis, ſeu Iuris votãdi 26. Iunij 1591. coram Orano.

Vlterius apparet diligentias non fuiſſe factas in Archiuio Cameræ Apoſtolicæ, vt atteſtatur Præfectus, & tamen in eo aſſeruantur Breuia Apoſtolica, nec in Regiſtro Secreto Bullarum, & in Regiſtris in quibus factæ fuerunt diligentiæ, ijdem Officiales, qui eas fecerunt, teſtantur in libro 13. Leonis X. Anni 11. deeſſe 140. folia, & pariter in Rubricellis deeſſe folia 140. & quod libri conſtant folijs 300. vnde benè intrat *ſupradicta deciſio Orani*, cùm ſufficiat aliquid eſſe poſſibile, vt probatio negatiua non exiſtentię non concludat; quinimmo cùm ex atteſtatione Archiuiſtæ pateat in Archiuio non extare Rubricellas Breuium Apoſtolicorum tempore Pontificatus Leonis X. ac etiam probetur in libro anni 1513. & 1514. Bullarũ expeditarum per Regiſtrum Secretariorum Apoſtolicorum deficere multa folia, & deeſſe tertiam partem libri, nec extare Rubricellam fruſtratoria erat in illis locis diligentia.

Non obſtat defectũ in Regiſtro Supplicationũ non releuare, dum non eſt in Regiſtro Bullarũ, cùm nõ detur cõmuniter clauſula *quod ſola Signatura ſufficiat* quia in contrariũ facit *deciſio S. mem. Gregorij XV. 262. & deciſio* Hiſpaleñ. coram Orano; Nam ſufficit, quod probatio negatiuæ, non concludat perneceſſe, dum poſſibile eſt contrarium iuribus vulgatis, immò probatio omninò confunditur ex eo, quod in dictis Regiſtris, & Rubricellis, in quibus diligentię factę fuerunt, nec Supplicatio dicti priuilegij Leonis X. ãni 1513. & dotis augumento, cuius exiſtẽtia eſt indubitata, fuerit reperta, nam eodẽ modo deperdita, vel non regiſtrata quoq; eſſe potejt Supplicatio conceſſionis ex coęquali dotatione, maximè quia de illo tempore non omnes Gratię regiſtabantur, nec in Regiſtris Supplicationum, nec in Regiſtris Bullarũ, & Breuiũ, & multæ expediebantur cũ derogatione Regulę *de non regiſtrandis*, ac etiã *de non expediendis*, vt practici teſtantur, vnde ſicut illa Supplicatio ob augumentum tertiæ partis nõ fuerit Regiſtrata, vel ſi fuit Regiſtrata, Regiſtrum fuit deperditum, ita potuit eſſe deperditum, vel non regiſtratum priuilegium ratione coæqualis dotationis, de quo agitur.

Et ita articulo benè diſcuſſo concluſum fuit ſententias Rotales eſſe confirmandas.

Hęc deciſio Ghiſlerij non magis ſatisfacit, quam deciſio Pirouani, quia nedum non reſpondet obiectis partis aduerſæ, ſed nec diſſoluit obiecta, quæ facit ſibi ipſi, inquit enim *licet vera ſit concluſio, quod negatiua alterius tituli probatur per diligẽtias factas in regiſtris, in quibus conſueuerunt prouiſiones huiuſmodi regiſtrari. Mobedan. Caputaq. Caſſador. Creſcent. Greg. Oliuer. &c.* quia omnes dicunt, quod iſte modus probandi negatiuam per diligentias quotidiè ſeruatur, & nihil reperto excludatur præſum-

ptio

ptio alterius tituli, itaut non poſſit induci ex quacunque temporis diuturnitate. Huic obiecto, quod ſibi ipſi opponit deciſio per ſequentia verba. *nihilominus, ad hoc vt huiuſmodi diligentiæ ſuffragentur, & ad effectum, vt per eas probetur negatiua, debent fieri in omnibus Scripturis, Officijs, & Locis, &c.* hæc reſponſio non quadrat, quia auctores in obiecto allegati, dicunt, ſufficiunt, diligentias fieri in Regiſtris, in quibus conſueuerunt regiſtrari prouiſiones beneficiales, adeout non ſit neceſſe videre loca, & officia, vbi gratiæ beneficiales, regiſtrari non conſueuerunt, & ſententia Rotæ antiquæ nititur hoc fundamento, quod ad tollendam quamcunq; præſumptionem proexiſtentia Gratiæ, illa tollatur per diligentias in Regiſtris conſuetis, vbi ſi nihil repertum fuerit, tunc elidi præſumptionem illam, & onus probandi affirmatiuam incumbere allegantj, quemadmodum onus probandi negatiuam incumbebat excipienti ante factas diligentias, & ſanè pro obiecto allegantur Rotæ deciſiones, quæ loquuntur in terminis Gratiarum Apoſtolicarum, & de Regiſtro Palatij Apoſtolici, *Doctores* verò, qui allegantur in reſpōſione, nempe *Corn. Crauetta, Ruin. &c.* non ſunt eruditionis Romanæ, & loquūtur in terminis prothocolli, Regiſtri actorum, librorum mercantilium, & ſimilibus, &c quemadmodū etiam deciſiones in reſponſione allegatæ, qui termini, *vt oſtendimus*, ſunt valdè inter ſe diuerſi, & mirabar, quod deciſio poſtrema ſubdat, *vt diligentiæ ſuffragentur, quid ſeruari debeat, traduntaddent. ad deciſ.* 287. *S. Mem. Greg. XV.* nam *Oliuer.* ibi loquitur de Prothocollo inſtrumentorum, ſiue Regiſtro actorum.

Rurſus eadem deciſio *verſ. vlterius apparet*, inquit diligentias non fuiſſe factas in Archiuio Cameræ Apoſtolicæ, & tamen in eo aſſeruantur Breuia Apoſtolica, vt atteſtatur Præfectus Archiuij, quod effugium nullum eſt, nam verè Præfectus atteſtatur ſeruari inibi Breuia Apoſtolica, ſed non reſpicientia Gratias beneficiales, ſed tantummodo prophanas, & intereſſe Cameræ, *vt diximus*, concernentes.

Itaut in ambabus iſtis deciſionibus, quoad hunc articulum nihil allegetur ſubſiſtens, quam quod ex direptione Vrbis, non autem excidio, Scripturæ potuerunt diſtrahi, & amitti, quod tamen ſuam etiam habet difficultatem, præſertim cùm conſtet de exiſtentia alicuius Regiſtri, ex quo apparet, quod non omnes Scripturæ direptæ fuerunt, & non eſt maior ratio, cur potius vnæ, quàm alteræ.

Demum allegabam hanc eandem rationem in *cauſa* Terracinenſi Iuris-Patronatus coram D. Merlino ſub die 10. Aprilis 1618. in qua aderat probatio concludens immemorabilis pro Patronatu, quæ etiam eſt probatio maior centenaria, & deficiebant inſtitutiones, quas dicebam potuiſſe tanto temporis curſu amitti, præſertim quia Curia Epiſcopalis, non habebat diſtinctum, & à multis annis conſeruatum Archiuium, & nihilominùs non potui obtinere, ſed reſolutum fuit contra Patronatum, vt ex dicta deciſione, ex qua liquet, quòd habent ſua ſydera cauſæ.

Reuertamur, vnde digreſſi ſumus, nempe ad materiam Regiſtri in genere, & quia *ſupra diximus* per Regiſtrum perfici Gratiam, non inutiliter quæritur, de quo Regiſtro hoc debeat
26 intelligi, & quomodo concluſio ſit interpretanda; Et primo quidem videtur intelligenda de Regiſtro Supplicationum tantùm, non autem de Regiſtro Bullarum, nam *vt ſupra oſtendimus*, Gratia, quę fit per Signaturam Supplicationis, niſi ipſe habeat Supplicationem in ſua poteſtate, quā habere in manibus non poteſt antequam ſit regiſtrata, & ſic perficit Gratiam ad effectum, vt impetrans ea priuari non poſſit, non tamen ad effectum, vt Gratia dicatur abſolutè perfecta, & ea impetrans valeat vti in iudicio, ſed vt poſſit deſuper expediri literas. Regiſtrum verò Bullarum, non videtur prorſus neceſſarium ad perfectionem Gratiæ; ſufficit enim quod Bulla ab Officialibus ſit ſubſcripta, & plumbata, vt fidem faciat in iudicio. Regiſtrum enim ſit ad commodum partium, & proinde regiſtratio poteſt fieri quandocunque, etiam lapſo tempore, *vt notat Gabriel. conſ.* 151. *num* 22. *lib.* 2. & hic intrat quod *ſupra diximus*, quod Bullæ nō reſtituuntur ab Officialibus parti, ſiue Expeditori, niſi poſtquam ſunt Regiſtratæ, quando Plumbatio fit per Cancellariam, quando verò fit per Cameram, tunc etiam abſq; Regiſtro veniunt ad manus partium, præſertim quando ſunt regiſtrandę in Regiſtro ſecreto, videlicèt quando adeſt mandatum de expediendo gratis.

Demum regiſtranda eſt etiam Gratia etiam *motu proprio* conceſſa, quia licèt Gratia huiuſ-
27 modi *motu proprio* emanauerit, Gratia tamen eſt, & venit nomine Gratiæ. *Gabriel dicto conſ.* 151. *num.* 2.

Poſtremo interpretandus eſt *Gonzal. gloſ.* 36. *num.* 27. vbi dicit Regiſtra Curiæ Romanæ eſ-
28 ſe innumerabilia, & quærere ſingula in tanto pelago Regiſtrorum, eſſet ferè piſces maris enumerare velle, quia vel *Gonzal.* dictum ſuum non intellexit, vel certè debet intelligi, de libris Regiſtrorum, non de ipſis Regiſtris, hoc eſt officijs Regiſtrorum, nam illa numerum duorum, vel trium, *vt hactenus oſtendimus*, non excedunt, adeout iſta reperire ſit facillimum, quia ſunt optimè ordinata, *vt in ſupra allegata* Romana Præpoſituræ *ſub nu.* 17.

Illud notandum omnes, & ſingulas Prouincias magnificare ſua Regiſtra, itaut decretum aliquod Regiſtratum dicatur habere vim legis, & ita Regulæ Cancellariæ regiſtra-
29 tæ in Gallia habentur pro lege Regni, *vt ſup. diximus ex Rebuffo.*

SVMMARIVM.

Formula Sumpti ex Regiſtro Supplicationum, 1.
Cancellaria idem operatur, ac Supplicatio originalis, 2.
Sumptum à Regiſtro Supplicationum probat exiſtentiam Gratiæ, 3.
Sumptui ex Regiſtro nihil addi poteſt, nec demi, nec mutari. 4.
Sumptum debet referre etiam cancellata, 5.
Caucellata non regiſtrantur, neque cancellationes, 6.
Sumptum literarum meret executionem, ac ipſæ literæ, 7.
Officiales Cancellariæ non poſſunt mutare ſubſtantiam Gratiæ, 8.
Originis qualitas quando ſit exprimenda in impetratione, 9.
Papa indulgendo non præiudicat ſibi, ſed Ordinarijs, 10.
Originis expreſſio in quibus beneficijs requiratur, 11.
Tenor fundationis ſeruandus ad vnguem, 12.
Abrogare, & derogare, in quo differant, 13.
Lis quænam requiratur ad effectum Subrogationis, 14.
Regula De ſubrogandis *excludit impetrantes* certo modo, 15.
Impetratio certo modo *non præbet titulum conſiderabilem*, 16.
Executor datus in literis executorialibus, non habet Iuriſdictionem iudicialem, 17.
Executor executorialium non comprehenditur ſub diſpoſitione Concil. Trident. cap. cauſæ omnes, 18.
Innocentij *doctrina* in cap. cum M. Ferrarienſis *non alterat diſpoſitionem* cap. 2. vt lit. pend. *aut Regulam Cancell.* de Subrogand. 19.
Subrogationis ad effectum ſufficit, quòd literæ impetrationis ſint expeditæ, 20.
Libri Signaturarum probant tenorem, 21.
Reſcriptum in Commiſſione, & non liber Signaturæ attendendus, 22.
Referendarij Votantes notant Reſcripta in ſuis Carthis, ſiue folijs, 23.
Sumptui, ſiue Regiſtro conſentientes non probant, niſi contra ſeipſos, 24.

CAPVT XXXVII.

De Sumptu ex Regiſtro.

VErſamur fauente Deo, circa finem huius Voluminis, in quo eam fidem præſtitimus, quam daturam recepimus, videlicèt tractare de materia beneficiali Stylo Datariæ aptata, prout ordo Scripturæ poſtularet, non autem quæſtiones vagantes pro libitu nullo ordine ſeruato; & iuxta ordinem à Nobis præſcriptũ poſtquam vidimus de Gratia, illiuſq; Regiſtro conſonum eſt, vt videamus de Sumptu, ſiue tranſumptatione, cui Regiſtrum potiſſimè famulatur, vt videlicèt ſi Gratiarum Authographa ſiniſtro caſu amittantur, ſit vnde damnũ poſſit reparari. Dicamus itaque primò de Regiſtro Supplicationum, ex quo ſi Sumptum petatur extrahitur integra copia totius Supplicationis eodem modo, ac fuit porrecta Sanctiſſimo ſignanda, in hoc tamen differt, quod Supplicatio ſcribitur in pagina lunga, hoc eſt rectè dimiſſa, & in capite ſcribitur nomen Diœceſ. in margine verò notatur qualitas
1 Gratiæ. Sumptum verò extenditur in pagina larga, hoc eſt tranſuerſali, & non refert nomen Diæceſ. in capite, neque notulam qualitatis Gratiæ, ſed vice illius habetur literis maiuſculis

INNOCENTIVS PAPA DECIMVS.


Et in extremo latere notatur hac notula 2 quę denotat Sumptum. In calce verò ſubſcribitur videlicèt.

Sumptum ex Regiſtro Supplicationum Apoſtolicarum, & collationatum per me Sforziam Ceſcharinum eiuſdem Regiſtri Magiſtrum.

Et deinde ſubſcribitur etiam à Cuſtode Regiſtri, videlicèt.

A. Theobaldus.

Demum complicatur pagina in eius calce, & ſignatur paruo ſigillo referente duas decuſſas claues, quibus ſuperſtat Corona Papalis: poſtremò à tergo eiuſdem Paginæ notatur præſenti ſigno.



Sumptum hoc modo expeditum idem operatur, ac ſi eſſet Supplicatio originalis, ac Abbreuiatores in Cancellaria deſuper expediunt
2 Bullas ac ſuper originali Supplicatione.

Sumptum verò ex Regiſtro Bullarum ſcribitur in folijs bifariam ſeptis, & deinde in longitudinem acu coaptatis, quæ quandoq; extenduntur in conſiderabilem longitudinē, vt neceſſe ſit eam complicare in rotundum faſciculum: hoc modo complicata ſigillatur Sigillo Cardinalis Cancellarij pro tempore abſq; aliqua nota exteriore, & ita oblata offertur Iudici, ſiue ei, coram quo eſt producenda, & operatur eandem probationem, quam facit Bulla originalis.

Extenditur itaque integra Bulla, prout iacet, & ſubtus annotatur taxa, & ſcribuntur nomina Officialium in authographo ſubſcripta, deinde nomen Officialis Regiſtri, videlicèt

Collat. Concordat. Cipr. de Penna.

SVmptum ex Regiſtro literarum Apoſtolicarum per Cameram Apoſtolicam expeditarum, ſcilicèt ex libro tertio Bullarum Felic. Record. Pauli Papæ V. in Archiuio dictæ Cameræ aſſeruato ſub fol. 116. & Collat. Concordat. ſaluo, & cæt.

B. Brunorus R.C. Apoſt. Notarius,
& Archiuij eiuſdem Cameræ Cuſtos.

Poſitis formulis vtriuſque Regiſtri, videamus de vtriuſque notione, quid, quando, & quomodo probent, in quo *DD.* valde ſunt diuerſi; aliqui enim dicunt Sumptum ex Regiſtro Supplicationum, nō probare; alij contrarium; vniuerſi Sumptum ex Regiſtro Bullarū probare. Verum in hoc dicto eſt æquiuocum, nempe de Regiſtro ſupplicationum, nam qui negant Sumptum ex huiuſmodi Regiſtro probationem facere intelligunt de probatione iuxta regulam *de non iudicando*, vt videlicet Sumptum Supplicationis nō habeat vim maiorem ac ipſa originalis Supplicatio, & ita intelligendus eſt *Pariſ. de reſignat. lib. 8 num. 18. & 20.* vbi dicit. *Sumptum de Regiſtro Supplicationum ſignatarum in iudicio fidem non facit, Sumptum autem literarum Bullatarum fidem facit.* eadem prorſus verba repetit *lib. 10. quæſt. 1. n. 18. & 19.* vbi illud *in iudicio fidem non facit* interpretandum eſt, vt iuxta illius tenorem iudicari non poſſit, non autem quod Sumptum ex Regiſtro Supplicationum pleniſſimè non probet exiſtentiam Gratiæ in Regiſtro.

3 Aliam rationem reddit *Gomez ad Regulam de non iudicando quæſt. 1.* vbi dicit, *quod ſola Supplicatio, non probat concludenter ius alicui competere, quia fortè quando literæ expediri debent, Cancellariæ Officiales clauſulas Supplicationis aliter extendent, vel reſtringent*, quæ ratio non eſt bona, nam Officiales tenentur ſequi Gratiam iuxta extenſionem Supplicationis prout iacet, nec poſſunt immutare illius tenorem in ſubſtantia, quia eſt matrix, *vt ſupra oſtendimus cap. præcedenti, vbi egimus de Supplicatione*, & magis miror, quod ſubdit *idem Gomez. quod fortè ſuper tali Supplicatione Officiales Cancellariæ literas non dabunt*, nam hoc eſt omnino ridiculum, quia tenentur expedire literas ſuper omnibus Supplicationibus Regiſtratis, & ſi aliquid contineatur in illa contra Regulas Cancellariæ, expedietur per Cameram videlicet per Summiſtam, hoc vnum eſt, quod ſuper

quaecunque Supplicatione debet poſſe expe-
diri Bulla, ne Gratia Papę ſit eluſoria, Conclu-
dit nihilominus *idem Gomez.* eiſdem verbis
cum Pariſ.
Rebuff. autem *ad tertiam partem ſignaturæ*
verſ. Datum apud, &c. num. 5. abſolutè firmat,
Sumptum ex Regiſtro Supplicationum plenè
probare, videlicèt Gratiæ exiſtentiam, vbi di-
4 cit, quod *iſti Sumptui nihil addi debet, nec minui,*
nec mutari, & addit, quod *Sumptum adeò debet*
referre ſuum principale, ſiue originale, quod etiam
5 *lituræ, ſiue deletiones debent referri,* quod non
videtur poſſe verificari, nam nihil deletur in
Regiſtro, ſed delentur non admiſſa in Suppli-
catione originali, quæ cancellantur per Offi-
6 ciales Datariæ, ſed cancellationes illæ non
ponuntur in Regiſtro, ſed ſolummodo e[illegible],
quæ non ſunt deleta, & ſunt conceſſa.

Hinc generaliter loquendo melius eſt dice-
re abſolutè, Sumptum ex Regiſtro probare,
quàm contrarium. *Staffil. de liter. Iuſt. tit. 2. §.*
in primis igitur num. 9. Rot. deciſ. 387. par. 5. di-
uerſ. ſemper tamen iuxta diſtinctionem, quod
Supplicatio regiſtrata probet exiſtentia gra-
tię, & Bulla de probatione iudiciali, & exiſten-
tia gratiæ *Rotæ deciſ. 28. de prob. & deciſ. 10. de*
fid. inſtrum. in antiq. & deciſ. 407. par. prima re-
centior. Duran. deciſ. 265. num. 2. vbi dicit indu-
bitatum eſſe Sumptum ex Regiſtro Supplica-
tionum plenam fidem facere, videlicet quoad
Gratiæ exiſtentiam: Sumptum verò literarum
7 etiam quoad executionem. *Buratt. deciſ. 78 t.*
num. 10. & 12. adeout primis literis expeditis
amiſſis, non ſit opus expeditione aliarum
literarum.

Ad corroborationem autem ſupradicto-
rum, nempe quod Cancellaria, ſiue illius
8 Officiales non poſſunt mutare ſubſtantiam
gratiæ adducenda, eſt *deciſio* in Sipuntina ſeu
nullius Archipresbiteratus 25. Iunij 1646. co-
ram Domino Veroſpio.

,, Ex duplici fundamento ſubreptionis ſub
,, die 14. Martij præteriti DD. reſponderunt in-
,, trare arbitrium pro retardatione literarum
,, Apoſtolicarum, quas Ioſeph Franciſchinus
,, expediuerat, ſuper controuerſo Archipre-
,, sbyteratu S. Petri, quod in repropoſitione
,, dubij cum ex facto corruere oſtenderit pro
,, excluſione arbitrij hodiè fuit reſponſum.
,, Conſtat enim ex exhibitione Supplicationis
,, originalis Ioſephum ſe tantum Presbyterum
,, Cirignolæ, non autem oriundum ex eodem
,, Oppido nominaſſe, quam ſanè Supplicatio-
,, nem in concurſu literarum fore attendendam
,, *notat. Gloſſ. in cap. vt veterum. verbo. Græci. cir-*
,, *ca medium diſtint. 9. Felin. in cap. quoniam con-*
,, *tra num. 10. de probat. Abbas. in cap. tam literis*
,, *num. 8. de reſtit. in integr. Alex. conſ. 79. num. 4.*
,, *vol. 5. Rebuff. in praxi in titulo de ſignatura gratiæ*
,, *3. par. verbo. datum, & plures cenſuit Rota coram*
,, *Verall. deciſ. 75. num. 6. par. 2. coram Caual. deciſ.*
,, *255. num. 8. coram Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ.*
,, *265. num. 11. & 306. num. 1.* & in Valentina
,, Parochialis 28. Aprilis 1645. coram R. P. D.
,, meo Cerro.
,, Et licet limitetur prædicta Concluſio in ca-
,, ſu diuerſo quoties non adſit contrarietas, &
,, diſcrepantia inter originalem Supplicatio-
,, nem, & literas, in quarum expeditione poteſt
,, Cancellaria tanquam organum Papæ quic-
,, quid prætermiſſum fuerit ſupplere, *vt dixit*
,, *Rot. coram Ceſare de Graſſ. deciſ. prima de reſcript.*
,, *& alij relati per modernum Roman. diſceptat. fo-*
,, *ren. cap. 748. num. 31. & 32.* hæc tamen diuer-
,, ſitas non videtur poſſe controuerti inter nar-
,, ratiuam Supplicationis, & literarum cum hoc
,, & patris, & propriæ originis probationem
,, expoſcat, vt fuit in præterita deciſione dedu-
,, ctam; illa verò ad presbyteratum Terræ Ciri-
,, gnolæ reſtricta his probationibus non indi-
,, geat, ſed ſolis literis dimiſſorijs proprij Or-
,, dinarij iuſtificetur, quibus idem Ioſeph ad Sa-
,, cros fuit ordines in Vrbe promotus, & alias
,, promoueri non potuiſſet niſi ſub illius Diœce-
,, ſi extitiſſet *iuxta diſpoſitionem ſacr. Concil. Tri-*
,, *dent. ſeſſ. 23. cap. 8. & ita arguit Rot. coram Bu-*
,, *ratto deciſ. 888 num. 1 & in* Toletana Canoni-
,, catus 10. Martij 1645. *in §. ponderabant* coram
,, R. P. D. Octhobono, quæ propterea qualitas
,, immutari non potuit in literarum expeditio-
,, ne à Cancellaria, cui tantùm eſt tributa facul-
,, tas extendendi clauſulas executiuas, & con-
,, ſuetas pro clariore dilucidatione gratiæ, non
,, autem eas, quę mutant illius ſubſtantiam no-
,, uamque diſpoſitionem inducunt, in quibus
,, tamen loquuntur moderni ſuperius adducti,
,, prout conſtat ex lectura, *& notat Add. ad*
,, *Alexand. conſ. 28. verbo non poteſt. Mareſcott. Va-*
,, *riar. lib. 2. cap. 71. nu. 10. & ſeqq. Rot. deciſ. 730.*
,, *num. 5. par. 2. recent.*
,, Neque vrget altera obiectio ex regula
,, Cancellariæ 27. diſponente, quod iudicari
,, non debeat iuxta formam Supplicationis,
,, cum illa tantum procedat literis non expedi-
,, tis, ſecus autem ſi earum expeditio ſubſecuta
,, fuerit, & ſit à ſupplicatione diuerſa, vt pluries
,, reſolutum fuit in hoc Tribunali, teſtantur
,, *Rota coram Seraph. deciſ. 764. nu. 4. & coram Ca-*
,, *uel. deciſ. 255. num. 10.*
,, Ceſſat alterum ſubreptionis fundamentum
,, ex Indulti taciturnitate deductum, quod fue-
,, rit a Iulio II. conceſſum, & nonniſi antiquum
,, oriundi ex Oppido Cirignolæ ad Archipre-
,, sbyteratum aſſumerentur, cui propterea
,, ſubreptioni videbatur obnoxia collatio ob-
,, tenta per Ioſephum, ex quo non probat ſe
,, ex eo eſſe antiquè oriundum. Dum enim
,, Indultum non conſtat fuiſſe in limine funda-
,, tionis expeditum, ſolùm obtinet locum in
,, collationibus ordinarijs, vel iure ordinario
,, peractis à Summo Pontifice, non autem dum
,, idem prouidet tanquam de reſeruato, *vt di-*
,, *ſtinxit Rot. coram Put. deciſione 301. num. primo*
,, *libro primo, & 357. nu. 1. part. 4. & 183. nu. 5.*
,, *& 6. part. 6. recentior.* & in Ferrarien. penſio-
,, nis 4. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Cerro,

neque

neque tribuit facultatem nominandi Capitulo niſi iuſtificet priuilegium Apoſtolicum, hactenus non abrogatum, cuius vigore idem aſſeruit ſibi attributam fuiſſe nominationem prout debuiſſet oſtendere, dum prædictum Indultum ex certa ſcientia non fuit expeditum, vt alijs relatis reſolutionibus *firmauit Rot.* in Meſſaneñ. Decanatus 23. Maij 1644. *in §. nec poteſt Capitulum* coram R. P. D. meo Ghiſlerio.

Et hæc ſubreptio eo facilius excluditur, quia in tribus præcedentibus prouiſionibus Apoſtolicis controuerſi Archipresbyteratus nulla legitur facta mentio Indulti, nec expreſſa qualitas originis, ſed ſolius Diœceſis, videlicet quod eſſet presbyter illius Terræ, cùm talis obſeruantia Datariæ ſoleat attendi pro interpretatione Indulti, *vt dixit Rota coram Verallo deciſ. 84. num. 2. par. 2.* & in Montis-Alti Primiceriatus 8. Iunij 1643. & in Barchinoneñ. Canonicatus 9. Iunij 1645. coram me, & ad firmandum vltimum ſtatum beneficij deſeruiat, qui pro ſubſtinenda collatione iam facta, eiuſque iuſtificatione, ſuffragatur *Rota coram Put. deciſ. 200. lib. 1. & coram Greg. deciſ. 95. num. 3. coram Seraph. deciſ. 1103. nu. 5. & 1229. num. 2. & deciſ. 348. num. 11. par. 3. & deciſ. 57. num. 11. par. 6. recent.* & in Meſſaneñ. Prioratus 11. Decembris 1634. coram Eminentiſs. Domino Cardinali Panzirolo.

Et ita vtraque, &c.

Hæc deciſio fuit confirmata 28. Nouembris eiuſdem anni coram eodem Veroſpio, quam pariter lubet ſubijcere.

Non eſſe locum arbitrio, iterum DD. reſponderunt pro retardanda executiune literarum Apoſtolicarum, quæ ſuper Archiprebyteratu controuerſo per Franciſchinum expeditæ reuerenter debent executioni demandari, poſtquam ab eodem oſtenduntur iuſtificatæ iuxta diſpoſitionem *textus in cap. ſi Capitulo. vbi Gloſſ. notabilis in verbo exequatur de præbend. in 6. Sarnen. in tractat. Breuium nu. 4. Rot. coram Mohedan. deciſ. 13. vt lit. pend. & in* Colibrieñ. Canonicatus 4. Februarij 1631. coram bon. mem. Merlino, *& coram Buratto deciſ. 435. num. 1.*

Hanc vero literarum iuſtificationem non excludit repetita exceptio qualitatis originariç expreſſç in literis, non tamen verificatæ, cùm literarum narratiua non attendatur vti diuerſa a Supplicatione vbi Franciſchinus presbyter tantùm Cirignolæ aſſeritur, ſed ad eiuſdem Supplicationis tenorem, vti matricis debet reformari iuxta Theoricam *Bartol. in l. Sempronius num. 3. ff. de leg. 3. & in l. ſi librarius nu. 9. & 10. ff. de regul. Iur. Rebuff. in praxi de correct. & reformat. bullar. nu. 2. Mareſcott. var. reſolut. lib. 2. cap. 71. num. 9. Rota coram Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ. 265. nu. 12. & 721. num. 1. par. 1. recent.* & in his terminis *in adducta* Toletana parochialis 4. Maij 1596. coram Card. Arigono, & licèt limitetur prædicta conclusio, quoties non agitur de Intrinſeca ſubſtãtia gratiæ, quæ a ſola Põtificis volũtate dependet, ac Signatura Supplicationis, vt põderauit *Rota coram Caſſiodoro deciſ. 4. num. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & deciſ. 418. num 3. par. 1. diuerſ.* ſed de extrinſeca eiuſdem qualitate, videlicèt vſu, ac exequibilitate reſpectu perſonæ prouiſæ, cùm tunc præferri debeat narratiua literarum, à quibus Gratia ipſa anteà rudis in eſſe deducitur, ſuamque perfectionem conſequitur, vt monet *Lotter. de re benefic. lib. 2. cap. 71. num. 10. Mareſcott. var. lib. 2. c. 71. num.* 10. attenta præſertìm conſuetudine exprimendi qualitatem originis in pluribus antecedentibus literis ſuper Archipresbyteratu controuerſo expeditis, quæ propterea inſeri potuit ab Officialibus Cancellariæ in literis Franciſchini abſq; eo, quod alterata dicatur ſubſtantia gratiæ, vt ponderauit *Rota dicta deciſ. 730. num. 5. par. 2. recent.*

Non tamen controuerti poteſt hæc alteratio in ſubſtantia, ſi narratiua literarum debuiſſet attendi; ex ea enim Gratia corrueret ob non verificatam paternam originem, & tamen ſubſtineretur attenta Supplicatione ad ſolam qualitatem Archipresbyteratus Cirignolæ reſtricta, & ex literis dimiſſorijs ſui Ordinarij abundè iuſtificata, idcircò attendi debet hoc caſu originalis Supplicatio, non autem alterata literarum expreſſio per Officiales Cancellariæ, quibus eſt demandata facultas in concernentibus expeditionem, & extendendi clauſulas cçteratas in originali Supplicatione, *vt notat Sarnen. in Regula de non iudicando quæſt. 1. num. 2. circa med. Mareſcot. varior. dict. lib. 2. cap. 71. num. 12. Lotter. de re benefic. lib. 3. quæſt. 2. num. 37. modern. Roman. diſcept. forenſ. c. 528. num. 32. Rota coram Caſare de Graſſ. deciſ. 1. num 8. de probat. & coram Caual. deciſ. 255. num. 9. & 285. num. 2. & coram Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ. 265. num. 1.* Adducta verò obſeruantia exprimendi qualitatem originariam non viſa fuit iuſtificari ex exhibitione literarum diſcrepantium a Supplicatione, quæ in concurſu præferri debeat, vt fuit ſuperius deductum.

Alterum ſubreptionis fundamentum petitum ex taciturnitate Indulti Conceſſi Capitulo Cirignolæ, ne admittantur ad Archipresbyteratum, qui exinde non eſſent antiquè oriundi, corruit ex deductis in deciſione præterita, videlicet quod eius Indulti expreſſione non indigebat huiuſmodi Collatio iure reſeruato ſpectante ad Apoſtolicam Sedem, cum eius ſolùm mentio requiratur in Collationibus ordinarjs, vel ab eodem Pontifice, iure ordinario expeditis, quibus tantùm idem Pontifex non ſibi, & ſucceſſoribus ſuis, manus ligare voluiſſe cenſetur, *vt tradit Gonzal. ad regulam octauam §. 1. num. 5. Rot. coram Put. deciſ. 301. num. 1. poſt med. & in* Calaguritana beneficij de Buttouilla 12. Aprilis 1606. coram Cardinali Sacrato, & in Tridentina

De-

Decanatus 25. Februarij 1635. coram bon. mem. Coccino *inter impreſſ. par. 6. deciſ.* 185.

Quibus non obſtat replicatio, quod huius prouiſionis Archipresbyteratus quocunque menſe vacauerit ad Pontificem pertineat, qui propterea eodem arctetur Indulto conferendi originarijs Archipresbyteratum, cuius collatio cum hac qualitate, eidem deuoluta cenſetur *vt ponderauit Rota coram Seraphino deciſ.* 1420. *num.* 3. & in Meliuetana beneficij 14. Nouembris 1605. coram Penia alias enim redderetur cluſorium prædictum Indultum contra diſpoſitionem *textus in cap. nulla. de Præbend. libro ſexto, & in cap. decet. de Regulis Iuris.*

Quia remouetur ex inſpectione Indulti, vbi Pontifici legitur expoſitum, quod electio ceſſantibus reſeruationibus ſpectabat ad Capitulum, cui propterea idem Pontifex cenſetur voluiſſe ligare manus, non ſibi, & Succeſſoribus, *vt reſpondet Rota* in Ferrarien. Parochialis 4. Iulij 1642. coram R.P.D. meo Cerro, vbi præterea firmatur, Indultis ex ſolo priuilegio, non autem in limine Fundationis expeditis non ſubiacere Collationes Apoſtolicas, *& in deciſ.* 183. *num.* 8. *par.* 6. *deciſ.* 355. *num.* 6. *par.* 4. *recent.*

Tollitur præterea allegata Subreptio propter nullitatem Indulti, aliqua eius mentio fieri non debuerit in Gratia Franciſchini, *vt tradit Felin. in c. ſuper literis num.* 9. *de reſcript. & ibi etiam Decius num* 36. *& in c. ex tenore num.* 2. *eod. tit. Menoch. de arbitrar. Centur.* 3. *caſu* 202. *num.* 52. *Rota deciſ.* 707. *par.* 1. *diuerſ. & coram Caualerio deciſ.* 333. *num.* 1. *& coram Burato deciſ.* 209. *num.* 3. licèt exprimi debuiſſet Indultum prædictum, ſi ſtatum validitatis obtineret, in quibus terminis *procedit deciſio* in Valentina penſionis 30. Ianuarij 1617. coram Vbaldo in concluſione adducta. Hęc verò nullitas deducitur ex eo, quod iuſtificata non fuit narratiua priuilegij hactenus non abrogati ſuper iure eligendi Capitulo Crignolæ competenti omninò verificanda, dum Indultum ad partis Supplicationem emanauit; non autem motu proprio, qui nunquam in eſſe cenſetur in gratia, niſi ibidem legatur *c. ſi motu proprio de præbendis in* 6. *& notant ibi communitèr DD. Sarnen. in Regula de Annali quæſt.* 10. *in §. vnde habeat ſecunda columna verſ. numquam igitur & alij plures relat. per Gabrielem de clauſ. concluſ.* 2. *num.* 202. prout etiam tollitur ex tribus præcedentibus collationibus, nec qualitatem originis, nec vllam Indulti mentionem continentibus, ex quibus reſultat vltimus ſtatus pro ſubſtinenda potentia collatione ſufficiens *iuxta textum in cap. conſultationibus de Iure patronat. Cald. conſ.* 23. *de præbend. Rota* in Peruſina beneficiorum 16. Ianuarij, & in Acerrien. beneficiorum 29. Martij 1610. coram Sanctiſſimo Domino Noſtro, & in Elnen. Heremitorij 23. Iunij 1631. *coram bon. mem. Merlin. inter impreſſ. par.* 6. *deciſ.* 57. *num.* 12. Et Ita vtraque, &c.

Ex his duabus deciſionibus habemus tres concluſiones principales, primam, occaſione cuius eam retuli, quod quando Supplicatio diſcrepat à Bulla, ſit corrigenda Bulla iuxta tenorem Supplicationis, & hoc benè, *vt latè demonſtrauimus ſupra, vbi egimus de Supplicatione.*

Secundam quod in impetrationibus eſt exprimendus locus originis impetrantis, & hoc eſt verum, ſiue reſpiciatur regula de Idiomate, ſiue quoduis Indultum originarijs conceſſum & hoc etiam locum ſibi vendicare exiſtimo inter Ciuitatem, & Diœceſim, puta ſi vacet beneficium in Cathedrali, & ad illud concurrat Diœceſanus aſſerens ſe Ciuem eſſe Gratia erit obreptitia, quia Papa conferre voluit, Ciui. non Diœceſano, & propterea dici ſolet, immò ſemper dicitur in Supplicatione. *Supplicat Gaſpar*, exempli cauſa *Toletan. Ciuitatis, vel Diœceſ. &c.* ad effugiendam enim omnem obreptionem. Si uerò impetratio fit de bene-
11 ficio ſimplici, & exiſtentiæ non in Ciuitate, ſed in Diœceſi tunc parum referre exiſtimo, vtrum impetrans ſit Ciuis, vel Diœceſanus ad ſuperius tradita, vbi egimus de Gratia, illiuſq; obreptione.

Tertia concluſio eſt, quod Pontifex concedens Indultum *de conferendo* certis perſonis Ordinario, ſiue Capitulo nō ligat ſibi manus, niſi Indultum huiuſmodi accedat in limine fundationis, & hoc optimo Iure, quia Indultum ſuper beneficijs erectis, & fundatis concernit rem propriam Papæ. Indultum verò ſuper Collatione beneficiorum erigendorum ſpectat rem tertij, videlicèt erigentium qui hoc pacto beneficium erigunt, & fundant alias non fundarent, & hæc eſt ratio, cur te-
12 nor fundationum ad vnguem ſeruandus ſit *c. recipimus de priuil. l. ad probationem C. de probat. ibi quem tenor oſtendit, & in his terminis Barbat. conſ.* 33. *num.* 8. *Rota* in Reatina beneficij 14. Martij 1608. coram R.P.D. Lancellotio.

Subdit autem poſtrema deciſio, quod de Indulto huiuſmodi etiamſi non ſit in limine fundationis debeat fieri mentio, quod non videtur ſubſiſtere, nam ſi Papa illo non ligatur nulla eſt ratio, ſiue neceſſitas exprimendi, vt in ſimili dicimus de beneficijs Patronatus Eccleſiaſtici, quia Patronorum Eccleſiaſticorum præſentationem attendere non tenetur, cùm cadant ſub reſeruatione ex diſpoſitione *Concil. Trident. vt latè per Rotam coram Buratto deciſione* 103.

Cæterum quòd ſubdit eadem deciſio Indultum hoc, videlicèt de quo ibi agebatur fuiſſe nullum, & propterea neceſſario non exprimendum, & nullitatem inducat ex eo, quod illius narratiua iuſtificata non fuit fateor me non intelligere, quia nullitas non reſultat ex non iuſtificatione non petita, & non ab impetrante, ſed ab aduerſario, & hoc eo magis, quod hic non agitur de iuſtifi-

do

cando Indulto,ſed de ſubſtinenda prouiſione.

Neque clauſula illa priuilegij, *& hactenus non abrogati* eſt narratiua Indultarij, ſeu alterius impetrantis, ſed apponitur per Datariam ad præſeruandum ius Papæ, & non vtitur verbo *abrogare* vt inquit deciſio,ſed verbo *derogare*, videlicèt *cui hactenus non fuit derogatum* hoc eſt in aliqua particulari prouiſione;
13 cùm abrogari idem ſit, ac omninò, & totaliter tollere, derogare verò ſuſpendere ius particulare pro vna vice, *vt ſupra firmauimus c.16.§.6. num.25*.

Ex prædictis ſatis remanet explicata materia de Sumptu ex Regiſtro Apoſtolico, ſiue Supplicationum, ſiue Bullarum, & quod ſuperfluum eſt, quod multi ex ſupra allegatis Authoribus affirmant, nempe Sumptum ex Regiſtro Sopplicationum non facere fidem extra Curiam, quia vt vidimus illud ad nihil aliud valet, quàm vt deſuper expediantur literæ, quæ non expediuntur extra Curiam, ſed ſolummodo in Cancellaria: Sumptum verò ex Regiſtro Bullarũ eandem fidem facit in Curia, & extra, hoc eſt quantum ipſa litera Apoſtolica originalis iuxta Conſtitutionem Iulij II. in Bullario nouo in ordine 15.

Et hęc de Sumptibus ex Regiſtro Apoſtolico, præter quæ dantur alia fidem facientia, ac ipſa litera originalis, & ſi quis offerat literas totaliter expeditas, & plumbatas alicui Notario Cameræ, ſiue Scriptori Archiuij, & velit deſuper fieri plura exempla, quę eandem faciant fidem, ac ipſum Originale, quod ſolet fieri quando Bullæ ſunt tranſmittendæ ad partes longinquas, & timeri poteſt, quod in itinere periclitentur, circa quam materiam ponendus eſt caſus, videlicèt.

Antonius Patria obtinuit prouideri de Parochiali Vxelleñ. tanquam in concurſu magis idoneus repertus, qui Antonius ad Vrbem non acceſſit, ſed illius Sollicitator incepit expedire literas per Cameram, quo caſu ante expeditionem totalem, & ſolutionem annatę ſolet apponi plumbum. Sollicitator iſte adiuit cum hac Bulla plumbata quemdam Notarium Cameræ non multum practicum, & extorſit ab illo Sumptum authenticum, videlicèt à Notario hanc facultatem habente ſubſcriptum, illudq; tranſmiſit ad Antonium, qui in vim Sumpti huiuſmodi dictæ Parochialis poſſeſſionem cæpit ex hoc capite, nempe iuxta Conſtitutionem Iulij II. Eandem Parochialem impetrauit Iordanus, quam impetrationem Agentes pro Antonio coram tunc Datario ſtuduerunt impedire ea ratione, quod in Antonium non potuerit eſſe culpa, quia Sumptum prædictum ipſi erat tranſmiſſum a ſuo Sollicitatore, cui hoc in re fidem adhibere potuit, & ſupponere Sumptum fuiſſe ritè exemplatum, nihilominus tunc Datarius voluit ſignare Supplicationem ob defectum prædictum, & Vrbanus VIII. ordinauit, vt in poſterum huiuſmodi Sumpta non dentur, niſi planè conſtiterit priùs fuiſſe ſolutum pro annata, & taxis, & voluit deſuper edere Conſtitutionem, quam tamen morte præuentus non edidit.

Antonius, qui pecunias ſuas ad Vrbem pro expeditione literarum miſerat audiens fucum ſibi factum fuiſſe ex animi angore deceſſit. Ordinarius reperiens poſſeſſionem Parochialis vacuam ob mortem Antonij præfixit edicta iuxta præſcriptum *Concil. Trident.* & concurſum habuit, in quo approbauit Ioannem Baptiſtam Serram, qui in vim ſuæ approbationis petebat ſubrogari, & prouideri.

Iordanus verò impetrans *certo modo*, qui cauſam introduxerat coram A. C. petebat ſubrogationem in locum defuncti Patriæ, quęrebatur vtri eſſet concedenda.

Contra Iordanum dicebatur Subrogationem non deberi, eo quia nulla adeſſet lis, duplici ex capite. Primo, quia lis per Iordanum introducta non eſt ſuper titulo beneficij, prout ad Subrogationem requiritur iuxta originalem doctrinam *Innocentij in cap. cum M. Ferrarienſis de conſtitut. quam latè proſequitur ad-*
14 *ditio Gregorium XV. deciſ. 305. num. 6. & 7.* Lis autem ſuper titulo beneficij, tunc dicitur quando ipſe titulus, hoc eſt collatio controuertitur, non autem quando ob delictum prouiſi impetratur, & propterea in hac materia *Doctores allegati per Oliuer. ad deciſ. Gregor. 32.* dicunt, quod quando beneficium petitur tanquam ſuum, tunc dicitur lis ſuper titulo, quia titulus non venit in quæſtionem, ſed de-
15 lictum, & hoc eſt conforme Regulæ Cancellariæ *de ſubrogand.* quæ à beneficio ſubrogationis excludit impetrantes *certo modo*, *vt latè proſecuti ſumus, vbi egimus de Subrogatione*.

Applicando concluſionem, & doctrinas ad propoſitum caſum clariores illas reddemus inductione, negari enim nõ poteſt, quin Antonius fuerit ritè Prouiſus de Parochiali, de qua agebatur, & ſi literæ ritè expeditæ fuiſſent, nulla ei ſuper prouiſione Apoſtolica potuiſſet inferri moleſtia. Si igitur ſuperuenit error in ipſa literarum expeditione, vel poſſeſſione capta, ille non poteſt influere, neque inficere titulum ritè collatum, vnde vel titulus per prouiſionem Apoſtolicam fuit verè penes Antonium, & nunquam antea prætenſus à Iordano, nulla poteſt conſiderari controuerſia tituli: vel titulus numquam fuit penes Antonium, & non poterit Iordanus in illius locum ſubrogari, quia nullum habebat titulum, ſed beneficium vacabit, adhuc vt prius nempe per obitum primi decedentis, ob quem erit factus locus concurſui, & ex his videbatur capi poſſe reſponſio ad allegata in contrarium, quę vt plurimum procedunt in Patronatu, in cuius controuerſia Titulus eſt conſiderabilis, in impetratione verò *certo modo* nul-
16 lo modo eſt conſiderabilis iuxta regulam de *ſubrogand.*

Secundò opponebatur contra Iordanum nul-

nullam adeſſe, nec adfuiſſe litem, quæ dicebatur introducta coram Auditore Cameræ in beneficialibus nullam Iuriſdictionem habẽte.

Huic obiecto pro parte Iordani reſpondebatur Eminentiſſimum Theodolum tunc A. Cam. in illo iudicio non proceſſiſſe tanquam A.C. ſed tanquam executorem nominatum in literis, & ſic ceſſare obiectum. Verùm replicatur executorem in literis executorialibus deputatum non habere Iuriſdictionem iudicialem, ſed meram executorialem, *vt inquit*
17 *Hieron. Paul. in praxi Cancell. titulo de executore executorial. & gloſſ. antiquus in proem. regular.* præſertìm ſtante diſpoſitione *Concil. Trident. in c. cauſæ omnes.* quæ non tollitur per deputa-
18 tionem executoris dati in literis executorialibus ea ratione, quod non eſt iudex, ſed executor.

Hoc non obſtante Dataria tunc voluit concedere Subrogationem, eo quod ad illius effectum ſufficiat etiam mandatum *de prouidendo*, & originalem doctrinam *Innocentij, de qua ſupra in cap. cum M. Ferrarienſis de Conſtit.* conſiſtentem in diſtinctione illa de beneficio meo, & beneficio mihi debito non alterare,
19 *cap. 2. vt lit. pendent.* aut regula *de ſubrogandis.* quoad ſubſtantiam ſubrogationis, ſed tantùm quoad modum, & formam ſubrogandi, nam de ęquitate ſemper eſt danda ſubrogatio, vt apud *Buratt. decis. 927. & latiùs* in Florentina de Vecchiettis 29. Ianuarij 1629. coram Cardinali Virili, & ad effectum Subrogationis ſufficit, quod literæ contra poſſeſſorem ſint expeditæ, quia illæ cauſant litem,
20 vt in Nepeſina Rectoriæ 13. Februarij 1598. coram bon. memor. Cardinali Hieronymo Pamphilio.

Petebat vlterius Iordanus, vt in literis Subrogationis inſeretur tota hiſtoria, & narratiua præcedentis caſus, nempe quod poſſeſſio fuerit capta in vim Sumpti ſpurij, hoc eſt non legitimè dati, ſed hoc Dataria noluit admittere, & rectè ne videretur caſum illum approbare, quatenus de Iure non comprehenderetur ſub conſtitutione Iuliana. *Put. decis. 222. per totam latè Maſcard. de probat. concluſ. 1310. num. 14. lib. 3.*

Et hæc de Supplicationibus Gratiæ. De Supplicationibus verò Iuſtitiæ, quæ Commiſſiones dicuntur, alia ratio eſt, nam illæ diuiduntur in duas claſſes; aliæ enim committuntur in Curia, & aliæ extra Curiam. Quæ committuntur extra Curiam expediuntur per Breue, & habent ferè eandem rationem, ac Supplicationes Gratiæ, licet in ijs conſideretur minor dolus, *vt notat Staphil. de liter. inſt. num. 10. §. 1.* quæ verò expediuntur in Curia, non regiſtrantur, & ſi reſcriptum in originali admittat aliquam difficultatem recurritur ad librum Signaturæ, in quo adnotantur reſcripta, *vt notat idem Staphil. num. 20. & Maſcard. vbi ſupra num.* 18. & de libro conſenſuum *dicit Rota apud Duran. decis. 65. num. 3. & ſeqq.*

Hoc autem non habet parum difficultatis, tam quoad librum Signaturæ Gratiæ, quàm quoad librum Signaturæ Iuſtitiæ pro ſcientia repetendum, quod notiſſimum eſt, nempe reſcripta adnotari in quodam libro, qui ſi Signaturæ eſt Gratiæ conſeruatur penes Auditorem Papæ, quia Auditor nedum eſt præſens Signaturæ, ſed excipit reſcripta iuxta dictamen Papæ, eaque notat in dicto libro Calibe, ne vtatur ibi coram Pontifice atramento, & libro huiuſmodi domum relato, ſuperinducit atramentum ſuper eaſdem literas. Commiſſioni verò, ſiue Supplicationi originali ſubſcribit antiquior Cardinalium ibi præſens exſcribendo ad verbum totum reſcriptum. Si Supplicatio originalis Signaturæ Gratiæ diſcordet, à libro opportunè, quæritur an ſit hoc caſu attendendus liber Signaturæ, in quo, *vt dixi*, omnia reſcripta adnotantur, vel potius attendenda ſit commiſſio, ſiue Supplicatio originalis, qua in re quid de Iure cenſeri debeam ſum neſcius, referam ſtudioſo Lectori caſum, vt ipſe dijudicet.

Magna lis erat inter Epiſcopum Gandauenſem, & Moniales Brigittinas Oppidi Teneramundæ, aliaq; Monaſteria eiuſdem Ordinis coam diuerſis Iudicibus agitata. tandem de anno 1642. ex Signatura Gratiæ emanauit reſcriptum, videlicèt: *Cauſa exemptionis, & attentatorum in Rota, cauſa exceſſuum ad Congregationem Regularium.* quod reſcriptum continebat tria inter partes controuerſa exemptionem nempe, & attentata, quæ erant Iudicialia committi ad inſtantiam Monialium, cauſa exceſſuum extraiudicialium petebatur committi ab Epiſcopo, & reſcriptum rectè vtrique petitioni reſpondet. Attamen deinde fuit repertum cancellatum reſcriptum in Supplicatione, & aptatus etiam liber Signaturæ in aliud reſcriptum, videlicet cauſa exemptionis in Rota, cauſa exceſſuum, & attentatorum in Congregatione Regularium coniungendo attentata iudicialia cum exceſſibus, & extraiudicialibus, & licet omnes votantes in ſuis cartulis haberent verum reſcriptum, nihilominus nunquam potuit colligi Supplicatio, etiamſi reſcriptum illo modo conceptũ eſſet contra omnem rationem, quia exemptio, & attentata erant Iudicialia, & ſimul committenda in Rota, exceſſus verò extraiudiciales remittendi erant ad Congregationem Regularium.

In Signatura quoque Iuſtitiæ ſeruatur pariter liber in quo ſcribuntur decreta, & hic etiam occurrere poſſunt errores. Nupèr ſub die 15. Octobris præteriti fuit propoſita commiſſio in Signatura iuſtitiæ per Reuerend. Patrem Dominum Perſicum pro Nicolao Saluato, & in libro reſcriptorum reperitur reſcriptum *ſine præiudicio.* nullo alio addito. Commiſſio verò originalis continet aliud reſcriptum, nempe *ſine præiudicio quod bona; quo*

zero

verò ad perſonam cum clauſula ſi quid exequendum.

20 Nicolaus fuit carceratus in vim ſimplicis Reſcripti contenti in libro Signaturæ, vt autem è carceribus liberaretur fuit porrecta ſecunda commiſſio ſub die 6. Decembris præteriti, quæ habet Reſcriptum *ſine præiudicio quo ad bona* cum facultate excarcerandi.

21 Dubitatur modo quodnam Reſcriptum ex prædictis duobus ſit attendendum, & an Nicolaus fuerit ritè, & legalitèr carceratus, & crederem eſſe attendẽdum Reſcriptum commiſſionis originalis, nam de mente Signaturę conſtat non ſolum ex Reſcripto in dicta commiſſione prima, ſed etiam Reſcripto ſecundæ commiſsionis videlicèt voluiſſe tantummodo obligare bona Nicolai, non autem perſonam,
22 & ſic in hac materia non eſt attendendus liber Signaturæ, ſed ipſum reſcriptum extenſum in commiſsione originali præſertim cùm omnes votantes notent in ſuis carthis Reſcripta, quæ ſi ſint vniformes cũ Reſcripto commiſsionis proculdubio excludunt librum, illiuſq; fidem, cùm facilius ſit, quòd vnus ſcri-
23 bendo erret, quàm multi.

Vnum pro Coronide totius præmiſſæ materiæ addendum, nempè quòd concluſio illa ſupra multis rationibus probata ſumptum, & Regiſtrum facere plenam fidem, ea extare, non tamen faciunt fidem quoad contenta in eo, quoad alios, ſed tantummodo quoad nominatos in commiſsione, exempli cauſa porrigitur commiſsione in qua Petrus enunciatur Vir Nobilis. Subſcribunt commiſsioni collitigantes, eique conſentiunt, non tamen exinde probatur nobilitas Petri, quia Scribentes poſſent colludere. *Maſcar. dicta concluſ.* 1320. *num.* 2.

SVMMARIVM.

Stylus quot modis conſideretur, 1. *&* 45.
Stylus conſuetudo, mos, & obſeruantia in quibus differant, 2.
Stylus nedum circa ſcripta, ſed etiam circa facta verſatur, 3. 5. *&* 6.
Stylus eſt generalis conſuetudo, 4.
Stylus ſeruandus eſt pro lege, 7.
Stylo non ſeruato Gratia non redditur ſuſpecta de falſo, 8. *& procedi poteſt ad condemnationem,* 9.
Stylus vnius Curiæ non eſt ſeruandus in alia, 10. *licet ſis delegans, niſi fuerit Curia Romana,* 11.
Stylus Curiæ Eccleſiaſticæ non debet ſeruari per Iudicem ſæcularem, 12.
Stylus probandus eſt ab allegante. 13.
Stylus deciſionis eſt probandus formiter, 14. *nec ſufficit extraiudicialis informatio,* 15.
Stylus Ordinatorius quomodo probetur, 16. 17. 18. *&* 19.
Stylus tàm deciſorius, quàm Ordinatorius probatur ex ſcripturis, 21.
Stylus Notariorum probandus eſt per Stylum aliorum Notariorum, 22. *& quando non ſufficiat,* 23.
Stylus ex quo alicui oritur magnum præiudicium, ſiue ſit deciſorius, ſiue Ordinatorius probandus eſt concludenter, 24.
Stylus ſufficienter probatur ex eo, quod collitigans ita ſeruauit, 25.
Stylus, vt probetur per teſtes ſufficit ita aliquando fuiſſe ſeruatum, 26. *&* 30.
Requiritur tamen, quòd concurrat conueniens tempus, 27.
Stylus præſcriptus quadraginta annorum probat contra Ius, 28.
Stylus an, & quando operetur contra legem certam, 29.
Stylus vt ſuffragetur requiritur, quod aliquando ſecundum eum fuerit pronunciatum, 31.
Stylus, vt introducatur non eſt neceſſe, vt fiat in contradictorio iudicio, 32.
Stylus non probatur per teſtes ſi dicant Multi, *&* Multoties, 33.
Stylus non in genere, ſed in ſpecie probari debet, 34.
Stylus eſt ſtricti Iuris, nec debet extendi, 35.
Stylo contrario concurrente recurrendum eſt ad ius commune, 36.
Stylus dirimit dubietates Doctorum, 37.
Stylo difformi concurrente, quid ſeruandum ſit, 38.
Stylus fori dicitur ius prætorium, 39.
Stylus Curiæ quare dicatur modo albus, modo niger, 40. 41. *&* 42.
Stylus ſeruatur præcipuè in ſententiarum executione, 43.
Stylus non poteſt contractum de ſui natura illicitum licitum efficere, 44.
Stylus Dataria omnibus præfertur tanquam mens Papæ, 45.

CAPVT XXXVIII.

De Stylo.

PRimum in intentione vltimum in executione, inquit Philoſophus, ita & nobis contigit, qui ſcripturi de Stylo, qui primum locum obtinere debebat, eum repoſuimus in poſtremo actui, videlicèt de natura, & vi vocabuli Styli interpretatione.

Dupliciter autem conſideratur Stylus primo
1 modo pro ordine ſcribendi; exempli cauſa literæ Apoſtolicæ ſemper habent eundem ſcribendi ordinem, videlicet *Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, &c.* alio modo accipitur Stylus pro obſeruantia conſueta in aliquo loco, & pro Iure non ſcripto vt bene explicant *Mandoſ. reg. 27. quaſt. 12. num. 7. & 8. & Carauita ſuper Ritib. magnæ Curiæ Ritu primo num.* 17. *&* 18. & propterea Stylus, conſuetudo,
2 mos, & obſeruantia, vt plurimum confunduntur, licèt re vera inter ſe differant *Carauit. vbi ſupra num.* 181. *& Ritu.* 260. *num.* 8. *Ioann-*

 no-

Andr. in Nouell. in cap. final. de conſuetudin. & proinde Stylus communiter accipitur non ſolùm circa ſcripta, ſed etiam circa facta, vt
3 notat *idem Carauit. dicto Ritu* 1. *num.* 20. 21. *&*
23. & propterea ritè *Bartol. in l. quintus de an-*
4 *nuis legat.* inquit *Stylus eſt generalis conſuetudo*, quæ conſuetudo tam reſpicit factum, quam ſcriptum quamuis *Dec. conſil.* 11. *num.* 11. dicat Stylum conſiſtere in ſcribendo, conſuetudi-
5 nem vero in actibus, quod non videtur ſubſiſtere, nam *vt diximus* Stylus etiam conſideratur circa facta, *vt notat Etro. conſ.* 116. *num.* 8. *lib.* 5. vbi quod *pendente appellatione, ne partes veniant ad arma, & vt prouincia quieta ſit, & pacata Index de Stylo mandat vtrique parti, ne ad locum controuerſum accedant, & ad ſe poſſeſſionem auocat, fructuſq; ſequeſtrari facit, cum talis ſit Stylus, &c.* ex quo patet Stylum non ſolum circa ſcriptum, ſed etiam circa factum, & de vtroque debet intelligi. *Mandoſ. regul. 6. quæſtione*
6 *prima numero ſeptimo, & regula* 27. *quæſtione* 12. *numero ſecundo* dum dicit quod *Stylus Cancellariæ eſt attendendus*, quod debet intelligi tam circa clauſulas, quàm circa modum expediendi.

Stylus hoc modo definitus, ſiuè ſit Palatij, ſiue Datariæ, ſiue Cancellariæ, ſiue Signaturæ,
7 ſiue denique totius Curiæ ſeruandus eſt pro lege. *Mandoſ. Regul.* 8. *quæſt.* 4. *num.* 13. & *Regula* 34. *quæſt.* 56. *num.* 1. *Theſaur. decif.* 1. *nu.* 9. *Pariſ lib.* 1. *de reſignat. quæſt.* 2. *num.* 8. *Put. decif.* 13. *num.* 2. *lib.* 3. *& decif.* 240. *num.* 8. *lib.* 1. *Rot. decif.* 196. *nu.* 2. *par.* 1. *recent. & decif.* 212. *num.* 2. *ead. parte, & decif.* 2 *de appellat. in nou. & decif.* 55. *num.* 3. *de conceſſ. præbend. in antiq. & decif.* 16 *de conſuetud eodem libro Afflict. decif.* 253. *num.* 4 *& decif.* 135. *num.* 3. *Carauit. Rit.* 72. *num.* 9. *Franc. Vin. decif.* 297. *num.* 1. *latè Maſcard. de prob. concluſ.* 1311. *parte* 3. *numero* 51. & has omnes doctrinas adducere volui, quia loquitur in diuerſis iudicijs, & comprehendunt omnes terminos, vbi poteſt eſſe locus Stylo.

8 Et hæc concluſio adeò vera eſt in materijs gratiæ, vt Stylo non ſeruato gratia reddatur ſuſpecta de falſo. *Mandoſ. Regul.* 19. *quæſt.* 16. *nu.* 8. *& dixit Rot.* in Burgeñ. Abbatiæ 2 Apri-
9 lis 1593. coram Cardinali Arigono, & ex illius mutatione, quod longè plus eſt, poteſt deueniri ad condemnationem. *Maſcard. de prob. concluſ.* 1269. *num.* 8.

Stylus autem vnius Curiæ etiam eiuſdem Ciuitatis non eſt ſeruandus alibi. *Giurb. decif.* 49. *nu.* 27. ſed ſeruari debet Stylus fori in quo cauſa ventilatur, non autem Curię delegantis
11 *Granat. ad Veſtr. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 4. quod tamen procedit, niſi Curia delegans eſſet Curia Romana, quia tunc eſt ſeruandus Stylus Curiæ delegantis, videlicet Curiæ Romanę, vt idem *Granat. vbi ſupra num.* 6. *Gomez. ad Regul. de verif. notit. quæſt.* 1. *verſ. & ſecundum iſtam opinionem Garz. de beneſic. cap.* 3. *num.* 65. 67. *&* 68. *par.* 8. *Gonzal. §.* 7. *procemiali. num.* 136. *&* *gloſſ.* 6. *num.* 200. & propterea me informante, Signatura Sanctiſs. aliquoties reſcripſit in cauſis Meliteñ. vbi proceditur ex ſtatuto, & de Stylo more militari Iudicem Commiſſarium, vti debere Stylo delegantis, nempe Curiæ Romanæ, & ſic non eſt attendendus *Alciat. conſil.* 279. *nu* 2. affirmans Stylum Romanum extra Curiam non attendi, niſi velit, quod Stylus Curiæ Eccleſiaſticæ non debet ſeruari
12 per Iudicem Secularem. *Milis in Repertorio verbo Stylus ſub num.* 21. alias Stylus Curiæ Romanæ debet ſeruari vbique in proportionalibus, *Mandoſius regul.* 20. *quæſtione quinta numero ſexto*, & ita etiam interpretari debet *Gonzal. Gloſſ.* 9. *in annotationibus numero* 104. 104. vbi quod *Stylus loci Iudicij ſeruandus eſt in Ordinatorijs, excepto Stylo Curiæ Romanæ.*

13 Eſt autem probandus Stylus ab eo, qui eum allegat. *Rot. decif.* 200. *num.* 5. *par.* 1. *diuerſ. & decif* 391. *num.* 7. *par.* 2. *recentior.* Diuerſimodè
14 verò probandus eſt Stylus deciſorius, & Stylus ordinatorius. Deciſorius enim probandus eſt formiter. *Rota decif.* 393. *par.* 1. *diuerſ nu.* 2. *& deciſione* 295. *num.* 5. *par.* 1. *recent. Cæſar. de Graſſ. deciſione* 7. *numero primo de probationibus* nec ſufficit extraiudicialis informatio *Rot. deciſione* 331. *numero primo parte prima diuerſorum* Ordinatorius verò probatur extraiudicial. *Rota coram Gregorio deciſione* 484. *vbi Adden. & deciſione* 169. *numero* 15. *parte prima recentiorum, & deciſione* 725. *numero quinto parte ſecunda recentiorum Vin. deciſione* 297. *num.* 4. *Maſc. de probat. concluſ.* 1338. *num.* 6. *lib.* 3.

16 Probatio autem huiuſmodi in ordinatorijs fit ex alijs proceſſibus. *Rot. decif.* 393. *nu.* 2. *par.* 1. *recent.* Immo ex atteſtatione Notarij *Rota dicta decif.* 484. & Iudex ſi Stylus ſit notorius
17 procedit abſque citatione partis *Maſcard proxi-*
18 *mè allegatus num.* 7. eſt tamen omnino probandus, nec ſine probatione Iudex poteſt procedere, & probatum omnino ſeruare tenetur *Rota decif.* 704 *nu.* 6 *par.* 1. *recent.* ne irritentur proceſſus. *Rot. decif.* 393. *num.* 4. *eadem parte prima recent.* Probatur etiam ex atteſtatione
19 extraiudiciali Curialium. *Rota decif.* 644. *nu.* 4. *& dicta decif.* 393. *num.* 2. *par.* 1. *recent. & decif.* 197. *num.* 4. *par.* 4. *diuerſ.* aduertendum tamen eſt, ne Iudices hallucinentur in admiſſione atteſtationis practicorum, nam quandoque falluntur, *vt dixi in capite proximè præcedenti*, vnde non deberet recipi atteſtatio ſuper Stylo, niſi illa publica aliqua auctoritate eſſet
20 munita, quæ approbet atteſtantes eſſe peritos in negocio, de quo atteſtantur.

21 Vtrumque verò Stylum, tam ordinatorium quàm deciſorium probari per ſcripturas conſimiles, ſi Stylus ſuper ſcripturis probandus ſit teſtatur *Cæſar. de Graſſis deciſione octaua numero primo de probationibus Etro. conſilio* 40. *num.* 7. *lib.* 3.

Notariorum verò Stylus, vbi de eo non con-

co ſtat, probandus eſt per Stylum aliorum no-
22 tariorum. Rota dicta deciſ. 393. melior tamen
eſſet probatio, ſi deſumeretur ex alijs inſtru-
23 mentis eiuſdem Notarij. Rota deciſione 723.
numero ſexto & 7. parte ſecunda recentiorum vbi
quod atteſtatio aliorum notariorum non
ſufficit.

Quando verò Stylus probatus magnum ali-
cui ſufferret præiudicium, tunc ſiue verſemur
in ordinatorijs, ſiue in deciſorijs Stylus eſt
24 probandus concludenter Socin. Senior. conſ. 39.
numero 28. libro 1. vtraque tamen ſufficienter
25 probatur, ex eo quod collitigans ita ſerua-
uit. Rota coram Gregor. deciſione 453. numero
5. & 9.

Quando vero Stylus probatur formiter per
26 teſtes ſufficit probare, quod ità aliquando
fuerit ſeruatum. Pariſ. de reſignat. lib. 3. quæſt. 6.
num. 19. quamuis etiam requiratur, vt con-
27 currat ſufficiens ſpatium temporis. Seraph. de-
ciſ. 206. num. 3. quod tempus ſufficit, quod fue-
rit decennale etiam contra legem licèt Cano-
nicam ab initio tamen non receptam, vti ex
oppoſito præſcriptus ſpatio 40. annorum va-
let contra ius etiam ab initio receptum. Garz.
28 de benefic. capitulo primo num. 137. par. 7. in quo
tamen articulo magna eſt ſententiarum di-
uerſitas apud DD. nam Gomez. ad Regul. de
infirm. quæſtione 14. in princip. Dec. conſil. 677.
29 numero 6. apertè dicunt Stylum contra legem
certam non operari, quod idem firmat Pa-
riſ. de reſignat. lib. 3. quæſtione 18. num. 77. &
ſeqq. & Capell. Toloſan. deciſione 115. numero 2.
Beroius conſilio 40. libro tertio dicunt, quod
tunc demum poteſt allegari Stylus quando
non reperitur Ius contrarium. Alteram ſen-
tentiam amplexus eſt Alex. conſil. 240. numero
ſecundo lib. 6. & conſil. 58. num. 10. libro 7. cum
alijs allegatis per Gonzal. loco proximo allegat.
Pro concordia dicendum eſt Primam opinio-
nem procedere, quando non adſit præſcri-
ptio 40. annorum, ſecus quando illa adeſt.
Aymon conſil. 201. numero 19. Rolland. à Val-
le conſil. 3. numero 35. libro 3. Puteus deciſione
242. libro 3. & hoc ipſum vult etiam Pariſ. loco
allegato, dum dicit Stylum contra ius tantum
habere de potentia, quantum de actu; ergo
admittit Stylum contra ius, quem tamen
concludenter probari, prout etiam Ma-
ſcard. de probationib. concluſione 1338. numero 5.
part. 3. Rot. deciſione 1099. num. 1. lib. 3. part.
3. diuerſorum.

Quando verò agitur de Stylo, qui non ſit
contra ius, tunc ſufficit, quod aliquando ita
30 fuerit ſeruatum. Pariſ. de reſignat. lib. 3. quæ-
ſtione 6. numero 19. debet tamen concurrere,
vt diximus aptum tempus. Seraph. deciſione 206.
numero 32. Requiritur tamen, vt fuerit ſe-
31 cundum eum iudicatum, ſiue pronuncia-
tum Caſſadorus deciſione tertia numero quinto
de probationibus. Rota deciſione 356. numero 4.
par. prima recentiorum. Carauit. Ritu 79. numero
11. & Ritu 260. quod tamen non debet in-
telligi, vt ſpecificè ſit pronunciatum ſuper
Stylo, ſed ſufficit, quod Stylus eliciatur ex
ſententia, ſiue pronunciatione, quæ neceſſe
non eſt, quod introducatur in contradicto-
32 rio iudicio. Pariſ. dicto libro tertio quæſtione
ſexta numero 20. Bero. conſ. 87. num. 20. libro 3.
Aym. dicto conſil. 201. num. 22.

Quando verò Stylus eſt probandus per te-
ſtes depoſitio teſtium etiam iuratorum non
33 concludit, ſi dixerint Multi, & Multoties. Se-
raph. dicta deciſione 206. numero quinto Maſcard.
de probationibus concluſione 1338. numero 7. li-
bro tertio, quia hæc eſt probatio generica,
34 & tamen eſt probandus in ſpecie. Seraph. de-
ciſione 78. numero ſecundo, ſiue quod idem eſt
35 in indiuiduo. Rota deciſione 486. numero 7. par-
te ſecunda recentiorum. eſt enim ſtricti Iuris, &
non debet extendi, ſi ſit exorbitans à Iure
communi, ſed arctari. Seraph. deciſione 688.
numero ſecundo. Puteus deciſione 32. numero tertio
libro primo Achill. deciſione 17. numero 7. de
reſcript.

Occurrit autem aliquando, quod dentur
Styli contrarij, & tunc recurrendum eſt
36 ad diſpoſitionem Iuris communis. Seraph.
deciſione 1379. quemadmodum etiam recur-
rendum eſt ad Stylum occurrente dubieta-
te DD. Rota deciſione prima de fil. presbytero-
37 rum in nouis. Cæſar. de Graſſ. deciſione ſecunda nu-
mero 27. de his quæ met. cauſ. & quid ſeruan-
dum ſit in Stylo difformi tradunt Giurba deci-
ſione 68. numero 14. Bero. conſilio 87. numero 21.
libro tertio non autem poteſt dici Stylus in
38 contrarium, ſi caſus non accidit. Rota deci-
ſione 151. numero ſecundo libro tertio parte pri-
ma diuerſorum ex tempore verò, illiuſque
curſu, ſiue mutatione Stylus recipit varie-
tatem in dubijs Iuris. Caſſad. deciſione 9. numero
16. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. qui tamen Sty-
lus Iuris differt à Stylo fori, qui dicitur Ius
39 prætorium. Toloſ. deciſione 115. num. 3. & ea-
dem ratione à Stylo Curiæ, qui dicitur mo-
40 do albus, modo niger. Mandoſ. Reg. 33.
quæſtione 8. numero quinto. Pariſ. de reſignation.
libro tertio quæſtione 6. numero 33. Caſſad. deciſio-
ne 7. numero quarto de Reſcript. Gambar. de po-
teſt. legat. libro 7. numero 189. eſt enim de ſui
41 natura mutabilis. Maſcard. de probation. con-
cluſione 258. numero primo libro primo, & pro-
pterea probandus poſterior. Rota deciſione
212. numero 3. parte prima recentiorum. idem
Maſcard. concluſione 299. numero ſexto libro
primo, quod tamen, vt ſupra dixi, ſaltem
de Stylo Datariæ debet referri ad varieta-
tem, & diuerſitatem gratiarum cum alio
tempore aliæ concedi ſoleant gratiæ, &
42 aliæ negentur, & Stylus quoquo tempore
conformatur conceſſioni gratiarum. In Re-
liquis, vt vidimus, Stylus ſeruatur, & at-
tenditur cuiuſcunque Tribunalis præſertim
43 in ſententiarum executione. Gregor. deciſione
352. numero 8. Guidon. Pap. quæſtione 23. eſt
igitur Stylus magnæ potentiæ, & auctorita-
tis,

tis vt hactenus oſtenſum eſt, nunquam tamen poteſt efficere, ſiue obſeruantia communis, aut conſuetudo contractum de Iure communi
44 illicitum, & vſurarium licitum, aut excuſabilem. *Bero. conſilio* 177. *numero primo libro primo*.

Digreſſi ſumus ad hunc de Stylo tractatum, ratione Styli Datariæ, qui omnibus præualet; declarat enim mentem Principis. *Mandoſ. in proemio Regul. parte ſecunda quæſtione tertia*, & de Stylo Curiæ, & Tribunalium obiter egimus, quemadmodum etiam de notione vocabuli, quod vt in principio capitis aſſumpſimus diuerſimodè ſumitur, non ſolum, *vt ibi diximus*, pro conſuetudine ſiue pro ratione ſcribendi, vt etiam *notat Mandoſ. & Carauit. in principio allegati*, *ſed* etiam ſumitur pro pugillari, ſiue pro graphio, quò antiquitus in tabulis ceratis ſcri
45 bebatur à verbo græco [illegible], vnde Autho Euphormionis ſcribens ad Iacobum magnæ Britanniæ Regem, *ſi te*, inquit, *Stylum in gladium porrigere, ſiue gladium in Stylum corripere iuſſeris præſto ſum*. De Stylo verò vti norma rationis ſuſiſſime tractat *Auguſtin. Maſcard.* amicus meus *in nupero tractatu de conſcribenda hiſtoria*, qui profectò in hoc meo volumine deſiderabitur. Reſpuunt enim forenſia ornatiorem Stylum, ſiue elegantiora verba, cum ſufficiat, ità vt intelligaris ſcripſiſſe, quod ſpero me aſſecutum diuina ope, & Sanctiſſimæ Dei Genetricis interceſſione, cui dico, ſacroque quodcunque ad commodum, & vtilitatem Reipublicæ ſcripſero, illi itaque gratiæ, & Deo optimo maximo. Laus, honor, & gloria.

F I N I S.

INDEX
ALPHABETICVS
PRÆCIPVARVM CONCLVSIONVM HVIVS VOLVMINIS.

Abbatiſſarum tres ſpecies: Cap. 15. §. 6. num. 77.
Abbatiſſæ non poſſunt ſine cauſa cognitione amoueri. ibid. num 78.
Abbatiſſarum electiones, vt plurimum nullæ ex defectu ætatis. ib. 88.
Abbatiſſarum electio non requirit formam cap. quia propter. de elect. *ſed formam traditam* per Concil. Trident. ſeſſ 15. cap 6 ibid. num. 89.
Abbatis *diſtinctio reijcitur circa Simoniam*. quæſt. 19 num 3.
Abbreuiatores non cogunt partes inſerere literis omnes gratias in ſupplicatione contentas. cap. 6. num 62.
Abbreuiatores dimittunt ex taxa Bullarum groſſos quinque. ibid. num. 3.
Abbreuiatores mutant gratiam in eo, quod facit gratiam minorem. cap 7. num. 11.
Abbreuiatores *indicant ſolummodo ſuper recta expeditione literarum.* cap. 15. §. 9. num. 16.
Abbreuiatores de minori recipiunt præter Taxam vnum Iulium pro prima viſione. cap. 18. §. 2. num. 69
Abbreuiatores literarum Apoſtolicarum conficiunt minutas. cap. 26 num. 5.
Abbreuiatorum de maiori, & minori eſt communis maſſa. ibid. num. 7.
Abbreuiatores dicuntur periti Supplicationum. cap. 32 num. 58.
Abſolutio in vtroque foro datur per Datarium tantùm. cap 13. num 37.
Abſolutio ab irregularitate ſpectat ad ſolum Papam. ibid. num. 38.
Abſolutus ſemel ab homicidio, ſi alterum committat, tenetur etiam prioris facere mentionem. ibid. nu. 63
Abſentes quas diſtributiones amittant. cap. 16. §. 4 num. 7.
Abſentia à Diœceſi ad effectum alteruatinæ, an aliqua via poſſit excuſari. cap. 29. num. 38.
Abſentia voluntaria, neceſſaria, & mixta quæ dicatur. ibid num. 39.
Abuſus celebrandi miſſas conuentuales ſine Diacono, & Subdiacono. cap. 13 num. 44.
Abuſus eſt cantus reformatorum ibid. num. 45.
A.C. quando exequatur literas Apoſtolicas. cap. 5. num. 106
A.C. in obligatione Camerali habet præuentionem. ca. 15. num. 91.
Actus ſemper præſumitur factus validè. quæſt. 7. num. 33.
Actus extendi non debet vltra intentionem agentis. ibid. num 35.
Actus non vitiatur per ſuperabundantiam. cap. 15. § 6 num. 11.
Actus contra iuramentum factus, an corruat. cap. 15. §. 15. num. 20.
Ad *prærpoſitio aliquando excludit.* cap. 15. §. 13. num 30.
Adminiſtrationis rationem petere ſpectat ad viſitatorem. cap 15. § 5. n. 14.
Adminiſtratores Hoſpitalium Laicorum tenentur Epiſcopo exhibere rationes. ibid. num. 15.
Adoptiui excluduntur à ſucceſſione Feudi. cap. 15. § 14. num. 52.
Adoptiui quomodo ſuccedant. ibid. num. 53.
Ætas ordinandorum de Iure communi, & Concilij Tridentini. cap. 15. § 3. num. 7.
Affectionem quando operetur appoſitio manus Papæ. cap 32. num. 28.
Affectio rei particularis difficilius tollitur. cap. 24. §. 3. num. 3.
Ager continuo ſeminari non debet. cap. 15. §. 12. num. 11.
Alienationi rei Eccleſiaſticæ interuenire debet iuſta cauſa & ſolennis ſimul. cap. 15. § 10 num. 1.
Alienationis rei Eccleſiæ iuſta cauſa non eſt, niſi cedat in euidentem Eccleſiæ vtilitatem. ibid. nu. 1.
Alienationis confirmatio ſufficit pro licentia. ibid. num. 4
Alienationi ſufficit, quod ſubſequatur confirmatio. ibid num. 5.
Alienationis confirmatio iuxta inſtrumentum celebratum nihil operatur, ſi Inſtrumentum celebratum non eſt. ibid num 7.
Alienationi præſumitur interueniſſe ſolemnitas per temporis curſum. ibid. num. 8.
Alienationis contractus effectuari non poteſt ante obtentum beneplacitum Apoſtolicum etiamſi in inſtrumento eſſet reſeruatum. ibid. num. 11.
Alienationis iuſta cauſa neceſſitas. ibid. num. 13.
Alienationis confirmatio in forma communi non valet. ibid. num. 16.
Alienatio rei Eccleſiæ ſine licentia Capituli. ibid. num. 25.
Alienatio bonorum iuriſdictionalium Eccleſiæ competit ex maxima vtilitate. ibid. num. 57.
Alienationis iuſta cauſa quies Populi. ibid. num. 59.
Alienationis rei Eccleſiaſticæ Supplicatio continere debet omnia, quæ conducunt ad euidentem vtilitatem. ibid. num. 67.
Alienatio rei Eccleſiæ non legitimè facta, non obſtante de-

te decreto executoris poteſt reſcindi. cap. 15. §. 10. nu. 69.
Alienatis bonis ſtabilibus Eccleſiæ debent ſubrogari alia ſtabilia. ibid. n. 74.
Albertus Archidux Auſtriæ Principum Sanctiſſimus. cap. 16 §. 3. n. 53.
Alius, vel alia eſt pronomen implicatiuum ſimilium. cap. 15. §. 13. n. 39.
Alius pronomen non ſemper eſt implicatiuum ſimilium cap. 16. §. 6. n. 17.
Altare non eſt incompatibile cum Canonicatu. cap. 16. §. 3. n. 14.
Alternatiua nihil aliud eſt quam remotio obſtaculi. quæſt. 29. n. 4.
Alternatiua per Epiſcopum acceptata ille non poteſt redire ad quatuor menſes ibid. n. 5.
Alternatiua eſt ſecunda gratia. cap. 29. n. 1.
Alternatiua non conceditur, niſi literis expeditis. ibid. n. 2.
Alternatiua eſt quidam contractus inter Papam, & Ordinarium. ibid. n. 3.
Alternatiua conceditur propter reſidentiam. ibid. nu. 4.
Alternatiua eſt fauorabilis. ibid. n. 5.
Alternatiua non eſt mera gratia. ibid. n. 6.
Alternatiua conceditur Ordinarijs non inferioribus Collatoribus. ibid. n. 7.
Alternatiua conceditur omnibus petentibus. ibidem num. 8.
Alternatiua quomodo probetur acceptata. ibidem num. 10.
Alternatiuæ acceptatio probatur ex libro per obitum. ibid. n. 12.
Alternatiuæ acceptatio annotatur, & regiſtratur in libro Officialis vacantium per obitum. ibidem num. 11.
Alternatiua gaudet Epiſcopus poſt acceptationem. ibid. n. 13.
Alternatiua ante acceptationem eſt voluntatis, poſt neceſſitatis. ibid. nu. 16.
Alternatiuæ renunciatio quando incipiat. ibidem nu. 15.
Alternatiuam acceptans non poteſt ſine ſcientia Papæ redire ad quatuor menſes. ibid. n. 17.
Alternatiua non renunciatur per Epiſcopum tacitè niſi Papa volente. ibid. nu. 18.
Alternatiua ſublata quando intret reſeruatio quatuor menſium. ibid. n. 19.
Alternatiua abutens Epiſcopus cadit ab illius iure. ibid. nu. 20.
Alternatiuæ abuſus in quo conſiſtat. ibidem nu. 21.
Alternatiuam non amittit Epiſcopus ob non reſidentiam. ibid. n. 22.
Alternatiuæ eſt facienda mentio in impetratione. ibid. n. 24.
Alternatiuæ acceptatio admittitur à Datario ſine vlla ſcientia Papæ. ibid. n. 25.
Alternatiua an ſit ſimplex remotio obſtaculi. ibid. nu. 26.
Alternatiua, vt gaudeat Epiſcopus debet reſidere in principio menſis. ibid. n. 27.
Alternatiua vt gaudeat Epiſcopus in aliqua parte menſis debeat reſidere. ibid. n. 28.
Alternatiua an gaudeat Epiſcopus, ſi in aliquo die menſis alternati à Diœceſi receſſerit etiamſi fuerit præſens à principio menſis, & de tempore vacationis. ibid. n. 30.
Alternatiua fundatur in reſidentia. ib. nu. 34.
Alternatiua innitens ad reſidentiam non debet contrarium operari. ibid. nu. 35
Alternatiua poſſe Epiſcopum partim vti, & partim non vti quomodo ſit intelligendum. ibid. n. 36.
Alternatiua non gaudet Epiſcopus, etiamſi redeat poſt abſentiam. & ſi non habuerit animum reſidendi. ibid. n. 37.
Alternatiuæ poſſeſſio ex vnico actu acquiritur. ib. n. 42
Alternatiua comprehendit beneficia, etiam extra diœceſim ſpectantia ad collationẽ Ordinarij. ib. n. 43
Alternatiua conceſſa Epiſcopo prodeſt in ſimultaneis Capitulo. ibid. n. 46.
Alternatiua non comprehendit beneficia ſimultanea collationis. ibid. n. 44.
Alternatiuam ſi recipiat Epiſcopus non poteſt Capitulum vti quatuor menſibus. ibid. n. 70.
Alternatiua ſemel inducta non tollitur per Indultum ſuperueniens de conferendo in ſingulis menſibus. ibid. n. 72.
Alternatiua dictio poſita inter diuerſa non poteſt coaleſcere in coniunctiuam. ibid. 82.
Ampliatio, & extenſio gratiæ in quo differant. cap. 16. nu. 1.
Annata pro quibus beneficijs ſoluatur. cap. 18. n. 4.
Annatarum origo. Cap. 18 §. 3. num. 1.
Annatarum exactio an legitimè fiat. ib n. 2.
Annatæ dicuntur primitiæ Sancti Petri. ibidem num. 8.
Annata non eſt vectigal. ibid. n. 9.
Annata non eſt præſtatio annua. ibid. n. 12.
Annata non eſt introductio recens. ibid. n. 13.
Annata quid ſit. ibid. num 16.
Annata quibus ſoluatur. ibid. n 17.
Annata differt à communi, & minuto ſeruitio. ibid. num. 18.
Annata non ſoluitur pro diſtributionibus. ibidem num. 20.
Annata non ſoluitur pro beneficio, cuius fructus non excedunt viginti quatuor ducat. auri de Camera. ibid. num. 21.
Annata ſoluitur vel iuxta expreſſionem, vel iuxta taxam. ibid. num. 25.
Annatam diuerſimodè ſoluunt Galli. ibidem num. 26.
Annata ſoluitur pro beneficijs Iuris-Patronatus. ib. num 28.
Annata non ſoluitur in deputationibus, & adminiſtrationibus. ibid. num 29.
Annata rarò ſoluitur pro Vicarijs. ibidem num. 30.
Annata ſoluitur tantum pro fructibus certis. ibidem num. 31.
Annata non ſoluitur pro vnitis. ibidem num. 32.
Annata ſoluitur etiam in Reſignatione. ibidem num. 33.
Annata ſoluitur etiam in permutatione. ibidem num. 34.

An-

Annata ſoluitur in prouiſione Legati. cap. 18. §. 3. num. 35.
Annata non ſoluitur extra Curiam. ibid. num. 36.
Annata non ſoluitur, nec literæ expediuntur in Reſignatione beneficij Cardinalis de beneficio ſui Familiaris. ibid. num. 37.
Annata ſolui non poteſt, vbi non expediuntur literæ. ibid. num. 38.
Annata non ſoluitur ſub narratiua intruſionis. ibid. num. 39.
Annata ſoluitur etiam pro penſionibus excedentibus ducatos de Camera xxjv. *ibid. num. 42. & quando hoc habeat* locum. *num. 43. & quod vbi adeſt mandatum* expediendi gratis. *num. 45.*
Annatæ an, & quomodo deducatur ob penſionem antiquam. ibid. num. 47.
Annata regulariter non ſoluitur ſtante mandato expediendi gratis per viam ſecretam. *ibidem num. 48. & quando non ſuffragetur. num. 49.*
Annata in applicatione fructuum an Sacro Collegio, *vel Officialibus Cancellariæ debeatur. ibid nu. 57.*
Annata regulariter non ſoluitur in tranſlatione penſionis. ibid. nu. 61. quando autem ſoluatur. nu. 63.
Annatæ an, & quando ſoluatur in confirmatione concordiæ. ibid. num. 65.
Annata, quæ ſoluitur Capitulis differt ab Annata, quæ ſoluitur Cameræ Apoſtolicæ. ibid. num. 71.
Annatas non ſoluentium pœna. ibid. num. 72.
Annata quare introducta. ibid. num. 73.
Annatarum ſolutio an ſit de Iure Diuino. ibid. nu. 74.
Annatarum ſolutionem impugnare non eſt verè Catholici. ibid. num. 75.
Annatas ad tempus inſtituit Clemens V. in Regno Angliæ. cap. 18. §. 4. num. 7.
Annatarum Iudicum, & Commiſſariorum authoritas. ibid. nu. 8.
Annatas, & Quindennia per Officiales Cancellariæ non exactas Iulius III. & Paulus IV. applicant Cameræ Apoſtolicæ. ibid. nu. 9.
Annatæ, & Quindennia non ſoluuntur pro monaſterijs Monialium. ibid. num. 10. & quando ſic. num. 11.
Annus, qui ſeruari debet pro Interſtitijs à Concilio requiſitis non debet eſſe xij. *menſium, ſed ſufficit, quòd cõtineat quatuor interſtitia. cap. 16. §. 1. n. 27*
Annus conceſſus ad promouendum, à quo tempore incipiat. cap. 16. §. 7. num. 15.
Antidata quid ſit. cap. 31. nu. 1.
Antidatæ ſuſpicio ex quibus reijciatur. ibid. nu. 4.
Antidatæ ſuſpicio reijcitur ex præſumptionibus. ibid. nu. 5.
Antidatæ ſuſpicio facilius reijcitur, ſi concurrant ſcripturæ priuatæ, quàm ſi concurrat ſcriptura priuata cum inſtrumento. ibid. nu. 6.
Antidata contra inſtrumentum debet concludenter probari. ibid. num. 7.
Antidata cauſat falſitatem. ibid. nu. 8.
Antidata timetur in prouiſionibus Legatorum, & Ordinariorum. ibid. num. 9.
Antidatæ ſuſpicio quomodo tollatur in prouiſione Legati, & Ordinarij ibid. num. 10.
Antidatæ ſuſpicio in prouiſione Legati non cauſat malam fidem in prouiſo. ibid. num. 11.
Antidata literarum Apoſtolicarum deducitur ex regula de veriſimili notitia. *ibid. nu. 12.*
Antidata quando ſoleat apponi in prouiſionibus Apoſtolicis. ibid. num. 15.
Antidata non debet ſeruire ad ſupplantationem. ibid. nu. 16.
Appellatio contradictorij quando immiſſionem ſuſpendat. cap. 5. num. 54.
Appellatio ſuſpendit confirmationẽ. cap. 15. §. 6. n. 56.
Approbatus ſemel an rurſus in alia prouiſione debeat ſe ſubijcere examini. cap. 5. nu. 109. & ſeqq.
Approbatum ſemel quando Dataria liberet ab vlteriore examine ibid. nu. 114.
Approbatus ad Concurſum habet maius ius ad parochialem, quàm electus, aut præſentatus.
Approbatus quomodo differat à confirmatione. cap. 15. num. 37.
Applicatio fructuum primæ Eccleſiæ poteſt fieri etiam reclamantibus poſſeſſoribus. cap. 15. § 7. nu. 173.
Archidiaconi S. Rom. Eccleſiæ Officium dignitas, illiuſq; ſuppreſſio cap. 2. nu. 9.
Archiepiſcopi, vel Epiſcopi conſenſus requiritur regulariter in erectione noui Epiſcopatus. cap. 16. §. 7. nu. 169.
Arrigoniorum apud Inſubres ampla familia. cap. 15. §. 15. num. 2.
Argumentum à ſimili quomodo procedat. cap. 22. nu. 2.
Atteſtationi Curialium ſuper Stylo eſt deferendum. cap. 30 num. 19.
Audiens ſacrum in domo priuata non ſatisfacit præcepto Eccleſiæ. cap. 15. §. 1. num. 84.
Auriculis carens an poſſit ordinari. cap. 16. §. 2. num. 12.
Auditor ſubrogatus in locum abſentis excluditur per illius reditum. cap. 24. num. 14.
Auocatio cauſæ non eſt neceſſaria, vbi iudicium non eſt receptum. cap. 19. num. 8.
Azonis *error circa Officiales annatarum cap. 18. §. 4. num. 26.*

B

B*Atauī non poſſunt habere iuſtum dominium, neque præſcribere. cap. 4. §. 10. nu. 14.*
Beneficium requirens in fundatione Sacerdotium an requirat hanc qualitatem de tempore electionis. cap 6. num. 19. vſque ad 29.
Beneficium in cuius fundatione dicitur quod Sacerdos per ſe, vel alium celebret, an ſit ſacerdotale. cap. 15. §. 15. num. 8.
Beneficia Iuriſ-patronatus numquam dicuntur vacare in Curia. ibid. nu. 95.
Beneficium debitum certo generi perſonarum alteri non conſertur. ibid. nu. 124.
Beneficium non poteſt admittere, qui ad illud eſt ordinatus. cap. 16. §. 1. num. 11.
Beneficia nulla quoad eorum naturam ſunt incompatibilia. cap. 16. §. 3 num. 5.
Beneficia omnia reſidentiam requirentia de mente Concilij comprehenduntur ſub cap. de multa. de præbendis, *&* Conſtit. Execrab. *ibid. num. 13.*
Beneficia de ſui natura incompatibilia eſſe ſolita obtineri ſimul, debet probari. ibid. nu. 20.

Beneficiorum multiplicitas in vna perſona deturpat Eccleſiam. cap. 16. §. 3. nu. 27.

Beneficia ſimplicia ex generali conſuetudine reſidentiam non requirunt. cap. 16. §. 4. nu. 1.

Beneficia omnia reſidentiam requirunt exceptis ſimplicibus. ibid. nu. 2.

Breue de capienda poſſeſſione nomine Cameræ datur ante expeditionem literarum cum obligatione tamen, quod literæ intra ſex menſes debeant expediri. cap. 15. §. 8. nu. 11.

Breue de capienda poſſeſſione nomine Cameræ non datur niſi pro reſeruato. ibid. nu. 13.

Breue contra intruſum debet iuſtificari. ibid. nu. 14.

Breue de capienda poſſeſſione, ſapit magis gratiam, quàm iuſtitiam. cap. 28. nu. 4.

Breue de capienda, &c. poteſt aliquo modo dici ſecunda gratia. ibid. nu. 1.

Breue Apoſtolicum quid. ibid. nu. 2.

Breue de capienda, &c. nomine Cameræ quare adinuentum. ibid. nu. 3.

Breue expeditur Supplicatione ſignata. ibid. nu. 5.

Breue ſigillatum à Papa dicitur originale. ibidem num. 7.

Breue habet eandem Datam Supplicationis. ibid. nu. 6.

Breue diſcordans à minuta remittitur ad corrigendum. ibid. nu. 9.

Breue de capienda aliquando eſt locus Supplicationis. ibid. nu. 11.

Breue expeditum aſſignatur particlauſum. ibidem nu. 12.

Breue habet vim literarum Apoſtolicarum. ibidem nu. 13.

Breue de capienda, &c. datur inſtante Commiſſario Cameræ. ibid. nu. 15.

Breuia non exequuntur à Parlamentis Galliæ. ibid. nu. 14.

Breue de capienda, &c. inſeritur Monitorio A.C. ibid. nu. 17.

Breue de capienda, &c. eſt ad vtilitatem Prouiſi. ibid. nu. 19.

Breue de capienda, &c. fundatur in reſeruatione. ibid. nu. 20.

Breue de capienda, &c. non datur, niſi cum clauſula Conſtito. ibid. 21.

Breue de capienda, &c. non poteſt exequi ſine citatione. ibid. nu. 22.

Breue de capienda, &c. habet de ſui natura paratam executionem. ibid. nu. 23.

Breue de capienda, &c. debet iuſtificari. ibid. nu. 24.

Breue de capienda, &c. quomodo iuſtificetur. ibid. nu. 25. & 31.

Breuis executio non retardatur per exceptionem patronatus turbidi, ibid. nu. 27.

Breue dicitur ſubreptitium, non facta mentione de lite. ibid. nu. 28.

Breue per relationem ad literas prouiſionis tribuit Iuriſdictionem. ibid. nu. 29.

Breue eſt nullum ſi gratia principalis eſt nulla. ibid. nu. 30.

Breue iuſtificatum mandatur executioni. ibidem nu. 32.

Breue an, & quando admittat appellationem. ibid. nu. 33. & ſeqq.

Breuis etiam non iuſtificati poſſeſſio aliquando ſuſtinetur. ibidem nu. 40.

Breue motu proprio conceſſum non indiget iuſtificatione. ibid. nu. 43.

Breue de capienda, &c. plùs operatur, quàm res iudicata. ibid. nu. 44.

Breue non eſſe iuſtificandum, & quod contra illud opponi non poſſit ſunt duo diſtincta. ibid. nu. 45.

Breue de capienda, &c. datur contra vitium ſpolij, & attentatorum. ibid. nu. 46.

Breue de capienda, &c. expirat morte illius, cui fuit conceſſum. ibid. nu. 47.

Breuis de capienda, &c. forma ſeruanda. ibidem nu. 60.

Breue excludens attentata, non excludit attentata ob inhibitionem Rotalem ibid. nu. 61.

Bracchium ſæculare quomodo, & quando à Iudice Eccleſiaſtico ſit implorandum. cap. 15. §. 9. nu. 18.

Bullæ cur ſcribantur in membranis cap. 10. nu. 10.

Bulla quando tranſcribatur. ibid. nu. 11.

Bulla recipit vires à plumbo. cap. 21. nu. 12.

Bullæ quando plumbentur. ibid. nu. 13.

Bulla in forma Rationi congruit, an de gratijs immediatè Prædeceſſoris, vel etiam de alijs expediri poſſit. ibid. nu. 14.

Bullæ quomodo mittantur ad plumbum, & Regiſtrum. cap. 30. nu. 28.

C

CAncellarius non veniebat nomine Scriniarij, Bibliothecarij, ſiue Notarij. cap. 2. nu. 5.

Cancellarius, & non Vicecancellarius nuncupandus eſt, qui ſummo illo magiſtratus munere fungitur. ibid. nu. 8.

Cancellaria in nihilo non poteſt recedere à forma commiſſionis præſcripta à Dataria. cap. 5. nu. 111.

Cancellaria dat executores in literis. cap. 32. nu. 47.

Cancellaria, & Camera non ampliat gratias, ſed eas reſtringit ad terminos regularum Iuris. cap. 32. nu. 66.

Caducitas non habet locum, niſi in contractu emphiteotico. cap. 15. §. 13. nu. 69.

Caducitas eſt pœna. ibid. nu. 71.

Caducitatem qualibet cauſa excuſat ibid. num. 72.

Caducitas vt inducatur quod tempus requiratur. ibid. nu. 70.

Caducitatem ob nonſolutum canonem excuſat abſentia. ibid. num. 87. Verbalis oblatio. num. 88. qualibet cauſa etiam minùs iuſta. nu. 90.

Caducitas non incurritur in re emphiteotica communi inter duos, ſi vnus in ſolutione defecerit. ibid. nu. 92.

Caducitatem non incurrit, qui non poſſidet. ibid. num. 93.

Canonici Regulares pro obtinenda Parochiali Sæculari non indigent diſpenſatione Apoſtolica, ſed tantum licentia Papæ. cap. 15. nu. 109.

Canonicus Regularis eſt capax Parochialis ſæcularis non tamen penſionis abſque diſpenſatione. cap. 16. num.

num. 12. & cap. 15. §. 7 num. 110.
Canonicus debet eſſe magis qualificatus, quàm ſimplex Capellanus. cap. 16. §. 9. nu. 13.
Canonicatus plures quando in Germania ſunt incompatibiles. cap. 17. nu. 39.
Canonicatus Germaniæ de conſuetudine exprimuntur ad ducatos de Camera xxjv. cap. 18. §. 3. nu. 22. & quomodo hoc etiam procedat in Canonicatibus Italiæ. ibid. nu. 23.
Canon ſoluendus in loco loci, ſi ille non deſignetur, & non fiat ſolutio, an poſſit agi ad deuolutionem. cap. 26. nu. 55.
Calumnia ad effectum Regulæ de ſubrogando, vnde deducatur. cap. 24. §. 1. nu. 14.
Calumnia non præſumitur in principio litis. cap. 24. §. 2. num. 27.
Capitulum non eſt legitimus contradictor ad impediendam executionem literarum Apoſtolicarum. cap. 5. nu. 87. ſecus quando contradictio concerneret ſtatutum Eccleſiæ. nu. 88. & 89.
Capitulum habita notitia de Sede-vacante eam illicò publicare tenetur. cap. 15. §. 6. num. 93.
Capitulum an, & quando poſſit deferre diſtributiones abſenti remiſſiuè. cap. 16. §. 4. nu. 13.
Capitulum an poſſit deputare Vicarium cum limitato mandato. cap. 33. nu. 14.
Capella priuata quomodo de licentia Ordinarij conſtituenda. cap. 15. nu. 83.
Capellam erigere in Parochialem poteſt Epiſcopus concurrente cauſa. cap. 15. §. 7. nu. 95
Cap. quia propter tollit omnem conſuetudinem contrariam. cap. 15. §. 6. num. 12.
Cap. Felix Epiſcopus 16. quæſtione prima interpretatur. cap. 15. §. 7. num. 168.
Cap. Auaritiæ procedit etiam in beneficijs Iuris-patronatus. cap. 15. § 15. num. 126.
Cap. multa de præbendis eſt correctorium prauæ conſuetudinis. cap. 16. §. 3. num. 8.
Cardinalium atteſtationi an, & quando adhibeatur fides. cap. 3. num. 5.
Cardinales Interpretes Concilij exactè examinant cauſas reſtitutionis aduerſus lapſum quinquennij. cap. 12. nu. 18.
Cardinales ſunt Ordinarij in eorum domibus. cap. 15. §. 1. nu. 85.
Cardinales Protectores quam habeant Iuriſdictionem. cap. 15. §. 5. nu. 37.
Cardinalibus prouidet Papa propter merita Cardinalatus. cap. 15. §. 6. nu. 46.
Cardinales quomodo æquiparentur Regibus. cap. 15. §. 7. nu. 149.
Cardinales ex conſtitutione Vrbani VIII. appellantur Emmentiſſimi. ibid. nu. 150.
Cardinalis per conſtitutionem Pij V. non creatur, qui ante ordines erat bigamus. cap. 16. §. 8. num. 20.
Cardinalis Caſſarellus Datarius mandauit diſpenſationes in tertio expediri per Cancellariam. cap. 18. §. 2. nu. 45.
Cardinalium Indulta de expediendo gratis per viã ſecretam procedit tantùm in ijs, qui fuerunt præſentes in Curia per ſex menſes. cap. 18. §. 3. num. 52.
Cardinales habent facultatem taxandi beneficia in Camera. cap. 18. §. 4. nu. 15.
Cardinalis Seraphini votum circa ſolutionem Quindenniorum. ibid. nu. 20.
Cardinales Ordinarij indigent indulto de conferendo beneficia etiamſi ſint excepti à Regula reſeruatoria. queſt. 20. nu. 3.
Cardinales non comprehenduntur ſub Regulis Cancellariæ. cap. 29. nu. 50.
Cardinales non comprehendi ſub Regulis Cancellariæ eſt priuilegium perſonale. ibid. nu. 55.
Cardinali an, & quando credatur. cap. 30. nu. 24.
Caſſinentium priuilegia de alienando ſtabilia non excedentia ſcuta 400. ſine beneplacito Apoſtolico. cap. 15. §. 11. nu. 20.
Caſus quid ſit. cap. 15. §. 10. nu. 53.
Caſus fortuiti non mutant pretia rerum. ibid. nu. 64.
Caſſatura, ſiue caſſatio gratiæ ſupponit Indultum præcedens. cap. 27. nu. 1.
Caſſatio penſionis gratuita cum pacto non poteſt fieri ſine Supplicatione. ibid nu. 3.
Caſſatio penſionis requirit conſenſum non minus, ac reſignatio beneficij. ibid. nu. 9.
Caſſationis conditiones debent adimpleri. cap. 27. nu. 8.
Caſſationis pactum, & conditio eſt factis anticipatis ſolutionibus. ibid. nu. 10.
Caſſans, ſeu transferens penſionem pretio incurrit labem Simoniæ. ibid. num. 4. non tamen incurrit pœnas latas contra Simoniacos. ibid. nu. 5.
Caſſationis penſionis pactum non admittitur in actu reſignationis. ibid. nu. 11.
Caſſatio penſionis non admittitur, niſi literis expeditis. ibid. nu. 12.
Caſſatio penſionis coacta non requirit literarum expeditionem. ibid. nu. 14.
Caſſari an poſſit penſio in fraudem Creditorum. ibid. nu. 15.
Caſſatio penſionis fit per Procuratorem. ibid. nu. 16.
Caſſationis penſionis Orator eſt titularis, ſiue Rector beneficij. ibid. nu. 18.
Caſſationem penſionis allegantì incumbit onus probandi. ibid. nu. 22.
Caſſationis exceptio non impedit manutentionem, niſi deſuper fuerit iudicatum. ibid. nu. 23.
Caſſatio penſionis habet datam propriam. ibidem nu. 24.
Caſſatio, ſiue cancellatio in Supplicatione non ſemper importat negationem. cap. 32. nu. 63.
Caſſatura in corpore Supplicationis eſt magis attendenda quàm in clauſulis. ibid. nu. 64.
Caſſatum quod eſt in corpore Supplicationis non poteſt extendi in literis, neque per Cameram, neque per Cancellariam. ibid. nu. 65.
Caſſatura in Supplicatione arguit dolum. ibid. nu. 67.
Caſſatura cenſetur facta ab eo, apud quem reperitur. ibid. nu. 68.
Caſſador. deciſ. 12. de præbend. reijcitur. cap. 7. nu. 58.
Cauſa propter quam petitur prorogatio quando exprimenda. cap. 15. §. 8. nu. 15.
Cauſidici vt plurimum impudentes Rabulæ. cap. 15. §. 8. nu. 15.

Caſtra-

Caſtratus an, & quando debeat diſpenſari ad ordines. cap. 152. nu. 13.
Cathedralis & Metropolitæ debent neceſſariò exprimi vti notabiles. cap. 16. §. 6. nu. 14.
Cathedralis Metropolitæ expreſſione an veniat Patriarchalis. ibid. num. 15.
Centenaria habet pro ſe præſumptionem tituli validi. cap. 5. nu. 85.
Centenaria differt ab immemorabili. cap. 15. §. 15. nu. 138.
Centenaria admittit probationem in contrarium. Ibid. nu. 134.
Cenſus impoſitio ſuper re Eccleſiæ requirit eaſdem ſolemnitates, ac alienatio cap. 15. §. 10. num. 66.
Cenſus à principio redimibilis ex poſt facto fieri poteſt redimibilis. ibid. nu. 88.
Cæmenta Eccleſiæ prophanatæ venduntur, & applicantur arbitrio Ordinarij cap. 15. §. 7. num. 161.
Ceditur iuri, & renunciatur beneficio. cap. 18. §. 3. nu. 68.
Chirographum Papæ concipitur lingua vernacula. cap. 15. §. 1. nu. 119.
Chirographa non fiunt niſi in materijs Cameralibus. ibid. nu. 120.
Chirographum excepta lingua eſt Breui per ſimile. ibid. 121.
Clauſula Ac certis alijs ex cauſis Orator dubitet, &c. *quid operetur. cap. 6. num. 54.*
Clauſulæ augendi, & minuendi interpretatio. ibid. nu. 59. quando apponatur, & apposita deleatur. nu. 60.
Clauſula Ad perpetuam rei memoriam *apponitur in erectionibus. ca. 15. §. 7. num. 153.*
Clauſula alienationi appoſitæ ad infraſcriptum effectum & non alias quid operetur. cap. 15. §. 10. nu. 28.
Clauſula Abſque eo, quod renouatio fieri poſſit *quid operetur. cap. 15. §. 12. num. 30.*
Clauſula Citra præiudicium ſucceſſionum fideicommiſſariorum *prodeſt nedum filijs, ſed etiam Agnatis. cap. 15. §. 2. num. 12.*
Clauſula Cum ſuſpenſione quarumcumque vnionum *quando apponatur. cap. 15. §. 4. nu. 3.*
Clauſula Cum ſuſpenſione, &c. *non diſſoluit vnionem, ſed etiam ſuſpendit. ibid. nu. 4.*
Clauſula Cum quibuſcunque melioramentis *quid importet. cap. 15. §. 12. nu. 28.*
Clauſula Cui non fuit hactenus derogatum, *quid importet. cap. 15. §. 15. nu. 141. & 158.*
Clauſula Concedimus, & reſeruamus *quid importet. ibid. nu. 149.*
Clauſula cum omnibus incidentibus æquiualet clauſulæ quam, & quas. *cap. 24. §. 2. nu. 39.*
Clauſula ceſſantibus reſeruationibus *ſtat affirmatiuè, & non conditionaliter. ca. 29. nu. 70.*
Clauſula Conſtito de narratis, & ſi in euidentem *expoſitio. cap. 15. §. 10. nu. 66.*
Clauſula Conſtito, &c. *in Breui de capienda poſſeſſione iuſtificatur coram A. C. per teſtes ſine citatione partis. cap. 28. nu. 50.*
Clauſula Contradictores, &c. *de quibus intelligitur. cap. 5. nu. 77.*
Clauſula Datum *plures expoſitiones. cap. 6. nu. 1.*
Clauſula defendens inductum, &c. *quid operetur. cap. 5. num. 47.*
Clauſula dummodo ſint in vſu *debet probari. cap. 15. §. 1. nu. 53.*
Clauſula dummodo iuſto pretio *locatio fiat quomodo iuſtificetur. cap. 15. §. 12. nu. 22.*
Clauſula Dummodo habeat aliundè, &c. *concludentiſſimè probanda. cap. 16. §. 1. nu. 16. non eſt verificanda, ſi ante executionem reſignationis reſignans habitum ſuſceperit, vel obierit. nu. 18.*
Clauſula dummodo non ſit alteri ius quæſitum *quomodo interpretanda cap. 33. nu. 20.*
Clauſula De poteſtatis plenitudine *eſt fortior reliquis. cap. 15. §. 1. nu. 78.*
Clauſula De amplitudine poteſtatis *non derogat regulæ de Iure quæſito non tollendo. cap. 15. §. 2. nu. 21.*
Clauſula Ex certa ſcientia *operatur, quòd confirmatio ſit maioris roboris, non autem maioris authoritatis. cap. 15. §. 1. nu. 60.*
Clauſula Ex certa ſcientia *non operatur circa ea, quæ concedens neſcire præſumitur. ibid. nu. 73.*
Clauſula Ex certa ſcientia *non tollit ſubreptionem confirmationis. ibid. 75.*
Clauſula Ex certa ſcientia *quando operetur plenarium effectum. ibid. nu. 77.*
Clauſula Ex certa ſcientia, & motu proprio, *quod robur adijciant gratiæ. cap. 33. nu. 38.*
Clauſula quod præmiſſorum omnium maior, & verior, &c. *in confirmatione alienationis quid operetur. cap. 15. §. 10. num. 35.*
Clauſula Etiam abſq; literis dimiſſorialibus *quibus concedi ſoleat. ca. 16. §. 1. num. 21.*
Clauſula Etiamſi de illis, eorumque tenoribus, *quid operetur. cap. 15. §. 1. nu. 102.*
Clauſula Et quod aliæ vniones *ad quem effectum apponatur. cap. 15. §. 4. nu. 16.*
Clauſula Eorumque tenores etiam veriores in toto ſeù parte exprimi poſſint, *in literis quomodo intelligenda. cap. 15. §. 9. nu. 15.*
Clauſula in tranſlatione Parochialis apponi ſolita. cap. 15. §. 7. nu. 160.
Clauſula Licita tamen, & honeſta *quid operetur in confirmatione Statutorum. cap. 15. §. 3. nu. 14.*
Clauſula Motu proprio *in confirmatione appoſita non tollit intentionem. cap. 15. §. 1. nu. 70.*
Clauſula Motu proprio, & ex certa ſcientia *non operatur ea, quæ ſunt facti, ſed quæ ſunt Iuris. ibid. nu. 71.*
Clauſula motu proprio *transfert onus probandi in impugnantem. nu. 72.*
Clauſula Motu proprio ex certa ſcientia de amplitudine poteſtatis non obſtante, &c. *ſimul iunctæ inducunt præſumptionem, Principem voluiſſe præiudicare Iuri tertij. cap. 15. §. 2. num. 18.*
Clauſula motus proprij quid operetur. cap. 17. nu. 5.
Clauſula motu proprio *non tollit defectum intentionis. cap. 32. nu. 96.*
Clauſularum multæ in Supplicationibus delentur à reuiſoribus. cap. 6. nu. 53.
Clauſula nulla fructuum perceptione ſubſecuta *ad quem effectum apponatur. cap. 6. nu. 47.*
Clauſula Non tamen exceden. & cæt. *non ſemper, & indiſtinctè eſt apponenda, vbi ſit mentio*

tio valoris. cap. 15. § 13. n. 6.
Clauſula Non facit fructus ſuos *quid operetur. cap.* 17. n 24.
Clauſula Non aliàs aliter, nec alio modo *qualifi-cat etiam regreſſum. cap.* 26. n. 84.
Clauſula Non tamen a nobiſmet prouiſis, *quid o-peretur. cap.* 28. n. 57.
Clauſula Non alias aliter, nec alio modo *admitti-tur in Reſignatione. cap.* 32. n. 87.
Clauſula Niſi prius aliunde, &c. *quomodo interpo-nenda. cap.* 16. §. 1. n. 19.
Clauſula Perpetuò, & ad perpetuam rei memo-riam, *an ſint idem. cap.* 15 §. 9. n. 17.
Clauſula Prout in publico inſtrumento deſuper confecto pleniùs continetur *eſt vtilis, & profi-cua. cap.* 15. §. 13. n. 8.
Clauſula Parito Breui *operatur etiam reſtitutionem fructuum. cap.* 28. n. 37.
Clauſula Parito Breui arbitrio Rotæ, *quid opere-tur. ibid.* n. 36.
Clauſula Parito Breui *in quo differat à clauſula* Pa-rito literis. *ibid. n.* 38.
Clauſula Parito Breui arbitrio Rotæ *quid opere-tur. ibid.* n. 39.
Clauſula per liberam reſignationem in manibus Noſtris ſponte factam, *quomodo ſit interpretan-da. cap.* 32. n. 88.
Clauſula qualitates habeantur pro expreſſis *quid importet. cap.* 15. §. 15. n. 119.
Clauſula Qualitatem, &c. *& aliæ in noua proui-ſion appoſitæ quid operentur. cap.* 7. n° 51.
Clauſula Quorum tenores *non operatur indiuiduam, & expreſſam mentionem. cap.* 15. §. 1. n. 100. *quando verò operetur. n.* 101.
Clauſula Quorum tenores latiſſimè extenſa, *quid operetur. cap.* 15. §. 2. n. 5.
Clauſula Quatenus ſint in vſu *transfert onus pro-baudi in allegantem. cap.* 15. §. 3. n. 12.
Clauſula Quod valeat in vim nouæ conceſſionis *confirmat vnionem nullam, aliàs non. cap.* 15. §. 4 n. 19.
Clauſula Quod finita, vel deficiente linea huiuſ-modi *quid importet. cap.* 15. §. 13. n. 13.
Clauſula Quodq; præſens ſignatura ſufficiat *quid operetur. cap.* 27. n. 21.
Clauſula reſtrictiua retroceſſioni apponi ſolita. cap. 25. n. 5.
Clauſula reſtrictiuæ Supplicationum ſunt variæ iuxta varietatem gratiarum. cap. 32. n. 98.
Clauſulæ reſtrictiuæ generales, vt plurimum ſunt præ-ſeruatiuæ Iuris tertij. ibid. n. 99. *& quando iuris Pap.* e. n. 100.
Clauſula regreſſus quod propria auctoritate capi poſſit poſſeſſio *quomodo intelligenda.* c. 26. n. 91.
Clauſula Scriptum, *& clauſula* Datum *plerumque idem important. cap.* 2. n. 4.
Clauſula Si tibi canonicè, &c. *quomodo intelligen-da. cap.* 13. n. 59.
Clauſula Supplentes omnes defectus *quid opere-tur cap.* 15. §. 1. *num.* 45. *& cap.* 33. *num.* 22.
Clauſula Sine præiudicio prolis legitimæ *quid ope-retur. cap.* 15. §. 2. n. 11
Clauſula Sine præiudicio executionis *non tribuit iuriſdictionem* Iudici, *ad quem niſi facta executio-ne. cap.* 26 n 101. *in contrarium* 102.
Clauſula Sine retardatione ſolutionis penſionis *an tollat Iuriſdictionem Iudici ad quem. ib. n.* 103.
Clauſula Sine præiudicio Iuris tertij *quid importet cap.* 33 n. 19.
Clauſula Spontè, & liberè *quomodo interpretetur. cap.* 27. n. 19.
Clauſula Sola Signatura ſufficiat *quomodo appo-natur in Supplicatione. cap.* 35. n. 24.
Clauſula Sola ſignatura ſufficiat *non tollit Regi-ſtrum. ibid.* n. 25.
Clauſula ſuperflua in reſcriptis non vitiat. cap. 15. §. 10. n. 36.
Clauſula Teq; ad primæua iura legitimitatis *quid operetur. cap.* 15. §. 2. n. 10.
Clauſula Vt penſio validè reſeruari poſſit in man-dato *quid operetur. cap.* 14 n. 3.
Clauſula Videat Camera *in confirmationibus quan-do apponatur. cap.* 15. §. 1. n. 98.
Clauſula vocatis *requiritur in confirmatione vnionis cap.* 15. §. 4. n. 20.
Clericus non ſuccedit in Feudo. cap. 15. §. 14. n. 42. *poteſt tamen Domino volente* 43.
Clericus cur non ſuccedat in Feudo. ibid. n. 45.
Clericus ſuſpendi potiùs debet, quàm mendicare. cap. 16. §. 1. n. 5.
Clerici Cameræ Apoſtolicæ habent Indultum expe-diendi gratis etiam quoad annatam. *cap.* 18. §. 3. n. 51.
Clericus primæ tonſuræ dicitur perſona Eccleſiaſtica, & habet characterem indelebilem. quæſt. 28. n. 5.
Claudus niſi valdè difformis non indiget diſpenſatio-ne. cap. 16 §. 2. n. 7.
Collegialitas habitu an cauſet incompatibilitatem. cap. 9. n. 10.
Collatio eſt potentior nominatione, & eam compre-hendit. cap. 15. §. 6. n. 45.
Collator ordinarius quis dicatur. ibid. n. 47.
Collatio Cardinalis vt inferioris Collatoris *non in-diget noua prouiſione. ibid. n.* 48.
Collator inferior non eſt tantæ authoritatis, ac ordi-narius. cap. 15. §. 15. n 84.
Collatio tertij facta habenti duo an ſint nulla, vel po-tiùs vacent duo priora. cap. 16. § 3. n. 12.
Collatio Canonica quid importet. ca. 16. §. 6. n. 22.
Collationis *vocabulum an omnem prouiſionis modum comprehendat. ibid.* n. 23.
Collator qui poteſt cõferre iure Ordinario, & iure indulti cẽſetur cõtuliſſe iure Ordinario. c. 28. *qu.* 20. *n.* 20
Collatio vigore Alternatiuæ debet eſſe clara. cap. 29. n. 42.
Collatio beneficiorum propriè quid dicatur. ibid. n. 60
Collatio inferioris non eſt adeò fauorabilis, ac ordi-narij. ibid. n. 75.
Collator inferior eſt quodãmodo Ordinarius. ib. n. 75.
Collaterales, & agnati quoto gradu ſuccedant in Feudo. cap. 15. §. 14. n 54.
Colligans non poteſt petere Subrogationem ex clau-ſulis generalibus. cap. 24 §. 2. n. 65.
Commiſſio reſtitutionis aduerſus lapſum quinquennis duas habet cauſas. cap. 12. n. 17.
Commiſſio executionis ſi in euidentem *non cadit ſub*

diſpoſitione Concil. Triden. cap. Cauſæ omnes. cap. 15. §. 11. n. 21.

Commiſſio ſuper ui, & metu quomodo expedienda. cap. 18. §. 2. n. 29.

Commenda propriè non eſt titulus. cap. 14. nu. 18.

Commendæ à principio dabantur ad quinquennium, quod prorogabatur. cap. 17. n. 28.

Commutatio voluntatis non ſupprimit omninò onera, ſed ea permutat in alia. cap. 18. §. 3. n. 60. & §. 4. n. 19.

Commutationis Iudicis gratia habet locum in Iudice delegato. cap. 19. n. 1.

Commutatio Iudicis non datur quando iudicium eſt cæptum. ibid. n. 8.

Commutationis Iudicis cauſa debet eſſe iuſta. ib. n. 9.

Compoſitio pro quibus gratijs ſoluatur. cap. 18. n. 1. & §. 1. n. 1.

Compoſitio non ſoluitur pro diſpenſatione in foro conſcientiæ. ibid. n. 3.

Compoſitio pro fructibus malè perceptis quid operetur. ibid. n. 4.

Compoſitio non fit ſuper diſtributionibus quotidianis. ibid. n. 5.

Compoſitio an dicatur cauſa onerosa. ibid. n. 6.

Compoſitio non ſoluitur pro penſione in prouiſione ex obitu. ibid. n. 7.

Compoſitio facta ſuper aliqua gratia non probat illius effectuationem. ibid. n. 8.

Compoſitiones Dataria fiunt ſecundùm præſcriptas regulas. ibid. n. 11.

Compoſitionum Dataria Author fuit Alexander VI. ibid. n. 12.

Compoſitio ſoluitur in reſignationibus pro fructibus tantùm certis, ſiue diſtributiones exprimuntur, ſiue non. ibid. cap. 26. n. 28.

Compoſitio non intrat, niſi pro fructibus, & emolumentis ſpectantibus ad impetrantem. cap. 14. n. 29.

Comparens, & proteſtans debet audiri. cap. 24. §. 2. n. 54.

Confirmatio eſt cognata gratiæ conualidatoriæ. cap. 15. n. 1.

Confirmatio in quibus differat à reualidatoria. ibid. num. 2.

Confirmatio in genere diffiniri non poteſt. ibidem num. 3.

Confirmationis diffinitio tradita per Gamb. ibidem num. 4.

Confirmationum duæ ſunt ſpecies. ibid. n. 5.

Confirmatio in forma communi quæ dicatur. ibidem num. 6.

Confirmatio communis vbi dignoſcatur. ibidem num. 7.

Confirmatio in forma ſpecifica quæ dicatur. ibidem num. 8.

Confirmatio ſpecifica eſſe poteſt ſine clauſulis Motu proprio, & Ex certa ſcientia. ibid. n. 9.

Confirmatio ſpecifica contra naturam confirmationis mutat ſtatum rei. ibid. n. 10.

Confirmationem ſpecificam non facit clauſula Motu proprio, & Ex certa ſcientia. ibid. n. 11.

Confirmatio, vt dicatur in forma ſpecifica debet habere inſertum tenorem rei confirmatæ. ibid. n. 12.

Confirmatio ſpecifica non intrat, niſi pro expreſſis. cap. 15. nu. 13.

Confirmatio non ſupplet defectus per verba generalia. ibid. n. 14.

Confirmationum genera quot ſint. ibid n. 15.

Confirmatio an probet exiſtentiam rei confirmatæ. ibid. nu. 39.

Confirmationes expediuntur triplicia. ibid. n. 16.

Confirmatio in quo differat à noua conceſſione. ibid. nu. 38.

Confirmatio Apoſtolica, quos ſuppleat defectus. ibid. nu. 41.

Confirmatio ſupplet ſolemnitates non ſubſtantiam. ibid. nu. 42.

Confirmatio non ſupplet defectum poteſtatis ibidem. nu. 43.

Confirmatio non ſupplet defectum conſenſus ibidem nu. 44.

Confirmatio in forma communi parum, aut nihil operatur ibid. nu. 49. nihil facit de nouo. nu. 50. nullum tollit obſtaculum. nu. 51. eſt tamen vera, & propriè confirmatio. n. 52.

Confirmatio Papæ non comprehendit ea quæ aduerſantur legi. ibid. n. 54.

Confirmatio non venit ſub generali diſpoſitione. ibid. num. 63.

Confirmatio non corruit, licèt irritetur actus confirmatus. ibid. nu. 64.

Confirmationis nullitas non inficit actum ex ſe validum. ibid. nu. 65.

Confirmatio Ex certa ſcientia aliquando dicitur in forma communi. ibid. nu. 74.

Confirmatio facta violento non ſuſtinetur. ibidem. nu. 76.

Confirmatio propriè cadit ſuper acta tertij. cap. 15. §. 2. nu. 2.

Confirmatio ſtatutorum in forma communi, quæ ſit. cap. 15. §. 3. nu. 9.

Confirmatio ſtatuti in forma communi non operatur, ſi non ſit vſu receptum. ibid. nu. 10.

Confirmatio ſtatutorum addit robur confirmato reſpectu Iuris non facti. ibid. nu. 11.

Confirmatio ſtatutorum non trahitur ad diſpoſitionem iuratam. ibid. nu. 17.

Confirmatio Statuti tollens iuramentum debet fieri Ex certa ſcientia. nu. 19.

Confirmatio Statuti confirmat conſuetudinem ab eo approbatam. ibid. num. 21.

Confirmatio vnionis omnium maximè neceſſaria. cap. 15. §. 4. nu. 1.

Confirmatio in forma communi eſt neceſſitatis, & iure debita. ibid. nu. 15.

Confirmatio delegati Apoſtolici dicitur Apoſtolica. cap. 15. §. 5. nu. 27.

Confirmatio electionis denotat ſuperioritatem. cap. 15 §. 6. nu. 2.

Confirmatio electionis legitimè facta ſupponit ſimiliter legitimam electionem. ibid. nu. 50.

Confirmationis conditio ſuſpendit effectum, non tamen facit, quod non ſit Canonica. ibid. nu 55.

Confirmatio electionis, quæ ſortitur effectum operatur prouiſioni Apoſtolicæ. ibidem nu. 52. adeout contra poſſeſſorem vigore confirmationis, non poſſit

pro-

procedi executiuè. cap. 15. §. 6. num. 53.
Confirmatio electionis operatur, vt appellatio. ibid. num. 57.
Confirmatio an & quomodo ſit actus iudicialis. ibid. num. 58.
Confirmationem electi debet præcedere citatio. ibid. num. 59.
Confirmatio iudicialis ſupplet defectum electionis. ib. num. 60.
Confirmatio facta per Superiorem eam cauſæ cognitione habet vim diffinitiuè. ibid. nu. 61.
Confirmatio in vno indacit informationem in reliquis ibid. nu. 62.
Confirmatio præſumitur potiùs facta ſecundùm ſubſtantiam, quàm ſecundùm accidens. ibid. nu. 63.
Confirmatio alienat dispoſitionis trabitur ad omnia conſequentia ad dictam diſpoſitionem. ibidem nu. 64.
Confirmatio non extenditur ad illicita. ibid. nu. 65.
Confirmatio actus ſubreptitij nihil operatur. ibid. nu. 66. etiamſi habeas clauſulam ex certa ſcientia. *n. 67. & clauſulam* de nouo concedimus. *na. 68.*
Confirmans actum ſubreptitium ſemper cenſetur circumuentus. ibid. nu. 69.
Confirmatio extenditur per verba pinguiora. ibidem nu. 70.
Confirmatio non extenditur vltra ſuos terminos. ibid. num 71.
Confirmatio electionis aliter facta non inficit ipſam electionem legitimè factam. ibid. nu. 72.
Confirmatio nulla an excuſet à pœna cap. auaritiæ de elect in 6 *ibid. num. 73.*
Confirmatio tribuit exercitium eorum, quæ ſunt iuriſdictionis non eorum, quæ ſunt Ordinis. ib nu. 75.
Confirmatio electi non expectato edicti termino, an ſuſtineatur. ibid. nu. 76.
Confirmatio duplex vinculum iniicit. cap. 15. §. 8. num. 4.
Confirmatio concordiæ per ſe non valentis obtenta pro firmiori cautela nihil operatur, niſi inſeratur tenor. ibid. nu. 19.
Confirmatio contra pactam inutilis eſt. ibid. na. 20.
Confirmatio concordiæ de partium conſenſu præſumitur vſu recepta. ibid num. 21.
Confirmationis vltimus ſtatus ſeruatur. ibid. num. 25.
Confirmatio concordiæ ſumit vires à Data ibidem nu. 28.
Confirmatio cõcordiæ ex certa ſciẽtia *ſuper diuiſione collationum facit locum Alternatiuæ, niſi adſit clauſula* ſaluis reſeruationibus. *ibid. nu. 26.*
Confirmari poteſt contractus inualidus ſine tamen præiudicio tertij. ibid. nu. 27.
Confirmatio concordiæ non indiget iuſtificatione in his quæ concernunt intereſſe partium, & ambæ partes conſentiunt ibid. nu. 3.
Confirmatio fit cum clauſula ſi eſt ita *ibid. nu. 32.*
Confirmationis literæ expediri debent ante concordiæ effectuationem ibid. na. 28.
Confirmationis literæ debent executori exhiberi ibid. num. 29.
Confirmationis tempus attenditur etiam ad effectum inducendi præſcriptionem. ibid. nn 34.
Confirmatio Iudicialium ob defectum ſolemnitatum vocatur ſanatio. cap. 15. § 9. num. 1.
Confirmatio ſententiæ nullæ, vel notoriæ iniuſtæ corruit ex defectu intentionis. ibid. nu. 4.
Confirmatio de ſui natura fit ex interuallo. cap. 15. §. 10 nu. 6.
Confirmatio alienationis quo tempore petatur, & obtenta iudici offeratur. ibid. nu 9.
Confirmatio actus nulli an retrotrahatur in præiudicium tertij. ibid. nu. 30.
Confirmatio electionis non ſupplet defectum cauſarum ibid. nu. 31.
Confirmatio Iuris-Patronatus recipit vires à Data confirmationis. cap. 15. §. 15. nu. 170.
Confirmans dicitur conferre. cap. 29. nu. 51.
Confirmationi Apoſtolicæ non poteſt contraueniri inferior. cap. 15. §. 1. num 57. vtrum ſaltem poſſit interpretari. nu. 58.
Concordia iniri poteſt ſuper beneficio, aut re Eccleſiaſtica cum clauſula ſaluo beneplacito Apoſtolico. *cap. 15. §. 7. nn. 1.*
Concordia ſiue confirmatione nihil operatur. ibidem nu. 2.
Concordia ſine reſeruatione beneplaciti Apoſtolici eſt nulla. ibid nu. 3.
Concordia concepta ſub beneplacito poteſt peti per alterum contrahentium tantum. ibid nu. 5.
Concordiæ renunciari non poteſt per vnum ex contrahentibus poſt confirmationem licet non conſtet, quod ad ipſius inſtantiam fuerit confirmatum. ibid. nu. 6.
Concordiam ſat eſt fuiſſe confirmatam à Papa ante reuocationem Procuratoris, vel pœnitentiam contrahentis. ibid. nu. 7.
Concordia poteſt expediri dupliciter commiſſariè, & gratioſè. ibid. na. 8.
Concordia confirmata omninò ſeruanda. ibidem nu. 22.
Concordantes ſi conueniunt de aliqua ſumma pecuniarum illa debet exprimi. ibid. nu. 29.
Concordiæ robur pendet à confirmatione ibidem num. 31.
Concordata Germaniæ, & Leodien. nunquam veniunt ſub derogatione. cap. 15. §. 1. num. 117.
Concil. Trident. Seſſ. 14. cap. 7. *interpretatur. cap. 13. num. 8.*
Concil. Triden. ſeſſ. 22. cap. 8. de prohibitione viſitationis in fundatione appoſita *quomodo debeat intelligi. cap. 15 §. 5. n. 21. & quid velit per reſtrictiuam illam in caſibus à iure conceſſis. nu. 25.*
Concilium Baſilienſe, an & quomodo receptum. cap. 15. §. 6. nu. 19.
Concil. Triden. an tollat probationes Iuris Patronatus, quæ ſunt de Iure. cap. 15. §. 15 nu. 68.
Concilij Tridaen. circa diſpenſationes decretum. cap. 16 §. 1. nu. 17.
Concilia generalia requirunt expreſſam derogationem. cap. 16. §. 3 nu. 3
Concilium Baſilienſe à principio Oecumenicum deinde Conciliabulum fuit. cap. 18 § 3 num. 14.
Conditio appoſita reſcripto non poteſt retrahi. cap. 5. nu 113.
Conditiones in reſignatione ſeruari debent, vt inducatur vacatio. cap. 10. nu. 15.

Conditiones, quas Papa reijcit in reſignatione. cap. num. 17.
Conditio in mandato ad reſignandum non admitti ſolita poteſt per Papam deleri. cap. 26. num. 49.
Conſenſus ante extenſionem reuocari poteſt: cap. 5. num. 26.
Conſenſus extendi non poteſt ſine mandato. cap. 10. num. 22.
Conſenſus ſuper actu inualido corruit cum ipſo actu. cap. 10. quaeſt. 6. num. 11.
Conſentiens reſeruationi penſionis intelligitur de valida. cap. 14. num. 31.
Conſenſus conditionalis nihil operatur, ſi deficiat conditio. ibid. nu. 32.
Conſenſus titularis in reſeruatione penſionis ex regula Cancellariæ requiritur pro forma. ibid. nu. 33.
Conſenſus datus in Supplicatione, quæ fuit reiecta an ſufficiat, ſi admittatur à ſucceſſore. cap. 27. num. 20.
Conſenſu præſtito ſuper reſignatione an partes poſſint reſilire. cap. 32. num. 51.
Conſenſus inſufficientis defectus apponi poteſt etiam literis expeditis. cap. 10. num. 8.
Confeſſio non reuocatur niſi docto de errore. cap. 15. §. 15. num. 153.
Conſtantinus magnus primum vſus clauſula Datum. cap. 6. num. 2.
Congregatio interpretum Concilij erecta à Sixto V. cap. 13. num. 62.
Congregatio Oratoriorum quomodo inſtituta. cap. 15. §. 1. num 88.
Congregationis Concilij reſcriptum in cauſis locorum, vbi Cardinales ſunt ordinarij, quomodo incipiatur. cap. 15. §. 5. num. 5.
Congregationes Card. fuerunt introductæ à Sixto V. cap. 15. §. 7. nu. 155.
Congregationis Conſultæ author S. Carolus Borromaeus. ibid. num. 156.
Conſtitutio Concilij Patauien. & Sixti V. inhabilitat illegitimos ad beneficia cap. 14. num. 44.
Conſtitutio noua recipit interpretationem à iure communi. cap. 15. §. 1. num. 105.
Conſtitutio Vrbani VIII. reuocatoria priuilegiorum interpretatur. ibid. num. 112.
Conſtitutiones Pij IV. & Pij V. contra illegitimos. cap. 15. §. 2. num. 14.
Conſtitutio Pij V. contra illegitimos an eos arceat ab emphiteuſi tranſitoria ad extraneos. ibid. n. 23.
Conſtitutio Pij V. contra illegitimos non inducit aliquot ius de nouo, ſed tantum reuocat facultates, & licentias teſtandi ad fauorem illegitimorũ. ibid. n. 32
Conſtitutionis Vrbanæ interpretatio ſuper titulo Eminentiſſimi. cap. 15. §. 7. num. 151.
Conſtitutio Paulina circa modum alienandi res Eccleſiæ inſeritur in literis. cap. 35. §. 10. num. 39.
Conſtitutio Sixti V. & Gregorij XIV. de non infeudando hactenus inuiolata, & in ea iurant omnes Cardinales. cap. 15. §. 14. num. 1.
Conſtitutio Gregorij XIV. de non infeudando in quibus locis procedat. ibid. nu. 3. & in quibus caſibus, & in quibus non ibid. nu. 4.
Conſtitutio Clementis VIII. contra Barones ſi non iniqua ſaltem multum exorbitans. ibid. nu. 7.
Conſtitutiones de non infeudando nullas excludunt perſonas, ſed tantum prohibent prorogationem. ib. num. 8.
Conſtitutiones de datis, & promiſſis non tollunt quominùs detur aliquid pro labore Sollicitatori gratia. cap. 18. §. 2. num. 67.
Conſtitutio cenſetur perpetua niſi ſit ad certum tempus reſtricta. cap. 29. num. 85.
Conſtitutio Gregorij XIII. de publicandis corruit à die datæ literarum. cap. 30. num. 7.
Conſtitutio execrabilis famulatur regulæ de non iudicando. cap. 32. num. 40.
Conductor propter impedimentum, ſiue vitium rei locatæ non agit ad reſciſſionem contractus, ſed ad remiſſionem affictus. cap. 15. §. 12. num. 16.
Conductor agens pro implemento non retardat depoſitum conuentum. cap. 15. §. 12. num. 17.
Conductor domo ruinam minante poteſt à contractu recedere. ibid. nu. 18.
Conductori an liceat ob non adimplementum à contractu recedere. ibid. nu. 19.
Conductori ſcienti rei locatæ vitium non debetur remiſſio. ibid. nu 20.
Conductor modicum damnum, ſiue modicas expenſas non repetit. ibid. nu. 21.
Conductor non poteſt ſoluere anticipatè. ibidem num. 25.
Contractus ex quo Eccleſia non fit pauperior, nec locupletior tenet. cap. 15. §. 10. num. 68.
Contractus non ſemper talis eſt, qualis in inſtrumento nuncupatur. cap. 15. §. 13. num. 2.
Contractus denominatio per inſcitiã Notarij perperã appoſiti non alterat illius naturam. ibid. num. 3.
Contractus in dubio potius cenſualis cenſetur, quàm Emphiteoticus. ibid. num. 59.
Contractus in dubio talis cenſeri debet qualis à contrahentibus nominatur. ibid. num. 60.
Contractuum actus magis inſpicitur, quàm ſcriptum. ibid. nu. 61.
Contractus qualis cenſeri debeat pluribus denominationibus concurrentibus. ibid. nu. 62.
Contractus emphiteoticus dicitur quando ſoluitur modica reſponſio cenſualis. ibid. nu. 63.
Conſuetudines nõ temerè immutandæ. ca. 15. §. 5. n. 24
Conſuetudo exprimendi fructus Canonicatus ad xxjv. non liberat prouiſum à Nuncio habente indultũ cõferendi reſtriptũ ad valorẽ xxjv. c. 18. §. 3. n. 24.
Conſanguinei multorum Statutis ad petitionem renouationis admittuntur. cap. 15. §. 13. num. 19.
Contumacia non inducitur, niſi poſtquam declaratum fuit, cui, & quomodo ſit parendum. cap. 26. n. 58.
Concluſiones per Rotam canonizatæ ſuper quibus principaliter diſputatur habent vim communis opinionis non autem alia aſſumpta. cap. 15. §. 15. n. 101.
Concluſiones, quæ firmantur in regreſſu per deceſſum, vt plurimum applicantur etiam regreſſu Conuentionali. cap. 26. num. 6.
Concurrentibus duobus pro derogatione medietatis patronorum præfertur patronus etiamſi præſentatus præueniſſet. cap. 15. §. 15. num. 36. de familia, & Presbyteri præferuntur. num. 37.
Conuentus Doctorum Virorum apud Vincentium Marchionem Iuſtinianum. cap. 15. §. 14. num. 46.

Con-

Conferre poteſt Ordinarius habenti vnum inſufficiens ſecundum, habenti duo non poteſt conferre tertium etiamſi illa duo ſint inſufficientia. cap. 16. §. 3. num. 9. & 19.

Conferre non poteſt Ordinarius duas dignitates, ſiue duos perſonatus, etiamſi non ſint ſufficientes. ibid. num. 10. ſufficiens quod dicatur. nu. 11.

Conferendi ius probatur per publicam vocem, & famam. cap. 29. n. 49.

Conſequens, qui vult, debet neceſſario, voluiſſe antecedens. cap. 15. §. 15. n. 83.

Condomini Caſtri, ſiue Terræ comprehenduntur ſub Conſtitutione Concilij præſumentis vſurpationem, non minùs, ac Domini abſoluti. cap. 15. §. 15. num. 86.

Conſiſtorialis propoſitio quænam ſit. cap. 17. n. 8.

Conſiſtorialiter vt prouideatur de monaſterio non requiritur certus quidam valor. cap. 18. § 2. num. 22. & 60.

Correctio Bullarum fit quinque modis. cap. 10. n. 2.

Correctio Bullæ ex facultate Regentis. ibid. n. 4.

Correctio Bullæ in vim clauſularum. ibid. num. 5.

Correctio Bullæ ex gratia, cui priùs. ibid. num. 6.

Correctio Bullæ ex regiſtro Supplicationum. ibidem num. 7.

Correctio circa varietatem verborum. ibid num. 13.

Cuiacius reijcitur, & obiter interpretatur tex. in l. qui ex quæſturæ C. dè quęſt. magiſt. offic. lib. 12. cap. 3. num. 10.

D

DAatarius vtrum à danda, ſeu datando dicatur. cap. 1. num. 1. & 7.

Datarius non concedit gratias, ſed Papa. ibid. n. 2.

Datario ſoli creditur circa conceſſionem gratiarum. ibid. num. 3.

Datarius eſt organum mentis, & vocis Papæ. ibid. num. 4.

Datarius expedit omnia ea, quæ ſunt gratiæ. ibidem num. 6.

Datarius in conferendis beneficijs eſt Papæ Vicarius. ibid. num. 8.

Datarius mādat conferri beneficia ſimplicia per conceſſum non excedentia valorem ducatorum decem auri de Camera. num. 9.

Datarius poteſt munus datandi conferre alteri. ibid. num. 10.

Datarij munus antiquiſſimum. cap. 2. num. 1.

Datariatus principium incertum. ibid. num. 6.

Datariam peramplam, & magnificam extruxit Innocen. VIII. ibid. num. 7.

Datarius repræſentat perſonam Domini Papæ. cap. 3. num. 1.

Datario non poteſt opponi falſitas. ibid. nu. 3.

Datarij munus reliquis ſublimius eſt, & excelſius. ibid. num. 6.

Datarius tenetur gratias non regiſtratas reſeruare futuro Pontifici in obitu Papæ. ibid. num. 8.

Datarij munus ſiue officium coincidit cum præfecto, ſiue comite ſacrarum largitionum. ibid. n. 9.

Datarius mortuo Pontifice vilibus muneribus fungi non debet. cap. 3. num. 11.

Datarius præ alijs magiſtratibus Pontifici debet eſſe fidus. cap. 4. num. 1.

Datarius debet habere virtutes eximias ibid. num 2.

Datarius debet Principi ſuo eſſe familiaris. ibidem num. 3. & 11.

Datarius debet habere iuris peritiam, praxis beneficialem, & rerum cognitionem. ibid. n. 4.

Datariæ Officiales quandoque peccant in reſcriptis Supplicationibus appoſitis, tum quia mouerunt difficultates vanas, tum etiam quia tardè reſpondent. cap. 21. num. 9.

Dataria in noua prouiſione petita ex decreto irritè potest de eo doceri. ibid. num. 11.

Datario debent eſſe nati Curiales. cap. 4 num. 5.

Datarius debet eſſe indefeſſus in ætate valida, & non caduca. ibid. num. 6.

Datarius debet eſſe facilis in audientijs concedendis. ibid. num. 7.

Datarij munus natura ſua odioſum. ibid. num. 9.

Datarij Officij ritè functo meretur, vt ad maiores honores promoueatur. ibid. num. 10.

Datarij miniſtri quot ſint, & quæ munia cap. 5. nu. 1. vſque ad 33.

Datarius, & Officiales Datariæ habent ampliſſimam facultatem caſſandi, & addendi in Supplicationibus ſignatis. ibid. num. 12. & quomodo hoc faciunt. ibid. num. 13.

Datarius quandaq; aptat regiſtrum cap. 9. num. 9.

Datarius poteſt corrigere, & emendare Supplicationes ſignatas tàm per conceſſum, quàm per Fiat modo non ſint regiſtratæ. cap. 10. num. 2. etiamſi ſint regiſtratæ, & remiſſæ ad Cancellariam num. 3. mandat retineri Bullas in regiſtro num. 4. & quid ſi parti tradita Supplicatio, & literæ expeditæ, vel literarum expeditionum conſenſum. num. 5. delet clauſulas in regiſtro appoſitas num. 6. mutat illius tenorem. num. 7. viuente Pontifice concedente. num. 18.

Dataria prorogando concedit terminum breuiorem primo. cap. 11. num. 6.

Dataria non diſpenſat ad ſimplex ſuper ætate, niſi impetrans decimum annum attingat. ibid. num. 24.

Dataria tangentes materias Concilij Tridentini tranſmittit ad eiuſdem Concilij Interpretes. cap. 13. num. 62.

Dataria repetit terminos penſionum malè exactos. cap. 14. num. 37.

Dataria in reualidatoria ſemper ſolet requirere nouum conſenſum titularis. ibid. num. 40.

Dataria aliquando conualidat penſionem nullam ſine nouo conſenſu, & quibus caſibus. ibid. nu. 41.

Dataria non concedit prouiſionem præſentato in concurſu impetrantis de libera. cap. 15. §. 15. num. 43. ſi tamen incontinenti doceretur de patronatu non ſignaretur Supplicatio de libero. num. 44. & 67.

Datarius non eſt Iudex impetrantium, ſed informat ſe extraiudicialiter ante Signaturam. ibidem num. 45.

Dataria non ſemper confidit de ordinario. ibidem 161.

Dataria concedit prouiſionem pro præſentato in concurſu impetrantis de libero, quando præſentatus alium.

aliundè non poteſt prouidere. ibidem num 46.
Dataria in confirmatione concordiæ non debet reſcere conuentionem, quod beneficium controuerſum maneat apud præſentatum, ſiue prouiſum ab Ordinario. ibid. nu. 47.
Dataria remittit expeditoribus ſoluentibus compoſitionem quatuor pro centenario. cap. 26. nu. 27.
Datarij atteſtatio etiam poſt officium, an faciat fidem cap. 30. num. 23.
Dataria non expedit duas ſupplicationes pro vno beneficio ad fauorem diuerſorum. ibid. nu. 34.
Dataria in reſignationibus non derogat conſenſui patronorum, in permutationibus verò derogat. cap. 15. §. 15. nu. 129.
Datum idem quod conceſſum. cap. 1. nu. 5.
Datandi munus antiquitùs demandabatur diuerſis officialibus. cap. 2. nu. 2.
Data magna, ſiue extenſiua, quo ponatur. cap. 6. nu. 8. non poteſt abbreuiari. nu. 9.
Datantur commiſſiones extra Curiam. ibidem nu. 10.
Data, & non miſſa attenditur, & quando non. ibid. nu. 12. in materia gratioſa ſemper attenditur quoad iuſtificationem, ſiue ſubreptionem. nu. 13. præſertim circa iuſtificationem valoris. num. 14. & qualitates prouiſi quæ poſſunt deficere nu. 15. aliæ ſuperuenire non. nu. 18.
Data apponitur à die Signaturæ Supplicationis. ibid. nu. 32. ſecus in vacatione in Curia, ſiue apud Sedem. nu. 33.
Data ſemel appoſita an poſſit mutari. ibid. nu. 34.
Data Supplicationis non conſenſus attenditur. ib. n. 35.
Data commutationis Iudicis recipit vires à prima commiſſione. cap. 19. nu. 12.
Data impetrationis per dimiſſionem. cap. 22. num. 10.
Data in forma Rationi congruit vnde ſumatur. cap. 21. nu. 20.
Data attenditur etiam in gratia Si neutri. cap. 30. nu. 5.
Data relaxationis Bullarum non probat Datam plumbationis. ibid. nu. 8.
Data facultatiua debet acceptari cum ſua qualitate. ibid. nu. 9.
Data paruarum Datarum quomodo extendi debeat. ibid. nu. 16.
Data parua datur pro omnibus beneficijs Franciæ. ibid. nu. 17.
Data De prouidendo quando habeat vim prouiſionis. ibid. nu. 26.
Data plumbationis non probat plumbationem. ibid. nu. 37.
Datæ tempus quoad ſubſtantiam gratiæ eſt attendendum. ibid. nu. 31.
Datæ prioritas poteſt probari teſtibus. ibidem nu. 32.
Datis duabus concurrentibus quæ præferenda. ibid. nu. 35.
Datæ tempus non attenditur quando ſequitur abſurdum. ibid. nu. 36.
Datium quid. cap. 15. §. 1. nu. 79.
Damnum modicum non repetitur per conductorem. cap. 15. §. 12. nu. 21.
Decij opinio circa ſucceſſionem in emphiteuſi Eccleſiaſtica improbatur. cap. 15. §. 2. nu. 31.
Decimæ non poſſunt poſſideri à Laicis. cap. 15. §. 10. num. 42.
Decimarum Laici capaces ſunt, quoad fructus. ibid. nu. 43.
Decimales fructus non ſunt ſpirituales. ibid. nu. 45.
Decimæ alienari poſſunt de licentia Papæ. ibidem num. 46.
Decimæ alienatæ in Laicos efficiuntur quid prophanum. ibid. nu. 47.
Decimæ alienari poſſunt in concomitantiam, & minus principaliter. ibid. nu. 48.
Decimæ, quæ non competunt ratione adminiſtrationis Sacramentorum videntur alienabiles in Laicos. ibid. nu 50.
Decretum de metiendo in vlteriora quomodo debeat intelligi. ibid. nu. 82.
Decreta eluſoria vitari debent ab Officialibus Datariæ. nu. 90.
Decretum Datariæ circa reuerſionem bonorum Eccleſiæ locatorum imperfectum, & quomodo ſupplendum. cap. 15. §. 12. nu. 34.
Decretum Interpretum Concilij iuſſu Vrbani VIII. editum prohibitorium alienationis bonorum Regularium emanauit ad tollenda priuilegia, et Indulta obtenta contra Conſtitutionem Paulinam. cap. 15. §. 13. nu. 94.
Decreta Datariæ non mutant ſtatum rei. cap. 15. §. 15. nu. 164.
Decreta per Datariam appoſita non arctant vltra diſpoſitionem Iuris. ibid. dicto nu. 164.
Decretum de non reſignando beneficium ad quod quis ordinatus eſt non habet locum in permutatione æquiualente. cap. 16. § 1. num. 12.
Decretum per Datariam apponi ſolitum in diſpenſatione ſuper ætate. cap. 16 §. 7. nu. 10.
Decretum petendi nouam prouiſionem afficit tam Ordinarios, quam inferiores collatores. quæſt. 20 nu. 6.
Decretum de petendo nouam prouiſionem eſt appoſitum ad fauorem Cameræ Apoſt. ibid. nu. 7.
Decreto Concilij de committendo cauſam nullitatis profeſſionis extra locum immiſſionis difficillimè derogatur. cap. 19. num. 10.
Decreta ſunt ſtricti Iuris, & ſtrictè interpretanda. cap. 22. nu. 18.
Declaratio Vrbani VIII. circa Indulta Cardinalium de conferendo. cap. 29. nu. 81.
Deciſio in cauſa Triden. beneficij de Roſſal. 12. Decembris 1594. coràm Pena mendoſè à Garcia relata reducitur ad genuinam lectionem. ca. 5. n. 49.
Deuotio eſt cauſa ſufficiens ad obtinendam gratiam in temporibus. cap. 16. §. 1. num 10.
Defectus in contractu alienationis, quomodo ſuppleatur per confirmationem. cap. 15. §. 10. nu. 29.
Deformitas ſuper qua quis diſpenſatur debet inſpici, & iudicari ab Epiſcopo. cap. 16. §. 2. nu. 5.
Deformitas triplex, ea quæ diſpenſabilis. ibid. nu. 6.
Deformitas quæ in iure expreſſa non eſt an impediat ordines. ibid. nu. 14.
Delegatus vltra cognitionem cauſæ habet coerct onem ca. 5. n. 115. poteſt ſententiam ſuam exequi. n. 116.
Delegatus in cauſa grauaminis poteſt cognoſcere

ſuper

ſuper nullitate. ib. num. 117. poteſt cognoſcere ſuper delicto teſtis in cauſa. nu. 118. poteſt abſoluere ab excommunicatione ad cautelam. nu. 119. poteſt omnia ea, quæ faciunt ad faciliorem cauſæ expeditionem. nu. 120.

Delegatus Papæ debet procedere Iuris ordine ſeruato. cap. 15. §. 5. nu. 26.

Delegatio ſub nomine proprio, & ſub nomine dignitatis an, & quando expires. cap. 15. §. 6. nu. 32.

Delegati iuriſdictio, an & quando expiret morte delegantis. cap. 20. nu. 3.

Derogatio regulæ de iure quæſito non tollendo præiudicat quibuſcunq; vocatis. cap. 15. §. 2. n. 2.

Derogatio generalis an præiudicet cauſæ ſpeciali. cap. 5. num. 95.

Derogare, aut diſpenſare non ſolet Dataria, vbi non eſt neceſſarium. cap. 6. nu. 30.

Derogatio conſuetudinis non comprehendit immemorabilem. cap. 15. § 5. nu. 23.

Derogatoriarum derogatoriæ ampliſſimæ quando cenſeantur reuocatæ. cap. 15. §. 7. nu. 152.

Derogationem medietatis patronorum Dataria non concedit indifferenter. cap. 15. §. 15. nu. 38.

Derogationes generales non comprehendunt Iuſ-Patronatum, niſi de eo faciant mentionem. ca. 15. §. 15. n. 96. niſi Papa habuerit certam notitiam. nu. 97.

Derogatio, & reuocatio ſunt termini diuerſi. cap. 15. § 15. nu. 142.

Derogatio ſtatutorum debet eſſe expreſſa, quæ importatur per clauſulam expreſsè derogamus. cap. 16. §. 6. nu. 24.

Derogatio, & abrogatio in quo differant. ib. nu. 25.

Derogari non debet Iuri non conſiderabili. cap. 24. §. 1. nu. 10.

Derogatio fideicommiſſi generalis facilior eſt, quàm ſpecialis. cap. 24. §. 3. num. 2.

Derogatio regulæ de Iure quæſito non tollendo. quid operetur. cap. 33. nu. 2.

Derogatio regulæ de Iure quæſito non tollendo nunquam præſumitur. ibid. nu. 3. etiamſi Principi ſuit narratum Ius tertij, & ille ſimpliciter reſcripſerit. ibid. nu. 4.

Derogatoriæ derogatoriarum non tollunt non expreſſa. cap. 15. § 1. nu. 111.

Deſcendentia in Iure-Patronatu quomodo probanda. cap. 15. § 15. num. 169.

Diaconi cur vocentur Leuitæ. cap. 13. nu. 43.

Diaconi Romani contumaces in Presbyteros. ib. n. 46.

Dietarum materia, & derogatio. cap. 15. §. 9. n. 12.

Digitis carens an diſpenſetur ad ordines, & quando. cap. 16. §. 2. nu. 11.

Dignitate vacante apud Sedem dabitur in literis de reſeruato ratione vacationis apud Sedem, non tanquã de dignitate ex regula tertia. ca. 15. §. 6. n. 26.

Dignitates, & perſonatus de Iure nequeunt obtineri. ibid. nu. 29.

Dignum trahere minus dignum, quomodo interpretandum. cap. 15. §. 15. nu. 106.

Diligentia in Regiſtro probans negatiuam gratiæ. cap. 36. num. 17.

Diligentia ad probandam negatiuam in quibus regiſtris fieri debeant. ibid. nu. 18.

Dimiſſoriales nemo concedere poteſt niſi proprius Ordinarius. cap. 16. §. 1. num. 23.

Dimiſſoriales literas obtinens debet examinari à proprio ordinario, ſeu alieno ad mandatum proprij. ibid. nu. 25.

Dimiſſio ex decreto eſt ſecunda gratia. cap. 22. nu. 1.

Dimittendi temporis, quantum habeat, qui tenetur ex decreto. ibid. num. 3.

Dimittendi tempus non currit quando poſſeſſio non eſt pacifica. ibid. nu. 4.

Dimiſſio ex decreto quomodo fieri debeat. ibidem num. 8.

Dimiſſio in quo differat à reſignatione. ibidem num. 11.

Dimiſſio nihil aliud eſt, quàm ceſſio. ibid. nu. 12. differunt tamen inter ſe. ibid nu. 13.

Dimiſſio ex decreto non fit locus præſentationi patronorum ſecus ſi fiat in manibus Ordinarij. ibidem nu. 14. & 16.

Dimiſſionis conſenſus quomodo extendatur. ibidem num 26.

Dimiſſionis decretum pro Regularibus. ibidem nu. 27.

Dimittendi beneficij valor non eſt iuſtificandus. ibid. nu. 29.

Diſpenſetur cur difficilius cum clerico homicida in maioribus, quàm cum Presbytero. cap. 13. nu. 28.

Diſpenſationis executio in quibus cauſis differatur. ibid. nu. 35.

Diſpenſatio cum irregulari non operatur, niſi præcedente habilitate. ibid. nu. 48.

Diſpenſatio ad beneficia curata eſt difficilis. ibidem. num. 49.

Diſpenſationes conceduntur ad Supplicationem partis non motu proprio. cap. 16. nu. 3.

Diſpenſatio ſecunda debet facere mentionem primæ. ibid. nu. 4.

Diſpenſatio facit licitum, quod aliàs eſſet illicitum. ibid. nu. 8.

Diſpenſatio ad quæcunque cum cura, & ſine cura non comprehendit beneficia in Cathedrali. ibid. n. 6. nec dignitates maiores in Collegiatis. ibid. nu. 7.

Diſpenſat ſolus Papa ad Ordines Sacros, dignitates, & curata Epiſcopus ad minores, & ſimplicia. ibid. nu. 9.

Diſpenſare an poſſit Epiſcopus cum illegitimo ad penſiones. ibid. nu. 11.

Diſpenſatus ad dignitatem tenetur in illius prouiſione facere mentionem de diſpenſatione. ibidem num. 15.

Diſpenſatio ad ordines hodiè non datur minori regulariter. cap. 16 §. 1. nu. 1.

Diſpenſatur cum Regularibus ad ordines, ſed ad paucos dies. ibid. nu. 2.

Diſpenſatio ſuper interſtitijs, quæ dicitur in temporibus. ibid. n. 3.

Diſpenſatio ad beneficia ſuper ætate non admittit certam regulam. ibid. nu. 37.

Diſpenſatio ſuper ætate ad curata hodie non datur. ibid. nu. 38.

Diſpenſatio non operatur duo. cap. 16. §. 2. num. 3.

Diſpenſat Dataria ad Parochiales, & Canonicatus

m

in Collegiatâ, immò in Cathedrali, & quibus clauſulis. cap. 16. §. 3.

Diſpenſat Dataria ad duas Parochiales, & quando. ibid. num. 24.

Diſpenſat Dataria ad duos Canonicatus vnum in Catedrali, alterum in Collegiata. ibid. num. 25.

Diſpenſatio ad plura hodie non datur ad partes. ibid, num. 30.

Diſpenſatio De non reſidendo non eſt propterea diſpenſatio, ſed Indultum. cap. 16. §. 4. num. 5.

Diſpenſatione De nō reſidēdo minuitur tertia pars diſtributionum, ſi omnes fructus ſint diſtributiones. ibid. num. 12.

Diſpenſatus ad beneficia non cenſetur diſpenſatus ad penſiones. cap. 16. §. 5. num. 5.

Diſpenſationes faciliùs obtinent obtinentes ad Curiam Romanam. cap. 16. §. 6. n. 12.

Diſpenſatio De non promouendo hodie non datur ſine cauſa. cap. 16. §. 7. num. 5. & cum cauſa difficilè conceditur. ibid. num. 7.

Diſpenſationes De non promouendo cauſæ quæ ſint ibid. num. 11.

Diſpenſatio De non promouendo non conceditur. niſi ad annum ibid. num. 14.

Diſpenſatione De non prouidendo pendente onera beneficij debent per alium ſuppleri. ibid. num. 16.

Diſpenſatio ſuper beneficio in Eccleſia, in qua pater, ſolus pater concedit. cap. 16. §. 8. nu. 1. & difficillimè conceditur. num. 19.

Diſpenſatio ad Abbatiſſatum pro corrupta non contingit, niſi in Gallia, & expeditur per Breue. cap. 17. num. 1.

Diſpenſatio ad plura reddit diſpenſatum ſecurum in foro fori non autem in conſcientia. ibid. num. 25.

Diſpenſare in gradibus prohibitis poſſunt Epiſcopi. cap. 18 §. 2. nu. 81.

Diſpenſare an poſſit Epiſcopus cum illegitimo ad penſiones. cap. 16. n. 14.

Diſſolutionis vnionis cauſæ quæ ſint. cap. 15. §. 5. num. 4.

Diſſoluere aut diſpenſare non poteſt ordinarius, niſi de conſenſu, quorum intereſt. ibid. num. 11.

Diſmembratio, & diſſolutio vnionis in quo differant. ibid. num. 10.

Diſmembratio non extinguit beneficium, ſed illud alterat in fructibus. cap. 15. §. 7. nu. 174.

Diſpoſitioni cuilibet ineſt interpretatio, quæ ſumatur ex veriſimili, vel puncto rationis, vel æquitate ſcripta. cap. 16. §. 6. num. 31.

Diſtinctio Bartoli de conceſſione ad tertiam generationem, ſiue ad tertiam eius. cap. 15. §. 13. nu. 28.

Diſtinctio Rotæ de generatione completa, & finita ibid. nu. 29.

Diſtributiones, quæ veniant in diſpenſatione De non reſidendo cap. 16. §. 4. nu. 8.

Diſtributiones propriæ, & impropriæ quæ ſint ibidem nu. 9.

Diſtributiones minutæ lucrantur inſeruientes. ibidem num. 10.

Doctor Mart. tract. de Iuriſdictione damnatur cap. 15. § 3. nu. 6.

Doctori atteſtanti de conſuetudine an, & quando credatur cap. 29. nu. 48.

Dolus qualis eſſe debeat ad effectum, vt cauſet ſubreptionem. cap. 33. num. 26.

Dolus non præſumitur, in eo, qui ex dolo nullum lucrum conſequitur. ibid. nu. 27.

Dominicanorum circa ſucceſſionem Conſtitutio. cap. 15. §. 7. num. 136.

Dominus directus ſibi præiudicat conſentiendo impoſitioni oneris. cap. 15. §. 13. nu. 53.

Dominus directus ob alienationem ſe irrequiſito, ſiue ob non ſolutum canonem non poteſt propria authoritate poſſeſſionem capere. ibid. nu. 55. poſſet tamen nemine poſſidente, vel contradicente, vel quando ius illius eſſet clarum. nu. 56. vel quando periculum eſſet armorum. nu. 57.

Dominium ad effectum caducitatis, ſiue deuolutionis eſt difficilis probationis. ibid. nu. 73.

Dominium rei plenè probatur ex inueſtitura iunctis adminiculis ad quemcumque effectum. ibidem num. 83.

Dominium probari ad effectum deuolutionis, ſiue rei vendicationis, ſine quod principaliter de eo agatur in idem incidunt. cap. 15. §. 13. num. 80. & 84.

Donari, aut cedi Ius-Patronatus non poteſt ſine licentia Ordinarij, cap. 15. §. 15. nu. 159.

Donationem Iuris-Patronatus confirmat Dataria ex capite fundationis, & donationis. ibid. nu. 160.

Dotes exceſſiuæ peſtis Reipublicæ. cap. 15. §. 7. nu. 158.

Duelli crimen enormiſſimum. cap. 13. nu. 53.

Duplex diſpenſatio tacita, & expreſſa, & quo caſu illius vtatur Papa. cap. 16. §. 3. num. 2.

E

Eccleſia poteſt inueſtire Spurios. cap. 15. §. 2. num. 26.

Eccleſia in renouatione de æquitate debet admittere proximiorem licet Spurium. ibid. nu. 27. & quomodo hoc procedat. nu. 28.

Eccleſia eſt incompatibilis tam cum commenda, quam cum titulo. cap. 15. §. 5. num. 6.

Eccleſia tenetur ad Gabellas ex publico bono impoſitas. cap. 15. § 6. nu 18.

Eccleſia ſtatutum mutare, & beneficij ſtatum mutare ſunt idem. cap. 15. §. 7. nu. 96.

Eccleſiæ Regulares ſæcularizantur non è contrario. ibid. nu. 106.

Eccleſia vna, & eadem poteſt eſſe Parochialis, Collegiata, & Cathedralis. ibid. nu. 119.

Eccleſiæ vnius iura poſſunt transferri in aliam priùs ædificatam. ibid. nu. 159.

Eccleſia Cathedralis poteſt eſſe Parochialis. ibidem nu. 166.

Eccleſia non ad effectum reſciſſionis teneatur docere de læſione, ſeu potiùs illi ſufficiat non fuiſſe ſeruatam formam Conſtitutionis Paulinæ ex defectu cauſæ nempè vtilitatis. ca. 15. §. 10. nu. 70.

Eccleſia in temporalibus vtitur iure communi, niſi ſit aliter ſtatutum. ibid. nu. 71.

Eccleſia prætendens damnum ex contractu exemptionis, illiuſque reſciſſionem tenetur docere de læſione. ibid. nu. 72.

Ec-

Eccleſia paciſcendo poteſt efficere cauſam ſuam meliorem. cap. 15. § 13. num. 7.

Eccleſia cultrix iuſtitiæ non proficit cum aliena iactura. cap. 15. §. 15. num. 112.

Electus, & præſentatus ſunt legitimi contradictores. cap. 5. num. 85.

Electio de Iure debet confirmari. cap. 15. §. 6. num. 1.

Electio eſt potentior confirmatione. ibid. num. 3.

Electio inualida non eſt confirmanda. ibidem num. 4.

Electionum duæ formæ principaliores. ibid nu. 5.

Electio non ſeruata forma cap. fin. de elect. in 6 *non confirmatur. ibid. nu. 6.*

Electio non ſeruata forma cap. quia propter *non confirmatur. ibid. num. 7.*

Electio in vim concordatorum Germaniæ debet eſſe canonica. cap. 15 §. 6. num. 21.

Electio licet cœpta fuerit per ſcrutinium poteſt terminari per compromiſſum, & per inſpirationem, & per naturalem omnium conſenſum. ibid. nu. 23.

Electiua beneficia non comprehenduntur ſub regula reſeruatoria dignitatum, ſed ſub reſeruatione in corpore iuris clauſa. ibid. nu. 25.

Electio competit Collegijs, & Priuilegio Papæ. ibid. nu. 27.

Electiuum Beneficium comprehenditur ſub Regula octaua. ibid. nu. 36.

Electus confirmatus quamuis poſſit agere tàm poſſeſſorio, quàm petitorio, non tamen apprehenſione poſſeſſionis. ibid. nu. 54.

Electus non confirmatus ingerens ſe quomodocunque per ſe, vel alium cadit à Iure ſuo. ibid nu. 9.

Electionem ad Capitulum pertinere probatur ex inſtitutionibus factis per Capitulum. cap. 29. nu. 53.

Emphiteuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro hæredibus in perpetuum eſt tranſitoria ad extraneos concurrentibus coniecturis. cap. 15. §. 2. num. 24.

Emphiteuſis conceditur multis modis. ca. 15. §. 13. num. 4.

Emphiteuſi Eccleſiaſticæ ſucceditur ordine ſucceſſiuo. ibid. num. 10.

Emphiteuſis Eccleſiaſtica non datur vltra tertiam generationem. ibid. num. 11.

Emphiteuſis Eccleſiaſtica non tranſit in aliam Eccleſiam, ſiue manus mortuas. ibid. nu. 12.

Emphiteuſis Eccleſiæ conceſſa ad tertiam generationem non excedit nepotes. ibid. num. 33. ſecus conceſſa à priuato. ibid. nu. 34.

Emphiteuſis conceſſa ad tertiam generationem ſi vltimus inueſtitorum obtineat renouationem, ſiue prorogationem à qua perſona incipiat renouatio, ſiue prorogatio. ibid. nu. 39.

Emphiteuta, qui fundos ſteriles reddit fructiferos non poteſt expelli. cap. 15. §. 13. nu. 41.

Emphiteuta finita locatione præfertur, ſi Eccleſia non velit retinere pro ſe ibid. nu. 46.

Emphiteuſi finita per defectum lineæ bona ipſo Iure reuertuntur ad Eccleſiam. ibid. nu. 51. etiamſi Emphiteutæ in inueſtitura fuerit data facultas liberè de re Emphiteotica diſponendi. ibidem num. 52.

Emphiteuta non poteſt imponere ſeruitutem rei Emphiteutæ in præiudicium Domini. ibid. nu. 53.

Emphiteuſi finita per lineæ defectum Dominus directus non poteſt propria auctoritate eam ingredi. dicto num. 53

Emphiteuta alienans rem Emphiteoticam cadit à iure ſuo, ſi alienat ſine conſenſu Domini, etiamſi illud recuperet. cap. 29. num. 33.

Emphiteuſis conceditur etiam ad tertiam nominationem. cap. 15. §. 13. nu 18.

Enunciatiua quid ſit, & quæ probat. cap. 15 §. 15. num. 73.

Epiſcopus non ſolum exercet ea, quæ ſunt ordinis, ſed ea, quæ ſunt Iuriſdictionis. cap. 13. num. 31.

Epiſcopus eſt Protector omnium Eccleſiarum ſuæ Diœceſis. cap. 15. §. 5. num. 36.

Epiſcopo in ſua Diœceſi cenſetur conceſſa, quæ non ſunt prohibita. cap. 15. §. 7. num 100.

Epiſcopus non poteſt erigere Collegiatas *nouas. ibid. num. 101.*

Epiſcopi non poſſunt concedere nouas præeminentias. ibid. num. 102.

Epiſcopus an, & quando diſpenſet ad plura remiſſiuè cap. 16 §. 3. nu 1.

Epiſcopus non poteſt conferre duo ſub eodem tecto. ib. nu. 18.

Epiſcopus quomodo conferat ſecundum, quando primum non eſt ſufficiens. ibid. nu. 19.

Epiſcopus, & Capitulum faciunt vnum corpus. cap. 29. num. 52.

Epiſcopus tenetur inſtituere præſentatum ſub pœna nullitatis. cap. 15. §. 13. num. 18.

Epiſcopus non poteſt ambire Eccleſiam pinguiorem. cap. 17. num. 16.

Erectio alia propria, alia impropria. cap. 15. §. 7. num. 94.

Erigere non poteſt Ordinarius nouas dignitates. ibid. num. 99.

Erectio Eccleſiæ priùs fundatæ facit ceſſare omnia Iura, quæ per prius erant. ibid. num. 104.

Erectio Monaſterij Monialium hodie non fit abſque licentia Papæ. ibid. nu. 124.

Erectiones quibus Congregationibus examinandæ remittantur. ibid num. 154.

Erectionis cauſa de parochiali in Cathedralem. ibid. num 167.

Erectio non requirit conſenſum Ordinarij viciniotis. ibid. num. 171.

Erectio nouæ Cathedralis fieri non poteſt ſine alterius diſmembratione. ibid. nu. 172.

Ergaſtolum ab Vrbano VIII. loco triremium introductum. cap. 16. §. 6 num. 9.

Error Cancellariæ quomodo fit, & corrigatur. cap. 10. num. 3.

Error Sollicitatoris faciliùs corrigitur, quàm error partis. ibid. nu. 12.

Etiam valere *non eſt noua gratia. cap. 14 nu. 2.*

Examen in Vrbe, & extra quibus committatur. cap. 5. num. 6. & 7.

Examinatores cenſentur approbaſſe examinatum non ſolum quoad idoneitatem, ſed etiam quoad requiſita. ibid. num. 22.

Exceptio oriens ex ventre litterarum Apoſtolicarum illius exceptionem ſuſpendit. ibid. num. 98.

Ex-

Excipere vota in electione quid importet. cap. 15. §. 5. nu. 9.
Executor literarum Apoſtolicarum, & quando mutari poſſit per ſignaturam iuſtitiæ. cap. 5. nu. 40. & 41.
Executoris auctoritas prouiſum inducẽdi, & inductum defendendi quandiu duret. ibidem num. 42. & ſequentibus.
Executor non poteſt procedere ad executionem, niſi oblatis ſibi literis originalibus. ibid. nu. 48.
Executor merus, & mixtus qui ſint ibid. num. 50. pendet ab intruſo non à clauſulis. nu. 51. citandus quando ſit intruſus. nu. 52.
Executoris mixti non omne decretum appellationem admittit, nec viceuerſa omne decretum meri appellationem excludit. ibid. nu. 55.
Executor poteſt priuare intruſum, ſi ritè procedit. ibid. nu. 58.
Executiuè an procedatur, ſemper & quandocunq; literæ ſunt iuſtificata. ibid. nu. 59.
Executiuè non proceditur contra prouiſum Apoſtolicum. nu. 61.
Executor non poteſt ſubdelegare, quando eſt electa induſtria perſonæ. ibid. nu. 101. per clauſulam, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus *non cenſetur electa induſtria perſonæ. num. 102. ex quibus cenſeatur inducta. nu. 103.*
Executor literarum Apoſtolicarum quomodo teneatur ſe informare de idoneitate. ibid. nu. 107.
Executor cum conditione non poteſt procedere ad executionem, niſi conditione impleta. ibid. nu. 112.
Executionem literarum raro Dataria committit alteri, quam Ordinario. cap. 19. nu. 4.
Executorum Iuriſdictio ſpirat Sede vacante. cap. 20. num. 4.
Executores ſubrogationis gratioſæ poſſunt extraiudicialiter capere informationem. cap. 24. §. 2. nu. 37. & 51
Executores gratiæ principalis poſſunt exequi ſubrogationem à parte omiſſis literis. ibid nu. 69.
Executoris munus non eſt cognoſcere, ſed exequi. ibid. num. 55.
Exemptio in quo differat à priuilegio. cap. 15. §. 1. num. 47.
Exemptio perſonalis non poteſt extendi ad alios. cap. 29 nu. 56.
Expeditores tenentur totum expedire quod continetur in Supplicatione. cap. 26. nu. 4.
Expreſſio in noua prouiſione non facienda eorum, quæ de ſui natura inſunt. cap. 6. nu. 57.
Expectatiua quid ſit. cap. 26. nu. 24.
Expectatiua ante acceptationem expectantis non impedit collationem. ibid. num. 25.
Extenſio Indulti ſine legis eſt difficillior ad duo difformia, quam conformia. cap. 29. nu. 73.
Extenſio regulariter non fit ad diuerſa. ibid. nu. 74.
Extrauagans Ambitioſæ *probat alienationem immobilium. cap. 15. §. 9. nu. 32.*

F.

Fabricæ Eccleſiæ Epiſcopus tenetur impendere quartam partem redditnum. cap. 17. num. 23.
Falſa expreſſio an, & quando vitiet gratiam in totum cap. 33. num. 25.
Familiaritate Cardinalis, & indulto de conferendo *alterius Cardinalis concurrentibus præfertur familiaritas cap. 15. §. 6. nu. 42.*
Familiaritate vnius Cardinalis, & collatione ordinaria, ſiue alia inferiore alterius concurrentibus, vtra ſit præferenda ibid. nu. 44.
Familiaritatem falſo aſſerens, vt gratis expediat; quas pœnas incurrit cap. 18. §. 3 nu 76.
Familiaritas tam ficta, quam vera attenditur ad effectum reſeruationis cap. 29. nu. 72.
Familiaritas narrata quando ſit iuſtificanda cap. 33. nu. 37.
Fatum quid ſit nu. 15. §. 10. nu. 52.
Fauor publicus potiùs attendendus, quàm priuatus cap. 15. §. 15. nu. 107.
Feminæ regulariter ſuccedunt in Emphiteuſi Eccleſiaſtica cap. 15. §. 13. nu. 9.
Feminæ vt ſuccedant in feudo debent ſpecialiter vocari cap. 15 §. 14. nu. 13. etiamſi ſit Eccleſiaſticum num. 14.
Feminæ in feudo excludunt maſculos tranſuerſales ibid. nu. 15.
Ferrariæ Priuilegium, quod conſanguinei admittantur ad Emphiteuſim. cap. 15. §. 13. nu. 20.
Feudum inſcio Domino alienari non debet cap. 15. §. 14. nu. 5.
Feudi confirmatio habet vim nouæ inueſtituræ ibid. nu. 9.
Feudi donati confirmatio non ſubſtinetur, ſi per Principem erat reuocata ibid. nu. 10.
Feudi confirmatio peti debet, alias feudatarius incidit in pœnam non tamen Vltramontani. ibidem. num. 11.
Feuda non alterantur per vltimas voluntates ibidem num. 15.
Feudi ſucceſſor debet eſſe vocatus à primo acquirente ibid. nu. 16.
Feudum quando requirat vtramque qualitatem filiationem nempe, & hæredis ibid. nu. 17.
Feudi ſucceſſio dependet quidem à primo acquirente, ſed conſideratur gradus, & proximitas vltimi decedentis ibid. nu. 18.
Feudum capit maſculos ex femina etiamſi femina ſit remotior. nu. 19.
Feudi prima origo conſideratur, vt fundamentum nu. 20.
Feudum quando, & quomodo feminas excludat. nu. 21.
Feudum quod ſemel admiſit feminas, non habet deinceps nouam rationem maſculorum. nu. 22.
Feudum acquiſitum à duobus fratribus pro ſe filijs maſculis, & deficientibus maſculis vnius lineæ ſuccedunt fœminæ eiuſdem lineæ. ibid. nu. 24.
Feudum quod ſemel tranſiuit in fœminam dicitur fœmininum. ibid. nu. 26.
Feudum in dubio præſumitur rectum ex pacto, & prouidentia. nu. 28.
Feudi in ſucceſſione attenditur proximitas primi acquirentis non vltimi decedentis. ibid. 29.
Feudum hæreditarium quale ſit, & in quo diſtinguatur à feudo ex pacto, & prouidentia. num. 30.

Feudum

Feudum de cuius inueſtitura non conſtat dicitur hæreditarium. cap. 15. §. 14. nu. 31.

Feudum hæreditarium propriè feudum non eſt, nec in Iure feudorum cognitum. nu. 32.

Feudum hæreditarium non deſinit eſſe ex pacto, & prouidentia. nu. 33.

Feudo hæreditario tunc demum locus eſt, quando deficit ſucceſſor, vel quando plures ſucceſſores ſanguinis vnus inſtitueretur. nu. 34.

Feudum hæreditarium capit ſucceſſor, ſi adſit non hæres inſtitutus. nu. 35.

Feudum hæreditarium an, & quando tranſeat ad illegitimos. nu. 36.

Feudum an ſine iuramento fidelitatis ſubſiſtat. ibidem nu. 47.

Fictum idem operatur, ac verum in Priuilegijs Principum. cap. 15. §. 1. nu. 116.

Filij adulterini, qui dicantur. cap. 15. §. 2. nu. 8.

Filius præſumitur mariti etiamſi ab adultero fuiſſet ſubacta. ib. num. 8.

Filius famil. quicquid acquirit eodem momento acquirit Patri. cap. 15. §. 15. n. 4.

Filius familias non poteſt teſtari. ibid. nu. 5. niſi certis caſibus. ibid. nu. 6.

Filius famil. quando cenſeatur ſui Iuris effectus. ib. nu. 7.

Filius cur non miniſtret in Eccleſia, in qua pater. *cap. 16. §. 8. nu. 4.*

Filius illegitimus tantùm arcetur à beneficijs in Eccleſia, in qua pater *ibid. nu. 6.*

Filius Clerici non poteſt habere beneficium in Eccleſia, in qua pater, *etiamſi pater non miniſtrauerit, ſed ſolummodo beneficium obtinuerit. ibidem nu. 7.*

Filius Presbyteri habẽs beneficium in Eccleſia in qua pater *non imatur Regula de triennali. ib. nu. 10.*

Filius Presbyteri an poſſit obtinere beneficium vnitum illi, cui præfuit pater. ibid. nu. 11.

Filius Presbyteri poteſt obtinere filialem matricis, quam habuit pater. ibid. nu. 12.

Filius Presbyteri non poteſt obtinere Coadiutoriam, in qua Pater ib. nu 13.

Filius Presbyteri, immò nec nepos poteſt habere penſionem in Eccleſia in qua pater. *ib. nu. 14.*

Filius Presbyteri diſpenſatur ad ordines, ac reliqui illegitimi. ib. nu. 17.

Fideicommiſſo litigioſo facilius derogatur. cap. 24. §. 2. nu. 4.

Florenus, ſiue ducatus auri de Camera quid ſit. cap. 17. nu. 12.

Forma commiſſionis examinis, quod examinetur vulgo dicitur. cap. 5. nu. 5.

Forma Supplicationis nouæ prouiſionis. cap. 7. nu. 48.

Forma reformationis noua diſtat ab antiqua. cap. 8. nu. 3.

Forma prorogationis Ordines ſuſcipiendi. cap. 11. num. 15.

Forma reſtitutionis ad publicandum. cap. 12. nu. 2.

Forma reſtitutionis aduerſus lapſum quinquennis. ibi. nu. 11.

Forma relaxationis ſuſpenſionis. cap. 13. n. 6.

Forma perindeualere *per literas. cap. 14. nu. 16.*

Forma perindeualere *per Breue. cap. 14. nu. 42.*

Forma confirmationis ſpecificæ. cap. 15. §. 1. nu. 20.

Forma confirmationis Priuilegiorum, & exemptionum. ibid. nu. 48.

Forma Chirographi Papalis. ibid. num. 118.

Forma ampliſſima confirmationis legitimationis. cap. 15. §. 2. num. 4.

Forma confirmationis ſtatutorum. cap. 15. §. 3. n. 1. & 10.

Forma confirmationis vnionis. cap. 15. §. 3. num. 5.

Forma confirmationis electionis. cap. 15. §. 6. num. 24.

Forma confirmationis ſententiæ. cap. 15. §. 9. num. 5.

Forma confirmationis alienationis Si in euidentem *cap. 15. §. 10. nu. 12.*

Forma permutationis Si in euidentem. *cap. 15. §. 9. nu. 4.*

Forma Si in euidentem *ad tertiam generationem. cap. 15. §. 13. nu. 5.*

Forma gratiæ Si neutri, *cap. 23. nu. 8.*

Forma quando impleatur per æquipollens. cap. 15. §. 15. nu. 75.

Forma obſeruatio ceſſare debet ceſſante ratione legis formam inducentis. ibid. nu. 76.

Forma ampliationis, ſeu extenſionis gratiæ. cap. 16. nu. 2.

Forma gratiæ in temporibus. cap. 16. §. 1. num 9.

Forma diſpenſationis cum corpore vitiatis. cap. 16. §. 2. num. 3.

Forma diſpenſationis de non reſidendo. *cap. 16. §. 4. nu. 3.*

Forma diſpenſationis pro exercitio medicinæ. cap. 16. §. 5. nu. 3.

Forma diſpenſationis propter infamiam. cap. 16. §. 16. nu. 2.

Forma diſpenſationis de non promouendo. *cap. 16. §. 7. nu. 6.*

Forma diſpenſationis ſuper retentione pro promoto. cap. 17. nu. 3.

Forma cedulæ conſiſtorialis. ibid. num. 14.

Forma commutationis voluntatis. cap. 19. num. 5.

Forma gratiæ quod Iudices procedant non obſtante obitu prædeceſſoris. *cap. 20. num. 1.*

Forma gratiæ Rationi congruit. *cap. 21. num. 2.*

Forma dimiſſionis ex Decreto. cap. 22. nu. 2. & 7.

Forma impetrationis ob non dimiſſionem iuxta Decretum. ibid. num. 15.

Forma in diſpoſitione quando inducta dicatur. ibid. num. 24.

Forma non dicitur ſeruata, ſi in aliqua deficiat, ſed actus corruit. ibid. num. 25.

Forma ſubrogationis in locum collitigantis. cap. 24. §. 1. num. 44.

Forma Subrogationis ad partem excluſis generalibus pro tertio non collitigante. cap. 24. §. 2. num. 66.

Forma retroceſſionis remiſſiuè. cap. 24. num. 10.

Forma regreſſus. cap. 24. §. 3. num. 9.

Forma caſſationis penſionis. cap. 27. num. 17.

Forma Breuis de capienda poſſeſſione nomine Cameræ. cap. 28. n. 16.
Forma Monitorij A.C. ſuper Breui de capienda poſſeſſione nomine Cameræ. ib. n. 18.
Forma acceptationis Alternatiuæ. cap. 29. nu. 8.
Forma Indicij regreſſus. cap. 26. nu. 99.
Formula reformationis. cap. 8. nu. 2.
Formula prorogationis expediendi literas. cap. 11. nu. 8.
Formula confirmationis motu proprio, & ex certa ſcientia. cap. 15. §. 1. nu. 67.
Formula diſpenſationis ſuper beneficio in Eccleſia in qua pater. cap. 16. §. 8. nu. 14.
Forma ſubrogationis Iuris ceſſi. cap. 24. §. 2. num. 74.
Franciſcus Contarellus, Clemens VIII. Lucius Saxus, Franciſcus Sacratus, & Jacobus Caualerius noſtris è patrum temporibus è Datarij S.R.E. Cardinales creati. cap. 4. nu. 11.
Fructus malè percepti debent reſtitui in gratia perindeualere. cap. 14. nu. 25.
Fructus malè percepti etiam cum bona fide debent reſtitui. ib. nu. 26.
Fundo cenſuali ſterili effecto cenſus redditur inutilis. cap. 15. §. 10. nu. 86.
Fundatio beneficij quantumuis requirat Sacerdotium actu beneficiatus non tenetur celebrare. cap. 15. §. 15. nu. 11.
Fundatio requirens Sacerdotium nulla facta mentione miſſarum non eſt Sacerdotalis. ibid. nu. 15.
Fundatio ex Priuilegio licet dicatur quod ſit vera, & realis fundatio, ſemper tamen Priuilegium eſt. ib. nu. 63.
Fundatio faciliùs præſumitur, quàm dotatio. ib. n. 87.
Fundator poteſt mutare qualitates beneficij in melius. ib. n. 13.
Furti irregularitas poteſt tolli per Epiſcopum. cap. 16. §. 6. n. 6. & quando non. n. 7.

G

GAbella quid ſit. cap. 15. n. 82.
Gambaræ opinio de Iure-Patronatus mixti reijcitur. cap. 15. § 15. n. 103.
Gaſpar Riualdus Annatarum peritiſſimus. cap. 18. §. 3. nu. 7.
Garziæ doctrina circa executorem merum, & mixtum reprobatur. cap. 5. nu. 57.
Gebhardus Trucuſes Archiepiſcopus Colonienſis excommunicatus. ib. nu. 126.
Germani retinent plures Epiſcopatus. cap. 15. §. 3. nu. 29.
Gloſſ. diſtin. 21. verbo Subdiaconos reijcitur. cap. 13. n. 42.
Gomelij error circa taxas. cap. 18. §. 2. nu. 7.
Gonzal. gloſſ. 32. num. 63. reprehenditur, & ſuppletur. cap. 15. §. 1. n. 62.
Gonzal. & Garzias opinio circa Ius Patronatus mixtum reijcitur. cap. 15. §. 15. nu. 104.
Gratia de ſui natura præiudicialis non indiget derogatione regulæ de Iure quæſito non tollendo. cap. 15. §. 2. nu. 19.
Gratia Si in euidentem quando expediatur per literas, & quando per Breue. cap. 15. §. 10. n. 24.
Gratia in temporibus non facit quod quis vno tempore omnes ordines ſuſcipiat. cap. 16. §. 1. nu. 26.
Gratia Extra tempora non ſolet dari niſi arctato. ib. nu. 35.
Gratia In temporibus, ſiue extra tempora Vicario Vrbis commiſſa non poteſt ab alio Antiſtite exequi, contrafaciens indiget abſolutione. ib. n. 36.
Gratiæ euentuales quæ dicantur. cap. 18. §. 2. nu. 64.
Gratiæ prioris inſertio eſt vtilis, & neceſſaria. cap. 19. n. 6.
Gratia Rationi congruit, & Gratia Quod Iudices procedant non obſtante obitu Prædeceſſoris in quo differant. cap. 20. n. 5.
Gratia Quod Iudices procedant, &c. confirmat Datam prioris gratiæ ibid. n. 7.
Gratia Quod Iudices procedant, &c. nihil mutat gratiam priorem. ib. n. 6.
Gratia Rationi congruit quare ſic appellata. cap. 21. n. 1.
Gratia non effectuata per mortem Papæ non expirat, ſed ceſſat donec veniat alius. ib. n. 3.
Gratia in forma Rationi congruit eſt de iure debita. ib. n. 4.
Gratia in forma Rationi congruit ſupponit petitionem iuſtam. ib. n. 5.
Gratia in forma Rationi congruit dicitur ſecunda gratia. ib. n. 18.
Gratiæ Rationi congruit nihil addit, aut demit Signatura. n. 6.
Gratia Si neutri an ſit prima, vel ſecunda gratia. cap. 23. n. 1.
Gratia Si neutri quid ſit. nu. 2.
Gratia Si nulli qui ſit. nu. 3.
Gratia Si alteri. ib. nu. 4.
Gratia Si neutri vſus frequentiſſimus. nu. 5.
Gratia Si neutri non datur contra prouiſum Apoſtolicum. ib. n. 6.
Gratia Si neutri non competit niſi Prouiſo Apoſtolico. ib. n. 7.
Gratia Si neutri dicitur noua gratia non prima gratia. ib. nu. 10.
Gratia Si neutri non debet dari niſi collitiganti. ib. nu. 11.
Gratia Si neutri, & Si nulli in quo differant. ibid. nu. 12.
Gratia Si neutri habet tacitam conditionem, ſi beneficium vacat. ib. nu. 13.
Gratia Si neutri debet exprimere modum vacandi affectionem, & reſeruationem. ib. nu. 14.
Gratia Si neutri ſupponit litem. ib. nu. 15.
Gratia Si neutri cauſa non committitur, niſi in Rota. ib. n. 16.
Gratiæ Si neutri iuſtificatio à quo pendeat. ib. n. 17.
Gratijs duobus concurrentibus ſub eadem Data ab eodem Collatore neutra valet. cap. 6. nu. 4.
Gratia Si neutri debet verificare omnia narrata cap. 23. nu. 18.
Gratia Si neutri an teneatur iuſtificare modum vacandi. ib. num. 19.
Gratia Si neutri pendet ex cōlitione. ib. n. 20. & 34.

Gra-

Gratia Si neutri reſpicit futura. ibid. nu. 21.
Gratia Si neutri nullum requirit titulum impetrantis. ibid. nu. 22.
Gratia Si neutri non derogat Iuri tertij. ibidem n. 23.
Gratia Si neutri datur in electionibus, & præſentationibus. ib. n. 24.
Gratia Si neutri eſt materia ordinaria. ibidem n. 25.
Gratia Si neutri præcipuè impetranda in electionibus. ib. n. 26.
Gratia Si neutri nunquam tribuit, vt quis capiat poſſeſſionem, niſi decretam à Iudice. cap. 23. n. 27.
Gratia Si neutri nunquam continet prouiſionem. ib. n. 28.
Gratia Si neutri conceditur lite pendente. ibidem n. 29.
Gratia Si neutri non competit, niſi collitigante ſuperſtite. ib. n. 30.
Gratia Si neutri deſtruit omnes alias gratias. ibid. n. 31.
Gratia Si neutri vtrique collitiganti conceditur. ib. n 32.
Gratia Si neutri ſecundò conceſſa eſt maximè conditionalis. ib. n. 33.
Gratia Si neutri admittit obiectum, quod aliàs reijceretur. ib n. 35.
Gratia Si neutri non ſanat defectum Regulæ de annali. ib. n. 36.
Gratia Si neutri non conceditur poſt tres conformes. ib n 37.
Gratia Si neutri quam Datam attendat. ibidem n. 38.
Gratia Si neutri quando ſit neceſſe expedire literas. ib. n 39.
Gratia Si neutri an requirat expeditionem literarum primæ gratiæ. ib. n. 40.
Gratia Si neutri debet intimari parti, quando agitur de [illegible]. ib n. 41.
Gratia Si neutri quando intimetur parti. ibidem n. 42.
Gratia Si neutri capit vacationem ab vltimo legitimo poſſeſſore. cap. 24. §. 2. n. 77.
Gratia Principis non debet ſtare ſine effectu. cap. 26. n. 96.
Gratiam Principis non poſſe probari per teſtes intelligitur, quoad eius ſubſtantiam. cap. 30 n. 33. contrarium. cap. 15. §. 4. n. 9. 10. & 11.
Gratia Principis debet interpretari, vt nemini præiudicet. cap 33. nu. 1.
Gratia Principis debet aliquid operari. ib. num. 7. & quando non. ib n. 8. & 15.
Gratia Papæ contra Iuris diſpoſitionem quando ſuſtineatur. ib. n. 9
Gratia contra Prouiſum ab Ordinario pleniùs eſt iuſtificanda, quàm contra prouiſum Apoſtolicum. ib. n. 35.
Gratia non eſt iuſtificanda in ijs, quæ ſimili modo expreſſa ſunt ab aduerſario. ib n. 34.
Gratia continens plura cap 30 an ſit iuſtificanda quo ad omnia ib. n. 30.
Gratia Cui prius differt à reformatione. cap. 9. n. 1.
Gratia Cui prius non conceditur ob expreſſionem, quæ in prima Signatura potuiſſent non concedi. ibidem nu. 2.
Gratia Cui prius non datur poſt multum temporis elapſi à prima Signatura. ib. n. 4.
Gratia beneficialis expeditur per literas ſub plumbo, non per Breue. cap. 13. nu. 58.
Gratia Papæ ſemper intelligitur, vt non ſibi præiudicet. cap. 14. n. 10.
Gratia minores expreſſis cenſentur conceſſæ de Stylo Cancellariæ. cap. 24. §. 1. n. 50.
Gratificationi inter præſentes quando ſit locus. cap. 15. §. 15. n 39.
Gratificationis clauſula quid operetur. ib. n. 41.
Gratificationis clauſula conceditur cuicunq; indiſtinctè. ... n 42.
Græci non receperunt Canonem ad extirpandas de filijs Presbyterorum. cap. 15 §. 8 n. 18.
Guſtauus Regni Sueciæ Occupator. cap. 15. §. 1. nu. 7.

H

Hæreſi in toto Mundo nihil miſerabiliùs. cap. 15. §. 3. n. 2.
Hæretici noſtri temporis ſunt deſtituti legitima ordinatione. cap. 16 §. 1. n. 30.
Hæretici compoſitiones Dataria improbant. cap. 18. §. 1. n. 9.
Henrici Cuiiſij error circa Simoniam. cap. 18. §. 4. nu. 10.
Hæres non tenetur petere nouam inueſtituram in re emphiteotica. cap. 15. §. 13. nu. 25.
Hiberni immunes à ſumptibus expeditionum. cap. 18. §. 2. nu. 47.
Homicidæ voluntarius non diſpenſatur ad ordines. cap. 13. n. 7.
Homicida, qui non dat operam rei illicitæ, & omni diligentia præcauet non eſt irregularis. ibid. num. 21.
Homicida quantumuis inculpabilis hodiè indiget diſpenſatione. ibid. nu. 22.
Homicidæ remouentur à Sacrificijs apud Gentiles & Hæbreos. ib. n. 29.
Homicidium proditorium quid ſit, & in quo differat à voluntario. cap. 13. nu. 9.
Homicidium voluntarium quod dicatur. ibid. nu. 10.
Homicidium commiſſum in rixa non dicitur caſuale, ſed voluntarium. ibid. nu. 16.
Homicidium commiſſum non ex interuallo dicitur caſuale. ib. nu. 18.
Homicidium voluntarium rationabile eſt diſpenſabile ib. nu. 20.
Homicidium mandantes eandem pœnam incurrunt, ac committentes. ibid. nu. 23.
Homicidio ipſo periculoſiùs eſt mandatum. ididem nu. 24.
Homicidium mandans fieri in perſonam Pauli ſi occidatur Petrus, non eſt homicida voluntarius ad effectum Conc. ib. num. 25.
Homicidium cum moderamine inculpatæ tutelæ an efficiat irregularem. ib. nu. 26.
Homicidium præſumitur eſſe voluntarium. ibidem ib. nu. 30.

Homicidium omnium peccatorum, quæ in proximum committuntur, grauiſſimum eſt. cap. 13. nu. 51.
Honori ſuo quilibet conſulere debet. ibid. nu. 24.
Hoſpitale an, & quando detur in titulum. cap. 15. §. 5. nu. 7.
Hoſpitalium adminiſtratores ſunt ad inſtar tutorum. ibid. nu. 8.
Hoſpitalia Laicorum viſitari poſſunt ab Ordinarijs. ibid. nu. 12. & priuata nu. 13. non tamen ea, quorum fundatione cauetur quod viſitari non poſſint. num. 13.
Hoſpitalium Laicorum Patroni, & Domini differunt inter ſe. ibid. nu. 18.
Hoſpitalia laicalia priuata viſitari non poſſunt ab Ordinario. ibid. nu. 19.
Hoſpitale quando dicatur mere laicale. ibidem nu. 20.
Hoſpitaliorum viſitationis ſumma doctrina. ibidem nu. 22.
Hoſpitalia quando dicantur ſub immediata protectione Regum. ibid. nu. 34.
Hoſpitale Sanctorum Iacobi, & Ildephonſi Hiſpanorum an ſit Regium. ibid. nu 38.
Hoſpitaliorum Vrbis recta adminiſtratio. ibidem nu. 39.
Hoſpitalia melius reguntur à Laicis, quàm à Clericis ibid. nu. 40.
Hoſpitale in dubio præſumitur prophanum, quando Miniſtri ſunt Laici. cap. 16. §. 7. nu. 8.

I

IEſuitæ ſingulo decennio exigunt votorum ratificationem. cap. 15. §. 7. nu. 142.
Illegitimus non comprehenditur in inueſtitura Eccleſiæ, niſi hoc expreſſè dicatur. cap. 15. §. 2. num. 25.
Illegitimus poteſt acquirere Emphiteuſim Eccleſiaſticam. ibid. nu. 29.
Illegitimus eſt capax ſucceſſionis vniuerſalis in Emphiteuſi Eccleſiaſtica non particularis. ibidem nu. 30.
Illegitimus diſpenſatus ad dignitates non eſt diſpenſatus ad penſiones. cap. 16. nu. 13.
Illatio non fit à diuerſis cap. 22. nu. 23.
Immemorabili locus eſſe poteſt, etiam quando conſtat de initio. cap. 5. nu. 92.
Impetrationes duæ eodem tempore de eodem beneficio ex perſona eiuſdem fieri non poſſunt. ibidem num. 67.
Impetrationis ob dimiſſionem formula. cap. 22. n. 9.
Impetratio ob non publicationem eſt reliquis impetrationibus certo modo factis fauorabilior. cap. 24. nu. 12.
Imperator, & alij Principes non poſſunt ſtatuere in præiudicium Papæ. cap. 15. §. 3. nu. 5.
Imperator ſolet concedere Clerico *inueſtituram. cap. 15. §. 14. num. 43.*
Imperator præ cæteris Principibus eſt in Clericos liberalior. ibid. nu. 44.
Impedimentum rationabile excuſat à non promotione, & ab Ordinum ſuſceptione. cap. 16. §. 7. nu. 12.
Impedito non currit tempus. cap. 21. num 8.
Impetrans an, & quando teneatur iuſtificare gratiam ſui Prædeceſſoris. cap. 33. num. 11.
Impetrans certo modo quis dicatur. cap. 24. §. 1. nu. 46.
Incompatibilitas fuit inuecta per Canones & conciliorum Decreta. cap. 16. §. 3. nu. 6.
Incompatibilitas Dignitatum, Canonicatuum, & Parochialium reſultat quando ſunt actuales. ibidem nu. 16.
Incompatibilitas omnis tollitur per diſpenſationem. ibid. nu. 22.
Incontinentia patris conſideratur etiam in legitimo. cap. 16. §. 8. nu. 2.
Incluſio vnius eſt excluſio alterius. cap. 22. nu. 15.
Inductus in poſſeſſionem beneficij quis dicatur. cap. 5. nu 46.
Indultum & priuilegium in quibus differant. cap. 15. §. 1. nu. 18.
Indultum, & Priuilegium quandoque confunduntur. ibid. nu. 19.
Indultũ Sixti V. conceſſum Capitulo Leodien. quod Eccleſiæ Collegiatæ totius Diœceſis eligant in dignitates Canonicos Cathedralis *. cap. 15. §. 6. nu. 28. & 35.*
Indultum de conferendo *eſt remotio obſtaculi. ibid. num. 37.*
Indultum de conferendo *an, & quando comprehendat beneficia electiua etiam ad fauorem Capituli. ibid nu. 38.*
Indultum de conferendo in ſingulis menſibus *conceſſum* Cardinalibus *non iuuat* Capitula *in beneficijs ſimultaneæ collationis. cap 15. §. 7 nu. 176.*
Indultum de conferendo *conſenſum eſt reſtrictum Eccleſiam cui actu præſunt, aut cui vltimo loco ceſſerunt. ibid. nu. 177.*
Indultum quod diſpenſatus non teneatur diſpenſationis in alijs gratijs facere mentionem hodiè paſſim conceditur omnibus. cap. 16. nu. 16.
Indultum de conferendo ſingulis menſibus *non auget Iuriſdictionem Ordinariam. cap. 15. §. 6. nu. 42.*
Indultum de expediendo literas gratis *non excuſat annatam, ſi illius non fiat expreſſa mentio. cap. 18. §. 3. num. 50.*
Indulta de expediendo gratis *ſunt odioſa, & ſtrictè interpretanda. ibid. nu. 55.*
Indultum de conferendo *non reſpicit commodum Prouiſi, ſed Collatoris. cap. 18. §. 4. num. 9.*
Indultum de conferendo in ſingulis menſibus *eſt quaſi contractus. ibid. nu. 10.*
Indulta Cardinalium *licet tollant expectatiuas, non tamen tollunt regreſſum. cap. 28. num. 30.*
Indultum de conferendo *non comprehendit beneficia ſimultaneæ collationis, vel ad aliorum electionem ſpectantia. cap. 29. nu. 47.*
Indultum, vt remotio obſtaculi non poteſt iuuare, niſi eum, ad cuius fauorem remotio inducta eſt. ibid. nu. 53.
Indulti verba demonſtratiua non proſunt alteri, quam Indultario. ibid. nu. 59.
Indulti de conferendo *verba* liberè conferre poſſis *quomodo interpretanda. ibid. nu. 62.*
Indultum Cardinalium de conferendo *remouet obſtacula, quæ obſtant Cardinali, vt collatio ſubſtinea-*

ſtueatur i cap. 29. num. 63.
Indultum de conferendo aliquid plus eſt, quàm gratia Alternatiuæ. ibid nu. 68.
Indulta de conferendo an comprehendant reſeruationem duplicem. ibid. nu. 69.
Indulti generalis diſpoſitio comprahendit quamcunq; reſeruationem, ni ſi excipiatur. ibid. nu. 77.
Indultum non comprehendit beneficia vacantia in Curia, ſiue apud Sedem ibid. nu. 78.
Indulta de transferendo penſionem expediuntur in forma Breuis. cap. 18. §. 3. nu. 62.
Inferior non poteſt ſtatuere in praiudicium Superioris. cap. 15. §. 3. nu. 4.
Infamia cauſa quot, quæ ſint remiſſiuè. cap. 16. §. 6. num. 1.
Infamiam facti non poteſt tollere Papa. ibidem num. 18.
Infamiam tollere non eſt diſpenſare. ibidem nu. 21.
Initio nihil poteſt dari prius. cap. 15. §. 15. nu. 137.
Inſtitutio neceſſariò præſupponit præſentationem. ib. nu 82.
Intell. Etas in cap. in præſentia de probat. cap. 15. num. 25.
Intellectus in cap. ad Audientiam de Eccleſ. ædifican. & Concil. Triden. ſeſſ. 2 1. cap. 4. cap. 15. §. 7. nu. 97.
Intellectus §. emphiteuſis Auth. de alienat. & permutat & §. licentia. Auth. de alien. emphiteuſ. cap. 15. §. 13. nu. 32.
Intellectus cap. primi de feud. fœminino cap. 15. §. 14. nu. 42.
Interpretatio cadit ſuper re dubia. cap. 15. nu. 61.
Interpretes Concilij Tridentini non reſpondent, niſi interpretando Concilium. cap. 15. §. 15. nu. 10.
Intruſionis narratiua ad effectum cuitandi annatam non eſt iuſtificanda in iudicio. cap. 18. §. 3. num. 40.
Intruſionis narratiua iuſtificatur in Camera ante literarum expeditionem, & quomodo. ibidem nu 41.
Intruſionis periculum ceſſat in beneficijs Regularium. cap 22. nu. 28.
Intruſus quis dicatur ad effectum Regulæ de ſubrogando, cap. 24 §. 1. nu. 17.
Integrè idem eſt ac ſine diminutione. cap. 29. nu. 46.
Inueſtitura in tertium, ſiue in tertiam generationem idem ſunt. cap. 15. §. 13. nu. 27.
Inueſtitura ad tertiam eius generationem, quot perſonas comprehendat. ibid. nu. 31.
Inueſtitura durante altus inueſtiri non debet niſi ſub conditione donec prior fuerit terminata. ibidem num. 40.
Irregularitas, & infamia ſolo Iure humano eſt introducta. cap. 16 §. 6. nu. 5.
Irregularitatis abſolutio quomodo expedienda. cap. 18. §. 2. num. 30.
Irregulares ſunt incapaces beneficiorum. cap. 13. nu. 47.
Italia dorſus diuidens eſt mons Apenninus. cap. 15. § 12. nu. 13.
Italia cur paulatim reddatur ſterilior. ibidem nu. 14.
Iudex criminalis difficilè obtinet diſpenſationem ad ordines. cap. 16. §. 5. nu. 8.
Iudex Ordinarius, & delegatus, quomodo allegetur ſuſpectus. cap. 19. nu. 2.
Iudice mortuo non fit commutatio, ſed ſubrogatio, ſiue ſuffectiò. ibid. nu. 11.
Iudex ſubrogatus idem eſt cum primo. cap. 24. nu. 12.
Iudex procedens non attenta proteſtatione dicitur nulliter procedere. cap. 24 §. 2. nu. 53.
Iudicis auctoritas an, & quando excuſet à pœna ei-utili. cap 26. nu. 65.
Iudex quomodo præueniendo in exeeutione firmet Iuriſdictionem. cap 6. nu. 11.
Iulius nummus, ſiue denarius antiquitus vocabatur groſſus. cap. 18 §. 2. nu. 3.
Iulius moneta Carolenus, & Turonenſis idem importat. ib. nu. 72. & 76.
Iuramentum ſupplet, & confirmat probationem. cap. 15. §. 3. nu. 8.
Iuramentum non venit in generali diſpoſitione. ib. nu. 18.
Iuramentum fidelitatis ſæpius exigi poteſt. cap. 15. §. 7. nu. 141.
Iuramentum non conualidat actum nullum. cap. 15. §. 8. nu. 33.
Iuramentum fidelitatis poteſt Vaſſallo per Dominum remitti cap. 15 §. 14 nu. 47.
Iuramentum fidelitatis, & ſubiectionis in quo differant. ib. nu 48.
Iuriſdictionalia bona æſtimari poſſunt. ca. 15. §. 10. nu. 48.
Ius-Patronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum. cap. 15 §. 10. nu. 49.
Ius-Patronatus Rectorum hoſpitalis dicitur Laicorum. cap. 16. §. 6. nu. 9.
Ius-Patronatus pro duabus partibus Eccleſiaſticum, & vna laicale non cadit ſub concurſu. cap. 15. §. 4. num. 28.
Iuris-Patronatus confirmatio eſt potius noua conceſſio. cap. 15. § 15. nu. 1.
Iuris-Patronatus conceſſum, vt docet requirit conditionis probationem. ibid. nu. 14.
Ius Patronatus non probatur ſufficienter ex inſtrumento dotationis, & fundationis, niſi oſtendatur effectuatum. ib. nu. 16.
Iure patronatu ad plures ſpectante, ſi maior pars præſentauerit indignum præiudicat cæteris. ibid. nu. 22.
Ius patronatus turbidus non impedit exeeutionem literarum Apoſtolicarum. ibid. nu. 61.
Ius-Patronatus probatur plenè, & concludenter ex inſtrumento dotationis cum præſentationibus, licet Patronatus non ſit in quaſi poſſeſſione præſentandi. ib. nu. 62.
Ius Patronatus non præſumitur ex vſurpatione in familia antiquiſſima. ib. nu. 65.
Ius-Patronatus gentilium quomodo probetur, & diſtinguatur ab hæreditario. ibid. nu. 66.
Ius-Patronatus Communitatum, & habentium Iuriſdictionem quomodo probetur, & an modus probandi

bandi per Concil. Triden. ſeſſ. 25. cap. 9. *ſit forma, vt aliter probatio fieri non poſſit*. cap. 15. §. 15. nu. 69.
Iuſ-Patronatus competens ex dotatione, vel fundatione acquiritur etiamſi non fuerit reſeruatum. ib. nu. 88.
Iuſ Patronatus Regum non comprehenditur ſub diſpoſitione Concilij. ibidem num. 91. & cap. 17. nu. 19.
Iuri-Patronatui Regum in Curia vacanti Papa non derogat. ibid. nu. 92.
Iura Patronatus ſupremorum Principum non cadunt ſub reſeruatione obitus in Curia. ibid. nu. 93.
Iuſ Patronatus mixtum laicale potius cenſendum, quàm Eccleſiaſticum. ibid. nu. 98.
Iuſ Patronatus mixtum non cadit ſub reſeruatione. ibid. nu. 99.
Iuri Patronatui mixto an, & quibus in locis derogetur. ibid. nu. 102.
Ius Patronatus conferendo Cancellaria unquam procedit de reſeruato. ib. nu. 113.
Ius-Patronatus Eccleſiaſticum cadit ſub regula reſeruatoria. ibid. nu. 114.
Ius-Patronatus per dotationem effectum Eccleſiaſticum an differat ab eo, quod à fundatione ſuit tale. ib. nu. 115.
Iuſ Patronatus ex Priuilegio cadit ſub derogatione, etiamſi Priuilegium dicat, quod ſit prorſus eiuſdem naturę & roboris, ac ſi eſſet ex fundatione. *ibid.* nu 131.
Ius-Patronatus an acquiratur ex readificatione. ib. nu 132.
Ius Patronatus an acquiratur ex dotatione Eccleſiæ dotatæ. ibid. nu. 133.
Ius-Patronatus probato ex priuilegio non poteſt dari alius titulus ex immemorabili, ſiue centenaria præſcriptione. ib. nu. 135.
Iuſ-Patronatus ex conſuetudine cadit ſub reſeruatione ibid. nu. 139.
Iuri-Patronatui non comprehenſo in regula reuocatoria poteſt derogari. ibid. nu. 143.
Iuris-Patronatus exceptio turbida non excludit prouiſum Apoſtolicum. ib. nu. 150.
Iuſ Patronatus Monaſterij vltra fundationem requirit priuilegium in limine fundationis. ibid. nu. 156. *& quomodo hoc intelligatur*. ib. nu. 157.
Ius-Patronatus regulariter tranſit iuxta naturam feudi. ibid. num. 165.
Ius Patronatus non inhærens feudo, non venit ſub confiſcatione bonorum feudatarij. ibid. nu. 166.
Ius-Patronatus tranſit ad deſcendentes æqualiter in ſtirpes, non in capita. ibid. nu. 167.
Iuris Patronatus exceptio competit contra prouiſum inſtituto, & non Patrono. cap. 28. num. 41.
Ius ad rem, & Ius in re *quomodo differant*. cap. 10. num. 19.
Ius prædeceſſoris defuncti quomodo iuſtificandum. cap. 32. num. 32.
Inſtans bellum inter Chriſtianos Catholicos eſſe nequit. cap 13. nu. 52.

L

Laici meliùs regunt hoſpitalia, quam Clerici. cap. 15. §. 4. nu. 40.
Laici non debent illa opinione retrahi à fundationibus beneficiorum. cap. 15. §. 15. nu. 100.
Laudemium non debetur in alienatione rei cenſualis, ſiue linelli. cap. 15. §. 13 nu. 58.
Laudemium non debetur in alienatione rei pro qua ſoluitur annus cenſus fructibus reſpondens. ibidem nu. 64.
Laudemium dicitur pars pretij rei. ib. nu. 65.
Laudemium non debetur pro re propria. ibidem num. 67.
Laudemium non debetur quando res, quæ conceditur mutat naturam. ib. nu. 68.
Legitimationis factæ à Comite Palatino, ſiu ab vniuerſitate ſolet peti confirmatio Apoſtolica. cap. 15. § 2. nu. 1.
Legitimationis confirmatio facta per Papam ſolet fieri cum noua diſpenſatione. ibid. nu. 3.
Legitimatus per ſubſequens eſt capax feudi. cap. 15. §. 14. nu. 25. *contrarium*. nu. 37.
Legitimatus per ſubſequens non ſuccedit in feudo, ſtatuto prohibente. ib. nu. 39.
Legitimatus per ſubſequens an dicatur legitimus verè, vel fictè. ibid. nu 40.
Legitimatio per ſubſequens in articulo mortis cenſetur fraudulenta. ib. nu. 30. & *quando non*. ibidem nu. 31.
Legitimatio in radice matrimonij præiudicat omnibus vocatis. cap. 15. §. 2. num. 22.
Legatum relictum ſub conſcientia Legatarij non admittit Iudicem niſi Deum. cap. 15. § 5. nu. 16.
Legatum etiam perpetuum in bonis Laicalibus dicitur beneficium Eccleſiaſticum. cap. 18. § 3. nu. 58.
Legatum pium non eſt beneficium. cap. 18. §. 4. nu. 16.
Lex noua debet minus corrigere legem veterem, quàm ſit poſſibile. cap. 15. §. 1. nu. 104.
Leges non potuerunt comprehendere omnes caſus contigibiles. cap. 22. nu. 21.
Legis commiſſoriæ *pacti effectus*. cap. 26. num. 98.
Liberè reuerti rem locatione finita quid importet. cap. 15. §. 13. nu. 24.
Liber Datariæ plenè probat, hæc concluſio de quo libro intelligenda. cap. 30. nu. 20.
Libri Datariæ omnes probant. ibid. n. 22.
Licentia celebrandi in Oratorio quibus concedatur. cap. 15. §. 1. nu. 68.
Licentia promouendi ad ordines extra Romanam Curiam quomodo concedatur. cap. 18. §. 2. num. 32.
Litium inuolucra quare dicantur. cap. 15. §. 8. nu. 16.
Lites ſemel ſuſceptæ difficillimè dimittuntur. ibidem n. 17.
Lis præbet iuſtam cauſam alienationis rei Eccleſiaſticæ. cap. 15. §. 10. nu. 60.
Lis calumnioſa ad effectum Regulæ, quæ dicatur. cap. 24. §. 1. n. 18.
Lis ad effectum ſubrogationis concludenter probanda. cap. 24. §. 2. nu. 32.

Lis

Lis ad effectum ſubrogationis qualis eſſe debeat. cap. 24. §. 2. nu. 23.
Lis ad ſuſtificationem ſubrogationis obtentæ, & ad ſubrogationem obtinendam differunt inter ſe. ib. nu. 28.
Lis ſuperueniens non impedit immiſſionem gratioſè ſubrogato. ib. num. 36.
Lis ſemper dicitur eſſe ſuper titulo ſtante prouiſione. ib. 38.
Litis mentio in genere comprehendit plures lites. ibid. num. 78.
Lis ſemel ritè introducta, quomodo, & quando dicatur turbida. cap. 29. nu. 92.
Lis in beneficij impetratione ſemper dicitur ſuper titulo. ib. num. 93.
Lis quando dicatur finita per rem iudicatam, ibid. num. 94.
Litigium ex ſententia antiquorum mundi origo. cap. 15. §. 8. num. 18.
Literæ in forma Breuis, & ſub plumbo ſunt eiuſdem virtutis. cap. 5. num. 26. & cap. 7. num. 20.
Literæ Apoſtolicæ quanam expediantur per Cameram, & quæ per Cancellariam. cap. 18. num. 10.
Literæ Apoſtolicæ quando dicantur expeditæ. cap. 30. num. 30.
Literarum expeditio requiritur tantùm ad probationem gratiæ. cap. 32. nu. 12.
Literæ diſcordantes à Supplicatione debent remitti ad corrigendum. ib. num. 76.
Literæ diſcordantes à mandatis etiam conformes Supplicationi debent corrigi. ib. num. 84.
Literæ patentes collationum per Ordinarium factarum ſunt documenta authentica. cap. 15. §. 15. num. 72.
Literarum expeditio requiritur tantùm ad probationem gratiæ. cap. 32. num. 12.
Loca montium Romanæ Curiæ ſunt fundata in fide Principis. cap. 15. §. 10. num. 84.
Loca montium reputantur bona immobilia. ibidem num. 87.
Loca montium an ſint vtiliora, quam cenſus ibidem nu. 88.
Locorum montium extractiones ibid. nu. 89.
Loca montium an, & quando ſubrogari poſſint in locum ſtabilium cap. 25. nu. 11.
Locatio ad longum tempus rei Eccleſiæ probibita eſt. cap. 15. §. 12. num. 1.
Locatio ad xxjv. annos dicitur ad longum tempus. ib. num. 2.
Locationem quamuis Eccleſia renouare non teneatur, non tamen poteſt locare alteri conductori. ibidem num 5.
Locatio rei Eccleſiæ ad decennium eſt prohibita. ib. nu. 6.
Locatio ad jx. & quot ſint tot locationes quot triennia non valet. ibid. num. 7.
Locatio rei Eccleſiæ vltra tempus præmiſſum, nec quidem ſubſtinetur pro tempore præmiſſo. ibidem num. 8.
Locatio quando dicatur facta ad corpus, & quando ad menſuram. ib. num. 20.
Locatio poteſt dici facta iuſto pretio etiamſi fiat maior oblatio. ib. num. 23.
Locatio tempore præſcripto finitur. cap. 15. §. 12. num. 33.
Locatio in quo differat ab Emphiteuſi. cap. 15. §. 13. num. 1.
Locatio iunctis adminiculis probat dominium ad effectum Canonis non autem ad effectum caducitatis. cap. 15. §. 13. nu. 74. niſi deuolutio intentetur ob tempus finitum. num. 75. & 81. contrarium. num. 76. & 77. & demum quando principaliter agitur ſuper dominio requiritur plena, & concludens probatio, quæ ex prædictis non reſultat. num. 78.
Locationi factæ nomine Eccleſiæ tenetur ſtare Succeſſor. cap. 15. §. 12. num. 10.
Locator tenetur amouere omne impedimentum in re locata. ib. num. 15.
Locator non poteſt recipere ſolutiones anticipatas. ib. num. 24.
Lutherus damnat omnes ſcientias. cap. 15. §. 9. num. 13.

M

Mandoſij diſtinctio de tribus reformationum generibus reycitur. cap. 8. num. 9.
Mandans aliquem verberari baculo ſi Mandatarius percuſſerit ex ſe an mandans cadat in decretum Concil. Triden. ſeſſ. 14. cap. 17. cap. 13. nu. 15.
Mandantes homicidium eandem pœna incurrunt, ac commitentes. ibid. nu. 23.
Mandans occidi Petrum, ſi occidatur Paulus non eſt homicida voluntarius ad decretum Concilij ſupradicti. ib. nu. 25.
Mandatum periculoſius eſt ipſo homicidio. ibidem num. 24.
Mandatum præſumitur in productione inſtrumentorum. cap. 15. § 15. nu. 152.
Mandatum expediendi gratis conceditur motu proprio. cap. 18. num. 13.
Mandato reſignationis non ſeruato prouiſio eſt nulla. cap. 32. num 85.
Marcus Antonius de Dominis quondam Archiepiſcopus Spalaten. hæreticorum perfidiſſimus. cap. 15 num. 87.
Maſculi in feudi ſucceſſione præferuntur feminis. cap. 15. §. 14. num. 12.
Matrimonium ſubſequens tollit omnem maculam. ibid. nu. 38.
Medicina, & Chirurgia Clericis interdicta. cap. 16. §. 5. num. 1. & 7.
Medicina non eſt interdicta Clericis, modo non adſit inciſio ſiue adceſſio. ibid. nu. 6.
Medicus, vel Chirurgus quando efficiatur irregularis, ſi ſequatur mors ægroti. ibid num. 2.
Medicus non ſeruans regulas artis eſt homicida voluntarius, & cum eo non diſpenſatur. ib. nu. 4.
Melioramentum quid ſit. cap. 15. §. 12. nu. 26.
Melioramentum an, & quæ reſtitui debeant locatione finita. ibid. nu. 27.
Melioramentorum variæ ſpecies. ibid. nu. 29.
Melioramenta præcipuè cauſant Eccleſiæ vtilitatem. cap. 15. §. 13. nu. 21.
Melioramenta pleno Iure ſpectant ad emphiteutam. ib. nu. 66.
Menſis vacationis non ſemper exprimitur ad effectum

vt in-

vt inde capiatur reſeruatio. cap. 24. §. 2. nu. 20.
Menſis in qua ſit acceptatio Alternatiuæ an ſit alternatus. cap. 29. num. 14.
Menſis quoad Alternatiuam, quod ſit integralis quomodo intelligendum. ibid. num. 29. & 31.
Menſis eſt exprimendus in quacumque vacatione. ib. num. 8.
Menſis ſubrogandis præfixus à quo tempore incipiat currere. cap. 24. §. 1. num. 2.
Metus reuerentialis an dicatur cadere in Conſtantem virum. cap. 12. num. 15.
Metus cadens in Conſtantem probatur duobus teſtibus. ibid. num. 20.
Metus cadens in Conſtantem infertur etiam ab alijs, quàm à maioribus. ibid. num. 21.
Metus cenſetur durare durante eadem cauſa metus ibid. num. 22.
Michael Perrettus Princeps Venafri Vir Clariſſimus. cap. 15. §. 14. num. 55.
Miniſterium patris, ſiue filij in Eccleſia quod diſpenſationem requirit, quale ſit. cap. 16. §. 8. num. 8.
Miniſtrare verbum quid importet. ibid. num. 9.
Minuta Breuis Apoſtolici ſubſcribitur per Pontificem. cap. 28. num. 8.
Minuta ſubſcripta dicitur matrix, & habet vim Supplicationis. ibid. num. 10.
Minores gratiæ quæ dicantur. cap. 16. §. 2. num. 17.
Minima exprimenda non ſunt in gratijs. cap. 15. §. 9. num. 34.
Monaſterium non eſt Eccleſia, quia non confertur in titulum, ſed commendatur cap. 14. nu. 18.
Monaſterium ſuccedit ex perſona monaci. cap. 15. num. 23.
Monaſterium communiter excludit ſubſtitutum. ib. nu. 27.
Monaſterium, & monacus non ſuccedit in feudo. cap. 15. §. 13. nu. 50.
Monaſterium non eſt loco filij. cap. 15. nu. 28.
Monaſterium Chriſtianæ quietis aſylum. ibidem nu. 29.
Monaſteria monialium non poſſunt redigi in congregationem. cap. 15. §. 6. nu. 84.
Monaſteria fratrum poſſunt extrui cum licentia Ordinarij. cap. 15. §. 7. nu. 120. non tamen Monachorum. ibid. nu. 121. & de fratribus quibus conditionibus hoc ſit receptum. nu. 123.
Monaſteria monialium hodie, abſque licentia Papæ non eriguntur. ibid. nu. 123.
Monaſterium illud ſuccedit Monaco cuius ipſe eſt filius. ib. nu. 135.
Monaſterio in eius erectione aſſignanda dos congrua. ibid. nu. 145.
Monaſteria pro nouarum Cathedralium erectione, quandoque integra ſuppreſſa. ib. nu. 175.
Monaſterio ſuppreſſo ſupprimuntur, etiam onera. cap. 18. §. 4. nu. 18.
Monacus, quæ bona tranſmittat ad Monaſterium. cap. 15. nu. 24.
Monaci in Gallia non ſuccedunt, neque monaſteria eorum nomine. ibid. nu. 26.
Monacus nemo dicitur ante emiſſam profeſſionem. ib. nu. 30.
Monaci an ſint incapaces feudorum. ib. nu. 31.
Monacus factus ſuperior alterius monaſterij, an ſuperioritati cedens remaneat monacus ſecundi, vel primi monaſterij. cap. 15. §. 7. nu. 134.
Moniales, quæ clauſuram profeſſæ non ſunt, ad eam ſeruandam cogi non debent. cap. 15. §. 6. num. 85.
Moniales ad clauſuram, quibus de cauſis adſtringi poſſint. ibid. nu. 86.
Moniales egredientes ſepta ex cauſa neceſſaria non dicuntur violare clauſuram. ibid. nu. 87.
Moniales an ſine labe ſimoniæ poſſint ab ingredientibus recipere dotes. cap. 15. §. 7. n. 157.
Montis Alti opidum à Sixto V. erectum in Ciuitatem, quia illius patria. ibid. nu. 170.
Moninitorium Breuis de capienda poſſeſſione nomine Cameræ repetit eadem Breuis verba. cap. 28. num. 49.
Monitorium A. C. reſoluitur in ſimplicem citationem. ibid. nu. 51.
Monitorium vigore Breuis continet citationem peremptoriam. ibid. nu. 52.
Monitorium non tribuit ius illi, qui obtinuit, ſed Iudici coercitionem. ib. num. 53.
Monitorium ſatisfit per comparitionem. ib. num. 54.
Monitorium, reintegratum habet vim ſententiæ. ib. num. 55.
Monitorium non reproductum nihil operatur. ibidem num. 56.
Monitorij forma ſeruanda eſt. ibid. nu. 59.
Motiua ad concedendam gratiam ſumuntur ex conſuetudine, & congruentia. cap. 32. num. 35.
Multiplicatio titulorum procedit in beneficialibus. cap. 5. nu. 82.

N

NArratiua Papæ quando, vel non ſit iuſtificanda. cap. 33. num. 37.
Narratiua de rigore Iuris non neceſſaria, ſed faciens ad maiorem declarationem admitti debet. cap. 15. §. 15. num. 31.
Narratiua quando eſt fundamentum gratiæ eſt concludenter probanda. cap. 31. num. 33.
Narratiua, quæ mouet ad concedendum eſt iuſtificanda. ibid. num. 34.
Narratiua Supplicationis dicitur facta ab vtroque Oratore. cap. 32. num. 89.
Narratiua facti, quomodo iuſtificanda de facto. cap. 33. num. 10.
Narrari, & exponi quæ debeant in gratia Papæ. ibid. num. 23.
Narrata ſuperfluè, vel omiſſa, & non expreſſa quænam ſint, quæ moueant Principem ad concedendum, vel negandum. ibid. num. 28.
Narrata omnia ſunt iuſtificanda pari modo. ibidem nu. 29.
Neceſſitas quæ dat iuſtam cauſam alienationi rei Eccleſiæ qualis eſſe debeat. cap. 15. §. 9. num. 51.
Neceſſitas facit, vt bona Eccleſiæ alienentur abſque ſolemnitate. ibid. num. 54.
Negatiua etiam probanda quando eſt fundamentum gratiæ. cap. 33. num. 30.
Negatiua gratiæ quænam probari debeat. ibid. nu. 31

Nega-

Negatiua etiamſi non ſit fundamentum gratiæ aliquando probari debet. cap. 33. nu. 32.
Negatiua etiam probatur per teſtes. ibid. nu. 33.
Nepotum nomine qui veniant. cap. 15. §. 14. nu. 25.
Neophita an, & quando diſpenſetur ad ordines. cap. 16. §. 9. nu. 1. expreſsè diſpenſari debet ad beficia, & dignitates. ibid. nu. 2.
Neophitæ cur arceantur ab Ordinibus, & Officijs Eccleſiaſticis remiſſiuè. ibid. nu. 3. vt plurimum Iudeizant. nu. 4. præferendi ipſis ſunt Chriſtiani antiqui. nu. 7.
Nepos nequit miniſtrare in Eccleſia, in qua beneficium habuit Auus. cap. 16. §. 8. nu. 4.
Nominationis vim ad emphiteuſim habet ſubſtitutio, & inſtitutio. cap. 15. §. 13. nu. 14.
Nominatio non præiudicat vocato ad Emphiteuſim. nu. 15.
Nominatio eſt neceſſaria quando aliquis vocatur in defectum nominationis. ibid. nu. 16.
Nominatio ad Emphiteuſim ſubſtinetur etiam ex teſtamento nullo. ibid. nu. 17.
Nominatio non ſufficit patrono, ſed requiritur præſentatio. cap. 15. §. 15. nu. 18.
Nominatio Regum ad Eccleſias, qualis ſit. cap. 17. nu. 18.
Nominatio ad beneficium, an & quod ius tribuat nominato. cap. 33. nu. 18.
Notarij Cameræ indulgentiores Notario Cancellariæ in extendendis, & recipiendis conſenſibus. cap. 10. nu. 24.
Notarius quando poſſit corrigere prothocollum remiſſiuè. cap. 10. quæſt. 6. n. 1.
Nouæ prouiſionis Data quomodo accipiatur. cap. 6. nu. 36.
Noua prouiſio quid ſit. ib. num. 37. confirmet ius obtinentis etiam non plenum. nu. 38. ſubiacet eiſdem legibus, ac prima gratia. nu. 39. titulum præſupponit à quo dependat. nu. 40. eſt tamen ab eo quid ſeparatum. nu. 41. operatur in futurum non in præteritum. n. 42. requirit nouam literarum expeditionem. nu. 43. non purgat vitia, niſi expreſſa. n. 44. nouiter expreſſus non facit fructus ſuos indebitè perceptos. nu. 45. de quibus debet fieri mentio. num. 46. ſupponit prouiſionem anteriorem. & illam dubiam. nu. 49. & quando non. nu. 50. non datur, niſi prouiſo Apoſtolico. nu. 68. non datur de ſubreptione, & obreptione. nu. 69. non egreditur terminos primæ prouiſionis. nu. 70. competit etiam ex reſignatione. nu. 72.
Nouæ prouiſionis, & nouæ collationis differentia. ibid. nu. 71.
Noua conceſſio quando inducatur ex re ipſa, ſiue vi verbi. cap. 15. §. 1. nu. 39.
Nouam prouiſionem, qui intra certum tempus petere tenetur vtrum debeat obtinuiſſe. cap. 21. nu. 10.
Nullum quod eſt, confirmari non poſſe, quomodo intelligendum. cap. 15. §. 1. nu. 40.
Numerus ſingularis non aptatur pluribus. cap. 21. nu. 16.
Nuncupatio in Supplicatione caſſata non debet extendi in literis vigore clauſularum. cap. 32. nu. 90.

O

Obtenta in dimiſſione non indigent iuſtificatione, & quando. cap. 22. nu. 30.
Obtinenti duo beneficia inferior collator nõ poteſt conferre tertium, etiamſi priora ſint inſufficientia. cap. 6. nu. 55. & vtrum collatio tertij ſit nulla, vel vacent duo priora. nu. 56.
Obtinens duo difformia in diuerſis Eccleſijs, quorum ſeruitia non ita concurrunt quominus per eundem poſſunt ſuppleri non indigent diſpenſatione. cap. 16. §. 3. nu. 17.
Obreptio, & ſubreptio in quo differant. cap. 33. nu. 24.
Obſeruantia, & conſuetudo eſt optima conſtitutionis interpres. cap. 24. nu. 8.
Obſtacula omnia debens exprimi, nec per remotionem vnius remouetur alterum. cap. 7. nu. 52.
Occidendi animus probatur coniecturis. cap. 13. nu. 11.
Occidentis animus ad effectum diſpenſationis probatur ex illius iuramento. ibid. nu. 12.
Occidendi animum videtur habuiſſe, qui non reiterat actum. ibid. nu. 13.
Oculo carens ſiniſtro non diſpenſatur. cap. 16. §. 2. nu. 10.
Occulto ſuper crimine facilius diſpenſatur. cap. 16. §. 6. nu. 11.
Officialibus Datariæ non obijcitur falſitas. cap. 5. nu. 12.
Officiales non relaxant Supplicationes niſi diligenter examinatis, quæ ſpectant ad gratiam. cap. 26. nu. 50.
Officiales Datariæ quot ſint. cap. 5. nu. 1. vſque ad 33.
Officiales Datariæ non expediunt gratiam perindevalere, niſi prius ipſis conſtiterit de gratia principali. cap. 14. nu. 11.
Officiali atteſtanti de negotio ſpectante ad ipſius Officium credendum eſt. cap. 15. §. 15. nu. 74.
Officiales Cancellariæ percipientes taxam qui ſint. cap. 16. §. 2. nu. 16. & cap. 18. §. 2. nu. 2.
Officialis habet pro ſe præſumptionem diligentiæ. cap. 26. nu. 45.
Officiales Cancellariæ non expediunt literas conditionales, niſi prius illis conſtiterit de conſenſu. ibidem nu. 46.
Officiales Cancellariæ non expediunt, niſi præſtito conſenſu. cap. 10. nu. 19.
Officium minoris gratiæ quid ſit. cap. 16. §. 2. nu. 15.
Officia Romanæ Curiæ qua de cauſa adinuenta. cap. 18. §. 2. nu. 79.
Officia Regni Franciæ, etiam ſuprema iudicia ſunt venalia. cap. 9. nu. 7.
Omninò aduerbium declarat præciſam voluntatem. cap. 22. nu. 19.
Optandi ius inter Epiſcopos introduxit Ioannes XXII cap. 17. nu. 17.
Ordinarius prouidet Eccleſijs non perſonis, & ideò illius prouiſus non tenetur ad aliquam iuſtificationem. cap. 5. nu. 53.
Ordinarius non poteſt prorogare annum promotionis. cap. 11. num. 25.
Ordinarius in tranſlatione Capellæ, ſiue Eccleſiæ

non poteſt onera in aliquo mutare. cap. 15. §. 7. num. 163.
Ordinarij atteſtatio non probatur teſtibus. cap. 15. §. 15. nu. 78.
Ordinarius proprius debet conferre Ordines. ibid. num. 33.
Ordinarius non poteſt admittere fundationem patronatus cum coaditionibus tangentibus auctoritatem Papæ. ibid. nu. 120.
Ordinarius conferens reſeruatum, an cadat à iure conferendi. cap. 29. nu. 23.
Ordinari nemo poteſt ad lucrum induſtriæ. cap. 16. §. 1. nu. 6.
Ordinari an quis poſſit ad titulum Seminarij. ibid. nu. 7.
Ordinari nemo poteſt ad titulum Capellaniæ admobilis. nu. 8.
Ordinari nemo debet ad titulum patrimonij ſine neceſſitate, aut commoditate Eccleſiæ. ibid. nu. 15.
Ordinari quis poteſt eodem die ad minores, & ſubdiaconatum. ibid. nu. 28.
Ordinari nemo poteſt ab hæretico, ſchiſmatico, ſiue excommunicato. ibid. nu. 29.
Ordinari non poteſt quis ad ordinem maiorem, niſi exercuerit minorem. ibid. nu. 31.
Ordinari nemo poteſt ſine prævio examine. ibidem nu. 32.
Ordinatus ſine dimiſſorialibus eſt ſuſpenſus, nec gaudet priuilegio. ibid. nu. 22.
Ordinatus cum falſis dimiſſorialibus nunquam, aut certè rarò diſpenſatur. ibid. nu. 24.
Ordinati ad titulum patrimonij, & alicui Eccleſiæ adſcripti, ad quod ſeruitium teneantur. ibid. nu. 24.
Ordo ſtrictior qui ſit explicatu difficile. cap. 15. §. 7. nu. 130.

P

Pacem requirit Dataria priuſquam diſpenſet cum homicida. cap. 13. nu. 32.
Pactum tenetur ſeruare Princeps. cap. 15. num. 113.
Pactum de reinueſtiendo cenſum redemptum eſt validum. cap. 15. §. 10. nu. 80.
Papa quicquid facit circa gratias, facit per Datariam & tenetur de facto Datarij. cap. 3. nu. 2. & 11.
Papa non ſubiacet ſtatutis inferiorum. cap. 5. num. 89. ſecus ſi auctoritate Apoſtolica fuerit confirmata, ſine præſcripta. nu. 90. fallit ſi illi ſit derogatum. nu. 91.
Papa in reſignationibus poteſt reijcere conditiones partium. cap. 10. nu. 16. & cap. 32. nu. 86.
Papa in beneficialibus mutat quadrata rotundis. cap. 10. nu. 14.
Papa quem titulum tribuat Principibus Sæcularibus cap. 15. §. 2. nu. 6.
Papa Auctoritas eſt à Deo immediatè. cap. 15. §. 6. nu. 16.
Papa abſque ipſius ſcientia præiudicare non poteſt. ibid. nu. 17. & cap. 15. §. 15. nu. 121.
Papa confirmat iudicialia etiam ſine citatione. cap. 15. §. 9. nu. 2.
Papa confirmat ſententias ad petitionem partium, non aliàs. ibid. nu. 3.
Papa eſt Dominus directus omnium beneficiorum. cap. 15. §. 15. nu. 94. & poteſt patronis Laicis pro obitu præiudicare. dicto nu. 94.
Papa, & Princeps legatur pacto. ibid. nu. 112.
Papa non diſpenſat contra ius diuinum, ſed illud interpretatur. cap. 16. §. 2. nu. 1.
Papa prouidet conſiſtorialiter motu proprio. cap. 17. nu. 4.
Papæ voluntas ſolum requiritur in diſpoſitionibus. cap. 18. §. 2. nu. 82.
Papa non committit ſimoniam. cap. 18. §. 3. nu. 4.
Papa maiorem habet auctoritatem in beneficijs, quam Principes Sæculares in bonis ſubditorum. ib. nu. 5.
Papa non poteſt conferre beneficia ſibi ipſi. ib. nu. 8.
Papa nunquam cenſetur voluiſſe derogare loco Pio etiam cum clauſulis ampliſſimis. cap. 33. & 31.
Parua Data quid, & vnde dicta. cap. 6. & 30. nu. 11. & 13.
Parua data ſolis conceditur Gallis. cap. 30. nu. 10.
Parua data de per ſe nihil ponit in eſſe. ibid. num. 12.
Parochialis, & Curata in quo differant remiſſiuè. cap. 13. nu. 56.
Parochialis aliquando erigitur in Collegiatam. cap. 15. §. 7. nu. 98.
Parochiales duæ ſimul obtineri ſolitæ quarum vna ſit liberæ collationis, altera Iuriſ patronatus quomodo conferri debeat. cap. 16. §. 3. nu. 21.
Parochialem, & Canonicatum obtinens quas diſtributiones amittit ſi horis nõ interſit. cap. 16. §. 4. nu. 11.
Pars maior denominans, quando debeat attendi. cap. 15. §. 15. nu. 105.
Patronus Laicus habet quadrimeſtre ad præſentandum. cap. 11. nu. 23.
Patronus præſentans non iuuatur poſſibilitate alterius tituli quam producti. cap. 15. nu. 83.
Patronus Laicus debet à cõpatronis Eccleſiaſticis requiri etiamſi ſint numero plures. cap. 15. §. 15. 4.
Patroni in reſignatione beneficij, vt præiudicari non poteſt ita nec ipſi poſſunt præiudicare vocatis præſentando contra tenorem fundationis. cap. 15. §. 15. nu. 125.
Patronorum conſenſus requiritur in reſignatione. ibid. nu. 128.
Pater occidens filium calore iracundiæ dicitur homicida voluntarius. cap. 13. nu. 17.
Pater Presbyter an, & quam penſionem poſſit transferre in filium. cap. 16. §. 5. nu. 15.
Patria obedientia, & patria redacta apud Gallos quæ dicantur. cap. 18. §. 3. nu. 27.
Patrimonium ſufficiens quod dicatur. cap. 16. §. 1. nu. 13.
Patrimonium ordinando non conſtituitur ſufficienter per aſſecurationem generalem ſuper omnibus bonis, ſed debet aſſignari res certa, & deſignata. ibid. nu. 14.
Patrimonium requiſitum à Concil. Triden. ſeſſ 21. cap. 2. *reſpicit tantum ordines non dignitates. ibid. nu. 17.*
Paulinus Clementis VIII. Datarius commendatur. cap. 4. nu. 8.
Pedagium quid ſit. cap. 15. nu. 81.
Penſionarius tenetur componere in gratia reualidatoria pro terminis malè perceptis. cap. 14. nu. 38
Pen-

Penſionarius in ſolutione armata tenetur contribuere pro rata penſionis. cap. 18. §. 3. nu. 44 & quando non. num. 46.

Penſio reſeruata ex falſa cauſa eſt nulla. cap. 14. num. 37.

Penſio nulla, an & quando conualidari poſſit. ibid. nu. 39.

Penſionis nomine in odioſis non venit beneficium. ibid. nu. 45.

Penſionis transferendæ facultas ſuper fructibus Cathedralis & Metropolitanæ comprehendit etiam parochialem. cap. 16. §. 6. nu. 16.

Penſio non vacat ad condemnationem ad triremes licet facta ad vitam condemnati. ibid. nu. 20.

Penſionis cauſa de Stylo Curiæ non committitur, niſi cum clauſula ſine retardatione. *cap. 26. num. 100.*

Penſionem obtinens vt merè Laicus poteſt illam pretio transferre, vel caſſare. cap. 27. nu 6.

Penſionis titulus aliud eſt, & aliud penſionis vtilitas. ibid. nu. 7.

Penſiones Hiſpaniæ non requirunt expeditionem literarum. ibid. nu. 13.

Percutiens inſtrumento apto ad occidendum dicitur habuiſſe animum occidendi. cap. 13. nu. 14.

Periuro quomodo detur abſolutio. cap. 18. §. 2. nu. 33.

Periti in praxi reperiuntur pauci. cap. 10. nu. 1.

Perindevalere, & etiam valere *in quo differant. cap. 14. nu. 1.*

Perindevalere *per Datariam non per Secretariam expediri debet. cap. 14. num. 46.*

Perindevalere *retrotrahitur ad tempus primæ impetrationis. cap. 14. num. 3. eſt noua gratia. nu. 4. ſuſcitat ſpiritum primæ gratiæ. nu. 5. dicitur gratia principalis. num. 6. omnia expreſſa conualidat. num. 7. ſanat defectus non expreſſos. num. 8. an ſumat vires à Data prioris gratiæ. num. 9. non poteſt habere eandem Datam cum gratia principali. num. 13. requirit expeditionem literarum. num. 14. datur ſuper omnibus gratijs. num. 15. quomodo dicatur conualidare omnia ab initio. num. 19. datur ſolùm ſuper gratia Papæ. num. 20. eſt debita in vim clauſularum primæ gratiæ. num. 21. an datur ſuper alio* perindevalere *num. 22. conualidat poſſeſſionem captam in vim primæ gratiæ. num. 24. non requirit dubietatem validitatis. num. 23.*

Permutatio eſt ſpecies alienationis. cap. 15. §. 11. num. 1.

Permutatio rei Eccleſiæ requirit eandem ſolemnitatem, ac venditio. ibid. nu. 2. conceditur tamen faciliùs, quàm venditio. ibid. nu. 3.

Permutatio strictè ſumpto vocabulo non eſt venditio. ibid. num. 11.

Permutatio rei Eccleſiæ cum vtilitate non eſt prohibita. ibidem num. 13. nec requirit ſolemnitates. nu. 14.

Permutatio facta cũ Eccleſia nõ reſcinditur, niſi ipſa volente etiam facta ſine ſolemnitatibus. ib. n. 16.

Permutatio inter Eccleſias promiſcuè eſt permiſſa. ibid. nu. 18.

Permutatio ſi in euidentem *expeditur per officium minoris gratiæ, quando res permutata non excedit in annuo reditu ducatos quinque de Camera, ſiue res illa ſit Eccleſiæ, quæ transfertur in Laicum ſiue Laici, quæ tranſit ad Eccleſiam. ibidem nu. 19.*

Permutatio transfert dominium, ſed interueniente traditione. ibid. nu. 24.

Permutari non poſſunt beneficia Iuriſ-patronatus coram Ordinario ſine conſenſu patroni. cap. 15. § 15 nu. 130.

Permutatio inſcio patrono, & ſpreto patrono, in quo differant. cap. 26. nu. 64.

Philippi Columnæ Conteſtabilis authoritas. cap. 15. §. 15. nu. 87.

Pius V. & Concil. Trid. plura mutarunt circa facultates Pænitentiariæ. cap. 18. §. 2. nu. 46.

Pluralitas gratiarum potius præſumenda, quam error in Officialibus Datariæ. cap. 14. nu. 12.

Pluralitas beneficiorum non prohibetur, quoad aſſecurationem, ſed quoad retentionem. cap. 16. §. 3. num. 4.

Plumbum debet eſſe appenſum Bullæ, vt dicatur expedita. cap. 15. num. 32.

Plumbum ſemel lapſum non poteſt Bullæ reſtitui. ib. num. 33.

Pleno Iure reuerti quid importet. cap. 15. §. 13. nu. 22.

Pænitentia ſalutaris publica. & ſolemnis. cap. 13. nu. 33.

Pænitentia ſolemnis non imponitur Clerico propter ſcandalum. ibid. nu. 34.

Pænitentiarius non diſpenſat in ſecundo gradu. cap. 18. §. 2. num. 34.

Politicorum circa conſtitutionem de non infeudando *opinio. cap. 15. §. 14. nu. 2.*

Pompeius Cardinalis Arrigonius Vir doctiſſimus. cap. 15. §. 15. nu. 3.

Pontificum Romanorum nomina, qui circa alienationem rei Eccleſiæ ſtatuerunt. cap. 15. §. 10. nu. 41.

Pontifices Romani compeſcunt Officiales, ſi opus ſit, ne vltra debitum exigant. cap. 18. § 2. nu. 75.

Poſſeſſor ex inſtrumento ex remedio legis finalis eſt legitimus contradictor. cap. 5 nu. 63.

Poſſeſſor cum titulo in beneficialibus eſt legitimus contradictor. ibid. nu. 70.

Poſſeſſio beneficij ſine titulo non requiritur. ibidem nu. 78.

Poſſeſſio defuncti quandoq; tranſit ad hæredem ſine noua apprehenſione. cap. 15. §. 15. nu. 53.

Poſſeſſionem capere dolo differri, quomodo probetur. cap. 22. nu. 5.

Poſſeſſio ſubrogati quomodo dicatur cum prima. cap. 24. §. 1. nu. 34.

Poſſeſſionem dimittens ſibi præiudicat, etiamſi proteſtetur de reſeruatione Iurium. cap. 24 §. 2. nu. 45.

Poſſeſſionem ciuilem quod quis retinuerit non poteſt probari per teſtium depoſitionem. ibidem nu. 47.

Poſſeſſionem animo quem dimiſiſſè ex quibus præſumitur. cap. 24. §. 2. nu. 49.

Poſſeſſio capta Breuis vigore lite pendente eſt ſequeſtranda. cap. 28. num. 42.

Poſſeſſio in beneficialibus requirit titulum præcedentem. cap. 30. nu. 2.

Poſſeſſio capta literis non expeditis eſt nulla, & temeraria. cap. 32. nu. 41.

Poſſeſſio poſtquam eſt acquiſita eſt ius. ibid. nu. 44.

Poßeſſio etiam in beneficialibus poteſt eſſe ſine titulo. num. 45.

Poſſeſſionem propria auctoritate ingredi volens, ſibi præiudicat, ſi adiuerit Iudicem. cap. 26. nu. 95.

Poteſtatis plenitudo quibus competat. cap. 15. §. 2. nu. 15.

Pręſentatio, & nominatio in quo differant, & an fieri poſſint de abſente. cap. 15. §. 15. nu. 21.

Præſentare poteſt pater filium. ibid. nu. 23.

Præſentare non poteſt patronus lite pendente. ibid. nu. 24. ſi vnus ex præſentatis ceſſerit, vel deceſſerit. ibid. nu. 25.

Præſentare nemo poteſt ſeipſum. ib. nu. 26. poteſt tamen præſentationi de ſe factæ conſentire. ibidem num. 27.

Præſentare poteſt ſeipſum patronus in beneficio ſimplici, & tenui. ibid. nu. 28.

Præſentare an debeat patronus abſens, & an debeat expectari, vel certiorari. ibid. nu. 29.

Præſentatio ſpectans ad plures, quando dicatur ſpectare tanquam ad ſingulos, ſiue tanquam ad vniuerſos. ibid. nu. 30.

Præſentari an poſſit abſens. ibid. nu. 32.

Præſentatus abſens debet intra tempus ad præſentandum præſentationi conſentire. ibid. num. 33.

Præſentatum abſentem, vel inſtitutori notum an debeat inſtitui. ibid. nu. 34.

Præſentare poteſt patronus per inſtrumentum. ibid. nu. 35.

Præſentatus à maiori parte patronorum eſt inſtituendus. ib. nu. 40.

Præſentandi quaſi poſſeſſio arguitur ex alia præſentatione. ibid. nu. 48. ſi quęſtio ſit inter patronos. ibid. num 49. acquiritur ex conſenſu in reſignatione præſtito. nu. 50. non tranſit ad hæredem. nu. 52.

Præſentatus à Patronis exiſtentibus in quaſi poſſeſſione præſentandi, tunc demum eſt inſtituendus quando conſtat de Iure-Patronatus. ibid. nu. 51.

Præſentandi ius eſt quid merè laicale. cap. 15. §. 15. nu. 54.

Præſentandi cauſa inter patronos Laicos eſt prophana. ibid. nu. 55.

Præſentandi Ius cadit ſub Statuto laicali. ibidem nu. 56.

Præſentatus quæ habere debeat ante inſtitutionem. ibid. nu. 57.

Præſentatio vnius ex patronis præſeruat Ius reliquorum. ibid. nu. 58.

Præſentatus à maiori parte patronorum intelligitur de patronis exiſtentibus in quaſi poſſeſſionem præſentandi. ibid. nu. 59.

Præſentandi quaſi poſſeſſio non impedit prouiſionem Apoſtolicam, niſi etiam conſtiterit de patronatu. ibid. nu. 60.

Præſentationem habens ad beneficium vnum in aliqua Eccleſia non dicitur habere præſentationem ad alia ſimilia in eadem Eccleſia, & eiuſdem ſpeciei. ibid. nu. 52.

Præſentationes difficillimè admittunt Ordinarij. ibid. nu. 70.

Præſentationum admiſſio per Ordinarium probat Iuſpatronatus. ibid. nu. 71.

Præſentatum Ordinarius tenetur inſtituere ſub pœna nullitatis. ibid. nu. 79.

Præſentatio de Iure non requirit ſcripturam. ibid. nu. 81.

Præſentationes plerumq; fiunt per inſtrumenta. ibid. num. 89.

Præſentati quandoq; colludunt cum Ordinarijs. ibid. nu. 90.

Præſentationi patronorum locus eſt ex vacatione per priuationem. cap. 15. §. 15 nu. 127.

Præſentantis factum nocet præſentato. ibidem num. 155.

Præſentatio præſupponit aditam hæreditatem. ibid. num. 168.

Præſentatio an, & quando ſubſtineatur de abſente. cap. 22. nu. 22.

Præiudicium tertij quomodo præſeruetur in gratia cui prius. cap. 9. nu. 8.

Præiudicium paruum non eſt, quando nequit inferri maius. cap. 15. §. 15. nu. 109.

Præiudicium nemo pati debet ratione ſocietatis. ibid. nu. 111.

Præiudicium euentuale non eſt habendum in conſideratione. cap. 15. §. 14. nu. 40.

Præſumptio mandati ſufficientis quomodo iudicatur. cap. 9. nu. 21.

Pręſumptio Iuris non excludit probationem in contrarium. ibid. nu. 140.

Pręſumptio vincitur à probatione. ibidem nu. 147.

Pręſcribi an poſſint Canones. cap. 15. §. 6. nu. 13.

Pręſcriptio conſiſtit in vſu hominum. ibidem nu. 14.

Pręlati Romanę Curię quomodo intitulantur in literis Apoſtolicis. cap. 15. §. 8. nu. 10.

Pręlatus ſucceſſor tenetur ſtare contractui prędeceſſoris quando cedit in Eccleſię vtilitatem, & ipſe contraxit nomine dignitatis. cap. 15. §. 11. nu. 17.

Pręlatus Rector, ſeu Adminiſtrator Eccleſię non poteſt in permutatione habere fidem de re permutata. nu. 25.

Pręlatus non poteſt compelli ad renouandam Emphiteuſim ſi velit retinere pro ſe. ibid. nu. 43.

Pręfectura compoſitionum erecta per Pium V. & ſuppreſſa per Vrbanum VIII. cap. 18. §. 1. num. 10.

Prata quę ſolo conſtitui debeant. cap. 15. §. 12. nu. 12.

Presbyter eſt ſpeciali nota dignus. cap. 13. nu. 39.

Presbyteri munera quę ſint. ibid. nu. 41.

Presbyter homicida non debet celebrare in loco commiſſi delicti. ibid. nu. 36.

Pretioſa immobilia quę dicantur. cap. 15. §. 10. num. 32.

Pretia rerum ſunt diuerſa ſecundum diuerſitatem Prouinciarum. ibid. nu. 63.

Pretia rerum ex quibus circumſtantijs varientur remiſſiue. cap. 15. §. 11. num. 9.

Pretium rei ex fructu deducendum debet intelligi ex anno fertili, & ſterili. ibid. num. 10.

Pretium rei minuunt onus, granamen, vinculum. ibid. nu. 22.

Priuilegium, & Reſcriptum in quibus differunt. cap. 15. nu. 17.

Priuilegium ordini conceſſum non debet priuatis eſſe vtile, ordini verò damnoſum. ibid. nu. 55.

Priuilegium debet eſſe perpetuum. ibid. nu. 56.

Priuilegium ratione damnorum conceſſum dicitur irreuocabile. ibid. nu. 68.

Priuilegia nunquam cenſentur reuocata. ibid. nu. 89.

Priuilegium ex cauſa oneroſa quod dicatur. ibidem nu. 99.

Priuilegium in dubium non cenſetur reuocatum. ibid. nu. 106.

Priuilegium in fieri eſt odioſum, in facto fauorabile. ibid. num. 107.

Priuilegij reuocatio requirit probationem exactiſſimam. nu. 108.

Priuilegium ob benemerita non poteſt reuocari. nu. 19

Priuilegium ob verè benemerita quod dicatur. ibid. num. 110.

Priuilegium ad inſtar eſt eiuſdem virtutis, ac primitus conceſſum modo perſona ſit capax. ibidem nu. 112.

Priuilegium in vim contractus non eſt contractus, ſed priuilegium. cap. 15. nu. 115.

Priuilegium quodquis habet propter alium non poteſt contra illum vti. cap. 15. §. 6. nu. 40.

Priuilegia conceſſa per communicationem cenſentur conceſſa in ſpecie ſingulis. cap. 15. §. 7. nu. 147.

Priuilegio cum compoſitione obtento non derogatur. cap. 15. §. 15. nu. 123.

Priuilegium Apoſtolicum in fundatione præbet indicium acquiſitionis minus legitima ſtante tamen ſimul priuilegium, & vera fundatio. cap. 15. §. 15. nu. 134.

Priuilegium eſt ius commune priuilegiatorum. cap. 15. nu. 103.

Prima inſtantia ſubditorum cognoſcitur à Vaſſallo non à Domino feudi. cap. 15. nu. 90.

Principatus Sac. Imperij eſt præcipua dignitas. cap. 15. §. 1. num. 7.

Princeps poteſt legitimare illegitimum ad excluſionem legitimorum tranſuerſalium ad feuda in terris ſuis. cap. 15. §. 2. nu. 13.

Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt præiudicare vocatis in fideicommiſſum. ibid. nu. 16.

Princeps an ſalua conſcientia præiudicet tertio. ibid. nu. 17.

Principis authoritas eſt à Deo mediante Populo. cap. 15. §. 6. nu. 15.

Prolis appellatione veniunt tàm femina, quàm maſculi. cap. 15. §. 14. nu. 23.

Prorogatio ſupponit gratiam. cap. 11. nu. 1.

Prorogationis effectus. ibid. nu. 2.

Prorogatio eſt eadem cum prima gratia. ibidem nu. 3.

Prorogatio facilius conceditur quàm ipſa gratia. ibid. nu. 4.

Prorogatio non tribuit maiorem dilationem quam prima gratia. ibid. nu. 5.

Prorogatio bis concedi ſolet. ibid. nu. 7.

Prorogatio expediendi literas datur ad nouem menſes vltra montes citra montes ad ſex. ibid. nu. 9.

Prorogatio expediendi literas non requirit cauſam. ibid. nu. 10. incipit currere à fine termini in literis præfixi. nu. 11. ſi tamen res agenda potuit perfici. nu. 14. obtenta in vltimo momento primi termini ſubſtituetur. nu. 12. eo elapſo valet nu. 13. ex cauſa, conceditur etiam in præiudicium tertij. nu. 17.

Prorogatio ad publicandum datur ad alios tres menſes nu. 18.

Prorogatio datur contra Regulam de annali. ibid. num. 19.

Prorogatio datur contra Regulam de triennali. ibid. nu. 20.

Prorogatio Regulæ de triennali, & annali non operatur pro tertio ſuperueniente. ibid. num. 21.

Prorogatio datur patronis ad præſentandum, ſed Laicis. ibid. nu. 22.

Prorogatio ad expediendum literas datur ad tres menſes, & raro datur ſecundo. cap. 15. §. 8. num. 12.

Prouiſiones Apoſtolicæ non ſemper dicitur inter ſe tituli pares. cap. 5. nu. 62.

Prouiſionum, & mandatorum de prouidendo modi varij. ibid. nu. 36. & ſeqq.

Prouiſionem eſſe de reſeruato ex quibus colligatur. ibid. nu. 21.

Prouiſio Ordinarij dicitur titulus coloratus. ibidem nu. 74.

Prouiſum contra ſubrogatum an dicatur venire contra Ius. cap. 24. §. 1. nu. 6.

Prouiſus ab Ordinario in confirmatione concordiæ debet ſumere prouiſionem Apoſtolicam. cap. 15. §. 8. num. 23.

Prouiſis datur annus ad promouendum, quo elapſo beneficium vacat ipſo Iure. cap. 16. §. 7. num. 1. & de quibus beneficijs hoc intelligendum. num. 2.

Prouiſus de Parochiali, & promotus ante annum ſed malè vtrum comprehendatur ſub cap. licet Canon. ibid. num. 4.

Prouiſio ex vacatione ob non prouiſionem ſpectant ſolum Papam. num. 12.

Prouiſio conſiſtorialis non indiget iuſtificatione. cap. 17. num. 6.

Prouiſi à Cardinalibus, Ordinarijs, Collatoribus tenentur expedire nouam prouiſionem. quæſt. 29. nu. 1.

Prouidere, & conferre in quo differant. cap. 29. num. 61.

Profeſſio fidei à Prouiſo quomodo fiat. cap. 5. num. 121.

Profeſſiones fidei conſeruantur in officio Datarum. ibidem nu. 122.

Profeſſionem fidei qui Prouiſi emittant in manibus Datarij, & qui in manibus Regentis Cancellariæ. ibid. nu. 123.

Pre-

Profeſſio fidei an poſſit emitti per Procuratorem. cap. 5. nu. 124 & 125.

Profeſſio tacita quomodo inducatur. cap. 12. nu. 4.

Profeſſionem inſicienti, & contra eum reclamanti ex Conſtitutione Clementis VIII. non currit quinquennium ibid. nu. 30.

Poſſeſſio vbicunque facta in ſubſtantia eſt eadem. cap. 15. §. 7. nu. 143.

Profeſſio mutat nomen, quia Profeſſio eſt ſecundus Baptiſmus. ib. nu. 146.

Profeſſionem fidei, quam, & quomodo emittunt Epiſcopi. cap. 17. nu. 20.

Profeſſio fidei non committitur in Italia, neque Inſulis adiacentibus. ib. nu. 21.

Profeſſionem fidei emiſſam eſſe ſi Ordinarius teſtetur non ſufficit, ſed requiritur quod Promoſus ſolo ſubſcribat. ib. nu. 22.

Producens titulum inualidum an, & quando poſſit iuuari poſſibilitate alterius tituli validi. cap. 5. nu. 81.

Producens inſtrumentum non præſumitur habere melius quomodo procedat. cap. 15. §. 10. nu. 22.

Producens literas poſteriores in Data non poteſt dare de poſſeſſione anteriore. cap. 30. num. 1.

Productio facta à Procuratore cenſetur facta de mandato principalis. cap. 15. §. 15. nu. 151.

Productio tituli facit ceſſare præſumptionem alterius. cap. 30. nu. 3.

Proceſſus fulminatus habet eandem vim, ac literæ ſub plumbo. cap. 9. num. 5.

Proceſſus per Inquiſitionem in Criminalibus eſt periculoſus. cap. 15. num. 97.

Procuratores duo non inſolidum habentur pro vno. quæſt. 10. num. 9.

Proteſtatio in ſuſceptione Ordinum per reclamare volentem non eſt neceſſaria. cap. 12. nu. 25.

Promotus per ſaltus eſt ſuſpenſus. cap. 13. nu. 3.

Promotus ante ætatem eodem die ad plures ordines extra tempora, & ſine dimiſſorialibus eſt ſuſpenſus ibid. nu. 4.

Promotum ſine literis dimiſſorialibus, vel cum falſis Dataria rarò, aut nunquam admittit ad diſpenſationem. ibid. nu. 65. quando tamen admittat. nu. 66.

Promoueri ad ordines ſacros malè poteſt quis multipliciter. cap. 16 §. 6. nu. 13.

Promotio ad Epiſcopatum inducit vacationem beneficiorum prius obtentorum. cap. 17. nu. 2.

Prohibitionis exceptio firmat regulam in non exceptis. cap. 15. nu. 94.

Prohibitio particularis ſuperaddit aliquid vniuerſali. ib. nu. 95.

Prohibitio expreſſi vtrum eandem rationem habeat cum tacito num. 96.

Prohibitio non incipit à perſona prohibentis. cap. 15. §. 13. num. 35.

Prohibitum ad tempus cenſetur poſt illud conceſſum. cap. 24. § 1. num. 3.

Proemium declarat mentem ſtatuentis, & cauſam finalem diſpoſitionis. cap. 15. nu. 114.

Profanatio Capellæ faciliùs conceditur, quam Parochialis. cap. 15. §. 7. nu. 162.

Prophanatio Monaſterij faciliùs conceditur, quàm beneficij. cap. 15. §. 7. num 164.

Probatio non vincitur per præſumptionem. cap. 15. §. 15. nu. 148.

Prothonotarij antiquitus exercebant ſua officia in Cancellaria. cap. 18. §. 2. nu. 46.

Prothonotarij Apoſtolici etiam non participantes ſunt familiares Papæ. cap. 29. nu. 71.

Prothonotariatus ad effectum reſeruationis quomodo probandus. ibid. nu. 90.

Protectoria de ſui natura non importat Iuriſdictionem. cap. 15. §. 5. nu. 35.

Publicationi ſatisfit per nouam prouiſionem. cap. 15. §. 15. nu. 77.

Puritas ſanguinis præſumptione, & impuritas probanda ab allegante. cap. 16. §. 9. nu. 8.

Puritas ſanguinis quomodo probetur. ib. nu. 9.

Purus ſemel habitus an poſſit denuo ſuper puritate moleſtari. ib. nu. 14.

Q

QUalitas adiecta diſpoſitioni requiritur pro forma. cap. 15. §. 6. num. 30.

Qualitas requiſita ſufficit quod adſit à principio. ib. num. 33.

Qualitas adiecta verbo intelligitur de tempore verbi. cap. 15. §. 15. nu. 9.

Qualitates beneficiorum ſunt exprimendæ. ibidem nu. 12.

Qualitatibus Iuris-patronatus quando cenſeatur derogatum. ibid. nu. 118.

Qualitate patris probata non eſt neceſſe probare qualitatem filij. cap. 16. §. 9. nu. 15.

Qualitas quæ ſubſtulit maculam impuritatis in patre redundat in filium. ibid. nu. 16.

Quindennium quid ſit. cap. 18. §. 4. nu. 1.

Quindennia introduxit Paulus II. ib. nu. 2.

Quindennia ſoluuntur iiſdem Officialibus quibus annatæ. ib. nu. 3.

Quindenniorum ſolutionem qui Pontifices approbauerint. ibid. nu. 4.

Quindennia ſoluuntur etiam pro exemptis, & priuilegiatis. ibid. nu. 5.

Quindennia ſoluuntur in vnionibus factis per Ordinarios. ibid. num. 6.

Quindennia ſoluuntur aliquando pro iis beneficijs, quæ nunquam ſoluerunt annatam, nec vnquam ſoluiſſent, niſi fuiſſent vnita. ibid. num. 12.

Quindennia ſoluuntur propter annexionem, & incorporationem. ibid. nu. 13.

Quindennia habentur pro vnione beneficiorum totius mundi. ibid. num. 14.

Quindennium non debetur quando annata fuit indebitè ſoluta. ibid. num. 17.

Quindennij præcipua cauſa eſt damnum, quod Cancellaria patitur ex vnione. ibid. nu. 21.

Quindennium non debet ex vnione facta Parochiali. ibid. nu. 22.

Quindennia debentur ex vnionibus factis ſeminarijs. ibid. nu. 23.

Quindennia ſoluenda ſunt pro vnionibus, quocunque tempore factis. ibid. num. 24.

Quindenniorum exactio non eſt ſimonia. ibidem. num. 25.

Quie-

Quietantiam recipiens cum certa enunciatiua cam non probat. cap. 15. §. 13. nu. 79.

Quinternus Cancellariæ vltra Regulas, quæ ſunt temporanea habet etiam Conſtitutiones perpetuas cap. 29. nu. 84.

R

R*Atificatio non trahitur ad ea, quæ ignorabantur. quæ. 10. nu. 10.*

Rebuffus *reprehenditur, & reijcitur tanquam iniquus in Romanam Curiam. cap. 9. num. 6. eius doctrina circa materiam correctionis reijcitur. cap. 10. nu. 8.*

Rebuffi *error circa compoſitiones. cap. 18. §. 1. n. 2.*

Reclamare volens contra profeſſionem non poteſt ſine licentia habitum dimittere. cap. 12. nu. 27. Superior tamen ex cauſa hanc licentiam concedit. nu. 28.

Reclamans contra profeſſionem an perpetuo ab exercitio Ordinum ſuſpenſus eſſe debeat. ibid. nu. 29.

Reformatio Supplicationis quomodo fiat. cap. 8. n. 1.

Reformationis effectus quis ſit. ibid. nu. 4.

Reformatio debet continere omnia ea, in quibus prior gratia petitur reformari. ibid. nu. 5. non tamen exprimere expreſſa in priori gratia. ibid. nu. 6.

Reformatio ſupponit primam gratiam validam. ibid. num. 7.

Reformatio non ſolùm ſupplet defectum, ſed immutat narrata. ibid. nu. 8.

Reformationi apponitur Data diuerſa à prima ſignatura. ibid. nu. 12.

Reformatio facienda eſt iuxta regulam profeſſam. cap. 15. §. 6. nu. 82.

Reformare contra regulam, & profeſſionem valdè periculoſum. ibid. nu. 83.

Regreſſus eſt ſecunda gratia. cap. 26. nu. 1. poteſt expediri ad partes. nu. 2.

Regreſſus qui reprobetur à Concilio Tridentino. ibid. nu. 6.

Regreſſus beneficialis quid ſit. ibid. nu. 8. an illi reſiſtat Ius. nu. 7.

Regreſſus conceditur etiam contra Reſignatarij ſucceſſorem ibid. nu. 10.

Regreſſus ob quam cauſam concedatur. ibid. nu. 11. conſumitur in prima vacatione, & in primo vſu. nu. 12. quando dicatur dari abſque conſenſu. nu. 13. an detur contra ſucceſſorem ob non ſolutionem prædeceſſoris. nu. 14. & 15. an impediat collationem. nu. 16.

Regreſſus non poteſt intentari, niſi poſtquam eſt illi factus locus. ibid. nu. 17.

Regreſſui non eſt locus, niſi eum obtinens illo velit vti. ibid. nu. 18.

Regreſſus ſemel iuſtificatus, ſi non fuerit acceptatus non poteſt denuo intentari. ibid. nu. 19.

Regreſſum habens ſi permittat alium poſſidere per triennium ſibi præiudicat. ibid. nu. 20.

Regreſſum habens ad Canonicatum ſi alium in eadem Eccleſia adeptus fuerit an cenſeatur regreſſui renunciatum. ibid. nu. 21.

Regreſſus, & expectatiua paria ſunt quoad contingentiam futuram. nu. 22.

Regreſſum habens ad beneficium non dicitur habere beneficium. cap. 26. num. 23.

Regrediens habet eundem locum, & ſtallum in Choro vt prius. ibid. nu. 26.

Regreſſus habet cauſam de præterito, & oculos retro. nu. 31.

Regreſſum aliquo caſu quis habere poterit, qui non habet beneficium. nu. 32.

Regreſſum habens, ſi illo non vtatur quamuis ei ſit factus locus non ſibi præiudicat, cum alio tempore petere poſſit. ibid. nu. 34.

Regreſſus eſt gratia facultatiua. ibid. nu. 35.

Regreſſus ſortitus effectum ex vno capite non poteſt ſortiri ex alio. ibid. nu. 36.

Regreſſus pactus in reſignatione non comprehenditur ſub regula reuocatoria Adriani VI. ibid. nu. 38.

Regreſſus non comprehenditur ſub conſtitutionibus de confidentijs, ſi ſint legitimi ibidem nu. 39.

Regreſſus competens ex cauſa reſignationis dicitur competere ex cauſa oneroſa. ibid. nu. 40.

Regreſſus competens ex cauſa oneroſa an propriè dicatur gratia. ibid. nu. 41.

Regreſſum canonizari ad beneficium regredi petentem an obſtet Regula Cancellariæ xxxj. ibid. nu. 42.

Regreſſus eſt nullus ſi non interuenit conſenſus à principio. ibid. nu. 44.

Regreſſui non eſt locus ob non ſolutionem conductoris, ſi reſignatarius ſit conductor. ibid. nu. 43.

Regreſſus reſeruatio ſi eſt nulla, eſt etiam nulla reſeruatio penſionis. ibid. nu. 47.

Regreſſus debet eſſe validus, vt reſignans abdicet à ſe Ius. ibid. nu. 48.

Regreſſus eſt validus etiamſi non repetatur in reformatione. nu. 51.

Regreſſus expreſſus tantum in reformatione eſt validus. nu. 52.

Regreſſus non conceditur duobus ad idem beneficium. ibid. nu. 53. aliquando tamen ſic. dicto nu. 53.

Regreſſui non eſt locus ob non ſolutionem penſionis ſi penſionarius eſt abſens à loco deſtinatæ ſolutionis, ſiue illius Procurator. ibid. nu. 54.

Regreſſui non eſt locus ob non ſolutionem penſionis violato ſequeſtro. nu. 56.

Regreſſus eſt nullus ſi non conſtat de formalitate conſenſus. ibid. nu. 57.

Regreſſus ſine pacto præcedente eſt mera gratia. ibid. nu. 58.

Regreſſus ſuper beneficio Patronatus ſine conſenſu patroni eſt inualidus. ibid. nu. 59.

Regreſſus eſt inualidus ſi non fuit expreſſum regreſſarium laborare morbo caduco. ibid. nu. 66.

Regreſſus eſt nullus non expreſſo vero valore. ibid. nu. 67.

Regreſſus narratiua debet iuſtificari. ibid. num. 68.

Regreſſus ad fauorem minoris an ſit nullus. ibidem nu. 69.

Regreſſarius non tenetur iuſtificare priorem titulum. ibid. nu. 70.

Regreſſus non ſuſtinetur ſine aliquo titulo. ibidem nu. 71.

Regreſſus, & acceſſus in quo differant. ibidem nu. 72.

Regreſſus, & ingreſſus in quo differant. ibidem nu. 73.

Re-

Regreſſus exceſſus, & ingreſſus non ſunt ſynomina. cap. 26 nu. 74.

Regreſſus poteſt competere ex Iure ſuperueniente. nu. 75.

Regreſſus non poteſt competere reſignanti, qui poſſeſſionem non habuit. nu. 78.

Regreſſus datur tantum ad ius, e quo egreſſus eſt ibid. nu. 79.

Regreſſus non poteſt ſtipulari, niſi ad fauorem eius, qui dimiſit. ibid. nu. 80.

Regreſſum petens dicitur Ius ſuum continuare. ibid. nu. 88.

Regreſſus operatur reſtitutionem tituli non tranſlationem. nu. 89.

Regreſſum habens vtitur remedijs poſſeſſorijs. ibid. nu. 90.

Regreſſus ad quid fuerit introductus. ibidem num. 92.

Regreſſus eſt remedium ſubſidiarium. ibid. nu. 93.

Regreſſus, vt canonizetur eſt opus declaratoria. ib. nu. 94.

Regreſſarius ſibi praeiudicat in receptione penſionum quoad petitionem regreſſus. cap. 26. nu. 104.

Regreſſus euitatur etiam attentatus per ſolutionem penſionis. ibid. nu. 105. & 115.

Regreſſus probatur ex productione literarum, ſiue ſumpti. ibid. nu. 107.

Regreſſus quis dicatur fauorabilis. ibid. nu. 106.

Regreſſum non probat ſola Supplicatio. ibidem num. 108.

Regreſſus iuſtificatur iuxta narrata, & reliquae gratiae. ibid. nu. 109. *longè tamen facilius.* nu. 110.

Regreſſus ad partem expeditus nullum exprimit valorem. ibid. nu. 111.

Regreſſarius quid teneatur iuſtificare. ibid. nu. 112.

Regreſſus poteſt iuſtificari contra Procuratorem generalem ad lites. ibid. nu. 113.

Regreſſus declaratoria an dimittat appellationem. ib. nu. 114.

Regreſſum impetrans concludentiſſimè tenetur probare ſuam intentionem. ibid. nu. 116.

Regreſſu obtento dicitur conceſſum omne id, per quod beneficium aſſequi ſolet. ibid. nu. 117.

Regrediens quos fructus percipere debeat. ibidem nu. 118.

Regreſſus caſſatur abſque auctoritate Superioris. nu. 119.

Regreſſus totaliter dependet à voluntate reſignantis. ibid. nu. 120.

Regreſſus quibus modis caſſetur. ib. 121.

Regreſſum caſſantis conſenſus apparere debet. num. 122.

Regreſſus conuenti caſſatio addito pacto nouo, non requirit literas, ſed ſolam Supplicationem ibid. nu. 123.

Regreſſus acquiritur abſenti. ibid. nu. 81.

Regreſſui non eſt locus, niſi quando beneficium confertur illi, cui fuit reſignatum. nu. 82.

Regreſſus datur nedum ad poſſeſſionem, ſed etiam ad ius dimiſſum. nu. 77.

Regreſſus an tribuat ius in re, ſiue ad rem. ibid. nu. 85.

Regreſſum obtinens dicitur obtinere de petitorio. ib. nu. 86.

Regreſſus eſt reliqua Iuris praeteriti. ibid. nu. 87.

Regreſſus caſſatur per Procuratorem. cap. 26. num. 124.

Regreſſum non amittit, qui conſtituit Procuratorem ad caſſandum, ſi re integra reuocauit. ibidem nu. 125.

Regreſſus caſſatio impeditur per reuocationem mandati etiam non intimata. cap. 26. num. 126.

Regreſſum habens ſi beneficium reſignat tanquam Procurator alterius non ſibi praeiudicat. ibid. nu. 127.

Regreſſus, & coadiutoria aequiparantur. ibid. nu. 128. *in quo differant.* num. 129.

Regreſſu, & familiaritate concurrentibus, praeualet regreſſus. ibid. nu. 130.

Regreſſus validitas quando reſpicit negocium principale, quod fuit ſuſpenſum, an debeat deduci relicta probatione attentatorum. ibid. nu. 131.

Regreſſus cauſa non eſt diuerſa à cauſa beneficij. nu. 133. *Regreſſus quantumuis litigioſus non debet ſuſpendi.* ibid. 132.

Regreſſus habet Datam gratiae principalis. ibidem nu. 136.

Regulae de iure quaeſito non tollendo *locus non eſt, niſi in reſcriptis.* quaeſt. 10. num. 15.

Regulae de iure quaeſito non tollendo *locus non eſt, quando verba praeiudicantia ſunt clara.* ibidem nu. 17.

Regula de iure quaeſito non tollendo *non habet locum in Iure acceſſorio.* cap. 15. §. 7. nu. 139.

Regula de Iure quaeſito non tollendo *non habet locum, niſi in iure firmo, & radicato, & quodnam dicatur tale.* cap. 33. nu. 17.

Regula quod prior in Data ſit potior in Iure *interpretatio.* cap. 6. nu. 3.

Regulae Cancellariae regiſtratae in Gallia habent vim legis cap. 37. nu. 29.

Regulae Cancellariae de Reformationibus expoſitio. cap. 9. nu. 3.

Regula Cancellariae de reformationibus habet tantum locum in beneficialibus. ibid. 12.

Regula de praeſtando conſenſu explicatur. quaeſt. 10. num. 16.

Regula Adriani, & Concil. Tridentini inficit poſſeſſionem, vt de centenaria dari non poſſit. cap. 15. §. 15. nu. 155.

Regula de valore non habet locum in beneficijs taxatis. cap. 15. §. 2. nu. 20.

Regula de Infirmis non habet locum in ceſſione Iurium. cap. 18. §. 3. nu. 70.

Regula de forma Rationi congruit *an habeat locum in gratia obtenta, & non ſignata.* ibid. num. 19.

Regula de forma Rationi congruit *concedens ſex menſes ad expediendum ad quas gratias referatur.* cap. 21. nu. 17.

Regulae de ſubrogandis etiam tacitè derogatur. cap. 24. §. 1. num. 9.

Regulae octauae interpretatio quoad Cardinales. cap. 29. nu. 67.

Regula de ſecundo *in Francia habet vim legis Regni* cap. 30. nu. 14.

Regulae Cancellariae an ligent à die Datae. ibidem num. 37.

Re-

Regula de veriſimili notitia eſt neceſſaria ad tollendas fraudes. cap. 31. nu. 13.
Regulæ de veriſimili, an poſſit derogari. ibid. n. 14.
Regula de non iudicando, &c. interpretatur quoad canonizationem gratiæ. cap. 32. nu. 37.
Regula regiſtrata in libris Parlamenti in Gallia habet vim legis Regni. cap. 34. nu. 29.
Regens Cancellariæ ſolus corrigit literas. c. 10. nu. 9.
Regens Cancellariæ concedit prorogationem expediendi literas. cap. 11. nu. 26.
Regularibus hodie non conceditur prouiſio beneficiorum quorum de Iure communi ſunt capaces. cap. 15. §. 7. nu. 107.
Regularis non eſt capax penſionis ſæcularis. ib. n. 110.
Regularis diſpenſatus ad Curatum non cenſetur diſpenſatus ad ſimplex. cap. 16. §. 5. n. 5.
Regularia beneficia non vniuntur ſæcularibus, poſſunt tamen vniri ſæcularia Regularibus. c. 15. §. 4. n. 22.
Regiſtrum gratiarum in Gallia conceſſarum tranſlatum non fuit. cap. 15. nu. 34.
Regiſtrum à Regeſto in quo differant. cap. 34. nu. 1.
Regiſtra in Palatio Apoſtolico ſunt duo. ib. nu. 2.
Regiſtrum Supplicationum habet tria Collegia. ibid. num. 3.
Regiſtri erectio, eiuſq; Officialium non reperitur. ib. num. 4.
Regiſtri Clericorum officium quid ſit. ibid. nu. 7.
Regiſtratorum officium quid ſit. ibid. nu. 8.
Regiſtri Magiſtrorum officium quid ſit. ibid. nu. 9.
Regiſtrum Supplicationum Sacri Palatij plene probat exiſtentiam Supplicationis. ib. nu. 12.
Regiſtrum actorum quando probet. ib. nu. 14.
Regiſtra Legatorum probant exiſtentiam. ibidem num. 15.
Regiſtrum propriè quid ſit. ib. nu. 16.
Regiſtrum operatur negatiuam pro allegante donec contrarium probetur. ib. nu. 19.
Regiſtra ante direptionem Vrbis non probat negatiuam. ib. nu. 20.
Regiſtri Rubricella probat negatiuam. ib. nu. 21.
Regiſtrum Bullarum non probat negatiuam gratiæ. ib. nu. 23.
Regiſtrum quomodo dicatur perficere gratiam. ib. n. 26
Regiſtra ſunt innumerabilia vt inquit Gonzal, ſed pauca. ib. nu. 28.
Regiſtro appoſitum ſignum crucis, quid operetur. ib. nu. 30.
Regiſtrator nihil eorum, quæ continentur in gratia, poteſt omittere. cap. 30. nu. 29.
Regiſtrator ſecretus quis dicatur. cap. 34. nu. 10.
Regiſtrator gratiarum beneficialium ſpectat ad Regiſtratores Palatij. ib. nu. 22.
Regiſtrari debet gratia motu proprio facta. ibidem nu. 27.
Relaxatio ſuſpenſionis in quo differat ab abſolutione. cap. 13. nu. 1.
Relaxatio ſuſpenſionis eſt quædam reſtitutio. ib. nu. 2.
Relaxatio ſuſpenſionis recipit vires à ſecunda data. ibid. num. 5.
Relatio quando fiat ad proximiora tantum. cap. 15. §. 13. nu. 36.
Relatio regulariter refertur ad omnia antecedentia. num. 37.
Remedium legis finalis C. de edict. D. Adrian tollend. & executio literarum Apoſtolicaru in quibus differant. cap. 5. nu. 95.
Remoueri non poſſunt etiam officiales ad nutum amouibiles. cap. 15. §. 6. nu. 80. contrarium tenuit Re etiam in officio conceſſo ad vitam. nu. 81.
Renouatio locationis non debetur quando Eccle vult retinere pro ſe etiamſi in locatione interue rit ſolemnitas. cap. 15. §. 12. nu. 3.
Renouatio locationis de Iure debita non eſt. ib. nu. 3 eſt tamen debita de æquitate, & quando. nu. 3 non eſt debita in rebus Eccleſiæ. nu. 36.
Renouationis pactum quid operetur remiſſiuè. nu. 3
Renouatio conceſſionis bonorum Eccleſiæ difficilior e. quàm prior conceſſio. ibid. nu. 37.
Renouationis ſupplicatio remitti ſolet ad ſignatur gratiæ. ib. nu. 38.
Renouatio in Contractibus Emphiteoticis etiam c. Eccleſia eſt præmiſſa. cap. 15. §. 13. nu. 41.
Renouatio eſt debita ex immemorabili conſuetudin ibid. nu. 44.
Renouatio requirit augmentum Canonis. ibiden nu. 45.
Renouatio etiamſi adſit pactum non defertur, niſi legitimè petita fuerit, & extraneus petere non pote ib. nu. 48.
Renouatio peti debet intra annum. nu. 49.
Renouatio non petitur ab Emphiteuta, qui deterior. uit, vel quando deliquit, & generaliter quibus, quando petitio renouationis competat. ib. nu. 50.
Reſtitutio competit ex eiſdem, & aduerſus eadem lapſo tempore, ac prorogatio ante tempus lapſum. cap. 12. nu. 1.
Reſtitutio requirit titulum in beneficialibus. ib. nu. 5.
Reſtitutio ad publicandum ſupponit literas. ib. n. 3.
Reſtitutio denegatur ex notorietate Iuris. ib. nu. 6.
Reſtitutio non eſt noua gratia, ſed ſolum remotio obſtaculi inducti per decretum, ſiue conſtitutionem. ib. nu. 7.
Reſtitutiones ſignantur per Conceſſum. ib. n. 9.
Reſtitutioni Supplicationis apponitur dies præſentationis. nu. 10.
Reſtitutiones aduerſus lapſum quinquennij ſignantur per Fiat. nu. 12.
Reſtitutiones aduerſus lapſum quinquennij remittuntur, & examinantur lapſo decennio. ib. n. 14.
Reſtitutionis cauſa ab vno an iudicium terminari poſſit. ib. nu. 19.
Reſtitutionem aduerſus quinquennium petens debet ſaltem extraiudicialiter intra illud tempus reclamaſſe. nu. 24.
Reſtitutionis commiſſio ſoluit emolumentum Collegio, ib. n. 31.
Reſtitutio an detur contra Regulam Rationi congruit. cap. 21. nu. 7.
Reſtitutio omnia recuperat, ſi medio tempore nulli fuit ius quæſitum. cap. 12. nu. 8.
Reſtitutus beneficio Principis quomodo ponatur in ſtatu, in quo erat ante condemnationẽ. c. 16. §. 6. n. 19.
Reſignatio habet ſpeciẽ alienationis. c. 15. §. 11. n. 12.
Reſignatio beneficij cum reſeruatione habet ſpeciem venditionis. cap. 26. nu. 97.
Reſignatarius, vt plurimũ ex conuentione ad expẽſas

expeditionis literarum. cap. 26. nu. 3.
Reſignans cum penſione ſine conſenſu habentis regreſſum, penſio eſt nulla. ibid. nu. 134.
Reſeruata quæ excipiantur ab Indulto de conferendo. cap. 29. nu. 82.
Reſeruatio, & concurſus pari paſſu ambulant. cap. 15. §. 15. nu. 100.
Reſeruatio ad effectum immiſſionis debet eſſe clara. cap. 24. §. 2 num. 18.
Reſeruatio ex regula tertia excludit reſeruationem ex regula octaua. ibid. nu. 19.
Reſeruatio quoad alios effectus regulæ octauæ non eſt adeò exactè probanda. cap. 29. nu. 86.
Reſeruatio principalis abſorbet minus principalem. ibid. nu. 79.
Reſidentia propriè ſumpta cauſat incompatibilitatem. cap. 16. §. 3. nu. 15.
Reſidentiam requirunt omnia beneficia ſimplicibus exceptis. cap. 16. §. 4. nu. 2.
Reſidentiam ad effectum Alternatiuæ quis probare teneatur. cap. 29. nu. 40.
Reſidendi, & non reſidendi cauſa quæ ſint. cap. 16. §. 4. nu. 4.
Reſcriptum diuerſi tenoris non datur ſub eadem Data. cap. 30. nu. 4.
Reſcriptum Principis cenſetur iuxta petitionem partis. cap. 33. nu. 5. *& quando non.* nu. 6.
Reſcriptum Papæ recipit interpretationem paſſiuam à Iure communi. ibid. nu. 16.
Res ſtabilis, vt in euidentem *conuertatur in annuum cenſum difficillimè conceditur.* cap. 15. §. 10. n. 75.
Retentio datur ſub eadem Data, ſub qua cadit cedula conſiſtorialis. cap. 17. num. 7.
Retentio quæ de cauſa detur promotis. ibid. nu. 9.
Retentio iuuat etiam quoad beneficia Iuriſ-Patronatus. ibid. nu. 10.
Retentionis diſpenſatio debet eſſe in cedula conſiſtoriali. ibid. nu. 13.
Retentio incompatibilium non datur niſi in Polonia. ibid. nu. 26.
Retentio plurium in Germania quomodo detur. nu. 27.
Retentio datur etiam Regularibus, & quomodo. ibid. nu. 30.
Retentio non datur adminiſtratori. ibid. nu. 31.
Retentio non datur niſi obtinenti. cap. 18. §. 3. nu. 54.
Retroceſſio eſt ſecunda gratia. cap. 25. nu. 1. *ſit ex cauſa pœnitentiæ.* nu. 2. *requirit expeditionem literarum.* nu. 3. *non conceditur intra annum.* n. 4. *quando dicatur ſimoniaca.* nu. 6 *fit ijſdem terminis, quibus fuit concepta prima reſignatio.* ibid. nu. 7.
Retroceſſioni præſumptæ non eſt hodie locus. ib. nu. 8.
Retroceſſio ſi eſt nulla ius remanet in reſignante. ib. nu. 9.
Retractus ius an, & quando cedi poſſit. cap. 15. §. 10. nu. 41.
Reus, & poſſeſſor non poteſt excipere exceptionibus contrarijs, quādo ſemel obtinuit. ca. 15 §. 15. n. 154
Riccius aliquando falſus conſarcitor authoritatum. nu. 85.
Rigoris exceſſus in ſententia præbet iuſtam cauſam diſpenſandi. cap. 16. §. 6. nu. 3.
Romanorum ignauia ex bellis ciuilibus. cap. 13. n. 54.
Romani ſuperſtitionis ſuæ obſeruantes. cap. 15. §. 7. nu. 165.
Rota non diſputat de ſubrogatione danda, vel non danda niſi dubium tranſmiſſum fuerit à Dataria. cap. 24. §. 1. nu. 8.

S

Sacerdotis, ſiue Presbyteri vocabula, quid importent. cap 6. nu. 28.
Sarneñ. in Proem. Regularum Cancell. *loquens de Datario reijcitur.* cap. 2. nu. 3.
Scientia facti probanda ab eo, qui ea nititur. cap. 15. §. 6. nu. 92.
Scientiarum, & literarum nimietas an inutilis Reipublicæ. cap. 15. §. 9. nu. 12.
Scientiæ ſunt neceſſariæ. ibid. nu. 14.
Scientia partis inducit præſumptionem ſcientiæ totius. ca. 26. nu. 61. & 62.
Scriptura priuata recognoſci debet antequam deſuper extendatur publicum inſtrumentum. cap. 10. n. 24.
Scriptura etiam informis facit adminiculum. cap. 15. §. 13. nu. 82.
Scriptores Apoſtolici ſunt taxatores gratiarum. cap. 18. nu. 3.
Scriptorum Pœnitentiariæ Officium. cap. 18. §. 2. num. 31.
Scripturam approbans cenſetur omnia approbaſſe contenta in ea. cap. 26. nu. 29.
Scripturis priuatis propter antidatæ ſuſpitionem non facilè creditur. cap. 31. nu. 2.
Scriptura antiqua non indiget recognitione. ibid. nu. 3.
Scrutatores in concurſu debent redigere vota eligentium in ſcriptis. ca. 15. §. 6. n. 8.
Scrutatores Suffragiorum in electionibus debent eſſe de Collegio. ibid. nu. 10.
Scriniarij qui fuerint. cap. 34. n. 5.
Secretarij ſubrogati in locum ſcriniariorum. ibidem n. 6.
Semeſtre datum ad expediendas literas quomodo incipiat currere, & in quibus caſibus. cap. 6. n. 31.
Signatura in beneficialibus vt plurimum reſcribit arbitrio Rotæ. cap. 5. nu. 100.
Signatura per conceſſum, *per* Fiat, *& per* Fiat vt petitur *differentiæ.* cap. 16. nu. 8.
Sigiſmundi III. Regis Poloniæ religioſa munificentia. cap. 15. §. 7. num. 144.
Simoniaco quomodo detur abſolutio, & diſpenſatio. cap. 18. §. 2. num. 31.
Simonia quid ſit, & quomodo committatur. cap. 18. §. 3.
Simonia omnis habet originem ex Iure diuino. ibid. num. 4.
Simoniam quomodo Papa contrahat. ibid. num. 9.
Similium, ſiue æqualium idem eſt Iudicium. cap. 29. nu. 70.
Sinonimorum repetitio multum operatur ad enixam voluntatem. cap. 29. nu. 58.
Societatis Ieſu Inſtitutum laudabile. cap. 15. §. 4. num. 6.
Societas Ieſu Religio dicitur. cap. 15. §. 9. nu. 9.
Societas Ieſu in caſta educatione puerorum præ reliquis excellit. ibid. nu. 10.
Societatis Ieſu Indulta Apoſtolica, quod poſſint incorum

rum Collegijs quaſcunque facultates docere. cap. 15. §. 9. n. 11.
Solemnitate concurrente probatio læſionis incumbit Eccleſiæ, deficiente non læſionem contrahenti cum Eccleſia. cap. 15. §. 11. nu. 15.
Spirituale duplici modo annectitur temporali. nu. 28.
Specifica mentio qua dicatur. cap. 22. num. 8.
Statutum Laicorum an comprehendere poſſit Clericos. cap. 15. §. 3. num. 25.
Statutum Vrbis comprehendit Clericos. ibid. n. 26.
Statutum per vnius contradictionem impeditur. cap. 15. §. 3. num. 3.
Statutum de Iure præſumitur vſu receptum, niſi probetur contrarium. ibid. nu. 13.
Statutum contra Ius, & præter Ius in quo differant. ibid. nu. 15.
Statutum Capituli cõtra ius commune indiget confirmatione Apoſtolica. ibid. nu. 18.
Statuta non confirmata ſunt in patua conſideratione. nu. 21.
Statuta confirmata à Papa an poſſint ab inferiore infringi. ibid. nu. 23.
Statuta continuantia poſſeſſionem in hæredem non habent locũ in bonis emphiteoticis. cap. 15. §. 13. n. 26
Statuta Eccleſiarum excludentia Neophitos, eorumq; filios an ſint exorbitantia. cap. 16. §. 9. num. 6.
Statutum Eccleſiæ Corduben. circa puritatem ſanguinis inijcit onus probandi prouiſo. ibid. num. 11.
Statutum requirẽs puritatem in quo differat à fundatione requirente puritatem. ibid. nu. 12.
Statuentes inferiores non poſſunt præiudicare ſuperiori. cap. 15. §. 3. num. 4.
Statuentes an poſt confirmationem Apoſtolicam poſſint à ſtatuto recedere. ibid. num. 24.
Status vltimus collationis ad quemcumque effectum eſt plene probandus. cap. 29. nu. 86. præſertim poſſidente prouiſo ab Ordinario. nu. 89.
Statuę & lapides reperti in ſolo Emphiteotico ſpectant ad Emphiteutam. cap. 15. §. 13. nu. 85.
Stylo Dataria ſtandum contra Rotam. cap. 16. n. 13.
Stylus negatiuè quomodo probetur. cap. 30. nu. 18.
Stylus quot modis conſideretur. cap. 35. nu. 1. & 45.
Stylus, conſuetudo, mos, & obſeruantia in quibus differant. ibid. nu. 2.
Stylus nedum circa ſcripta, ſed etiam circa facta verſatur. ibid. nu. 3. 5. & 6.
Stylus eſt generalis conſuetudo. ibid. nu. 4.
Stylus ſeruandus eſt pro lege. ibid. nu. 7.
Stylo non ſeruato gratia redditur ſuſpecta de falſo. ib. num. 8. & procedi poteſt ad condemnationem. ib. num. 9.
Stylus vnius Curiæ non eſt ſeruandus in alia. ibidem nu. 10. licet ſit delegans, niſi ſit Curia Romana. nu. 11.
Stylus Curiæ Eccleſiaſticæ non debet ſeruari per Iudicem ſæcularem. ibid. nu. 12.
Stylus probandus eſt ab allegante. ib. nu. 13.
Stylus deciſorius eſt probandus formiter. ib. n. 14. nec ſufficit extraiudicialis informatio. ib. nu. 15.
Stylus ordinarius quomodo probetur. ibid. num. 16. 17. 18. & 19.
Stylus tam deciſorius, quam ordinatorius probatur in ſcripturis. ib. nu. 21.
Stylus notariorum probandus eſt per alium Stylum notariorum. ib. n. 22. & quando non ſufficiat. n. 23.
Stylus ex quo alicui magnum oritur præiudicium, ſiue deciſiorius, ſiue ordinatorius eſt probandus concludenter. n. 24.
Stylus ſufficienter probatur ex eo quod collitigans ità ſeruauit. nu. 25.
Stylus vt probetur per teſtes, ſufficit ità aliquando fuiße ſeruatum. nu. 26. & 30. requiritur tamen, quod concurrat conueniens tempus. ibid. nu. 27.
Stylus præſcriptus quadraginta annorum probat contra Ius. ibid. nu. 28.
Stylus an, & quomodo operetur contra legem certam. ibid. nu. 29.
Stylus vt ſuffragetur requiritur quod aliquando ſecundum cum fuerit pronunciatum. nu. 31.
Stylus, vt introducatur, non eſt neceſſe, vt fiat in contradictorio Iudicio. ib. n. 32.
Stylus non probatur per teſtes, ſi dicant multi, & multoties ſeruatum fuiſſe. nu. 33.
Stylus non in genere, ſed in ſpecie probari debet. n. 34.
Stylus eſt ſtricti Iuris nec debet extendi. ibidem nu. 35.
Stylo contrario concurrente, recurrendum eſt ad Ius commune. ib. nu. 36.
Stylus dirimit dubietates DD. ib. nu. 37.
Stylo difformi concurrente quid ſeruandum ſit. ibidem nu. 38.
Stylus fori dicitur ius Prætorium. ibid. nu. 39.
Stylus Curiæ quare dicatur modo albus, modo niger ib. nu. 40. & ſeqq.
Stylus ſeruatur præcipuè in ſententiarum executione. nu. 43.
Stylus non poteſt contractum de ſui natura illicitum facere licitum. nu. 44.
Stylus Datariæ omnibus præfertur tanquam mens Principis. nu. 45.
Sua, eſt pronomen perſonale reſtrictum ad perſonam ſtatuentis. cap. 29. nu. 83.
Subreptio cauſatur ex ſuppreſſione eius, quod reddidiſſet Papam difficiliorem ad concedendum. cap. 5. nu. 96.
Subdelegare non poteſt executor quando eſt electa induſtria perſonæ. cap. 5. num. 101. per clauſulam ſuper quo conſcientiam tuam oneramus non cenſetur electa induſtria perſonæ. nu. 102. ex quibus cenſeatur electa. nu. 103.
Subdiaconatus eſt ordo ſacer. cap. 13. nu. 40.
Subdiaconi Apoſtolici officium ſupprimere intendebat Gregor. XV. cap. 18. §. 2. nu. 62.
Succeſſor non tenetur ſtare locationi etiam ad tempus promiſſum. cap. 15. §. 12. nu. 9.
Succeſſor in Eccleſia an teneatur ſtare locationi ſi in euidentem, & prædeceſſor deceſſerit, ſiue ceſſerit ante executionem beneplaciti Apoſtolici. cap. 20. num. 2.
Succeſſibilitas in beneficijs odioſa. cap. 16. §. 8. nu. 3.
Summatoris Officij erectio. cap. 2. nu. 10.
Summatoris officium quale ſit. cap. 18. nu. 9. eius origo, & erectio. nu. 11.
Sumptum non fit niſi de ſcriptura probante. c. 30. n. 15.
Sumptum non datur ex regiſtro ſecreto ſine licentia Datarij. cap. 34. nu. 11.

Sumptum Supplicationum ex regiſtro quomodo fiat. cap. 34. nu. 12.
Supplicationum Galliæ, & aliorum differentiæ. cap. 6. nu. 15.
Supplicatio regiſtrata dicitur gratia perfecta. quaſt. 10. nu. 24.
Supplicationes gratiarum ſi in euidentem *non proponuntur hodie in Signatura gratiæ ſaltem omnes. cap. 15. §. 10. nu. 40.*
Supplicatio ſuper retentione reſpondit cedulæ conſiſtoriali. cap. 17. nu. 13.
Supplicatio differt ab appoſitione, & à libello. cap. 32. nu. 1. differt à ſimplici memoriali. nu. 2. porrigitur Datario. nu. 3. debet continere qualitatem gratiæ. nu. 6. & in fronte modum impetrationis. nu. 7.
Supplicationis forma anterior. ibid. nu. 4. forma poſterior. nu. 5. illius interpretatio nu 6.
Supplicatio ſcribitur in papyro, non in membrana. ib. num. 7.
Supplicatio dicitur, & appellatur ſignatur. ibid. nu. 8.
Supplicationi cur duplex apponatur ſignatura. ib. n. 9.
Supplicationis Signatura per Fiat *ratio, & cur apponatur litera prima nominis Baptiſmatis Papæ, & non Dignitatis. nu. 10.*
Supplicationis ſola Signatura perficitur gratia. nu. 11.
Supplicatio an ſit gratia informis. ibid. num. 13.
Supplicatione ſignata ſuper qua præſtitus fuit conſenſus non eſt locus pœnitentiæ. ibid. nu. 14.
Supplicatio ſola datata, licet non ſit regiſtrata ſufficit, vt intret regula de non impetrando beneficia viuentium. *ibid. nu. 15.*
Supplicatione ſola non dicitur contrauentum. nu. 16.
Supplicatione ſola acquiritur Ius. ibid. nu. 17.
Supplicatio quando cenſeatur porrecta ab eo, cuius nomen præfert. nu. 18.
Supplicatio ſola non ſufficit ad canonizationem gratiæ ibid. nu. 20.
Supplicatio non eſt litera Apoſtolica. ibid. num. 22.
Supplicatio ſola an ſufficiat ad obtinendam abſolutoriam pro poſſeſſore. ibid. nu. 23.
Supplicatio ſola an ſufficiat pro colorando titulo in poſſeſſorio recuperandæ. ibid. nu. 24.
Supplicatio ſola eſt ſufficiens ad colorandum titulum pro ſpoliato. ibid. nu. 25.
Supplicatio ſola an, & quando indueat vacationem. ibid. nu. 26.
Supplicatio ſola eſt titulus licet imperfectus. nu. 27.
Supplicatio ſola eſt ſufficiens ad docendum de Iure tertij. nu. 29.
Supplicatio ſola probat titulum Authoris. ib. nu. 30.
Supplicatione ſola Ius defuncti iuſtificatur. nu. 31.
Supplicatio ſola ſufficit ad obtinendum abſolutoriam. ibid. nu. 36.
Supplicatio ſola facit quod Iudex non poteſt canonizare gratiam non habentis Ius. cap. 32. nu. 38.
Supplicatio ſola an excuſet ab execrabilitate, & inhabilitate. nu. 39.
*Supplicatio ſola extra Curiam nihil operatur, niſi habeat clauſulã quod ſ*ola Signatura ſufficiat. *n. 43.*
Supplicatio ſola continens executorem tribuit Iuriſdictionem. nu. 46.
Supplicatio ſola impedit liberam collationem. num. 48.
Supplicatio ſola porrecta à Procuratoribus probat reſignationem. cap. 32. nu. 49.
Supplicatio ſola continens reſignationis ſubrogationem non colorat titulum in Spolio, niſi extenſo conſenſu. ibid. num. 50.
Supplicatio ſola non ſufficit pro paupere ad capiendam poſſeſſionem. ibid. nu. 52.
Supplicationi ſoli conceditur, vt ex ea poſſit confici, & perfici gratia. ibid. num. 55.
Supplicatio ſola nihil operatur ad Ius proprietatis. 54.
Supplicatio ſola probat pro legitimatione contra impetrantem. nu. 55.
Supplicationi ſoli ſtatur quando partes conſentiunt. ibid. nu 69.
Supplicatio ſola tam Iuris proprij, quam Iuris tertij excluſiua Iuris agẽtis ſufficit pro abſolutoria. n. 71.
Supplicatio ſola nouæ prouiſionis an ſuppleat defectum publicationis. ibid. num. 72.
Supplicatio ſola non ſemper ſufficit pro abſolutoria. 73.
Supplicatio debet eſſe inſerta in Monitorio, vt ſit valida poſſeſſio capta illius vigore. ibid. nu. 42.
Supplicatio vna quomodo admittat plures literarum expeditiones. cap. 32. nu. 56.
Supplicatio nulla non poteſt continere diuerſam Datam. nu. 57.
Supplicatio continens plura capita aliqua ſecundum Ius, aliqua contra Ius cenſetur admiſſa quoad priora. nu. 59.
Supplicatio continens plura an, & quando quoad omnia admiſſa cenſeatur nu. 60.
Supplicatione non in totum admiſſa exprimitur per clauſulas reſtrictiuas. ibid. nu. 61. vel certè per cancellationem. nu. 62.
Supplicationes plures poſſunt expediri ſub vna Bulla. ibid. nu. 70. & cap. 16. nu. 64.
Supplicationi ſtatur in reſeruatis. nu. 74.
Supplicatio an potius literæ attendi debeant. nu. 75.
Supplicatio diſcordans à mandatis debet corrigi. n. 77.
Supplicatio regiſtrata facit fidem contra reſcriptum, in quo continentur expreſſa in Supplicatione. n. 78.
Supplicatione non regiſtrata non expeditur Breue de capienda poſſeſſione nomine Cameræ. *nu. 79.*
Supplicatio quæ imponit plura facienda non ſuffragatur niſi omnibus adimpletis. ibid. nu. 80.
Supplicatio nunquam facit mentionem de Procuratore. ibid nu. 82.
Supplicatio, ſine gratia Papæ aliquid debet operari. ibid. num. 83.
Supplicatio, & acceptatio gratiæ an operetur, quod non poſſit opponi de illius nullitate. ibid. num. 91.
Supplicationes ſignantur diuerſimodè. ibid. num. 92.
Supplicationes quænam ſignentur per conceſſum, & *quæ per* Fiat. *nu. 93.*
Supplicatio informationis debet ſignari eodem modo, quo fuit ſignata prima gratia. cap. 32. nu. 94.
Supplicatio ſignata motu proprio *licet ad petitionem pretij valet vti* motu proprio. *ibid. nu. 95.*
Supplicationes beneficiales habent omnes idem exordium nu. 101.
Supplicatio ex capite reſeruationis debet exprimere cauſam. ibid. nu. 102.
Supplicatio fingitur expedita ſub ea die, ſub qua fuit conceſſa nu. 103.
Supplicationis inſtantia durat quantum inſtantia appel-

pellationis. cap. 32. num. 104.
Superfluitas in Reſcriptis vitanda. cap. 15. §. 11. n. 17
Surdaſter non diſpenſatur ad Curata. cap. 16. §. 2. n. 9.
Subrogatio aliquando dici poteſt ſimplex prouiſio. ca. 24. num. 1. eſt ſecunda gratia num. 2. de iure non competit, niſi prouiſo Apoſtolico. num. 3.
Subrogatio in genere quid ſit. ibid. num. 4.
Subrogatio non poteſt conſiderari in ea re, quæ non habet ortum ab alia. ibid. nu. 10.
Subrogatio bonorum liberorum in locum vinculatorum quomodo probetur. ibid. nu. 16.
Subrogatio gratioſa, & ſubrogatio in locum defuncti in quo differant. ibid. nu. 17.
Subrogatio collitiganti intra quod tempus debita. cap. 23. §. 1. num. 1.
Subrogatio in locum collitigantis an ſit debita de Iure. ibid. nu. 4. & an neceſſaria. nu. 5.
Subrogatio non prodeſt ſtante prouiſione tertij. ib. n. 7.
Subrogatio non datur impetranti per priuationem, niſi poſt ſententiam. num. 11. & quando etiam ante ſententiam. num. 12.
Subrogatio non datur impetranti certo modo. ibidem num 12. nec calumnioſo collitiganti. num. 13.
Subrogatio etiam debetur ex gratia Si neutri. *nu. 16.*
Subrogationem non concedit Dataria, niſi conſtet aliquo modo de Iure. ibid. num. 19.
Subrogatio non datur collitiganti quando vacatio contingit in curia. ibid. num. 20.
Subrogatio non ſolet concedi non poſſidenti. ibid. n. 21.
Subrogatio nunquam derogat Iuri tertij. ibid. nu. 23.
Subrogatio aliquando conceditur ad ius ſine poſſeſſione. ibid. nu. 24.
Subrogatio Spolij requirit diuerſas clauſulas, quàm ad lites. ibid. nu. 26.
Subrogatio gratioſa non eſt ad inſtar ſtatuti confirmatiui poſſeſſionẽ defuncti in hæredem. c. 24. §. 1. n. 31.
Subrogationem in lite, quæ impediunt non impediunt ſubrogationem in Iure. ibid. nu. 37.
Subrogatio ad poſſeſſionem non datur, vbi defunctus poſſeſſionem non habuit. ibid num. 41.
Subrogatio ad omne Ius, & poſſeſſionem extendit ſe ad iudicium poſſeſſorium. cap. 24. §. 1. num. 42.
Subrogatio in locum eius quem dubitamus aliquod Ius habere quomodo fiat. ibid. nu. 43.
Subrogatio gratioſa datur contra impetrantem certo modo. ibid. num. 45.
Subrogatio collitiganti datur etiam per mortem ciuilem. ibid. num. 48.
Subrogationes ad beneficia concedit ſolus Pontifex. ibid. num. 53.
Subrogatio quid ſit. cap. 24. §. 2. num. 1. quotuplex. num. 2. gratioſa, & rigoroſa multum differunt. nu. 3. gratioſa quid ſit. num. 12.
Subrogatio conceditur etiam ſine lite. ibid. nu. 9. etiam ſine reſeruatione. num. 10. ſed non gratioſa. nu. 11.
Subrogatio gratioſa continet duo, quorum ſi vnum deficiat ſubſtinetur ratione alterius. ibid. nu. 14.
Subrogatio quando præbeat proceſſum ordinarium, & quando cognitionem ſummariam. ibid. nu. 15. ſubrogatio gratioſa requirit pleniſſimam probationem poſſeſſionis defuncti. nu. 21.
Subrogatio debetur tàm ex mandato de prouidendo, *quam ex prouiſione. ibid. nu. 25.*
Subrogatio debetur tàm ex lite ſuper electione, quàm præſentatione, ſiue aliquis præſentatorum obtinuerit inſtitutionem, ſiue non. ibid. num. 26. & 51.
Subrogatio facilius datur collitiganti ſuperſtiti in beneficio reſeruato. ibid. nu. 30.
Subrogationes duæ ſuper vno beneficio ſub eadem Data dari non debet. ibid. nu. 31.
Subrogatio etiam debetur ex lite ſuper poſſeſſione. n. 32
Subrogatio verificanda eo modo quo fuit expreſſa. ib. num. 33.
Subrogatio gratioſa ſemper eſt danda. ib. nu. 34. et 41.
Subrogatio non datur niſi poſſeſſori cum titulo ſaltem putatiuo. num. 37.
Subrogatio nedum datur ad poſſeſſionem, ſed etiam ad detentionem. ibid. nu. 42.
Subrogationi ad poſſeſſionem locus non eſt, quando poſſeſſio anteceſſoris eſt offuſcata. cap. 24. §. 2. nu. 48.
Subrogationes non debent famulari Supplicationibus, & malis impetrationibus. ibid. nu. 51.
Subrogationis gratioſæ executores poſſunt extraiudicialiter capere informationes. ibid. nu. 37. & 51.
Subrogationis gratioſæ priuilegium ceſſat contra prouiſum ab Ordinario habente facultatem conferendi litigioſa. ibid. nu. 57.
Subrogationis gratioſæ effectus ceſſat ijs caſibus, in quibus ceſſat executio Breuis de capienda poſſeſſione. *ibid. num. 60.*
Subrogatio quomodo probetur. nu. 61. ſumi poteſt tàm ex clauſulis generalibus, quam ex particulari Supplicatione. nu. 62. & 65.
Subrogatio non datur ad Ius illius, qui literas non expediuit. nu. 64.
Subrogatio ad partem poteſt expediri ſimul cum literis principalibus, & deinde quandocunque. nu. 67.
Subrogatio ad partem habet Datam gratiæ principalis. ibid. nu. 68.
Subrogatio gratioſa an habeat locum in Eccleſiis non numeratis. nu. 71.
Subrogatio cenſetur facta quoad tempus etiamſi hoc non explicetur. ibid. nu. 72.
Subrogatio datur ad ius ceſſum. nu. 73.
Subrogatio an extendatur vlterius, quam ad ius immediati poſſeſſoris. ibid. nu. 76.
Subrogatio anterior an ſit nulla poſteriore ſubrogato oſtendente, beneficium eſſe duplici reſeruatione reſeruatum. nu. 79.
Subrogatio quas clauſulas admittat. ibid. nu. 83.
Subrogatio an, & quando ſit intimanda. nu. 84.
Subrogatio pretij in locum rei, quando concedatur. cap. 24. §. 3. nu. 7.
Subrogatio non fit in bonis Eccleſiæ de prædio ad cenſum, ſiue ius incorporale. ibid. nu. 8.
Subrogatio fit de rebus Eccleſiæ in locis montium. n. 9.
Subrogatio bonorum liberorum in locum vinculatorum, ex qua cauſa fieri ſoleat. nu. 12.
Subrogatio datur ad Breue de capienda poſſeſſionem nomine Cameræ. *cap. 28. nu. 45.*
Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum fuit ſubrogatum. cap. 24. num. 5.
Subrogatum nullum acquirit Ius de nouo. ibid. num. 6.
Subrogatus vtitur Iure ſui Authoris. ibid. num. 7.
Subrogatus alicui in aliquo negotio ligatur iiſdem
pa-

pactis. cap. 24. nn. 8.

Subrogatus poteſt dicere penſionem nullam non minus ac reſignans. nn. 9.

Subrogatum, niſi habeat eaſdem qualitates cum principali non dicitur ſubrogatum. ib nu. 11.

Subrogatus Iudex eſt idem cum primo. nn. 2. cenſetur eadem perſona cum ea, cui ſubrogatur. n. 13.

Subrogatus Auditor in locum abſentis excluditur per illius reditum. nu. 14. venit ad cauſam in iiſdem ſtatu, & terminis. nu. 15.

Subrogatus in ius alienius nihil acquirit, ſi ille ius non habebat. cap. 24. §. 1. nu. 22.

Subrogatus illi, qui agebat de ſpolio vtrum actione ſpolij continuare poſſis. ib. nu. 25.

Subrogatus gratioſè habet fundatam intentionem, non ſolum ad ius, ſed etiam quoad poſſeſſionem, & litis proſecutionem. nu. 27.

Subrogatus quis non cenſetur ad cauſam ſpolij, niſi hoc expreſſè dicatur. ib. nu. 28.

Subrogatus in ius alterius etiam quoad poſſeſſionem tenetur purgare ſpolium. nu. 29. ad Ius, & poſſeſſionem vtrum cēſeatur ſubrogatus ad fructus. n. 30. in locum ciuiliter poſſidentis, poteſt petere naturalem quemadmodum ipſe decedens petere potuiſſet. ib. nu. 31. & cap. 24. §. 2. nu. 59.

Subrogati poſſeſſio an ſit vera, vel ficta. nu. 32.

Subrogatus quo ad Ius an, & quando cenſeatur Subrogatus quoad poſſeſſionem. n. 36. ad rem non cenſetur Subrogatus ad qualitatem. nu. 38.

Subrogatus in iure petentis, non poteſt petere ſequeſtrum, niſi gratia iuſtificata. ib. nu. 39.

Subrogatus ad ius quod alieni competebat ex prouiſione an ſubrogatus cenſeatur eidem, quoad ius quod ei competebat ex mandato de prouidendo. ib. n. 49.

Subrogatus in lite præſumitur illius litis habente notitiam. nu. 51.

Subrogatus gratioſè an teneatur publicare. nn. 47.

Subrogatus quoad ſpolium, & proſecutionem executorialium poteſt procedere ad declaratoriam n. 54.

Subrogatus rigoroſè tenetur ad gratiæ Iuſtificationem cap. 24. §. 2. nu. 4. gratioſè non tenetur. nu. 5. ad quæ tenetur nu. 6. & quando teneatur iuſtificare gratiam. n. 7 vt immittetur debet docere de lite, vel de reſeruatione. nu. 8.

Subrogato gratioſè non debetur immiſſio ceſſante lite ſine reſeruatione. nu. 13.

Subrogatus gratioſè non procedit executiuè contra poſſidentem pari titulo. nu. 16. an, & quando poſſis capere poſſeſſionem propria auctoritate. num. 35.

Subrogatū gratioſè non impedit is ſuperueniens. n. 36.

Subrogatus gratioſè non immittitur quando anteceſſor poſſeſſionem expreſſè dimiſit. cap. 24. §. 2. nu. 44. etiamſi tacitè. nu. 46.

Subrogato ad poſſeſſionem vltimi poſſeſſoris, an ſit danda immiſſio ſi fuerit intermedia alia prouiſio. ib.d. nu. 50.

Subrogatus gratioſè debet immitti, non obſtante proteſtatione non poſſeſſoris. nu. 52.

Subrogatus gratioſè, quando poſſeſſionem capiens attentet. ibid. n. 56.

Subrogato non poteſt denegari immiſſio, quando defuncto competiiſſet manutentio. nu. 58.

Subrogatus capiendo poſſeſſionem abſque literis attentat. n. 63.

Subrogatus tenetur iuſtificare ius illius, in locum cuius eſt ſubrogatus, non minus ac proprium. ib. nn. 80. modo tamen, quo hoc expreſſit, vt ſi expreſſit factum, non tenetur iuſtificare ius illius. ib. n. 81.

Subrogatio gratioſa an datur ſuper literis in forma commiſſaria. lib. 1. cap. 24. nu. 85.

Subrogatus habens ceſſionem à collitigante non tenetur ad aliquam iuſtificationem. ib. nu. 82.

Subrogans aliquem ad litem proſequendam, vtrum cenſeatur ei ceſiſſe beneficium. ib. nu. 52.

Subrogari quibus caſibus ſoleant res liberæ rebus vinculatis. cap. 24. §. 3. n. 1.

Subrogari quando ſoleat annuus cenſus in locum alterius. ibid. nu. 10.

Suſpenſio maior imponitur in delictis grauioribus. cap. 13 nu. 64.

Suſpenſio, & vnio in quo differant. cap. 15. §. 4. n. 12.

Suſpenſio quarumcunq; gratiarum non comprehendit regreſſum. cap. 26. nu. 29.

Suſpenſus contraueniens an ſit indiſpenſabilis. n. 30.

Suſpicio antidatæ facilius reijcitur, ſi concurrant ſcripturæ priuatæ, quam ſi concurrat ſcriptura priuata cum inſtrumento. cap. 31. n. 6.

Syluij Otthonis Auguſti elegans dictum, & factum magnanimum. cap. 15. §. 14. nu. 6.

T

TAntum dictio taxatiua quid importet. cap. 22. nu. 17.

Taxa ſoluitur in Cancellaria pro omnibus gratijs pro quibus de Iure taxa ſoluitur. cap. 18. nu. 20.

Taxa augetur iuxta valorem expreſſum, vel gratiarum quantitatem, ſeu qualitatem. eodem cap. 18. §. 2. n. 1.

Taxa noua quæ ſit. ib. num. 4. taxarum inuentor fuit Ioannes XXII. Auenioni. ib. nu. 6.

Taxam poſſe probari per famam quomodo ſit intelligendum. ib. n. 12.

Taxa, & valor expreſſus, quando dicatur pars gratiæ. ib. n. 13. inducta fuit cauſa diminutionis, non augumenti. ib. n. 44 adinuenta fuit ob ſolutionem annatæ. ib. nu. 18. in libris Cameræ annotata demonſtrat beneficium eſſe collationis conſiſtorialis. nu. 21. exprimenda, & verificanda eſt etiam in gratia ſi neutri. ib. n. 23.

Taxæ reductio quando fiat. ib. n. 16.

Taxa de tempore vacationis, & non de tempore datæ attendendam eſſe, quomodo ſit intelligendum. cap. 18. §. 2. n. 24.

Taxa aliquo caſu in gratia expectatiua non exprimitur. ib. nu. 25.

Taxæ diſpenſationum matrimonialium ſunt variæ. ibid. nn. 26.

Taxa eadem ſoluitur in gradu affinitatis, ac in gradu conſanguinitatis. num. 27.

Taxarum reformatio in Concilio Lateranenſi. num. 8.

Taxa Procuratorum Pœnitentiariæ diſpenſationum matrimonialium quæ ſit. cap. 17. §. 2. nu. 37. abſolutionis ab homicidio. nn. 38. commutationis votorum. nu. 39. diſpenſationis ſuper illegitimitate. nu. 40. licentiæ de prouidendo. nn. 41. celebrandi in Oratorio. nu. 42. Abſolutionum. nu. 43. pro præſen-

ſentibus, & pauperibus moderatur. ibid. num. 44.

Taxa Vice-Cancellarij quanta ſit. ibid. num. 48. Cuſtodis Cancellariæ. ibid. num. 50. Hoſtiarij Cancellariæ. num 51. Notarij Cancellariæ. 52. Abbreviatorum de maiori præſidentia. num. 53. Abbreuiatorum de minori præſidentia. num. 54 Scriptorum Apoſtolicorum. nu. 55. Sollicitatorum literarum Apoſtolicarum. num. 56. Archiuiſtarum. num. 57. Cubiculariorum, & Scutiferorum. nu. 58. Secretariorum. num. 59. Prothonotariorum. n 60. Subdiaconorum. nu. 61. Magiſtrorum Regiſtri Bullarum. num. 73. Magiſtrorum Regiſtri Supplicationum. num. 74.

Taxæ antiquæ plures mutatæ ad fauorem impetrantium. ibid. num. 65.

Taxa non eſt integra impenſa expeditionis. nu. 66.

Taxarum, & Officialium numerus,, quare excreuerit. ibid. nu. 80.

Taxa materiarum Conſiſtorialium remiſſiuè. ib. n. 83.

Taxantur Bullæ beneficiales etiamſi fructus nulli ſint. cap. 18. §. 2. num. 8.

Tempus inducens ſolemnitatem præſumptam in alienatione rei Eccleſiæ debet eſſe xxx. annorum. cap. 15. §. 10. num. 10.

Tempus ad inducendam caducitatem ob non ſolutum Canonem qualis ſit. cap. 15. §. 13. num. 70.

Teneatur verbum importat neceſſitatem. cap. 16. §. 9. num. 10.

Tenoris inſertio cauſat certam ſcientiam. cap. 15. num. 21.

Termini ſoluti pro penſione nulliter reſeruata, an & quando debeant reſtitui titulari. cap. 14. num. 28. & 36. & 47.

Teſtamentum perfectum ſcribere, & in electione ſeruare cap. quia propter difficillima ſunt. cap. 15. § 6. num. 22.

Theſaurus repertus in prædio maioratus ſpectat ad poſſeſſionem maioratus. cap. 15. §. 13. num. 86.

Theſaurus ſiue ſtatuæ repertæ in ſolo feudi acquiruntur Vaſſallo. ibid. nu. 87.

Tituli diuerſitas inducit diuerſitatem iuſtificandi gratia, non tamen mutat ipſam iuſtificationem. cap. 5. num. 60.

Titulorum paritas ex quibus reſultet. nu. 66. & ſeqq.

Titulus coloratus dicitur it, qui proceſſit ab habente facultatem conferendi etiamſi ſit nullus. ibid. nu. 75. fallit ſi nullitas eſt euidens. num. 76.

Titulus præſumptus allegari non poteſt, vbi conſtat de titulo vero. cap. 15. §. 15. num. 136.

Titulorum multiplicatio datur in beneficialibus. 140.

Titulus ad effectum ſubrogationis quis dicatur. cap. 24 §. 2. num. 17.

Titulus omnis ad, ſiue in beneficio, dempta prouiſione reducitur ad electionem, ſiue ad præſentationem. ibid. num. 40.

Traditio verbalis cedentis nõ tribuit poſſeſſionẽ ceſſionario, niſi actualiter apprehẽdatur. quæſt. 10. n. 12.

Tranſlatus ad aliam Eccleſiam per propoſitionem in Conſiſtorio vtrum admittat adminiſtrationem prioris Eccleſiæ ante adeptam poſſeſſionem ſecundæ. cap. 15. §. 6. nu. 91.

Tranſlatus de vno Monaſterio ad aliud non tenetur emittere nouam profeſſionem. cap. 15. §. 7. num. 128. & num. 140.

Tranſlatione vnius Eccleſiæ ad aliam transferuntur ſimiliter omnia Iura. cap. 18 §. 7 num. 111. etiamſi tranſlatio fuerit declarata nulla n. 112. ſecus ſecus quando Iura non competunt ratione loci nu. 113. quia tunc Iura tranſeunt in locum non in perſonas. nu. 114.

Tranſlatio Cappellaniæ, quas habeat clauſulas. ibid. nu. 116. clauſula in tranſlatione Monaſterij monialium cum licentia profanandi, et vendendi 117.

Tranſlatio venit nomine mutationis. ibid. nu. 118.

Tranſlatione defertur hæreditas ſecundo Monaſterio. ibid. nu. 137.

Tranſlatio penſionis quæ requirat. cap. 16. nu. 10.

Tranſlationem penſionis de vna perſona in aliam Papa difficillimè concedit. cap. 30. nu. 28.

Transferre poſſunt ſe Regulares de vno monaſterio ad alterum cum cauſa. cap. 15. §. 7. num. 22.

Transferri non poſſunt Moniales de vno Monaſterio ad aliud, abſque licentia Papæ. ibid. nu. 126.

Tranſire poteſt Regularis ad ſtrictiorem de licentia Superioris. ibid. nu. 129.

Tranſeundi licentia quis ſuperior cõcedere poſſit. 131.

Tranſitus hodiè non permittitur inconſulta Congregatione Cardinalium negotijs Regularium præpoſita. ibid. 132.

Tranſiens an portet ſecum dotem, vel remaneat penes primum Monaſterium. ibid. 133.

Tranſeuntis ex Capuccinis ad Dominicanos an hæreditas poſt tranſitum cadat ſecundo Monaſterio. ibid. nu. 138.

Tranſigentibus prouiſo Apoſtolico, & prouiſo ab Ordinario Dataria vult beneficium remanere penes prouiſum Apoſtolicum. cap. 15. § 8. nu. 24.

Tranſactio quæcunq; ſuper re Eccleſiaſtica indiget confirmatione Apoſtolica. cap. 15. §. 10 nu. 3.

Tranſigi poteſt ſuper rebus Eccleſiæ. ibid. nu. 61.

Tranſigi poteſt ſuper decimis. ibid. num. 62.

Tranſumptatio ex libris Dataria difficillimè permittitur. cap. 24. §. 2. num. 17.

Tribunalia omnia Vrbis deferunt Datario. cap. 3. num. 4.

Triremium condemnatio eſt infamia, ſuper qua regulariter non diſpenſatur. cap. 16. §. 6. nu. 3.

Triremium pœnæ Religioſi, & Sacerdotes damnari non debent. ibid. nu. 8.

Turcarum mira diſciplina. cap. 13. nu. 55.

V

VAcare apud Sedem, & in Curia, in quo differant. cap. 5. nu. 20.

Vacatio non inducitur ob non reſidentiam ipſo Iure, ſed non reſidens debet primo moneri, & deinde per ſententiam priuari. cap. 16. §. 4 nu. 6.

Vacatio ob non promotionem non inducitur niſi poſt annum completum. dicto cap. 16. §. 7. nu. 3.

Vacatio obtentorum quando inducatur per promotionem ad Epiſcopatum. cap. 17. nu. 11.

Vacatio conſumitur per prouiſionem. cap. 18. §. 3. nu. 66. & cap. 24. §. 2. nu. 75 non inducitur ex ceſſione Iurium. ibid. nu. 67.

Vacatio dupliciter conſideratur de Iure, & de facto. cap. 24 §. 2. nu. 24.

Va-

Vacatio eiuſdem beneficij poteſt contingere ex perſona vnius de facto, & ex perſona alterius de Iure. cap. 33. nu. 12.
Vacationis vocabulo venit vacatio de Iure, & de facto. ibid num. 13.
Valor per non exceſſum quomodo probetur. cap. 5. num. 61. vnicarum, & non vnitarum an, & quando diſtinctè exprimendus. ibid. nu. 65. quando exprimatur per non exceſſum, & quando per aſcenſum. ibid nu. 65. per aſcenſum debet concludenter probari. ibid. nu. 67.
Valor verus ex quo reſultet. cap. 15. §. 9. nu. 17.
Valoris probatio diuerſimodè fit habito reſpectu ad diuerſos effectus. ibid. num. 18.
Valor rei generaliter probatur ſecundum communem existimationem hominum. nu. 19. rei fructiferæ quomodo probetur, ex fructu. num. 20.
Valoris probatio, vt plurimum reſultat ex depoſitione teſtium. ibid. nu. 21. expreſſionem rei Eccleſiæ alienandæ non ſolum in proprietate, ſed in fructibus etiam requirit Dataria. ibidem num. 23.
Valor beneficij etiam minimus exprimendus. cap. 18. §. 2. num. 9. in gratia motu proprio *non eſt exprimendus ibid. num. 10.*
Valoris expreſſio aliquando venit ſub nomine taxæ. ibid. nu. 11.
Valor expreſſus iuxta taxam librorum Cameræ ſatisfacit contra Rotam. ibid. nu. 17.
Vaſſallagium Eccleſiæ ob neceſſitatem, ſiue euidentem vtilitatem alterari poteſt. cap. 15. §. 10. nu. 63.
Vectigal quid ſit. cap. 15. nu. 82. & cap. 18 §. 3 n. 10.
Vectigal dicitur à vehendo. ibid. num. 11.
Verba perſonalia præſertim repetita excludunt omnem communicationem. cap. 29. num. 57.
Verſionem in vtilitatem Eccleſiæ non tenetur probare contrahens cum Eccleſia. cap. 15. §. 10. num. 76.
Verſionem probare tenetur contrahens quando contractus fuit initus pro ſoluendis debitis Eccleſiæ. ibid. nu. 77.
Verſione probata, & deficiente ſolemnitate Eccleſia tenetur ad reſtitutionem eius, quod recepit. ibid. num. 78. immò ad fructus compenſatiuos in eo, in quo eſt facta locupletior. nu. 79.
Verſio bonorum ſtabilium Eccleſiæ in Locis Montium aliquando conceditur. ibid. nu. 84.
Vicinitas auget rei pretium, & aliæ circumſerentiæ. cap. 15. §. 11. nu. 8.
Vices ſuas alteri committere eſt alium ſuo loco ponere. cap. 15. §. 15. nu. 19.
Vice Cancellarij munus quale ſit. cap. 18. num. 6.
Vice-Cancellarius vno Summo Pontifice minor. nu 7.
Vice-Cancellarij facultas circa Signaturam gratiæ, & Iuſtitiæ. nu. 8.
Vice-Cancellarius exigit pro ſingulis Bullis vnam taxam. cap. 18. §. 2. nu. 5.
Vincentius Marchio Inſtitianus vir eximius. cap. 15. nu 66. & 69.
Violentia obſentum non ſubſtinetur. ibid. num. 66.
Vis, & metus qualificant profeſſionem, non habitus ſusceptionem. cap. 12. nu. 16.
Vis illata Patri excuſat ab irregularitate. c. 13. n. 27
Viſitare poteſt Ordinarius de Iure Hoſpitalia Laicorum, quæ ſunt de Iuriſdictione Eccleſiaſtica. cap. 15. §. 5. num. 17.
Viſitare non poteſt Epiſcopus Capellam Confraternitatis Laicorum, ſitam in Eccleſia exemptam. n. 32.
Viſitari non poſſunt hoſpitalia, quæ immediatè ſubſunt protectioni Regum. ibid. nu. 33.
Viſitare poſſunt Ordinarij Oratoria priuata. cap. 15. §. 15. nu. 162.
Viſitatio circa quæ potiſſimum verſetur. dicto cap. 15. §. 5. num. 28.
Viſitationis decretum an, & quando admittat appellationem. dicto cap. 15. §. 6. num. 79.
Viſitator poteſt cognoſcere de delictis, ſed extraiudicialiter. dicto cap. 15. §. 5. num. 29. non imponit pœnas ordinarias. ibid. nu. 30. non poteſt cenſari ſuſpectus. ibid. nu. 31.
Vladiſlaus Poloniæ Rex pijſſimus. cap. 5. §. 9. n. 8.
Vnio dicitur melior titulus de mundo. cap. 5. nu. 72.
Vnionis confirmatio omnium maximè neceſſaria. cap. 15. §. 4. nu. 1.
Vnio ſine cauſa non ſubſiſtit. ibid. nu. 7.
Vnio non probatur teſtibus, ſed ſcripturis. ibid. n. 8.
Vnionum ſpecies quot ſint. ibid. nu. 17.
Vnio quando dicatur effectum ſortita. ibid. num. 14.
Vnionis cauſæ quæ ſint. ibid. num. 17.
Vnionem factam ex cauſa non legitima Dataria non confirmat. ibid. nu. 18.
Vnio ſine illius confirmatio requirit expreſſionem valoris vniti. ibid. nu. 21.
Vnionem poteſt diſſoluere qui potuit vnire. cap. 15. §. 5. num. 1.
Vnionis diſſolutio facit quod Eccleſia remaneat in eo ſtatu, in quo erat ante vnionem. ibid. num 2.
Vnire non poteſt Ordinarius parochiales. ibid. nu. 3.
Vnionē diſſoluere ex quibus cauſis poſſit Ordinarius. n. 4
Vnionis reuocatio, vt non fit niſi de conſenſu Capituli, ita beneficij regularis non fit niſi de conſenſu Monaſterij. ibid. nu. 9.
Vnio facit ceſſare onera beneficij vniti ca. 18. §. 3. n. 59
Vniendi facultas data Ordinario multis modis limitatur. cap. 15. §. 4. nu. 2.
Vniri non poſſunt beneficia diuerſarū Diœceſum. n. 23.
Vniri non poſſunt beneficia Iuris-Patronatus. ibid. nu. 24. ad vitam tamen Promiſi poteſt vniri. nu. 25.
Vniuerſa priuilegia ſunt promiſcua, & omnibus vnitis conueniunt. ibid. nu. 27.
Vnitorum ad vitam, quæ ſimul ſunt ſolita obtineri, quorum vnum eſt Iuris-Patronatus, & alterum liberum, quomodo ſit facienda collatio. num. 29.
Vnitum beneficium olim conferebatur ſingulis. cap. 16. §. 3. num. 7.
Voluntates mortalium decennio mutantur. cap. 12. num. 23.
Vtilitas an concurrat in alienatione rei Eccleſiæ, necne debet metiri de tempore contractus. cap. 15. §. 10. nu. 73.
Vtilitas Eccleſiæ in contractu ſufficit, quod ante, vel poſt interueniat. ibid. nu. 83.

F I N I S. h. I.

71
H
28

VA1 153355d